E.G.T.E.

IOANNIS MONACHI PICARDI CARDINALIS AC VICECANCELLARII APOSTOLICI

In Sextum Librum Decretalium

Dilucida Commentaria

GLOSSA AVREA NVNCVPATA:

ADDITIONIBVS CLARISSIMI I. C. PHILIPPI PROBI BITVRICI in ſupremo Pariſienſi Senatu Aduocati illuſtrata,

Et à pleriſque, quibus antea ſcatebant mendis expurgata, atque ſuo priſtino nitori quàmdiligentiſsimè reſtituta.

Cum Summarijs, & Indice rerum ac verborum locupletiſsimis.



VENETIIS, Apud Iuntas. M D LXXXV.

D. IOANNIS MONACHI CARDINALIS,

OLIM AVINIONENSIS PRO SEDE APOSTOLICA LEGATI DE LATERE, ET DEMVM CVRIÆ ROMANÆ VICECANCELLARII.

Glossæ aureæ.

Super Sexto Decretalium Libro.

Nuper maxima cum diligentia recognitæ, & integritati suæ restitutæ.

CVM ADDITIONIBVS PHILIPPI PROBI IVR. PONT. INTERPRETE. & Parisiensis Aduocati celeberrimi.

SVMMARIVM.

D. Io. Mo. Card. & vicecancellarij Romani.

1 *Causæ sunt quatuor. duæ essendi: vt materia, & Forma. Et duæ fiendi: vt efficiens, & finis. & finis est causa causarum in intentione: sed effectus causarum est in executione.*
2 *Nihil est causa sui ipsius.*
3 *Arithmetica sibi subalternat musicam. & scientia iuris subalternatur seu supponitur Ethicæ, idest Philosophiæ. & Ethica vnde dicit.*
4 *Carens monastica absurdum est vt eleuetur ad œconomicam.*
5 *Vbi sistit naturalis Philosophus ibi incipit medicus. & medicus non sanat hominem: sed hunc iuuat.*
6 *Naturalis philosophię medicinalis scientia est practica. & omnia non dicitur in omnibus: sed quilibet sit suis terminis contentus.*
7 *Scientia subalternata quandoq; trahit totum subiectum, quandoque partem. & vna scientia sibi subalternat aliam.*
8 *Bonum ciuile & ciuium directiuum dic esse materiam iuris ciuilis.*
9 *Causa formalis duplex est: videlicet forma tractandi, & forma tractatus. Et forma tractatus idem est quòd diuisio. Et forma tractandi est modus agendi qui est multiplex: videlicet narratiuus, positiuus, decisiuus seu declaratiuus, reprobatiuus, modificatiuus.*
10 *Doctor dictus est à docendo: & doceo idem est quòd denuncio. & ibi quod Bonifacius dictus est bonũ faciens, vel à fascia, idest ligatura.*
11 *Bonifacius ligauit bonum quod est triplex, scilicet honestum quo ad morum reformationes: vtile quo ad causarum decisiones, & delectabile quo ad illuminationem intellectus.*
12 *Papa est interiectio admirantis. Et ipse habet nomen à re: quia admirabilis est intelligentia: & efficacissimus eloquentia & Papa dici debet, & dicitur Papa. i. pater patrum.*

SVMMARIVM.

D. Philippi Probi.

1 *In principio cuiuslibet operis in Deo & Christo debet fundamentum fieri.*
2 *Deus est causa prima: & omnis causa prima est maior & nobilior suo causato.*
3 *Propter honorem Dei augetur interpretatio testamenti.*
4 *Oris apertio est in Dei non hominis potestate.*
5 *Semen satum in cartis perpetuo manet.*
6 *Qui abscondit frumenta maledicetur in populis.*
7 *Sapientia dando fit largior, retinendo minoratur.*
8 *Triste est diuiti absque hærede decedere.*
9 *Inuentis inuenienda non obstant.*
10 *Soli reprehensione carent: qui nihil scribunt.*
11 *Commendandus est qui plures oculos & plures aures habet.*
12 *Mortales quidem quod capere non possunt facile despiciunt.*
13 *Scire est rem per causam cognoscere.*
14 *Scientia infert veritatem de necessitate.*
15 *Scientia est infallibilis notitia veritatis, quæ habetur duobus modis.*
16 *Scire est vehementer opinari.*
17 *Scientia non est nisi verorum.*
18 *Testis credens dicere verum, si dicit falsum est periurus.*
19 *Scire est rem probabiliter cognoscere. Et non dicitur scire qui nescit rationem reddere quam nouerit.*
20 *Duplex est ratio, directa videlicet, & inflexa.*
21 *Per legem scriptam impossibile est omnes casus comprehendere.*
22 *De quolibet producto duplex habetur consideratio.*
23 *Facilius per partem in cognitionem totius adducimur.*
24 *Ex ordine scribendi aut docendi facilius doctrina percipitur.*
25 *An quis teneatur scire vel non.*
26 *Generalia principia oportet hominem scire, aliàs est sine intellectu.*
27 *Interrogatus de fide quid teneatur respondere.*
28 *Quis dicatur scire.*
29 *Vehemens opinio dicitur transire in scientiam.*
30 *Expertis in arte creditur.*
31 *Homines causa hominum dicuntur generati.*
32 *Quis præsumatur scire.*
33 *Præsumptio iuris & de iure est magnæ importantiæ, & appellatur præsumptio legum, quæ dicitur liquidissima probatio, & etiam appellari potest sententia legis.*
34 *Semper in dependentibus à conscientia & ab animo alicuius non statur iuramento.*
35 *Ecclesia quando iudicat de occultis.*
36 *Quis præsumatur scire.*
37 *Pretium seu valorem rei suæ quis præsumitur scire. Perittiores consulere habes, etiam si rusticus sis.*
38 *Ignorantia quando præsumatur in facto proprio.*
39 *Literæ, & non copiæ pars credere tenetur.*
40 *Modus executionis citationis per copiæ affixionem, etiam si citatio procedat à camera contradictarum.*
41 *Qualiter dicitur scire.*
42 *An scire & scire debere sint paria.*
43 *Quiescit homo cum consummauit.*
44 *Magna ædificia generosi sunt & magnifici constructoris indicia.*
45 *Omissio verborum substantialium vitiat actum: secus si sunt de solemnitate.*
46 *Semper debet inspici causa proxima, non remota.*
47 *Finalis causa quæ dicatur.*
48 *Quando res est producta, quærimus de materiali causa & formali.*
49 *Causa materialis est duplex: facta videlicet, & infecta.*
50 *Ordo quodammodo dat naturam rei, & conseruat eam in esse.*
51 *Ad cognitionem specierum debet præcedere cognitio generis.*
52 *Ratio nobiscum nascitur maximè naturalis: & omnem legem humanam antecedit.*
53 *Ratio naturalis non circunscribitur loco, quando ipsa cum humano genere nata est à principio.*
54 *Mors inest nobis à natura, quia natura eam nobis proposuit.*
55 *Ratio est sicut organum ad omnem scientiam practicam vel speculatiuam.*
56 *Actio dicitur in operatione manente in suo agente.*
57 *Infirmus non quærit medicum eloquentem: sed curare scientem.*
58 *Non prodest integritas eloquentis, quam non sequitur intellectus audientis.*
59 *Ioan. Mo. presb. Card. fuit gloriosus monarcha iuris: viuens tempore Bonifacij. VIII.*
60 *Bonifacius VIII. ante Papatum vocabatur Benedictus.*

61 *Bonifacij VIII. laudes & vituperia: vide ibi.*
62 *Ratio, quare mutetur nomen illius qui summum ascendit Pontificatum.*
63 *Omnis Christi actio nostra est instructio.*
64 *Monachi ex consuetudine mutant nomen.*
65 *An mutatum nomen Papę: dicatur nomen proprium vel dignitatis.*
66 *Vno dato inconuenienti multa contingunt.*
67 *Summum bonum est pulchrum & bonum obtinere nomen, vt hic de Philippo Probo comprobatur.*
68 *Habere malum nomen & malam famam est turpe.*
69 *Homo bonæ famæ dicitur habere dignitatem. Ex malo nomine sępe oritur suspicio sinistra.*
70 *Nomen Franciscus hic commendatur & deriuatur.*
71 *Gloriari quando permittatur.*
72 *Inno. IIII. laudes.*
73 *Maior non posset esse paupertas, quàm de pulchris nominibus facere inopiam.*
74 *Vbi lex deficit sufficit allegare auctoritatem maiorum, & iudicare secundum exempla.*
75 *Nominis similitudo inducit affectionem.*
76 *Papa plura habet nomina.*
77 *Mundus dicitur parrochia Papę.*
78 *Papa quando deuiat à fide desinit esse Papa, & incipit esse minor quolibet catholico.*
79 *Papa est omnia & supra omnia in spiritualibus.*
80 *Papa est viuus fons iustitiæ fugans tenebras sicut ventus.*
81 *Princeps legitime electus est in terris Deus, alids est diabolus.*
82 *Papa in his quæ sunt iuris positiui dispensat pro velle.*
83 *Papa est successor primi hominis.*
84 *Papa non potest sibi parem vel superiorem constituere.*
85 *Maior est auctoritas in seipso quàm in eo, cui committit eandem.*
86 *A Papa omnis iurisdictio spiritualis procedit, sicut ab Imperatore temporalis.*
87 *Papa & Princeps ex certa scientia, supra ius, contra ius, & extra ius omnia possunt.*

a IN NOMINE Domini a Amen. Secundum philosophum: scire est rē per causam cognoscere. 23. q. 8. c. occidit. infra de testi. c. cum causam.

1 b ¶Causę † aūt sunt b quatuor, duę essendi, vt materia & forma. 32. q. 2. c. quod vero nō formatum, & de Con. dist. 2. quia corpus. & c. panis. & dist. 4. ca. in synodo. Et duæ fiendi, vt efficiens & finis. 23. q. 5. c. de occidendis. & c. non frustra.

¶Et est notandum, ꝙ finis est causa causarum in intentione, sed effectus causarum est in executione 35. distinct. ab exordio & c. 6. die. verbi gratia. Intendo domificare ad hunc finem vt domus me protegat à casmatibus. i. à caloribus intensis & pluuijs. hic finis mouet efficientem. Efficiens motus præparat materiam: & tandem in materia præparata inducit formam, ex quibus elicitur finis vt effectus causarum.

¶Volens ergo huius libri habere scientiā, debet cognoscere causas, vt quæ materialis: quæ formalis: quæ efficiēs, quæ finalis. Et dicit Ber. in prima gl. proemij compilationis antiquæ, ꝙ ipsæ decretales sub singulis titulis collocatæ sunt subiectum seu materia libri decretalium Sed hoc nihil est quia ipsæ decretales vt præmittitur collocatæ nihil aliud sunt quàm ipse liber, & sic idem erit materia & liber. Et ni- 2 hil † est causa sui ipsius.

¶Alij dixerūt ꝙ materia huius libri sunt decretales extrauagantes. & nouæ cōstitutiones superadditæ. Et hoc videtur colligi hoc proœmio, & in proœmio antiquæ cōpilationis. §. Sane. Et isti pro se videntur habere Azo. qui dixit in cōsimili materia in summa circa prin. Qđ tres codices, scilicet, Gregorianus, Hermogenianus, & Theodosianus. & constitutiones extrauagantes sunt materia propria Codicis. Et est argumentum, quòd materia digestorum est penè duo milia librorum, & plusquam tricesies millia versuum. C. de ver. iure enucle. l. 2. §. 1. Et grosso modo loquēdo isti dicunt vera, vt si quis mihi diceret, materia huius domus sumpta fuit vt ligna & lapides in silua & lapidicinis vicinis.

¶Verum si quis loquatur de subiecto seu causa materiali: ad quod vel ad quam reducuntur omnia quę tractatur in arte illa, seu quod est prædicabile de omnibus tractatis in arte, tunc dicerem ꝙ bonū Ecclesiasticū. i. fidelium directiuum esset subiectum huius libri. dist. 4. §. omnes. & c. Canon, ꝙ sic probo. Si scientia est sub scientia: & subiectū 3 sub subiecto, Verbi gratia. Arithmetica † subalternat sibi musicam. Sic subiectum Arithmeticæ, quod est numerus, subalternat sibi subiectū musicæ quod est numerus sonorus. Et constat, ꝙ hæc scientia subalternatur seu supponit Ethicæ, hoc est morali philosophię. vt C. de secūdis nup. l. 1. in fine. & c. vt clericorum mores. ꝭ. de vi. & hone. cle. Nā c Ethica c dicta est ab ethi, quod est mos, & ychos scientia, quasi moralis scientia.

¶Et hæc habet tres partes: sic scilicet Monasticā, in qua agitur de regimine suiipsius. Economicā, in qua agitur de regimine domus: & Politicam, in qua agitur de regimine ciuitatis: & hoc innuunt nōnullæ expositiones. Et s̄m has 4 partes debet fieri assensus: aliàs est vsurpatio. Nam † est absurdum ꝙ carens monastica eleuetur ad œcononicā. de d eta. & quali. c. indecorum. Et carens œconomica d eleuetur ad politicam. 47. dist. §. necesse. & 48. dist in princ. arg. ff. de muner. & honor. vt gradatim. responso primo. & l. honor. §. gerendorum. Nunc tamen despositio vniuersi quæ in prædictis deuiat tam in brachio seculari quàm Ecclesia- 5 stico ponit mundum in statu in quo degit: † & sicut vbi sistit naturalis philosophus: incipit medicus: quia naturalis philosophus principia suæ artis dat in vniuersali, Sed me- e dicus illa exequitur in particulari, quia medicus nō sanat e hominem, sed hunc iuuat. Sic vbi terminatur Ethica, vt in principijs generalibus, inchoat facultas quæ est ad punitionem delictorum: emendationem morum: ad decisionē factorum dubiorū. ¶Ad facta particularia in tribus prædictis partibus Ethicæ regulariter descendo. vnde sicut natu- 6 ralis † Philosophiæ medicinalis scientia est practica: sic moralis Philosophiæ facultas. Et ideo hęc facultas nō debet exponi theologice; nec philosophice nisi quatenus facit ad praxim, ad quam est hæc scientia reducenda. ne oīa dicantur in oibus, sed quilibet sit suis terminis contentus.

¶Cum igitur in tota Ethica sit subiectum, bonum humanum: ergo in hoc libro sibi subalternato bonū modifica- 7 tum erit subiectū, nam † scientia subalternata qnq; contrahit totū subiectū, vt dictum est de Musica subalternata Arithmeticæ, & qnq; partem, vt Philosophia naturalis est de corpore nobili: & medicina sibi subalternata contrahit, non totum subiectum, sed partem: quia ipsa est de corpore humano: sic in proprio, bonum ecclesiasticum est subiectum.

¶Item scientia subalternat sibi aliam, quia vna dicit propter quid, vt geometria dicit propter quid vulnera circularia tardius sanantur: sed non dicit quia, eo ꝙ ad factum nō applicat, sed cirurgia dicit hoc casu, quia, non ꝑꝑ quid, sic moralis scientia dicit ꝑꝑ quid suo modo, prout moralia principia patiuntur, sed hæc ars quia dicendo sic, statutū est: de consti. prin. l. 1. ff. Et prædictum duobus modis subie- 8 ctum est prædicabile de omnibus quæ sunt in hac scientia ad finem huius scientiæ, quæ tangitur infra. Sic dico † bonum ciuile. i. ciuium directiuum esse materiam iuris ciuilis. Arg. ff. de iusti. & iu. l. ius ci. Instit. de iu. na. gen. & ciuili. §. 1. & §. pe. 1. dist. ius ciuile. & 4. dist. c. 1. §. 1. & c. erit.

9 ¶Causa † autem formalis duplex est. forma tractandi, & forma tractatus. Forma autem tractatus idem est ꝙ diuisio libri in partes: & primo hic liber diuiditur in tres partes. in proœmium, in quo narratur intentum huius libri in generali. Et in tractum. i. de summa Tri. & fid. ca. in quo fit prosecutio narratorum generaliter in speciali & in epilogium infra, de reg. iur. Et ille titulus est epilogatiuus seu recapitulatiuus, nam iuribus positis in 5 libris ex eorum aliquibus elicitur regula, quæ multa iura recapitulat in vnā diffinitionem: notatur infra, hoc lib. de reg. iu. in rub.

¶Forma autem tractandi idem est ꝙ modus agendi, qui est multiplex, narratiuus exemplorū, positiuus, decisiuus, seu declaratiuus narratorum & iuriū antiquorū infra, de æta. & quali. c. à multis. Et iste modus est cōis in hac arte. Est etiam qnq; probatiuus infra hoc libro de sum. Tri. & fid. ca. c. vno. 2. responsio. ꝭ. hoc libro. de hæreti. ca. Cum secūdum leges. Et reprobatiuus etiam qnq; cōsuetudinis infra hoc lib. de pęnit. & remi. c. 2. in fi. & infra hoc li. de cōsue. c. 1. & 2. Et qnq; iuriū antiquorū, infra hoc li. de ꝯces. ꝑb. c. detestanda.

de testanda. Quãdoq; etiam opinionum alteri adhęrẽdo infra hoc lib. de præb. c. quia sæpe. Itẽ modificatiuus. infra hoc lib de elec. c. cum ex eo. ¶Et scias ꝙ in hoc opere allegando j̃. & supra non sequor differentias temporis in cõdendo: sed in hoc sequar ordinem antiquę cõpilationis, vnde allegãdo de hoc libro dicam infra & supra. Nisi sim in tit. de quo allegabo. ¶Causa vero efficiens fuit Dñs Bonifacius Papa. VIII. vt efficiens principalis. Sed instrumentalis seu cooperans fuit vnus Archos. i. princeps, hoc est principium capiens vnus epi. hoc est superintẽdẽs. 21. dist. c. Cleros. Et vnus Doctor † qui est dictus à docẽdo: & doceo idem est ꝙ denuntio, vel cieo. i. voco: moneo vel congrego. Isti ergo tres coadiutores principia sumpserunt, & in illis superintenderunt, & domum scientiæ in hoc volumine traditę sciuerunt, i. congregauerunt, infra hoc procemio. versi. ꝑ venerabiles. ¶Et meritò efficiens principalis vocatus est Bonifacius [f] † hoc est bonum faciens, qui ambigua & incerta iura elucidare curauit, & noua multa & vtilia adiecit: vt infra hoc procemio. §. Sane. Vel dictus Bonifacius à fascia. i. ligatura. vt sit sensus. Bonifacius idest boni ligatura. Nã sparsim bonũ ligauit & redegit in hunc librum. ¶Et dico ligauit bonũ: quod est triplex, scilicet honestum quo ad morũ reformationes: & vtile quo ad causarum decisiones, & delectabile quo ad illuminationem intellect⁹ & accẽsionẽ affect⁹, & hic verè hẽt nomẽ Papæ. ¶Quia Papè † est interiectio admirantis. [g] Et ipse nomen habet à re, Quia admirabilis est intelligentia & efficacissimus eloquentia. [h] & ideo Papa dici debet, & dicitur ẽt Papa. i. pater patrum. [i] ¶Finis autem huius lib. est vt mores reformentur, & vitia puniantur, & iurgia terminentur traditionibus hic cõtentis infra hoc procemio. §. Quem librũ. & §. præcedẽti. in fine. & C. de vete. iu. enucle. l. 1. circa prin. Ex quibus apparet quis sit titu. huius li. & cui parti philosophiæ supponatur.

ADDITIONES PROBI.

IN NOMINE Domini [a] Amen. Ioã. And. in nouella hic citat Ioan. Mon. Cardinalẽ cum eo concurrentem summe laudandũ. In eo ꝙ post Cardinalem satis laborauerit ad scientiam in se augendam: quam & alijs in hoc libro cõicauit: nulli dirigens opus suum: sed post Dei inuocationem inchoauit: cũ nullum elegantius exordiũ fieri possit: quia in verbo domini omnia facta sunt & sine quo factum est nihil. Io. 1. Et recte quidem sancitum dicit Decius supra in rub. de cõsti. col. j. Quia in † principio cuiuslibet operis in Deo & Christo debet fundamentum fieri. Aliàs ibi nullũ boni operis edificium edificari posset. c. Cum Paulus. 1. q. 1. Io. Mo. in c. q̃q̃. de elec. infra, Car. consi. 151. Mulier volens dragmam vnã perditam: comprobat glo. pragma. in c. licet. in principio. in verbo canonicas. col. 2. de elec. & Archid. in procem. Decreta. colum. 1.

¶Idẽ censuit Cæsarea Maiestas in Auth. quomo. oportet epi. col. 1. vbi inquit, omnia rectè geri si principium fiat decens & amabile Deo. & in Auth. de hære. & Falc. in rub. vbi gloss. inquit, Iustinianum opus suum laudabile Deo tribuisse. vt C. de offic. præfec. Affri. l. in nomine Domini. cum similibus: iuuat dictum Apostoli ad Collo. 3. Omne quodcunq; facitis in verbo aut in opere omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. Nam Deus † est causa prima, Et omnis causa prima est maior & nobilior suo causato: cui conuenit illud. Et propter vnumquodque tale & illud magis. Auth. multo magis. C. de sac. san. Eccle. ¶ Ideo quia iustissime Deo honor debetur propter magnam gloriam suam. l. Titia. § Seia. ff. de aur. & argen. lega. vbi extat sedes. Quod † propter honorem Dei augetur interpretatio testamenti: & ibi Bar. Etiam timor. iuxta illud. Quia cum leo rugiet quis non timebit. Initium enim sapientiæ est timor Domini. Hinc Ps. Tu quis es qui enarras iustitias meas? Ideo exemplo patrum nostrorum ductus, & eorum vestigijs inhærens, non tamen vt Guil. Andega. thesaura in d. procemio decreti: ibi, igitur ego qui ad præsens nomẽ meum reticeo propter detractores & inuidos, ne vilipendant per inuidiam istud opus. Ego Philippus Probus iuris Pontificij interpres minimus inuocata spiritus sancti gratia. vt fas perpetuo sanctaq; iura loquar. Soci. pater. consi. 46. in princ. Consilijs: & de cuius plenitudine secundum Apostolum omnes accepimus. Fundandoque super lapide angulari D. Iesu Christo Domino nostro. de quo per Io. Mo. infra de elect. in c. fundamenta. Et in cuius nomine omne genu flectitur cęlestium, terrestrium, & infernorum: ad Philippenses. 2. c. quique Dux sapientiæ & sapientium emendator in manu illius & nos & sermones nostri & sapientia omnis & operum scientiæ disciplina. sapientiæ. 7. c. tremulo spiritu atq; titubanti manu progredior, diffidens de incapacitate ingenioli non valentis, cũ me sciam tanto oneri penitus disparem; vt hanc suscipere prouinciam, in tantumq; pelagus pedem referre maxime dissuadeat, qđ Marcum Antonium hominẽ quidem ingeniosum dicere solitum ferunt, sed ideo nullam vnquã orationem scripsisse, vt si aliqñ opus esset qđ à se nõ esset dictum, posset id se negare dixisse: quo fit vt maximo oneri se suppositum intelligat, qui dicta sua scriptis demãdat, cum infinitis censoribus se submittat, necesse sit, tamen cõcedente altissimo genitore gratiarum, qui dat cordi concipere veritatem, & cogitare æquitatem: & linguæ ornatum motum: dulcem melodiam & memoriam diu gratam de ipsiusq; larga benignitate atq; misericordia confisus, qui lux est vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Io. j. Qui sapientiam pręstat paruulis & intellectum, teste Ps. atque melliflua largitate, q̃ dat oĩbus affluẽter & non improperat. c. q̃ pio. 1. q. 2. quique os aperire iubet, & se illud asserit impleturum. Psal. 80. Dilata os tuum & implebo illud. & Hiero. super Ioelem dicit, quòd oris † apertio est in Dei non hominis potestate: & in euangelio. Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis (scilicet à Spiritu sancto) qđ loquamini. Neque aũt his solis, sed exemplo ipsorũ oĩbus qui vacant bonis operibus dictũ intelligitur: vt non diffidant de sua insufficientia, sed de ipsius Dei oĩpotẽtia cõfidant: ei namquè omnino nihil impossibile, neque deserit vnquã de se sperantes. Hac igitur (vt ꝑdixi) fiducia erectus, cupiens ipsi si nõ in toto, saltem in tanto, ante tribunal Christi, iuxta sñiam ipsius de qua est recordatus Apostolus, reddere rõnem vilicationis, ad huius clarissimi viri doctrinam ꝓut ipse trinus & vnus Deus, qui leuat nubes ab extremo terrę Hier. li. c. ministrabit, addere satagam vt exercendarũ ingenij virium me causa induceret, manũ porrigens calamo, laborare mihi soli non curans, sed omnibus exquirẽtibus veritatem. Eccl. 34. dicitur enim in c. cum Martæ, supra de cele. missa. iu §. verum. Beati qui seminãt sup aquas. i. super populos. Semen † quippe satum in cartis perpetuo manet, testatur quippe Philosophus. 2. Methaphi. Etiam ex falsis commendabor: quia veritatis inuestigandæ viam & materiam præbui, & aliis pręparaui, vt ẽt placet gl. Ioan. And. in data huius libri. & iuuat vt veritas sciat. hinc Prou. 11. Qui abscondit † frumenta maledicetur in populis. Et cęca prudentia est nolle prodesse cum possis. Sapientia enim dando fit largior † retinendo minoratur, prior se fatetur vocẽ audisse quãdiu istud tenueris aliud nõ habebis. Io. Fab. C. de vetę. iure. in fine. ¶Dicit quippe Bal. in ꝓę. Gregoriano (quod sub silentio tñ) assumpsit. Ant. Corsetus in singularium suorum vestibulo. Quod quemadmodum triste † est diuiti absque hærede decedere: ita miserrimũ habenti à summo Deo aliqualẽ intellectus gratiã posteris suis. i. studiosis nihil scriptum dimittere, quo possint veluti hęredes intellectus aliqualiter consolari. ꝙ quãuis qui alicuius artis vel doctrinæ scientiam profitẽtur duo in primis memoria debeãt quærere. Primum, recte docere, quo vix quicquàm à Deo vtilius sibi & auditorib⁹ inueniri aut esse põt, alterũ est scribere, & quod vigilando longo tẽpore didicerint id elaboratum & perfectum in scriptis edere. Sed hoc vltimum semper utilius esse existimaui, præsertim qa pluribus atque sæpius cõicari potest, quod enim uoce tradit soli auditores & una tm̃ ætate & eo solũ tp̃e quo traditur intelligere pñt, ac id sæpenumero ex eorũ memoria delet obliuio. Scripta uero q̃ magis digesta esse solẽt donec reperiunt oẽs omnique tp̃e habere & legere pñt. Et ideo licet tot in omniũ sciẽtiarũ genere, & præsertim in utriusq; iuris synodo (ut in simili placet Soci. cõsi. 226. in fine diligentissime. & Cy. in l. unica. C. de sen. quæ pro eo qđ ĩter.) ubi dicit, ut etiã referre placet D. Pet. Rebuffo in repe. d. l. unicæ. col. 2. ꝙ qñ Dinus decidebat aliquã quęstionẽ dicebat adesse tota synodus legalis sapientię aut prudentię, seu

vt ita dicã, ut à verbis Io. Mo. hic nu. 5. nõ diſcedatur prout
in nu. 6. trito eloquio facultate ſcripſerint, vt iam mũdum
9 penè illuminauerint, adhuc tamen inueniẽdis inuẽta † nõ
obſtant, teſtante Seneca in 8. epiſtola ad Lucillum. Inſtar
enim ſolis intellectus oritur occidit, vadit, & redit, & nunq̃
moritur, ſed ſuis vicibus occultatur. ¶ Si qua idcirco in p̃-
ſentibus additamentis omiſit occupatio, aut minus benè
tradidit imperfectio quam in me nec volo nec valeo excu
ſare, circunſcriptis inuidiæ ſtimulis & detractionis morda
citate penitus relegata, fraterna charitas cuius correctioni
& ſupportationi me ſuppono & patienter ſuſtinere prote
ſtor, liberè valeat emẽdare; vt in ſimili placet Paridi de Pu
teo in prooemio tractatus de ſyndi. in fine. allegãti. l. Clau-
dius Felix. ff. qui po. in pigno. habe. Et vt cum iuris canoni-
ci lucerna loquar in data hui⁹ libri, & quæ his ſcriptis ſunt
ſuperflua, defectuoſa vel falſa: radenda, corrigẽda & ſupplẽ
da ſe offerunt, in quibus aliqualiter excuſari mereor, quia
corrigi ſum paratus. ¶ Excuſer igitur more Caſſi. erga ſen
tentiam Sabini. l. qualẽ. §. vlti. ff. de arbitris. Si vero ab emu-
lis ipſis pro eorũ vigilanti officio carpi iſta contigerit, me-
mores erimus doctrinæ præceptoris noſtri in epiſtola ad
Auinionen. in tractatu de peſte & illius veſtibulo, ibi, cum
10 ſcirem eos † ſolos reprehenſione carere qui nihil ſcribũt,
& ante eum diuus Hiero. Is ſolus malignantium linguas
euitat qui nihil ſcribit. Et etiam recordabimur eius quod
perpulchrè Martialis ait. Ecce rubet quidem pallet, ſtupet,
oſcitat, odit: hæc volo nunc nobis carmina noſtra placẽt.
& eis vice noſtra reſpõdebit patronus & ꝓtector noſter
cõmunis diuus ille Hieronymus in prologo Eſdræ dicens.
Sæpe rodentes in publico detrahunt quod in angulis libẽ-
ter legunt. quid enim aliud faciunt detrahentes niſi quod
in puluerem ſufflant & in oculos ſuos terram excitant, vt
vnde plus detractionis ſufflãt inde magis nihil veritatis vi-
deant. c. inter. 11. q. 3 ſunt enim detrahentes, ſeu, vt alijs pla-
cet, obtrectatores ſimiles canibus, qui cum homines non
audeant mordere, lapides tamen ab eis iactatos dentibus
appræhendunt. Sic detractores homines in eorum abſen-
tia lancinant quod præſentes non audent. ¶ Et certè com
11 mendandus † eſt qui plures oculos & plures aures habet
ſecundum Xenophontẽ Philoſophum loquẽtem de Cy-
ro Rege Perſarum, cui & illam laudem attribuit cõtra de-
tractores. ¶ Rogo igitur, quia ad hæc vulnera quæ infligun
tur ex lingua inter homines medicus penè nullus eſt. Et
nemo tã pius innocenſq; tranſit huius curriculum volu-
cre vitæ, vt morſus hominum queat dicaces euitare, repro
bis bonos notare ſunt ſolatia vana peſſimorum. Rogo in-
quam ne quis temere prius ſcripta mea damnet quàm le-
gerit atque perlegerit, vt maleuoli & ignari facere ſolẽt:
qui prius iudicant quàm intelligant teſte Boetio in Topi-
cis. Noſti (inquit) oblatrantis morſus inuidiæ. Noſti q̃
facillime in difficillimis cauſis liuor iudicium ferat, quem
teſte Seneca de tranquillitate animi infelix inertia & om-
nes deſtrui cupiunt qui ſe prouehere non poſſunt. Opus
enim ipſum rectè animaduerſum & examinatum quale
ſit oſtendet. Nam cuncta legenti: forſitan occurret va-
cuas quod mulceat aures: pœniteatque minus ſuſcepti in
fine laboris. Accedat præterea ad campum illum Hiero in
præludio ad Eſaiam Prophetam. Ibi, morſibus illorũ præ-
12 ſertim qui quod † capere non poſſunt facile deſpuunt.
Tales enim ſicut vulpes, qui ceraſa damnãt: cum illa attin
gere & comedere non poſſunt. Panor. in cap. fin. colum. fi.
ſupra ne cler. vel mo.

¶ Igitur dico: Inuidus aut taceat noſtri detractor hono-
ris, aut aliud melius (ſi ſapit) edat op⁹. Si enim aliquid ſub-
tiliter vel acutè dictum reperiatur, id totum bonitati atq;
clemẽtiæ Dñi noſtri Ieſu Chriſti atq; virginis eius matris
attribuatur: neq; enim qui plantat eſt aliquid, neq; qui ri-
gat, ſed qui incrementũ dat Deus. c. ſecũdũ. 19. diſt. Itẽ nõ
quis dicat ſed quid dicatur attendi debet. c. ego. 9. diſt. Ad-
ſit præterea pro clipeo noſtro illud Dauidicũ ſanctũ dicta-
men. Pſal. 119. Inſequendo protectorem noſtrũ in d. pro-
log. Eſdræ. Domine libera animam meam à labiis iniquis:
& à lingua doloſa. Et vt inquit ſplendidus ille poeta. Frãc.
Petrarcha in prin. Aphricæ. de quo & eius obitu meminit
Car. cõſi. 79. thema tale eſt. Sed tẽpus iam eſt nos de ſomno
ſurgere: vt ad rẽ ipſam deſcendamus, non multis, ſed effica
cibus vtendo. Iaſon conſi. 77. col. 2. vol. primo.

13 ¶ Scire igitur vt teſtatur Philoſophus † eſt rem per cau-
ſam cognoſcere: primo Phiſicorũ, & primo Poſteriorũ: &
c. intelligentia ſupra de verb. ſigni. Roma. cõſi. 65. nu. 7. qđ
ſumit initium, viſo themate. Aliter aũt in diffinitione ſen
tit Archid. in c. quamuis. 38. diſt. Quòd ſcire eſt reddere ra-
tionẽ quam noueris. Noſſe vero referre tm̃ quæ audieris.
hinc Bald. in l. Non omniũ. ff. de legibus. Quia ſcientia in-
14 fert † veritatẽ de neceſſitate. no in l. paterfamilias. ff. de hæ
red. inſti. vbi idẽ Bal. in fi. ait ꝙ tantum eſt dicere quãdo te-
ſtis dicit ſe ſcire, q̃tum eſt dicere vera eſſe; allegat illud Io.
Pater noſter qui es in cœlis. Facit ad idem quod notat Bal.
in l. ſcire leges. ff. de leg. Quia ſcientia eſt infallibilis notitia
veritatis. Ang. vero in Auth. de ſancti. epi. in §. clericos. col.
9. dicit, ꝙ ſcientia eſt perfecta rei notitia, ſicut & veritas. §. j.
in Auth. de inſtru. cau. & fide. Et Bart. in l. admonẽdi. col. 3.
15 nu. 17. de iureiuran. ff. citat ad propoſitum ꝙ ſciẽtia † veri-
tatis, ſeu veritas habetur duobus modis. Vno modo in re-
bus quæ ſunt artis ſeu ſcientiæ alicuius per rationes & de-
monſtrationes: & iſtud ſcire conuenit diffinitioni philoſo
phi. Secundo modo iſta ſcientia habetur in his quę ſunt fa
cti, & tunc illud ſcire dicimur ad quod per ſenſum moue-
mur: & hæc eſt ſcientia quæ in teſte requiritur, non autem
in iudice, niſi in his quæ ſunt actus permanentis, vt fluxus
fluminis Rodani prope męnia ciuitatis Auinionen. fluen-
tis, & ſimilia quę habent eſſe permanens: pro quo vide quę
dico in c. pia. in fine in verbo notario. de exce. Alio modo
idem Bar. in l. cum & iudices. § quod obſeruari. vltimo no
ta. ff. de iureiur. propter calumniam dan. diffinit, dicens ꝙ
16 ſcire † eſt vehementer opinari: non tamen pro certo & ꝓ-
priè. Iaſon in conſi. ſtatim alleg. per gl. in l. ſi duo. §. pen. in
verbo ſcire. ff. vti poſſ. & glo. in l. ſi paterfamilias. in verbo
ſcit. vbi Bal. & Imo. ff. de hære. inſti. Alexand. in l. 1. ff. ſi cer.
peta. & per ea quæ traduntur in l. 2. §. Idem Labeo. ff. de
aqua plu. arc. vbi glo. inquit, quòd ſcire propriè eſt verita-
tem viſu perceptam in mente tenere. Et iſta diffinitio gl.
videtur aſſentire diffinitioni traditæ per Bar. in d. l. 1. verſi.
ad eius euidentiã. Quia ſcire eſt certitudinarie ex eo quod
ipſe vidit & ſuo ſenſu percepit: & tunc dicitur pro certo
ſcire. cap. inquiſitionem. vbi Ant. ſupra de elect. & cap in-
quiſitionem ſupra de ſenten. excommunica. not. Iaſon in
conſil. 64. colum. 5. in cauſa caducitatis. volum. 3. Et hoc
modo habetur veritas: pro quo vide Bald. in l. cum anti-
quioribus. 3. q. de iur. delib. C. & in l. principales. §. quod ob-
ſeruari. colum. 1. C. de iureiuran. propter cal. dando: vbi
17 refert † ſcientiam non eſſe niſi verorum: notatur in d. l. ſi
paterfami. & ff. de acquir. hæred. l. ſi is ad quem. & in l. cum
quidam. §. quod dicitur. & in l. Pantonius. §. rei perduellio
nis. eod. tit. Ex quo reſultat verbum perpetuo notandum,
18 Quia teſtis † credens dicere verum, ſi dicit falſum eſt periu
rus: quod firmatur per Fel. in c. Firmiter credimus. colu. 1.
Vbi videbis (vt ita dicam) pinguem & amplam remiſſio-
nem ſupra de ſumma Trin. & fide catho. Bal. autem in ca.
cum contingat ſupra de iureiur. ſub aliis verbis diffinit di-
19 cẽs. ꝙ ſcire † eſt rẽ probabiliter cognoſcere, puta per argu-
menta. l. qui filium. §. fi. in fi. ibi argumenta. ff. ad Trebel. tñ
omnes communiter conueniunt cum verbis philoſophi,
videlicet, ꝙ ſcire eſt per cauſas cognoſcere. Et ideo non
dicitur ſcire qui neſcit rationem reddere quam nouerit:
vt voluit Bal. conſi. 88. in prin. vol. 4. dum dicit. Sed quia ſu
periores noſtri ſcire quemquam arbitrati ſunt: ꝙ ratione
optima demonſtraſſent. c. ego ſolis. 9. diſt. nota. in d. l. non
20 omnium. ff. de legi. vbi Bal. citat duplicem † eſſe rationẽ,
directam, & inflexam directa eſt qua poſita apparet veritas
abſque medio, vt ſcio quia vidi. Inflexa vero eſt qua poſita
apparet veritas per ſubauditum vel adiunctum. ¶ Et priuſ-
quam vlterius progrediar, ad proſitum pręmiſſę diffinitio-
nis ſcire, refero verbum relatum per Neuiza. in Silua nup.
21 carta mihi. 218. col. 4. Et quoniam per legem † ſcriptã: im-
poſſibile eſt omnes caſus comprehendere, ſubintrat legis
interpretatio quæ deducendo argumẽta & rationes à le-
gibus ſcriptis, ſicut aliæ ſcientiæ è ſuis principijs generat
habitum ſcientificum, aperiẽdo multas concluſiones, &
decidẽdo multa dubia ex virtute aliarum legum, & ſic ve-
rificatur dictum philoſo. Scire eſt rem per cauſas cogno-
ſcere. Quod etiam comprobant Barto. & Bald. in l. pupil-
lus. ff. de acquiren. hæredi. vbi etiam Angel. Imo. Alexand.
& Iaſon. & idem Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. 14. col.
ff. de verbo. obliga. Barba. in c. clerici. 5. col. ſupra de iudi. in
propoſito dicit Anto. de Butr. in c. nam concupiſcentiam.

col.2.§.de constitutio. Quia ea dicimur scire, quando proprietatem & omnes effectus ipsius subiecti cognoscimus.

22 ¶ Et quia de quolibet producto † duplex habetur consideratio secundum Car. in procemio Gregoriano col.5. Iõ in huiusmodi materiæ prosecutione necesse est videndũ an teneatur quis scire vel nõ. ¶ Secũdo quis dicatur scire. ¶ Tertiò quis præsumatur scire. ¶ Quartò qualiter dicemur scire. ¶ Quintò an scire & scire debere sint paria. Quæ omnia sic in partes diuisa nota patefient. Iuxta illud Senecæ. facilius † ꝑ partes in cognitionem totius adducimur. not. in procemio Institu. §. igitur. Huic dicto satis videtur astipulari Philoso. 2. Ethi. Circa vniuersalia sermones sunt faciliores: & circa particularia veriores. Areti. cõsi. 13. Partitio nempe animum incitat, mentem præparat & memoriam reformat. Ioan. And. in dicto procemio Grego. col. 3. qua vtitur Imperator. §. sed non vsque. versiculo. sed nec in primis. Insti. de lega. no. in l. 1. in prin. de doli & met. excep. Idem Præpo. in procem. decreti col. 2. vbi dicit. Ex ordine scribendi † aut docendi facilius doctrina percipitur & retinetur. §. sed cum nos. in procemio. ff. in l. 2. C. de veter. iur. enucle. ¶ Ordo enim vniuscuiusque rei est figura substantiæ. Inquit Bal. in cõsilio scismatis quod posuit post rub. si quis alteri vel sibi. C. dico in c. vbi in princ. ĩ. de elec. Facit illud vulgatum. Scire quid facias & nescire quo ordine facias, teste Ambro. non est perfectæ cognitionis. Facit etiam quod notat Ioan. Mo. in c. cum in multis. ĩ. de rescr. ibi, prouide. ꝙ de genere ad speciem declarando procedatur & idem mo. in c. locupletari. ĩ. de reg. iur. ibi, cum res diuisione fiat lucidior. Ne autem videamur satiricæ in constantiæ imitatores, qui passim saltando & sine serie loquũtur. vt vult tex. in procmio Digestorum §. 1. ibi, sed passim & quasi per satyram collectũ, vt in simili placet do. Io. Lecirier Parisien. in Præfa. sui tracta. de iure primoge. vbi subdit ꝙ ordo est modus entium, vnde memorialis cellula ex ordine vel spiritu colligatis efficacior redditur & nexu quodam fauente difficile soluitur.

¶ Idcirco ad prosecutionẽ primi mẽbri veniendo. quæro an quis † teneatur scire vel non Bal. in Margari. dicit ꝙ nullus scire tenetur: sed opinari. Tamen non suffragatur tex. per eum allegatus. Ideo dic, quòd multa tenemur scire. ¶ Primò, omnes constitutiones: quibus vniuersalis ecclesia regitur: & ipsas custodire aut obseruare etiam Papa secundum Ioan. And. in nouel. in c. 1. circa medium de consti. hoc li. Bal. autem in l. 1. col. 2. ff. de offic. præfec. vrb. dicit quòd † generalia principia oportet hominem scire: aliàs est sine intellectu. hinc Panor. in c. prudentiam. §. de offic. deleg. citat ꝙ intellectus hominis sine scientia potest dici sine forma, & potius dicit esse ymago quàm homo. Quæ autem concernunt fidem nostram an teneamur scire tractant Doc. in rub. 1 de summa Trini. & fide catho. vbiq;. Et inter alios doctor Gallus Io. Fabri quondam Galliæ vt dr̃ cancellarius in l. 1. col. fi. C. eo. tit. de summa Trini. dicit, ꝙ si quis interrogetur † de fide sufficit respondere, ꝙ credit sicut ecclesia Romana, Nec habet explicitè respondere de singulis articulis, & hoc nisi esset rector vel prælatus. Inn. & Host. in ca. primo. supra, de summa Trini. & fide catho.

28 ¶ Quo ad secundum, quis † dicitur scire. Specu. in tit. de teste. §. 1. versiculo. Item ꝙ si non prohibet, absoluit quem dici scire quod vidit, & quod ꝙ vidit testatur: iuxta illud Ioãnis. c. 3. qđ loquimur scimus, & quod vidimus testamur. ¶ Scire etiam dicimur quod ab alio audiuimus. Idem Spe. in titu. de cita. §. 3. versi. per viam. idem Ioan. Imola. in c. si sacerdos. nu. 2. §. de offi. deleg. Hinc Domi. in c. de capitulis. 10. di. dicit per illum tex. & post eum Præpo. ibi. Quia quis dicitur pro certo scire quando est certificatus ab vno fide digno, allegat. c. sicut pro certo. §. de symo. & Archi. in c. in domo. de pę. dist. 4. pro. quo est gl. notabilis in verbo, actiones, ibi, & erat homo cui videbatur credendum. l. Titio fundus. ff. de condition. & demon. quæ reputatur notabilis per Ang. in §. 1. Insti. de suspec. tuto. Pro dicto Domi. & Præpo. allego tibi tex. in c. vnico. §. de scruti. in ordi. faci. & ibi do. Ant. de Butrio circa prin. post gl. Quia qui videt electum a bonis videtur habere notitiã illius, & de tali respondet, qa audiuit ab aliis. ca. hoc videtur. 22. q. 5. Et super hoc potest fundari pratica iuramenti quod præstatur in curia Romana pro his qui petunt sibi de Episcopatibus & aliis dignitatibus per Papam prouideri: quia oportet eos iurare tales promouendos idoneos fore, prout dictant Sanctiones. in quo iuramento multi deuiant à tramite veritatis: prout aliquando audiui de quodam affirmante aliquem promouendum idoneum: qui tamen suspectissimus (vt ita dicã) de hæresi etiam apud omnes partium illarum erat: & diffamatus villicus ille: istud enim est iuramentum quod vulgus appellat iuramentum in fide parentum. Redeundo ad intentum. Archi. in c testes 2. q. 9. dicit, licet non viderim Christum crucifixum, tamen firmiter noui: & hoc credo: & scio pro certo: cum pro indubitato hoc debeat haberi. Pro quo tex. in ca. Iulianus 6. q. 4. Accedat pro his dictum Bal. in l. filiũ. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi describit, ꝙ si testis dicit. Scio pro certo talem esse filium talis, ꝙ nõ loquitur incongruè: sed intelligitur de ea certitudine quæ haberi potest, quia pro certo sciri non potest: nisi solis coniecturis & vehementibus opinionibus: quæ consonantes veritati idem operantur qđ certitudo. gl. no. in l. si quis extraneus. §. sciendum. ff. de acquiren. hæred. quæ est glo. fin. in fine approbata à Bar. Bal. Pau. Ang. & Mode. ibi, ex qua colligunt † ꝙ vehemens opinio dicitur transire in scientiam: qa scire dicimur quod vehementer opinamur, si vehemens opinio concurrat cum veritate: vt referunt ibi Bald. Imo. Ange. & Iason post Inno. in ca causam supra de iura. calum. & etiam Bald. ibi exclamat dicens, qđ multa sunt de quibus non potest haberi vera certitudo: tamen vehemens opinio iuncta veritati idẽ operatur qđ certitudo. ista possunt verificari per ea quæ dicuntur in c. afferte mihi gladium, supra de præsump.

¶ Et per hæc reperio Pe. de Anch. cõsi. 392. visis diligenter variis cõsiliis: dicere ꝙ in substituto casu quo masculus non nascatur potest haberi ista conditio pro impleta etiã ante partum: si ex vehementi cõiectura fœtus fœmineus sit in vtero. Et postea hoc apparet ex partu: quia operatur præcedens opinio matronarum, quibus expertis † iura in facto carnalis copulæ fidem adhibent. c. fraternitatis. sup. de frig. & malefic. Similiter an aliqua sit prægnans vel nõ l. 1. ff. de statu homi. Bar. in l. 1. ff. si cer. peta. l. si chorus. §. his verbis. de leg. 1. c. vt constitueretur 50 dist. l. si quis decurio. C. de fal. Neapo. deci. 253 nu. 10. duo Regij.

¶ Postremo in hoc membro dic, ꝙ quis scire dicitur id quod probare potest. gl. in c. sacerdos. in prin. de pęni. dist. 6. vide quę dicit. do. meus de Ripa. in tra. de peste. carta 158. versi. Insuper quæro de quæstione, & quæ dico in c. 2. de cõsti. & pro reliquo dicit Lucas de Pẽna. in l. fi. vt digni. ordo serue. l. 12. C. Quia scire dicimur quæ in terris gignũtur ad vsus hominis creari omnia, homines autem † causa hominis fuisse generatos: vt ipsi inter se alij alijs prodesse possẽt. iuxta illud Cicero. non solum nobis nati sumus & c.

32 † Ad tertium membrum descendo: quis † præsumatur scire, dic ꝙ quando agitur de commodo alicuius præsumitur sciens, nisi probetur ignorans: ista fuit sententia Car. in cle. vnica. §. fi. nota 7. conces. præbend. quod ibidem Ioan. Imol. col. 1. firmat dicens. Nota ꝙ quando agitur de commodo alicuius, imputandum sibi videtur, si non habeat notitiam eius quod est publicum & notum in loco in quo impetrauit ad commodum suum: & sic Papa fingit scientiam, vbi non est ignorantia probabilis.

¶ Sic dicimus in matrimonio carnali vbi nõ est. c. is q. §. de spon. Et ista est præsumptio iuris & de iure in qua non admittitur probatio in cõtrarium, vt latè per Præpo. post allegata d. c. is qui. Et aduerte, ꝙ hæc præsumptio dr̃ † magnæ importãtiæ, adeo ꝙ operatur vt condẽnatus ex præsumptione iuris & de iure nõ possit appellare, quia hr̃ pro cõfesso & cõuictus. Quia cõfessus & cõuictus non appellar. hẽs tex. in l. quorũ appe. nõ recip. C. Bal. in l. si hi qui. C. ad leg. Iul. de adul. cuius doctrina optimè ꝓbat̃ in d. l. si hi q. in fine. iũcta d. l. 2. quorũ app. Vide Feli. post alios in c. quãto. de præsump hoc tñ non puto in hoc regno haberi pro uiridi obseruantia, qa de qualibet appellatione curiæ supremæ parlamentorum uolunt cognoscere.

¶ Et hanc præsumptionem iuris & de iure possumus appellare præsumptionem legum, quæ dicitur liquidissima probatio. gl. in l. pe. C. de peri. tuto. quã ad hoc reputat singularem Imo. in l. quæsitum. ff. de re iudi. & in l. in tẽpus. §. 1. & in l. si quis hæres ita. ff. de hæredi. institu. Bald. in rub. de præsump. & in d. l. pe. Fely. in rub. supra de proba. cõsociando tibi gl. in l. 1. C. de testa. mili. ubi Ang. Ludo. & Alex.

¶ Possumus etiam appellare sententiam legis. ut probatur. C. ad Macedo. l. fin. in fin. & Carbi. tutel. l. finali Alber.

de Gandino in rub. de præſump. ver. iuris & de iure: & nõ admittit probationem in contrarium.

¶ Et redeundo ad principale intentũ, idẽ dicas in matrimonio ſpirituali. vt in c. vidua. §. de reg. vbi tex. Quia nouitia quæ ſponte ſe ingerit actibus profeſſarum per hoc cẽſetur profeſſa, licèt ſacramento firmare velit velamen ſibi impoſuiſſe, vt deponere poſſet. Et ſic habes tex. ibi notabi. ſecundum Panor. quòd non † ſemper in dependentibus à conſcientia & ab animo alicuius ſtatur iuramento illius. [34]

¶ Ex quo cõcludo, ꝙ pro hac fictione ſciẽtiæ ſemp præſumitur quacunq; probatione adducta non obſtante. Signanter ſi in his vergat præiudiciũ alterius, vt reſultat ex Doct. Pan ibi. Et dic ꝙ in iſtis propriis factis non ſolũ præſumitur quis ſcire illud: ſed etiam illius circunſtantias: quæ multum iuuant ad comprobationem & liquidationem alicuius facti prout dicemus in c. in fidei. de hæreti.

5 ¶ Et istæ dispensationes † sunt odiosæ, maximè quando agitur de interesse alterius. Feli.in dicto capitu.at si clerici. §.de adulterijs.uersicu.secundo.adduco.supra.de iudi.nu. 8.Idem Fel.in cap. mandato: de symo.versicu. quarta & vltima conclusio.nume.7.nisi ueniat motu proprio. Panormi.in cap.cum in cunctis.§.cum uerò.num.8.supra.de elect.vel id fuerit expressum ab eo.argum.nota.per domi. Bartholo.de Chassaneo.consi.43. numero 4.Idem dic in causis matrimonialibus. Hinc Dom. consi.114.colum.fin.

6 dicit quòd factum † Papæ debemus trahere in exemplum quando iudicat. licèt non sic quando dispensat, vel facit contra ius.de re iudi.supra.cap.in causis: cum ibi notatis: de priuileg.supra.ex ore. uide Francisc. Curt.consi.35.numero 27. Statuto seu in capitulis, & de ueritate huius puncti vide Iasonem in dicto consi.40.volum.3.

Et stricti iuris etiam dicitur. Panormi.in cap. dudum.el 2.nume. 15.supra. de elect. Ideo non extenditur ad alia quàm ad contenta in ea.cap. lector.24.di.Cal. consil.13. titu. de præben.

Quòd autem dispensatio sit odiosa, patet: quia vulnerat ius commune. prima. quæstio.7.§.nisi rigor.& supra. de consanguinitate.& affinitate.cap. quod dilectio. Non enim est celeriter concedenda nisi propter vrgentes causas, quas vide notatas per Præpo. in capitu.de Siracusane. 28.distinctio.

Hinc dicimus, quòd dispensatio facta in casu prohibito, prophana facilitas appellatur, iuxta illud quòd dispensatio facta contra legem dicitur legis destructio.cap.fina. 10.distin.vbi idem Præpo.citat, quòd in obseruantia legis nulla debet esse acceptio personarum. Et ideo sicut minores ad ipsius legis obseruantiam, ita & maiores tenentur, iuxta illud Deutero. Ita iudicabis magnum sicut paruum: tamen illud potest fallere in causis criminalibus,

7 † vbi mitius agitur cum maioribus quàm cum plebeis, & vilibus personis l.aut facta.§.persona.ff.de pœn.& l.secunda.ff.de termi. amot. istis enim conuenit id quod citat Ange. consilio 110. columna tertia. quod exorditur, Sanctissima: dum dicit, quòd est lex naturæ, & est gratia siue dispensatio debita, de qua sequentibus dicemus.

¶ Alia est lex gratiæ, quia princeps facit gratiam vt vult: qui potest suæ rei legem imponere pro libito voluntatis.

¶ Alia dicitur de iustitia, uidelicet de iure debita quando petitur ex legitima causa: pro hoc habes glos. notabiles in cap.domino sancto.l.di.& cap.vt constitueretur: vbi Præpo. satis os suum dilatat, & Archi.ante eum, dicens ꝙ

8 vbi dispensatio † est debita, tunc est ius, cum sit executio iustitiæ.ff.de iustitia & iure.l.j.primo respon. Si permissa, dicitur misericordia, vt 65.di.disciplina: in princip.& cap. omnis qui.9.quæstio.j.& j.quæstio.7.hi qui. Si prohibita, tunc dicitur dissipatio. Hinc est, quòd pro ipsa consequenda non datur actio: potest tamen officium iudicis implorari, vt in d.glos.cap.domi.sancto.& glos.prima in fin. & in capit. exigunt.prima.quæstio.7. Quæ dicit, quòd ordinarius eam denegans peccat, & potest haberi recursus ad superiorem. Ioan.Montaigne, in tracta.de biga.quæstione 7. colum.7. Ratio suadet: quia in tali casu dicitur superior

9 † inferiori facere iniuriam.l.prima.§. permittitur: & ibi Barto.ff.de aqua quo.& æstiua. Et posset a tali denegatione appellari.l. prima. C.si sæpius in integrum restitu. po. Bart.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.Iason Institu.de actio.in princip.col.9.num.66.Felyn.in cap.super his.colum.4.ŝ.de accusa.

¶ Suadet etiam alia ratio naturalis, quia talis dispensatio non est meræ gratiæ: sed ius quoddam & iustitiæ executio. ut dixi.ŝ.post Archidia. Idem Archidiaco. in dicto capit. licèt canon.ÿ.de elect. columna secunda. Dec. in capitu.at si clerici.§. de adult. numero 24.supra. de iudi. Panormi.in cap.bonæ.el primo. numero 14.supra.de postula.præla.vide quæ dico.in capitu.2.de constitu.versicu. Expediendo septimum membrum, & in capitu.si pauper. infra.de præben. Pro his facit dictum Ioan.Mona.in rubrica de postula. præla. Quòd iniuria fit postulato, si circunstantiæ eum faciunt admissibilem, si non recipiatur eius postulatio. Idem Ioan. Mona. in capitu. quàm sit. infra. de elect.

Pro pmissis Adde q̄ uoluit D.Maleretus in trac.de elec. carta mihi.83.col. 2.& 3. Quòd si Epus sine cā denegat

licentiam clerico uolēti ire ad studium: quòd poterit agere coram superiore, vt compellatur. Panormi. in cap. relatum. num. 6. supra de cler. non residen. refert idem Malere. de abbate negante licentiam monacho volenti ire ad studium, quem vide: non idem dicas de illegitimo requirente secum dispensari. per ea quæ signat Dominus Ioan. Mona. in cap. in fidei. ꝭ. de hæreti. Quia hoc casu non tantā suadet ratio quanta in studere cupiente: vt patet intuēti. uide Barba. in 4. volu. consi. 40. col. 2.

10 ¶ Dicitur enim † debita pluribus modis. Primò modo propter scandala uitanda. ut patet de consanguinitate & affinitate. cap. quia circa. vbi Præpo. recordatur. Papam quotidie inter consanguineos dispensare propter bonum pacis futurum vel scandalum vitandum. Et hæc causa sufficiens est nedum post, sed etiam antem atrimonium contractum. Cum propter † scandalum discedatur a iuris cōmunis dispositione, etiam expressa. l. qui decem. ff. ad leg. Cornel. de Sicca. in l. si quis filio exhæredato. circa mediū. ff. de iniusto testamen. cap. si quando. s. de resc. alia iura Mari. Soci cumulat. consi. 165. colum. 12. visis, facit vltra enm text. in cap. secundo supra de no. ope. nuncia. iuuat dictum Ioan. Mona. in cap. secundo. ꝭ. de præben. ibi, sic credo si sit scandalum in auferendo, magis possit eis dimitti, & Maria. Socin. consi. 67. colum. 10. versic. quibus: vbi pro hoc plura iura adducit. & d. consil. 165. colum. 10. visis inuestituris: & Petr. de Ancha. consilio 373. reuocatur. glos. prag. in verbo pontifex. §. verumtamen. de elect. notat Ias. consi. 38. colum. j. volumine 3. Ista lucida sunt in casu isto per Roma. consi. 307. in fine in casu propositæ consultationis. Ideo quando petimus cum affinibus dispensari ac consanguineis: aut alijs prohibitis ad matrimonium, quæ iam contraxerunt & consummauerunt carnali copula: dicit Papa aut pęnitentiarius maior in dispensationum narratiua. Et si diuortium fieret inter viuos, grauia exinde scandala uerisimiliter oriri possent, tuq; Berta quę prægnans existis uel iam forsan peperisti perpetuo diffamata remaneres & c. vobiscum, quòd impedimento huiusmodi non obstante consanguinitatis, in uestro sic contracto matrimonio remanere possitis & ualeatis, auctoritate Apostolica dispensamus, prolem susceptam: & deinceps suscipiendam legitimam decernendo.

Nec putes hæc vltima uerba fore superflua. Quia licèt Papa dispensaret super matrimonio, vt latè tradit Petr. de Ancha. consi. 239. parum dubitationis, & Domi. Chassa. consi. 43. tamen exigitur expressa dispensatio super prole: notat Bald. in addit. ad Specu. in titu. de suc. ab intesta. colum. 1. uide quæ dico in cap. j. ꝭ. de rescrip.

Item est debita propter stragem vitandam, dico gentium. dicto cap. constitueretur: & ibi Prępo. & 24. quæstio. 4. cap. ipsa pietas: vide Domi. in consi. 33. pro examinatione, vbi discutit de dispensatione matrimoniali satis quotidiana. Item etiam uidetur debita propter tempus, vt si ob bellum uel pestem non reperiantur clerici, vel pauci: quia tūc poterit dispensari vt vnus plura habeat beneficia, vel ut laici clerici fiant. c. necessariam. j. quæst. 7. c. sententiam. 35. q. 9. c. non debet. s. de consangui. & affinitate.

Item propter pacem habendam, & ut ita dicam, guerram uitandam. Et in summa ubicunque vtilitas publica suadet, vt in cap. fin. s. qui filij sint legitimi.

12 ¶ Et attende hic ad vnum, quòd hoc uerbū † dispensatio, inuentum est & introductum a iure canonico. Nam de iure ciuili non reperitur: sed dicitur indulgentia. Bald. in dicto cap. at si clerici. nume. 10. s. de iudi. quod comprobat Decius ibi in dicto. §. de adulteris: num. 3. dicens And. Sicul. sequi. Bald. consil. 18. colum. penult. libr. 4. tamen dic reperiri in libro feudo. in tit. de pace Constan. in princ.

Et de verbis importantibus prohibitionem uide ibi per eundem Decium. nume. 9. Ista enim est præcipua causa propter pacem, propter quam dicit Barba. consi. 1. tertij volum. recedi a communibus regulis legum & canonum, & pro casu nostro adducit. c. 2. s. de despon. impub.

¶ Postremò sumitur dispensatio secundùm aliquos, quòd propriè & originaliter importat pecuniarum dispēsationē diuersis factam, dicta a dispenso idest diuersis penso: vnde dispensator dicitur pecuniarum administrator. quæ prius non numerabantur: sed appendebantur siue pēsabantur. Deinde uerò translatum est hoc nomē ad omnem distributionem & sic importat cōmensuratam applicationem uel distributionem alicuius communis ad singula. Vnde secundùm hoc dispensatio in præcepto legis communis est applicatio eius ad hunc & illum secundum eorum proportionem. ut ille scilicet astringatur ad totum: ille ad partem: ille ad nihilum, secundùm eorum conditiones, quæ in hoc præcipuè attenduntur signanter, quæ ex scientia procedunt: quia vtilius † solus scientificus & literatus multas gubernabit ecclesias, quàm alij. licèt multi. hinc Salustius in Catilina. Quòd paucorum virorum inclita virtus auxit Romanorum imperium, non multitudo. Et in proposito ęquidem videmus in ecclesia Dei respectu multitudinis fidelium idest paucorum virorum facta sublimia, & excelsa fidem nostram & ecclesiam illustrasse: & archana Prophetarum, & ueteris testamenti illuminasse. Ideo circa tales relaxare legem communem: non est commune bonum turbare, sed est spe præmiorū: alios ad similia incitare, siue exhortari, prout fieri debet, vt leg. j. ff. de iustitia & iure de quo recordatur Petr. de Anchara. in repet. capitu. canonum statuta, carta mihi. 6. supra de constitu.

Et ista possunt dici de secunda diffinitione hic posita, videlicet quòd dispensatio idem est quòd dispositio. hinc Petr. de Ancha. in dicto cap. de multa. num. 14. de præben. dicit, quòd dispensator idem est quòd familiæ gubernator: quia disponit singula singulis, & laborem, & præmiū: & tale dispensatore indigemus, qui legem vniuersalem ex causa interdum relaxet. Hæc autem non cuique committenda, sed illi qui potest legem condere & tollere. Et sic per Papam uel Principem, vel ipsorum auctoritate faciēda est dispensatio. vide Ioann. Andr. in nouel. in dicto cap. licèt canon: dico facienda ex speciali mandato: per ea quæ nota. per glo. pragma. de colla. §. Item uoluit. in uerbo

14 Romanus pontifex: ubi dicitur quòd ea † quæ geruntur a legato ex speciali mandato Papæ uidentur facta a Papa, & illa dñr papalia ſm Scribē. in c. literis. statim allegādo: pro quo adducunt. l. vnum ex familia. §. j. de leg. j. & c. in causis vbi Panormi. s. de elect. secus de his quæ facit ex vi generalis legationis. cap. cum olim. s. de consuetu. & c. hi qui. ꝭ. de præben. Bal. Panormi. Barba. & alij in dicto cap. literis. s. de elect. in fine. Et in his stat discrepantia: quia quæ fiunt ex facultate & commissione speciali non possunt subdelegari: benè tamen quæ sunt ex generalis legationis virtute: quia illa dicuntur alia ex commissione iuris: alia ex commissione hominis. Pro hoc Hostien. in capit. quoniam. columna secūda. supra. de offi. de leg. & ibi Scriben.

15 ¶ Dispensans † autem sit homo, qui non speret in pecuniæ thesauris: sed quis est hic & laudabimus eum? Nam omnes sunt quæstuosi. dicit Hostien. in d. cap. quoniam. colum. 4.

Item debet habere intuitum rationis & boni vniuersi, & causam propter quam dispensat: quæ dicitur triplex, videlicet necessitas, vtilitas, & prærogatiua euidens meritorum. Istæ sunt præcipuæ: aliàs vide per Petr. Rebuffum in repet. capit. postulasti. nota. 3. s. de cler. excommunica. ministran. ubi ipse nos citat in his quæ diximus. in c. cū ex eo. de elect. & in cap. fina. de uerbor. significa. Aliàs si dispensans nuda voluntate mouetur: non habens intētum ad aliquod prædictorum: non meretur dici dispensatio, sed dissipatio. Nec dicitur talis prudens & fidelis dispensator: de quo Luce. 12. capitu. quis putas fidelis est dispensator & prudens quem constituit dominus super familiam suam.

Pro hoc habes quòd citat Cardin. in capitu. nisi. §. personæ. num. 2. s. de renuncia. quòd dispensare est diuersa discretè pensare: & in animo ante uersare: ąn iuris relaxatio expediat, aliter nisi expediat, debet: ut prædiximus dici dissipatio: firmat Pet. de Anch. in repeti. dicto cap. canonum statuta, carta mihi. 5. s. de constitutio. Et in hoc uerificatur dictum Alexand. consi. 137. uisa. col. 2. uolu. 6. Quòd Papa potest dispensare super iuramento sponte & licite præstito cum causa, non autem sine causa, facit id quod notatur de promissione sine causa, ut non ualeat. quod comprobat idem Alexan. in consi. 157. in princip. uolumi. 6. Nec quo ad Deum est tutus, cum quo est dispensatum, de quo supra de voto. ca. non est uoti. & 24. quæst. j. cap. manet. gl. pe. in cap. dudum. el 2. s. de elec. latè Ioan. de Ligna. in trac. de plurali. beneficiorum.

Pro his uide Domi. in d. cap. licèt canon. §. fina. & Ioan. Brunel.

Brunellum in tract. de po. lega. conclu. 12. columna 3. & 4. Barba. in Clemē. gratiæ. colum. 3. de resc. Socinum consi. 260. colum. 11. Ioan. Mon. in capitu. cum ex eo. J. de elect. & c. Si annum 14. num. 2. J. de iudi. Innocē. in cap. cum ad monasterium, supra de statu mona

Et pro comprobatione proximè & supra deductorum, quando dicimus quòd dispensatio ab inferiore a Principe requirit causæ cognitionem, illud firmat Dominus Maria Socinus consi. 59. in fine, viso elegantissimo. allegat Innoc. in cap. veniens supra de filijs presbytero, & alios quos vide, & Alexand. consil. 60. numero 34. visa legitimatione. volum. 2. & Decium latè cons. 264. colum. 2. Reuocatur in dubium. & cons. 288. colum. 3. quæritur in effectu, quem videas etiam pro ipso intento. Idem Soci. firmat. cons. 246. colum. 4. versic. j. considerando eleganter. Alex. consi. 101. colum. fin. circa primum. volum. 6. & consi. 70. colum. penult. in causa. volumi. 3. Decius. consi. 542. reuerende pater. colum. 1. Et nouissimè Dominus Bartholo. de Chassa. consi. 31. nume. 6. vbi loquitur in legato dispensante sine causa, quę si non fiat cum causa non valet, quod dicit notandum perpetuo in foro contentioso, ad infringēdas mille dispensationes, quas faciunt legati super incompatibilibus cum personis indignis, puta non sublimibus vel literatis, allegat Feli. in cap. postulasti. in 15. colū. supra de resc. in c. ad audientiam. el 2. colum. 5. eod. titu. Istud tenet domi. meus de Ripa. 2. lib. respon. cap. 35. num. 6. facit, quia aliter facere est contra ius commune, contra quod non disponit legatus. Archi. in c. si apostolicæ. de præben. hoc lib. Et sic talis dispensatio dicitur non de iure sed de facto facta, per regulam quam citat Soci. consi. 32. col. pen. ex his vbi dicit quòd illud dicitur fieri de facto quod fit sine causæ cognitione. ¶Vide præterea eundem Barthol.

16 Cassa. An dispensatio † extēdatur extra limites, siue ad beneficia extra legationis suæ fines & latius per Decium: licèt eum non alleget, in consi. 207. Pulchrum est dubium, de quo dicemus in cap. officij, de offic. lega.

Et inquantum supra diximus inferiores non posse sine causa & illius cognitione dispensare, moderare habes, nisi a superiore sibi concedatur, quòd possit sine causa & legibus derogare: testatur Corneus lib. 3. consi. 1. col. 2. in præsenti ardua, pro hoc vide quæ in simili dicit Soci. cōsi. 212. col. 2. prima consultatione, quod autem dicimus de causa, dic de vera: quia si esset falsa non valeret dispensatio. Firmat Decius consi. 518. num. 5 in causa istorum, quem vide consi. 579. in princip. in præsenti.

b ¶Omnino. b) De hac dictione vide quæ nota. Alexan. in consi. 73. num. 10. visis depositionibus volumi. 7.

c ¶Numerus perfectus c) de numero autem septenario, vide ea quæ latissimè describit Montaig. in suo tract. de biga. in proœmio. per 5. colum. & inde de senario vbi illum etiam fore perfectum numerum: de quaternario vide latè domi. Brunellum in tract. de matrimo. conclu. 23. col. 4. de denario vide Montolo. in promp. in verbo decem.

d ¶Virtus: d) septem sunt virtutes, tres videlicet Theologales, & quatuor Cardinales; quas scire multo vtilius est quàm repetere legem. testis est Lucas de Penna in l. j. colū. 2. de Metropol. l. Berito. lib. 11. C.

17 ¶Et dic † quòd virtus secundum aliquos: est bona qualitas mentis: qua rectè viuitur. qua nemo malè vtitur: qua Deus in nobis sine nobis operat: de ea quippe Cice. 2. Rethor. Sola virtus in sua potestate est: & omnia præter eam fortunę subsunt dominationi.

e ¶In medio cōsistit, e) & discretio † est mater virtutum.

18 cap. j. supra de offi. custo. in fine, non mater asinorum. Bal. in cap. finem litibus. colum. j. supra de restitu. spolia. Et sine ea quis non est homo sed bestia. Bald. consi. 161. quod exorditur. Cecilia parte 3. tamen secundum aliquos virtus sine diuitijs nihil valet: cum sine diuitijs sit impossibile viuere, iuxta illud Fely. in cap. cum oporteat. colum. 5. supra de accu. vbi dicit, quòd bona temporalia sunt vita hominis, & pecunia conseruat honorē illius: & dicitur vita hominis quia deseruit humanę necessitati. Barba. lib. 2. consi. 7. colum. 7. & consi. 53. præclare. col. 4. ¶ Et licèt hæc persuadeant, tamen virtus sola & clara est nobilitas: qua duce reipublicæ optimæ consulitur: vt repertū dicitur olim in sedibus capitolij Romæ: vnde Vrbanus quartus aliquādo respondit alicui sibi ignobilitatem generis obijcienti: virum non nobilem nasci, sed fieri virtute nobilem.

¶Hinc est, quòd virtus vera a seipso, non a posteris expectenda est, qui sæpe parentum merita degenerant: inde Paulus de Citadinis in proœmio tract. de iure patro. colū.

19 4. dicit, quòd iactantia † ex virtutibus maiorum est ridiculosa: quod facit contra nobiles generis huius temporis qui gloriantur de nobilitate. Contra quos inuehit glos. in extrauaganti, execrabilis, ibi, disputare de nobilitate generis est disputare de nobilitate stercoris. per totum & sine require iuxta vulgare. Et ea de causa mirantur multi de iuribus Gallicanis & alijs quæ attendunt ad antiquitatem nobilitatis generis & non virtutis. In prærogatiuis priuilegiorum quo ad assecutionem beneficiorum ecclesiasticorum: de qua nobilitate generis. vide ad saturitatem remissiuè per Neuizanum in Silua nup. Est nubendum, fol. 159.

Vnum tamen citat Beatus Grego. super Iob. in mora. libro 7. c. 11. in princip. plerumque enim virtus habita deterius quàm si deesset interficit, quæ dum ad sui confidentiā mentem erigit, hanc elationis gladio transfigit. facit in proposito illud patroni mei diui Hieronymi, secunda parte tract. 2. epistola. 28. vbi dicit aliquādo virtutem putari virtutem quod vitium est, & econtra.

Virtus enim in tanto est precio, quòd quàmuis naturaliter homo sit aptus ad virtutem, tamen necesse est eum iuuari per aliquam disciplinam imbutam virtute. cum promptitudo naturæ sit ad malum. 12. quæstio. j. capitulo primo. Et humana natura quodammodo labitur ad delicta, vt in auth. de mona. §. si quis ergo. col. j.

Et procliuus est cursus ad voluptatem, & natura est indicatrix vitiorum. 20. quæst. 3. c. procliuus. His conuenit illud ecclesiastici. 7. cap. fecit Deus hominem rectum. & ipse se immiscuit infinitis quæstionibus.

De præmissis dico latius in cap. j. de ref. vide Ioan. Mo. in c. vt circa. J. de elect.

20 ¶Tu dic tamen in summa, quòd † in exercitio virtutis triplex reperitur difficultas, vna enim peruenit vt dicimus ex corruptione naturæ per peccatum priorum parētum, ex qua causatur in homine promptitas ad malum. & difficultas ad bonum. vt dicitur Gen. 8. ca. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adolescentia sua.

Secunda est. quia ex peccatis & vitijs pręteritis causatus est in homine quidem. habitus. vel saltem dispositio inclinans ad similia vitia, iuxta philoso. sententiam. habitus semel in aliquo gnatus est de difficili amouibilis a subiecto.

Tertia prouenit ex difficultate operis virtuosi: quia virtus est circa bonum arduum & difficile. Ideo opus virtutis vt sit efficax debet cum magno conatu fieri: testis est Lucas euange. cap. 13. Contendite intrare per angustam portam, quàm multi quærent intrare & non poterunt.

f ¶ Infinitum vt loquitur philosophus. f) Ista referunt ad calamum Ioan. And. in nouel. & Domi. hic nil addendo. quòd † autē infinitas debebeat coarctari & vitari. vide

21 glos. in c. 2. de rescrip. J. & Berthachi. In suo repertorio in verbo, infinitas: ubi ponit multos casus in quibus debet vitari: tu vide Iaso. in repeti. l. quominus. quæst. 12. ff. de flumi. & Barto. in l. j. §. generaliter. ff. de leg. præstan. Guil. de monte Lauduno, & ante eum, Ioan. Mo. in c. cum in multis. J. de rel. Et dicit Bald in tit. qui feud. um dare pos. colū. pen. Quod interdum infinitas ponitur pro quadam subsistentia: & tunc non est vitanda. l. pure. in fin. ff. de except. doli. Interdum accipitur pro ampliatione alicuius dispositi. & tunc dico quod est vitanda vt C. de sentent. per Cy. quæ pro eo & c. l. vnica: & ibi. & ibi nouissimè dominus Petr. Rebuffi.

g ¶Fidei commissa. g) Alexand. consi. 145. colum. 2. quoniam abunde volum. 2. tradit quomodo infinitas sit vitanda: & per quæ verba appareat: cui adde quæ voluit Neapolita. deci. 46. dicit regia. quòd si constitutio dicat quòd debet renoueri compromissum quando est expiratum, non intelligitur nisi per duas vices, per d. §. si quis, vt euitetur infinitas. l. qui bona. §. fin. ff. de damno infect. hinc dicunt.

22 Ange. & Alexand. in l. si finita eod. titu. Quod † qui promittit representare reum totiens quotiens, facta per eum bina præsentatione est liberatus: de quo per Bald. in l. superuacuam. columna 9. C. de his qui pœn. nota. Paul. de Castro in lege si duobus. §. quoties. ff. de iureiur. & Bar. in l. si quis reos. ff. de custodia reorum: Lucas de Penna in l. si quis decurio. libr. 10. C.

¶ DE SVMMA Trinitate, Et fide catholica, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta dicuntur rectè scripta.i.secundum obseruantiam iuris communis habita.*
2 *Consuetudo pro lege seruatur.*
3 *Procemium non est nisi propter dicenda.*
4 *Trinitas dicitur trini vnitas.*
5 *Quod non est ex fide,peccatum est idest inutile ad vitam æternam.*
6 *Non sufficit fides recta sine bonis operibus: nec opera bona absque fide recta.*
7 *Catholicon græce dicitur,rectum,vel vniuersale, latine.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Lex est contractus, & lex legis. Imperator non potest vasallum deuestire: potest tamen feudum sub regula iustitiæ & æquitatis deponere.*
2 *Rex Galliæ non minorem habet potestatem in suo regno, quàm Imperator in imperio.*
3 *Appellatione Regis simpliciter facta intelligitur de Rege Francorum.*
4 *Rex Franciæ quo ad subditos: est tamquàm quidam corporalis Deus.*
5 *Rescriptum dicitur pluribus modis.*
6 *Duo Apostolici, & duo Imperatores eodem tempore de iure esse non possunt.*
7 *Pontij Pilati quædam describuntur.*
8 *Catholica ecclesia quæ dicatur.*

a HIC incipit secunda a pars huius libri: qui diuiditur in quinque libros partiales. Nam in primo tractatur de creandis iudicibus.vt titulo de postulatione, de electio. de renunciatoine, & de supplenda negligen . præla. Nam renũciatione facta, & negligentia in prælato existente: iudices habent creari.

Et quia creati habent ordinari: & in certa ætate constitui:& a creatione repelluntur illegitimi: & bigami: Ideo ponuntur rubricæ de tempo.ordinandorum: & de ætate & qualitate præficiendorum. Et de filijs præsbyterorum, ac de bigamis.

Et tandem habito de creatione iudicum, & de impedimẽtis eorũ:tunc ponitur de officio eoũ in multis titulis.

Et quia iudicibus creatis officio eorum est obediendũ.Ideo subijcitur post officia,de maioritate & obediẽtia.

Et quia coram iudicibus fiunt pacta,procuratores constituuntur, In integrum restitutiones postulantur, & in arbitros compromittitur.Ideo de prædictis rubricæ subijciuntur. Verum ad totalem hunc librum quatuor tituli præmittuntur. Primus est de summa Trinitate,quæ est omnium principium vt supra eod.cap.j.

Secundò ponitur titulus de constitutionibus.Nam sunt b leges b legum: & leges negotiorum, & leges legum tractantur in tribus titulis sequentibus,Et postmodum in totali libro: regulariter & communiter legis negotiorum: & legum quædam sunt ecclesiasticæ: quædam seculares.3. distin.§ officium. 1 o. distin.§.ecce.

De legibus igitur ecclesiasticis generalibus tractatur titulo de constitutio. Sed de legibus specialibus,hoc est inter certas partes disceptantibus tractatur infra de ref. vel tractando de legibus legum tractatur primo de magis generalibus,vt de constitu. & secundo de magis ad factum condescendentibus vt sunt † rescripta c quæ dicuntur re-1 ctè scripta idest secundum obseruantiam iuris communis c habita.

Et quia consuetudo pro lege seruatur. 11.distin.consuetudo.& cap.sequenti.& infra de consue.capitu.j.ff.de leg.l. de quibus. titulus de consuetudine subijcitur.

Item in secundo libro, tractatur de iudicijs: & partibus iudiciorum.

Item in tertio de spectantibus ad clerum. In quarto de matrimonijs & impedimentis eorum.In quinto de criminibus & pœnis eorum.

Vnde versus.Iudex iudicium,clerus, connuba, crimen.

Cæterum hæc rubrica non continuatur ad superiora: sed ad sequentia.

2 ¶Et est ratio. Quia † procemium quod præcedit non est nisi propter dicenda.Et ideo hæc prima rubrica nõ ad præcedentia: sed ad sequentia continuatur.

¶Et dicitur trinitas secundum Boetium idest trini vnitas,scilicet patris,& filij, & spiritussancti. vt sit in personis proprietas, & in essentia vnitas, & in maiestate adoretur æqualitas.

Et nota,quòd nominum dictis tribus personis competẽtium,quædam sunt essentialia,quædam personalia,quædam notionalia,de quibus notatur supra eod.cap.2. Et hic dicitur. summa idest præstantissima. quia ipsa est vnum vniuersorum principium: tam visibilium quàm inuisibilium,tam spiritualium quàm corporalium supra eod.cap. j.circa principium.

Igitur de iure dicturus pmittit de principio, a quo sunt omnia,vt est summa Trinitas.Et de principio in quo om-3 nia fiunt,fructum afferentia. Quia † quod non est ex fide peccatum est, idest inutile ad vitam æternam. Ex quo eñi bonum est ex genere non habet finem ad quod est per fidem illud bonum dirigentem, Illud habet defectum finis debiti.Et per consequens inutilem. de consecr. distin. 4.cap.nullus infra de præscript.cap.pen.

4 ¶Nec sufficit † fides recta sine operib. bonis. Nec opera bona absque fide recta.supra eod.cap.j.in fine. Et fides sine operibus mortua est,Iacobi.2.

Et notandum,quòd fides multipliciter accipitur, vt supra in rubrica notatur. Sed hic accipitur pro collatione articulorum fidei idest pro obiecto fidei in quo fiunt omnia ad vitam æternam proficientia, vt in symbolo Athanasij. Quicunque vult salus esse.& 24.quæstio.prima.Hæc est fides.

Et sunt.14.articuli. septem respicientes diuinitatem. Nam aut diuina essentia respicitur in se: & tunc est ille articulus singularis.Credo in Deum.Aut respiciuntur diuinæ essentiæ tres personę.& tunc sunt tres articuli,vnus scilicet respectu patris,scilicet, Credo in Deum patrem omnipotentem. Aliter respectu filij.Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Aliter etiam respectu spiritussancti. Credo in spiritum sanctum.

Aut huius articuli respiciunt diuinæ,essentiæ operationes,quarum vna est in collatione naturæ: & hæc est creatio suum habens articulum, scilicet Credo in creatorem cœli & terræ. Altera est in collatione gratiæ: & hæc est sanctificatio habens suum articulum, scilicet vnam sanctam ecclesiam catholicam,sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Altera verò est in collatione gloriæ, & hæc est gloriosa resuscitatio habens suum articulum , scilicet, carnis resurrectionem,vitam æternã Amen. Vnde versus.Essen.personæ naturaq; gratia glori.

Similiter septem articuli accipiuntur respectu humanitatis Christi: iuxta septem actus principalis quos ad nostram reparationem ordinauit Christus.

Quorum primus fuit incarnari,habẽs suum articulum: qui conceptus est de spiritu sancto.

Secundus fuit nasci,habens hunc articulum:scilicet,natus ex virgine Maria.

Terrius fuit pro nobis pretium soluere, habens hunc d articulum,passus sub Pontio d Pilato,crucifixus mortuus & sepultus.

Quartus fuit Infernum spoliare, habens hunc articulũ, descendit ad Inferos.

Quintus fuit de morte triumphare,habens hunc articulum,tertia die resurrexit a mortuis.

Sextus fuit cælestia transcendere, habens hunc articulum, Ascendit ad Coelos:sedet ad dexteram patris.

Septimus erit venire ad iudiciũ, habens hunc articulũ, inde venturus est iud icare viuos & mortuus. Vnde versus.

Con cipi,

Concipi, nas. pati. des. surgit & as. veniet. Et dicta sufficientia articulorum accipitur ex parte causæ materialis. Si verò accipiatur ex parte causæ efficientis: tunc sunt. 12. articuli seu particulæ in symbolo Apostolorum prædicto. Ita ꝙ princeps Apostolorum dixit. Credo in Deũ patrem e omnipotentē e creatorē cœli & terræ, Inde Andreas subiũxit. Et in Iesum Christũ filium eius vnicum dñm nostrũ. Hinc Ioannes: qui inceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Inde Iacobus maior, passus sub pontio Pilato crucifixus mortuus & sepultus. Inde Thomas, descēdit ad inferos tertia die resurrexit a mortuis. Inde Iacobus minor, ascendit ad cœlos: sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Inde Philippus. Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Inde Bartholomæus. Credo in spiritum f sanctum. Inde Matthæus, sanctam f ecclesiam catholicã, g g & est sensus, credo in spiritum sanctum sanctificantem vniuersalem ecclesiam. Inde Simon cananeus. sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Inde Iudas Thadeus: carnis resurrectionem.

Et est sensus credo quòd deus resuscitabit ipsam carnē humanam. Vltimò Mathias apposuit vitam æternam. Amen. Et hæc fides dicitur catholica idest recta vel vni- 5 uersalis. Nam † catholicon græce idest rectum, vel vniuersale, latine.

Et secundum Isidorum: fides est quod veraciter credimus id quod nequaquàm videre valemus: Inde dicta fides vt fiat omnino quod dictum est aut promissum. de pœni. d. 4. cap. In domo.

ADDITIONES PROBI.

a HAC incipit. a) Ioan. Crotus in repeti. j. de cōstitu. in princip. voluit aggredi. quæstio. An rubricæ huius libri sexti sint continuandæ, tamen sub silentio præterijt, quia ex huiusmodi inuestigationibus nullus fructus percipi potest, ideo hæc quæ citat Ioan. Mon. hic tibi sufficiant. Et dicit hic Ioannes Andr. in glos. Rubri. quòd non placet vt rubricæ huius libri continuentur: hinc est quòd illas Archi. non continuat.

b ¶ Leges legum b) Albertus Brunus cō. j. columna 6. 1 dicit quòd est lex † contractus, & lex legis: de prima non disponit vt de secunda, quia illius potestas est in pectore suo. l. qui fundus de omni agro deserto libro 11. C. ¶ Et in proposito subdit, quòd licet Imperator non possit vasallos deuestire. capitu. 1. de natu. feu. potest tamen feudum ponere sub quadam regula iustitiæ & æquitatis, quæ præsumitur, & hoc posse inest à natiuitatate cuiuscunque feudi, quia Imperator semper excipitur. Nec legem sibi imponere videtur. capitulo primo. In fine: de prohibi. feudi alie. per Freder.

¶ Et quod dicimus de Imperatore idem dic de Rege 2 † Galliæ, quia non minorem habet authoritatem in suo regno quàm ipse Imperator in imperio. Bald. in l. exemplo. colum. fina. C. de probatio. Decius consilio 490. num. 10. quãdo ex facto. vide quæ tradit Dominus Ioan. Igneus in sua dispu. An Rex Franciæ recognoscat superiorem. vnum autem dicit Bonifa de Vital. in proœ. Clem. Quòd appellatione Regis simpliciter facta debet intelligi de Rege Franciæ per excellentiam: hoc tamen vt subdit per Anglicos nec per alias prouincias approbatur. tamē apostolica. ad eum dicit, quòd qui iurat fidelitatem, excipere videtur Imperatorem & Regem Franciæ, qui super omnes Reges est, & qui quo ad eius subditos est tamquàm 3 † corporalis Deus. Bald. in capitu. vnico. §. fin. de prohibi. feud. alie. per Frede. meritò dicitur per eundem Bal. consi. 218. colum. 2. petita venia, parte tertia. Quòd de persona Regis Franciæ nil aliud dici potest nisi qđ dicitur de polo Antartico qui non est nostri hemipherij. Princeps Dictus est etiam Christianissimus Rex, ꝙ semper ordinariè ecclesiam ab omni barbarorum incursu, & hæreticorum perfidia protexit.

c ¶ Vt sunt rescripta. c) diffinitioni huic assentit Bald. in l. 2. C. de diuer. res. Panormi. in rubri. de rescrip. in capi. 1. nume. 26. de constitu. & in cap. olim, in fine de verborum significa. Bald. in l. fin. nume. 6. de constitu. princip. Decius in d. rubri. de rescript. numero 1.

4 ¶ Alio modo potest dici rescriptum, videlicet † quando Princeps concedit aliquid contra dispositionem iuris communis circa modum procedendi vt celerius reddatur ius. Vt si concedat quòd procedatur summariæ, simpliciter, & de plano: vel ꝙ procedatur appellatione remota: ita dicit. domi & præceptor meus d. de Ripa 2. lib. interpreta. in dicta rubrica. de rescript. numero 23. quod dixit probari per capitu. j. iuncta rubrica supra de res. facit quod in simili notat Panormi. in capitu. relatum. nume. 7. supra ne cler. vel mona. vbi dicit, ꝙ quando disponitur, aliquid in finem alterius: si illud in cuius finem sic statutum non violatur, non peccat quis contraueniendo subsistente aliqua causa legitima: faciunt ad propositum notata per Fely. in capitu. quoniam contra. colum. 5. nume. 11. de proba. vbi dicit, ꝙ dolus & temeritas non ligant hominem simplicem contrauenientem sine dolo vel præsumptione: quia cessat respectus quem lex considerauit: vide Cal. in consi. 4. in titu. de senten. excommunica. vbi latè consuluit, ꝙ non faciens in contemptum non incurrit pœnam legis: quæ vtitur verbis denotantibus dolum.

Sub alijs autem verbis Petrus de Ancha. in capitu. olim nume. 14. de priuilegijs, aliter sentit quid sit rescriptum. dicens ꝙ rescriptum est bona actio secundum ius quod cōceditur ad iuris obseruantiam vt impetranti fiat iustitia. Et hæc rescrita non valent contra ius elicita. 25. quæstio. 2. capitu. rescripta, vbi glos. dicit verum de enormi læsione, secus de modica. Et ista sunt strictè interpretanda cũ detrahatur iurisdictioni ordinariæ. meritò sanctum est iuribus Gallicanis non habere locum in hoc regno rescripta in forma conquestus: prout dico in capitu. cum multis infra de rescript.

Præfatus verò dominus meus vbi supra nume. 10. voluit dicere rescriptum fore ius bis seu iterum scriptum: ꝙ sit ius scriptum tenet Pa. in rubri. supra de consuetudine. in princi. Et ꝙ sit bis seu pluries scriptum probatur ex syllaba re. quæ denotat multiplicationem secundum Bart. in rubrica ff. solu. matrimonio.

¶ Et ista est ratio quare rescriptum recipiat easdem interpretationes quas ius commune recipit. Domi. in cap. licet canon. §. fin. versicu. nota bene: de elect. infra. Philippus Corneus consi. 101. colum. 3. Ex quo resultat, ꝙ rescripta sunt modici præiudicij dicit Barto. in l. j. C. de diuer. res. vbi citat, ꝙ per ea ius non aufertur, sed differtur, & sic veniunt strictæ interpretanda. l. eleganter. §. quid ergo. ff. de conditio. indebi. quod procedit etiam in beneficialibus rescriptis, quia ambitiosa. Innocen. in capi. cum olim supra de præbendis text. in c. quàmuis: eod. hoc libro, tamen strictius interpretãtur rescripta ad lites quàm ad beneficia. Fely. capitu. causamquæ. de res. versicu. quarta declaratio. numero 8. Attende præterea ad vnum in hoc principali proposito: quod voluit Cal. in titu. de res. consi. 5. ꝙ vbi iurisdictio non conceditur, non dicitur propriæ rescriptum sed mandatum, vt quando fit excitatio ad obseruantiam iuris communis. l. rescripta. C. de precibus Impera. offe.

Vbi verò iurisdictio datur, rescriptum appellatur, quod crederem sumendo propriè strictè: secus largè, quia tunc continentur appellatione rescriptorum beneficia Principum & priuilegia, vt patet in titulis de rescrip. vbique.

Reliquum. in diffinitione huiusmodi resultat secundum mentem Goffre. in summa, in titu. de rescrip. in principio. videlicet, quòd rescriptum est mandatum principis faciens ius non generale sed speciale in negotijs, & inter personas, quibus & inter quas est promulgatum. l. 2. C. de legi. siue tribuat ius siue exercitium iurisdictionis competentis alicui: vide quæ in proposito citat Alberti. Bru. consi. 1. colum. 6. quod rescriptum appellatur lex speciadis. nota. in l. 1. ff. de constitu. Princip. & Institu. de iur. natu. gen. & ciuili. Nam quod principi placuit legis habet vigorem, etiam si in vnam tantum personam interloquatur vel disponat.

¶ Pontio: de hoc pontio videtur recordari Vlpianus iurisconsuli in l. si cui. §. cum sacrilegium. ff. de accu. ibi. pontio proconsuli cum esset proconsul in Hierusalem, refert Iosephus in fi. de bello Iudaico. De ipso Pilato meminit glos. in l. decurionum. C. de poe. vbi dicit quòd malefecit ad clamorem populi condemnasse Christum. vide de Lira in gl. ordinaria Matthæi. 27. vbi dicit ꝙ erat ꝓpriũ nomen, & non Pilatus, quod patet ex duobus: primo quia

postponitur cognomen, & non præponitur proprio nomini, saltem de cursu communi. secundò, quia hoc nomē satis est cōmune vt Burgundia, vnde ille Pilatus erat oriūdus. Erat enim ex natione Lugdunensi, vt magister in historiis, & Iosephus libro antiquitatum.

e ¶Omnipotentem. e (pro hoc verbo vide quę notat latissimè Maria Soc. cōsi. 102. in præsenti cōsultatione. col. j.

f ¶Sanctam ecclesiam f) meritò dicitur per Bal. in c. quæ in ecclesiarum. col. fin. supra de constitu. quòd ecclesia est nobilitatis & pudicitiæ speculum. Et per hæc verba, vnam sanctam, Marti. Lauden. in titu. de princi. art. 68. dicit, quòd 5 de iure duo † Apostolici vel duo Cæsares. i. Imperatores esse non possunt eodem tempore glo. 7. q. j. in c. non autem quia offenderetur hæc regula & in vnam sanctam. vlterius adde: quòd ecclesia alibi appellatur catholica, videlicet in c. fundamenta. ꝟ. de elect. & c. quamuis 21. d. & j. 6 q. j. c. Extra catholicam. & dicitur † catholica. i. vniuersalis: & hoc ideo, quia per vniuersum mundum est constituta. Archi. in d. c. fundamenta: in princ. vbi dicit, quòd quādoque ecclesia dicitur collectio sanctorum 27. q. j. nuptiarū 32. q. 4. recurrat, in fin. vide Bald. in Marga. in verbo, mortuus: in fin. & Car. in Clem. j. colum. 1. de summa Trini. vbi appellat matrem filiam, caput, dominam, cardineum vide Domi. & Præpo. in c. catholica 11. di. & Ioan. Mona. in ca. hoc consultissimo. de rebus eccle. non alie. Et in quantum hic dicit. Ad) Inferos. Inferus seu infernum est in profundo terræ: Archi. in cap. denique. 4. distin. numero 24.

SVMMARIVM.

1 *Fatemur coacti; sed confitemur voluntarij.*
2 *Habitus non facit monachum: sed professio regularis.*
3 *Professio fit in baptismate: & quando electus in episcopum est consecratus.*
4 *Aeternitas est interminabilis vitæ possessio tota simul.*
5 *In æternitate non cadit prius & posterius. prout nec successio quæ fit in his quæ tempore mensurantur.*
6 *Pater & filius spirant spiritum sanctum, sicut vnum spirandi principium, non duo principia.*
7 *Opera Trinitatis sunt inseparabilia.*
8 *Actus sunt suppositorum: & secundum plurificationem suppositorū: habetur plurificatio actuum.*
9 *Plurificatio actuum dependet a duobus: scilicet a ratione agendi principaliter: & secundariò, a supposito.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Professio non facit monachum, gallum gallinaceū: qui generare nō pōt.*
2 *Professio inualida nihil operatur, nec facit quem monachum.*
3 *Cuculla non facit monachum.*
4 *Professio regularis causatur ex tribus.*
5 *Qui re priuatur nomen habere non meretur.*
6 *Nomina simulata sunt abusiua, quia simulatio nihil aliud est quàm imago, nullam veritatis medullam habens.*
7 *Contractus simulatus dicitur contractus depictus & coloratus.*

CAP. I.

FIDELI. Hoc. c. tria dicit: Primò processionem Spiritussancti narrat. Secundò eā narratam firmat, ibi hæc professa est. Tertiò contrarium sentientes cōdemnat, ibi, sed quia. dicit igit (fideli) hæc verba sunt. C. de his qui ad eccle. confug. l. fideli: & debent intelligi abnegatiuè. i. non simulatè, sed sincerè, non dolosè: sed purè: & simpliciter, non dubie: sed firmiter supra eodem titu. cap. primo infra de hæreti. capitu. primo. (professione.)

1 ¶Notandum quòd fatemur † coacti, vnde fateor. i. fari teneor. Sed confitemur voluntarij, profitemur aliquid a spondentes. ¶Sic dicitur quòd habitus † a non facit mo- b nachum. b sed professio regularis. ꝟ. de regulari. ex parte. & 2 etiam fit professio † in baptismate. de conse. di. 4. paruuli. 3 Et etiam fit professio quando electus in episcopum est cōsecratus 23. dist. qui episcopus ordinandus est.

Et est profiteri, porro fateri, seu pro aliqua secta fateri: nec hic secta accipitur a secando, sed a sectando, quia est frequentatiuum de sequor (Aeternaliter.)

4 ¶Aeternitas † est interminabilis vitæ possessio. tota simul, vt ait Boetius: & dicta tota simul, quia in ea non cadit 5 prius & posterius: † & sic nec successio quæ fit in his quæ tempore mensurantur (Ex patre & filio.)

Sed nūquid hoc dicebatur in Nicenę synodi symbolo: quod cantatur in missa, ibi: qui ex patre filioque procedit.

Sed dic, quòd hic expressius modum processionis notat. Et hæc verba, filioq;: non erant in concilio Niceno: vt liquet j. sententiarum distin. 11. (non tamquàm duobus principijs.)

6 ¶Quia pater † & filius spirant Spiritum sanctum: sicut vnum spirandi principiū, non duo principia: vnde conueniunt non solum in vna essentia, in qua conuenit etiam cum eis spiritussanctus. sed etiam inspiratione actiua: quæ est notio communis patri & filio: quæ non conuenit Spiritui sancto, cui conuenit spirari, seu procedere, nō spirare.

Nam spirare spiritum sanctum. est actio non essentialis, quia sic conueniret spirituisancto: sed notionalis quæ non conuenit spiritui sancto: sed tantum patri & filio, tāquàm vni spirandi principio. & ideo subijcit expositiue. i. non duabus spirationibus: non tam propter vnitatem essentiæ quàm propter vnitatem notionis, scilicet actiue spirationis in patre & filio communis (non duabus spirationibus.)

Quia actiua spiratio patris & filij: est vna & eadem notio communis patri & filio: sicut operationes essentiales sunt tribus personis communes.

7 ¶Sunt † enim inseparabilia opera Trinitatis. de conse. di. 3. c. vltimo. in fin. 28. q. j. c. sic enim. licet quædam operationes attribuantur patri: quædam filio: quædam spiritui sancto: vt in prædictis. c. continetur.

8 Sed cōtra: Pater & filius sunt duo supposita, & actus secundum † philosophum sunt suppositorum: & secūdum plurificationē suppositorum habetur plurificatio actuū. Et sic erunt duo principia & duæ spirationes. Solu. plurificatio 9 † actuum dependet a duobus: scilicet a ratione agēdi principaliter, & secundariò a supposito. Si ergo supposita agentia sunt plura, & rationes agēdi sunt plures, sequitur quòd actiones sunt plures, sicut patet quòd generationes plurium hominū sunt plures. Et quia supposita sunt plura, & potētia generatiua plurificatur in eis. Si vero supposita sunt plura, & ratio agendi sit vna, actio non erit nisi vna. Verbi gratia. Pater & filius, & spiritussanctus, sunt tria supposita. Quia cum potentia creatiua est vna: in eis actus creationis non est nisi vnus, in proposito ergo. Dico quòd pater & filius sunt duo supposita: quia tamen potentia seu ratio spiratiua est vna & eadem in eis, iam nō est nisi vna spiratio. Et dico, quòd pater & filius ratione suppositi spirant vt duo: sed considerata ratione agendi: spirāt vt vnū, hoc scilicet quod superius est narratum (Mater) notatur supra in princip. proœmij (orthodoxorum.) Rectè gloriantium.

Nā orthos rectum: & doxos gloria, scilicet Christianorum: qui soli rectè gloriantur (Græcorum) hoc Nidetur falsum: quia Græci in symbolo Nicenæ synodi habent, qui ex patre procedit. Sed dic Gręcorum quorundam vt Atanasij & Cirili, & quorundam aliorum Vel dic, quòd in cōcilio Lugdunensi omnes Græci per nuncios proprios in hanc sententiam consenserunt (præmissæ) in princi. huius. c. Nā extirpato errore quòd spiritussanctus a solo patre ꝓcedat. vt de conse. dist. 5. saluator, & in symbolo Atanasij & Nicenæ synodi. i. quidem in varios errores inciderunt: scilicet, quòd spiritussanctus a patre & filio non procederet ęternaliter: & quòd procedebat ab eis tamquam a duobus principijs & duabus spirationibus: qui errores hic damnantur.

ADDITIONES PROBI.

1 a HABITVS cuius susceptio uel † professio non efficit monachum gallum gallinaceū qui generare non potest. not. Guil. in cap. si abbatem, col. j infra de elect. refert Aureolus in addi. ad eum in c. j. de sta. regu. hoc li. Et si infert, quòd licet mortuus sit mūdo: non tamen amisit potestatem liberos fabricandi: & in eo remanet uerus gallus, qui generare potest: uide quæ de habitu huiusmodi dicit Car. cōsilio 18. col. 2. circa primum, quòd monachus non habet dominium uestis quam portat seu

seu cucullæ,glo.est in cap.non dicatis 12.q.j.Et sic pannos quos portat in dorso non dicitur habere: quo ad hoc vt possit de eis disponere: cum monachi æquiparentur seruis:intellige de professis professione valida, non de inualida † quæ tantùm fit de facto:quia hęc non ligat nec quē facit monachum.cap.vnico.§.confirmatos,de religio.domibus.hoc lib,not.Domi.in consi.116.colum.fin.pro declaratione. (margin: 2)

b ¶Non facit monachum b) Adde.c.porrectum eodem titu.de statu regul.& glo.signatos,In cap.tuarum supra de priuil.vbi Panor.notat ex ea, quòd vbicunque constat de animo defferentis habitum quòd non intendit profiteri, tunc delatio habitus quantumcunque longi temporis, nō inducit professionem. idem Archi in c.quidam.nume.9. 27.di.vt fortè quia interuenit ptotestatio, de quo vide in additio.ad Panor.in d.c.ex parte. Ad idem glo.in c.meminimus supra qui cler.vel vo.glo.in c.sicut,el 2.supra de sta.reg.& ibi Collect.in fine.Bonifacius in Cle.j.nume.41.de elect. Ad hoc allega.Aut.de mo.§.j.col.j. & ele. vnam,vbi Car.de sta.regul.do.meus in primo respon.c.23.nume.32. etiam dicit quòd cuculla † non facit monachum,sed professio.d.Aut.de monachis.§.j.col.j.dico.in cap.pen.ne cler. vel monachi.Hoc lib. Ratio resultat ibi,sed professio regularis quę causatur ex tribus, videlicet,ex voto paupertatis,ex voto obedientiæ,& ex voto castitatis, quæ si non habeat monachus (nō dicit̄ verus) sed fictitius: & sic succedit id quod communiter dicitur, qui re priuatur nomen habere non meretur,tex.& ibi glo.fin.in c.Coepiscopi.68.di.l.a nullo.C.de fer.c.si cupis.16.q.j.Quia fictitius & simulatus monachus non potest nominari monachus: sicut nec homo mortuus nominatur homo, quia secūdum adijciens destruit primum.l.si homo mortuus.ff.de verbo. significa.Nomina enim simulata † sunt nomina abusiua. l.2.& l.testium.& ibi Bald.Ang.& Imo.ff.quemadmo test. aperi.cum simulatio nihil aliud sit quàm imago quædam nullam veritatis medullam habens.secundùm Bald.in l.ei qui.C.de distract.pigno.Qua ratione dicimus quòd † contractus simulatus non est contractus,cum deficiat in substantialibus.Barto.& mod.in l.nemo: de leg.j. facit quod notat Bald.in l.ab Anastasio,in 4.no. C.manda.vbi citat ꝙ contractus simulatus dicitur depictus & coloratus extrinsecus apparens,intrinsecus vero substantiam non habens. Idem Bald.in l.j.C.plus vale.quod agi. Quia instrumētum non appellatur instrumentum,quia est quoddam corpus sine spiritu. (margins: 3, 4, 5)

Item nomina debent habere rerum consequentiam, iuribus tritis,aliàs tamquàm de vanis & ventosis non habemus rationem.l.vna.C.de nudo iur.Quiri.tol.vbi Bald. vide quæ dico in cap.tibi.de rescript.infra.

¶ De constitutionibus, Rubrica.

SVMMARIVM.

1. *Constitutio communis statutio est.*
2. *Constitutiones regulariter futura respiciunt.*
3. *Constitutionibus præcedentibus,secundæ eis aduersæ derogant.*
4. *Constitutiones ignorantes non ligant,nec proprios subditos extra territorium committentes.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1. *In dispositione legali requiritur monitio:nisi aliud subsequatur in particulari.*

PAPA de iuribus tractaturus præmisit de principio oīa creante,vt de summa Trinitate, nūc prosequitur de iuribus: vnde annectit de constitutionib. Et primò de generalibus. a Nam constitutio † communis statutio est. Si enim Princeps per epistolā aliquid statuit,vel cognoscens decernit,vel edictio præcipit: b legem esse constat.Et hæc vulgo c cōstitutiones appellantur.ff.de constitu.Princ.l.j.¶Et † constitutiones regulariter futura respiciūt.supra eodem quoniam & C.eo. titu.l.leges & constitutiones.Et constitutionibus † præcedentibus,secundæ eis aduersæ derogant.infra eodem tit.c. j.Nec ignorantes † ligant,nec proprios subditos extra territorium committentes, vt in infra eod.titulo.c.2. (margins: a 1, b, c, 2, 3, 4)

ADDITIONES PROBI.

a DE generalibus a) quæ in vno non habent tantùm effectū sicut particularis habet: quod cōprobo per ea quæ citat Maria. Soci.consi.133. colum.pen.& fin.profecto nil fallor. Quod licèt † in dispositione legali requiratur monitio. tamen illud est verum nisi vltra dispositionem legalem emanaret circa idem constitutio particularis: quia tūc per talem dispositionem videtur quis moneri, & incidit quis in pœnam sine alia monitione. (margin: 1)

b ¶Edicto pręcipit) b cuius trāsgressor punitur seu puniri debet,probat Socinus:consi.209.in princip.licet nulla vbi idem dicit de consuetudine quod de constitutionibus.

c ¶Vulgo c) cuius opinio aliquando inspicitur.glo.in c. pastoralis,circa finem, de re iudi.adducit illud Ouidij de Ponto.vulgus amicitias vtilitate probat. vide quæ dico in c.quoniam.infra de immunita.eccle.

SVMMARIVM.

1. *Secunda constitutio primæ aduersa:eam tollit,non statutum, vel consuetudinem præcedentia & rationabilia, nisi expressè caueatur.*
2. *Princeps est tota vniuersitas virtute.*
3. *Quando rescriptum datur contra ius commune:non videtur princeps tollere legem per rescriptum:nisi fiat mentio. vel nisi faciat mentionem de ea:secus de constitutione.*
4. *Extrauagans an tollat constitutionem in corpore iuris scriptā sibi aduersam vel econtra.*
5. *Vnus an possit sibi imponere legem per verba derogatoria.*
6. *Papa potest tollere consuetudinem iam seruatam & inductam,& inducendam vetare.*
7. *Princeps potest tollere legem inferioris,vel consuetudinem non paris.*
8. *Pactum & consuetudo licet conueniant, differunt tamen per tacitū & expressum.*
9. *In consuetudinem contrahimus tacitè: quia consuetudo est tacitum pactum.*
10. *Ex multis actibus deliberatis ius conditur.*
11. *Prouisio specialis præcedens:tollit generalem subsequentem.*
12. *Princeps non videtur tollere quod ignorat.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1. *Quando quæstio est super iure: probationes non sunt necessariæ.*
2. *Præsentia Papæ supplet defectum solemnitatis omissæ.*
3. *Vbi est Princeps:tota legalis philosophia concurrit ad testimonium perhibendum.*
4. *Papa est supra ius.*
5. *Consuetudines multum vulgares princeps præsumitur scire.*
6. *Coram Papa non sunt allegationes iuris faciendæ.*
7. *Aduocati defendunt res:medici corpora: Ecclesia animas.*
8. *Medicus compellitur mederi:& ægroto consulere:prout doctor litigātibus consulere.*
9. *Sententia Principis est lex extrauagans.*
10. *Sententia lata contra extrauagantem non est nulla: licet lata contra ius commune sit nulla.*
11. *Epistola Principis an faciat ius.*
12. *Extrauagans est probanda per bullam.*
13. *Quæ fiunt in consilio habentur pro notorijs.*
14. *Canones aduersarijs visi:debent per distinctionem actuum vel alio modo saluari.*
15. *In hac compilatione non est dabilis prioritas nec posterioritas respectu Decretalium.*
16. *Inhærendum est sententiæ quæ melioribus fulcitur rationibus: licet Imperator sit in opinione contraria.*
17. *Fortiora iura allegans in dubio est audiendus.*
18. *Communis opinio quando veniat sequenda.*
19. *Papa an possit sibi imponere legem derogatoriam vel successori.*
20. *Statuta ecclesiastica capiunt interpretationem a iure communi.*
21. *Quomodo tollantur statuta idem quod ius commune importantia.*
22. *Valet argumentum de consuetudine ad pactum & econtra.*
23. *Statur assertioni doctoris dicentis ita obseruat consuetudo.*

24 *Quando præcessit consuetudo: & subsquitur statutũ idem disponens, quod debeat attendi.*
25 *An secunda consuetudo contraria primæ, primam tollat.*
26 *Mala consuetudo dicitur vsurpatio.*
27 *Contractus est quid separatum ab instrumento.*
Qui renunciat instrumento non renunciat debito, sed probationi instrumenti.
28 *Collatio beneficij facta per vicarium prælati, testibus probari potest.*
29 *Testis instrumentarius contradicens instrumento.*
30 *Tres testes requiruntur vt directè contra instrumentum probetur.*
31 *Quando vnus est testis qui coadiuuat instrumentum, & duo contradicunt instrumento.*

LICET Romanus:casus. Secunda constitutio † primæ aduersa:eam tollit.Sed constitutio,statutum vel consuetudinem specialia præcedentia & rationabilia nõ tollit:nisi expresè caueatur in ipsa (habere.) C.de test.l.omnium.ᵃ & dic habere deliberatus cum sit tota vniuersitas † virtute: secundum philoso.vel dic propter consiliarios, ᵇ vel dic omnia iura.j. vim omnium iurium (reuocare) contra infra de capel. mo.ex parte.Solue,ibi est casus diuersus non aduersus, & est ratio diuersitatis inter dictos casus: ibi loquitur quando rescriptum datur contra ius commune: quia tũc non videretur princeps tollere legem per rescriptum, nisi fiat mentio vel nisi faciat mentionem de ea.Secus de constitutione:quæ est primæ aduersa,quia lex conditionem habet ᶜ cum magna solennitate,quæ habetur.C.de legibus & constitu.l.humanum.Et ideo Princeps deliberatus de cõdendo iure alicui primo aduerso, primum tollit: non sic mandando rescriptum.quod cum tanta deliberatione nõ datur.Vtrum autem constitutiones quæ sunt in eodem libro & in diuersis casibus, non aduersæ loquentes possint dici aduersæ.notatur infra hoc.lib.de hæreti.c. vt inquisitionis.§.denique.¶Sed quæro nunquid cõstitutio ᵈ extrauagans ᵉ tollat positam in corpore iuris sibi aduersam: vel econtra,nulla extrauagans hodie est decretalis supra: hoc libro in proœ.ad finem.Solutio, vbi ratio diuersitatis potest reperiri inter canones qui aduersari videntur,eos saluemus. ᶠ 25.q.2.§.his ita infra de cogna.spir.cap.j.Argu.de Iusti.C facien.§.quibus;& est ratio infra hoc lib.de elec.cũ expediat.Si verò non possit,aut sunt eiusdem, aut diuersorum:primo casu dupliciter,aut eiusdem Papæ,aut alterius præsidentis.primo casu si ratio inueniri non possit, & cõstet de extrauaganti, dico posteriorem ᵍ tenendam. argu. hic,& 19 di.si Romanorum.Si verò esset dubium,præualet clausum in corpore iuris infra de fide instrumẽ. pastoralis.Si alterius postquàm à Papa.dico illum portiorẽ qui validioribus ʰ rationibus nititur.argum. Instit.de contrahen.emptio.§.diuersæ.l.distin §.ecce.20.distinct.in princi. 9.di.ego.Si verò diuersorũ, distinguo,aut duorum quorũ vnus sit maior & alter minor:vt Papa & concilium,tunc canon maior est potior, argum. supra co.significasti.ff.de albo scriben.l.fin.15.q.j.§.his ita.

Si parium,aut Romani.Põtificis,& tunc idem. vt quãdo idem facit canones aduersos:quia est vnus principatus, licèt subiectum sit aliud,argum.ff.de iudi.l.proponebatur.

¶In hoc posset tamen notari differẽtia:Quòd vnus ibi 3 † posset ⁱ legem imponere per verba derogatoria: ᵏ arg.ff. de leg.3.si quis:in princ.Sed vnus alteri ˡ non:licèt hoc valeat successori indicare.infra hoc lib.de ref.c.fin.C.de legi. l.digna.Aut aliorum inferiorum,& tunc idem, vt in codẽ inferiori prius,notatur argum.iurium prædictorum.

4 ¶Sed Papa † potest tollere consuetudinem iam seruatam & inductam,& inducendam vetare. infra hoc lib.de consuetudine.c.j.& 2.& eod.lib.de biga.c.j.ergo cum consuetudo legi ęquiualeat,& quandoque eam tollat.ff.de legi.& sena.consul.l.de quibus.4.di.§.leges.Sic lex tollit cõsuetudinem inducendam.C.de fur.authen. Nauiga. ergo & legem faciendam.

¶Sol.Princeps potest tollere legem inferioris & consuetudinem,non sic paris. ᵐ argum.infra de elect.in notuit (locorum consuetudines) contra.C.de temp. restitu. in integ.l fin.

Solutio. ex solo loco non conceditur oriri discrimen, sed ex loci consuetudine, ex frequentibus actibus habitis in certo loco inducentibus consuetudinem oritur ius: qđ non tollitur lege post hoc lata:de hoc non commemoratur:vt hic infra (& statuta) ⁿ Idem est in pactis. Quia con5 suetudo † & pactum licèt conueniant. ᵒ differunt tamen per tacitum & expressum.ff.de legi.l.de quibus: & infra de deci.ex multiplici. Idem in priuilegijs infra de præscript. veniens.

¶Et ratio prædictorum redditur infra (cum sint facti.) ᵖ Nam in consuetudinem contrahimus tacitè saltem, qa consuetudo est tacitum pactum: & pacisci & contrahere sunt facti.ff.de curato.fur.l.consilio.§. eum quoque, & ff. de pact.l.1.& est factum.ff.de legi.l.de quibus,ibi,rebus ipsis & factis &c.& C.de ędifi. priua.l.an in totum.& 25.di.c. in his rebus.Nam considerando actus ex quibus elicitur consuetudo,ipsa est factũ,sed ex quo est elicita,tũc est ius, 6 ad instar regulæ iuris.ff.de reg.iur:l.j.sicut † ex multis actibus deliberatis ius conditur.ff.de lega. & constitu.l.humanum:4.dist.ex his:& deliberatione cõcordi animo ius cõdendi habita tunc fit ius.

Et est ratio,ex quo prouidetur specialiter per pactum, statutum,vel consuetudinem ᑫ rationabilia:ius non videtur curare de prouidendo talibus per constitutionem generalem.C.de pact. conuen.l.vlti. & argu.ff.de verborum 7 oblig.l.doli. ¶Nam prouisio † specialis præcedens. tollit generalem subsequentem.ff.de alimen.lega.l.alimenta.§. basilicæ.ff.de leg.3.l.hæres.§.1.Idem alia ratio redditur in litera:quia.Papa ius primum quod præsumitur scire faciẽdo secundum tollit ʳ illud,non sic factum. quod est verisi8 mile ipsum ignorare, † quia non videtur tollere qđ ignorat.argum.ff.de inoffi.test.l.mater.

Et est ratio primi dicti.Papa dum mihi subdito iniũgit: suas constitutiones non uidetur ignorare.C.de iur. & facti ignorã.l.constitutiones, ergo nec in se condemnet qđ in alijs constituit.9.di.iustum. (ipsis) ˢ scilicet consuetudinibus vel statutis (caueatur) contra.ff.de sepul.viol.l.3. §.diuus Solue.ille.§.diuersos habet intellectus, & ob hoc non potest bene homo se iuuare de eo,si acci piatur intellectus qui facit:Ad propositum,dico ꝙ nedum ibi operatur lex sequens generalis.Sed ipsa adiuncta iuri:quod vtilitati publicę prouidet,hæc duo iuncta tollunt consuetudinem.argum.infra hoc lib.de iureiur.c.licèt. Idem de consuetudine reprobata ᵗ expresè habet infra hoc li.de pœni. & remissio.c.2.j.hoc libro de consue.c.j.& 2.j.de biga.ca. vno:idem de pacto.j.hoc libro de conce.præbendę.cap. detestanda.Idem de priuilegio.j.hoc libro de sentent.excommuni.cap.alma,in fine.& j.hoc libro de hæreti.ca.vt inquisitionis.§.denique.Idem de statuto & alijs præmissis. j.de elect.quia propter.§.2.& j.hoc libro de elect.quia sæpe,& cap.cum non deceat.

ADDITIONES PROBI.

OMNIVM. C.de testa.ᵃ) Archi.in c. præterea,in fi.23.di.dicit hanc.l.omnium hoc non dicere nisi de toto iure: quod in nostris scriniis est constitutum. Tametsi) Io. And.& Petrus de Ancha.dicunt bene stare:& hoc illam legem probare si perficiatur oratio tota:ibi,nec de eius successione tractatur. Et intellige de scrinio pectoris vt hic patet. Ex quo infert hic 1 idem Petrus de Ancha. Quòd cũ est † quæstio super iure: probationes non sunt necessariæ.c.sæpe, de appella. Idem contra a processum & sententiam habitam coram. Papa non potest opponi exceptio nullitatis:quia eius præsentia supplet omnem defectum nullitatis omissæ:Innoc.in c.1. supra de litis conte.probatur in d.l.omnium, vbi Bald.in princip.dicit ꝙ æquiparatur Princeps actis & testibus solenniter habitis:Imo plus videtur operari,quia testamentum in præsentia Principis factum, adminiculo prætoris non eget. Nam vbi est Princeps non solum ibi homines astant:sed tota ipsa legalis philosophia concurrit ad testimonium perhibendum.

Et per huiusmodi dictum vulgare,& alia.Roma. consi. 37.in casu propositæ consultationis,decidit ꝙ si Papa dispensat cum aliquibus consanguineis in gradu prohibito: qui per antea matrimonium contraxerant scienter: ꝙ eo ipso censetur eos absoluere a censuris cle.1.de cõ.& affi. cum ex facti narratione resultet ꝙ iura imponunt pœnã censurarum excommunicationis, quæ non præsumitur ignorare

ignorare imo scire, cũ omnia iura in scrinio pectoris censeatur habere, quod vulgare etiam probatur per glos. in d. capitu. præterea. 23. distin. in fine, quæ addit alium intellectum quàm hic per Ioannes. Mona. traditur, videlicet per interpretationem, quia iura potest interpretari: cum eius sit interpretari cuius est condere: iura sunt in schola legali plusquàm trita & in Iudea nota: Ideo ea non allegabo propter id quod refert Neuiza. in sua Silua nupt. car. mihi. 216. & 217. vbi inuehit contra doctores vagantes per regulas generales, quos appellat miseros doctores: quod prosequere vt ibi per eũ per modum solatij, vt euites dæmoniũ meredianum. ¶Et ad propositum† redeundo, princeps est supra ius, contra ius, & extra ius. Bald. in c. cum super. colum. j. supra, de causa po. & proprie. facit tex. in c. proposuit. s. de conce. præben. Lexq; animata dicitur in terris, nec ei potest dici, cur ita facis de pœni. d. 2. §. ex persona. nota. in c. cum dilecta supra de confir. vtili vel inutili. Guil. de monte Lau. in c. ab arbitris j. de offi. delega. dixi latè supra in prooemio. in verbo, interiectio. Et ratio quare non possit dici cur ita facis, videt: quia in eius facto semper præsumitur ꝙ subsit iusta causa, prout latè diximus supra in d. prooemio, in verbo, relaxatio, vltra q̃ vide Alexã. consi. 155. colum. fin. videretur in consultatione, volumi. sexto, vide etiam quæ dico de principis præsentia tractatu de manda. Aposto. in puncto concernente signaturã domini Cardinalis signantis in præsentia Papæ.

b ¶Consiliarios b) pro hoc glos. est in l. 2. C. si contra ius vel vtili. publi. Et sic non ex suo capite. Cyn. in l. omnium, hic allegata. Barba. in rubrica de testa. col. 35. Fely. in c. nõnulli. col. 24. supra de rescrip.

c ¶Habet c) etiam lex maximam efficaciam obtinet, per ea quæ not. Guil. in c. iudex. de offi. deleg. col. 2. hoc libro, vbi dicit ꝙ maioris efficaciæ & virtutis sunt ea quæ Princeps facit legem condendo, quàm viua voce ordinando. iuxta not. in c. ad dissoluendum supra de despon. impube. Adde præterea ad præmissa, & maximè ad ea quæ in prima Apo. dicta sunt, quæ notantur per Oldra. 327. cõ. Thema quæstionis, cum multis sequen. vbi tractat an Papa videatur dispensasse cũ pupillo super ætate in præsentia sua per aliquem præsentato. & Barba. in Clemen. Et si principalis. versic. vtrum autem scientia, carta mihi. 38. col. fin. de Papa qui promouit spurium ad episcopatum: quem sciebat spurium, an videatur cum eo dispensasse: & alijs casibus ibi deductis.

Per præmissum vulgare posset etiam decidi dubium satis frequentatum. Pone Papa ad supplicationẽ ciuis Lugdunensis committit causam inter eundem supplicantem & Sempronium ciuem Parisien. cantori Lugdunensi. non facta aliqua derogatione de vna & duabus dietis, secundũ decisionem. cap. statutum. §. cum autem. de rescr. infra. nũquid valeat rescriptum, cũ Papa præsumatur habere sciẽtiam situationum huiusmodi ciuitatum famosarũ & vulgarium: & sic tacitè derogare dispositioni. d. ca. statutum. istud in affirmatiua videtur tenere in terminis Fely. in c. si. col. j. de iudi. per vnum vulgare dictum Bald. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, in fine. dicentis. Nota ꝙ consuetudines† multum vulgares Princeps præsumitur scire, quod 3 adornat idem Fely. in ca. super literis. versicu. 3. regula. de rescrip. & in c. j. in tertia fallen. de re iudi. Tu tamen dic in puncto nostræ quæstionis, ꝙ quàmuis sciẽtia ista in multis operetur, tamen in casu proposito non iuuat: quia dictum. c. statutum. & c. nonnulli, qđ disponit de duabus dietis. Includunt in se clausulam derogatoriam ad futura rescripta. meritò derogatio specialis est necessaria. glo. ꝑ hoc est multum nota. in l. j. de peti. bo. subla. lib. 10. C. & in cap. porrecta, de confir. vtili vel inutili. Panormi. d. c. nonnulli col. 3. & Fely. col. 17. latè per Curtium consi. 50. & consil. 65. & 66. colum. 7. & sequen. vide quæ dico de derogationibus ad hoc necessarijs. in c. cum in tua. de consuet. Et ad propositum principale nostrum redeundo: Panor. in cap. 4 dudum el j. de elect. supra num. 3. dicit, ꝙ† coram Papa nõ sunt allegationes iuris faciendæ, vt in c. sæpe in princip. supra de appella. Ita dicit Bolog. in repe. authen. habita. colũ. 27. C. ne fil. pro patre, vbi dicit vltra, ꝙ sufficit dicere ita iure cauetur, qđ extenditur etiam quãdo fiunt cõcilia decisiua. Panor. in ca. vestra. nota. j. supra de cohibita. cler. & mulier. Idem Panor. consi. 21. in princi. in 2. parte, ꝙ sumit exordium. in quæstione, quæ ad præsens. Philippus Cor. consilio 332. incipiente licèt. 2. volu. & in 3. volum. consi. 215. incipi. viso. & consil. 301. In præsenti. latius Fely. post alios in d. c. sicut. num. 11. Quod autem supra proximè diximus, allegationes iuris coram Papa non debere fieri: verum, nisi esset vna lex singularis communiter deuians ab alijs regulis, vel quando allegaret ad alterius iuris limitationem, vel legis communis. argum. c. pastoralis supra de fide instrum. notat Ant. de Butr. in repeti. c. vestra. in versi. Sed quæritur an iudex. supra de cohabita. cle. & mulier. Postremò adde, ꝙ medicus debet habere scientiam medicinæ. ff. de decre. ab ordi. fac. & in scrinio pectoris tenere traditiones artis. c. ad aures. de ætate & qualitate de quo ample vide Neuiza. in silua nup. Carta. 221. & sequent. vbi 5 inter alia citat, ꝙ aduocati† defendunt res, medici corpora, Ecclesia animas.

Hinc in proposito. quo ad medicos, & aduocatos dicit do. meus de Ripa in tract. de peste. car. mihi. 136. ver. sexto ꝙ medicus officio iudicis potest cogi mederi & egroto consulere. Sicut doctor potest compelli consulere litigantibus, secundùm glo. in l. 2. de proxi. sacro scri. lib. 12. C. vbi Ioan. de Pla. ampliat etiam in causis criminalibus. probatur in l. sancimus. C. de aduo. diuer. iudi. vbi Bar. & Saly. licèt. Bal. ibi contra teneat, & malè. Nam opinio Bar. & glo. est verior & magis cõmunis secundùm Fely. in c. si pro debilitate, col. fin. nu. 9. supra de offi. deleg. & istud est de mẽte Bal. in l. si pater. in fin. C. si pen. appel. mors inter. Non tamen intelligas ꝙ gratis, iuxta illud prouerb. 18. de fructu oris replebitur vẽter eius: & c. 12. de, fructu oris replebitur bonis quisquis: pro quo c. non sane. 14. quæstio. 5. & psal. Incinaui cor meum ad faciendas iustificationes. &c.

d ¶Nunquid constitutio. Istud membrum latius examinat hic Pet. de Anch. nu. 6. versi. 10. oppono. cui adde Bar. Pau. Alexan. & Ias. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. vbi idem 6 Bart. inter alios dicit ꝙ sententia† Principis est lex extrauagans: inferens ꝙ sententia lata contra legem non valet: quod verum: quando est in corpore iuris clausa. Secus si extrauagans. Tu quò ad punctum: vide latè per Præpo. 19. di. in c. j. Car. consi. 71. ad finem, vbi etiam dicit ꝙ sententia lata contra extrauagantem non est nulla, licèt contra ius commune lata, sit nulla. Idem Car. latissimè consi. 40. prædictæ constitutionis. Alexã. consi. 67. col. 2. vol. 3. Et latius per Fely. in c. j. num. 12. supra de re iudi. Et de epistola Principis an faciat ius, vide Pet. de Ancha consi. 369. col. 2. Super isto dubio.

e ¶Extrauagans. vide Domi. consi. 78. firmantur ista. Vbi 7 inter alia citat† extrauagantem probari debere per bullã, quæ licèt faciat fidem, non tamen est statim recipienda, ex quo est contra ius. l. 2. C. de legibus. Et error extrauagãtis expressus in sententia non annullat ipso iure sententiã: licèt secus sit de errore iuris incorporati. not. in c. cum cõtingat. s. de offi. deleg. ¶Et quod dicimus de errore extrauagantis intellige, nisi obtenta fuerit in concilio populi. Cum ea quę in eo fiunt, habeantur pro notorijs. ar. eorum quæ not. glo. in l. si tutor. C. de procurato. Quæ omnia cõprobat Maria. Soci. consi. 134. col. ꝑ. visa petitione.

¶Et dicitur extrauagans: ex quo non est ad volumina communia descripta. & tunc probabiliter ignoratur. c. pastoralis. s. de fide instru. Notat Anto. de Butr. consi. 72. visis allegationibus.

f ¶Eos saluemus: f per actuum distinctionem, vel alio modo, ne contrarientur. Domi. consi. 62 col. 3. prosequar: vide quæ dico in c. Si ciuitas: in verbo extendũtur. de senten. excommunica. Alex. consi. 117. nu. 3. viso titulo. vol. 6. qui. nu. 12. dicit ꝙ quando duo statuta videntur ad inuicem repugnantia, nunquàm tollitur primum per vltimũ, nisi repugnantia sit talis, ꝙ vtrumque statutum non possit per subdistinctionem saluari. l. sed & posteriores: & l. nõ est nouum. ff. de leg. Bart. in l. omnes. in 3. q. princ. ff. de iust. & iure. vide Alex. consi. 142. nu. 10. viso processu. vol. 6. & consi. 21. nu. 7. Consideratis his. vol. 8. Dico latius. in c. cum expediat: de elect. j. notat Alexã. consi. 154. nu. 2. volu. 7. & consi. 98. col. 3. viso. volum. 4. Idem Domi. consi. 76. col. 3. Super dubio. Alex. consi. 70. vol. j.

g ¶Posteriorem. g in hac compilatione non datur prioritas nec posterioritas respectu decretalium, cum vno, & eodem tempore fuerint approbatæ. Ita tenent Ioan. Mo. & Ioã. And. in c. vt officium in fine. j. de hæret. gl. post text. in l. 2. & ibi Bal. C. de testa. tutel. Et quo ad intentũ Io. Mo. hic

hic vide Pet. de Anch. consi. 214. col. 3. versicu. octauo inducit. Francisc. ¶Validioribus h rationibus. Et sic habes ꝙ debemus illi sententiæ † inhærere: quæ est meliorib. rationibus fulcita licèt Imperator sit in opinione contraria. Ang. cõsi. 110. col. 4. sanctissima: Decius. cõsi. 271. nu. 13. in casu. & cons. 384. in fine. & consi. 566. nu. 7. quod comprobat multorum auctoritatib. Neuiza. in sua Silua. car. mihi 208. col. fin. versi. limita tertiò: pro hoc vide quæ dico. in c. scienti. de reg. iur. & in c. super co. in fine de hæreti. Panor. in q. quidam episcopus. nu. 13. & Domi. consi. 48. col. 3. ibi. Quia validatur fortiorib. rationib. & iurib. Ideo sequenda. facit ad vulgare, ꝙ fortiora iura allegans in dubio est audiẽdus. C. communia: de succ. auth. Itaque, & l. 3. C. de edi. diui Adri. tol. Hostien. in c. j. in fine. ṡ. de præben. Ioan. Mo. in c. j. in fine. ṡ. de conce. præben. Idẽ in c. j. in fine. ṡ. de verbo. signi. & ibi dico: quia non debemus auctoritatem dicẽtis sequi: quando sua dicta non sunt approbata ꝑ habentẽ potestatem, sed eius rõnes: dixit tex. in c. ego solis. 9. di. ¶Et ideo quando dicitur ꝙ † communis opinio venit sequẽda, vt per Neuiza. vbi supra. hoc tantùm nõ intellige verũ, quando illa cõmunis opinio cõuincitur per casum legis, vel rationem concludentem, vt tradit idem Neuiza. in d. versi. limita tertio. gl. est in l. j. de leg. j. Decius. consi. 23. col. fin. allegat Ioan. And. in c. j. in fine. ṡ. isto titu. per c. capellanus. ṡ. de fer. referendo opin. glo.

¶Attende contra communem Iacobi Butrigarij in l. j. C. qui pro sua iurisdi. Barba. tract. de præstan. Cardin. prima parte, secunda q. col. fin. Etiam si deducantur per doctorẽ iuuenem. l. j. §. neque. C. de veteri iur. enuc. vbi est tex. sing. ꝙ doctor iuuenis sępenumero melius sentit in articulo, q̃ senserint alij prudentissimi, quia clemẽtissimus Deus melius apperuit ingenium eius, quàm ingenium aliorũ prudentissimorum, iuxta illud: abscondam sapientiam sapiẽtibus, & impudentibus reuelabo. ¶Facit dictum Io. Mon. ad hoc ꝙ quando vnus & idem doctor variat in vno articulo, tũc in dubio debemus dicere eum tenere illam partem, quam magis diffuse examinat: id est validiorib. rationibus comprobat: testatur Ioan. Hannibal. in repeti. l. post contractum. ff. de dona. car. 4.

¶Posset. i istud dic sane debere intelligi, vt talis superior non uideatur derogare legi suæ clausulã derogatoriã habenti, nisi specialiter huic legi deroget, quod non procedit in successore, vt dico in c. cum tua de consuetu. nota. Alex. cõsi. 243. ver. 7. vol. 6. dñic. cõsi. 44. Dñs noster Papa.

¶Derogatoria. k Bal. in l. hac lege. col. 2. versi. modo q̃ro. C. de senten. ex peri. reci. infert ex his uerbis Ioan. Mon. Quòd Papa † potest sibi imponere legem derogatoriam: sed non successori. Iason in consi. 11. col. j. uideretur: uol. 3. dicit tamen illam reuocare posse de plenitudine potestatis: pro quo Bar. in l. bene in fi. ibi, sed quod Imperator uelit dicit. C. de quadri. præscrip. idem Bal. in c. qui feud. dare po. col. 5. in fin. uerbis, ubi pro hoc allegat Inn. & Io. And. in c. cum ad monasterium. ṡ. de statu monacho. & Iac. But. in l. præscriptione. C. si contra ius per c. innotuit ṡ. de elec. & c. fin. de res. hoc libro hunc passum Deo dante, deducã in c. cum in tua. de consuetu.

¶Et adde regulam cancellariæ. 24. col. 2. ubi gl. dicit, ꝙ dictum Io. Mo. hic est vna truffa, & miratur de Bald. tanto doctore ad propositum hoc allegare in præludiis feud: in prima & 10. col. licèt in 40. regulam in fine uideatur sequi quod non placet Pau. de Cast. consi. 3. nu. 6. in j. parte. Quoniam additione, dum dicit ꝙ Papa non potest sibi uel successori legem imponere, a qua non liceat recedere. dico in c. fin. de reb. ecclesia. non alie. ṡ. Non mireris quia ut in simili dicit. Decius consi. 386. nu. 4. licèt quandoque bonus dormitat Homerus. Tu tamen attende ad id quod supra dixi in proxima Apostil. & sic cessabit inuectiua doctorũ.

¶Alteri non uidetur. l adde Bal. in l. fin. in fin. C. senten. rescin. non posse Anto. de Butr. cõnsi. 74. uisis statutis. Bal. in consi. 11. in prin. uidetur uol. 3. ubi concludit opinionẽ Ioan. Mon. hic procedere in contractibus principis, quia eius successor illum tenetur seruare, ut ibi latè cõprobat.

¶Non sic paris. m vide post Domi. hic Fely. in c. nõnulli. col. 6. uersi. amplia sexto. ṡ. de rescrip. ubi tenet post alios contra Io. Mo. hic, qui in hoc sibi uidetur contrarius in c. 2. circa finem. ṡ. de præben. ut intuenti uidere licèt. Vide etiam Alex. consi. 111. nu. 20. perspectis uol. 6. & Domi. cõsi. 44. Dominus noster Papa.

¶Et statuta. Adde ecclesiastica statuta † capere interpretationem a iure canonico. n Ant. de But. in c. ex litteris col. 2. ṡ. hoc titu. Pro quo Bal. in l. si nondum. C. de furt. vbi dicit: statutum punit sacrilegium: utrum intelligitur de sacrilegio, prout consideratur a iure canonico. & dicit esse distinguendum, aut illud statutum est a laico: & tunc punitur prout consideratur a lege ciuili. Aut est æditum ab ecclesiastico: & tunc punitur prout consideratur ab ecclesiastico iure. facit elegans dictum eiusdem Bal. in l. si. C. de suc. ædic. vbi etiam Saly. firmat hæc Præpo. in c. nulli dubium. 12. q. 5. quæst. 5. colum. 4. & 5.

¶Et quomodo tollatur statuta. † idem quod ius commune importãtia. o Vide latè per Barb. cons. 23. scripsit ꝓpheta in 2. & 3. dubiis. uol. j. & ibi dicit. quod tex. noster ꝓbat melius quàm alius de corpore iuris. ꝙ non sufficit facere mentionem de iure communi ad reuocandum priuilegium disponens idem, quod ius cõmune: sed est opus ut reuocetur priuilegium: & ratio, quia illud addit uinculũ specialius iuri cõmuni, & facit illud fortius: iuuat text. in c. 2. de præben. hoc lib. & idem dicas in derogatione, qa specialius requiritur, quod prosequere, ut ibi per Barba. in in uersicu & adduco glos.

¶Conueniant. Et sic dicimus ꝙ ualet † argumentũ de consuetudine ad pactum, uel econtra. Signo. cõsi. 39. quæritur in fine per l. non impossibile de pactis. ff. quod uerum affirmatiuè, secus negatiuè: quia multa possunt fieri per consuetudinem, quæ non possunt per pactum. Domi. cõsi. 139. col. 3. in causa reuerendi patris. Car. cons. 146. nu. 3. incipiente. Notum sit vniuersis. Allegat glos. rubri. de decre. decur. lib. 10. C. reputatam. singu. a Doct. quod statuto uel consuetudine possit induci: quod quis pecuniariter teneatur pro delicto alterius.

¶Cum sint facti. p Et sic non pręsumitur; & ideo debẽt probari. Probat Decius consi. 472. nu. 16. quod exorditur testator legauit, tex. in l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & c. cum in iure. ṡ. de offic. delega.

¶Consuetudinem. q Adde Bar. in repetitione. l. de quibus. ff. de legi. ubi dicit ꝙ statur assertioni † doctoris dicentis. Ita obseruat consuetudo, quod nott pro saluando multas glosas: quæ dicunt. Sed consuetudo, nõ seruat, glosa in lege, rem non nouam. C. de iudicijs: in c. j. de treuga & pace. gl. in uerbo quam. in c. si. ṡ. de præscrip. gl. fin. in l. si locus. ff. quemadmodũ serui. amit. hunc punctum latius expedio. in rub. de consue. ubi cõtrariæ opiniones ꝑponẽt.

¶Tollit illud, etiam non faciendo mentionem de priori, ut dicitur in testamẽtis. Dec. in cõsil. 475. in cã q̃ Mãtue.

¶Consuetudinibus uel statutis, dic ꝙ † squãdo processit consuetudo, & subsequitur statutum idem disponens, ꝙ solum habemus respectum ad consuetudinem non ad statutum: facit dictum Ang. Instit. de iur. natu. in § ex non scripto: ꝙ si de eodem negocio antea fuit consuetudo, & & postea est factum statutum, ꝙ ipsa consuetudo est quæ ligat: non autem statutum. Nam statutum uidetur potius introduci ad confirmationem consuetudinis: quàm ad iuris noui introductionem, iuxta illud. Qui confirmat iã ualida nihil de nouo uidetur introducere. l. si quis priore. ff. ad Tre. refert Barb. cõs. 23. in fine quarti dubij scripsit. uol. j.

¶Consuetudine reprobata: t quæ tamen in dubio præsumitur, ꝙ a iusta causa processerit, & sic ꝙ sit rationabilis, notat Alex. consi. 123. in princip. circa pri. volu. 5.

¶Præterea expediendo hunc passum. Quæro † an secũda consuetudo contraria primæ tollat primam: dic ꝙ sic: quod firmatur medijs sequentibus. Nam quando aliquid est de consuetudine introductum, ad hoc vt contraria cõsuetudine tollatur, tamen tempus requiritur, ꝙ sit obseruata consuetudo contraria quantum fuit necessarium tempus ad illam introducendam, gl. in Cle. attẽdentes: in uers. solitæ: de statu regu. ubi. Io. de Imo. in uersi. iuxta & c. gl. est etiam not. in c. si de beneficio, de pręb. hoc lib. faciunt notata per Archi. in cap. in his. 11. distin.

¶Quod uerum, nisi consuetudo foret reprobata a iure: ut legit in c. j. ṡ. de consue. ibi, corruptelam, & aliis simílib.

¶Tu tamen latius distinguendo post Domi. consi. 132. Super primo dubio, in fine, videlicet aut ius reuocet consuetudinem reprobando illam tamquàm irrationabilem, ut quia sit super illicito, super quo non potest fieri: notat amplè Bellame. cons. 31. col. 6. uersi. circa primã. facit illud, quod notat Præpo. in c. consuetudinem. 11. dist. ubi citat ꝙ mala

18 mala † consuetudo dicitur vsurpatio:& tunc noua induci non potest. Postea, ratio suadet, quia reperiretur sine ratione: quæ tunc non prodest.d.c.j.de consuetudine. vide quæ dico in c.fin.versi.Item talis consuetudo hoc titu. & latè per Alex.consi.196.col.3.viso testamento.uol.2. Aut ius reuocat consuetudinem non declarando illam irrationabilem,& tunc post tale ius poterit iterato noua consuetudo induci contraria iuri:not.glo.in cle.statutum in versic. consuetudine,de elec.& glo.in c.1.de cleri.ęgro. hoc lib.

¶His tamen obstare videntur quæ no.per Bart.Bald.& Pau.de Cast.in l.non dubium.& ibi Iasuersi.8.not.C.de legibus:vbi dicunt ꝙ licèt lex,statutum,vel consuetudo fieri prohibens actum uel contractum: & non procedit vltra annullando:tamen actus dicitur nullus. Et si simpliciter dicatur per legem,seu mandetur nō fieri:licèt ille modus non seruetur,valet actus dummodò non procedat vltra annullando:not.Alex.consi.24.inspecto processu.vol.4.Igitur pro concordia: vide Nico.Boerij,in consue.Bitur. in titu.de consue.matri.& Doerij in §.j.col.5.& Bar.consi.206.in nomine domini.& latius per Fely.in c.cum accessissent nu.7.hoc tit.¶Pro his facit quod citat Decius.consi. 169.col.j.dum dicit ꝙ considerandum est quomodo statutum loquatur.Si enim statutum prohiberet simpliciter notarium non matriculatum instrumēta conficere, si vlterius non procedit annullando instrumentum: valeret tamen instrumentum contra prohibitionem statuti,vt in terminis dicit Ang.in l.vniuersos de decur.lib.10.C.& ibi Bar.Ioan.And.in c.sicut.s̄.ne cler.vel Mo.sequitur Ange. in l.prætor.§.fin.ff de edendo & Alex.ibi in §.is etiam.

¶Si uerò statutum vlterius procederet annullando instrumentum,valeret statutum:& non esset ab eo recedendum:tradit Ange.in consil.194.visis, & Fulgo. consil.151. Egregius miles.col.pen. Sed tunc esset considerandum ꝙ licèt instrumentum non valeret,mandatum tamen vica-

19 riatus non esset nullum,quia † contractus est quid separatum ab ipso instrumento.Bar.in l.si quis legatum.col.fi.ff. de fal. Instrumentum enim respicit scripturam.l.contrahitur.ff.de pigno.non substantiam contractus.Et ideo qui renunciat in strumento non renunciat debito: sed tantū probationi ipsius instrumenti.Bal.in l.Labeo.§.j.ff.de pac. vt in simili dicitur ꝙ iniuriam remittens non uidetur remittere interesse.Bald.in l si pro fure.ff.de condictio.furt. Panor.in c.j.s̄.de iniur.& dam.dato:Ange.Institu.eod.titu. in §.fin. ¶Et probatio poterit fieri per testes qui ęquiualent instrumento.l.in exercendis.C.de fide instrum.c.cum Ioan.s̄.eo.facit.l.pactum quod bona fide.C.de pact. Hinc dicit Bald.per illum text.in cap.2.s̄.de resti.spo.ꝙ collatio

20 † beneficij facta per vicarium prælati:testibus probari potest.Idem Bal.in rub.de resc.colū.j.quod nota pro iuribus Gallicanis dicentibus subscriptionem testium in collationibus ordinariorum fore necessariam, de quo per rotam in no.deci.22.fuit dubitatum,quod est edictum falsificantibus grauissimum,per ea quæ cumulat Maria.Soci.consi. 143.col.2.Diu profectò anceps fui.vbi dicit ꝙ quādo vnus

21 † testis instrumentarius contradicit instrumento, non ꝓbat instrumentum:& ista est communis opinio doct.Bal. Bar.& Ioan.de Imo.in l.j.§.si quis neget.ff.quamadmodū testa.aperiantur.Doct.in d.c.cum Ioan.s̄.de fide instr.Bal. & Saly.in d.l.in exercendis.C.eo. Idem Socin.& latius in fin.consi.171.in præsenti consultatione,quē videas in cōsi. seq.& consi.46.in fine.& consi.229.col.3.uersi.secundo ꝑmitto. primo aspectu,& Petr. de Ancha.consi.9.colum.j. plurimę.vbi dicit ꝙ omnes concordāt ꝙ in hoc sufficiūt

22 † tres testes:& hoc, cum quis vult directè probare contra instrumentum:si autem contra præsumptionem, quæ ex eo oritur,leuior probatio sufficit. Et pro ampliori informatione uide Petr.de Anch.consi.226.col.2.ad corroborationem, & Alex.consi.93.nu.10.in causa uero.5.vbi dicit,post Ioan.de Imo.in d.c.cum Ioan.ꝙ si † tantùm vnus

23 testis est,q coadiuuet instr̄m, & duo sunt testes, q contradicunt instr̄o, fit præsumptio ipsius instr̄i ex fide tabellionis & vnius testis:vnde tūc debēt esse necessarij tres testes ad reprobādū instr̄m ut in d.c.cū Io.vide Alex.cōsi.43.nu. 10.uisis.uo.4.& cōsi.17.uo.3.& cōsi.65.uo.2.Postremò in hoc puncto attende ad Iaso.in consi.13.volum.3.& consi. 124.nu.4.uolum.j.factum sic se habet.& ibi videbis ad saturitatem quomodo testes instrumentarij faciant vacillare instrumentum, si ei contradicant.

¶ Bonifacius octauus.

Vt animarum periculis.

SVMMARIVM.

1 Statutum regulæ non ligat ignorantes.
Et sententia excommunicationis in genere lata non ligat committentes extra territorium sententiam proferentis.
Ignorantia supina non excusat.
2 Generalis clausula non refertur ad ea, quæ specialiter expressa errorem inducerent, & quæ contra ius essent.
3 Pro eodem facto quis non debet duabus ligari excommunicationibus.
In loco in quo quis deliquit debet conueniri.
4 Territorij descriptio.
5 Duæ negationes æquipollent vni affirmatiuæ.
6 Quando quis non est culpa in non parendo nō debet impingi ad pœnā.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 Viuentis beneficium cupiam est prohibitum impetrare.
2 Quis non potest eam habere in vxorem, cū qua viuo marito contraxit.
3 Impetrans sit certus de morte priusquam impetret.
4 Constitutio procuratoris facta per patronum ad præsentandum ante vacationem, non valet.
5 Remedium pro eo, qui impetrauit beneficium viuentis, si ad illud velit canonicè in posterum aspirare.
6 Ignorantia quando excuset, & quando non etiam in facto alieno.
7 Rumor excusat & inducit iustam credendi causam.
8 Ignorantia supina habet vim scientiæ.
9 Generalitas restringitur, vt non habeat locum in casu: in quo statuēs non habet potestatem.
10 Deus non iudicabit bis in idipsum.
11 Statuta & consuetudines loci delicti considerantur, etiam quo ad pœnam imponendam.
12 Potius consideratur qualitas patientis quàm agentis.
13 Delinquens eoipso quòd delinquit videtur consentire, vt pœna iuris sibi imponatur.
14 Quando statutum extendatur extra territorium statuentis.
15 Quando duæ negationes non æquipollent affirmatiuæ.
16 Quando sunt tres negatiuæ. An resultet negatiua.
17 Negatiua quicquid inuenit, destruit: & oppositum ponit.
18 Quādo duæ regulæ concurrunt, vna prohibitiua, alia affirmatiua: prohibitiua attenditur. Idem in priuilegijs.
Negatiua magis negat quàm affirmatiua affirmet.
19 Licet affirmatiua verificetur in primo actu; negatiua tamen extenditur in infinitum.
20 Indefinita affirmtiuæ prolata non æquipollet vniuersali de proprietate sermonis: tamen prolata negatiuæ æquipollet.
21 Sententia non fit super commisso delicto: benè tamen statutum.
Non potest esse causa vel culpa antequàm sit statutum.
Sententia iudicis censetur executio iuris.
22 Tractus futuri temporis non spectat ad iudicem.
23 A sententia excommunicationis lata sub conditione sufficit appellare ante conditionis euentum. etiam post 10.dies.
24 Excommunicatio ferenda est propter contumaciam.
25 Forma monitorij generalis seu forma significauit hic inseritur.
26 Verbum persona vtrumque comprehendit sexum.
Literæ apostolicæ, significauit appellatæ, minus pro clericis quàm pro laicis taxantur in curia Romana.
In monitorijs generalibus non fit expressio nominum: etiam per æquipollens: nisi aliter possit fieri.
27 Clausula iustificatoria debet describi in monitorijs generalibus.
28 A præceptis non est inchoandum: prout nec ab executione.
29 Quare Deus non permittit excommunicatos affigi prout antiquitus.
30 Super quibus iuribus fundatur monitorium generale.
31 Constitutio ecclesiæ militantis ligat crimen occultum.
32 Monitorium generale quis concedere possit.
Papa concurrit cum omnibus ordinarijs.
Legatus sedis apostolicę potest omnia, quæ Papa sibi non reseruauit.
33 Vniuersale recipit restrictionem de abilitate.
Excommunicatis non conceduntur monitoria generalia: quia non agūt, iure tamen retentionis vtuntur.
Excommunicatio ab excommunicatoris intentione vires sumit, quia effectus disponens regulatur secundùm intentionem agentis.

34 Sen-

34 Sententia excommunicationis non fertur in collegium vel vniuersitatem.
35 Monitorium generale debet esse certum.
36 Incertum tempus non constituit quem in mora. prout nec dies incertus interpellat.
37 Rescriptum sumit vires ex mente rescribentis, iuxta illud. tolle mentē de medio & verbum remanebit inutile
Intentio disponentis mensurat dispositionem, & potentius agit intentio quàm verba.
38 Excommunicatio partium consensu tolli non potest, nec eius executio prorogari.
39 Iuranti periuro non potest remitti periurium.
Vicegerens Auinionen. monitoria generalia concedit.
Legatus de latere an conferat beneficia iure ordinario, vel extraordinario.
40 Conseruatores vniuersitatum Galliæ an concedere possint monitoria generalia.
41 Iusta ex causa licèt iura transgredi.
42 In spiritualibus non debemus attendere dispositionem legis ciuilis, sed canonicæ.
43 Iurisdictio conseruatorum est amplissima.
Quilibet prælatus ecclesiæ collegiatæ habet iurisdictionem ordinariā in subditos.
44 Quilibet iudex siue ordinarius, siue delegatus: absoluit testem ad cautelam quo ad actum deponendi.
45 Delegati an concedere valeant monitorium generale.
46 In dispositione hominis commisso vno censetur commissum aliud, sine quo licèt actus expediri posset, tamen melius expeditur cum ipso.
Qui habet iurisdictionem super principali quæstione: intelligitur etiam habere in dependentibus & connexis.
47 Excommunicati superiores generalia non concedunt monitoria.
Per excommunicationem exercitium prælationis est substractum.
48 Banniti: & rebelles perdunt omnia iura propriæ ciuitatis pro suo commodo facientia: non autem quæ suum concernunt commodum relaxantur.
49 Excommunicatus alium excommunicare non potest.
Qui est extra communionem alium excludere non potest, cum possessus alium possidere non possit.
50 Omnes virtutes patiuntur detrimentum ab vno vitio.
51 Vbi deficit subiectum non potest esse qualitas.
Paria sunt non habere vel minus abile habere.
52 Omnia hominis gratia comparata sunt.
53 Papæ quando non est obediendum.
54 Pro quibus causis possit fieri monitorium generale.
55 Contra quos conceditur monitorium generale.
56 Appellatione mortis in iure nostro venit mors ciuilis, nisi sit aliud adiunctum.
57 In curia Romana est vberrimus fons canonistarum: & ipsa curia aliarum curiarum ecclesiasticarum dicitur.
58 Stilus cancellariæ facit ius: quando est antiquitate approbatus.
Boni stili sunt seruandi: quia a peritioribus inuenti.
Cancellaria innititur testibus.
Stilus cancellariæ est optimus iurium interpres.
Obseruantia stili excusat a pœna delicti.
59 Quilibet potest compelli testificari: vbi veritas aliter sciri non potest.
60 Statuta & leges laicorum quando habent locum in iure nostro.
61 An quis seipsum teneatur prodere.
62 Si iustitiam alteri facere tenearis, multò magis contra te.
63 Inspiciendum est non quod fit sed quod fieri debet.
64 Quis seipsum non potest excommunicare.
Si curam medicantis expectas, oportet vt vulnus detegas.
Aduocatus confessori æquiparatur.
Boni aduocati ipsi religiosis meliores dicuntur.
65 Ioan. de Ligni. dixit nolle bibere sanguinem mortuum pauperibus destinatum: sed potius sudorem manuum suarum.
66 Mulieri dicenti. N. eius filium non fore an credatur.
67 Secretum quid dicatur.
68 Qui non tenetur aliquid probare: ita nec nominare.
69 In eo quod est necessariò destruendum auctoritas superioris non est necessaria.
70 Lex dicitur singularis etiam quando habet vnam concordantem.
Periurus non dicitur: qui iuramentum non seruat ex causa permissa.
71 Laicis vel mulieribus: quando possit confiteri: & quid prosit confessio ipsa.
72 In rebus dubijs vtile est ponere exempla.
73 Qui mendacium dicit: nocere desiderat. Qui veritatem occultat prodesse non vult.
74 Capiens clericum ne offendatur, non incidit in excommunicationis sententiam.
75 Qui habet voluntatem defuncti licèt non solenmem. potest sibi relicta tenere.
76 Non peccat qui auctoritate legis peccat.
77 Qui scit proditionem tractatam contra principem non tenetur reuelare: si non probet quod scit. vide num. 90.
78 Boni viri tacent id, quod probare non possunt.
79 Qui habet ius in principali, cauillationes & malitias aduersarij potest per aliàs repellere.
Non videtur fraudem facere qui fraudem excludit.
80 Qui non potest iustitiam consequi a superiore, licitè sua auctoritate recuperat propria.
81 Causam defendere per fas & nefas quando liceat aduocato.
Dolo versari non dicitur qui fraudem qualitercunque excludit.
82 Aduersus malitiam: vtendum est malitia.
Iudex ad veritatem inuestigandam potest vti cauillationibus & simulare: quia propter bonum publicum simulatio est permissa.
83 Pro quibus causis & rebus non concedatur monitorium.
84 Prælati bona pauperum deuorant.
Et nobiles idem faciunt.
85 Priuilegia gratiæ dependent & habent suum effectum a voluntate concedentis non eius, cui sunt concessa.
86 In qualibet pœna spirituali attēditur animus & cogitatio, nō cuetus.
87 Voluntas & propositum distingunt maleficia.
Detrahens famæ alienæ homicida est.
88 Iniuriæ nasci non debent. vnde iura nascuntur.
89 Non possunt bonū operari exitum, quæ malo sunt inchoata principio.
Mutato nomine tollitur dispositio fundata in illo nomine.
90 Natura non abundat in superfluis.
91 Pater non debet offerre filium ad supplicium nec econtra.
92 Quibus non debet concedi monitorium generale.
Excommunicati dicuntur serui Diaboli.
93 Ex improbitate quis non debet consequi commodum, nec ex culpa cōsequi pœnam & præmium, prout nec immunitatem.
94 Multa permittuntur retractari indirectè: propter peccatum, quæ aliàs retractari non possent.
95 Iudex non debet pati, vt quis vtatur iure incompetenti.
96 An iudices teneantur monitoria postulantibus concedere.
Priuilegij concessio est debiti solutio.
97 Iudex ex officio debet occurrere manifestæ iniquitati, etiam si parti via esset præclusa.
98 Non curamus de modo, dum habemus effectum, maximè, in foro ecclesiæ, vbi non obseruantur tot apices iuris.
99 Statutum simpliciter excludens exceptionem, non videtur excludere facultatem implorandi officium iudicis.
100 An moniti debeant vitari.
101 Nō valet priuilegium, vt quis non teneatur excommunicatos vitare.
102 An propalationes faciant fidem.
103 Quæ fiunt incontinenti inesse videntur.
104 An Archiepiscopus possit cōcedere monitoria in diœcesi suffraganei.
105 Per destructionem omnium partium sequitur destructio totius.
106 Si vnico vincentem te: a fortiori vinco te.
107 Constitutio prohibitoria de sui natura operatur actus in contrarium gesti nullitatem.
Contra canones præceptiuos & prohibitiuos non valet consuetudo.
108 Statutum non potest præiudicare, nec comprehendere non subditos.
Prælati dicuntur protectores, custodes, ac magistri sacrorum canonum.
109 Consuetudo non valet contra legem, nisi fuerit inducta ab eo, qui legem expressè tollere potest.
Consuetudo quæ dicitur non rationabilis.
110 Sibi esse inferior & superior non compatiuntur.
111 Consuetudo sicut lex, habet fundamentum in ratione.
112 Argumentum de minori ad maius, nec econtra, non habet locum in materia iurisdictionis: nisi inquantū a iure vel consuetudine inducitur.
113 Quod nullum est ratificari non valet.
114 Consuetudo est stricti iuris, quia non extenditur de vna prouincia ad aliam: prout dicitur de sententia.
115 Sententia lata contra vnum alteri non nocet.
Tertius pro suo interesse comparens impedit executionē trium sntarū.
116 Præscriptio non valet, quando is, contra quem præscribitur non potuit prohibere præscribentem.
Lex resistens consuetudini vel præscriptioni.
Præscriptio non procedit quando in iure communi erratur.
117 Præscribens debet credere vti iure suo, aliàs nihil est.
118 Qui vtitur sui auctoris adminiculo: cū sua causa & suis vitijs vtitur
119 Mala fides rectoris vel prælati, ecclesiæ nocet, ēt illo remoto a bñficio.

Vt

VT animarũ. a Hæc decretalis habet 1 duo dicta. Primum. Statutum † non a ligat regulariter Ignorantes a Secũdum, excommunicationis sententia in genere lata non ligat committẽtes extra territorium sententiam ꝓferentis. (Ignorantes.) ¶Et est ratio. C. de tabul. l. generali. lib. 10. ff. de b decretis ab ordi. faci. l. vlt. (supina b) nã talis non excusat. ỹ. de cleri. excommuni. ministr. c apostolicæ. ff. de iur. & fact. ignorantia. l. nec supina. ¶Et quæ ignorantia excuset: notatur. ỹ. hoc lib. de regu. iur. ignorantia (statuto.) ¶Et 2 est ratio huius. §. nam † generalis clausula non refertur ad c ea, quæ specialiter expressa errorem inducerent, c quæ cõtra ius essent. argum. ff. ad exhi. l. pen. notatur. ỹ. hoc lib. de regu. iur. in generali. ¶Vnde si sententia ferretur in genere, intelligitur de his, qui sunt subditi proferentis. ỹ. de sententia excommunicationis c. a nobis primo. ¶Et inde est ꝙ inferendo sententiam in genere, sententia huius ad lo- d cum se non extendit, d nec ad tempus, in quibus est futurus priuatus. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. l. eum qui. & l. vlti. & ff. de offi. præsid. l. 3. ¶Item pone ꝙ consimile statutum sit in duobus episcopatibus: iã contingeret vnũ, & eundem ad diœcesim alterius duabus excommunica- 3 tionibus † pro eodem facto ligari, quod esse non e debet. e argu. ff. nautę caupo. stabul. l. licet. §. fina. vnde decẽtius est, vt illius excommunicatione ligetur, in cuius diœcesi deliquit. Cuius est potissimè subditus quo ad id, de quo agitur. ¶Nam licet delinquens diuersis locis pro eodem delicto possit conueniri. Principalius tamen in loco, in quo deli- f quit. f C. vbi de cri. agi oportet. l. j. & authẽ. ibi signata. ff. de pœnis. l. Capitolium. §. famosos (in omnes.) Contra. ỹ. de appella. Cum sit Romana. in fin. ỹ. de cleric. excommunic. mi. apostolicæ. Solu. Ibi fertur excommunicatio specialis in certam personam: hic generalis, ratio diuersitatis redditur in gl. s. proxi. ¶Item contra. ỹ. hoc lib. de sentent. excommunica. Romana. §. Caueant. Sol. Ibi loquitur de excommunicatione lata per sententiam: hic per constitutionem. Et ratio ibi redditur, & distinctio prædicta probatur per hunc titulum & illum. (territorium.)

4 ¶Et vocatur † territorium g vniuersitas agrorũ idest fi- g nes cuiuscunque loci, in quo magistratus eiusdem in eosdem fines terrendi. i. summouendi ius habet. ff. de verborum h signi. l. Pupillus. §. territorium. (impune) h

5 ¶Cõtra, duæ † negationis i æquipollẽt vni affirmatiuę. i ff. de verbo. signifi. l. duobus, & sic parebitur non iudici cũ pœna, quod est absurdum. ¶Sol. Illa lex intelligitur quandõ duæ negationes referuntur ad idem coniunctim non diuisim: vt hic. nam est sensus. Nõ pareatur & hoc fiet im- 6 punè, quia cum † non sit culpa in non parendo: non debet impingi ad pœnam. s. eo. c. cognoscentes. ỹ. hoc lib. de regulis iuris. cap. fine culpa.

¶Et sic accipitur negatiua diuisim ab Horatio, cum di- k cit, Si nullus k puluis fuerit, tamen excute nullum. argum. ff. de iureiuran. Si duo patroni. §. Marcellus, in fine Ioan. Mo. Car. & curiæ Romanæ vicecancellarius.

IGnorantes. licet ignorantia regulariter excuset, vt videre licet per Iaso. in consi. 132. col. 5. & sequen. Statuto. uol. 4. tamẽ multis modis fallit saltem a tanto. sed a toto- 1 secus: uerbi gratia: prohibitum est † cuipiã beneficium viuentis impetrare. c. j. de cõce. præben. s. adeo ꝙ talis impetrans infamis dicitur. c. audiuimus. 3 q. 2. Huic astipulatur Pet. de Ancha. consi. 505. in fin. quia vt ait lex: & consi. 397. & sic debet deponi. probat tex. in c. in primis. 2. q. j. non furem. 7. q. j. & a communione ecclesiastica repelli. d. c. j. nec amplius poterit illud obtinere propter iniuriam hac de causa factam. probat Panor. in 2 d. c. j. eo medio. Sicut † quis non potest eam habere in vxorem: cum qua viuo marito contraxit. c. 2. & c. fin. s. de eo, qui dux. in matrimoniũ. quam pol. per adul. & ista est communis & vrgens ratio. Ideo argu. a simili de matrimonio carnali ad spirituale, quod procedit iurib. pusquàm tritis: sufficiat. ca. inter corporalia. supra. de translat. episco. cum similibus: & interitum nostrum habetur in regula cãcellarię. sub nu. 20. vbi glo. adducit aliam rationẽ ne detur materia capitãdi. i. cupiẽdi mortem alterius. d. c. j. & 2. de cõce. præbẽ. in antiquis, prout in simili dicitur de reciproca donatione, quæ inducit votum captandæ mortis, & sic est plena tristissimi euentus. l. fin. C. de pact. Ias. latè consi. 5. in prin. uol. 3. ¶Ideo dic firmiter ꝙ quispiam nõ poterit habere beneficiũ, qđ uiuente sponso adulterã desideraiut, ẽt quodãmodo adulterando, c. sicut. 7. q. j. Et occupans de facto illud dicĩt intrusus; ita citat per hęc Pet. de Anch. cõsi. 397. Apparet ex narratis, dicẽs idem fore in eo, qui est adeptus ecclesiam per symoniam: qui perpetuo redditur inhabilis propter talem offensam: facit. c. pe. cũ ibi no. supra. de elec. quod vltimum intellige non solum ad acquisitũ per simoniam. uerum ad alia quæcunque. secus in primo casu. ¶Et redeundo ad principale intentum, ignorantia in hoc casu excusat talem impetrantem, quando fama vel iusta crudelitas adesset: ꝙ talis foret mortuus. quia tũc excusaretur ratione ignorantiæ. ita tenuit in proprijs terminis Oldra consi. 304. num. 7. infrascriptæ allegationes: de quo per Ias. consi. 64. col. 5. in causa: volu. 3. uerum hoc fore, quòd excusat a pœna dictæ infamiæ, & depositionis, secus a pœna inhabilitatis. Et hoc propter maximam ambitionem: uolendo viuum a suo expellere beneficio: tum etiã quia si Papa aut alius collator ordinarius sciuisset talem impetrasse aut impetrare beneficium viuentis, 3 verisimiliter non concessisset. ¶Ideo † vt in simili dicit Iason in consi. 127. col. 3. dubitatur. uol. 4. quia ad hoc vt quis possit succedere, debet scire causam aditionis suæ, & de ea esse certus & non dubitare. l. pupillus si fari in princip. & l. quod si dubitet & l. sed si de sua. ff. de acqui. hære. impetrãs sit certus de morte priusquam impetret: de qua certitudine uide per Ias. in d. consil. 64. col. 6. uolu. 3. ita concludit Deci. in hoc puncto fimbrias extendens & latius quàm præfati in consi. 398. in causa domini Benedicti.

¶ Istud dubium videtur dependere ab alio, uidelicet an metropolitanus possit adiri per viā quærelæ per ipsos subditos suffraganeorum ipsis suffraganeis inuitis. Et breuiter, vt ad rumbum ueniamus: dic ꝙ non, tam depositione iuris communis: quàm consuetudine siue etiā præscriptione: iure quidam probatur per. c. Romana, in prin. de foro competen. hoc libro: ubi Archi. dicit post prin. ꝙ metropolitanus iudex peregrinus vocatur, quantum ad subditos suorum suffraganeorum. 6. q. 3. scitote. in fin. quod placet. Aegidio Bella. ibi. colum. 3. ¶ Item quilibet episcopus in sua diœcesi iurisdictionē habet episcopalem seu ordinariam. Ita ꝙ eius clerici subditi non possunt consentire in alium iudicem in prima instantia sine licētia episcopi sui diœcesani. tex. in c. significasti. s. de foro competen. ꝙ licet Archiepiscopus in omnibus diœcesibus suorum suffraganeorum iurisdictionem habeat episcopalem, non tamen habet episcopalem seu ordinariam: ut inter subditos episcopi possit cognoscere. notat Inno. in c. pastorali. supra de officio ordina. ubi dicit ꝙ Archiepiscopus nō habet iurisdictionē ordinariam episcopalem in tota prouincia, nec simul concurrit cum episcopo. idem Inn. in c. duo simul. s. de offi. ordi. ꝙ si subditi episcopi nolunt comparere coram eo, non tamen propter hoc Archiepiscopus iurisdictionem habet in eos, ut causas eorū audiat. sed solum vt præstet auxilium ordinarijs ad compescendum eos. Quod firmat ibi Car. col. fi. Idem Inno. in d. c. Romana. ubi dicit, ꝙ subditi suffraganeorum nō possunt consentire in alios quàm in suos ordinarios. per d. c. significasti: idem Inn. in c. contingit. supra de arbi. aliàs sequeretur absurdum: videlicet ꝙ in potestate, subditorum esset iurisdictionem superioris abdicare: si nō in globo, saltē in particulis, ꝙ est idē: quia per destructionem † omnium partium: sequitur de-105structio totius. c. monemus. 12. q. 2. ibi, ne ecclesia Dei ad nihilum redigatur: facit dictum Bal. in c. intellecto. s. de iureiur. ubi dicit ꝙ per particulas posset totum regnum dissolui. Ideo Rex non potest aliquid de regno alienare. text. in c. j. de prohibi. feudi aliena. per lotha. quia possent dicti subditi episcoporum sponte coram Archiepiscopo litigare, & nullus litigaret coram episcopo: & sic sua iurisdictio vacua remaneret. dicit Archi. in d. c. Romana. in uerbo, in his. ideo confusionis sequela locum obtineret: iuxta illud. Nam ordo confunditur, cum sua iurisdictio vnicuique nō seruatur. c. peruenit. 11. q. j. tex. apud Gallos in titu. de causis in §. inoleuerunt, in pragma. & in titu. de colla. in §. ordinarijs, post prin. & in concor. eo. titu. de causis. quod operabitur priuationem iurisdictionis inferioris. Quod dicere non conuenit uiro. Testis est Bald. in c. pastoralis. col. j. nu. 3. supra de offi. ordi. ubi cita ꝙ superior non potest priuare inferiorem sua iurisdictione ordinaria. per text. in l. fin. C. de offi. præfect. Augu. facit text. in c. per singulas. 9. q. 3. vbi vnumquemque oportet episcopum habere suæ diœcesis potestatem, & ly oportet de sui natura importat necessitatem. l. eos. C. de appella. faciunt etiam ea, quæ dico in c. per exemptionem. j. de priuilegijs. ¶ Facit equidem id quod notat Petrus Rebuffus in repeti. l. quod iussit. not. 2. nu. 68. cum seque. ff. de re iudi. Quod Archiepiscopus ab episcopis suæ prouincię causas non euocat, quia inter eos (dicit dominus meus de Ripa. j. interpreta. in c. cū. M. nu. 195. supra de constitu.) locus est præuentioni. ut not. in d. c. pastoralis. supra de offi. ordinar. facit. c. si a sede. de præbē. hoc lib. etiam per citationē. c. postulasti. & ibi Soci. supra. s. de foro compet. l. si quis postea. ff. de iudi. nec episcopus causam ab abbate euocat. c. quanto, & c. graue: & ibi glo. fi. supra de offi. ordi. quæ glo. dicit nisi abbas esset negligens. Nec ab Archidiacono. c. 2. supra de excessi. præla. nec a capitulo. c. irrefragabili: supra de offi. ordin. minusq; a plebano, aut alio prælato inferiore iurisdictionē habēte. Quod est uerum, si tales inferiores ipsam iurisditionem ab episcopo non recognoscant. Archi. Domi. & Præpo. in c. de persona. 11. q. j. Imo. in d. c. pastoralis. col. 2. Secus si recognoscant, ꝓut Archipresbiteri. Bituricen. diœcesis, quia hi nō habent a lege vel consuetudine sicut alij. not. in c. cum ad ecclesiarum. supra de offi. ordi. igitur euocat, quia inhibere potest. ergo & tollere, arg. l. si quis, in principio de lega. 3. c. nuper. supra de senten. excommunica. Fran. in c. vt nostrā, col. 4. supra de appella. Pro prosecutione intenti habeo qđ citat Henri. de Boic. in d. c. pastoralis in fin. ꝙ si Archiepiscopus absoluat excommunicatum ab episcopo in casū nō concesso a iure, non valet absolutio tamquàm a non suo iudice concessa: idem tenet Hosti. in summa tamquàm in §. & alia regula. uers. sed quæritur an episcopus in tit. de senten. excommuni. & eod. titu. Goffre. in summa. q. 93. Idem tenet: Nam licèt Archiepiscopus habeat iurisdictionem in persona suffraganeorum: non tamen in subditos eorum: & 106 in hoc fallit regula, † si uinco vincētem te, a fortiori vinco te: de qua per scribentes in c. auctoritate de concess. præben. hoc libro: & in glos. l. de accessio. ff. de diuer. & tempo. præscrip. & glo in authen. licèt. C. de natura libe. ita dicit Ioan. de Imo. in d. c. pastoralis, qui subdit ꝙ differt iurisdictio episcopi a iurisdictione Archiepiscopi. Quia iuris-

dictio

dictio episcopi se habet ut genus,& distribuitur ad quemlibet speciem subditorum suæ diœcesis. Sed iurisdictio Archiepiscopi licèt sit vniuersalis in tota prouincia. Hinc est ꝙ episcopus potest absoluere eos de sua diœcesi per p̄latum sibi subditum excōmunicatos, puta per Archidiaconum,qui dicitur eius uicarius.ca.j.§.de offi. Archidiaco. Sed episcopus nō legitur Archiepiscopi vicarius: Archiepiscopus quippe in prouincia habet potestatem ligatam, non episcopus.c.nullus.3.quę.3.c. cum ab ecclesiarum.de offic. ordin. ¶Item firmare potes intentum per ea, quæ citat Soc.in c.cum contingat.no.6.§.de foro compe.quod de iure cōi solus episcopus est ordinarius in tota diœcesi, tam in ciuilibus quàm in criminalibus: exclusis penitus alijs prælatis inferioribus:& idem notatur in c.j.& in c.cū episcopus,de offi.ordi.hoc libro,& iō inter subditos suos, sibi competit iurisdictio: & in hoc casu Archiepiscopus non potest suis suffraganeis legem uel consuetudinē imponere:nisi solum quantum ad illa,in quibus sibi subsunt.

¶Sed in cognitionibus causarum inter suos subditos in prima instantia sibi non subijciuntur,cessante appellatione igitur etiam nulla consuetudo episcopus potest p̄ Archiepiscopum indici. Testatur Lucas de Penna in l.vnica, de priuileg.vrb. Constanti.lib.11.C.¶Præterea habeo q̄d in simili notat Iaco.de S. Geor.in quæstio.feudo.q.34.vbi dicit ꝙ si princeps inuestiuit vnum nobilem de castro cū mero & mixto imperio & omnimoda iurisdictione,post hac non potest se intromittere de primis causis rusticorū subditorum illi nobili:istud reperio ante eum tactum per Bal.in l.j.q.44.ff.de rerum diuisio.¶Et ratio est quia ex infeudatione vassallus habet iura vtilia cū vtilitatis effectu. Ideo debet in prima instantia inter suos subditos cognoscere. Sic episcopus cui data est iurisdictio omnimoda in sua diœcesi per legem mortuam & etiam uiuam, scilicet per Papam,ex qua datione Archiepiscopus censet̄ exclusus,ex quo solo capite habeo intentum : ꝙ Archiepiscopus non potest huiusmodi monitoria de iure cōmuni cōcedere:inuito episcopo contra eius subditos,prout nec de consuetudine,cum per eas ad uiam simplicis quærelę deueniatur. Quod & comprobo. Primò per tex.in d.cap. Romana vbi ponuntur quinq; casus:duo in principio, & tres in secundo respon.ibi,nisi aliud in his tribus &c. Vbi ius dat potestatem Archiepiscopo uel eius officiali cognoscēdi inter subditos episcopi:si hoc habeat ex consuetudine. Ergo in duobus primis casibus scilicet prætermisso appellationis articulo,vel per uiam simplicis quærelę nō dat cognitionem etiam stante consuetudine:quia si tex.hoc voluisset, illud expressisset:sicut in tribus vltimis casibus,per tex.in c.inter corporalia.supra.de trāsla.epis. vel generaliter loquutus fuisset in omnibus quinque casibus, non exprimendo aliquid specialiter de tribus vltimis. Ideo cum specialiter de tribus disposuit:ut consuetudo locum habere posset,censetur ab illa dispositione duos primos exclusisse,tex.est in c.cum inhibitio.supra. de clan. despon.cum de illis cogitauerit separando tres vltimos ab illis. Pro hoc habeo quod notant Ang.in l.tres fratres.ff.de pactis.& Io. de Imo.in c.fi.de suc.ab intesta. ꝙ pater substituendo masculis,censetur exclusisse femellas:& substitutum voluisse præferri femellis:cum loquendo de masculis videtur cogitasse de femellis.¶Item postquàm iste duæ dispositiones sunt propinquæ:Papa ordinando in tribus vltimis casibus uerisimiliter cogitauit de duobus, & tamen non disposuit de duobus,sicut de tribus:ideo uoluit illas dispositiones diuerso iure censeri:& sic consuetudinem locū nō habere in duobus primis.ita intelligunt text.d.c.Romana. Archi.ibi.in prin.& in verbo,ex his,allegat.c.qualis.25.di. l.cum prætor.ff.de iudiciis.c.nōne.supra.de præsum. & Io. And.in principio,quibus communiter alij assentiunt, & Guiller.ibi dicit in uerbo, prætermisso. Quòd aliàs nihil esset quàm uoluntariè & per simplicem quærelam causas aliorum vsurpare,quod est contra.c.Romana de offi.ordi. hoc libro. Firmo præterea ꝙ non ualeat consuetudo : q̄a in hoc puncto habemus constitutionem prohibitoriam, vt licet uidere in c.j.ibi,ne suorum suffraganeorum &c.de offi.ordi.hoc libro.& d.cap.Romana ibi,nec appellationis 107 articulo &c.Et cōstitutio† prohibitoria de sui natura operatur actus in contrarium gesti nullitatem. Ista est doctrina glo.in l.j.in fi.magnæ glo.C.ne fideiussor.do.den.comprobat Luc.de Penna.in rub.ne fisc.quam uedi rem euincat,libro.10.C.ubi dicit ꝙ dictio ne,est aduerbium prohibendi. sequitur scriben.in rub. & in l.j.ff.ne quid in flum. pub. Nunc habeo ꝙ contra canones præceptiuos & prohibitiuos non valet consuetudo. Inn.in rub.de consuetu. in fin.quem ad hoc citat Calde.cōsi.4.sub dicto tit.Ex quo sequitur ꝙ episcopus non potest consentire, ꝙ Archiepiscopus in omnibus causis suorum subditorum per uiam quærelę adiri possit, cum legibus prohibitiuis renunciari non ualeat.Saly.post gl.in l.libertorum.C.de testi. qui dicit hoc uerum quando uergit huiusmodi renuntiacio in detrimētum alterius.Secus si in solius incommodum renunciantis.firmat Roma. consi.403.num.20.pro decisione dico latius in c.tibi,de resc.Bene tamen potest consentire in vna causa:vt Archiepiscopus adiri possit.arg.c.significasti.§.de foro competenti:& ratio, quia per id non rumpitur neruus ecclesiasticæ disciplinæ: quod in generalitate fit:& sic non ualet consuetudo.c.cum inter.§.de foro cōpetē.ex eo etiam,quia ex ea consuetudine induceretur illicitum & inconueniens:quia sua cuique iurisdictio non seruaretur, vt dixi. Pro hoc habes doctrinam Ang.& Iaco. de Bello visu in authen.ut nulli iudi.in §.nulli,in fin.col.9. vbi dicunt ꝙ consuetudo mala quantumcunque longæua ab omnibus obseruata,non debet obseruari, & inducēs illicitum & inconueniens nōn est seruandum.firmat Compo.in rub.de consuetu.in fi.facit pro præmissis, quia statu- 108 tum † non potest præiudicare, nec comprehendere non subditos.l.j.in fin.ff.de tuto.& curato.dat.ab his.l.etiam.ff. de tutel.l.neque.ff.qui dari tutor.po.probat text.noster.facit.l.fin.ff.de iurisdictiō.omnium iudic.comprobat latius Alex.consi.19.uersi.3.quia dato,circa primum volu.6.vbi idem dicit de consuetudine Bal.in l.de quibus ver.4.quæritur an consuetudo extendat virtutem suam ad forenses. ff.de legibus. ¶Item archiepiscopi & alij prælati ecclesiastici dicuntur protectores & custodes:ac magistri sacrorū canonum.c.cum quibus.24.q.3.dec.in cap.non putamus: de consuetu.j̄.Et debitores,vt eos obseruent & custodiāt. c.cum sumus.9.q.3.& id iuramento firmant.c.ego.N.§.de iureiur. ¶Ex quo infero non licere Archiepiscopo consuetudinem introducere:per quam canonibus contraueniatur. Aliàs esset legem sui superioris destruere, q̄d non potest,vt patet intuenti,cum ex hoc sequeretur, ꝙ totum ius commune posset subuertere in singulis casibus a iure prouisis,aliud statuendo vel consuetudinem inducendo, quod sentire non modicum differt ab hæresi. ¶Item cō- 109 suetudo † non valet contra legē nisi fuerit inducta ab eo, qui legem expresse tollere potest. no.in l.j.& fin.C.quæ sit lōg.consue.Inn.in d.rub.de consuet.col.j.nec iuuat ꝙ diuersimodè contra iura inducuntur per populum plures consuetudines:quia id uerum,si sint rationabiles: secus si irrationabiles.capitu.j.de consue. hoc libro. Sed rationabiles dici,non possunt consuetudines,quæ canonicis obuiant institutis, quibus expresse dictatum extitit, ne vnus alterius iurisdictionem vsurpet:sed suis sit contentus terminis. testatur Pet.de Anch.in c.postulasti.col.2.§.de foro competen. allega.c.scriptum.6.q.3.& c.uenerabilem.§.de elect.faciunt quæ citat Alex.consi.18.vers.2.moueor,viso titulo & statuto vol.6. ¶Item talis consuetudo videtur 110 abusiua.patet,quia esse sibi † ipsi inferior & superior non compatiuntur.cap.cum inferior.§.de maiori.& obed.quia alias a seipso ad seipsum appellaretur, quod est abusus. no. in d.c.non putamus de consue.hoc lib.Si igitur sit abusus, qui inuenitur sublatus,per d.c.Romana & alia iura. Igitur contraria consuetudo induci non poterit.Pro quo habeo quæ citat Bal.in authen.omnes peregrini.col.j.C.communia,de suc.ubi dicit,ꝙ quando princeps tollit consuetudinem præsentem, seu rationem illius tamquam abusiuam, etiam censetur tollere futuram. vt in l.3.§.diuus.ff.de sepul.viola.idem Bar.in l.si mihi.§.in legatis,in fin.de lega.j. Cyn.in l.2.C.quæ sit longa cōsuetu. Iaso.in l.cunctos populos.C.de summa Trini.& fide catho.in j.lect.nu.73.Docto.in c.2.§.de consuetu.& in c.statutum in prin.j̄.de renūcia.uide quæ dixi in c.j.hoc titu. ¶Quod vt appareat abusiua ipsa consuetudo, habeo ꝙ in causis tres sunt instantiæ episcopi, scilicet metropolitani. & Papæ: & duæ appellationes. vt in cle.calumnijs de senten.& re iudi.vbi Ioan.de Imo.& Alij.Sed si Archiepiscopus per viam quærelæ cognosceret de causis subditorum episcopi, non essent nisi duæ instantiæ & vna appellatio. Igitur illa consuetudo

tamquàm

tamquam abusiua & irrationabilis, ac contra canonicas constitutiones censetur sublata, nec potest iterum introduci. Firmat Bal. in l. dudum. C. de cōtrahen. emp. vbi dicit quòd tollens consuetudinem pñtem, tollit etiam futurā. glo. in verbo, consuetudine. in cle. statutum de elec. quod verum, nisi subsit nunc ratio noua & rationabilis, quę non erat tempore sublatę consuetudinis. Panor. in c. fi. supra. 111 de consuetu. ¶ Consuetudo † enim sicut lex habet fundamentum in ratione, ideo si est contraria legi, reprobatur: Ratio, quia ipsa de principis cōsensu inducitur, & sic eam videtur inducere. l. ij. §. omnia. C. de vete. iure enu. meritò sit rationabilis sicut lex. c. erit. iiij. di. non obuians iuri positiuo, nisi cum ratione vel causa, alias dicitur corruptela: vt probat tex. noster & sic multa temporis longinquitate firmatur: vt in Auth. vt nulli iudi. §. j. col. ix c. flagitia. xxxij. q. vij. & c. quo iure. viij. di. Sed hoc in casu nullomodo est ratio nulla ve causa, vt archiepiscopus adeatur per viam querelę: priuando episcopum sua iuriditione sibi a iure data. Igitur non potest ex hoc capite archiepiscopus concedere huiusmodi monitoria in subditos episcopi publicanda. cū per id videatur deuenire ad cognitionem primę instantię. vt patet per clausulam iustificatoriā, de qua factus. supra ex titit sermo. ¶ Et per hec stet confutata Capellę Tholo. decisio. cclxxv. Itē an metropolitanus: ubi dicitur cōtrariū horum, quæ supra diximus: per no. d. c. Romana. & Collecta. in c. significauit. supra. de foro compe. quæ non obstant vt rectè intuēti apparere poterit: quod comprobo. Primò nō obstat d. c. Romana, vt tam per præmissa liquidum est: minusquè obstant notata per Collec. cum cōueniāt cum deci. d. c. Romana. tamen arguit de intento, quòd consuetudo dat iurisdictionem minori: ergo multo fortius maiori. authen. multòmagis. C. de sacrosan. eccle. Etiam in casu supposito, vt inferior episcopi possit adiri per viam querelæ, & id acquirit ex consuetudine, secundum Ioan. And. & 112 communiter scribentes in d. c. Romana. ¶ Istud tamen † argumentum de minori ad maius, nec econtra, viribus non subsistit in materia iurisdictionis, nisi inquantū a iure vel consuetudine conceditur. Et hoc tam respectu personarū quam rerum. Primum firmo, quia licet consuetudine vel præscriptione acquiri possit per prelatum inferiorem ab episcopo facultas cognoscendi inter subditos episcopi accumulatiuè, vel etiam priuatiuè, exclusiuè, siue abdicatiuè, si hoc sit expressum in consuetudine. not. Maria. Soci. in c. cum contingat not. vltimo. s. de foro competenti tamen acquiri non potest quòd de persona episcopi superioris sui cognoscere possit: quia hoc archiepiscopo tamquam eius superiori competit. not. scribē. post tex. in c. pastoralis. s. de offi. ordi. ¶ Secundò, videlicet quantum ad res, firmo per tex. ī Auth. de defen. ciuita. in §. iudicare. & in §. audiēt col. 3. Istud latius deduco in c. omnes, ibi, nā indignus & c. ī. de tempo. ordinan. Ideo non insisto.

¶ Pro comprobatione dictæ deci. Capel. Tholo. Aufrerius ibi ita fuisse obtentum in curia Romana per tres sentētias cōformes cōtra quēdam episcopum suffraganeum asserit: illud tamen nō suffragatur, pluribus de causis. Prima quia res inter alios acta. quodq; 13. legibus, non exemplis est iudicandum. dixi. s. in præfatio. nu. 52. vbi concludo verum, maximè quando res non est dubia, ut in proposito per ea, quæ s. dicta sunt. ¶ Item latę sunt contra ius cōstitutionis: igitur nullæ ipso iure. c. cū inter uos. s. de sententia & re iudi. Guiller. de Cuno. in l. si cum inter te. C. quando prouo. non est. nec per illum tex. Et tales sententię non habēt nomen. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. Latè per Bonifa. de Vital. in cle. pastoralis. §. ut igitur eo. ti. Et sic nunquam trāsit in rem iudicatam. testatur glo. in d. c. cum inter uos, in uerbo cōtra ius, & in §. diffinitiua. ij. q. 6. medio cuius, si executio facta sit, reuocabitur. Idem Bonifa. in cle. j. nu. 27. de re iudi. ubi. Barba. col. 5. citat trium sententiarum executionem impediri, si in promptu de nullitate ipsarum doceat: quod facit in proposito: quia in promptu de nullitate docetur, quia latę cōtra ius cōstitutionis: igitur non nocent illi, contra quem latę fuerunt, quia nullæ mero iure: & sic ra 113 tificari † non ualent. prout dicimus de sententia lata non suo iudicę; Bal. in l. obseruare. §. post hęc. in 6. q. ff. de offi. proconsul. ubi dicit. Bar. ꝙ de consensu partium ratificari non potest. Iac. Butr. in l. fin. §. ubi autem. C. de bo. quæ lib. Pan. c. j. col. antepe. nu. 23. s. de re iudi. Alex. in l. eius. ff. si cer. pet. Dec. post Inn. & communiter alios in c. prudētiam nu. 19. s. de offi. deleg. gl. in l. j. in uerbo inchoata. C. ubi de cri. agi opor. quam not. Pan. in c. sciscitatus es. s. de renuncia. similis gl. in l. 2. circa finem, de iure fisci, lib. 10. C. & in l. licèt. ff. de iudi. quas ibi approbant Bar. Bal. Pau. & Ange. & eas intellige, quando erat defectus iurisdictionis: aliter, quàm ex consensu partium. per d. l. obseruare. §. fin. Princeps tamē auctoritate absoluta potest illas confirmare. secundum Ang. in d. l. licet. uide in proposito Roma. consi. 54. quod 114 exorditur, uisis. ¶ Item moueor, quia sicut dicitur † ꝙ cōsuetudo est stricti iuris, ut non extendatur de vna prouincia ad aliam, etiam si sit eadem ratio. dico in c. ne aliqui de hære. ita & sententia dicitur stricti iuris non complectens nisi in casibus specialibus personas vel causas non nominatas in ea. Io. de Imo. in c. quoniam frequenter. §. ꝙ si sup. s. ut lite non contest. ubi sententia contra colonū uel depositarium lata nō præiudicat domino absenti, vel ignoranti. ita tenet Bar. in l. 2. nu. 17. C. ubi in rē actio exer. deb. 115 Et generaliter † sententia lata contra vnum nō nocet alteri ignoranti. citat latè Barba. in d. cle. j. col. 12. & 13. de re iudi. & ibi Io. mo. qui dicit quòd sententia non nocet tertio non vocato: per no. in c. super eo s. de offic. delega. firmat Anto. de But. in c. ut debitus. col. 2. s. de appell. ubi dicit ꝙ tertius pro suo interesse comparens potest impedire executionem trium sententiarum latarum contra alium, eo non vocato facit tex. in l. creditor in prin. ff. manda. Vide quæ dico in rub. de sententia & re iudica. Et quod est fortius: quia sententia lata contra vnum ex socijs habentibus causam indiuiduā non nocet alij. Testatur Alber. in l. si de cōmuni. ff. si serui. uendi. facit quod citat Bart. Soc. in l. Modestinus. ff. de excep. ꝙ sententia lata contra vnum ex hæredibus ad vtilitatem debitoris non nocet alteri, sicut dicimus ꝙ sententia lata contra vnum ex reis stipulandi non alteri. Alex. in l. sæpe. ff. de re iudic. licet debitū ex eodem fonte procedat. refert Socyn. in d. l. Modestinus. uide Aret. in consi. 29. diligenter. ¶ Et per hæc habes luculenter ꝙ nec de iure, nec de cōsuetudine Archiepiscopus potest adiri per subditos suffraganei per uiam simplicis quærelæ, inuito ipso episcopo: quod comprobo etiam non posse adminiculo, nec prætextu cuiusuis præscriptionis. ¶ Primò non ualet præscriptio, † si is, contra quem præscribi-116 tur, non potuit prohibere præscribentem, testatur Ioan. Imo. in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcē. Sed episcopus nō potest prohibere Archiepiscopum, cū sit sibi superior: igitur non ualet præscriptio. ¶ Secūdò ubi lex expresè resistit consuetudini, vel præscriptioni, non procedit consuetudo, vel præscriptio. c. cum instantia de censib. s. Fely. in d. c. cum contingat. col. 2. uer. 3. fallit. s. de foro compete. etiā si reperiatur immemorialis. Panor. in c. accedentes & c. cū ex officij. s. de præscrip. facit quia nulla præscrip. potest procedere: quando quis errat in iure communi. Ioan. Andr. in c. cum personæ. col. 2. ī. de priuileg. Ex quo capite insurgit mala fides Archiepiscopo: quam ius canonicū in præscriptione non admittit. c. fi. s. de præscrip. cui iuri standū est in puncto nostro. Pan. in c. de quarta eo. ti. Quod autem liquidè appareat insurgere malam fidem: quia Archiepiscopus nō potuit credere, prout nec pōt, ꝙ subditi episcopo essent 117 sibi subditi in prima instātia: cum ius commune † faciat contra eum. Qui enim vult acquirere possessionē vel quasi, alicuius rei, seu iurisdictionis: debet eo facere animo, ꝙ credat uti iure suo. l. fi. ff. quemad. serui. amit. & l. fi. ff. de itinere actuq; priuato. firmat Inn. in c. 2. col. j. s. de cap. mo. Et hoc in casu Archiepiscopus non potest id credere: cum sciat iuris communis dispositione, episcopū esse ordinarium: & naturalem cognitorem causarum suorum subditorum, & fundare intentionem suam super hoc de iure communi in sua diœcesi. per d. c. cum contingat: & d. c. Romana. Et sic sciuit hoc suum non esse: ergo ad alium pertinere omnibus modis. l. fin. C. vnde vi. meritò in mala fide dicitur constitutus: cuius etiam superuenientia in vna causa de iure nostro impedit præscriptionē: testanī Areti. & Imo. ambo, quos dicitur sequi Hercula. col. 13. in l. j. §. ex pluribus. ff. de acquir. po. quod seruit intento. Quia licet predecessores nisi fuerint, præscribere nihilominus superuenientia malæ fidei in successore accidit, cum ipsa incomi-118 tetur eum, † qui vult vti accessione temporis suorum antecessorum: quia qui vtitur sui auctoris adminiculo: cū sua causa & suis vitijs utitur. l. Pomponius. §. cū quis ff. de acq. pos. glo. pragma. in tit. de pacifi. po. in uerbo possedit & ibi

latè

latè. Et istud ꝓcedit tam in vitio reali quàm personali: secundum Bar. in d. § cum quis: quod firmat schola scriben. in c. quia Guil. s̃. de iudi. & Io. Fab. Institu. de vsucapio. in § furtiuæ ubi dicit † ꝙ mala fides prælati, vel rectoris ecclesiæ nocet eidem ecclesiæ, etiam illo a beneficio remoto, per l. non solum §. Pompo. ff. pro empt. Hinc Ioan. de Platea Institu. de vsucapio. in §. diutina. Quod mala fides monachi nocet monasterio. per l. 2. §. si seruus. ff. pro emp. igitur nõ iuuat præscriptio, eo etiam ꝙ deficit titulus, & plura alia requisita, quorum omissio & carentia facit contra iura mercari. l. quemadmodum de agricol. & censi. lib. 11. C. & l. non dubium de sacrosanct. eccle. ¶ Et per hæc sit liquidum thematis nostri intentũ quod licet potuisset breuioribus uerbis expediri, non tamẽ ita clarè, sed magis obscurè, iuxta dictum Io. Mo. in c. vnico, in princi de testa. Et verè obscurus fio, cũ breuis esse cupio. prout in simili dicit. glo. in § illud autem, in uerbo compendium, in prooemio digestorũ. & Car. consi. 152. Nimis graue, ibi. Et in hoc quanto quis plus cogitat, tanto surgit maior dubitatio.

¶ De rescriptis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1. *Sæpæ vnum rescriptum alteri videtur aduersum.*
2. *Habens generale rescriptum: si primò præsentat an præferatur.*
3. *Paria sunt quòd quis non habeat iurisdictionem: vel habeat, non tamẽ ad id, de quo agitur.*
4. *Primæ litteræ generales per secundas speciales penitus eneruantur.*
   Extractum per speciale rescripũ amplius sub generali nõ intelligitur.
5. *Iudicia legitima citatione incepta impediri non debent.*
6. *Quando per præscriptionem perpetuatur potestas.*
7. *In curia: & extra curiam quando dantur iudices.*
8. *De eo quod quis habet impugnare, mentionem facere non tenetur.*
9. *Actio in factum descendit ex re iudicata vel officio iudicis.*
   Quis obtinens plura rescripta gratiosa, & alterius habuit effectum, an alijs possit vti.
10. *Aduersa impetrans rescripta, an consequatur commodum.*
11. *Species quando non derogat generi.*
12. *Priuilegium specialius & fauorabilius præualet.*
13. *Quando vnum rescriptnm est secundum ius commune, & aliud gratiosum, quod illorum teneat.*
14. *Innitens ex iure pendente in iudicio deducto: si impetrat, quid agere cebeat.*
15. *Peccatum ceßat per dispensationem superioris.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1. *Quando iudex datur ex officio: alteri parti non videtur inferri præiudicium, secus si impetratur.*
2. *In his, quę facit Papa ex officio: nõ est quòd imputetur surreptio parti*
3. *Surreptio in beneficialibus vitiat ipso iure.*
4. *Nullum non potest dici primum nec secundum, nec æquale.*
   Nullum perdit nomen suum.
   Nullum non facit gradum, nec concursum numeri cum alio.
5. *Forma indulti vt quis valeat duo obtinere mandata quę suum sortiãtur effectum.*
6. *Forma indulti, vt quis vigore vnius expectatiuæ, plura obtinere possit beneficia.*
7. *Ius cõe & priuilegiũ in corpore iuris clausum: videtur idẽ in multis.*
   Verba iuris communis latè debent interpretari, prout priuilegium in eorpore iuris clausum & eius verba.
8. *Ius commune non ligat ante publicationem: prout nec priuilegium in corpore iuris clausum.*
   Iura municipalia recipiunt interpretationem a iure communi & a priuilegio in corpore iuris clauso.
   Sicut per consuetudinem iuri communi derogatur: ita priuilegio in corpore iuris clauso.
9. *Par est reuocatio iuris communis & priuilegij in corpore iuris clausi.*
10. *Ius commune & priuilegium in corpore iuris clansum fiũt motu proprio Principis.*
    Ius commune & priuilegium in iure communi clausum vt probent, non requirunt annum nec diem.
11. *Virtus dispẽsationis est vt faciat licitũ, quod alias de iure erat illicitũ.*
12. *Facilius est repudiare ius quærẽdũ, quã quesitũ remittere: vel donare.*

TRACTATVRI de rescriptis, cũ sæpe vnum † rescriptũ videatur alteri aduersum: vt plenè liqueat articulus iste: Sic distingue, aut vtrumquè est secũdum ius commune, aut vtrumquè gratiosum: aut vnum secundum ius commune: & aliud gratiosum. Primo casu dupliciter, aut enim impetrantur rescripta in causis nõ ceptis, aut ceptis. Primò casu dupliciter: aut ad eosdem iudices: aut ad diuersos. Si ad eosdem, dupliciter: aut enim sunt diuersa rescripta, aut aduersa. Si diuersa, idem iudex cognoscet. j̃. eodẽ. c. dispendia: §. reus: si aduersa: aut est aduersitas quo ad diuersos fines, vt quia pars ex vno facto narrat vnum, & alia aliud, & tunc vt prius, arg. j̃: de appella. c. oblatæ, aut est aduersitas in modo commissionis & procedendi, & tũc vtriquè supersedendum est. & fuperior consulendus. Et sic loquitur j̃. de offi. delega. c. 2. Si uerò ad diuersos iudices: aut vtrumquè est speciale. Aut vtrumque generale, aut vnum generale: & aliud speciale. Primo casu obtinebatur olim quod dicitur s̃. eo. c. plerumque: vel dic ut ibi no. Inn. & c. si autem. Sed hodie ille est potior, qui primò præsentauit. s̃. eo. c. sanctæ Crucis, & j̃. de appella. vt debitus: & idem est in casu secundo. in tertio verò speciale primo præsentatũ derogat generali. vt s̃. c. j. & c. pastoralis. ¶ Sed quid, † si habens generale, primò pręsentat illud suo iudici, & citari ꝓcurat habentem rescriptum speciale: respondeo aut habens generale mandatum facit citari habentem rescriptũ speciale super specialiter tantum expressis: & tunc habens speciale rescriptum benè potest excipere ꝙ in hoc non est iudex, cum hoc specialiter sit commissum iudici suo: & sunt hæc paria, † ꝙ quis non habeat iurisdictionem, vel habeat, non tamẽ quo ad id, de quo agitur. j̃. de offi. deleg. c. cum olim. & ff. de legi. & tutor. l. intestato. & ff. si serui. vendi. l. loci corpus. §. competit, & C. si a non compe. iudi. l. j. Si verò citetur super alio habens speciale rescriptum: tunc per reconuentionem vel impetrationem ad iudicẽ, cui dirigitur rescriptum generale lite pẽdente poterit iste sibi prouidere. j̃. eo. dispendia. §. reus. aut generaliter citatur: & tunc habens speciale rescriptum dicat impetranti generale rescriptum. Exprime quid petis, & secundum petita respondeat habens speciale rescriptum, ut s̃. est ꝑmissum. ¶ Sed pone, habens generale rescriptum primò cæpit nedum in specialibus expressis in rescripto: sed in aliis. Respondeo aut specialibus aut generalib. Si specialibus aliis, tunc tam in præuentione quàm aliis specialiter expressis secundum rescriptum inutile est. Si autem generalib. tunc dicet habens rescriptum speciale. Quid intendis tu habẽs rescriptum generale per clausulam generalem: si dicat nihil aliud quàm hæc specialia, & hæc contineantur in speciali, tunc est prorsus generale inutile: si alia proponat sub generali clausula, tunc speciale rescriptum nõ prodest, vt superius est distinctum. ¶ Sed cõtra istam distinctionem oppono. Primò pro secundo rescripto speciali, vt semper valeat & præiudicet primo generali: saltem in tanto quòd comprehendit, si non in toto ut s̃. eo. § sed quid si. ¶ Item speciale in hac materia derogat generali, & primæ literæ † generales per secundas speciales penitus eneruantur. s̃. eo. c. pastoralis. § fin. Item extractum per speciale rescriptum amplius sub generali non intelligitur. arg. ff. de hær. insti. l. quotiens. §. si seruus. j̃. hoc lib. de reg. iur. generi. Sed videtur ꝙ generale primò præsentatum secundum speciale secundò præsentatũ absorbeat. j̃. eo. c. dispendia. §. reus. & j̃. de appella. vt debitus. Sol. Saltem in tanto, omnibus paribus, secundum præualet. arg. j̃. eo. duobus. 2. & 3. respõ. tunc primò impetrans iuuet se secũdum. d. §. reus. Si verò impetrans generale prius præsentet. est potior. arg. d. c. vt debitus: nam licèt secundò impetrans sit potior simpliciter. Primus tamen adiutus præsentatione primaria fit potior. arg. j̃. de præbẽ. c. si clericus & c. si pluribus, præsertim † ne iudicia vltima citatione incepta impediri contingat contra regulam. ff. de iudic. l. qui prior: nec in hoc admittitur reus, cum beneficio reconuentionis valeat se iuuare. vt not. in d. §. reus, nec obstant prima argumenta, quia loquuntur omnibus paribus. Sed ex quo primus impetrans iuuatur pręsentatione primitus facta, secundum rescriptũ fit inutile prorsus, quando vi primi generalis rescripti deductę sunt solũ in iudicio res specialiter expresè ĩ secũdo.

¶ Si

¶Si verò alię, adhuc est secundum rescriptum inutile pro illa instantia. arg. ff. de iudic. l. vbi ceptum & d. §. reus Sed lite finita valet. C. de diuer. rescript. l. falso. Nec est hæc inutilitas secundo impetranti nociua, cum per. d. §. reus. secundo sit prouisum, & ideo primò præsentans iuuatur iuris beneficio, vt citius lites finiantur, & secundo impetranti prouidetur, ut est dictum. Nec videtur eorum extractū, quod per aliam viam est seruatum, nec censetur extractū, efficaciter, nec iudicio legitimè inchoato. Et dic presentationi cum effectu, vt fiat presentatio per presentationem in literis, in quibus concluditur officio: vt in literis executorijs † gratiarum & sententiarum, quo casu perpetuatur potestas per presentationem cum animo procedendi, de quo constet. Sed in literis de iustitia: in quibus cōcluditur a parte parti per iudicem, requiritur ꝙ sit facta citatio. ut. ĩ. de appel. vt debitus. ĩ. de offi. deleg. licet: & ibidem aliter tenet Hostien.

¶ Si autem impetrantur rescripta in causis ceptis dupliciter, aut ambo sunt principalia, aut ambo non sunt principalia, aut vnum principale, & aliud non principale. Primo casu: dupliciter, aut huius causæ sunt ceptæ extra iudicialiter, aut iudicialiter. Si extraiudicialiter, vtpotè p conuentionem iudicum, tunc secundę literæ non facientes de hoc mentionem non sunt efficaces. s̄. eo. ceterum in fine. Si vero iudicialiter: dupliciter, aut iudex est datus ex sola prorogatione partium: & sic licet desistere vsque ad litē contestatam. ff. de iurisditione omnium iudi. l. si conuenerit, aut alio operante: vtpotè Papa: vel alio committente, & tunc secundæ literæ non valebūt, nisi de primis fecerint mentionē specialem, & expressam. s̄. eo. ceterum. 2. respō. & ĩ. de dol. & cōtuma. c. 2. quod est uerum nisi primę literæ non possent elidi ope exceptionis. Alias secus. s̄. eo. c. ex parte, & nisi impetrans generales literas conueniat impetrantem per speciales literas super illis tantum: quæ in literis specialiter impetratis continentur, vt s̄. dixi. Et hoc intelligo quando rescripta a diuersis, ad diuersos impetrantur: Secus si ab vno ad diuersos: quia tunc est cautela, nec poterit impetrans vti vtriusque: vt habetur & notatur. s̄. eo. ex tenore. ¶Si vero sint ambę literę super causis ceptis, non principalibus. vt super appellationibus vel confirmationibus, & appellans impetrat, aut appellatus super his: hoc est dupliciter. Aut est ei terminus prosecutioni appellationis præfixus: & hoc est dupliciter. Aut enim pendet terminus. & tunc literę impetratę ante terminum non valent. Quid est ergo ꝙ hoc casu tota die impetrantur † in curia auditores ante terminū lapsū, & valet [a] impetratio?

¶Sol. in curia datur ex officio cū proceditur in ea. Sed quando committitur extra curiam, impetrans habet quē vult, nisi contradicatur in audientia. Aut est lapsus, & tūc appellatus potest impetrare super confirmatione sententię non facta mentione de dicta appellatione, cuius prosecutioni per termini assignationem est prescriptum. Si uero prosecutioni appellationis non est terminus præfixus, tūc est licitum tam appellanti quam appellato impetrare qn̄cunque, dum tamen appellatus nimium non præcurrat. Et tunc appellatus impetrans super confirmatione sententiæ non tenetur facere mentionem de appellatione. Ideo de eo, † quod habet impugnare, mentionem facere nō tenetur. Hæc probantur infra de appellationibus. sæpe & c. oblatę, & de confir. uti. uel inuti. c. bone. si autem unum est principale, & aliud non principale uerbi gratia: impetrat appellans non facta mentione de appellatione uia simplicis querelę, & appellatus super cōfirmatione sententiæ, uel appellationem prosequitur, tunc nō ualet rescriptum ab appellante obtentum. ut s̄. eo. c. 2. & c. ex parte: & intelligo lite pendente: sed si lis non pendeat, ut quia factum est decisum per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. Et hoc dupliciter. Aut uictor impetrat: aut uictus. Primo casu ualent literæ uia simplicis querelæ obtentæ & executoriæ: & confirmatoriæ sententiæ, cum iste has uias habeat, scilicet ꝙ agat pristina actione † in factum, quæ descendit ex re iudicata, uel officio iudicis ad executionem faciendam. ff. de pigno. l. grege. §. etiam. & §. sequenti & C. de iureiur. l. actori. ff. de minori. 25. annis. l. minor annis. 25. cui fidei commissum, Sol. Vno casu non ualent. s̄. eo. c. 2. & c. ex tempore. ĩ. C. senten. rescin. non po. l. fi. Et hęc obtinent in rescriptis de iustitia: si utrumque fuerit gratiosum: & hoc dupliciter aut ambo sunt super beneficijs aut super alijs factis gratiosis. Primo casu dupliciter, aut literę plures impetrantur ab uno, aut a diuersis. Si ab uno: tunc receptus per unum rescriptum nō habebit fructum de alijs. s̄. eo. in nostra, quod est uerū, nisi expressa fiat mentio [b] de alijs. Si uero a diuersis, aut est ius statim creatum: ut quia confertur canonicatus, & tunc præuentio nihil operatur. ĩ. eo. duob. aut nō, & tunc primum rescriptum prius presentatum habet uires: siue sit generale siue speciale. s̄. eo. abbatem. ĩ. de offi. delega. c. ex parte. j & non secūdum, nō facta mentione de primo. ¶Verum si in secundo ponerētur, non obstantia [c] sufficientia, tunc serua quod habetur ĩ. eo. ti. c. tibi qui gratiam, dummodo dolus uel notabilis negligentia in pręmissis non ualeat imputari. ut d. c. tibi. ĩ. hoc lib. de præben. c. si clericus ¶Si autem † sunt rescripta gratiosa non beneficialia, hoc est dupliciter. Aut impetrātur ab uno: aut a diuersis. Primo casu dupliciter: aut sunt diuersa & utrunque locum habet, aut aduersa: & tunc neutrum. ff. de regul. iur. l. ubi repugnantia. arg. ĩ. de fide instru. imputari. Secundo casu dupliciter, ut prius. Aut sunt diuersa, aut aduersa. & intelligo diuersa quando ambo possunt sic interpretari, ut utrunque in suo uigore remaneat. ff. de minor. l. si apud minorem. arg. ĩ. de priuileg. pastoralis. Si aduersa: hoc est dupliciter, aut utrunq; est clausum in corpore iuris: & tunc ultimum tollit primum. arg. ff. de leg. nō est nouum & ĩ. de cog. spiri. c. j. & s̄. hoc libro de constitu. c. Insti. de iure natur. gen. & ciuili. §. penul. Aut neutrum: & hoc tripliciter: aut utrunque generale, aut utrunq; speciale: quibus casibus secundum non tollit primum. ĩ. de prescri. ueniens: aut unum generale, & aliud speciale, & hoc dupliciter, aut generale cōtinet speciale habitu & nō actu, & hoc dupliciter. Aut iam processum est ad actum: aut non. Primo casu species † non derogat generi ĩ. de filijs presbi. ex tua: aut non processit ad actum: & sic derogat arg d. c. a contrario sensu. not. ĩ. hoc libro de regul. iur. generi. Si uero genus specialia comprehendat actu, tunc primum generale ualet. ĩ. eo. cū ordinem. Hoc tamen attēde ꝙ † priuilegium specialius & fauorabilius preualet [d]. ff. de minor. uerum. §. fi. Sed hoc spectat ad interpretationē concedentis: ubi non reperitur interpretatum. ĩ. de iudi. c. cum uenissent: de regul. iur. ff. l. Neratius. ĩ. hoc lib. de offi. ordi. c. ordinarij Si uero unum [e] est, & aliud non est clausum, est posterius: & sic non derogat per posterius primo non clauso: aut prius. & tunc derogatur [f] per posterius nō clausum ipsi clauso. arg. dictorum iurium. Et hæc sunt uera, ubi ambo generalia sunt, seu specialia. Sed si unum est generale & aliud speciale. Verbi gratia concessum est priuilegialiter canonicis certę ecclesiæ, quòd excommunicationis & interdicti sententiæ latę per eos debeant obseruari. Et est aliud clausum in corpore iuris. ĩ. de priuileg. ut priuilegia. §. j. tunc ex quo generale saluari potest in alijs per speciale, derogatur generali: si generale sit clausum in corpore iuris, siue ipsum sit prius siue posterius. arg. s̄. eo ti. c. primo & c. abbatem. Sed si generale non sit clausum in corpore iuris, aut posterius, seu prius per speciale clausum nō mutatur: ar. d. iurium. Vbi † autem unum rescriptum est secundum ius commune, & aliud gratiosum: distingue: aut impetrantur ab eodem. Et tunc utrunque tenet: arg. ff. de testa. mili. l. 3. aut a diuersis, & hoc dupliciter: aut gratiosū est primò obtentum, & sic nō fiet preiudicium p sequens iure cōi obtētum. Et sic est casus. s̄. eo. cum ordinem. quod est uerum ubi gratiosum est speciale siue generale ad certū effectū: aut cōtinēs specialia actu, ut s̄. dixi, quod est uerum, quando non est clausum in corpore [g] iuris. Si uero ecōtra. s. rescriptū ius cōe cōtinens est primò obtentū q̄ priuilegiū, Aut ius indultū priuilegialiter habet presumptionem ꝯtra se. Aut nō: primo casu ius commune obtinet. ĩ. de cap. mo. c. ex parte. j. de confir. ulti. porrecta. Si uero habet. Aut adhuc res est integra, & tunc rescriptum in preteritis & presentibus præualet, non in futuris ut s̄. dictū est. Aut res non est integra: & hoc dupliciter. Aut priuilegiū innititur ex iure deducto, aut deducendo in iudicium per rescriptum, aut nō: primo casu priuilegium tenet lite priori suo marte procedente. Verbi gratia cōtra impetrantem beneficiū excipitur & appellatur, & appellatiōis causę pendet. Et postmodum appellatus consimilem gratiam impetrat, non tenetur facere mentionem de lite pendēte. Quia non innititur † ex iure pendēte in iudicio deducto, sed ex nouo. arg. ĩ de renūcia. c. iter: & s̄. eo. ex insinuatiōe, ibi, dū-

modo.&c.ff.de excu.tutor.l.cum ex oratione.2.& 3.reſpõ.

¶Quidam tamen diſtinxerunt. Aut ipſe impetrans eſſet infamatus ex priori facto:aut non, quia hoc caſu non repelleretur propter prius factum,ſecundum iſtos: ſed propter infamiam, quæ inſurrexit. Si vero impetrans priuilegium innititur de iure priori ſeu ad ius prius. Diſtingue. Aut enim non paratur præiudicium alij: aut paratur: primo caſu obtinet priuilegium.Verbi gratia.

¶Ego & Berta ſcientes eſſe impedimẽtum ne poſſit eſſe matrimonium:contraximus:accuſatur matrimonium, lite pendente impetro,ꝙ licitè poſſumus eſſe inſimul:priuilegiũ præiudicat liti pendenti.Et eſt ratio hoc caſu. Ego & Berta conqueri non poſſumus, quorum factum ſolidatur.Nec ordinarius,qui fortè propter peccatum matrimonium accuſauerat,quod peccatum † ceſſat per diſpenſationem h ſuperioris. nec alter accuſans conqueri poteſt:quod eſt verum in iure ſibi creando,ſecus in creato: i vt quia alterutro mortuo liberi vellent habere hæreditatem, & lis penderet ꝙ non eſſent legitimi, ſicq; , ſuccedere non poſſent,tunc indultum hoc,pendente lite, obtentum non tenet.Si uerò præiudicium paretur, vt quia eſt indultum ſuper eo,ſuper quo lis pendet:quo caſu non ualet indultum. ſ̃.vt lit.penden.dilectus,& ſ̃.de teſti.c.cauſam quę vertitur. Nec eſt mirũ quia ſola poſſeſſio rei, ſuper qua poſtea impetratur indultum per alium eneruat indultum.ſ̃.de deci. dudum:ſic & compoſitio.ſ̃.de deci.ex multiplici.

15 h i

ADDITIONES PROBI.

a VALET impetratio. Philippus Franc.in c.oblatè,col.fi.& Dec. ibi poſt eum col.j.ſ̃.de appella. dictum.Ioã.Mo.referunt, & illud ſequuntur & ante eos Rota.in nouis deci.104.capitulum oblate, vbi alia redditur ratio, videlicet vt citius finis litibus imponatur.c.finem.ſ̃. de dolo & contuma. & circuitus vitetur,Cle.auditor,hoc titu.

1 ¶Et dic ꝙ ratio differentiæ,extat. Quia † quando datur ex officio,& non ad partis petitionem, non dicitur inferri præiudicium alteri parti.Sed quãdo iudex impetratur extra curiam,datur ad petitionem partis: & ſic poteſt inferri alteri parti præiudicium.Ideo tunc ſecus eſt: & his aſtipulatur Io.Imo.Et poſt eum Præpo.ibi col.3.& penul.dicẽs. Quòd ſicut in factis motu proprio ſurreptio non vitiat.c. ſi motu.ſ̃.de præben.Ita † in his,quæ facit Papa ex officio, 2 non eſt ꝙ imputetur ſurreptio parti. Nec tamen ſi pars in illa impetratione aliquid faciat,dr̃ ſupplãtaſſe aduerſariũ. Et iõ impetratio, in curia,cum fiat officio iudicis, valebit.

b ¶Mentio de alijs.adde & ſunt ipſo iure nullæ. Hoſtien. Panor.& Fely.in c.in noſtra.ſ̃.eod.titu. niſi impetrans excuſaretur iuſta ignorantia,vt quia ipſe vnas impetrauit: & eius procurator alias:quia tunc debet ſibi dari optio,quib. velit vti.argu. c.gr̃a. ſ̃.eo.titu.& ibi.Ioan. Mo. vel niſi plures literæ ad vnum beneficium obtinendum impetrantur ſub eadem data & forma.Nam tunc omnes tenent ,quia vna videtur in effectu litera:licet plura exempla.Pano.vbi ſ̃.quod poſſet contingere,quando eſſet defectus aut raſura,vel quid ſimile in primis. Et dicimus diuerſas impetratas,vtendo uel præſentando,vel nõ, dummodo de primis 3 conſtet:quia ſecundæ dicuntur nullæ, cum ſurreptio † in beneficialibus uitiet ipſo iure.c.ad audientiam , el 2.ſ̃.eod. titu.& c.ſi proponente.& c.ſuper literis eo. Domi.cõſi.11. ex cuius doctrina poteſt elici ꝙ iſta ſurreptio & nullitas ꝓcedit,quando nullus impetrat duo: & non facit mentionẽ de primo.Secus ſi diuerſi impetrant:quia ſecundus nõ potuit de primo certiorari.Et hoc caſu ſunt elidibiles ſolum, adeo ꝙ ſi primæ non ualeant:ſecundæ dicentur primæ:qa 4 nullum † non poteſt dici primum, nec ſecũdũ, nec æquale. cum non debeat cõnumerari inter alios.7.q.j.c.factus. 2.q.7.non omnes:quodque nullum perdit nomen ſuum. 2.q.j.ſtatutis.c.fi.ſ̃.de re iudic.faciunt ea, quæ.ſ̃.in c.vno de ſumma Trinitate dixi,expediendo illud vulgare , habitus non facit monachum.Ideo poteris dicere ſi ſunt mandatarij ad archiepiſcopum Bituricen.nu.6.& quinque priora mandata non ſunt expedita ſecundum formam in cõcordatis traditam.Sextum autem & ultimum ſit : illud dicitur primum,cum nullum nõ faciat gradum, nec cõcurſum numeri, cum alio , iuribus prædictis.

¶Vnum tamen in puncto volo te ſcire in praxi , quando volueris obtinere duo mandata,aut duas expectatiuas: vel mandatum & expectatiuam,ut tibi concedatur indultum a Papa (dico motu proprio) ſub hac verborum forma contextum. 5 † ¶Dudum ſi quidem dilecto filio Rollãdo de la couldraye veneten.diœceſis de beneficio eccleſiaſtico. cum cura uel ſine cura,ad collationem &c. venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi Rothomagen.communiter vel diuiſim pertinentem iuxta formam mandati de prouidendo,in Francia motu proprio mandauimus prouideri certis ſibi deſuper executoribus deputatis, prout in literis deſuper confectis plenius cõtinetur. Nos igitur volentes eundem Rollandum fauore proſequi gratioſo , ſibi,vt ſi cõtingat, per nos eidem Rollando litteras gratiæ expectatiuæ concedere, ipſe nihilominus mandato & litteris gratiæ expectatiuę huiuſmodi inſimul vti,ac totalem illarum effectum conſequi poſſit & ualeat , ac ĩ executione gratiæ expectatiuæ litterarum mandato huiuſmodi renunciare,ſeu mentem ſuam, qua dictarum litterarũ gratia vti voluerit declarare non teneatur,indulgemus.

¶Si autem cupis obtinere duo aut plura beneficia: medio vnius expectatiuæ procures Papam , ſic per eius ſignaturam dictare,motu proprio &c.

6 ¶Dilecto filio † Paulo de Cordeneblis Papiẽ. diœceſis in 13.uel circa ſuæ ætatis anno conſtituto, ſpecialem gratiam facientes,de duobus canonicatibus cum reſeruatione totidem præbendarum,ac ſine cura , adminiſtratione, uel officio,etiam electiuis quarumcunque cathedralium etiam metropolitanarum,uel collegiatarum eccleſiarum. Nec non de vno vel duobus ſine cura beneficijs eccleſiaſticis,etiam ſi alterum ſine cura de canatus uel Archipreſbiteratus ruralis, ſeu uicaria , uel capellania perpetua , aut quomodolibet eorũ canonicatus uel præbendæ , vel ſine cura adminiſtratio,uel officium etiam electiuum in quacunque cathedrali etiam metropolitana uel collegiata eccleſia fuerit,uacante uel uacantibus vacaturo uel uacaturus ſpectante uel ſpectantibus ad collationem &c.quorũcunque prælatorum,collatorum, vel collatricum ſecularium uel regularium in confectione litterarum conficiẽdarum eligendorum,communiter uel diuiſum &c.Etiam ratione dignitatum &c.prouidemus &c. inhibemus &c.

¶Necnon regulæ noſtræ,per quam volumus quòd nemini canonicatibus & præbendis cathedralium eccleſiarum niſi.14.ſuæ ætatis annum compleuerint , prouideri poſſit.Et alias de illis factæ ꝓuiſiones nullius ſint effectus: latiſſimę in litteris exten.derogamus cum aliis nõ obſtan. & clauſulis conſuetis, & oportunis. Et ſub datum Kalen. martij anno quarto & cum abſolutione a cenſuris &c.

¶Et inquantum.ſ̃.in princi.dixi de procuratore impetrante,intellige de conſtituto generaliter ad impetrandũ. Secus ſi ſpecialiter ad certum beneficium. argum. eorum quæ not.in cap.ſi tibi abſenti.& c.quamuis,el j.ſ̃.de præbẽ. & Cle.cauſam de elect.& in d.c.in noſtra : quia dominus non fuit certificatus de collatione facta procuratori,ideo non potuit de illo beneficio facere mentionem in gratia ſua.Gemi.& Franc.poſt eum in d.cap.gratia.ſ̃.eo dicentes illud uerum,ꝙ gratia non eſt ſurreptitia:& ignorantia domihi excuſat,quando procurator non potuit certificare dominum propter breuitatis temporis:hinc dicit Aureolus ibi,in addi.ad Guil.Quòd ſi mihi ſit Romæ per Papam die lunæ facta collatio vnius beneficij:& die Iouis per legatum,in Francia ſit mihi prouiſum de alio beneficio , in qua prouiſione non feci mentionem de primo:gratia prima non eſt ſurreptitia, quia ꝓꝑ breuitatem tꝑis nõ potui die Iouis certificari:ideo illa ignorãtia me excuſat.qđ not.

c ¶Non obſtantia ſufficientia: de his dico & ad ſatietatẽ in c.cum in tua.ſ̃.de conſuetu.

d ¶Preualet. Vide q̃ dico in c.cũ perſonæ,de priui.

e ¶Si uerò:hæc dictio de ſui natura eſt aduerſatiua. Alex. conſi.134.num.24.Eterni volu.6.

f ¶Derogat.vide Deciũ cõſi.147.in prin.& ꝑ tenui. &c.

g ¶In corpore iuris:ius cõmune † & priuilegium in corpore 7 iuris clauſum videntur. idem in multis.

¶Primò;nã ſicut ius commune & eius uerba debẽt latè interpretari : vt tenuit gloſ.in c.vnico.de re permuta.ſ̃. & glo.

& gloss. in cap. si gratiosè. Isto titu. & vbique per Domi. Ita & priuilegium in corpore iuris clausum, & eius verba. glo. est notanda in c. cum de diuersis. ʃ. de priuileg.

Et inquantum Io.Mo.dicit q̃ homo habet ascẽdere nõ descendere,adde rotam in no.deci.ccxxvij.deci.q̃ hñs maiorem præbendam non potest optare minorem.

e Deliberato.istud firmat & refert sic factũ a Io.Mo.Archi in c.si pro clericis de præbend.hoc lib. Et hoc tempore Bonifacij. VIII. quo tp̃e Io.Mo.erat cardinalis, vt videre licet latè per Felicem cantorem in dialogo.de Anno iubileo dixi in præfatione.

f Finis iste inspicitur † pro solatio, & vt euitem demonitum meridianum,tex.alios de iure digestorum finem esse spectandum dictantes habes in l.Pomponius.la 2.vbi glo. ampla.ff.de nego.gest.l.Item illa.§.quod adijcitur.ff.de cõstitu pecu.l.pri.ff.de pe.l.licet.§. Idem scribit.ff.de pecul.l. Mela.ff.de alimen.& cibar.lega.in prin.l.prima.§.hoc autem.ff.quod quisque iur.l.non intelligitur.§.quod autem ff.de iure fisci.

Et pro alijs iuribus addo tibi glo.in d.l.non intelligitur. in verbo spectandum & in c.dudum el.primo,in verbo electionis.supra de elec.

Possunt etiam adduci iura, medium esse spectandum; que uide saltem aliqua,in glo.in c.scientes.de censib.supra vbi saltem aliqua, in glo.in c.scientes.de censib.supra vbi versus;cum media tantũ dilexi ludere forma.maior enim medijs gratia rebus inest. dixi.supra hoc ti.in c.primo. ibi, virtus est medietas. Et in sũma dic, in his tanq̃ in vijs Brocardicis,i quibus nõ reperit̃ ꝓfundũ,teste Io.Fabri.in §.fuerat.in fi.Insti.de actio.non potest dari certa doctrina, minusque certa regula,cum discurrat per varios casus:ideo secundum varietatem casuum occurrentium quandoque spectatur initum,nonnunquam medium, interdum finis. notant Neapol.deci.210.multæ sunt personæ. Et dicit Panor.in d.c.dudum nu.11.Quia vbicunque actus recipit essentiam uel ualiditatem in initio,debet spectari principiũ Si in medio spectatur medium:& ita finis,si sumat substantiam in fine.Pro quo attende ad ea, quæ citat Maria.Soci. con.

conf.165.col.x versi.præterea oĩa,visis inuestituris:& quæ dico de initio,bono,malo,& vitioso.ĵ.isto ti.c.si eo tẽpore:quibus adde ꝙ in legibus nunquam retro trahitur: sed inspicitur tẽpus celebrati actus.l.j.ff.de pœnis. Ita dicit ꝑpo. Alex.in c.solonitanę col.2.63.di.vide quæ etiam dico in c.si pro te.ĵ.isto, ti.disputando. An actus hominum possint esse in pẽdenti.Et dicit Bal.in l.eam quã.col.2.C.de fideicõ. Quia causa finalis est fons causarum,& præsumitur finalis quæ secundum iuris rationem debetur esse finalis.C de hæred.institu.l.si pater.Hinc Alex.con.52.nu.21.Circa hãc dubitationem, in 4.volumine ꝙ omne † agens agit propter finem:& finis est qui mouet agentem. Et dicitur finis causa causarum.Nam secundum regulam philosophicam cuius finis bonus est,ipsum quoq; bonũ est, Omnia enim ratificat finis;iustum est enim a fine denominari omnia.refert Prepo.in c.cum ad verũ,col.j.16.di.& sic habes,intenpro vulgari ꝙ exitus acta probat.l.rem non nouam.§.fina. C.de iudi.Maria Soci.consi.46.col.2.consilijs,cui vulgari conuenit id quod no.a Io.Mo.s̃.in prohemio, ꝙ effectus causarum est in executione.Idem in rub.de confessis.

¶Item finis trahitur ad principium,quando necessariã consequentiam habet ab eo.l.3.§.scio.ff.de minori.quod videtur facere ad decisionem.q.formatę ꝑ Pet.Cy.& Bal. in l.extra territorium.ff.de iurisdi. omnium.iudic.vbi volunt ꝙ si aliquis emit fructus seu redditus iurisditionis (pone in præpositis,ver.emendarum pro vno anno, & in fine anni committatur maleficium:& sequenti anno fiat punitio:ꝙ pęna spectat ad emptorem illius anni, quo maleficium est perpetratum.Idem Bal.& Roma.in l.diuortio.ff. soluto matrimo.refert idem Soci.con.110.in causa baptiste,vbi subdit rationem post Bald.in l.fi.C.de fructi.& liti. expen.Quia causa prima magis influit causatum quã causa secunda.arg.l.si filius.ff.de verbo.obliga. vbi quantum ad acquirendum patri sufficit per filium stipulationem conconceptam durante patria potestate,licet finita patria potestate conditio stipulationis euenerit. Pro his videtur ẽt facere quod notat Idem Soci.con.105.col.3.prosequendo ꝙ quale est initium alicuius rei, talis præsumitur sequela. Et ab initio præsumptionem sumimus & argumentum. Idem Soci.& latè con.151.col.4.vide igitur de fine do.Soci.con.278.in fi.in quæstione vertenti.Petr.de Ancha. cõ. 4.statuto & Io.Mo.in c.j.de iniurijs & dam.dato.

6 ¶Remittere est † dare.Bar.in l.peculium in prin.ff.de pecul.citat:idem ꝙ Io.Mo.hic per d.l.si mulier hic pro Io. Mo.allegatam.Idem Bar.in l.si quis delegauerit num.1.ff. de noua.Quia remittere exceptionem est donare, & quãdoque facere,& non dare, vide eundem Bar.in l.siue apud. nu.8.& 23.C.de transactio.Aliquando tamen non est dare videlicet quando dubium remittitur Bart.in l.transactio. C.de transactio.& in l.actione.col.2.eo.ti.Bal.in l.si qs spõsus.§.circa venditionem.ff.de donatio.inter virum & vxo. vbi dicit quemadmodum non valet donatio inter virum & vxorem:ita nec remissio:cum sit donatio: & huiusmodi remissio instar donationis requirit insinuationem.glo. in l.si quis obligatione.ff.de regu.iur.Bar.in l. Modestinus ff.de do.Alex.in d.l.si mulier.& in l.creditori.C.de pac.vbi enarrat hanc fore communem,ratio est, quia vt dixi vim donationis obtinet remissio.l.j.ff.de transactio.d.l.si quis delegauerit.ff.de noua.Alex.in con.22.viso instrumento. vbi dicit nu.8.vol.j. Quia renunciatio iuris principalis est donatio.l.hoc iure.§.j.ff.de dona.& d.l.si quis delegauerit. Et remissio non potest fieri nisi ab eo, qui potest donare: hinc dicimus ꝙ mandatum generale cum libera & plena: potestate æquipollet speciali mandato, iuxta.l.si procurator:cui libera cum glo.& melius in l.mandato cum gl.& ibi Barto.ff.de procura.& ĵ.de procura.cap.quid ad agendum.l.nam & nocere.& ibi Bal.ff.de pac. Idem Bal.in l.illud.ff.de minor.non venit tamen ꝙ mandatarius possit remittere & donare.l.contra iura.§.fi.ff.de pac.& l.filiusfamilias.ff.de dona.Ita in facti contingentia dicit Frider.cõ. 177.quidam habet potestatem transigẽdi & componẽdi:

7 vbi quidem do.Grifol.post eum ait ꝙ habens † mandatũ ad transigendum & componendum cum generali potestate,,non potest debitum gratis remitttere per d.l.contra iuris & l.Nam & nocere.ff.de pac.Istud etiam clarè voluit Bal.post Iacob.Butry.in d.l.si procurator,vbi subdit ꝙ procurator habens liberam (quæ dicitur æquipollere speciali mandato.Notat Bal.in l.illud.ff.de mino.) tamen non potest dare nec dilapidare,prout nec debitum remittere ꝑ l. creditor.& l.Lucius.ff.manda.& d.l.filiusfamilias.ff.de dona.& l.si pater.ff.qui in fraudem credito.Nec etiam transigere de re incerta.Secus si ad certam causam.Alex.in l.qui Romę.§. Calimacus.ff.de verbo.obliga.& Doc.nostri in d.c.quid ad agendum.

8 ¶Et ad propositum dicit Io.and.& alij post eum in c.2. s̃.de donatio.Quia prælati † ecclesiastici & similes administratores non possunt remittere exceptionem peremptoriam.Idem notat Inno.in c.j.de depo.& in c.cũ olim.ĵ.de offi.delega.Vbi etiam idem dicit de procuratore : facit q̃d notant Bar.& Ang.in l.fi.in prin.ff.de fer.& in d.l.procurator cui generaliter.ff.de procurator:& Ang.in l.ab execu-

9 tore.§.fi.ff.de appella.vbi concluditur ꝙ † procurator non potest renunciare appellationi per se interpositæ per id,q̃d habetur in l.rescriptum.§.fina. cum.l.sequenti & l.cõtra §. fi.ff.de pac.¶Et pro hoc puncto nostro principali vide Sozi.con.227.in primo vol.cuius est initium, quoniã in presenti,& eodẽ vol.con.18.vbi citat ꝙ remissio nõ extendi-

10 tur † ad ius futurum.nu.6.& vol.3.con.283.j.col. Vbi recordatur de remissione fideicom.¶Vide præterea glo.in c.veniens el j.s̃.de testi.vbi Fely.& Decius latè post alios disputantes de hoc verbo se resoluendo, ꝙ remittere est dare largè accipiendo:non autem propriè,cum dare sit accipiẽtis facere.§.sic itaque.de actio.Insti.

¶Facilius enim fit remissio quam donatio.Bar.in l.duo. ff.de verbo.obliga.Et ideo quandoque licet donare & nõ remittere: vt per glos in c.statutum, in verbo,remissione, isto titulo:& ꝙ propriè non sit dare adducitur tex.in l.Iulia.ff.de conditio.& demon.vbi conditio pro impleta habetur, ergo propriè impleta non est tunc,quia uerbũ, habetur,denotat impropriétatem : insuper attende ad Decium consi.402.nu.5.ubi dicit ꝙ remissio lucri est donatio in effectu.no.Bald.post glo.in l.si inter,in verbo, donationis.C.de solutio.quæ glo.comprobat etiam ꝙ non valet remissio inter uirum & vxo.not.Ange.in d.l.quæ contra. C.de pact.ubi ad hoc allegat tex.in l.in ędibus.ff.de donat. Vide Bal.in consi.293.parte.3.col.2.ubi innuit.Qui remittit donat.8.q.3.talia.Panor.in c.ex insinuatione, nu.5.s̃.de iure patro.Et in c.per tuas.s̃.de simo.num.7.in fine.Socyn. consi.14.vbi citat ꝙ qui non potest donare non potest remittere.Istud Socyn. consi.113.colum.2.uiso testamen. ꝙ ille qui prohibetur donare, etiam ꝓhibetur gratis remittere.Bald.in l.j.C.de pact.Dec.in d.l.si quis obligatione.ff. de regu.iur.Et per hęc habes dictum Ioan. Mo.hic liquide iuribus & authoritatibus comprobatum. vnum tamen superest inquantum.s̃.citaui Bart. dicere ꝙ quando dubium remittitur,non est dare,dic ꝙ contrarium innuit. Alexã.in consi.22.nu.8.vol.j.viso instrumento,ibi, & etiã ꝙ ius non fuit liquidum vel liquidatum, tamen gratis remittendo est donare,adeo ꝙ ille qui non potest donare, non potest gratis facere remissionem talis debiti non liquidi.ita uoluit Bald.in d.l.j.col.4.C.de pact. allegat.l.præses.cum ibi no.& l.fideicom.C. de transactio. & ibi Salyc.

11 ¶Ad vnum præterea etiam venit attendendum in ꝓposito ꝙ qui hẽt mandatũ † ad recipiẽdam solutionẽ,nõ hẽt mãdatũ ad solutionem remittendam.Et ideo procurator constitutus ad solutionem recipiendam non potest confiteri solutionem recepisse : quia aliud est recipere, & aliud cõfiteri recepisse.Pro hoc uide ꝙ tradit Alex.in cõsi. 15.Põderatis his uoluminib.3.Idẽ in eo, qui habet mandatum ad recipiendum mutuum;quia nõ sufficit confiteri mutuum recepisse.Barto.in l.2.§.fi.ff.de cõstitu. pecu.Et Anto.in c.si cautio.s̃.de fide instrumen.ratio, quia constitutus ad vnum,si aliud facit, non videtur constitutus ad illud.istud refert & firmat latius Barba.consi.18.colum.4. in 4.volu.hoc vltimum videtur comprobatum per id q̃d no.Ioan.Mo.in c.exceptionem.ĵ.de regu.iur.dum dicit ꝙ

12 intendens † ad vnum finem,aliud non operatur, quia ad aliud non agebatur.

¶Postremò ultra præmissa pro themate deducta uide Maria.Socy.consi.91.col.3.uisa.& Bart.in l.fi.in j.additione de anno. & tribus lib.10.C.vbi dicit,ꝙ si debitor pupilli non est soluendo,tutor potest debitum remittere, licet liquidum. arg.illius tex.Et ibi ponit modum procedendi ad talem remissionem,vt inseratur causa, propter quam fit remissio:quod no. ad limitationem.l.pactũ curatoris. C.de pact.Et uide de illo, qui promisit non petere remissionem.

ſionem. per Ioan.de Anania.conſi.74.v iſis & ponderatis: & ibi Ludo.Bolog. Adde Neapoli.deci.232.feudatarius.

¶Poſtremò alio dic ꝙ remittentibus iura ſua non eſt amplius ad illa regreſſus concedendus.l.quæritur.§.ſi uenditor.ff.de edil.edic & l.j.§.qui ſemel.ff.de ſuc.edic.c.j.§.p̄terea, quib. mod.feud.amit.c.quàm periculoſum.7.q.j.qđ intellige de his,qui remittere poſſunt, ſecus de alijs vt ꝓbat Iaſon in conſi.133.præſupponitur.vol.4.

¶Impartimur. pro quo facit c.primum & ſecundum.s̄. de confirma.vtili.uel inutili.Ideo dicit Bald.in l.ex placito.C.de rerum permuta. Quod ſi ſuperior cauſa cognita confirmat ſtatuta inferioris,non dicuntur ſtatuta inferioris,ſed dicuntur ſtatuta ſuperioris.Et tranſgreſſor punitur, vt tranſgreſſor ſtatutorum ſuperioris. Iſta comprobat ea referendo Barba.conſi.38.col.4.nu.5.& quidam viſo vol. 4.dictum Bald.firmat in themate ipſo Socy.conſi.288.colum.2.circa primam.in uerſ.2.quia eorum ſtatuta allegat. tradit in ſimili.Bar.ī l.an ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.faci.

¶Bonifacius octauus. Cap. V.

¶Si gratioſè tibi a Rom.Pontifice concedatur &c.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio perſonalis morte expirat.*
2 *Licet habens papatum,vel dignitatum,ſit corruptibilis: papatus tamē imperium & dignitas ſemper ſunt.*
3 *Ambitioſa ſunt reſtringenda.*
4 *Diſpenſatio facta cum epiſcopo,vt non teneatur promoueri infra certum tempus,non importat vt priora beneficia retinere poſsit.*
5 *Priuilegium datum in vno, ius in alio non abſorbet: niſi de hoc expreſsè caueatur.*
6 *Duæ priuationes inflictæ per ius,duabus egent relaxationibus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Per mortem finitur voluntas.*
2 *Sol & luna nunquàm deſinunt:ita nec papatus & imperium.*
Maiores & minores,Papæ tenentur obedire.
Papatus eſt prima dignitas in eccleſia Dei.
3 *Falſitas ſeu delictum procuratoris regulariter non nocet domino.*
4 *In genere mandans non venit illicitum,per quod mandatum cognoſcatur de fide rupta.*
5 *Iuramentum per inferiorem ſuperiori præſtitum,de obediendo, intelligitur de licitis & honeſtis,& veriſimilibus,& his, quæ ſpectant ad eius officium.*
6 *Nuncius debet ſeruare ſuam commiſſionem ad vnguem.*
7 *Compromiſsum periculoſa res eſt.*
8 *In mandato quantumcunque generaliſſimo non veniunt ea, per quæ conſtituens incidere poſſet in pœnam: aut delictum.*
In generali mandato dolus vel delictum non inducuntur.
9 *Vt poſſit appellari ab executione,requiritur mandatum indiuiduum.*
10 *Forma reuocationis beneplaciti ſedis apoſtolicæ hic deſcribitur.*
11 *De officio ad placitum ſuperioris iudicatur, vt de officio perpetuo.*
12 *Primæ diſpoſitioni non videtur derogatum, niſi expreſsum ſit.*
Euitanda eſt contrarietas per interpretationem aut diſtinctionem, in contractibus,poſitionibus,ſtatutis & alijs diſpoſitionibus.

SI gratioſè, hæc decretalis differentiam ponit inter † 1 conceſſionē vſq; Papæ beneplacitum,& ſedis apoſtolicæ beneplacitum,vt primum mortè a expiret,ſecundum non, niſi fuerit a ſucceſſore reuocatum: Et eſt ratio: quia prima conceſſio eſt perſonalis. quæ mortè expirat. argu.j̃.de officio.deleg.c.quoniam abbas, & de offi.ordi.c.paſtoralis.§.j.j̃.hoc lib.de reg.iur.priuilegium.ff.loca.l.4.authent. quomodo opor.epi.§.licentiam.col.j.j̃.de inſtit.cū veniſſet.2.ff.de iudi.proponebatur, licet enim † 2 habens papatū vel dignitatem ſit corruptibilis:papatus b tamen, imperiū & dignitas ſemper ſunt. vt in §.præallegato, licentiam. Et ideo corrupto ſubiecto. hæc non dicunntur non exiſtere: ſed vacare,hoc eſt adminiſtratore iuris vel facti carere.j̃. de conceſſio. præben.cum noſtris (reſtringi.)

3 ¶Nota ambitioſa † reſtringenda.j̃.hoc lib.c.quamuis, j.in prin.de præbē. (retinere.) j̃.de elect.dudum.2.circa finē:nec clauſula c generalis illicitè habita confirmat.argu. ff.de conditio.indebi.ſi procurator.pe.reſpon.j̃.de verbor. ſignifica.ſuper quibuſdam.

4 ¶Sed nunquid † ex ipſo, quod diſpenſatur cum electo in epiſcopum,vt non teneatur promoueri vſque ad certū tempus,tranſcendens terminum iuris,intelligitur diſpenſatum. vt retineat beneficia, quæ habetur, uidetur ꝙ ſic: quia de iure retinere poteſt vſque ad conſecrationem.j̃. de elect.cum in cunctis:circa prin.Ergo etiam,ubi tempus a iure conceſſum prorogatur:hęc prorogatio cenſetur idē tempus,licet prorogatum.arg.ff.de p̄ca.l.ſed & ſi manēte.

¶Contra dic:nam decurſo tempore de conſecrandis epiſcopis,ſtatim conſecrandus eſt priuatus beneficiis.vt d. c.cum in cunctis.Et ideo hæc priuatio per d.c.inducta nō tollitur per temporis dilationem datam de conſecrando. Quia hic uideo duplicem priuationem,& beneficiorum: vt d.cap.& iuris habiti ex electione & confirmatione.j̃.de tranſla.epiſ.inter corporalia.§.ſed neque.c.diſt.quoniam.

5 ¶Vnde † priuilegium datum in vno:ius in alio non abſorbet,niſi de hoc expreſsè d caueatur.j̃.eo.quamuis.argu. ff.de ſerui.vrba.prædio.ſi domus.j̃.de cap.mo.ex parte.

6 ¶Nec obſtat arg.in contrarium:† quia hic ſunt duæ priuationes inflictæ per ius, quæ egent duabus relaxationib. j̃.de ſenten.excommunica.cum pro cauſa.ff.de oper.no. nuncia.l.de pupillo.§.ſi pluribus Mo.

ADDITIONES PROBI.

MORTE expiret, ratio eſt quia † 1 a per mortem finitur voluntas: & iam amplius non eſt.l.4.ff.loca.Ioan.Cal.eo.titu.conſi.3.ubi dicit ꝙ iſta verba, ad beneplacitum noſtrum, operantur: quia ab ipſo Papa vel ſucceſſore poterit reuocari, quod alias non potuiſſet. regula decet. facit.c. ſi delegatus.2.reſponſo.j̃.de offic.delega.de morte autem uide quæ tradit Pet.de Ancha. conſi.448.Ego autem.Et de probatione illius Alex.conſi. 117.in prin.uiſo proceſſu.uol.4.

2 b ¶Papatus tamen. quamadmodum enim Sol † & luna nunquàm deſinunt ita nec Papatus & Imperium,cum his aſſimulentur papatus:ſcilicet ſoli,& imperium,lunæ.Et ſicut luna recipit lumen a ſole,ita imperialis dignitas & Papa; meritò dicuntur duo luminaria:luminare maius & luminare minus.c.ſolitæ.s̄.de maio.& obedien.ubi latè per Doct.dicit enim Augu.de Anchona in ſuo tract.de pote. eccle. ꝙ ſicut ſummo ſacerdoti leuitici generis oēs Iudęi obedire tenebantur,cuiuſcunque ſtatus eſſent,ſic omnes Chriſtiani maiores & minores Papę locum Chriſti tenenti parere tenentur.Omnes enim dignitates mundi p̄cedit papalis dignitas,& eſt ſuperior,vt habetur in Cle.paſtoralis,de re iudica.& Cle.j.de iureiuran.Papatus:ideo eſt prima dignitas in eccleſia Dei.in authen. de eccle.titu.in prin.col.9.& 12.di.c.j.Et ꝙ Papa ſit maior Imperatore, vide Barba.in c.nouit.nu.141.142.143.de iudi. Chaſſa.in catha.4.parte.in 7. conſidera.

c ¶Nec clauſula generalis.in propoſito Ioan.de Ana.cōſi.12.in 2.col.uerſ.præterea iſte Titius.citat ꝙ † 3 falſitas ſeu delictum procuratoris regulariter non nocet domino.l. vnica.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dic.non obtempe. Facit optimè tex.in l.ſi pater.ff.qui in fraudem credito. Pro hoc vide Doct.in Cle.non poteſt, de procura.ubi Imo.num.7. Anto.de But.in conſi.66.circa medium. Quod ſumit initium,in facto proponitur.ubi dicit ꝙ in genere † 4 mandās non venit illicitum,per quod mandatum noſcatur de fide rupta.c.j.de iureiuran.& j̃.hoc lib.de elec.in c.ſi compromiſſarius.Pet.de Anch.conſi.361.uiſa plena.col.j.vbi ait, ꝙ ſtatuta uerbis generalibus edita recipiunt interpretationem reſtrictiuam & declaratiuam, & maximè ne quis dānum indebitum patiatur,vt l.ſerui ueſtri.C.de noxa.notatur in l.fin.§.in computatione.C.de iure deliber. ¶Et dic iſtam regulam procedere.Etiā ſi procurator hēt mādatū generale cū libera.d.l.pater.Etiā ſi in generali ꝓcuratorio

iuratum

iuratum esset per dominum ꝙ non venirent contra ea, q̄ faceret procurator, vt solitum est in procuratorijs apponi. Ita Bald. ægregiè in c.j.s̄.vt lite non contesta.post glo. in l. non uidentur data.§.qui iussi.ff.de reg. iur.ubi Bologni.eā
5 extollit:ad hoc † ꝙ iuramentum simpliciter præstitum superiori per subiectum de ei obediendo, intelligitur semper de licitis & honestis & verisimilibus,ac in his, quæ spectant ad eius officium:alias autem non.istam glos.etiā adducit Bald.in d.l.si procurator,ad huiusmodi propositum. Addendo ista procedere etiam in nuncio, cum nuncius
6 † debeat ad vnguem seruare suam commissionem.l.qui Romæ.§.Calimacus.ff.de verbo.oblig. ¶Procedunt equidem in arbitratore,cui licet sit datum liberum arbitrium: tamen eius laudum subiacet æquitati.de oper.liber.l.libertus ff.& pro socio.l.vnde si Neruæ.ff.debet enim esse veritati consonum,vt ff.de do.prælega.l.Theopompus. Idem Bald.in d.l.si procurator,col.j.¶Faciunt in simili notata ꝑ eundem Bald.in c.nonnulli.in fin.s̄.isto tit.vbi citat ꝙ ꝓcurator generalis non compromittit,nisi habeat speciale
7 mandatum.Quia † compromissum periculosa res est.l.ꝓferre.§.stari.ff.de arb.Adde præterea id,quod uoluit Dom. in c.si quis iusto.§.absens.in fine.j̄.de elect.Quod si aliquis canonicus mandat,siue dat mandatum de certa persona eligenda,quæ est indigna,scienter,& procurator illam eligit,ꝙ tam constituens quàm procurator incidunt in pœnam canonis in tales inflictam,& puniūtur: quia ille actus incidit in delictum:quod comprobat ibi Ioan. Andr.ante eum,quod intellige si procurator hoc sciuerit.Idē Domi. in c.cum qui.de præben.j̄ in fine. Quod si quis ignorans occupet beneficium incompatibile per procuratorē generalem,non punitur pœna contenta in d.c.eum qui. cū talis procurator generalis non uideatur datus ad illicita: de offi.vica c.cum in generali,& de iureiuran.c.fin.hoclib. vide Ioan.Mo.in c.sequen. vbi loquitur de non habente mandatum:& quæ dixi.supra.in rub.isto titu.quod verum nisi ex postfacto tacitè vel expresè ratum habuerit.c.cum quis,de senten.excommunica.j̄.latè.Oldra.consi.199.col. 2.num.7.Et vlterius progrediendo ad principale intentū nostrum,adde quod voluit Roma.consi.60.mandatū.mi-
8 hi.num.2.ubi dicit ꝙ inquantumcunque † generalissimo mandato non veniunt ea, per quæ constituens incidere posset in pœnam,aut delictum,per iura prædicta, & l.si qs iussum.ff.de dam.infect. Idem Roma.consi.74.miror cur tanta num.j.Quod in generali mandato delictum vel dolus non includitur.l.creditor.§.Lucius.ff.manda.Soc.consi.231.cum in præsenti consultatione,col.3.ibi,secunda ratio:vol.4.ꝙ vbicunque ex aliquo actu exemplificādo potest pœna committi,non admittitur procurator. not in l. nemo carcerem.de exact.trib.lib.10.C.& in d.Cle.non potest.intellige de procuratore generali,aut nō habente speciale mandatum.faciunt not.per Ang.Aret.in l.ab execu-
9 tore.ff.de appella. ubi dicit ꝙ ad hoc, vt possit † appellari ab executione,requiritur mādatum indiuiduum. Et ratio est secundum eum,quia appellans ab executione,si succūbat,incidit in pœnam quinquaginta aureorum.l. ab executione.in fin.C.quomodo appella.non recip.)

¶In regno autem Franciæ quando appellatur ad curiā parlamenti,in 60.libras Parisien ad alias autem non legitur,in qua summa siue emenda, quia vnaqueque curia sua abundat sensu.c.illa.12.distinct.¶Cum ergo sit possibile ꝙ procurator faciat incidere in pœnam dominum suum, si succumberet,non ideo admittitur sine mandato speciali. Idem Ange.in l.si expressum.27.col.ff.de appella. dū vult ꝙ in generali mandato non venit,vt quis appellet ab executore,vt dictum est.Adde insuper quæ no.Fely.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.col.2.s̄.de constitu.& etiam.23.col.& in c.causamque.col.2.s̄.de re iudi.& glos.in c.dilecto.in verbo,generalis.s̄.de præben.Et quando non appellatur a ꝓuisione,sed a prouisionis executione,meminit Ioā.Mo.in in c.is cui.in fine.j̄.de sentē.excommunica. ubi testatur ꝙ dum esset vicecancellarius,multas literas cassauit. In quib. narrabatur appellatum, non a prouisione sed a prouisionis executione.

¶Et vt habeas formam procedendi in reuocatione beneplaciti sedis apostolicæ,subijcio tibi formā,quæ in mul-
10 tis animum tuum instruet in via,qua in pūcto gradieris. †

¶Clemens &c. Dudū siquidē filio dilecto Petro Probo rectori parrochialis ecclesiæ S.Michalis,in Burgo Carcasonē.thesaurarioq; i ecclesia.N.ēt si ipsa thesauraria dignitas ēt maior post Pōtificalē in eadē ecclesia uel personatus existeret,& ēt si curā aīarū haberet, & ad eā consueuisset qs ꝑ electionē assumi,tunc per obitū quondam Guillermi de S.Amācio ipsius ecclesiæ thesaurarij,qui extra Romanam curiam decessit,vacantem per nostras literas contulimus & donauimus, ac prouidimus, etiam si de eadem, ac cum ea dicta thesaurariam liberè recipere vna cū dicta parrochiali ecclesia vsque ad apostolicæ sedis beneplacitū licitè retinere valeret:gratiosè duximus dispensandum, prout in nostris literis super hoc confectis latius continetur.

¶Cum autem hodie ex certis causis dispensationē huiusmodi cassauerimus,& irritauerimus, ac nullius esse voluerimus roboris uel momenti.

¶Et propterea si dictus Pet.thesaurariam ipsam,quæ dignitas est,assequi voluerit,quamprimū ipsam pacificè fuerit assecutus,dictam parrochialem ecclesiam, quam tunc obtinebat,temporis prout adhuc obtinet, vacare speret.

¶Et sicut accepimus, idem Petr.qui super dicta thesauraria in palatio apostolico litigat, eandem parrochialem ecclesiā potius q̄ thesaurariā prædictam eligeret retinere.

¶Nos habentes statum causæ huiusmodi, præsentibus pro expressis,ac uolentes dicto Petro præmissorum meritorum suorum specialem gratiam facere,mādamus, quatenus præfatum.Petrum auctoritate nostra moneatis, vt infra certum competentem terminum, quem ad hoc sibi dixeritis præfigendum, vobis significet, an thesaurariam vel ecclesiam prædictas retinere velit, & si thesaurariam retinere maluerit, quàm ecclesiam parrochialem prædictam,ecclesiam ipsam cum illā per huiusmodi assecutionem dictæ thesaurariæ vel alio quouis modo præterquàm apud sedem ipsam vacantem,&c.conferen.eidē Petro &c. reseruetis districtius &c.responderi.

¶Vel si dictus Petr.ipsam parrochialem ecclesiam potius quàm thesaurariam prædictam retinere elegerit. Et infra certum alium competentem terminum, quem ad hoc dixeritis præfigendum, iuri sibi in eadem thesauraria quomodolibet competenti cedere voluerit: uos cessionē huiusmodi ab ipso uel procuratore suo ad hoc sufficiens mandatum habēte auctoritate prædicta recipiatis, & etiā admittatis. Et postquàm eum admiseritis Philippum Probū in iure huiusmodi, etiam si dicta thesauraria curam habeat animarum, eadem auctoritate subrogetis: illudq; sibi conferatis &c.

¶Et in quo dictus Petr.si dicto iuri non cessisset, posset & deberet admitti,admittatis,contradictores &c.non obstātibus &c.Datum &c. de beneplacito vide remissiuè per Decium in cap.ex literis,in fine.supra.isto titu.& consilio 108.Ista uidetur quædam societas.

¶Et vnum dicit Alex.consi.213.num.8.ponderatis his
11 vol.6.ꝙ † de officio ad placitū superioris iudicatur, vt de officio ꝑpetuo.l.iurisperitos,in prin.ff de excu. tutor.l.sufficit.ff.de cond.indeb.not.gl.in Cle.2.in uerbo, electionē, hoc tit.& gl.in c fi.in uerbo,perpetuas,eo.ti.hoc li.no.Bar. in l.de pupillo.§.si qs ipsi prætori: in 3.q.ff.de no.oper.nū. Cy.Bal.& Saly.in l.quisquā.C.si certū peta.& Bal.in l.principalib.ff.eo.titu.vide eundē Alex.cōsi.216.sub nu 5.magister Albertus,vol.7.ubi idē tradit quod in consi. ꝓcedenti.
d Expresè caueatur,cōtra Io.Mo.hic uidetur tenere glo. prag.in titu.de colla.in §.Item insuper.in verbo,consecrari:quod non placet:tū.quia dispensatio est stricti iuris, & satis est ꝙ in aliquo operetur, licet minimo. Pro ipso tamē Io.Mo.uide quæ tradit do.Ruzeus, in tract.de iure regaliæ.in 17.priuileg.nu.4.quib.quæ in simili dicuntur.dic;
12 Quòd † primæ dispositioni non uidetur derogatū nisi expressum sit.facit gl.in uerbo,subdit:in.§.fi.in Auth.de non alienan.col.j.Bald.in l.pe.per illū tex.C.per quas personas nob.acquir.Barto.consi.72.col.fin.ex facto. Item secunda debet ita interpretari,ne uideatur primæ contradicere.c. inter dilectos.§.cæterum.s̄.de fide instr.Idem in contractibus.Bar.in l.fi §.Idem quæsijt.ff.de condictio.indebi. Et in positionibus Bal.in l.cum falsa.in fi.C.de iuris & fac igno. Et in statutis Panor.in c gratum.& in c.super quæstionum. s̄.de officio.delega.Et in omnibus dispositionib. hoc habet locum,ut per distinctionem cōtrarietas remoueatur Alex.consi.141.nu.7.uiso testamento uol 2. Pro quo uideque diximus,in c.j.in verbo,eos saluemus.s̄.de constitu.

¶Bonifacius octauus. Cap. VI.

¶Susceptum ab ap.se.mandatum, vt ab aliquo.&c.

SVMMARIVM.

1 *Prouidens sibi in vno casu,& alter emergit,in nullo est sibi prouisum*
2 *Mandans potius considerat facti effectum quàm ipsum factum .*
3 *Factum inutile a primo non debet præiudicare secundo.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *In statutis & facultatibus omne non expressum censetur omissum.*
2 *Cui est concessum priuilegium de dispensando cum adultero & cum incestuoso.nō potest dispensare cum eo, cū quo vtraq; est qualitas.*
Dispositio de simplicib.non trahitur ad personas habentes in se mixturam qualitatum.
3 *Casus omissus remanet in dispositione iuris communis.*

SVSCEPTVM. Hęc decretalis fundatur in hoc cap. quòd † prouidens sibi in vno casu,& alter emergit, in nullo a est sibi prouisum.ff.de liber.& posth.l.cōmodissimè: in prouiso; non, quia ille non emersit in emerso: non quia impetrans in illo sibi non præuidit (mandantis) qui potius † consideraret facti effectum quàm ipsum factum. C. de inst.l. si mater. (præferri) quia iste primus sibi in omnem euentum non præuidit, sed incertum casum, qui non contingit; vt d.l. commodissimè. Et ideo nihil egisse censetur.

¶Ex quibus hic colligitur qđ factum inutile † a primo non debet præiudicare secundo,& qđ nullum est, impedimentum non præstat.j̄.hoc lib.de regu.iur.non præstat.

ADDITIONES PROBI.

a IN nullo est sibi prouisum. casus loquitur, quo ad impetrantem, quod extende ad alios casus. Quia idem dicimus in statutis, † quæ sunt stricti iuris,in quibus omne non expressum censetur omissum, secundum Domi.hic. numero 3. Idem possumus dicere in facultatibus, & potestatibus a Principibus emanatis, vtpotè a Papa. Imperatore, & Regibus,aliquib. personis concessis. Pro hoc faciunt notata per Roma. consi.498.casu quo quæritur. num.14.quòd cui † concessum est priuilegium de dispensando cum adultero & cum incestuoso,non potest dispensare cum eo, cum quo est vtraque qualitas.

¶At multum vrget theorica vna ibi per eum adducta. numero 12.uolens disponentem de simplicibus non trahi ad personas habētes in se mixturam qualitatum : maximè si vna qualitas sit dignior & potentior quàm alia, cuius virtute fuisset persona sub qualitate dispositionis inclusa.de lega.j.l.Titio textoris: & de lega.3.l.hoc legatum. & l.legatis seruis.§.si vnus.ff.de adulte.l.vim passam.§.pręscriptiones & l. mariti lenocinium. §. fin. & 4. quæstio.3. cap.testes.§.hermaphroditus: sic in proposito nostro hæc theorica operatur, si attente consideretur, cum huiusmodi dispensationes sint odiosæ & ius tertij eneruantes. ad ea autem quæ dixi de mixtura, faciunt ea, quæ voluit Dec.consi.252.uiso puncto.num. 1.

¶Et ad propositum nostrum redeundo. Idem dic, etiā, si a canone fuerit prouisum.cap.2. uersicu. præsertim. de transla.præla.& de tempo.ordinan.cap.dilectus & de sententia excommunica.cap.is qui.in fine primi respon.Cle. ne Romani.in prin.& Cle constitutionē.in prin. de elect.

¶Idem si a lege.C.de edifi.priua. per totum, & quæ sit lon.consuetu.l.prima.C.

¶Idem si a statuto etiam iurato. supra. de iureiur.cap.j. Et a paciscente l si cum dotem. in princip.ff.solu. matrimo.ubi gloss.not.& C.de pact.conuen.l.fin. Idem in appellante.Cle Appellante.de appella. Alios casus prosequere vt hic per Ioan.Andr & Domi.

Et dic secundum Petrum de Ancha. non procedere in casu,qui percipitur ex mente: licet non ex uerbis & pactis sumptis a contrario sensu.per l.inter socerum. §. cum inter.ff.de pact.dota. & Panor in cap.sanè.numero 2. supra. de celebra.missa. Nec procedit, etiam si ex uerbis colligi possit.Galliola in l. prima.§.Si quis ita.colum.3.uersic. nota secundo.ff.de liber. & posthum. ubi reperies aliqua ad intelligentiam sequentium.

Non procedit etiam vbi in casu expresso includebatur omissus ex natura expressi.l.iam hoc iure. in princip.ff.de uulga. Idem si casus omissus sit similis expresso.gloss.in d. l.si cum dotem.per l.si extraneus.ff.de cōditio.ob causam: vbi etiam inter alia habetur quòd casus omissus † remanet in dispositione iuris communis.

¶Vide latè Barto.& moder.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthum.

Hinc Pet. de Ancha.consi.93. uerba testamenti. in fin. citat quòd si statutum transfert in maritum lucrum fructuum bonorum parafernalium, quòd similiter transfert lucrum rerum dotalium, cum sit eadem & etiam maior ratio:ergo idē ius.l.illud.ff ad leg. Aquil.cū alijs vulgatis.

Et pro principali intento nostro quòd per prouisionē factam in vno casu, in alio non videtur prouisum : vide Barto.in consil.38.Paulus Hugoli.de Bononia.in fin.Car. consi.3.in fine vbi enumerat incompatibilitates ad beneficia,& consi.17.numero 9.& consil.22.num.2.in fine consi.66.versicu.ad quod respondeo. Bellame.consil.3.§. Ex prædictis,versicu.præterea.Soc.in consi.9.versic.tertio probatur:& in 3.uolum.consi.35.colum.3.circa medium: & consi.44.col.5.uersicu.dum ergo.in fine. Et in primo uolu.consi.9.num.6.& 2. volu.consi.23.num. 6.

¶Bonifacius octauus. Cap. VII.

¶Gratia quam super beneficio a se.ap. &c.

SVMMARIVM.

1 *Iusta ignorantia quis non punitur,sed crassa & supina.*
2 *Magis excusat ignorantia propria quàm procuratoris : sicut plus accusat scientia domini quàm procuratoris.*
Beneficiatus non beneficiatur,nisi ex certa scientia.
3 *Multiplicatio beneficiorum est canonibus inimica.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Habenti dare:nihil aliud est quam perdere.*
Clericis habentibus patrimonia non est dandum beneficium.
2 *Qui plura habet beneficia, quorum alterum per se sufficit, non potest sine peccato mortali retinere illa.*
3 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*
4 *Ecclesia est implenda literatis, non nepotulis nec asinis deferratis.*
5 *Vix diuersa cautela,diuersorum coquorum,nonnullos prælatos satiare potest.*
6 *Ioannes de Ligniano dixit nolle bibere sanguinem mortuum pauperibus deputatum:sed potius sudorem manuum suarum.*
7 *Clericus est vsuarius tantum : non vsufructuarius.*
8 *Iustitia beneficiatum non beneficiat.*
Competens beneficium quando dicatur.
9 *Expectans an possit beneficiari.*
10 *Præsentatus aut alias ius ad rem habens,an dicatur beneficiatis.*
Filius in bonis patris,illo viuente est dominus fictitius.
Filius comitis potest appellari comes. idem de filio Regis dicito.

GRATIA. Ratio huiusmodi decretalis est ne † iusta a ignorantia puniatur,quæ excusat,non crassa seu supina supra . hoc libro de constitu.cap.2.Ratio etiam alia est, quia primum nō acquirit, nisi post ratihabitionem.j̄.hoc libro de præben.si tibi absenti.

¶Sed quæro mihi stanti in Anglia beneficiato, per aliquem in curia existentem impetratur beneficium : ille ignorat me beneficiatum. An teneat impetratio : videtur quòd sic.per primam rationem : quia vtrobique est iusta ignorantia. Sed secunda ratio obstat,quia plus habet iam beneficiatus tenens beneficium, quàm in casu nostro. Et magis † excusat ignorantia propria, quàm procuratoris, sicuti plus accusat scientia domini quàm procuratoris. infra. vt lite non contesta. cap. primo.ff.de peti.hæredi.l. Item veniūt.§.quid ergo: & iste habet radicem vitiosam, b cum beneficiatus non beneficietur b nisi ex certa sciētia.

s.eo.

s.eo.postulasti.j.de præben.super inordinata. Et multiplicatio † beneficiorum est canonibus inimica.j.de præben. quia intantum.Et sic q hic non sit dolus ex proposito, uidetur ex re ipsa ppter rationes dictas:ar.ff.de verbo oblig. l.qui cum aliter.videtur tamen æquum vt alterū iste possit retinere.arg.vt in fine huius.c.& j.de præbē.referente [retinere.) Nota ex hoc q ignorantia istū iuuat, vt sua gratia non sit nulla:sed non iuuat vt contra concilium generale duo beneficia,quæ se compati non possunt, valeat retinere.j.de præben.de multa.Nam per hæc verba, prouidetur, iustæ ignorantiæ: nec per hoc contra dictum concilium dispensatur.j.hoc libro de præben.non potest.§.si.Etiam si non obstante tali beneficio,exprimeretur.Ergo multo minus vbi nihil exprimitur.

ADDITIONES PROBI.

a Iusta ignorantia.De hac ignorantia , etiam quo ad legitimationem prolis susceptæ p consanguineos & affines, aut alias matrimonium contrahere prohibitos,vide quę latè tradit Iason in consi.156. quoniam p eximium.& consi.158.nu.5.in causa & lite.vol.4.Rogo vide,quia passus frequentius accidit.

¶ Non beneficietur.glo.in c.referente.s.de præben.dicit in simili q † habenti dare nihil est aliud quam perdere.j.q.2.c.pastoralis: qua ratione Præpo.in c.episcopus.x.q. 2.dicit quòd clericis habentibus patrimonium nō est dādum beneficium.Hinc de Selua in trac.bene.parte.quarta. q.7.col.2.citat,qui habet ex beneficio vnde viuat, & aliud beneficium assequuntur,non alimenta,sed potius peccata suscipiunt.facit q no.in c.pastoralis & c.clericus,prima.q. 2.Confirmatur equidem per ea, quæ voluit glo.singularis in c.dudum:el.2.in verbo,retinere.s.de elec. vbi citatur q qui † plura habet beneficia, quorum alterū per se sufficit, non potest sine mortali peccato retinere. Alias si incompetens beneficium sit,potest in tuto retinere.capitu.is cui. infra.de præben.

¶ Et Panor.in d.c.dudum dicit illud verum,quando retinet,ut fructus lucrifaciat ad priuatam vtilitatem & priuatum patrimonium augendum. Secus si tendat ad honorē Dei & vtilitatem ecclesiarum:nec attendat ad honorem sed ad onus & laborem appetat administrationis: tunc talis potest habere plura,dummodo residentiam non requirāt.6.q.j.c.in scripturis & c.qui episcopatum desiderat, bonum,&c.qđ intellige cum grano salis,dummodo persona sit bona,industriosa,& literata,quæ melius regeret plures ecclesias,quam vnus vnicam.Quia tunc videtur magis puideri ecclesiæ quàm personæ: quod fieri debet.Io.Mo.in c.cum ex eo.j.de elec.Hæc enim publica vtilitas † præfertur priuatæ.7.q.prima.c.scias.de postula. præla.c.bone.authen.res quæ subiacet. C.communia.de lega.ibi,ea enim quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam vtilia sunt præponimus.ad idem c.pia.in principio.j.de excep.hoc lib.dico in c.si pauper.in versi.merito summum pontificem.j.de præben.& sic non dicas intelligi de his,de quibus recordatur Do.Ioan.Mo.in d.c.cū ex eo.j.de elec.& in c.fi.j.de verbo signific. † quòd ecclesia est implenda literatis,non nepotulis,nec asinis deferratis:de numero quorum dicuntur hi,qui totam curam dāt ventri,ornatui,& honori Car in c.ex tuarum s.de vsu pallij.& ibi Pe.de Ancha.nu.primò.& Io.An.in prin.Pro quibus adest illud euangelij : caro & sanguis reuelauit , quod non conuenit viro.c.graue.s.de præben.dixi.s.in c.vt animarum,de constit.versi.subsequitur quintum quæsitum. ad hoc vide glo.in c.cum apostolus.in verbo,sumptuosas. supra.de censibus quæ inuehit contra prælatos , quos vix † cautela diuersorum coquorum satiare potest, victum que longi temporis hora breui consumunt:& tunc plenā prælaturæ possessionem adeptos fuisse credunt,alias non. dicit Domi. & præceptor meus in tract.de peste car.mihi.148.columna j.

¶ Prædictis poteris addere ea, quæ lepide scribuntur a Præpo.Alex.in c.nulli.dubium col.pe.12.q.v.ibi Nam beneficia dantur propter officia,clarum est q clerici non ad implentes officia sua per se nec per alios : sed ocio vacant, aut uoluptatibus, vel lasciuam uitam habent , nihil iuris habent in rebus ecclesiæ.imo ipsa percipiendo spoliant ecclesias,& tenentur ad restitutionem omnium perceptorum.dico in cap.nemo.infra.de ele.hi enim instar Iudæorum dicunt non habemus Regem,nisi Cæsarem.Ioan.19. cap.ubi Nico.de Lyra dicit hoc facto clamant nostri pontifices & curati,qui suas ecclesias dimittunt,& ingerunt se negocijs temporalibus,principatus,vel regni:ista enim nō fuit intentio fundatorum, vt hi fœliciter viuere & grassari de bonis ecclesiæ habeant,& filius testatoris idest pauper famè moriatur:vt in simili dicit Alex.in consi.70 circa finem,considerandum.uolu.4.

¶De his enim & aliis indignis intelligas gloss.in dicto cap.dudum,non de alijs quibus permittitur pluralitas beneficiorum. Pro informatione cuius materiæ uide tract. Ioan.de Lignia.de pluralitate beneficiorum ecclesiastici. in cuius fine reperies eundem dixisse nolle bibere † sanguinem mortuum deputatum pauperibus, sed potius sudorem manuum suarum.

¶Ad propositum præmissorum Roch.de Curte in trac. de iure patro.in uerbo, honorificum. nume.18.citat quòd alias beneficiatus potest præsentari:ista fuit decisio Card. in Cle.Et si ab apostolicæ.q.25.de offi.ordin. quod probat text.in dicto cap.de multa.s.de præben. Vbi dicitur quòd habens aliud beneficium curatum vel dignitatem: potest aliud acceptare,licet uacet primum,uel prima.

¶Quo ad præmissa reperio do. meum in cap.ad aures. colum.2.hoc titu. exclamantem contra hos asinos deferratos,qui dicunt molestare pauperes clericos , dixi.s.hoc titu.in cap.Cum in multis:ibi uexantur. Et ista est potissima ratio,quare prohibeatur pluralitas beneficiorū in eodem.Et dicit Panor.in cap.extirpandæ.§.quia uero.colū. 11.s.de præbend.quòd pluralitas nullo casu reperitur permissa de iure;quia † clericus est usuarius tantum . gloss.in cap.præsenti.j.de offi.ordi.ubi latè Philippus Franc.& alij. glos.in cap.cum olim.s.de re.permuta. vbi Panor.similis, in cap.quia nos.s.de testam.& in cap.si quis.de pecul.cleri. in cap.fin.s.de pigno. pro quibus videtur text.in cap.cum M.ibi,in usus &c.supra.de constitu.Et ista est tutior opinio licet alia,quòd sit usufructuarius : seruetur in hoc Galliæ regno:pro qua est glos.in l.j.de Anno.ciuili.lib.11.C.quam reputant singul.Doct.in dicto cap.fin. de pecul.cler.uide quæ dico in cap.præsenti.j.de offic.ordin. Modo si aliud beneficium quærat,uictum aliorū quęrere dicitur, ac diminutionem cultus diuini:cum tot sint instituendi , quot ex redditibus uiuere possint.cap.4.s.de institu. Dic tamen quòd in literatis & alijs (vt ita dicam) benemorigeratis hæc non procedunt. Pro quo uide Nico. Mil.in suo aureo reperto.in verbo,beneficium, uersic. beneficium vnū habenti. carta mihi.19.ubi refert quòd licet habenti non possit aliud conferri,hoc uerum si primum est sufficiens. Alias si haberet duo vel tria insufficientia , potest de alio prouideri:quod tenet idem de Lignia.in d.tract.colū.3.& 4.ubi se resoluit cum Panorm.in d.cap.dudum. Ad idem Car.in cap.ad audientiam,el 2.supra.hoc nostro titu.colū. fin.in fin.hinc Bald.in cap. cum adeo. colum.fin.eod.titu. citat quòd si persona est nobilis,non dicitur sufficiens,nisi possit tenere vnam æquitaturam : quia non debent pedes visitare. Poderia.not.ff.manda.l. denique.§. idem Labeo. Personæ etiam multum literatę seu multum disciplinatæ pinguiora beneficia debent habere. not.ff.pro socio.l.societas.§.societas,& argum.ff.de excu.tuto.l.sed reprobari. §.ualde tamen.& ff.de dona.l.Aquilius Regulus : quod est in hoc regno abrogatum:quia ęqui idest qui portant pondus diei & estus in ecclesia Dei,beneficia currunt : & asini illa obtinent,quę sunt pinguiora:& in hoc uerificatum est dictum cuiusdam quòd mauult esse asinus quàm equus.

¶Vel dic secundum Ioan.Mo.in cap si pauper.in prin. j.de præben.Quòd iustitia † beneficiatum non beneficiar, & hoc modo procedit prima pars:secunda autem ex gratia benemerentibus.¶Et dicitur competens siue sufficiēs beneficium secundum qualitatem personæ. Feli.in c.postulasti.nu.4.uersic.fallit.2.supra.hoc titu. dicens q in hoc statur arbitrio superioris. Anto.de Butr.in c cum dilectus, col.2.ibi,si uero promisit.supra.de iure patro.

¶Sed quid † an expectans possit beneficiari,ex eo quòd quodāmodo uidetur beneficiatus? dic q poterit bñficiari, cum non dicatur beneficiatus.not.ample rota deci.445.in nouis deci.Reputatur tamē beneficiatus quo ad alias gratias obtinēdas:ut de expectatione huiusmodi,aut mādato

de prouidēdo teneat facere mētionē. Do.cōsi.11.col.2.in prin qđ sumit exordiū lite pēdēte dixi s.in rub. huius titu. vbi vide. Quid † de presentato, aut alias ius ad rē habente, an dicat̃ bñficiatus dic ꝙ nō, ita dicit Guil. de Mōte Laudu no in extrauaganti: sedes: in uerbo: ius ad rē. Et dicit simile esse de filio, qui in bonis paternis dominus est fictitius viuente patre, & impropriæ. l. in suis. ff. de liber. & posthu. Vbi Bald. Alex. & moder. post antiquos dicunt, ꝙ filius comitis potest appellari comes. facit gl. in c. si. 24. q. j. ubi filius regis potest appellari Rex, comprobatur per l. cum uero. §. plerumque. ff. de fideicom. lib. gl. in proœ. pragma. in uerbo, primogenito. Sic in proposito præsentatus impropriè dicitur beneficiatus & reuocabiliter, sicut filius qui est dominus bonorum patris reuocabiliter cum poterit exheredari causa subsistente. uel si se abstineat. Et concludit idem Guil. ꝙ istud ius non potest commutari cum alio, nec ꝓpter beneficia sibi incompatibilia facit uacare: nec sub ipso quasi pro certo titulo poterit ordines recipere c. in nostra. s. isto titu. Tamen ibi dicit idem Guil. ꝙ si canonicus per Papam effectus fuerit in aliqua catedrali ecclesia sub expectatione præbendę, ꝙ in delegatum sedis apostolicæ poterit impetrari, cum omnia quę ad ius canonicatus pertinent, sibi debeantur. & hoc, nisi refragetur constitutio superueniens, ut in Gallia, in qua non confertur solus canonicatus, nisi ad effectum consequendi dignitatem: vt legitur in consilio Basilien. Quia. c. statutum. j. isto titu. dicit canonicum tantum, non commemorando de ꝑbendato.

¶Bonifacius octauus. Cap. VIII.

¶Quamuis is cuius gratia per quā mandabatur &c.

SVMMARIVM.

1 *Clausula anteferri debet intelligi sine alterius læsione.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Licet prædicatores & minores super confessionibus audiēdis sint priuilegiati, requiritur tamen parrochiani licentia.*
2 *Non conuenit discooperire vnum altare: vt reliquum cooperiatur.*

a QVAMVIS. Hæc decretalis restringit rescripta beneficialia [a] ne concedi uideatur in alterius læsionem. Argum. C. de emancipa. l. nec auus. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. meritò. & §. si quis a principe (anteferri) ꝫ. ff. de minor. l. quod si minor. §. restitutio.
1 ¶Solu. † illud debet intelligi sine alterius [b] læsione. ff. de b testamē. milita. l. si a milite. § j. & C. de testa. milita. l. si Ruffinus infans, & hic. & s. eo. nonnulli.

ADDITIONES PROBI.

a BENEFICIALIA. Secus si ex iustitia sint rescripta. Bald. in l. fin. col. 3. uersi. 3. oppono. C. de senten. pacis. Idem si concedatur a iure sine ministerio hominis. Ioan. de Imo. & Doct. in cap. j. s. de præscrip.

¶Sine alterius læsione. cap. ex tuarum. s. 1 de vsu pal. ubi glo. & Panor. dicunt ꝙ licet † prædicatores & minores sint priuilegiati super confessionibus audiendis: requiritur tamen parochiani licentia. de quo per glos. in ca. omnis. s. de pœni. & remis. & in cle. dudum de sepult. Idem Card. ibi col. 2 per cap. licet de offic. ordin. & in cap. super eo. s. de officio delega. Idem Petr. de Ancha. in d. cle. dudum. Pro hoc congruit illud vulgare, ꝙ non conuenit 2 † discooperire vnū altare, vt reliquum cooperiatur. Nec sanctus Petrus uenit cooperiendus, vt sanctus Paulus denudetur: notatur in cap. cum causam. s. de præben. Et sic priuilegium principis reducetur ad iustitiam.

¶Hinc Dec. in c. suggestum. num. 2. s. de appella. Quod priuilegium datum alicui, ne grauetur uel molestetur, nō habet locum, quādo ex tali priuilegio iustitia alterius opprimeretur. facit tex. in l. nuper. de dona. inter uirū & vxo. ff. uide Ias. in l. quominus. in repeti. q. 25. ff. de flu. ubi dicit, quòd quando statutum, vel cōstitutio verbis generalibus concipitur, tamen ex aliquibus coniecturis apparet quòd in odium certæ personæ specialiter est confectum: certe cōtra tale statutum succurritur per exceptionem doli uel appellationem. text. est not. in l. j. in fin. ff. de except. dol. per quem text. ita tenet Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure & in l. fin. in j. colum. ff. de appellat. recipi. Panor. & alij in cap. Cum omnes. s. de constitu. Ange. in l. 2. ff. quod quisque iur. uide glo. fin. in l. fina. C. si contra ius uel vtili. public. ubi Barto. & Iason amplè, intellige regulam nostram si lęsio illa sit circa ius tertij, quia tunc dicitur stricti iuris. Secus quo ad ius concedentis. l. beneficium. ff. de constitu. princi. ubi glo. not. & Barto. qui in effectu similē facit distinctionem, quam & latioribus uerbis poteris uidere discussam per Imo. post Ioan. Andr. in cap. causamq́;. num. 6. s. hoc titu. Et inquantum dicimus de læsione, intellige magna, secus si læsio sit paruæ importantiæ, vt per gl. not. in l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico fiat. pro quo Ias. in consi. 133. præsupponitur. volu. 4.

¶Bonifacius octauus. Cap. IX.

¶Si eo tempore quo tibi de beneficio &c.

SVMMARIVM.

1 *Tempus impetrationis est spectandum, an impetrans censeatur abilis vel non.*
2 *Defectus in exordio: licet postmodum purgetur, gratiam corrumpit.*
Quandoque agendo: ius agendi quis consequitur.
Negligens alias tamen abilis, per negligētiam, fructum gratiæ amittit.
3 *An debeat esse melioris conditionis defectiuus, quàm negligens.*
Magnum est habere primordium bonum.
4 *Sedes apostolica non in reatibus, sed in defectib. dispensare consueuit.*
5 *Electio illi cui competit, non est auferenda.*
6 *Quod non valet vt ago: valeat tamen vt valere potest.*
7 *Sufficit quòd defectum non patiatur: quo ad id de quo agitur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Superuenientia qualitatis non prodest.*
2 *Tempus depositionis in testibus attenditur.*
3 *Tabellio priuatus, si postea recipit instrumentum tamquàm tabellio, pœna mortis non punitur.*
Initium est spectandum.
4 *Initium prothocolli attenditur.*
5 *Continua dicuntur quorum terminus est vnus & idem.*
Continuatio est partium inter se non interrupta coniunctio.
An non ieiunans totam quadragesimam vnum videatur committere peccatum mortale vel plura.
6 *Initium & origo cuiuscunque entis tamquàm radix futuri inspicitur.*
A principio tituli posterior formatur euentus.
7 *Eo ipso quòd apparet aliter eße factū, quàm a principio fuerit actū, etiam ex interuallo præsumitur in actu fuisse erratum.*
8 *An in conditionibus sufficiat venisse in conditionis primordium vel principium.*

a b 1 SI eo tempore. [a] Hoc capitulū docet tempus [b] † impetrationis esse spectandum, an impetrans censeatur abilis uel non. Et de hoc habes. j. de elect. dudum j. argum. ff. de hæred. institu. & l. sed & si conditioni. §. solennijs. Institu. de hære. quali. & differ. §. in extraneis. Et ad hoc facit æquitas regulæ Catonianæ. ff. de regula. Cato. l. j. in prin. (prouideri. Quòd defectus† in ex-2 ordio, licet postmodum purget gratiam corrumpit: vt notatur in simili. j. de elect. dudum. 2. ¶ Et licet quandoque quis agendo ius agendi consequatur. ff. de pigno. actio. l. si rem alienam. §. vltimo. Hic tamen abilis postmodum factus, non habet conualescentiam gratiæ, vt in principio huius cap. notatur (obtinere:) contra: iste negligēs, alias tamen abilis, per negligentiam fructum gratiæ amittit. j. de præbend. si clericus. Ergo magis habeas defectum, quòd non potest habere beneficium cum cura, priuabi-3 tur totali gratia. alias † esset melioris conditionis defectiuus quàm negligens: qđ esse non debet: cum defectiuus habeat vitiosum exordium saltem in tanto: si non in toto quod non habet negligens. Et magnū est habere primordium

c dium bonum. c ff. de leg. 2. cum filius. §. hæres iuxta illud: dimidium facti qui bene cœpit, habet. argumentum. ff. de orig. iur. l. j.

¶Sed posset dici ꝙ maior est nota neglectus, quàm defectus; quia neglectus ex peccato procedit, non defectus. j. de purga. cano. accedens. Et inde est, ꝙ sedes † apostolica

4 non in reatibus sed in defectus dispensare consueuit.

alijs placere: ambulet inter Laudem & Placētiam, nō versus Veronā. Non prætermittas scrutari in proposito eundem Fely. in rubri. de maio. & obedi. col. 3. Ibi nota contra illos miseros sacerdotes, q hodie faciunt se familiares, capellanos, & castaldos, & quod certius est plerūq; lenones potentum laicorum existimantium esse sibi ad vnum gradum gloriæ imperare & cōculcare in vilissimis obsequijs illos, quibus data est potestas ligandi & soluendi, quasi habentes clauigerum in famulum, ac vile mancipium, liceat eis libere peccare, quibus licet clauium ministro insolēter abuti. Et hi sunt qui de nobis dicunt, vbi est Deus eorum. & non habemus Regē, nisi Cęsarem. Io. c. 19. Dicat præterea illud vulgare citatum per Host. in c. cum dilecta, col. pe. s. de confir. vtili. vel inutili. Omnia Cesar erat, id est omnia Cæsaris. idest domini potētis sunt. vide Card. cōsi. 143. in fine post hoc consilium. vbi inuehit contra malos prælatos ambitione fulcitos.

¶ Potentię vero, vtpotè amicorum. pro quo text. cū gl. in verbo, impotentiam in c. constitutus el 2. s. de appella. vbi Panor. citat ꝙ in electionibus, † data paritate, præferendus est ditior: seu potentior: vt melius consulatur ecclesiæ per potētiam seu diuitias istius, non personæ illius, cum beneficium seu prælatura detur, non vt solum viuat, sed vt bene regat & dispenset. exemplificat de amicis, quorum precibus & non meritis plura hodie possidentur beneficia. de his testari videtur Archi. in c. non est. j. de consuetu. & c. ne mo. 83. di. in fine, dicens ꝙ potius tales dicuntur canes impudici, quā episcopi. notat Berta. in trac. de episcopo lib. 4. parte. 7 carta mihi. lix. prima col & Prepo. in c. gloria in fi. 12. q. 2. ibi, nota non Hierosolimis fuisse, sed Hierosolimis bene vixisse, laudandum est, quasi diceret, non prælatum esse, & prelati locum tenere, laudandum est: sed facere prelati bona vt xl. dis. c. nō facile & c. non loca. nisi enim opera prælati faciant, vacuum tenent nomen prælati, vt. 86. di. fratrem. & canis potius est dicendus, quam prælatus. 2. q. 7. qui nec. & 83. di. nemo. Non ab re ideo scandala & monopolia fiūt in populo propter superiorum. nam vt testis est Iullius. Qualescunque † summi ciuitatis viri fuerint: talis ciuitas erit. Vel sic secundū Barba. consi. 82. sub nu. 7. volu. 4. quales princeps essent: tales esse solent ciues, & est originale. Platonis dictum, ore spiritussācti statum: de quo nō mireris: cum solitus fuerit dicere nullum magnum ingenium sine afflatu diuino. refert Bald. in rub. de controuer. inuesti. Aliter tamen dicit Car. in cap. ad nostram. s. de cōsue. ꝙ nullum est magnum ingenium sine mixtura demētiæ. Et quæcunque mutatio morum in principibus extiterit eadem in populo sequetur. Si enim Principes bello, luxuriæ, conuiuijs, venationi intendant, his populus vacabit. Si virtutem colant, hanc implectentur omnes. Nobilium enim mutato victu: ciuitatum mores mutantur: vnde perniciosius de re publica Principes vitiosi merentur: ꝙ non solum ipsi vitia concipiunt: sed etiam ea in ciuitate infundunt, plusquam exemplo quam peccato nocent: ista licuit dicere. Nam veritas † debet esse nobis ante oculos dicit Bal. consi. 98. in fine, mulier duxit maritum. In secūda parte refert Ludoui. Bolog. consi. 33. in princi. Omnia quippe vincit veritas. l. fina. in fine. ff. de probatio. latè dicemus in cap. nemo. in fine. j. de electio.

15 16 17

¶ Præeminentiæ & honoris, vt quādo aliquis est iudex, bailliuus, aut doctor: vel consiliarius Principis: aut alteri⁹ potentis viri, & de hac qualitate videtur commemorare Ioan. Mona. hic hi quippe multum attendere debent ad eorum, & dominorum suorum auctoritate, & præeminētias: Qua † eis remotis superiores ipsi nihil possident, nisi saccum cū pera. Igitur dico cum talia sint eisdem propriū, quia vita eorum in eis consistit vigilent, aut officiarij eorū prædicta conseruent. Hi enim propriè regunt, non domini, quod viris conuenit literatis & doctis. l. fina. in prohę. ffrorum. & §. fi. Insti, in prohe. hinc philoso. homines ingenio polentes aliorum sunt domini, & rectores. facit illud. constitue domine legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt.

18

¶ In ecclesia dei vero dicimus † cognoscere maioritatem, quatuor modis: secundum Archi. Domi. & Præpo. in cap. quamquam. 2. q. 7. ¶ Primò ex tēpore. 17. distin. § hoc quoque, & §. verum, & s. de maio. & obedi. cap. primo, & latè per Iacob. Ra. in suo compen. iuris, in rub. de maior. colum. 2. Et ista est minor quàm sit illa, quæ procedit ratione dignitatis: vt patet in beato Andrea apostolo, qui primus vocatus venit ad fidem, quam Petrus, & tamen prelatus est Petrus Andreæ. Et quo ad monachos & canonicos regulares, qui preferuntur ratione antiquioris institutionis. Vide ample per Decium, in cap. Auaritię. s. de præbendis. & in capi. Nicolao. nu. 3. s. de appel. dico in cap. licet: de sepultur. j.

19

¶ Secundò, ex prærogatiua ordinis. cap. statuimus. s. de maior. & obedi. & 93. distin. legū. in fi. Quia præsbiter maior est diacono. Et ita dicimus Cardinalis præsbiter: vł diaconus maior est episcopo non cardinali: respectu ordinis non respectu administrationis. Et ideo ante tempora Clementis. 5. simplex episcopus non assumebatur ad Cardinalatum, ad aliquem ex tutulis presbyteralibus, vel diaconatum. Et nisi vacasset vnus exepiscopatibus cardinalibus dari solitis, non creabatur Cardinalis. Sed a tempore Clemētis, & successiue, vsque nunc, promouentur episcopi ad cardinalatum, & titulum presbiteralem, & ad diaconalē cardinalatum. Raro aut nunquam vidi promoueri eos, qui essent episcopi. dicit Præpo. vbi. s. col. 2. & ante eum Ioan. And. & Domi. col. 2. in cap. cum aliquibus hoc titu. qui dicunt hanc fore Romanæ ecclesiæ modernam consuetudinem ¶ Tertiò ex prærogatiua ordinantis siue constituētis. ff. de albo scrib. l. vlti. & l. restituendæ. C. de aduoca. diuer. iudi. vbi glo. fina. dicit. Nota maiorem † honorem deberi his, qui electi sunt ab Imperatore ad aliquam dignitatem, quam hi, qui ab alijs. facit. § eos, circa finem. in Authen. vt iudi. sine quo. suffra. colum. 2. & ff. de re iudic. l. quidam. & cap. per tuas. s. de maior. & obedi. vbi etiam dicitur ꝙ a superiore ordinatus inter alios eiusdem ordinis est præhonorandus. faciunt notata in cap. si a sede: & cap. si Apostolicæ. j. de præben. cum similibus. Et istud poterit esse quinta qualitas, quàm adhuc firmo per ea, quæ voluit Panor. in cap. postulasti. col. 3. s de conces. præben. vbi citat ꝙ inter milites ille est dignior, qui a digniore est fact⁹. Vnde miles papalis alios præcedit, & imperialis regalem, & regalis, ducalem. Barba. in cap. quod clericis. col. pe. s. de foro compe. quod verum intelligas: nisi ordinati ab inferiore sint constituti ī maiori dignitate, vel digniores, aut peritiores sint, secundum Ioan. An. in d. cap. per tuas: quod dictum extollit ibi Panor. Et sic ītelligas data paritate. Alias duo vincula sunt vno fortiora. dixi. s. in c. primo. isto titulo.

20

¶ Pro præmissis videtur vrgere: quod notat Alex. consi. 202. circa finem, viso themate & dubijs volu. 7. dum dicit ꝙ magis communis opinio accipitur, quādo doctores maioris ponderis & auctoritatis sunt pro vna parte, quia non debet attendi numerus: quod non obseruatur in parlamētis Galliæ: & malesisto rationem.

¶ Quartò ex ratione dignitatis: siue maioritatis officij, aut administrationis. Et hac de causa archidiacon⁹, qui qui est oculus episcopi. c. ad hæc. s. de offi. archi. dicitur maior. archipresbytero. q ei obedire dēt. 25. di. perlectis. Quod verum extra diuina: secus in diuinis: quia in his archipresbiter precedit archidiaconum. Domi. in c. episcopus. 17. di. & post eum Fely. in rubri. s. de maior. & obedi. Nu. primo. v. Bar. in trac. de prestan. Car. in prima parte. q. prima. nu. 62. Et latius per Henri. de Bottis in trac. de synodo episcopi. in tertia parte sub. nu. 23. & sequen. de priore & proposito: ac clericis secularibus & regularib⁹. vide quæ latè digerit Decius consi. 161. Pro domino preposito.

21

¶ Et ideo † dicemus maioritatem inter homines attendi diuersimode, videlicet inferiorum ad superiores, in honore & obsequio exhibēdis: sicut acoliti, subdiaconis: subdiaconi, diaconis. xciij. di. a diacono. in obediendo: cū non sit aliquis, qui non teneatur obedire alicui. Iuxta illud. Potentiorib⁹ pares esse non possumus, vt dicit Io. Mo. hic: nu. 16. cum non sit mortalis, qui non habeat potentiorem ad minus Deum, alias esset acephalus, id est, sine capite. 93. dist. c. nulli. & c. sequenti, & esset monstrum. sicut quando sunt duo capita in vno corpore. Antonius de Butrio in c. volentes s de offi. leg. facit ꝙ notatur. 12. Metaphysi. ꝙ pluralitas principatuum non est bona. comprobat Io. Mo. in c. ad Apostolicæ. j. de re iudi. dum dicit: oportet enim ponere vnum principatum: ad quem omnes recurrant. 7. q. j. in apibus. vide Domi. in suo sermone post consilia.

¶ Item in sedendo: vt episcopus Hostiē. qui primus post Papam sedet in consistorio, deinde quatuor Patriarchæ. Do. in c. episcopus. 17. distin. Feli. in d. rubrica de maior. & obed.

22 obed.nume.primo. Et ratio † quia sedere prope dominũ. signat maioritatem.glo.in §.Aliam in verbo, altiori.Insti. de bo.po. Pro quo Chassa in catha.in prima parte conside-ra.12.Bal.in l.obseruare.ff.de officio.proconsul. Idem Hẽ-ri.de Bottis in tracta.de synodo episcopi.in 5.pa. num.xix.

¶ Et sedere in manu dextra superioris dicitur magis ho norari sedente ad sinistram.glo.in l.decernimus. C. de sa-crosanct.eccle.& ibi Bal.in 3.nota.dicens quòd primoge-nitus Regis sedet a dextris Regis.gl.i c.quàm periculosum 7.q.prima.comprobat Do. Bascoletus noster contempo-ra.in declara.arbo.diuidui & indiuidui. carta mihi.12.ver-si prædictis terminis,ibi,a latere dextro tamquàm dignio-re.Quia qui ponuntur vel sedent in manu dextra dicũtur magis honorati sedentibus ad sinistram. Quibus adde Pe-trum Rauennatem.in loco præalleg.col.3.qui allegat tex. in c.solicitæ.s̃.de maiori.& obedi.probando ꝙ dextra sit honorabilior.quod verum intelligerem, dummodo ali-quod non sequatur absurdum:vt eundo per vicum, & in-ferior in sinistra,in altiori tamen loco pauimenti: & istud admittunt Galli quia siue in dextra,siue in sinistra,volunt ambulare in loco altiori pauimenti. Alibi tamen vidi con trariam obseruantiã videlicet ꝙ si in sinistra sit altior pars pauimenti,inferior ambulat,& superior in inferiori & dex tra. Et istæ sunt cerimonię,gloriæ mundi.de quibus vide la tè d.Do.Casa. in suo cathalo.

¶ Item magis dicitur † honorari qui sedet, quàm qui 23 stat.Bal.in l.quotiens.C.vbi sena.vel clar.per illum tex.ibi, sedenti quoque.vbi vir in dignitate constitutus litigãs co-ram iudice non debet stare: sed sedere paulo inferius.Se-dere autem ad pedes & ad latus Principis non dicas non referre. Refert,quia licet consiliarij Principis dicantur se-dere ad latus,non tamen ad pedes.l.fi.D.de inoffi.testa.Pa pę tamen consiliarij ad pedes.notat Bar.in l.iurisperitos.ff. de execu.tutor.propter hoc tamen non dicas consiliarios Principis secularis in maiori dignitate constitutos quàm Papæ:cum ipse Princeps sit minus lumen.s̃.de maiori.& obedien.c.solitę.quod etiam patet ex doctrina Ioan.Mo. in c.in generali.de regul.iur hoc lib. Quod Imperator dici-tur aduocatus ecclesiæ.Vide quæ dico in c.j.super versi.assi stentes.ĩ.de scismati.¶ Idem in benedictione.quia minor à maiore benedicitur.21.di.c.deniq;.Io.Mo.in proœmio. j.in fine. Hinc est ꝙ presbiter simplex, aut alius celebrans missam coram Papa,cardinali,aut episcopo, nõ benedicit, sed Papa,aut alius superior. Berta.in trac.de episcopo.j.par-te.3.lib.§.qualiter eligatur episcopus, col.4.alleg.glo.in c. missas.de conse.dist.j.& no.in §.ecclesiæ. 95.distin. Quod verum,antequam minor maiori insinuet,sic citat tex.in.c. denique.21.dist.Quod si maior concedat vel annuat,pote-rit minor in præsentia maioris benedicere. Sic seruatur de facto.testatur dominus Brunellus in trac.de pote.lega.cõ-clu.17.in prin.Vide quæ dicit de beneditione. Alex.consi. 189.col.2.in causa & lite vertente inter dominam Tha-deam.vol.6.

¶Item reuerentiam exhibendo,vt filius patri:vxor ma rito.33.q.1.c.est ordo.Alex.consi.144.nu.8.circa primum. volu.5.vbi dicit quòd in vxore est annexa reuerentia,erga virum. Venerari autem conuenit vxores siue sponsas vi-ros,non econtra.not.Io.Lupus.in repeti.rub.col.2.s̃.de do na.inter virum & vxo.vbi in simili dicit ꝙ amatores suis amasijs debent donare non econtra. ¶Et dic priuilegium concessum marito ratione reuerentiæ maritalis:vt inquit tex.in l.j.§.cum autem.C.de rei vxor.act. verificatur istud in socero,in quo eadem reuerentia inest.Aret.consi.25. col.2. Et sic iunior seniori debet exhibere reuerentiam: hinc Philo.7.Polit Honestum est iuuenibus ministrare, & senioribus obedire.

¶Item sacramentum conferendo:quia præsente presbi tero, Diaconus sacramenta conferre non debet.93.dist. diaconus.& c.peruenit.& c.præsente. Et sic assistentia seu præsentia superiorum aliquid operatur,prout etiam idem do.Bertachi.in d.trac.lib.4.& prima parte in col.2.testatur, dicens ꝙ inoleuit consuetudo ꝙ episcopi assisten.do.Car-dinalibus non portãt rochetũ,saltem discoopertum : nec domini cardinales,assistente Papa, nec prætores ciuitatũ iustitiæ baculum ferunt,assistente prouinciæ præside: vide quæ dico de p̄sentia in c.vt apostolicæ.ĩ.de priuileg.¶ Alia signa superioritatis videre poteris per Feli in d.rub.col.j. versi.signa.Imol.& alios in c.sedes.s̃.isto titu.Panor.& Fe-ly.in cap.super eo.s̃.de testi.Montho.in suo promptuario. in uerbo maior.Collec.in d.c.sedes.num.4.ubi dicit quòd credit istud relinqui debere arbitrio iudicis, qui dicantur maiores,nisi iure uel consuetudine sit discussum.argu.c.de causis.s̃.de offi.deleg. Aliquid per Bal.in d.rub.de maiori. & obedien.& in l.obseruare.§.antequàm uerò.ff.de offic. procon. ¶Pet.Ra.ubi.s̃.col.5.addit alium respectum, ui-24 delicet exemptionis. Nam magis † honorantur pręlati ex-empti:quia ex quo Papa uoluit eos eximere: sic & a cæte-ris honorari:facit.c.ut apostolicæ.de priuileg.ĩ.ubi glo.di-cit ꝙ exemptus debet præferri nõ exempto etiam primo promoto.uide glo.in l.j.§.sicut, in uerbo, seruitutem.ff.de aqua plu.arc.quæ dicit ꝙ homo inferioris dignitatis ma-iori personæ debet exhibere reuerentiam : pro quo habes tex.in l.prioris.C.de offic.rec.prouinciæ.ad idem.l.j.in fi-ne.C.de offi.præfec.vrbis.facit in proposito quod uoluit Ioan.Mo.in c.statutum,el 2.num.1.ĩ.de hæret.ꝙ ordo na-turalis requirit,vt fœminæ uiris, & minores maiorib. ser-uiant.Etiam dicit glo.quam sequuntur Barto.Saly. Alexã. & Ias.in l.j.C.de in ius uoc.ꝙ vxori per uirũ fit honor na-turaliter:non econuerso.Hinc Luc.de Penna.in l.mulie-res.de digni.lib.12.C.verè nobili tenetur ignobilis reue-rentiam exhibere:sicut puer seni : de qua reuerentia seni impendenda:uide latè per Monferat in commento pra-25 gma.in 5.parte. ¶Et attende † ꝙ honor potius est in ho-norãte,quàm in honorato.testatur Philoso.j.Ethico. quẽ refert Bald.in pręludio feudo.Cuius auctoritas non mini-ma est,quando reperitur non habere contradicentem. Et propterea ab eius sententia recedere in iudicando & con-sulendo,non absque uitio esse putarem. dicit Alex.consi. 145.uiso processu.uol.5. Ad propositum eorum, quæ.s̃. dicuntur,occurrit dubium quotidianum. Pone, maior cũ minore incedit. Et eis occurrit aliquis exhibens reueren-tiam,cui uideatur facta reuerentia quæritur. Dic ꝙ in casu dubij,idest dum non apparet de mẽte salutantis, seu reue-rentiam exhibentis,uidetur reuerentia exhibita non mi-nori,sed maiori. Ideo non debet minor mouere, seu ne-cessariò manum ad biretum apponere. Ita dicit Anto.de But.in c.uolẽtes.s̃.de officio lega.uer.per prædicta instruo te.semper ita seruasse, quãdo minor cum maiore incede-ret. Idem ibi refert Barba.se obseruasse, dum per uiam in-cederet cum illustrissimo domino Reginaldo filio natu-rali ducis Borbonij,auditore suo assiduo. Istud tamẽ li-mitabis secundum eundem Barba.nisi euidenter appareat ꝙ reuerentia exhibita,contemplatione minoris exhibea-tur: ut accidit in scolasticis exhibentibus reuerentiam do-ctori suo incedenti cum maiore, quia illam uidentur do-ctori præstare tamquàm patri.argu.l.liberto ff.de obseq.a liber.patron.præstan. Pro hoc glo.in l.j.de ex.act.lib. 10. Ita refert Brunel.in tract.de potesta.lega. in conclu.17.col.2. Et dicit gl.in uerbo, pleniore.in l.filium.ff.de lega.præstãd. ꝙ honor est cui datur : & dedecus cui aufertur.

Præmissis iunge,quæ uoluit Inno in c.j.s̃.de magi ꝙ sco-laris in necessitate tenetur alere doctorem suum.alleg.l.2. §.fin.ff.de origi.iur. Ideo argumento de multo magis ha-26 bes in hoc intentum. Persona † enim doctoris debet sem-per videri honesta scolari & sancta, tanquàm filio perso-na patris.glo.in d.l.liberto.quæ per Barto.in l.omnes.ff.de iusti.& iur. allegatur quòd præceptori, sicut patri paren-dum est.uide notata in l. Aquilius Regulus.ff.de donat. Quod si uolueris tenere contra,tibi non astipulabor:cum opinio hæc careat lege.& sic contra.l.illam.C.de colla.& §.consideremus.In authen.de trien.& semisse.col.4.Et q-dem caret ratione naturali,& sic non habet locum.tex.in l.cum naturalis ratio.ff.de bon. damna. de præben. Ias.in d.l.illam. Reliquum est quod hic vidi in curia parlamen-ti Parisiensis,& sæpius; ꝙ si aliquis dominorum de parla-mento,aut alij cum eis,ratione eorum dignitatis,puta epi-scopi tunc sedentes: expediunt aliquem suarum causarũ, iubetur per dominos descendere de superioribus sedibus, & inferius stare quãdiu suę causæ tractantur. Pro quo ha-bes tex. in Aut. ut ab illustribus.§.sancimus.col.5.ibi. Aut sedere cum iudicibus,cum iudicant, aut stare rursus tam-quàm litigantes.& ibi Iaco.de Bello uisu, qui inter alia di-27 cit ꝙ † curiale est inuitare aliquem probum & nobilem hominem ad sedendum.l.fin.in fin.C.de aduoca.diuer.iu-dic.facit dictum Fely.de quota non memini ꝙ in reueren-tia exhibenda debet deferri maiori.per cap.siue.el 2.in j. respon.

respon.s.de offi.deleg.& per c.2.eo.tit.j.& c.volentes.& c. 28 antiquæ.s.de priuileg.Et ratio,quia maiores † perfectiores dicunt. Or perfectio maior quasi naturaliter ad se trahit minorem.Anto.de But.ubi.s.Nam honor etiam est quidam reuerentia in uirtutis testimonium alicui exhibita; vt testatur Philo.j.Ethicorum.Et ideo virtus sola est honoris debita causa:hinc dicitur ꝙ quis honoratur etiam propter alterius uirtutem,seu potius dignitatem,sicut Principes & prælati.iuxta illud Federici Imperatoris. Non tibi, sed Petro.Panor.in c.si Christus.nu.6.s.de iureiur.Præmissis adde Guil.de Monte lau.in c.si religiosus.j.de elect.ubi dicit ꝙ affectio ad sublimia est vitium instar Diaboli.de pœni.d.j. principium.Sed affectio inferiorum est uirtus instar Christi:uel dic ꝙ inest ex generositate naturali sublimitates & honores appetere.pro his uide Ioã.Mo.in c.Auaritiæ.j.de elect.Et hæc sufficiant pro dicti Io.Mo.comprobatione.

¶Titulo proximo.rota in nouis deci.371.& 417.ait.ꝙ d in † iurisdictionalibus vicarij & episcopi idem est consi- 29 storium,ita ꝙ de vno non appellatur ad alium. Sed nõ est idem in collationib. beneficiorum, quia in istis est necessaria specialis commissio:Et sic non est idem consistoriũ, quia si uicarius conferat indigno,nõ fiet deuolutio ad archiepiscopum.Immo episcopus digno conferre poterit. Aureolus in d.c.2.hic per Io.Mo.allega.in addi.ad Guil.de Monte lau. Vide tu domi.meum de Ripa in j.lib.respon. c.15.in fine ubi dicit ꝙ Papa in generali reseruatione non videtur reseruasse beneficia spectantia ad collationem vicarij sui,qui eius personam repræsentat.d.c.2.quia sic a seipso sibi reseruaret, quod est absonum: vt in d.c.2.ibi,nec ab eodem ad seipsum &c.uide etiam Do.cõsi.114.in fine.

e ¶Sup Specula.ista sunt verba Host.in extrauag.quæ exorditur,præsenti hoc titulo,quam non habemus,quia fuit textus noster ex ea extractus.& addit.c.ne pro defectu.s.de elect.pro hoc intento : & etiam addit ꝙ licet inueniantur idiotæ & pannosi in his ecclesijs, tamen sufficit ꝙ sint cathedrales,quia pro maiori parte sunt honorabiles,quo ad diuitias, & personas;& dicuntur quasi in dignitate constituti.do.meus.j.lib.respon.c.23.nu.7.

f ¶Mihi canonico.istud non fuit inconueniens. ꝙ Ioan. Mo.fuerit Cardin.& canonicus eodem contextu,per text. singularem secundum Pano.ibi. in c.ecclesia uestra.el 2.s. 30 de elec.vbi dicitur ꝙ presbyter † Cardinalis potest esse canonicus ecclesiæ cathedralis ; nec per adeptionem cardinalatus vacant priora beneficia.dico minora, etiam si requirant residentiam:non tamen poterit ea post cardinalatum acquirere.secus si non requirant residentiam. Et intellige de Card.presbytero,put Io.Mo.sub titu.sancti Pet. & Marcellini,aut diacono. Secus de cardinali episcopo, quia talis nec retinet,nec acquirit,sicut statuitur in simplici episcopo.c.cum in cunctis.§.uero.s.de elect.not.in c.cũ nostris.de conce.præben.s.Et hoc nisi Papa aliter disponeret,prout de his post Panor.ubi.s.latè disputat, Barba. in tract.de præstan.Cardi.in j.parte.q.12.nu.5.ubi uidetur iuribus comprobare.Quod etiam de iure Cardinalis poterit episcopatum in titulum retinere.Pro quo uide Io.And.in c.cum aliquibus.col.j.s.hoc titu.ubi dicit ꝙ vsque ad tempus Cle.5.nõ fiebat de episcopo Cardinalis presbyter, vel Diaconus.Et ꝙ tempore Bonifa.8.& suorum prædecessorum multi prætermissi sunt Cardinales,quia episcopi erãt: de quibus tamen bene prouisum fuisset ecclesiæ. Ideo dicit commendandam consuetudinem, qua hodie de episcopis fiunt Cardinales non episcopi:nec vacabunt tituli episcoporum:hinc Panor.in c.bone.el j.s.de postul.præla. ꝙ licet episcopatus & Cardinalatus sint incompatibiles: suis tamen temporibus seruatum est: ꝙ episcopus promotus in cardinalem non perdit ipso iure episcopatum, imo retinet illum titulum,ut prius,nisi Papa aliter disponat: vide Ioan.Cal.in titu.de transla.episcopi.consi.1.Et latius ꝑ Marti.Lauden. in tract. de Cardin. colum.9.ubi tenet ꝙ retinent propter excellentiam dignitatis cardinalatus.argum.12.q.2.vulterane.& c.statuimus.s.de maior.& obed. & l.nemo.C de offi mag.offi.

g ¶Mortuus decanatui : uide quæ dico in rubrica de renuncia. in fine.

h ¶Propter æquitatem.Similem æquitatem uidetur adducere Ioan.And.in c.Cupientes.col.5.in fin.post do.Ioã. Mo.& Archi.de elect.j.ubi dicit ꝙ amicus, qui proponit excusationem causę:volens ꝙ electus infra tempus ratum habeat de æquitate,sit admittendus : ex quo elicitur ꝙ ra- 31 tihabitio † etiam procedit in casu, in quo requiritur speciale mandatum:de quo per Alexã.in addi.ad Bar.in l.bonorum.C.rem ra.ha.& in consi.133.nu.8.Circa.uolum.6. & consi.78.colum.4.uiso.uolu.5.

i ¶Sed contra.vide Petrum de Anch.consi.169.uisis pũcto statuto,vbi quærit.An beneficium ciuilitatis collatum in absentem opituletur eidem.

K ¶Ad actum.Bald.in c.ad hoc de pace iur.fir.uersi.est autem iurisdictio.id firmat & allegat.l.j.C.qui pro sua iurisdictio.& no.in l.instar.de iure fisci.lib.10.C.

l ¶Ratio.Alia potest ratio reddi, quia sicut in rescriptis apostolicis maior diligentia adhibetur.s.eo.ad audientiã. Ita nec in iudicibus suis, qui nec aliter debent procedere quàm Papa delegãs processurus esset.s.eo. super literis; in fine:& de appella.nouit.Et ideo magis posset Papa confundi,tamquàm maior,si in processu iudicis sui aliquid iniustum,uel indecens posset notari. Ita citat in proposito Hostien.in d.extrauag.præsenti.col.2.

m ¶Non tenetur.Istud placet Bertrando Imberti, in Cle. j.in verbo,legatorum,isto titu.

n ¶Quam dignitati.vide quæ dico in ca.collatio. colum. prima.de offic.lega.infra.

o ¶Locum insignem.Barba.in c. nonnulli.s.hoc titu.di- 32 cit ꝙ locus † insignis est,vbi copia peritorum & multorũ prælatorũ adest. Et ita bonus vir debet arbitrari : quia debet considerare vtilitatem & facultatem partium.argm.ff. de solu.cum Stichus.& l.j.ff.si quis cautio. Et non solum partium:sed etiam testium.l.si quis ex assignatorib.ff.quẽadmo.testa.aperi.& l.3.§.fina.ff.de testib. attende ad Cardina.& Ioan. Imo. in Cle.j. de foro competen. nume.25. vbi dicit ꝙ opus est, vt dicatur insignis, ꝙ ibi inueniantur necessaria pro sede & æquitatu,licet nõ sint ibi periti.Spec. in titu.de citatio.§.2.vers.secundum quem locum : dum tamen sint in loco vicino.Lapus allega.123.ciuitas Iessulana,lege Bonifa.in Cle.grauis.in fin.de sentent.excõmuni.Vbi dicit ꝙ locus etiam dicitur insignis propter numerositatem populi.c.quamuis.de foro compe.Alibi dicitur insignis propter magnitudinem gestorum.Nam Barrabas dictus est latro insignis. Ita in bonum.locus dicitur insignis propter eminentiam operum ,quæ egit,quibus fama coruscat.facit.l.j.ff.de constitu.princip. ¶Bar. in l.bonorum.ff.de bo.pos.dicit ꝙ locus insignis dicitur ubicunque est communientia,vel castrum, quod habet forũ iudiciorium,& merum,& mixtum imperiũ.l.si duas.§.decet autem.ff.de excu.tuto.uide eundem in l.Idem erit.ff.pro socio,& in l.ab hostibus.ff.solu.matri.Bal.in l.iuris.C.qui admitti.Inno.in c præsenti,in uerbo,ciuitatibus, col.2.s.isto titu.ubi refert id,quod hic Ioan.Mo.Quod recurratur ad communem opinionem prouincię.d.l.Labeo.Et arbitrio boni uiri i.iudicis illius terræ ad quem fit citatio relinquetur.ff.de uerbo oblig.continuus.& non arbitrio iudicis citantis,qui in hoc potius pars censetur quàm iudex. Quia non præsumitur ꝙ contra factum suum sententiaret.C. de arbi.l.ne in arbitrijs.Cum Inno.concordat hic Guil. de Monte lau.col.3.& dic in proposito ꝙ sententia, qua pronunciatur locum esse insignem, est interlocutoria. Ange. in l.arbitrio.in prin.ff.qui satisda.cog.

p ¶Potẽtioribus.de quibus ecclesia seu monasterium dicitur.Pet.de Anch.consi.165.in principio:quęstio talis est.

q ¶Iuramentum.vltra Doct.hic Archi. in c.statuta. in §. cæterum.in fine.j.de hæreti.dicit ꝙ tribus de causis relinquitur iudicio alicuius,quas ibi uide.præterea do.meus in tract.de peste car. mihi.97.uersic.11.quæro , ponit casum, in quo debeat stari iuramento.Car.consi.37.num.3.consi- 33 lium redditum per me:ubi dicit ꝙ cum † de animo alicuius quæritur,iuramentum eius est sufficiens probatio.cap. præsentium & ibi glos.s.de testi. Domi.consi.110.col.fin. Et ratio,quia non præsumitur ꝙ quis sit suæ salutis immemor.j.q.7.sancimus.uide.c.ut circa.in fin.j.de elect.& latè Maria.Soci.consi.28.in fine circa primum.

r ¶Quod est uerum.Adde Car.consi.71.nu.3.omnis.quẽ videas consi.51. num.4. Titius.

s ¶Alias secus:adde alium casum, & dummodo non sit clausula decreti,quia tũc nihil operatur consensus partiũ. prout latè deduco.j.in sequenti.c.in uersic.in themate tamen:nec intelligas ꝙ in decisis per hoc.c.exceptis duobus casibus,aliquid operetur consensus partium,quia nil operatur,

tatur, cum principaliter illius decisio tendat in fauorē publicum, vt patet per hæc uerba, pro vtilitate; in princ. Hinc Cardi. consi. 71. in primo dubio. col. 3. Quod exordis. Omnis meæ charitatis, ꝙ si comparens consentiat tacitè uel expressè trahi vltra vnam dietam. per hoc non ualidatur rescriptum, quia cum sit ipso iure nullum: vt patet in text. nostro, consensus partium nihil operatur. quod prosequitur & tenet Fely. in c. nonnulli. col. 2. isto ti. vbi uide remissiuè quid principaliter operatur clausula decreti; vt dicit idem Car. ubi. s. nu. 4. & etiam fauor publicus. de quo copiosè per eundem Fely. ubi s. col. 21. sub nu. 16. uersi. & fauore publicæ vtilitatis. Et sic nisi foret ille fauor publicus, & clausula decreti in fine. c. apposita, posses dicere ꝙ si in aliqua prouincia esset consuetudo ante istam constitutionem, ꝙ non constitutis in dignitate delegarentur causæ a sede apostolica, ꝙ tunc posset. quia vsus vel consuetudo non viderentur sublata per hoc statutum, cum illa sint facti. c. j. s. de constitu. hoc lib. ita dicit hic Guil. de Mōte lauduno. col. 2. in prin. ad quod attende ad multa, vbi nō erit apposita clausula decreti.

t ¶Vel monacho. cui alias non committitur, etiam si sit cathedralis ecclesiæ, secundum Archi. hic & Io. Cal. prout refert Aret. in c. causamq; col. j. nu. 13. s. de iudi. ubi dicit ꝙ intentio. c. nostri, non est dispensare contra aliquam inhabilitatem, sed solum requirere certam qualitatem in personis, quibus fit delegatio. idem Aretin. firmat consi. 58. in prin. diligenter consideratis: quod patet duplici ratione. j. quia dispensatio † in dubio non præsumit, ubi uerba possunt referri ad aliud. vt in cap. dudum. s. de deci. & in c. cum dilectus. s. de consuetu. [34]

[35] ¶Secundò, quia † inducta ad diminutionem nō debet operari augmētum. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. Sed tex. noster restringit potestatem delegandi, & propter hoc inducitur. Ergo non debet operari dispensationem, quod prosequere, ut ibi per eum, qui dicit ꝙ ista est cōmunis, quæ sibi placet. Tamē Guil. de monte Lau. hic, col. j. videtur tenere ꝙ canonicis regularibus Tholosanis possit committi, etiam non data certa scientia: non recipias tamen opinionem Guil. propter prædicta, & stilum cancellariæ, quem commemorat Prouinc. car. mihi. 21. colum. j. vide & amplè Barba in Clem. Et si principalis. isto titu. carta. 40. colum. j.

[36] ¶Suadet enim; ꝗa monachus. † est stricti iuris, & eius animus. testatur Ludo Bologni. consi. 37. col. 6. allegat Bal. in l. fin. C. de legi. Quia hominem posuit supra se. glo. in regu. cancella. 37. col. j. mortuus quippe quo ad mundum: nisi quantum ad impregnandas mulieres & quandoque commatres Io. de Anania in c. sicut. nu. 45. de homi.

¶Præmissa poteris comprobare, per ea, quæ deducūtur in ipso Prouinc. Carta mihi. 25. colum j. ubi citatur. Quod monachis uel aliis religiosis aut mendicantibus non dantur literæ nomine proprio, sed superioris & conuentus; nisi talis religiosus habeat aliquod officium, obedientiariam, vel administrationem, aut beneficium sui ordinis, vel ex dispensatione apostolica, vel impetret super absolutione ab excommunicatione, vel infamatione, aut alimentis: alias non dantur, etiam si sit in studio. ita dicit Collecta in c. cum dilecta. nu. 6. s. eod. titu. Dicit tamen rota in antiq. deci. 219. Quod vbi causa cōmittitur monacho habenti administrationem uel officiū in ecclesia cathedrali, ualet commissio, maximè in literis gratiæ: posito ꝙ de monachatu non fiat mentio: quia ex quo literæ transeunt per cancellariam, uidetur ex hoc approbari commissio. Et sic dicit debere intelligi. not. in tex. nostro. in uerbo, canonicus. iuncta l. quidam consulebat. ff. de re iudic. & l. idem Vlpianus. ff. de excu. tutor. & istud tenet communiter rota, quam uideas in antiq. deci. 284. ubi etiā firmat ꝙ monachus potest esse officialis episcopi. Vide Fely. in c. postulasti. s. isto titu. Vbi de utroque membro discutit. Et pro dicto Ioan. Mo. attende ad not. per Bertran. Imber. in Clem. fin. de senten. excommunica.

v ¶Amor Hinc Ioan. And. in c. quorumdam. de elec. hoc lib. Non solum prætoris manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere ait.

x ¶Nec lucrum. Adde Iacob. de Bello uisu in practica: in vers. Salua iudiciali taxatione. nu. 20. & certa mihi. 29.

[37] y ¶In iudicijs. In † quibus nil aliud est quærendum quàm iustitia. l. eos. §. j. C. de appella. & C. de iudic. c. placuit. cum ibi no. & s. de accu. qualiter & quando. vide quæ dico: in cap. non putamus, de consuetu. j. in prin.

¶Item propter calorem iudicij omnis dispositio fortificatur. tex. habes singu. in l. rata. de omni agro deser. lib. 11. C. per quem Ioan. de Pla. ibi dicit ꝙ confessio libellātis facta in libello vel petitione in iudicio porrecta præiudicat libellanti etiam parte absente, tam in agēdo quàm in excipiendo. Secus in extraiudiciali, quæ nō præiudicat, si fiat parte absente. l. certum. §. si quis absentem ff. de confessis. Pro hoc uide Corsetum in suis singu. in uerbo. Confessio extraiudicialis, ꝙ autem propter calorē iudicij omnis dispositio fortificetur vltra suam naturam habeo. Quia cōfessio in iudicio facta ualet etiam sine causa, quæ extra iudicium non valeret. glo. pen. in l. j. ff. de interrog. actio. Hypoli. in rub. de probatio. C. fol. 12. col. 4. facit glo. in l. sicut. C. de repud. hæredi & l. cum ostendimus. §. fi. ff. de fideiusso. uide quæ dico in c. quàm sit. in fin. in uerbo, auctoritas iudicis de electione, & de confessione extraiudiciali facta parte præsente, dic facere plenam fidem, uel saltem releuat ab onere probandi. l. publia. in fine. ff. depo. & l. cum de indebito. §. fin. ff. de probatio. not. in l. generale, in fin. & ibi Doct. ff. de non numera. pecu. tradit Socyn. consi. 228. colum. prima. in causa Gabrielis.

[38] z ¶Expensæ. Appellatione † omnium & singularum expensarum ueniunt solum expensæ legitimæ, iustæ & moderatæ: ut sonat hic tex. cui adde quod not. Alex. in consi. 77. nu. 8. capio primum. uolu. 4. ubi dicit ꝙ promittens reficere omnes & singulas expensas fiendas per talem. intelligitur solum promisisse expensas iustas & moderatas. Et tales expensas dicito deduci in decimis papalibus: quia dātur defensoribus bonorum ecclesiasticorum, vt potè aduocatis, procuratoribus, solicitatoribus, & aliis, quos uides necessarios ad prosecutionem processuum. Pro quo videtur text. in cap. vobis. 12, quæst. 2. not. latè Dom. in consilio 85. Super primo dubio.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. XII.

¶Tibi qui gratiam in Bituricen. ecclesia &c.

SVMMARIVM.

1 *Prior tempore: potior est iure, nisi gratiæ sint similes.*
2 *Decretum ligat ignorantes.*
3 *Dolo vel culpa quis admittit ius suum.*
Beneficia iusto habent possideri titulo & vigilantiam officij exposcūt.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Decretum Papæ ligat ignorantes non autem decretum legati sedis apostolicæ, nisi expressa facultate id detur.*
2 *Nullus a Papa est supra ius canonicum.*
Legatus non laxat interdictum iuris.
3 *Virtus decreti apostolici ligat manus cuiuscunque: sicut decretum canonis.*
4 *Decretum Principis habet vim legis: prout dicitur de contractu Principis.*
5 *Decretum Papæ ligat manus eius executoris: & ipsum Papam, nisi aliud exprimatur.*
6 *Priuilegium non sortitur vires, donec ad notitiam priuilegiati peruenerit.*
7 *Decretum Papæ intelligas facere actum ipso iure nullum, si pars rescripto vti voluerit.*
8 *Declaratio voluntatis quòd non vult vti decreto, debet præcedere actum in contrarium factum; quia si subsequatur, nihil facit, quin actus ipso iure dicatur nullus.*
Abilitas requiritur tempore actus.
9 *Contra supremam Papæ potestatem non valet præscriptio, prout nec consuetudo contra reseruata Principi.*
10 *Quando ius resistit contractui, non potest firmari ille partium voluntate.*
11 *Legi prohibitoriæ renunciari non potest.*
12 *Quæcunque sunt inducta ad solemnitatem, non relaxantur partium consensu.*
13 *An partes suo consensu faciant ꝙ stetur in iudicio simplici signaturæ.*

14 *Glo.*

14 *Glo. & Bar. sunt duæ tutissimæ naues: cum quibus vastum iuris pelagus nauigamus: & in portum veritatis reducimur.*
Pudor est allegare glo. quando habemus textum.
15 *Frustra expectatur euentus eius: cuius nullus est effectus.*
Quando lex deficit: interpretatio doctorum pro lege habetur.
16 *Sufficere quando dicatur.*
17 *Appositio diei duo operatur.*
18 *Decretum irritans inficit titulum & possessionem.*
19 *Absurdum vitari debet.*
20 *Decretum ex falsa causa latum non afficit beneficium.*
21 *Quod est nullum perdit nomen suum, nec potest parere effectum.*

TIBI. Hoc capitulum ponit tres casus: in quibus primus impetrans est potior secundo: in §. (in prædictis) dictos tres casus moderatur (non debet.) Nota prior † tempore potior est iure, nisi gratiæ sint similes: licet plus sit processum per secundū quàm per primum (non debet) contra s. eo. c. capitulum sanctæ Crucis. ¶Sol. Ibi impetrans executorias primo habuit literas surreptitias: & impetrans secundo executorias habuerat primitus literas monitorias, & præceptorias, de quibus primò impetrans executorias non fecerat mentionē: sed hic nulla erat subreptitia: uel fortè capitulum illud per decre. istam recipit immutationem: quia in istis casibus non attenditur præsentatio, licet olim uidebatur attendi regulariter. j. eo. c. duobus. 2. respon.

¶Item contra. ff. de procura. pluribus. Sol. hic Papa voluit ex forma vtriusque literæ obtinere, ordine tamen suo.

¶Et ideo primus impetrans est potior receptis ante suā collationem sic factam: licet secundo sit primo ius acquisitum ad præbendam propter intentionem mandantis: quā non inuenitur factum expletum in persona secundò impetrantis. ¶Item hic erat vtraque forma simul: secus si dissimiles literæ essent in forma: vt quia vnus obtinuit canonicatum a Papa: alter non, vt hic & j. c. duobus, respon.

¶Item vbi duo facti sunt per Papam canonici, primò canonicus est potior. j. hoc libro de præben. eum cui.

¶(Collationi.) j. hoc libro de conce. præben. Quia cunctis §. ex parte (acceptari.) Nota decretum † ligare ignorantes, [a] vt hic innuitur, cum dicitur & præsentationem.

¶Sed argu. contra ff. de decre. ab ord. faci. l. vlti. s. hoc libro. de constit. c. 2. Solu. Hic Papa fecerat primo gratiā, & tandem decreuerat: & sic decretum erat hic firmatorium: vnde Papa faciebat duo, & gratiam, & confirmationē gratiæ: vnde hoc fortius quàm si alterutrum dūtaxat fecisset. argu. j. de præben. dilectus. 2. ¶Quinimo hic. §. insinuat suam voluntatem: quę seruanda est in re, in qua est moderator & arbiter, vt in c. qa cunctis j. hoc lib. de conce. pręben. & C. mandati. l. in re mandata. ¶(Imputari. [b]) Nota. † dolo vel culpa quis amittit [c] ius suum, nec mirum in beneficijs, quæ iusto titulo habent possideri, & vigilantiā [d] officij exposcunt. j. hoc lib. de regu. iur. cap. j. de appellat. pastoralis: & j. eo. c. si.

ADDITIONES PROBI.

[a] LIGARE ignorantes. ista est cōmunis † opinio, pro qua est glo. in c. si eo tēpore. in verbo, ignoranter j. de elect. & Doct. hic. Ioan. Imo. in c. cognoscentes. nu. 6. s. de constitu. Archi. in c. si apostolicæ. de præben. j. ubi dicit post Compo. non esse idem in decreto legati sedis apostolicæ: quod non afficit ignorantes: id intellige, nisi ex expresso mandato Papæ hoc procedat, vt vidi in legato Auinionen. qui hoc habet ex expressa facultate. Illū tamē tunc dicitur facere auctoritate apostolica: notatur in c. cū aliquibus. s. eo titu. hoc lib. glo. in c. si soli. j. de conce. præben. glo. Romanus pontifex, in titu. de colla. in pragma. dixi. s. in c. j. isto titu. in versi & quod non procedat.

¶Et ita intelligas dictum Ant. de But. in c. volentes s. de offi. lega. vbi dicit ꝙ legatos de latere gerit vices Papæ. Et omnis reuerentia ei illata uidetur Papæ illata seu tributa. Alias nullus a Papa hoc potest, cum sit contra ius, ꝙ ignorans decreto ligetur. l. vlti. ff. decre. ab ordin. fa. ff. locati. l. si ignorantes. notatur. 82. di. proposuisti. ibi, his ignorantib.

2 ¶Or † nullus ab ipso Papa est supra ius canonicum. not. Io. Mo. s. c. proximo. Cum solus sit solutus legib. Princeps. ff. de legi. l. Princeps. vbi ampla glos. & doctores.

¶Comprobo præmissa per ea, quæ not. in c. cum dilectus. s. de filijs presbytero. & c. Nimis, eo. vbi nulli etiā cardinali legato licitum est facere contra ius. Compo. in cap. capitulum. s. isto titu. firmat Alexand. consi. 90. in princip. omissis & resecatis. volum. 7.

¶Hinc Ioan. de Imo. in Cle. j. col. j. de senten. excommu. ait ꝙ legatus non potest laxare interdictum iuris, cum sit interdictum sedis apostolicæ. Ideo resolue ꝙ decretum ipsius legati ligat solum post ipsius notificationem. not. latè Domi. in d. c. si apostolicæ. de conce. præben. vbi tenet post Inno. Hosti & Ioan. de Lignia. contra Archi. vide Lappū alleg. 14. Socinum consi. 112. quod sumit initium, ꝙ collatio ordinarij, & ibi uidebis an decretū legati afficiat episcopum aut alium ordinarium ignorantem. & latè etiam per Alex. ubi. s. Idem Archi. cum communi scola in d. c. si eo tempore. ubi assignat rationem. Quia cum ipse Papa (vt s. dixi) sit supra ius, & præter ius. s. de conce. præbend. proposuit. i. omnia potest ad se trahere, iuxta uelle. 9. q. vlti c. patet, & c. ipsi sunt. c. cuncta. & c. nunc vero.

¶Hanc communem firmat Domi. in c. quodam. num. 3. j. de præben. vnum addendo ꝙ etiam ligat manus alterius executoris a Papa concessi. Idem Domi. in d. c. si apostolicæ. & Franc. in d. c. quodam. no. j. c. j. §. ex parte in fin. de con. præben. ¶Et sic dicemus post Petrum de Ancha. in
3 Cle. j. col. 9. nu. 22. de conce. pręben. ꝙ uirtus † decreti apostolici ligat manus cuiuscunque sicut decretum canonis. not. in c. 2. de præben. j. adde Oldra. consi. 39. quod sumit exordium, super executione facienda.

¶Et amplia ut procedat etiam si in decreto non dicatur ꝙ liget ignorantes. Ita Ioā. de Imo. in Cle. Cum ratio. nu. 53. de elect. gl. & ibi Doc. in d. c. si eo tēpore. de elec.

¶Adde Ant. de Butr. consi. 44. casus quidem, presbyter
4 Cardina. consi. 125. vbi dicit ꝙ decretum † Principis habet vim legis. Col. in c. dilecto. s. de præben. Sicut diximus de contractu Principis, qui uim habet legis. l. pen. ubi gloss. & Doct. C. de donat. inter virum & vxorem. Et quo ad decretum legati uide Lapum alleg. 14.

5 ¶Et nedum afficit ignorantes: sed etiam † ligat manus executoris Papę Et qđ est maius etiam manus ipsius Papę, nisi aliud exprimatur, vt in d. c. quodam secundum Franc. & Pet. de Anch. ibi. in 3. not. regularum cancel. gl. 27. & ratio ꝙ liget manus Papæ potest esse: quia priuilegium in priuilegiantis fauore ligat eum, in cuius pręiudicium cōceditur, quamuis etiam ignoret. dicit tex. in d. j. uersi. Nam si alicui: & uers. similiter. j. de conce. pręben. Quod intelligas secundum Roma. consi. 330. circa primum. num. 18. dicentem ꝙ ille text. procedit in priuilegijs papalibus, & non in redactis in forma constitutionis. Priuilegia vero quæ dat constitutio vniuersalis, cum imitari debeant naturam constitutionis, non ante ligabunt, quàm ipsa constitutio. Et sic non ante notitiam habitam. glos. magistralis & singularis secundum Cardin. ibi in procem. Cle. in verbo, de cætero. quā etiam reputat singularem Barba. in repetitio. rubri. de rebus eccle. non aliæ in 2. parte. colum. 13. Quod quemadmodum ius commune non ligat nisi a tēpore duorum mensium post publicationem. notatur per Doct. in data huius libri; ita & priuilegium in corpore iuris clausum. dix. s. in rub huius tit. contra tamen habes tex. solidum in l. diuæ memoriæ, in fine, de decur. lib. 10. C. vbi Barto. dicit quòd regulariter constitutio noua non sumit effectum, nisi post duos menses. ut in Authen. ut factę nouæ constitu. tamen si lex est lata in priuilegium alicuius, statim incipit habere effectum.

Intelligit & secundo idem Roma. ꝙ quamuis non requiratur notitia eius priuilegij in persona eius, in cuius dānum conceditur tamen requiritur certitudo in persona eius, cui conceditur: & tunc, & non ante, habere vires incipit: licet enim priuilegiū seu beneficiū absenti & ignoranti conferri possit ff. de iureiur. l. Labeo. & de lega. 2. l. cū par. §. surdo. & c. si tibi absenti. j. de præben. cum similibus.
6 non tamen † sortitur uires antequàm ad notitiam priuilegiati deuenerit. Iste est casus notabilis in d. c. j. uersi. de priuilegijs. & in l. qui absenti. ff. de acquir. pos. vbi formaliter dicitur ꝙ qui absenti & ignoranti beneficium concedit, non eam mentem habet, vt statim uelit beneficium possideri, sed magis destinationem suam in id tempus conferre: quo beneficiatus de beneficio suo certior factus fuerit.

Pro pręmissis adde glo. in c. apostolicæ de cler. excommunica.

munica, ministran. Istud etiam firmant legistæ in l. beneficium. ff. de constitu. Principum. Ioan. Mo. in c. statutum. s. hoc titu. ¶ Limita tamen id quod dicimus ꝙ decretum 7 † ligat ignorantes, & contra factum est ipso iure nullum: non procedere si impetrans nolit vti. & huic renunciat, & illius efficaciæ. quia tunc ualebit collatio & actus. Quia licet in quocunque rescripto beneficiali sit apposita clausula decreti irritantis: semper tamen intelligitur conditio: si impetrans vti velit illa gratia: quod uerificatur text. & auctoritate: textu quidam. l. proinde. §. fin. ff. si certum peta. vbi dicitur ꝙ licet mortuo testatore dominium rei legatæ recta uia transeat ad legatarium: tamen si legatarius repudiet: fingitur nō transisse. Sic huiusmodi decreto repudiato aut declaratione facta per impetrantē, ꝙ non velit vti dicto decreto, fingitur impetrans, ac si non obtinuisset ipsum. facit quia huic quod est in fauorem alicuius introductum, potest renunciari. c. ad apostolicam. de regula. l. si qs in conscribendo. C. de pac. cum similibus. Ioā. Mo. in proprijs terminis in c. statutum. j. de præben. latius per Oldra. consi. 305. quod exorditur licet allegationes: tāgo in c. Eū cui. j. de præben. circa finem. licet in d. c. statutum aliquid citauerim remissiuè, tamen Card. consi. 104. col. j. adducit quod not. Inno. in c. cæterum. s. eo. ubi tenet opus esse opponere de secundis literis contra primas ad impediēdum processum primorum iudicum, & appellari si non admit-8 tunt. ¶ Istud intelligas uerum si impetrans, † priusquàm fiat collatio per ordinarium, renunciauerit decreto: secus si post. per ea quæ no. per Ioan. And. in d. c. statutum. j. de p̄ben. ubi dicit ꝙ si impetrans cum decreto renūciat rescripto post collationem factam alteri per ordinariū, eius renunciatio non ualidat eandem collationē, quę nulla erat. hinc ibi Domi. Quòd factum contra decretum tunc ualet, quando habens illud non vult eo vti: & volūtas præcedit factum. Si uerò volūtas sequatur: & factum est tale, in quo attenditur initium, vt electio beneficij, collatio, sententia, & similia, tunc non valent. c. si postquàm. §. j. de elect. hoc lib. & c. auditis. cum ibi no. de elect. s. c. vt super. ibi, nisi appellationi renunciatum fuerit. j. de appella. regula non firmatur. j. de regu. iur. Io. Mo. & alij in c. j. s. isto titu.

¶ Facit præterea. Quia actus gestus tempore incongruo tali incongruitate, quæ resistit substantiæ, actus est ipso iure nullus, etiamsi superueniat temporis abilitas. l. j. §. fin. ff. de itinere actuque priuato. Et collatio est actus legitimus, qui non potest esse in pendenti. Nec vagari sub incerto. tex. iūcta glo. in c. 2. s. de elect. Et si non habens iurisdictionē iudicet. & postea superueniat iurisdictio, non validatur iudicium. ut in l. j. & ibi glo. C. qui pro sua iurisdictio. Et si quis dedit libertatem seruo alieno: licet postea succedat domino, serui nō confirmatur libertas. l. si seruo. ff. qui & a quo. per quem tex. Io. Mo. Archi. & Ioan. And. in d. c. statutum. j. de præben. dicunt ꝙ si episcopus conferat beneficiū vacans in curia Romana infra mensem datum Papæ per d. c. statutum: licet infra mensem Papa non prouideat, nō valet collatio episcopi. vide Do. de rota. dec. 422. in antiquis. Et latius per Car. consi. 105. consilium redditum Ferrariæ.

¶ Et attende ꝙ in huiusmodi collatione ordinarij contra decretum facta duo habes scrutari: videlicet mandantis contemptum, & præiudicium in iure quæsito ad rem. Or in casu deducto ista duo cessant: quia renunciatio mādati præcedit collationem, & sic non fuit in contemptum mandantis, minusq; in præiudicium, cui gratia est facta.

¶ Sed quid si vnum illorum adest, vt potè quia ordinarius contulit, antequàm mādatarius declarasset se nolle vti gratia & effectu decreti: & sic adest contemptus, licet secundum per consensum superuenientē cesset, an valeat collatio? dic ꝙ non: quia initium spectatur, vt dictum est. de quo initio & quando spectetur dixi. s. in c. cum aliquibus. & c. si eo tempore. isto titu. Item hic operatur natura copulæ, quæ requirit vtrumque interuenire, vt comprobo in Rub. de iure patro. j. ¶ Nec refragatur d. l. proinde: quia in casu illius non attenditur contemptus: sed solum interesse & commodum legatarij: & illa præsumitur fuisse intentio testatoris. l. a Titio. ff. de fur. Nec etiam loquitur in casu, in quo initium attenditur, vt in collatione.

¶ Et quo ad secundum casum videlicet præiudicium in iure quęsito ad rem: poterit etiā a sano capite hæsitari: secus de primo: quod probatur. Nam si impetrās hoc decreto munitus, & in cuius fauorem illud est inductum: ipso repulso sublatum est impedimētum quo ad ordinarium. Ergo valet eius collatio iure ordinario alteri facta. Comprobo per ea, quæ uoluit Panor. in c. cum ex officij. s. de p̄scrip. nu. 35. ubi dicit. Episcopus contulit beneficium ante lapsum mensem. de quo in Clem. j. de conce. præben. demum habens gratiam iuxta formam illius Cle. non acceptauit infra mensem, nunquid dicta collatio conualescat? dicit ꝙ sic, licet eo mense durante habuerit manus ligatas: quia episcopus iurisdictionem habet habitu & potestate, licet exercitium sit sibi eo durante mense interdictum. Et eo lapso sibi non superuenit aliquod ius de præsenti: sed solum fuit remotum obstaculum. Pro quo adducit dictum Barto. in l. cū vir prædium. ff. de vsucapio. ubi mouet quæstionem. Statuto cauetur (dico fauore creditorū) ꝙ debitor bannitus vel condemnatus pro debito, nullum cōtractum possit facere donec soluat. Contingit ꝙ prius cōtraxit, & postea soluit. An contractus firmetur. Et tenet ꝙ sic: quia hic non superuenit ius, sed obstaculum remouetur. allegat. l. pignori. ff. qui & a quib. & C. ne tutor vel curator. l nec puto. ¶ Hinc dicit in proposito do. Guymier in titu. de colla. §. ꝙ si quis. in verbo, irritum. in versi. posset dici in pragma. Quòd si episcopus contulit scienter beneficium: quod erat affectum qualificato, & qualificatus re integra, antequàm cum effectu acceptauerit, declarat præsente vel sciente episcopo, ꝙ non vult sua qualificatione vti: ꝙ collatio per episcopum facta conualescat, quia per qualificationem gradus aut nominationis non erat quæsitum aliquod ius qualificato etiam ad rem, sed præparamentum ad illud.

2 *Quando concurrunt duo insimul eadem paritate, de rigore iuris ueutrum debet admitti.*
3 *Infirmus fortior resurgit.*
4 *Vbi non sunt pares, locus non est gratificationi.*
5 *Ille vulnerat conscientiam, qui potest eligere ydoneiorem & eligit ydoneum.*
6 *Forma clausulæ gratificationis hic describitur.*
7 *Mulus est longioris vitæ quàm asinus.*
8 *Senectus dicitur morbus.*
9 *Omnibus infideles sunt fœminæ, senibus quidem infidelissimæ.*
10 *Omnia suis temporibus debent conuenire.*
11 *Mos nobilium est odire rusticos.*
12 *Reiteratio nuptiarum est contra honestatem.*
13 *Dos multiplex in vxoribus reperitur.*

a DVOBVS. [a] Hoc cap. docet quis sit potior duobus eadem die impetrantibus (sit receptus.)

1 ¶Et sic not. quòd canonicus † præfertur canonicando, licet postmodum fiat canonicus, & primitus sit receptus. Et est ratio: quia pinguius ius habet primò canonicus, vt notatur. supra. cap. proximo.

¶Si verò (erit potior.) Not. omnibus paribus, prior tēpore in præsentando: & sic præoccupando, potior est iure. C. qui potio. in pigno. hab. l. 2. & 4. & ff. de procura. l. pluribus: & C. de iure delib. l. sancimus. §. sed & si pręfatam.

2 ¶ Quod si forsan (teneantur.) ¶ Nota locum † esse gratificationi: & nedum ab omnibus, sed a maiori parte argu. ff. ad Silania. l. 3. §. si cū omnes, & ff. de relig. & sumpt. funerum. l fin.

b ¶Sed pone: nolunt gratificare. Dic tunc se impedient per concursum. ff. de vsufruct. l. quotiens. 2. respon. Vel dic canonicos [b] compellendos ad gratificandum, iudice imminente. ff. de lega. j. huius. §. fin. infra. de iure patro. c. nullus (impetratis.)

3 c ¶Not. paritas reducta † ad imparitatem per aliquid additum [c] ad alterum extremum tollit paritatem, & alium excludit (expresſè) quod erit probandum: alias tenebo regulam hic positam, & qui habet † exceptionem: illam

4 probet: cum regula sit contra eum: vt hic, & ff. de probatio. l. in exceptionibus, & ff. de excep. l. j.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a DVOBVS. Hoc c. ponit nouam materiã, siue nouum casum, & alias non decisum, etiam nouam formam: quomodo sit procedendum in eo. Et ideo habes verificatũ
1 illud: ꝙ quando super † noua materia ius reperit nouam formam, non est ab ea recedendum: quinimo eius omissio vitiat dispositionem. gl. singul. in Cle. j. de iure patro. prout dicit Petr. de Anch. cõsi. 55. vltra prædicta. Et ratio ꝙ inducat nouam formam &
2 sit ius nouum: quia quando duo † concurrunt insimul eadem paritate, de rigore iuris neutrũ debet admitti. l. si fuerit. ff. de rebus dubijs; cum multis similibus, ibi per gloss. & Doct. adductis. Quia in casu. c. nostri vult alterum admitti certa forma, & modis consideratis. ¶ Et pro intellectu. c. huius habes attendere ꝙ intelligitur de beneficijs vacaturis, non quando fit collatio de vacantib. vt hic habes apertè per literam Panor. in c. 2. s̃. de offi. deleg. & Fel. in c capitulum. s̃. eo. isto titu.

¶Paritas enim ad imparitatem reduci potest, tã ex parte conferentis, quàm cui confertur, vt potè. P. Impetrauit motu proprio: & F. ad instan. a Papa. Et P. est nobilis doctor, aut alias qualificatus. F. verò est simplex clericus: q licet sint impetrantes a Papa & eiusdem datæ, tamen additum est paritati P. primo. clausula, motus proprij: quæ facit cessare dispositionem huius. c. argum. c. si pluribus. j̃. de præben. Regulam cancel. habes sub nu. 15. vbi glos. ampla. Doct. in d. c. si pluribus, & in c. si motu proprio. eodem.

¶Secundò, qualitas nobilitatis vel gradus, quæ prælationem inducit: vt in d. regula. 15. & in pragma. in titu. de colla. & in concor. de elect. in hoc tamen vltimo non videtur consentire Ioan. And. & Domi. hic: quibus non adhereo, maximè propter iura Gallicana: quæ libẽter admittunt has qualitates & meritò. Et per hæc resultant duo casus a regula tex. nostri excepti.

¶Tertius potest adduci, quando alter impetrãtiũ eiusdem datæ habet clausulam, anteferri, secũdum Dom. hic: pro quo de Selua in tract. benefi. in 3. pate. q. 35. col. fi. quã vocamus etiam clausulam gratificationis: quæ debet eodem medio expediri cum principali prouisione: alias non valeret: quia facta, postquàm ius esset quæsitum alteri in re: secus ad rem. Cal. in titu. de ref. consi. 8. in fine. ¶ Hac de causa semper consueui apponere in memorialib. meis ad curiam destinandis. Et cũ clausula gratificationis, quatenus opus fuerit, ad longum & latè in literis extendenda: quã credo fore efficaciorem quauis alia qualitate gradus, nobilitatis, aut possessione: cum euidenter constet de intentione prouidentis, a qua procedit omnis virtus illius. ꝑ ea quæ. s̃. dixi in c. vt animarum, loquendo de intentione excommunicantis, de constitu.

¶Quartus casus est: quando vnus habet clausulam, non obstãte, ꝙ pro alio scripserimus, vel aliam similem: vt hic latè per Domi. col. 2. versi. sed pone, quod reassumit idem de Selua, vbi. s̃. quos videas. vbi dicunt ꝙ hæ clausulæ fingunt aliquem fore priorem in data, vt aliquid operentur tamquàm superadditum ad extremum.

b ¶Canonicos compellandos. inquantum hic loquitur de iudice. i. de superiore, qui eos compellat ad concordiã, vel ipsemet exequetur hoc: scilicet alterum eligendo, secundum Guil. de Mõtelau. post Ioan. And. hic per c. cum simus. 9. q. 3. & c. nullus. s̃. de iure patro.

¶Dic ꝙ quando est paritas, locus est gratificationi secundum Doct. hic. & Car. in Clem. si plures. de iure pa. Panor. in c. cum autem num. 3. s̃. de iurepatro. Doct. in c. per venerabilem. de elect. & eo. titu. in c. quia propter. l. si. ff. de religio. & sump. fune. vbi glos. iuribus fulcita. c. cum aduocatus. supra. de iure patr.

¶Sed cõtentio oritur inter doctores quem debeat gratificari superior. An magis merentem, qui semper fuit bonus, an qui olim fuit malus, nunc verò est bonus. Archi. in c. nos consuetudinem. 12. di. dicit ꝙ gratificari debet is, qui semper bonus fuit. per c. statuimus. & per c. nec meritis. 61. dist. & c. quid proderit. ¶Glo. tamen in c. fidelior. l. di. dicit contrarium. per illum tex. videlicet ꝙ potius eligendus est qui peccauit & pœnituit: quàm qui semꝑ fuit bonus: quia magis scit compati. c. considerandum. ea. l. di. vbi fidelior factus est Petrus. postq̃ fidẽ se ꝑdidisse defleuit, atq; ideo maiorem gratiam reperijt quàm admisit. facit. c. po-
3 test. de pœ. di. j. ꝙ † infirmus fortior resurgit.

¶Ex quibus resultat contrarietas. Tu tamen post Do. & Prępo. in d. c. fortior. dic ꝙ vbi simul concurrent. ille q deliquit, & ille qui non deliquit, tunc potius debet præferri ille qui non deliquit, quàm ille, qui deliqnit.

¶Si autem simul non concurrant, tunc ille qui deliqt, non est repellendus, si pœnituit, ex eo ꝙ peccator fuit: sed potius debet promoueri: quia melius cognoscit qualiter alijs debeat misereri. Et ita transit Panor. in c. dudum. el [illegible]. s̃. de elect. Quod autem dicitur de Petro, rationabile fuit: cum primus fuerit qui meruerat inter discipulos veritatẽ de Christo profiteri, dum dicit. Tu es Christus filius Dei viui: qui in hunc mundum venisti. Ideo tũc sibi dominus respondit. Beatus est. Symon bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et sic tenet cum Archi. Domi. & Præpo. Et ista est communis: & pro ea rationes etiam naturales suadent, vt patet intuenti viro: quàm sentit Car. in d. Cle. si plures. de iur. patro. §. fin. [illegible] q. vbi dicit: si parilitas est, distinguenda erunt merita. Eandem opinionem ibi sentit Ioan. de Imo. quã Rochus de Cur. in tract. de iure patro. in verbo honorificum, nu. 40. & duobus sequen. dicit, omnibus cõsideratis sibi placere: qa fortissimè fundamẽta adducta ꝑ ea stringũt: maximè tex. in c. quoniã. s̃. de iur. patro. vbi formaliter dicitur: ꝙ si in plures partes fundatorũ se vota diuiserint, ille præficiatur ecclesiæ, qui maioribus iuuatur meritis. Idem text. in cap. fin. 63. di. vbi glo. ampla.

Comprobare præterea sic: potes regula cõis est: ꝙ vbi
4 † non sunt partes: nõ est locus gratificationi. probatur in d. c. cum autem. in fine. Sed quando quis est idoneor altero, clarè apparet inter eos nõ esse paritatem. ergo hoc casu non erit locus gratificationi. faciunt not. per Barba. cõsi. 23. col. j. vol. j quod exorditur: scribit propheta, ꝙ in beneficijs conferendis præferendus est senior: & ante eum Bald. in 4. vol. consi. 165. ordinatio testamenti. vbi allegat l. fin. ff. de fide instru. Et hæc habet magnam æquitatẽ, ma-
5 ximè in foro conscientiæ, quia ille † vulnerat conscientiã qui potest eligere ydoneiorem, & eligit ydoneum. no. Frideric. consi. 95. col. j. super dubitationum articulis Anto. de But. in c. constitutis. el 3. s̃. de appella. col. j. vbi not. arg. ꝙ non saluat conscientiam quis eligendo vtilem, vbi valet eligere vtiliorem. Panormi. in cap. quoniam. numero 12. supra. de iure patro. vbi se refert ad ea, quæ dicit in d. c. constitutis.

Item iudex est superior inter hos duos, scilicet quis potius eorum admitti debeat, ergo iustitiam ministrare debet, aliter non dicetur iudex. c. forus. s̃. de verbo. significa. Sed profecto iustitiam non ministraret, si repelleret ydoneiorem, admisso ydoneo, data paritate. Placuit etiã hæc opinio ipsi Rocho de Curte, vbi. s̃. in verbo, onerosum, in 3. q. per d. c. nos consuetudinem, & est magis ęqua.

Hunc punctum reperies nouissimè & lucuienter tactum per Petrum Rebuffum. dom. & obseruandissimum in repe. cap. postulastis. in 4. nota. numero 195. & sequen. s̃. de cleri. excommunica. mi. vbi probat istud iure diuino, canonico, & ciuili: vt videre licet, quia non transcribo.

Super præmissis dubium oritur: an gratificatio huiusmodi possit fieri per executores. Domi. in consi. 133. col. penul. quod exorditur: casus talis est. dudum beneficio S. Marthæ. & rota tenent: idem esse in præsentatione executoris: cum executor dicatur collator. not. Inno. in cap. pro illorum. s̃. de præben. Ergo idem erit in præsentatione facta executori. Tu tamen teneas ꝙ Domi. & Franc. hic concludũt soli ordinario & nõ executori fieri debere, vt procedat gratificatio. Et sic executor nihil poterit in hoc: q̃d firmat Pet. de Anch. cõsi. 55. vltra ꝑdicta nu. 1. Et ratio est in euidenti: quia cũ in gratificatione debeat adhiberi cãæ cognitio: quis sit magis ydoneus, vnus de executorib. non põt cognoscere de ydoneitate vel habilitate alterius, in suis literis non expressis. c. p. & g. s̃. de offi. deleg. Et ꝑ hoc tex. noster stat expressus, dum dicit hi ad quos spectat canonicorum receptio, & collatio præbendarum. alterum quẽ voluerint eligere teneantur. ¶Itẽ tex. noster arctat ad aliã electionẽ de alio faciendã per capitulũ. Sed executores si essent centũ, nõ facerẽt capitulũ: sed illi vt singuli cognoscerẽt de illa gratificatione. c. pastoralis. isto titu. s̃. ad ipsos.

Igitur verba tex.nostri non possunt adaptari in casu grati-
ficationis:ergo nec prouisio illius text.uendicat sibi locũ
in eis,postquàm verba deficiunt.l. Ita autem.ff.de admi.
tuto.& c.indemnitatibus in fin.de elect.hoc libro.

¶Item suadet, quia in vno uoluit Papa.capitulum gra-
uare,scribendo ꝙ prouideatur:ergo in alio releuare, uide-
licet vt habeant gratificare:quod est æquum.l.eum qui.ff.
de iureiur.¶Item constitutio & quælibet dispositio dispo-
nens continuatiuè in diuersis casibus, intelligitur vnifor-
miter disponere etiam in personis & rebus disparibus.l.iã
hoc iure.ff.de vulga.& pupil.substi.& l.si legatarius.de leg.
3.Si ergo in gratificatione,necessariò text.noster intelligi-
tur de canonicis uel maiori parte ipsorum : ergo eodem
modo intellexit in casu præuẽtionis:quod uerba expresſè
dicunt.Ergo non debemus recurrere ad coniecturas.l.ille
aut ille.§.cum in verbis.de lega.3.Attendant prȩlati Gal-
liȩ,qui gratificari possunt in uacatione beneficiorum oc-
currente in mensibus Aprilis, & Octobris; ut uidere licet
tenore concordatorum.

¶Præterea dic ꝙ gratificatio non solum habet locum
in prouisionibus beneficialibus:uerum etiam in alijs acti-
bus,puta in iudicijs:ut dicit Specu.in tit.de inciden.quæst.
versi.quid si plures.Etiam in iuramenti delatione:idẽ Spe.
in titu.de iura.dela.uersi.quid si actor:idem in commoda-
to:vt si quis habeat res duorum accommodatas: ꝙ si non
potest utramque euadere,tunc est locus gratificationi, vt
euadat quã vult.Bart.in l.si ut certo.§ quod verò.ff.cõmo.

¶Et de hac materia uideas remissiuè.glo.in d.l.fi.de re-
ligio.& sump.fune.glo.in l.ciues.de Imo.lib.10.C.glo. in l.
si Titius,vbi Alexand.amplè.ff.de uerborum obliga. & in
l.qui filiabus.§.j.de leg.j.& in l.j.§.j.ff.de liber.ho.exhiben.
Bald. in l.si quis seruum.§. si inter.de legat.2.& ibi Ioan.
Imo.& Bald.in l.in quibus.C.de secũ.nupt.ubi dicit ꝙ gra-
tificatio patris habet locum,quãdo dubitatur quis ex duo-
bus fuerit primogenitus:tamen in authen.ex testamento.
colum.vlti.de col.C.dicit ambos succedere in regno. Bal.
in l.fin.C.de testam.mili.& in l.si quis ad declinandũ.colũ.
10.uersi.ulterius quæritur.C.de epis.& cleri. Anto.de But.
in finalibus uerbis:in c.cum super.s̃.de re iudic. Bald.in c.
exposuit:in fi.s̃.de dila.uide etiam Doct.in l.si quis in gra-
ui.ff.ad Sila.Bald.in consil.38.in j.parte.colum.2.do. Tho-
mas,vbi quis potest de suo,non de alieno gratificare: de
leg.2 d.l.si quis seruum §.si inter. & in authen.lucrum.C.
de secund.nup uide in l.2.§.si cum omnes.& ibi glos.ff.ad
Sila.glo.in c.uenerabilem.verbo,fauere.s̃.de elect.

¶Et attende: quia gratificatio non habet locum, nisi
vbi est iure expressum:refert Franc.de Aretio.in cõsi.142.
num.23.ex facto proponitur.allega.Doct.in c.in nostra.s̃.
de testi.ubi Ioan.And.in nouel.

¶Et ut habeas perfectum intentum materiæ gratifica-
tionis hic inferre curaui clausulam,& modum prouiden-
di per Papam,quando vult gratificare, † quodq; si cõtin-
gat te & alios,quibus forsan hodie de ecclesia & decanatu
6 prædictis,ut præfertur,vacantibus,conferri : aut de illis ꝓ-
uideri.Ita tamen ꝙ iudex,coram quo causa inter illos, &
alios quoscunque super decanatu & ecclesia prædictis pẽ-
deret,quatenus gratificationi propter paritatem & mu-
tuum concursum locus esset eisdem gratificari posset,cõ-
cessimus:aut illos forsan contulimus, vel conferri manda-
uimus,adeo propter paritatem uel concursum pares seu
ȩquales esse,ut mutuo vos impediatis,tibi ꝙ iudex,coram
quo causa huiusmodi super ecclesia & decanatu prædictis
pendebit,gratificare,& te omnibus anteferre possit & de-
beat,voluntate nostra posteriori, & ordinatione præmis-
sis,ac alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis,
cȩterisq; contrarijs.Non obstan. quibuscunque, auctori-
tate apostolica earũdem literarum tenore de speciali do-
no gratiæ indulgemus,& insuper ex nunc irritum & c.attẽ-
tari. ¶Vel breuius.Etiam si forsan illos alicui, seu aliquib.
alio,vel alijs conferri,& de illis etiam prouideri,concesse-
rimus,& mandauerimus.Ita,& adeo vt in data pares seu
æquales sitis,& mutuò impediatis,& propterea locus gra-
tificationi existat,tibi gratificando apostolica auctoritate
conferimus, & de illis etiam prouidemus, decernentes
prout est irritum &c.

¶Quodque si omiseris huiusmodi clausulam in proui-
sione beneficij inserere, poteris facere expedire eundem
clausulam ad partem.Et forma erit tenoris sequentis.

¶Clemens &c. Nobilitas generis, litera-
rum sciẽtia, vitæ ac mo-
rum honestas &c. prosequamur. hodie siquidẽ per nos
accepto: ꝙ prioratus S.Ioan.or.S.B.N.diœcesis, quẽ Bo.
memo.A.episcopus Caturicen.ex concessione & dispẽ.
apostolica in commendam,dum viueret,obtinebat.cõ-
menda huiusmodi per obitum eiusdem.A.episcopi.qui
extra Roma.curiam debitum naturæ persoluit, cessan-
te,adhuc eo,quo ante commendam eãdem vacauerat,
modo,nunc vacare noscatur. Nos prioratum tunc cer-
to modo,quem pro expresso haberi voluimus vacan.ti-
bi per te quoad vixeris tenendum, regendum,& guber-
nandum,per alias nostras literas commendauimus,ꝓut
in illis plenius continetur.

¶Nos igitur qui prioratum prædictum, etiam forsan
certo modo vacantem alicui, seu aliquibus personis cõ-
mendauimus,seu contulimus,aut commẽdari, vel etiã
de illo prouideri concessimus,vel mandauimus, cupiẽ-
tes (vt cæteris paribus] quatenus locus gratificationi
existat, cæteris omnibus anteferri. Ac volentes te, qui,
vt asseris,de nobili genere ex vtroque parente procrea-
tus existis,prȩmissorum tuorum fauore prosequi gratio-
so,teq; a quibusuis excõicationis &c. Tibi; ꝙ si cõtingat
aliquam,seu aliquos,cui seu quib. forsan hodie priora-
rum prȩdictum contulimus.vel commendauimus, aut
conferri seu commendari concessimus, vel manda-
uimus, adeo propter paritatem vel concursum æqua-
les esse, vt meritò locus gratificationi existat,iudex corã
quo causa super eorum prioratu pendere contigerit, ti-
bi gratificare; & prioratum prædictum tibi adiudicare
possit,& debeat, præmissis ac cõstitutionibus & ordina-
tionibus apostolicis,necnon omnibus illis, quæ in dictis
literis voluimus non obstare, cæterisq; cõtrarijs nequa-
quàm obstantibus auctoritate apostolica tenore præ-
sentium de speciali dono gratiæ indulgemus. Et insu-
per ex nunc irritum &c.attentari nulli &c. Datum Ro-
mæ &c.

¶Et attende quia hanc formam, nec aliam præmis-
sam poteris facere expedire, nisi hoc habeatur in signa-
tura:alias secus.Ideo non omittas dicere in tuo memo-
riali. Et cum clausula gratificationis, quatenus locus
existat &c. Vidi tamen dare clausulam derogatoriã sta-
tutorum ecclesiæ:licet in supplicatione fuisset omissa, &
data promissionis ipsius, & literæ super ea fuerũt confe-
ctæ ad partem.Ideo verisimiliter credendum est ꝙ alia
posset obtineri:licet in supplicatione non fuisset descri-
pta. quod nota.

¶Restat præterea vidẽdum de gratificatione pro ex-
pectante.Pro cuius informatione dic vt sequitur.

¶Nos enim eidem Dominico,vt si contingat eum &
quoscunque alios expectantes etiam cuiuscunque sta-
tus,gradus,ordinis,conditionis,nobilitatis, aut alterius
qualitatis existen. qui canonicatum & præbendam præ-
dictos acceptassent, & de illis sibi ꝓuideri obtinuissent,
etiam coram vobis, seu quibusuis alijs iudicibus litiga-
re,& adeo in diligẽtijs, & data,quæ requirũtur, pares es-
se,& se inuicem quomodolibet impediant, vos, aut iu-
dices prædicti eidem Dominico canonicatum, & præ-
bendam prædictos.adiudicare possitis & debeatis, præ-
missis & alijs constitutionibus & ordinationibus, apo-
stolicis,statutis,& consuetudinibus, cæterisque contra-
rijs nequaquàm obstan. apostolica auctoritate præfata
tenore præsentium de speciali dono gratiæ cõcedimus,
pariter & indulgemus. Et ne illotis manibus ab huius-
modi paritatis materia in vacuumquè recedere videa-
mur, vt uerbis iurifcõ.vtar.in l.j.versicu.illotis &c.ff.de
orig.iur.tradit in simili Ludo.Bolog.in addi.ad Ioan.de
Ana.consi.19.& Alex.conn.77.in princ.Quia per supra-
scrip vol.4.Subijciamus oportet, & per modum solatij
paritatem similiter fore necessariam inter mortales si-
gnanter coniugijs suppositos,de quib.nõ possum nõ cõ-
pati:licet de viris nostræ professionis ecclesiasticæ mini-
mè cõpati videant.c.j.& c.clericis, ibi, clericis laicos in-
festos oppidò tradit antiquitas:quod & præsentiũ expe-
rimenta temporum manifestè declarant.de immunita.
eccle.j.hos quippe paritas ipsa in sinu educare hẽt; alias
data disparitate ipsa, multa temporis progressu succe-
dere contingit,Cõueniant, ideo in diuitiarum paritate,

cum si pauper vxorem ducat diuitem, fiet ipse de domino, famulus, de magistro, mango, de patiente, impatiens, de lætali die, tristitiei dies. iuxta id citatum a Cremonē. singul.66. Repetitum verò a contemporaneo nostro domino Nico. Boerij. consi.3. col.2. post consuetu. Bituricē. quando maritus ducitur ad domum vxoris, est signum maximę tristitiæ: quod non aufugiunt nostræ ætatis viri, potissimū in ciuitate Bituricen. & hic Parisijs quidē, nouitij: qui ferè pro ampla dote victum in ædibus parētum coniugum, non dicam miserrimum quærunt, qđ dolēdum. Digni enim sunt profectò tales: ꝙ cornua eis non mutentur: dum tamen cornu varietur.

Paria quippe in regno hoc coniugibus succedunt: vt vxores viris dominentur, vs enim abat ius. Dicit idē dominus Nicol. Boerij, in d. consuetu. de consuetu. iur. stat. perso. in §.4. col.3. citando: ꝙ verificatur dictum Ange. consi.144. quia mariti sunt causa causæ, & fatui, & bestię. Nesciunt enim extrahere sarrabulas, nisi de manu vxoris. De his profectò potest intelligi dictum Ant. de Burr. consi.55. in quæstione, vbi dicit: ꝙ docet experiētia maritos de pauco facere conscientiam, cum multū ab vxoribus perceperint. Hinc in proposito Ioan. Lup. de dona. inter virum & vxorē. car.3. in princ. ꝙ sponsus debet venerari sponsam, & non econtra: in cuius signū ipse debet recipere, non dare, vt amatores amasijs suis. Possunt certè hi dicere illud Plauti. Argentum accepi: dote imperium vendidi, tempestatemq; in domum introduxi. Contra tamen dictum Lupi habes ꝙ vxor tenetur maritò reuerentiam (vt nostri vocant) exhibere. l.j.§. cum autem. C. de rei vxo. actio. & l. alia causa. §. vlti. ff. solu. matri. vbi Roma. & Franc. Aret. ex hoc inferunt: ꝙ cum ex iuris dispositione generaliter hæ personæ, quibus reuerentia præstanda est, sine venia & iussu prætoris in ius vocari nō possint. l. generaliter. ff. de in ius voc. Ideo nō potest vxor maritum in ius vocare, non petita venia.

Et sustinendo dictum Lupi dic ꝙ ibi loquitur ridiculosè, quasi sentiat contrarium fieri debere. Gene.18. ibi, postquàm senui: & dominus meus vetulus est. gl. in l. pe. C. de inoffi. testa. Bar. in l. donationes. C. de donatio. Mōtaigne. in tract. de Bigamia. j. q. Et dicit Iason in l. transactionem. nu.2. C. de transact. ꝙ vxor tantum reuerentiā debet marito, quantum filius patri.

Disparitas, prætereà non fiat in ætate, vt iuuenis cum sene non copuletur. Nam quidam aiunt ꝙ quādo senex vxorem iuuenē duxit, coipso cū vxore mortē et duxit, rōne coitus frequentati: q̄ philosophi vitam abbreuiare
7 dicunt. Hinc dicitur † ꝙ mulus est longioris vitæ, quàm asinus, castratiq; plus viuunt quàm coeuntes, & Philoso. j. de animalibus. gallinæ multum ouantes citò moriuntur: arboresq;, quo multum fructificant: citò desiccant: quia cibus eorum transit in semen & libidinem. In temperatos profectò & indiscretos sæpe videmus multum coeuntes, maximè mulieres publicas, ea ratione: qa semen dicitur progredi à cerebro: quod (si multum prodeat) fit vacuū, & sic sonorosum, & debile instar vasis, vt patet in naturalibus.

¶ Dicemus etiam non quadrare in coniugio infir-
8 mum, prout nec senem: † cum senectus per seipsam morbus sit. Panor. in cap. magne. supra. de voto: & senex minus prēsumit viuere quàm æger, grauiter senex æquiparetur grauiter infirmo. de cler. ęgro. c. vnico. j. senectus est propinqua morti. glo. in titu. de colla. in pragma. in §. Item quod vniuersitates, in verbo, permutationis: facit l. ciuitatibus. de leg. j. ibi, alimenta ætatis infirmæ.

Ex quo resultat: ꝙ omnes senes dicūtur infirmi. Hinc frater Bernar. in parte prima Rosarij. sermo.24. citat ꝙ puella ducta a sene potest feretrum secum ducere, seu deferre pro timulando maritum. Et Por. Institu. de nup. col.4. ꝙ senectus est tantum apta nuptijs: sicut Pruina messib. ridiculum loci sponsus, est senex. Ait. n. Aeneas
9 Siluius epistola.83. ꝙ cum † omnib. infideles sint fœminæ, senibus quidem infidelissimæ sunt. Et Fulgo. in l. præcipiunt ædiles. ff. de edili. edic. aliquādo amico suo dicit. Si capis iuuenculam faciet tibi cornua: cum hæc ætas odiosa sit maximè adolescentulis.

Ratio suadet. ꝙ senes non copulentur vxoribus, cum in eis desit vnum substantiale, videlicet proles. Nam vt dicit Præpo. in c. fraternitati, in prin. s. de eo qui cogno. consangui. vxor. suę. Nō sufficit quòd super Ripā Acherontis vitulus depastus sit, nisi antrum subintrauerit: etiā non sufficit rectè ambulare, si iter non perficiant, & sic hastam rectam habere sine effectu. no. Bartho. Soc. in l.j. col.3. ff. solu. mat. Et hac deficiente, non video fieri matrimonium: etiam si alia duo concurrant, copulentur hæc tria. Albert. in rub. de spons. C. col. fin. Hinc Ouidius circa huiusmodi disparitatem. Nam quā malè veniunt ad aratra iuuenci: tam pungitur magno coniuge nupta minor. Et Panor. in c.j. col. antepe. s. de probatio. Omnia enim debent suis temporibus conuenire. Et Cicero post medium de amicitia. dispares enim mores disparia studia sequūtur: quorum dissimilitudo dissonat amicitias. Igitur si deficiat substantiale illud, deficit & omnis modus pacis inter coniuges tractandę. arg. eorum, quæ no. Lapus vbi. s. carta.80. in prin. col.2. vbi dicit quòd mentula est optima mediatrix. Et propterea refert quandam viduam Romanam quærentem maritū mediocris ętatis, quæ noluit eum, cui morbus Neapolitanus corraserat mentulam: quia non adesset medium pacis componendæ, si rixa suborta fuisset, prout euenisset. arg. a communiter accidentibus Istud primo retulit Pogius Florē. in suis face. facetia, quæ incipit, mulier vidua. Sic in proposito senex non dicitur habere mentulam: ratione cuius nuptiæ tales dicūtur parari scolaribus, vt dicit Christophorus Por. Insti. de nup. col.3. vbi citat: quòd si mulier iuuenis nubat cum sene, datur sibi materia vtendi nuptijs scolarium. prout tradit in proposito nostro Aureolus in addi. ad Guil. in c. vnico, de spon. hoc lib.

¶ Et quòd senex non habeat mētulam, patet: cum sit inutilis: Et paria sunt non habere, vel habere inutilem. Io. Mo. in c. quamuis de elec. hoc lib. & in c. si tibi concesse, in fine, de præben. j. Facit glo. no. in l. plagiaria. vbi Bald. C. ad leg. Fabi. de plagia. quæ dicit: quòd vxor habens virum inutilem dicitur vidua. Ad idem. cap.2. de translatio. episco. s. quòd ecclesia dicitur viduata, quę licet episcopum habeat, inutilem tamē perhibetur habere: vbi Car. & Panor. & Ias. in l. quotiens. ff. qui satisda. cog. vbi ponit multa similia ad propositum. Alex. in l. filij. §. vidua. ff. ad municipa.

Vltra prędicta adde: ꝙ similia sunt non esse, vel esse, & non apparere tex. in l. in lege. ff. de cōtrahen. emptio. & l. sunt duo Titij. ff. de testa. tu. Et ad propositum mentulæ parificantur, nihil habere, vel nō habere quod sufficiat. Archi. in c. priscis.55. di. subdēs. Cui satis est quod habet, satis illum habere constat. Et cui satis non est, satis cum constat agere. Vide Tiraq. in tract. de iure mari. Car.64. Adolescentulam mulierem esse nuptam, & viduam. quæ seni nupta est. Talis nempe consueuit concupiscere mortem senis mariti. Bar. & Pau. in l. pater seuerinam. §. socrus. ff. de condictio. & dem. & in l. Mutiane. col.j. eo. titu. vide quæ dixi. s. in c. cum in multis. isto titu. de sene. vide quę tradit do. Stephanus Bertrandi. cōsi.336. col.3. quemadmodum parte j.

Non sit etiam disparitas in prosapia: videlicet nō copulentur nobiles cum ignobilibus: quia si rusticus ducat nobilem, semper cum vociferabit rusticum, atque con-
11 temnet; cum mos † nobilium sit odere rusticos: Ioan. de Selua in tract. benefici.3. parte. q.7. & ibi latè.

Ad propositū diuus ille Hieronymus patronus meus in 3. parte epis. tract.7. epistola.27. col.j. citat verba hæc Quæruntq; alios, non quibus iuxta Dei sententiam seruiant: sed quibus imperent. Vnde & Pauperes eligūt, vt nomen tantum virorum habere videantur: qui patienter riuales sustineant: de quib. meminit gl. in c. horrēdus. 32. q.5. & i Cle. j. in verbo, inibi. de reg. & transf. ad religio.

Sępissimè profectò insignes mulieres. i. ex nobili generis prosapia seruis etiam vilissimis se exponunt: testatur experientia rerum magistra. Ideo requiritur paritas inter coniuges quo ad statum & genus: de quo ait Cleobolus Lyndus ex septem Gręcię sapientibus sextus, vxorem de paribus ducito: quia si ex maioribus duxeris cognatos habebis dominos. vide Maria. Soci. consilio 25. colum.2. circa prædictam consultationem, vbi dicit. ꝙ inter æquales nuptiæ sunt ex consilio contrahendæ. l. creditor. §. j. ff. mandati. iuxta illud. Si vis nubere, nube pari. Pro quo Alexan. consi.80. colum. j. vol.7. vbi dicit. Bonum autem & aptum matrimonium est nubēdo pari. vbi

vbi disputat an in causa matrimoniali succurratur minori per beneficium restitu. in integ. quod nota. pro intento nostro. Et in tali matrimonio admittitur testimonium patris & matris. c. super eo. el secundo. s. de testib. dummodo aliter non appareat suspectum. not. Alex. cõsi. 153. nu. 3. visis narratis. vol. 5. & consi. seq

Minus etiam sit disparitas In nuptijs siue earũ numero: vt iuuenis non ducat viduam, nec econtra. Ex his enĩ solent quàm plurima oriri scandala: inquit enim Socy. in l. hæc condi. colum. 2. ff. de condi. & demon. ꝙ reiteratio † nuptiarum est contra honestatem: & ꝙ magis reipublicæ expedit honestatem seruari, quàm multiplicatio populi procedens ex corruptis moribus.

Ex secundis nempe nuptijs contristatur anima mariti defuncti. §. nos igitᷣ volentes. in Auth. de nup. col. 4. ibi, qđ Deũ simul & aĩam defuncti cõtristaret. sic ẽt cõtristatur prima soboles: vt in d. Authen. de nupt. §. soluto. Igitur dicimus cadauer occisi contristari emittẽdo sanguinem ex superuenientia occisoris, prout sæpius visum est. Contristanᷣ etiam ipsi iuuenes ducentes viduas, ꝓut audiuimus de quodam Lemouico: qui cum quandã viduã eius vxorem cognosceret, seu cum ea actiones suas communicaret, cępit valde fremescere & aspirare voce clamorosa, & dicere tristitia motus illud Dauidicũ carmẽ. De profundis clamaui &c. Interrogatus dixit viduæ vxori pro defunctis orare: eo ꝙ tam latam & spaciosam viam ei prębuissent. Et licet coniuges dicantur solum sibi communicare actiones, non passiones: quia actiones, consistunt circa corpus, & iam sunt effecti vna caro: passiones verò consistunt circa animam, & non possunt cõiuges vnitatem habere in anima. Non enim est dictum, erunt duo in anima: sed duo in carne vna: testaᷣ Brunel. in tract. de matrimo. cõclu. 20. versic. quintus casus. car. mihi. 96. colum. 2. Tñ ibi maritus dolore motus ei quodammodo passiones communicabat: quodquè eidem vxori erat grauis dolor: cum non tam latam viam habere appetant vxores: sed arctam summopere desiderant: idq; medicamentis instrumentũ suum restringere sciũt. prout Caracosa, de qua Prepo. in c. consultatio de frigi. & malefi. quæ vt placeret marito suo, tantum se restrinxit: ꝙ ipse nec alius amplius cum ea talpas fodere, aut actiones suas carnales communicare valuit. Ideo fodiẽtes ipsi eorum moneant vxores, ne hoc modo sua stringant instrumenta. Contristantur quippe eo etiam ꝙ veteranam sit difficile reformare vitam ad suosq; mores reducere. d. l. præcipiunt ediles. ff. de edil. edic. vbi Sali. ꝙ vidua scit vitia sua & aliena. iuxta illud. ꝙ noua testa capit, inueterata sapit. glo. in c. cum in iuuentute. s. de præsump. viduæ enim semper exclamant primum virum, etiam si fuisset demon, & in dies eam verberibus affecisset, & tu esses sanctus, semper obijcit bona primi tractamenta. glo. no. in Authen. de fideiusso. in verbo, apparentem in princ. col. j. Conuenit illud Iuuenalis, semper habet rixas, alternaq; iurgia lectus, in quo nupta iacet: maximè quando prolem habet ex primo viuã. A tali. n. prole semper te necandũ minaᷣ. ¶Attende: ideo ne nubas cum his, quæ pro defunctis deprecatur: sed cum virginibus, ex quibus bina † tibi dos resultat, pecuniarum videlicet, (& hæc reperitur triplex. not. Alex. consi. 63. num. 7. Super primo. volu. 2.) & ipsius virginitatis: quæ secunda dicitur dos. Pano. & Doct. in c. j. s. de adul. Hinc est. ꝙ virginem deflorens dicitur furtum committere: vt patet in Authen. de leno. 2. col. Hinc Ioan. Criso. Inuehit cõtra tales transsumptiuè. 31. q. j. c. hac ratione dico. 2. nubentes, ꝙ secundum veritatis rationem fornicari conuincitur qui secundam duxit vxorem. Et tertia quippe dos in aliquibus reperitur: videlicet in pulchris puellis. testatur Tiraquel. de iure mari. car. 28. col. fin. in fine, ꝙ pulchritudo puellarum est dos.

¶Hinc dicimus: ꝙ pulchræ filiæ facilius inueniunt maritos. citat Paris de Puteo, in tract. de syndica. in versi. quia pluries. num. 29. not. in l. si voluntatem. de do. promissio. Et econtra propter difformitatem difficilius nubunt. argu. c. quemadmodum. de iureiur. s. Et quarta dos dicitur nobilitas arg. l. cum post. §. 2. ff. de iure. do. vbi Doc. ꝙ si nec pecuniam, nec virginitatem, nec pulchritudinem, nec nobilitatẽ: adhuc tamen ei superest quinta dos: quia mulier pro dote seipsam dat. Io. de Londris, in rub. ff. solu. matrimo.

¶Alia ratio suadet. Nam in dies votum captandæ mortis emittunt. Præterea coitus vetularum est adeo noxius, vt statuat terminos vitæ, & breuiores. iuxta illud Philo. vetulam non cognoui, cur debeo mori? & nauis stultifer. ꝙ aruinam quærunt sub podice aselli. Si enim iura nostra abhorreant, & maius peccatum diiudicent fornicari cũ vetula & turpi, quàm cum iuuene pulchra. glo. fin. in c fur. 14. q. 6. Ias. in §. cum ex maleficijs. col. 2. instit. de actio. Fel. in c. cum quidem. col. 4. s. de iureiuran. Ita in consequentiam trahimus id ad secundas nuptias. Sis ideo memor rubr. de viduis animalibus non habendis. lib. 12. C. non te decipiãt ornatus & paramenta. Quia in his materia superat opus. Ouidius Methamor. 2. Vulgus introduxit contra vetulas. mallem potius plumã aut pellem, quàm carnem. Et ideo si nubere cupis, habeto præ oculis istud Hesiodi Philo. cõsilium, puellam accipere oportet, vt gratis eam moribus imbuere possis: quia vir honestus & magnanimus vult teneram puellam sibi copulare secundum morẽ regionis, & non cum annosa. & ad hoc homines facilius inclinantur, vt est manifestissimum natura. dicit Pet. de Anch. consi. 230. in princi. pręsupponitur.

¶Concludamus oportet ex præmissis & his, quæ ꝑ nos habentur post Ioan. Mo. in rubri. de vsur. in verbo, bene tradere, cũ ipso Ioã. Mo. ꝙ paritas reducta ad imparitatẽ per præmissas qualitates, quæ sunt aliquid additum ad alterũ extremũ, tollit paritatem & alium excludit a gaudijs.

¶Paritas enim paritatis inducit præsumptionem amoris. arg. l. nõ solum. §. de vno. ff. de ritu nup. Et paritas rationis paritatem causat dispositionis. l. a Titio. ff. de verborũ oblig. & l. illud. ff. ad l. Aquil. cum similibus. Philippus probus qui potuisset hãc materiam pluribus alijs comprobare: sed non curauit: cum iste modus implendi cartas similibus, & auctoritatibus soleat lectorem a proposito legendi diuertere, & fastidium generare. prout in simili dicit dominus & pręceptor meus do. Franci. de Ripa in suo tractatu de peste, car. mihi. 25. col. 2. in quęsito, an pestis excuset a residentia; & vers. sed dubitatur an liceat discedere. in fine. Adhuc tamen dico solum verbum citando Bal. in titu. de pace tenenda: vbi ait: ꝙ si habens duos oculos prouocat ad bellum illum, qui vnum habet oculum tantum: debet vnus oculus sibi claudi: & idẽ dicit in digitis & mẽbris alijs. refert Barb. cõsi. 62. col. fi. vol. j. Vide Pau. de Cast. cõsi. 110. in cã, q̃ vertitur in 2 parte: q̃ dicit: ꝙ modicũ additum vni ex parib. reducit ea ad imparitatẽ. alleg. tex. nr̃um.

¶Reliquum in proposito thematis attẽdamus: ꝙ licet dicatur: ꝙ paritas vel disparitas inter contrahentes matrimonium varijs ex causis consideretur: puta nobilitate, potentia, diuitijs, & honore. c. super eo. el 2. s. de testibus. Et ẽt mores personæ. l. viduę. C. de nupt. & l. humilem. C. de incest. nup. & de hac nostris temporibus vltima fit quæstio: non tamen requiritur ꝙ copulatiuè conueniant in nobilitate, diuitijs, moribus, honore & similibus, ad hoc vt dicantur pares: sed si vnus eorum excedit in vno, alius in alio per hoc non dicitur disparitas not. in d. c. super eo, vbi Bald. dicit ꝙ vnus ex prædictis recipit compensationẽ cũ alio. Pro hoc vide quæ in proposito latè tradit Alex. consi. 209. ponderatis his. volu. 6.

c ¶Additum. dic in simili, ꝙ vbi addiᷣ vel detrahitur illa talis dispositio seu verborum expressio, non dicitur amplius simpliciter facta: quod comprobat Alexã. consi. 37 num. 2. visis his. volu. 5. Et pro hac theorica Ioan. Mo. habeo vnum, de quo meminit Ias. in consi. 148. colũ. j. viso processu. vol. 4. ꝙ quando dubitatur de possessione antiquiori, ille qui probat iustiorem causam, debet obtinere: quia qualitas possessionis facit vnam probationem alteri præualere: & tanto iustior & potior est possesio: quanto magis est a proprietate causata. Bald. in l. data opera ad finem. C. qui accu. non po.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XV.

¶Quia per ambitiosam importunitatem &c.

SVMMARIVM.

1 *Per ambitionem non concedenda plerumque conceduntur.*
2 *Vna ecclesia regulariter non est ancilla alteri.*
3 *Mala facta corrigenda & futura cauenda sunt.*
4 *Exceptio debet esse pars regulæ.*
5 *Quod non est expressè sublatum, stet.*

SVM-

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Remota causa remouetur effectus.*
2 *In scientia clericorum publica vtilitas ecclesiæ versatur.*
3 *Forma indulti de percipiendis fructibus in absentia hic inseritur.*
4 *Actus iuratus semper strictius accipitur, & non dicitur subiacere iuri positiuo.*
5 *Licet Papa vel Imperator casset statuta: non tamen intelligitur cassare illa, quæ sunt iuramento firmata.*
6 *Nihil miserius quã terrenis desiderijs estuare: nil qetius quàm nihil appetere. Ambitiosorum modos hic vide.*
7 *Perpetuum quid dicatur.*
8 *Nihil sub sole est perpetuum.*
9 *Vnum officium iudicis mercennarium alteri non destruit.*
10 *Turpia dicuntur: quæ non licet fieri.*
11 *Ecclesia Lateran. multa habet priuilegia.*
12 *Nulla lex ligat statuentem, maximè Principem.*
13 *Statuta laicorum quando clericis præiudicent.*

a QVIA. Hic cassantur indulgētiæ a super fructibus beneficiorum percipiēdis (personis) perpetuò non ecclesijs vel dignitatibus cõcessis (per ambitionem) per quã non 1 † cõcedenda plerumque conceduntur. C. de petit. bo. subla. l. j. lib. 10. Et dico ambitiosam: b cum habens b commodum impetrat gratiam: vt s̃. eo. si gratiosè & j̃. de præben. c. quamuis (perpetuas:) idest sine temporis præfic nitione: & sic dum viuit. c ff. pro socio l. j. (exceptis) hæc nunquàm veniunt in indulgentiam. j̃. de præbend. licet 2 (altera) hanc reputo pessimam, cum vna † ecclesia regud lariter nõ sit ancilla d alteri. Idem dico de scholari, qui ad tempus debet studere, & tandem melior factus: ecclesiæ 3 suæ seruire. j̃. de mag cap. vlt. (cauere.) Nota † mala facta corrigenda: & futura cauenda vnde versus.

Timor de veteri faciet ventura caueri: Sic potetunt fiee ri turpia, e sicut heri. 22. q. 4. in malis. & c. inter cætera j. q. 5. cauere. & 63. distin. cum Adrianus. (non ecclesijs) vt est f Lateran. f S. Mariæ maioris Romæ, & sancti Petri. ¶Et g scio g ex mēte Papæ istas esse arctatas & multo plus arctãdas (dignitatibus) vt habet Decanatus Baiocen. & habēt Cardinales pro clericis suis: & nonnulli prælati. Nam his casibus licet effectus gratiæ sit istorum clericorum: ipsa tamen gratia non est facta ipsis clericis: licet a diuersis in clericos valeat emanare. Et tam per regulã quàm per exceptionem hic positam: dico principibus quibus consimiles gratiæ perpetuæ vel non perpetuæ pro suis clericis h ante hoc. c. sunt concessæ, h hac decretali nõ cõprehēdi. i ¶Hoc liquet de regula, quę Principes i non comprehē4 dit. Qui non habent beneficia: nec exceptio. † quæ debet esset pars regulæ. j̃. hoc lib. de regu. iur. in rubri.

¶Sed quæritur: si verba sunt talia ꝙ effectus eorũ possit durare quandiu viuit impetrans. vt habēs gratiam de fructibus beneficiorum, quãdiu insistet obsequijs Principis. vel Episcopi, certè videtur ꝙ sit reuocata per hanc cõstitutionem. arg. ff. de condictio. indebi. l. sufficit.

¶Cõtra dic. Nam hæc Decretalis reuocat perpetuas in 5 dulgentias. Quod igitur hic † non est expresse sublatum, stet. C. de appella. præcipimus in fine. j̃. de priuileg. pastoralis. ¶Nec obstat. l. sufficit: quæ contēdit de indebito soluto repetendo: hic verò contenditur de debito non violato expressè seruando, quo est fauorabilius (nõ patimur) sicut imponere legem nostris successoribus. s̃. de elect. innotuit. ff. de arbi. Nam magistratus. & C. de leg. digna vox.

ADDITIONES PROBI.

a INDVLGENTIAE super fructib. materiam hanc diuersiis in locis sparsam inuenies: conabor autem aliquantulum illarum in vnum coadunare. Primò inserã Alex. 6. quasdam ordinationes pontificatus sui anno quarto editas. Prima est indultum de fructibus percipiendis in absentia debet concedi stando in Romana curia, vel alio altero beneficiorũ, residendo. seu studio, vbi illud vigeat generale, insistēdo.

¶Secunda est. aliquando petitur vbilibet, vel alibi residen. hoc semper cassatur: & subsequit post hæc verba; vidi tamen licet rarò, concedi in seruitio Regis pro aliquo secretario, aut confessore vel consiliario eiusdem Regis, cũ additione verborum videlicet: quandiu in seruitio Regis erit, vel durante seruitio huiusmodi. Et pro hoc facit, qa 1 † remota causa remouetur effectus. c. cũ cessante. s̃. de appella. c. cum infirmitas. de pœniten & remissio. l. generaliter. C. de episc. & cleri. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro.

¶Tertia est, in indulto huiusmodi derogãtur statuta & priuilegia huiusmodi ecclesiarum. Hæc & alia deduco in c. vnico. j̃ de cleri. non resid. vbi infero formam supplicãdi pro huiusmodi indulgentijs obtinendis. Vltra quę vide notata per Petr. de Ancha. consil. 232. Primò inquirendum est de iustitia petitoris, quàm defensoris. Ant. de But. in consi. 42. visis puncto & quæsitis. vbi disputat: an valeat statutum quo fructus grossæ mensæ reducantur ad quotidianas distributiones in præiudicium clericorum absentium in studio priuilegiato, vt studentes percipiãt fructus in absentia, statuentibus de priuilegio certificatis. Et deci2 dit ꝙ non, motus, quia in scientia † clericorũ publica vtilitas ecclesiæ vtitur: vt hic per Ioan. Mo. nu. 2. quib. p maximè noscitur in agere: quia ex repulsione eius scientiæ grauissima damna ac animarũ pericula proueniunt. de elect. cum ex eo j̃. vbi Ioan. Mona.

¶Item contra antiquam consuetudinem, statutum factum ad exclusionem non residentium non valet: quamquàm nutrire publicam vtilitatem videatur, inquantum applicantur redditus ad proprios vsus: & sic adest mixtura priuatæ vtilitatis, ad quod text. in c. cum omnis s̃. de cõsti.

¶Conceduntur nempe huiusmodi indulta de percipiendis fructibus varijs modis in genere, vt subijcio: vbi s̃. Alio modo in particulari quo ad certa beneficia: & de hoc in præsentiarum subdo formam sub hoc verborum contextu formatam.

3 ¶Beatissimè pater, † cum in statutis ac consuetudinibus ecclesiæ Asten. inter alia caueatur expresse: ꝙ canonici dictæ ecclesiæ fructus canonicatuum & præbendarũ, & capellani perpetui in dicta ecclesia perpetuarum capellaniarum per eos obtentarum percipere non possint. nisi canonici per sex, & capellani per decem menses Anno quolibet in eadem ecclesia residentiam fecerint personalem. Et canonici absentes pro canonicatu & prębēda sex, & capellani etiam absentes, tres ducatos capitulo eiusdē ecclesiæ soluere teneantur.

¶Supplicat humiliter S. V. deuotus orator. j̃. videtur. n. canonicus Asten. & perpetuus capellanus ad altare sanctę. N. situm in dicta ecclesia ac fructuũ & prouētuũ camere Apostolicæ debitorum in partibus illis collector. de nobili genere procreatus, quatenus eum specialibus fauorib. & gratijs prosequentes, sibi, vt quo ad uixerit fructus &c. canonicatus & prębendę, ac capellaniæ prędictorũ: quos ipse or. obtinet. cum ea integritate (quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis) percipere libere possit, cũ quo illos perciperet, si in eadem ecclesia per sex ratione canonicatus ac prębēdę & per decem menses ratione capellanię prędictorum resideret. Et ad residendum interim in eadem, ac etiam ad soluendum sex ducatos ratione dictorum canonicatos & prębendę, ac tres ratione capellaniæ prędictorum, minimè teneatur. Nec ad id a quoquàm inuitus compelli possit, cõcedere & indulgere dignemini de gratia speciali. Nõ obstan. fe. re. Bonifacij Papę. 8. V. S. prædecessoris ac alijs constitutionibus & ordinationib. apostolicis & præmissis: quibus pro hac vice placeat derogare: ac alijs eiusdem ecclesiæ iuramento. &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, cęterisq́; contrarijs, quibuscunque, cum clausulis oportunis.

Pro derogatione huiusmodi consuetudinum & statutorum attende ad ea quę tradit Alex. in cõsi. 122. col. 3. viso puncto volu. 4. ubi dicit. post Bal. in c. cum omnes. s̃. de constitu. ꝙ si est consuetudo in ecclesia ꝙ nullius possit percipere fructus beneficiorum in absentia. nisi in ecclesia saltem per annum fecerit residentiam: & postea Papa concedit priuilegium studentibus Papiæ de percipiendis fructibus beneficiorũ in absentia, non obstãtibus quibuscunque statutis & consuetudinibus ecclesię suę: nec facit mentionem specialem de illa consuetudine speciali: ꝙ nihilominus sufficiant illa uerba gñalia: ut habet plenè p Bar. in extrauag. ad reprimendã. in verbo, nõ obstãtib. & in l. fi. in fi. & ibi p Bal. post Cy. C. si cõtra ius uel vtili. publ.

Et

Et subdit, pro comprobatione: ꝙ quãdo superior quassat consuetudines, & statuta, sufficit apponere clausulam generalem: licet non apponat tenorem statutorum.

¶ Non intelligas tamen de statutis iuramento firmatis: 4 † quia actus iuratus semper strictius accipitur & non dicitur subiacere iuri positiuo. c. cum contingat. s. de iureiur. iuncta. l. j. §. & cum lege. C. de rei vxor. actio. & c. quamuis. de pac. hoc lib. dico. in cap. j. in uerbo, statutum de filijs presbytero.

¶ Istam modificationem latè comprobat. Alexã. consi. 102. num. 11. circa statutum. Et pro eo adducitur glo. pen. in Clem. dudum de sepultur. vbi statutum confirmatum per superiorem nõ tollitur sola clausula generali. Et istud fuit dictum Ioan. Mo. ibi, vt refert ibi glos. quod sequitur. Roma. in l. si uerò. §. de uiro. in 23. fal. ff. sol. matri. ubi dicit: ꝙ generalis clausula, non obstante, non intelligitur derogare illis, quæ aliquo sunt confirmata adminiculo: nisi de eis sit facta specialis mentio. Firmare etiam id uidetur Panor. in c. inter dilectos. num. 14. s. de fide instru. dum dicit: ꝙ Princes in dubio non intelligitur seu præsumitur uelle uenire contra sententiam uel compositionem, de eis mẽtione non habita. cap. ex multiplici. supra. de deci. & cap. olim. supra de prescriptio.

¶ Præmissis adde Alex. in consi. 37. nu. 35. uiso & oportune: volu. 2. ubi adducit glo. fin. in c. cum non deceat. de elec. hoc libro: per quam dicit Ang. l. j. §. quę honorandę. ff. qua re. actio non dat. in lectura, quæ magis communiter habetur: ꝙ licet Papa 5 † uel Imperator casset consuetudines uel statuta: non intelligitur cassare statuta iuramento firmata. Quod placet Lappo Abba. & Io. Andr. in nouella in d. c. cum non deceat. Pro quo allegant. c. j. de constitu. hoc lib. & c. quia sæpe. de elect. & c. cum aliquibus. de rescrip. eo. lib. Idem tenet Ioan. de Imo. in cap. dilecto. s. de preben. & in Cle. dudum. de sepul. ubi glo. in uerbo, pacta. quam pro hoc dicit singul. Roma. singu. 7. ubi uide quæ in proposito cumulat apostilator ad eum.

Sequitur dictam glo. Alex. in consi. 125. num. 7. uiso titu. uolu. 2. per quam dicit probari: ꝙ licet sit derogatũ pactis uel statutis, non intelligitur derogatum pactis uel statutis confirmatis.

Adde quæ perpulchrę tradit Alex. in consi. 196. col. fi. a summo. uolum. 2. & consi. 205. in fine nisi his. eo. uolu. & latè consi. 27. colum. fin. uiso libello. uolu. j.

b Et dico ambitiosam in proposito. uide quæ volunt Archi. & Præpo. in c. omnes. 47. di. ꝙ nil 6 † miserius est quàm terrenis desiderijs æstuare: nil quietius quàm nil appetere. c. nerui. 13. dist. Et insuper adducunt auctoritatem Inno. 3. in lib. de misę. conditionis humanæ. Opes cupidus congregat: Auarus conseruat: Ambitiosus affectat, & superbus extollitur. Ambitiosus autem semper est pauidus: semper attentus, ne quid dicat vel faciat ꝙ in oculis hominum ualeat displicere: humilitatem simulat: honestatẽ imitatur: affabilitatem exhibet: benignitatem ostendit. Et subsequitur. Cunctos honorat, vniuersis inclinat: frequenter curias uisitat: optimates assurgit, & amplexat: applaudit, & adulatur. Benè nouit illud poeticum de quo meminit Ioan. Mona. in capitu. fin. in fin. supra. de constitu. Si nullus puluis fuerit, tamen excute nullum. item promptus & feruidus: ubi cognouerit placere: remissus & tepidus: nisi putauerit displicere: improbat mala: detestatur iniqua: ambitiosus libenter agit de principatu, quem ambigit. ista credito uera, quia quendã ambitiosum hæc omnia facientem noui ipse ego.

c Dum viuit. Barto. & gloss. in l. annua. §. a Titia. ff. de annuis lega. dicit quod perpetuum. 7 † i. vsque ad centum. j. annos multis modis sumitur: ut per glos. in d. l. j. ff pro socio. hic per Ioan. Mo. allega & per Petr. de Ancha. in cap. olim. num. 8. s. de uerborum significatio. Bart. in l. si vsusfructus. ff. de usufruct. leg. Præpo. Alex. in c. omnes. 47. dist. in princ. vbi contrariatur Ioan. Mo. dicendo: ꝙ dispositio quæ durat ad mortem hominis: dicitur esse temporalis, & nõ perpetua: alleg. glo. in c. diaconi. in uerbo, vltionis 93. dist. Adde etiam Ias. in l. Stichum. §. stipulatio. num. 5. ff. de verbo. obliga. & ibi ampla additio reperitur. & in l. si quis id quod. num. 40. ff. de iurisdi. omnium iudic. ubi dicit: ꝙ 8 nihil † sub sole est perpetuum. l. cũ debere. ff. de serui. vrba. prædio. Bartho. Soc. consi. 84. num. 5. uol. j. accuratissimè & eleganter Luc. de Pẽna. in l. 3. de fundo rei priuatæ. lib. 11. C. & in l. 2. col. fin. de his qui ex publico. lib. 11. C. ubi dicit. ꝙ perpetuum propriè est quod caret principio & fine: & non subiacet morti temporis. Bonifa. in Clem. vnica. num. 2. de offic. uica. & Cle. vnica. §. in quibus. nume. 3. de suppl. negli. præla.

d Ancilla alteri. in ꝓposito dic: ꝙ si aliqua ecclesia vult consuetudine quærere ea, quæ tendunt ad honorem: vt qa vult inducere: ut præcæteris habeat aliquam præeminentiã: vt voluit Archiepiscopus Rauennæ. c. contra morem. 100. di. hoc non posset: quia ecclesia nõ potest se alijs præferre, & sibi honores assumere. cap. in scripturis. 8. q. j. quem tex. ad hoc allegat glo. fin. in d. c. contra morem.

¶ Et intellige de illis: qui tendunt ad honorẽ, qui cõmuniter non conceditur ecclesijs sine priuilegio apostolico, pone, vt ibi haberet canonicos Cardinales, vel vterentur in signijs episcopalibus: vt in ecclesia Lugdunum. & Auinion. vbi portãtur cappæ rubeæ instar Cardinalium. Secus in illis, quæ licet tendant ad honorem: tamen pro ecclesijs inferioribus communiter habẽtur. per tex. in c. cum olim. s. de consuetu. ita dicunt Dom. & Præpo. in c. catholica. 11. distin.

¶ Et pro themate vide etiam quod citat Maria Socy. 9 consi. 105. colum. 2. prosequẽdo. quod vnum † officium iudicis mercenarium alteri non deseruit. glo. in l. si hęres furiosi. §. fin. ff. de petitio. hæredita.

e 10 ¶ Turpia. turpia dici aiunt † quæ non licet fieri. Hinc est ꝙ delinquens dicitur turpia facere, faciendo id quod non licet. l. j. C. de conditio. ob turp. causam. Maria. Soci. consi. 102. colum. fin. in præsenti vbi subdit. ꝙ inhonestũ censetur turpe.

f ¶ Lateranen. quæ est principalior in vrbe & orbe: qa 11 primò † fuit fundata. ita dicit glo. regul. cancel. in 7. reg. col. 2. Ioan. Mo. in c. fundamenta. j. de elect.

¶ Est ęquidẽ ecclesia patriarchalis, vbi Papa; siue summus Patriarcha frequentius residet. testatur Archi. in c. 2. de præscrib. hoc lib. vbi dicit hanc ecclesiam gaudere beneficio siue priuilegio præscriptionis centenariæ: qđ placet Panor. in c. ad audientiam. num. 13. s. de præscript. & Soc. consi. 266. col. 5. uersi. sed ad primũ, in causa quæ vertitur. Et in simili Alex. in cõsil. 169. colum. j. viso themate. volum. 2.

g ¶ Et scio. Io. Mo. in præsenti glo. hoc verbo, sæpius vtitur. vt videre licet in discursu illius. in c. cũ personæ post prin. de priuileg. in c. a collatione de appl. in c. super eo, de hæreti. quod euidenter dicere potuit, quia erat Cardinalis & vicecancellarius Bonifa. 7. huius decretalis auctoris. dixi in præfa.

h ¶ Concessæ. Adde attendendum ad huiusmodi indulgentias: quia ipsæ dicuntur habere vnum tacitum, videlicet ꝙ videntur concedi accedente episcopi consensu. per ea, quæ tradit Deci. in consilio 541. numro 17. visa donatione.

i ¶ Quæ Principes non comprehẽdit. idem dico in Cardinalibus sanctæ Roma. ecclesiæ: præcipuè in casu text. nostri, videlicet in reuocatorijs priuilegiorum alias concessorum, quãtumcunque generalissima: nisi de his fuerit facta mentio specialis. Ista fuit doctrina ad quem omnes in passu recurrunt, Ioan. Mo. in c. j. in princ. quam ibi sequitur Ioan. And. & alij post eum. j. de scisma. ubi dicit sic fuisse obtentum in præbenda: quam expectabãt duo Cardinales ante sui creationẽ, canonici auctoritate apostolica effecti, qui videbantur in reuocatione expectãtiũ præbendas per clausulam generalem complecti, quã effecit Bonifacius Papa. 8. Et ratio secundum Roma. consi. 498. in casu, quo quæritur. colum. j. nu. 6. & 7. quia quãto ipsi sunt viciniores Papæ: tanto minus presumitur per Papam eis pœnam aut præiudicium inferri. Viciniores esse nõ possent quàm sint. pars enim corporis sui esse dicuntur. 6. q. j. si quis cum militibus. & cap. ad leg. Iul. maie. quisquis. Et Doct. post glo. in c. excommunicatis. s. de offic. lega. c. fœlicis. de pœnis. j.

¶ Vnde in proposito habes tex. valde singu. in l. pen. C. de don. inter virũ & vxor. ꝙ licet iura in communi prohibeant donationem inter virum & vxorem: non tamẽ habent locum in Augusta. Et ratio: quia est pars corporis Imperatoris, & radiatur radijs ipsius. Et ideo iura loquẽtia de vxore non habent locum in Augusta. Ita in proposito iura in reuocatione nõ habent locum in cardinalib.

cum

cum ſint pars corporis Papæ. Et ideo dicit Bald.in vſibus feud.in c.j.in §.Item ſacramenta.colum. pen. de pace.iur. fir.ꝙ licet donatio inter patrem & filium non teneat: tamen tenet inter principem & filium eius: nec requirit cōfirmationem per mortem.Et illud eſt ex quo eſt pars corporis eius:& mouetur argum.d.l.penul.

¶Et ſequitur Ioan. Mo. Panormi.in Clemē.j.de exceſ. præla.colum.j.facit gloſ.no.in c.inquiſitores,in verbo,expreſſè.ſ.de hæreti.vbi dicitur ꝙ ſi dicatur: ꝙ contra quoſcunque cuiuſcunque ſtatus, cōditionis, aut dignitatis inquiratur,non tamen contra epiſcopos inquiritur: niſi id exprimatur,propter epiſcoporum prærogatiuam.cap quia periculoſum.ſ.de ſenten.excommunica. Or cardinales, epiſcopos in multis præcedunt. not. Ioan. Andr.in c.j.ſ.de cleri.non reſiden.& latius per Barba.in tracta. de præſtan. Cardi.ferè per totum.Igitur ex hoc capite habes intentum per argum.de multò magis,quod eſt in iure validum.not. in Authen.multo magis.C.de ſacroſanct.eccleſi.

¶Itē facit theorica vulgata: ꝙ generalis diſpoſitio ſub quacunque verborum prolatione concepta, ſi ſit odioſa comprehendit omnia, ſine qua communiter accidunt, non ſuperlatiua vel maxima:ſiue diſponat generaliter de perſonis,ſiue de rebus.c.ſedes.de reſcrip.c.qui ad agendū. ſ.de procurato.Clem.fin.eodem titu.d.cap.quia periculoſum:& quod not.in c.2.de præben.ſ.& c. dilectus.iuncto. c.2.ſ.de conce.præben.& c.de multa.in fin.ſ.de præben.Et ratio huius colligitur ex l.Itē apud Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iur.ibi.Ea enim quæ notabiliter fiunt: niſi ſpecialiter notētur,quaſi neglecta videntur. Adde de Selua, in tractatu benefic.3.parte quæſtione.12.verſicu. Item ſi Cardinalis.

12 ¶Comprobo & vlterius. Certum eſt ꝙ † nulla conſtitutio,ſiue lex ligat ipſum ſtatuentem maximè principem. l.Princeps.ff.de leg.& l digna vox. C.eo.quodquè natura ſtatutorum & canonum eſt ligare ſubditos tantum non ſeipſos.c.quod autem.ſ.de ſenten.excommunica.hinc eſt ꝙ concedens indulgentiam ſiue remiſſionem illa vti nō poteſt.Specu.in titu.de pœni.& remiſ.in fin.Ioan.And.in Mercur.latè in regula cui licet.Sed cū Cardinales ſint pars corporis Papæ & veluti membra ſua.c.nouit. & c.quanto. ſ.de his quæ fiunt a præl.Et de eorum aſſenſu, cuncta præſertim grauiora ordinet & diſponat.c.per uenerabilem.§. rationibus.qui filij ſint legi.Ioan.Mona.in c.ſuper eo.ſ.de hæret.ubi latè deduco poſt Barba.in d.tracta.de præſtan. Car.in j.parte quæſt.2.antep.colum.Sequitur quod Cardinales non comprehenduntur ſub generali & odioſa & reſtrictiua diſpoſitione.argu.c.cum non liceat.ſ.de præſcrip. Et ſic ſuccedit illud:ꝙ vna & eadem res diuerſo iure cenſeri nō debet.l.eum qui ædes.ibi.quod abſurdum eſt.ff.de vſucapio. Et ideo poſſumus dicere: quod inter Papam, & Cardinales ſit indiſſolubile vinculum:ſicut inter virum & vxorem.

¶AEquum eſt igitur vt participent de eius priuilegio: ſicut Auguſta de priuilegio Prīcipis.d.l.Princeps:& familia de priuilegio domini.c.licet.de priuileg.ſ.& Socius de priuilegio ſocij.de tempo.ordi.c.cū nullus.§ religioſi hoc libro.Iſtam ſententiam ſequitur glo. regu.cancel.3 in fine.Quod probat etiā Petr.de Anch.in conſil.295.Pro clariori euidentia. vbi concludit:ꝙ regula de uerò valore exprimendo nō habet locum tamquam odioſa in Cardinalibus.Præmiſſis etiam aſſentit modernus dominus & præcepto meus. Franciſc.de Ripa in j.reſpon.libro 115.vt in ſimili verbis Petr.de Ancha.utar,per eum citatis, conſilio 8.circa finem , difficultas quæſtionis:vbi fatetur de Bald. id quòd fateor de Ripa.

Et inquantum.ſ.diximus: ꝙ natura ſtatutorum & canonum eſt ligare ſubditos, per hoc firmatur ſtatuta & alia

13 quæ fiunt per laicos † in præiudicium eccleſiaſticæ libertatis non ualere.not.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.ſ.de conſtitu.quod tamen limitare habes non procedere in quærēdis:quia in talibus ſtatuta laicorum ualent,in præiudicium eccleſiæ.Car.conſi.144.ſtatuit ciuitas.Domi.conſi.74.col. 2.attentis. latè per Alexan.conſi.209.colū.3.& 4.ſtatutis. vol.2.cum duobus ſequentibus.Petr.de Ancha.conſil.11. factum ſuper quo:vbi dicit quod ſi laici faciunt ſtatutum bono zelo: vt ſibi proſint,& nō principaliter, vt alijs ſubſint:valet ſtatutum, licet reſultet in præiudicium eccleſiæ in quærendis.Bald.in rubri.ſ.de conſtitu. Deci.conſi.259. colum.2.uiſis his.& conſi.271.colum. fin.uerſicu.non obſtat alia ratio.In caſu tranſmiſſo de Hiſpania: quod dictū Pet.de Ancha.dicit fore Bald.& per illud firmari theoricam Areli in l 3.ff.de teſtamen: ꝙ quando lex diſponit in fauorem delinquētis:per quam legem datur materia delinquendi,talis lex non valet: quia non eſt honeſta & per conſequens eſt nulla. Sed ſi lex diſponat principaliter in fauorem eius,qui non deliquit: tunc valet, vt videtur in ſtatuto: quòd ſpurij ſuccedunt.

Valet etiam ſtatutum laicorum in fauorem clericorū factum.Dec.conſi.282.in fine.uiſo puncto.Item pro limitatione ad regulam uide quę citat Maria Socyn.conſil.36. colum.4.rectè ubi vult poſt Ioan. Andr.in regula ſine culpa in Mercuria. ꝙ licet cōſuetudo laicorum nō liget clericos vt in c.2.ſ.de conſuet.& plenè.in l.j.C.de epiſc.& cle. Tamen in quandam conſequentiam clericus ſecundo genitus excluditur uigore conſuetudinis volentis primogenitum excludere ſecund genitum, quaſi ſicut perſonā exemptam a iuriſdictione ſtatuentis in conſequentiam comprehendit conſtitutio:ita & fortius capiet bona, pro quo adduxit plura a iura.Vide etiam eundem Soc.conſil. 122.in fine.præſtantiſſimè:& conſ.241.colum.4.circa primam.& quæ dico in c.eos de immuni.eccle.ſ.

Et licet hoc dictum Ioan.Mo.ſit iuribus & authoritatibus multipliciter comprobatum: tamen ipſemet Ioan. Mo.contrarium fatetur uerum,in extrauag.j.in uerbo,clericos de ſenten.excommunica.ibi,ſed forſan:ibi, non eſt mihi credendum quę pro me dixi:cui dicto uidetur Domi.in d.c.vnico.ſ.de ſciſmati.aſſentire, cum fuerit Cardinalis & conatus defendere partem Cardinalium.

Tu tamen dic.his non obſtantibus primam opinionē Ioan.Mo fore ueriorem medijs ſubſequentibus. Primò: quia ipſe Domi.non probat,ꝙ tempore,quo dixit hoc,eſſet Cardinalis.Et ſi dicatur Imo fuit Cardinalis, quando hoc de ſeipſo dixit,vt patet etiam ex dicto Ioan. Andr.in nouel.ſ.in prooemio,quod ibi reaſſumpſi:quia adhoc reſpondetur id poſſe procedere, quando ſolus Ioan. Mona. hoc dixiſſet:ſed quādo habet multos & illuſtres doctores conteſtes,qui etiam illud affirmant,tunc ex confirmatione aliorum tollitur illa ſuſpitio.Iſte eſt text.valde ſingu.in l.ſi quis ex argentarijs.§.cogentur.uerſicu.quid ſi humilis & deploratus vnus ediderit.ff.de eden.facit pro præmiſſis ꝙ tradidit Iaſ.in conſi.136.colum.6.uol.4.ꝙ quando gloſſ. vel doctor in tribus vel quatuor locis vnū tenet, illud eſt ſequendum,quamuis alibi in vno loco cōtrarium teneat, ſecundum Bald.in l.præcibus.C.de impub.& alijs ſubſti. Et redeundo ad vltimum dictū habes id quod dicit Ang. conſi.1.quod dictum teſtis domeſtici ſuſtentatur ex dicto aliorum teſtium abilium.ita teſt. Bart.in loco.ſ.proximè allega.colum.fin.

¶Dicit tamen idem Barba. in d.tract.in d.j.parte & q. 12.colum.2.num.9.ꝙ conſueuit Papa in ſua conſtitutione quando vult comprehendere Cardinales, facere mentionem expreſſam de illis venerandis patribus.dicto cap. primo de ſciſmati.

¶Vel dic prout vidi in legato Auinionē.per Leonem. 10.dari ſuper hoc expreſſam declarationem, per quam dicebat: ꝙ ſuæ intentionis & uoluntatis nullatenus fuerat per conſtitutiones ſuas facultates legationis ſuæ reuocare,quominus uti poſſet, donec aliud duceret declarandū, & in aliquo reſtringere &c.Et iſta eſt vtilis cautela,vt tollatur omnis ambiguitas populo. Formam & materiam quarum declarationum vide in omnium eccleſiarum ꝓuinciali,& per Ange. conſilio 274.Bonifacius epiſcopus ſeruus ſeruorum. &c.

¶Et attende ad vnum,quia has declarationes Papa poteſt facere partibus abſentibus:licet quis prætendat intereſſe. argumen.eorum quæ not. Alber.in l.fina.C.de legi. vbi citat quòd concedens priuilegium poteſt illud interpretari etiam abſentibus partibus. Vide Bald. & Bartol. in l.ex facto.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitu.& quæ dico in rubri. de priuilegijs.

¶De conſuetudine. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ius ciuile vocatur quia a duabus ciuitatibus Athenienſium videlicet & Lacedemoniorum originem traxit.*

Sicut

Sicut lex expresso consensu populi conditur: sic etiam consuetudo tacito consensu introducitur.
2 *Quid sit consuetudo, & vnde dicatur, & quæ sit eius virtus: ac eius diuisio.*
3 *Tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis.*
Obligatio est iuris vinculum.
4 *In præscriptione rei singularis ius acquiritur ex diuturno vsu.*
Ex diuturnis actibus ius consuetudinarium inducitur.
5 *Virtus consuetudinis est multiplex.*
6 *Consuetudo diuiditur in rationabilem & irrationabilem.*
7 *Seruus legem domini tollere non potest.*
Iura publica pactis priuatorum non tolluntur.
Ius publicum in sacris, & sacerdotibus, & magistratibus consistit.
8 *Contra legem diuinam consuetudo non tenet.*
Sicut lege diuina prohibetur peccatū, ita & illa, p̄ quę peruenit̄ ad illud.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Consuetudo potest mihi dicere tria.*
2 *Obseruantia legis non inducit consuetudinem.*
3 *Per theoricam videmus: sed per practicam gustamus digestos rerum exitus.*
4 *An veniat credendum doctori asserenti fore consuetudinem.*
5 *Statur dicto glo. dicenti, hanc legem non esse in vsu.*
6 *Cuicunque perito in arte sua est credendum.*
Dictio, item, est inducens repetitionem præcedentis qualitatis.
7 *Item est dictio coniunctiua, non aduersatiua.*
8 *De dictione item indicatur idem ꝙ de copula.*
9 *Contrariorum eadem est disciplina seu natura & potentia, vbi est eadem ratio alias secus.*
10 *Vsus & consuetudo differunt, vt causa & causatum.*
11 *Consuetudo vt probetur, quid requiratur.*
12 *Alleganti consuetudinem incumbit onus probandi.*
13 *Interruptio præscriptionis consuetudinis fit per vnicum actum.*
Ad inducendum consuetudinem contra ius requiritur tempus immemoriale.
14 *Consuetudo non differt a lege: nisi tanquam tacitum ab expresso.*
15 *Consuetudo & lex sunt indiuidua, quia pro parte acceptari pro se, & pro parte minimè possunt.*
Consuetudo in dubio præsumitur rationabilis & ex causa introducta, & etiam in dubio contractus præsumitur licitus, & non vsurarius.
16 *Dicere contra legem diuinam quando dicatur.*
17 *Consuetudo inualida excusat a pœna.*
18 *In consuetudine introducenda, populus suam declarat voluntatem.*
Populus in factis superioris nihil habet declarare: vbi inest necessitas obsequendi, non auctoritas imperandi.
19 *Non potest introduci consuetudo: ꝙ Papa non conferat solus beneficia vacantia in curia.*
20 *Consuetudo & stilus excusant a pœna.*
21 *Omnis colorata causa etiam non legitima excusat a dolo.*
Consuetudo interpretatiua non requirit præscriptionem.
22 *Magistratus non possunt per stilum inducere aliquid contra ius commune, nec potestatem derogandi legi.*
23 *Quando loquimur simpliciter de præscriptione: debet intelligi de præscripta.*
24 *Pœna apposita contrahenti matrimonium non censetur imposita contrahenti sponsalia.*
25 *Quæ sunt quæsibilia per consuetudinem sunt quæsibilia per priuilegium.*
26 *Consuetudo scripturæ inualidæ validitatem tribuit: & econtra.*
Consuetudo fragilis est: & incerta: nunc alba: nunc nigra: & frequentius variatur.
27 *Consuetudo ligat minores.*
Si diuersæ reperiantur in eodē loco consuetudines contrariæ, qd̄ agēdū.
28 *Consuetudo non requirit titulum sicut præscriptio.*
29 *Ex actibus negatiuis potest causari præscriptio & consuetudo.*
30 *Quod potest facere pactum: potest facere consuetudo.*
31 *Consuetudo ligat, ac si expressè in contractu esset deductum.*
32 *Opinio pro qua laborat consuetudo obtinet partes.*

DICTO de iure scripto, sequitur de iure non scripto: vt potè de consuetudine. a

¶Et notandum ꝙ iuris ciuilis duæ sunt species, ius scriptum: vt est lex. b Ius non scriptum. vt est consuetudo.

1 ¶Et vocatur † ius ciuile, quia a duabus ciuitatibus scilicet Atheniensium & Lacedemoniorum originem traxit: Et sicut lex expresso consensu populi cōditur: consuetudo tacito consensu. Insti. de iur. natur. genti. & ciuili. §. constat. & §. ex non scripto. & §. sequen. & ff. de legi. & sena. consul. ff. de quibus & l. sed ea. & l. distin. est. & c. sequenti.

2 ¶Et quæritur † quid sit consuetudo & vnde dicatur, & quæ sit eius virtus, ac ipsius diuisio. Et dic. ꝙ consuetudo c est ius nō scriptum morib. populi diuturnis inductum. d vt d. §. ex non scripto. & j dist. consuetudo.

¶Sed contra: consuetudo est factum: ergo non ius. s̄. hoc lib. de constitu. cap. primo.

¶Sol. Dic vt ibi. Idem e contra: mores diuturni ex tem-3 pore habentur. Si ergo † tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis. ff. de actio. & obliga. l. obligationum ferè. §. placet; ergo nec mores diuturni inducent obligationem: & sic per consequens nec ius, cum obligatio sit iuris vinculum, hoc est ius vinciens. vt Insti. de obligatio. in princip.

¶Sol. Solum tempus non est modus tollendæ vel inducendæ obligationis, sed tacitus cum hoc consensus ex actibus diuturnis elicitus. vt dictis iuribus. Nam sicut in 4 † præscriptione rei singularis ius acquiritur ex diuturno f vsu. f ff. si serui vendi. l. si quis diuturno. ff. de aqua quotidi. g & estiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Sic ex diuturnis actib. ius consuetudinarium inducitur. Et dicitur consuetudo, quasi communis assuetudo. Nam in communi omnium est vsus j. dist. §. consuetudo.

5 ¶Et notandum ꝙ virtus † consuetudinis est multiplex: quia ipsa est iuris introductiua, & suppletiua iuris. vbi ius deficit. j. distinctione. consuetudo.

¶Item consuetudo est ad similia tractatiua, vt in eis ius constituat. s̄. eo. cum olim. Institu. de satisda. in fine. 11. dist. quis nesciat. & C. de veteri iure enucl. l. j. §. sed si quæ leges & ff. de legi. l. de quibus. ibi, tunc ꝙ proximum.

¶Item est iuris dubij interpretatiua. s̄. eo. cum dilectus: & ff. eo. si de interpretatione.

¶Item est iuris imitatiua in d. §. ex non scripto. & C. quę sit longa consuetudo. l. vlti.

¶Item est iuris abrogatiua, & quandoque derogatiua. hæc enim differunt. ff. de uerb. signifi. derogatur. Nam abrogatur ius: quando prorsus tollitur. Sed ipsum derogatur quando pro parte tollitur.

¶Vnde cōsuetudo alteri abrogat, & alteri derogat, scilicet ꝙ consuetudo est vniuersalis h vel particularis. ff. cōmunia predio. l. uenditor. §. si constat & ff. eo. sed ea.

¶Item consuetudo est iuris firmatoria. i 4. distinctio. §. leges. & C. de ueter. iure enucle. l. prima. §. sed si quæ leges. infra. de præscript. veniens. est etiam gratiæ declaratoria. infra. eo. cap. fin.

6 ¶Et est sciendum ꝙ consuetudo † diuiditur in rationabilem k & irrationabilem: approbatam, seu reprobatā Et dico illam rationabilē & approbatam, quæ clauditur sub dicta diffinitione: alias irrationabilem voco. Nam si qua constitutio sit ius. hoc est bonum & æquum, seu vtile in loco: iam non est consuetudo, quia non est ius. ff. de iusti. & iur. l. pen. in princip.

¶Item si consuetudo processerint in suis actibus cōtra l legem diuinam, reproba l est: quia seruus † tollere legem 7 domini non potest. Et hoc potius accusat quàm excusat. 12. dist. consuetudinem. supra. eo. cum tanto. j̄ de symo. satis, & c. sequenti.

¶Et est ratio, licet priuatorum pactis iura ipsorum tolli possunt, non tamen iura publica. ff. de pact. Ius publicum & l. inter debitorem: licet inter se paciscentes possunt sibi præiudicare vt ff. de pact. l. epistola. §. j.

¶Et constat ꝙ ius publicum in sacris & sacerdotibus. & in magistratibus consistit. ff. de iustitia & iur. l. prima. §. huius.

8 ¶Et ideo † contra legem m diuinam consuetudo non tenet, n sed, assuefaciens in hoc grauiter obligatur. o vt dictis iuribus. requiritur p etiam quòd sit præscripta. supra. eo. cum tanto.

¶Item est irrationabilis etiam si non sit directò contra legem diuinam, & homines deducantur per eam ad peccandum. s̄. eo. ex parte. Et est ratio. Sicut † lege diuina pro-9 hibet̄ peccatū. ita & illa, per q̄ peruenit̄ q ad illud arg. ff. de spon. l. oratio. ff. de cōdictio. insti. l. quæ sub cōdictione. §. si sub iuraiuran. & no. j̄. hoc lib. de reg. iur. c. cū quid ꝓhibet̄.

¶Item

¶ Item si consuetudo est contra ius publicum quo ad partem, quæ est in magistratibus, adhuc non tenet. supra. eo. ad nostram. & c. seq. vel quia neruum ecclesiasticæ disciplinę rumperet. supra eodem. c. eum inter. & c. cum venerabilis. ꝭ. de offi. ordi. irrefragabili. 2. respon.

¶ Est etiam cõsuetudo irrationabilis: habito respectu ad ipsum factum. ꝭ. de symo. ea. quęst. ipsa tamen relata ad indigentiam rectorum, superior piam cõsuetudinem & r laudabilem, qua subuenitur a filijs spiritualibus r rectoris s bus: faciet obseruari. ꝭ. de simo. ad apostolicam. s

¶ Ex quibus colligitur quid est consuetudo & quanta. Nam habet quantitatem virtutis, non molis: cum nõ sit aliquid corporeum: sicut omnia iura habẽt quantitatem virtutis. ff. de acquir. re. do. seruus. §. incorporales. Insti. de reb. corpor. & ĩcorpora. per totũ, apparet ẽt qualis sit. Mo.

ADDITIONES PROBI.

a De consuetudine. Oldra. consi. 172. nu. vj. q̃ omnes ferè obiectus, & cõsi. ccxliiij. num. 13. Ad obiectus qui fiunt. dicit ꝙ consuetudo 1 † potest mihi dicere tria, scilicet actum frequẽtatiuum, habitum generatiuum, & ius ex vtroque collectiuum. de primo loquitur. l. 3. C. de epi. audi. & l. facultas. in fi. de iure fisci. de secundo loquitur Insti. de rerũ diuisio. §. ad pauonum. Et talis consuetudo sic habituata fit quędam natura. Et de hoc loquitur. l. j. in prin. ad Macedo. ff. & de li. & posthu ff. l. si quis posthumos. De tertio loquitur insti. de iur. na. gen. & ciuili. §. constat.

b ¶ Lex cuius obseruãtia nõ† inducit cõsuetudinẽ. Io. de 2 Imol. in l. prima. in prin. ff. ad legem Falc. facit ꝙ not. Bar. in l. 2. in fi. ff. de sup. lega. tradit Maria. Soci. cõsi. 1 o. col. fi. abunde: & latius cõsi. cxlv. col. 2. circa primũ, vide Alex. in col. 1 36. in causa. vol. 2 vbi tractat de nõ vsu legis & cõsuetudinis: & consi. cxcvj. col. 3. viso testamẽto. vol. 2. quẽ etiam vide distinguentem, & consi. cxxvij. in prin. & nu. iij. visa facti. vol. j.

c Consuetudo est ius. Bar. in l de quibus. col. 4. nume. vj. ff. de legibus dicit. Consuetudo est ius non scriptum moribus & vsib⁹ populi vel a maiori parte ipsius ratione initiatum & continuatum & introductum habens vim legis, vbi hæc membra iuribus comprobat in lectura: pro quo uide Decium in rub. s̃. eo. col. 3. nu. 3.

Aliter dicit Ang. consi. cx. col. 3. ꝙ cõsuetudo est actus præteritus. qui distat a theorica speculatione, sicut distat 3 tactus a visu intellectuali. Nempe per theoricam † videmus: sed per practicam gustamus digestos rerum exitus: Idque magis infunditur quod sentimus: Insti. de grad. §. fi. ibi: sed cum magis veritas oculata fidẽ quã per aures animis hominum infigatur.

Et per hæc possumus verificare intentum Decij consi. 4 285. in fine & pro tenui: vbi dicit: ꝙ non venit† credendũ doctori asserenti fori consuetudinem: quia si talis doctor viueret non ei crederetur sine iuramento. Minus ergo mortuo venit credendum.

Contrariam tamen sententiam sentit Maria. Soci. cõsi. lxvij. col. vij. visis inuestituris. & consi. cxviij. col j. visa narrati puncti: dum dicit quod quando aliquis doctor affirmat aliquid de cõsuetudine obseruari in legum interpretatione, statur sibi, secũdũ Bar. in repeti. l. de quibus. in iij. col. ff. de legib. Iason. in consi. xv. vol. 3. in fine. Firmat do. Bertrãd. cõsi. 392. nu. 5. nihil opponitur. parte prima. Istud latè firmatur apud Alex. consi. lv. nu. xxvi. prospectus. uol. 5 4. & adiicitur in simili ꝙ statur † dicto glo. dicentis hanc legem non esse in vsu: vt dicit glo. in l. Rem nõ nouã. C. de iudi. & in l. si locus quemadmo. seruit. amit. ff. cum aliis Et hoc donec probetur contrarium: quia secundũ Philo. Cuicunque perito in arte sua credendum est. l. j. ff. de ventre inspi. c. fraternitatis. s̃. de frigi. c. proposuisti. supra de probatio.

Tene tamen non credatur doctori hoc casu per rationes Decii. consi. 47 2. colum. 3. testator. Quem vide consi. 540. num. ix. quæritur.

d Inductum. in statutis dicitur receptum: quia si non reperiatur statutum non ligat. not. apud Alex. consi. cxxiii. nu. 24. quod exorditur scripsit ecclesias. vol. 4.

6 Item. ꝙ hęc dictio est † inducens repetitionem pręce- e dentis qualitatis. Bartho. per tex. ibi in l. in repetendis. de lega. iij. Bal. in l. si fortidianum. C. de lega. dicit ꝙ est disiũctiua, non aduersatiua: quod est idem. Et dic quòd quotiens per dictionem. Item, adiicitur oratio imperfecta ratione uerbi, uel ex parte suppositi, uel appositi, semper inducitur repetitio præcedentis qualitatis: ut sequens oratio suppleatur ex pręcedẽti argu. l. eiusdem §. 2. ff. ad leg. Iul. de sicca. & l. 3. § 1. ff. ad leg. Iul. de ui. publi. Pro quo uide Hippo. de Mar. cõsi. lxxv. nu. 6. cum sequen. uide etiam Decium col. 423. negari non potest: ubi etiam dicit ꝙ est repetitiua. no in l. Item in potestate. ubi Bar. ff. de his quæ sunt sui uel alie. iur. & l. 1. §. primo. ff. de publicia. Et sub. ut etiam ꝙ denotat diuersitatem, ut in simili habetur Insti. de rerum diuisio. in §. Item ea quę. ubi glo. & facit tex. i. l. apud labeonem. ff. de iniur. Et Alexã. consi. clviii. col. 2. 7 abunde quidem. vol. 6. ubi dicit ꝙ de † hac dictione iudicatur idem quod de copula.

Quod autem. s̃. diximus hanc dictionem, Item, inducere repetitionem qualitatum pręcedentium, uel cõditionum ad sequentia, illud est uerum, si repetitio congruere potest: alias secus per l. cum pater. §. cum imperfecto. de lega. 2. not. idem Alex. cõsi. cxix. nu. 8. Super primo dubio 8 uol. 7. facit in simili quod diximus: ꝙ contrariorum † eadem est disciplina seu natura. l. & si contra. ff. de uulga. & l. fi. de leg. 3. Quodque unum & idem est statutum. Bal. in c. cum uenissent. in ulti. col. s̃. de iudiciis, ut non solũ cõtrariorum est eadem disciplina, sed etiam eadem est potentia. Bal. in l. ab emptione. per illum tex. ff. de pac. Iason in cõsi. 1. col. 2. volu. 3. dic ꝙ illud verũ est: q̃n est eadẽ rõ ꝯtriorũ: alias secus. l. si negocia. & l. si qs negocia. ff. de neg. gest. cũ aliis no. per Alex. consi. cxi nu. 13. vol. 7. firmat Ias. in ꝯsi. cxxxvi. col. 7. pręsupponitur in facto. uol. iiii. uide pro intento. Domi. consi. lxii. & pro distinctione prędicta Alex. in consi. cxvii. col. 2. visis supra. uol. i.

f Vsu. secundum Anto. & Imol. in c. cum cõsuetudinis. 9 supra. hoc ti. dic ꝙ vsus & consuetudo † differunt: ut causa & causatum. refert Corneus. consi. 89. in fine uisis actis. uol. 1.

Et de usu & obseruantia uide Alex. consi. 7. col. 2. uol. 6. & de non usu legis & consuetudinis eundem Alex. consi. cxxxvi. in causa. uol. 2. pręmissis adde quę tradit Iason in consi. cxxii. col. pe. uiso processu. uol. iiii. ꝙ per contrariã consuetudinem derogatur statuto.

10 Diuturnis actibus. ut probetur † cõsuetudo, requiritur ꝙ testes deponant de actuum frequentia, & de temporis diuturnitate: & tales actus factos fuisse. ita & taliter ꝙ appareat interuenisse tacitum consensum populi, uel maioris partis. ut magistraliter tradit Cy. in l. 2. uersi. sed quęro quid deponant testes. C. quę sit longa consuetudo, Decius consi. ccccl xxxiii. col. fi. pro resolutione, & latè. cõsi. 538. nu. 8. & sequen. uiso puncto. Bal. in l. de quibus. versi. postremo qualiter cõsuetudo probetur. ff. de legibus.

¶ Istud prosequitur Alex. consi. 136 nu. 17. in causa & lite. vol. 2. dum dicit ꝙ testes debent deponere de vsu consuetudinis, & declarare vsus frequẽtiam: temporis diuturnitatem: & tales vsus fuisse vsitatos publice pręsentibus & scientibus multis & infinitis personis, adeo ꝙ comprehẽdatur intercessisse consensum maioris partis populi.

¶ Vide quæ latè citat Areti. in §. ex non scripto. nu. 9 r. Insti. de iure. na. gen. & ciuili: ꝙ volens probare cõsuetudinẽ, dẽt offerre se probaturũ tria, videlicet vsum populi, frequentiã cum diuturnitate illius actus vsus. Nam ex his tribus resultat cõsensus: qui est cã mediate consuetudinis. Ponit enim practicã, quia dicent testes: ꝙ viderunt vti in hac ciuitate ꝙ primogenitus totã hęreditatem habuit: & ꝙ viderunt semel iudicari præsentibus centũ hominibus. Item ꝙ viderunt alia vice iudicari præsentibus ducentum hominibus. Nã tunc iudex videbit si isti trecẽtum homines faciunt maiorẽ partẽ populi: deinde q̃ret iudex a testibus. quantum tp̃s est ꝙ viderunt prædicta. Et si deponant de decennio: tunc probata erit consuetudo: quia probata sunt tria expedientia ad consuetudinem.

¶ Sint igitur testes concordes, nõ singulares, videlicet ꝙ ipsi concordent in tempore & identitate actus: alias essent singulares secundum Alex. vbi s̃. & Ci. in d. l. 2. colũ. antepe. Bald. in l. prima. C. de testa. Io. Imol. in l. inter pares. ff. de re iudi. Et sic non probarent: firmat Corneus cõ. 89. col. fi. visis actis. vol. primo. Doct. in c. fin. s̃. isto ti. non

immerito

immeritò videtur difficilis probationis. quod testatur Fulgo. consi. 6. in fine: quod exorditur, quidam emphyteota. Deci. consi. 275. sub num. 10. in causa illustrissimi, quem vide in consi. 420. in fine, quæritur, vbi dicit: quod alleganti 11 † consuetudinem incumbit onus probandi. glo. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. public. not. Barto. in l. de quibus. in fin. ff. de leg. & in l. omnes populi. in fin. ff. de iustitia & iure.

¶Et ideo subdit ibi idem Decius id quod supra citauimus quod doctori alleganti consuetudinem non conuenit credendum: quod ibi latè firmat.

¶Attende præterea ad vnum, de quo meminit Maria. 12 Soci. consi. 7. ante finem, nunc quæsitorum. quod per † vnicum actum contrarium consuetudini, ante perfectâ seu complectam, vel præscriptam consuetudinem interrumpitur consuetudo: ita quod necessarium est de nouo incipere præscribere consuetudinem: & hoc expressè tenet Pano. in cap. fi. in uersicu. sed quæro, circa istam partem. supra. isto titulo.

¶Quod autem diximus de. 10. annis ad inducendum præscriptionem: intellige si est præter ius: quia si contra 13 † ius commune, requiritur tempus immemoriale. dictû est singu. Archi. in cap. generali. infra de elect. Roma. singul. 101. quæro secundò.

¶Item quod etiam diximus quod fuerit iudicatum. Ista fuit opinio glo. in d. l. de quibus & in §. ex non scripto. Institu. de iur. na. gen. & ciuili: cuius tamen opinio communiter reprobatur secundum Maria. Soc. consi. 99. col. j. in causa eximij. vbi dicit quod consuetudo non differt a lege: nisi tanquàm tacitû ab expresso. Vnde sicut lex inducitur absque actu iudiciario expressè: ita & consuetudo tacitè. Doct. in c. fin. hoc titu. Alexand. consi. 65. num. 7. quoniam omne dictum. uolu. 6. quem uide consi. 104. colum. fin. in causa & lite. vol. 3. ubi comprobat quod testes inducti ad probandum consuetudinem non sint singulares circa actus consuetos. Idem consi. 45. uisis attestationibus volu. 2. & consi. 196. colum. 3. uiso testamento. eo. volu.

h ¶Vniuersalis consuetudo vniuersalis alia probatione non indiget: sed satis est quod allegetur. Et ideo iudex supplet in tali consuetudine. Bald. in l. filiusfami. §. ueterani. in vlti. not. ff. de procura. Idem Bal. in l. Iubemus. C. de iudicijs. & in l. si fugitiui. colum. j. C. de seruis fug. refert Dec. consi. 148. num. 4. Reuerende pater. & consil. 447. in fine in donatione facta. & consi. 449. nu. 24 uisis. idem dic de generali. Deci. consil. 483. nume. 20. pro resolutione allegat Bal. in l. si fugitiui. colum. j. C. de seruis fugi. idem Decius consi. 516. num. 18. quoniam: vbi idem dicit de notoria consuetudine. & consi. 540. num. 12. quæritur. & consi. 586. colum. j. in causa, quæ Mantuæ.

14 ¶Firmatoria. consuetudo & lex † sunt indiuidua: quia i pro parte acceptari pro se, & pro parte nô, minimè potest: quod verum: nisi ex dispositione legis esset in parte derogatiua: vt est text. singularis. in l. j. §. his tantummodo, ibi, ea inefficax, quâtum in eam partem remaneat. C. de Latina liber. tol. Ex quo tex. Bald. ibi colligit quod lex vel scriptura pro parte ualet: & pro parte non: quando hoc exprimitur a lege. Vide Barba. consi. 34. colum. penult. Illud in medium. volum. 4.

¶De confessione autem, an possit pro parte acceptari: & pro parte reijci, vide Soc. consi. 208. col. j. uisis actis.

15 ¶Rationabilem. quæ in dubio † talis præsumitur, & K ex causa introducta: licet si contra ius commune. Aretin. consi. 23. colum. 4. in præsenti: idem dic in simili in contractu. vt in dubio censeatur licitus & non vsurarius. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si cert. peta. & l. si ea pactione. cum glo. C. de vsur. quia omnes contractus præsumuntur celebrati bona fide & sine fraude vsurarum. Bald. in rubr. supra. de iudi. not. Ias. in consi. 153. colum. 6. præsupponitur. volum. 4.

l ¶Reproba est. siue inducat mortale: siue veniale peccatum, aut alias eius exitus in detrimentum animæ tedat. Ioan. de Imo. in repeti. cap. fin. col. 2. supra de præscriptio. Pro hoc vide Pau. de Cast. consi. 363. circa primum, parte prima: & ibi ponit requisita ad laudabilem & piam consuetudinem. & consi. 401. num. 4. uiso processu. in j. parte. & Maria Soc. col. 7. colum. pen. nunc quæsitorum.

¶Contra legem diuinam. dicitur contra legem diui16 nam † seu contra ius diuinum, quando id reperitur in sam cra pagina. glo. quam ibi sequuntur Doct. in cap. diuersis. in uerbo, uidelicet. infra de priuileg.

¶In proposito Ioan. Mo. dic quod quando ex aliquo statuto, vt putà episcopi, quod dicitur iniquum, resultat quod illius non obseruantia afferret, & ex eo sequeretur scândalum maius, & minus resultaret malum, tale foret seruandum. testatur Præpo. Alex. in c. de his. el. j. pen. colû. 50. dist. Idem de lege iniqua tradit Fely. in c. nihil. 3. col. supra de præscrip. dicens legem iniquam esse seruandam propter scândalum euitandum: dummodò non sit iniqua per contrarietatem ad ius diuinum: quia tunc nullomodo esset seruanda propter scandalum. ita citat Henr. de Botis. in trac. de synodo episcopi. in 3. parte arti. 2. num. 101.

¶Et attende ad istam inualiditatem: quia in ea non procedit doctrina. glo. in c. fin. supra hoc titu. quam communiter Doct. sequuntur. glo. c. sanè. supra de tempo. ordin. videlicet quod 17 licet consuetudo † sit inualida, excusat tamê a pœna. Soci. consi. 209. colum. fin. licet nulla: quod comprobo in sequenti apostilla.

¶Vide pro præmissis membris quæ tradit Alexand. in consi. 107. pro inuestigatione. volu. 2.

n ¶Non tenet. Idem est dicendum de his, quæ superior sibi reseruauit in signum superioris dominij seu vniuersalis, sicut est pallium. cap. contra morem. cap. dist. cap. cum nobis. supra de præscript.

18 ¶Et ratio: quia † in consuetudine inducenda populus declarat suam voluntatem ex ipsis factis. l. de quibus. ff. de legib. Sed populus in factis superioris nihil habet declarare, vbi inest necessitas obsequendi: non auctoritas Imperandi. cap. ecclesia. supra. de constitu. not. Guil. in cap. vnico de cleri. ægro. hoc lib.

¶Ex quo infero: quod nô potest introduci consuetudo, quod Papa non conferat solus beneficia vacantia in curia, quia id specialiter sibi reseruauit in signum vniuersalis dominij. cap. 2. de præben. hoc lib. facit quod not. Alex. in consi. 106. num. 5. perspectis. volum. 2.

19 ¶Obligatur. quando consuetudo † a pœna excuset. vio de Alex. consi. 8. in fine. Et aduerte. volum. 6. & consi. 233. num. 14. eo. uolu. 2. & consi. 240. num. 7. perspectis & ponderatis. eo. uolu. 6. & consi. 132. nu. 3. uisa facti. uol. j. Et Petrum de Ancha. consi. 51. consuetudo quæ habet. & consi. 273. iure stricto. Alexâ. in consi. 107. pro inuestigatione. volu. 2. & consi. 72. num. 6. visis & oportunè. eo. volum. 2. vbi idem ait de stilo vt excuset a pœna delicti. sicut de côsuetudine dicitur. facit regula. de qua ipse Alex. meminit in consi. 212. num. 5. visis uolum. 2. quod omnis colorata causa etiam nô legitima excusat a dolo: l. igitur. §. potest. ff. de libe. causa. l. j. & in fine cum glo. ff. de abigeis. l. plagij. cum glo. C. ad leg. Fa. de plag. Pro his faciunt quæ tradit Ias. in consi. 153. col. 5. præsupponitur volum. 4. quòd si quis facit aliquem actum, qui æstimatur communiter licitus, contrarium tamen est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem, quòd ex hoc non dicitur vsurarius. per tex. in l. si qs sit fugitiuus. §. apud Labeonem, ibi & Bart. ff. de edil. edic. quod ibi latius extendit: quem videas.

20 Præscripta. non intelligas de consuetudine † interprep tatiua: quia non requiritur quòd talis sit præscripta. Ita tenet Alex. de Imo. consi. 107. num. 21. uolu. 2. Aretin. consi. 11. colum. pen. procedendum est. Deci. consi. 156. colum. fin. statutum catedralis ecclesiæ. & consil. 440. num. 14. præsens. Maria. Soc. consi. 111. colum. fin. abunde allegant Anto. de Butr. in cap. fin. uersicu. ex his, dicit Nico. de Matha. supra. eod. titu. ita tenere.

Hæc enim consuetudo interpretatiua seu declaratiua habet uim obseruantiæ, quæ non requirit tempus, sed sufficit quòd aliquibus actibus, arbitrio iudicis sit obseruatû. Alex. de Imo. consi. 36. colum. fin. uiso themate volum. 2. Istud post Anto. de Butr. ubi. supra. exemplificat Roc. de Cur. in repeti. rubri. huius tituli. supra in uersic. quarto quæro. col. j. in lege, quæ dicit ferias messium & vindemiarum esse obseruandas: quia non determinando tempus stabitur obseruantiæ curiæ. l. præsides ff. de ferijs. Item exemplificat in leg. dicente cautionem esse præstandam. quæ non determinat vsque ad quem diem: tunc enim stabitur obseruantiæ. l. finita in princ. ff. de dam. infec. Et hęc obseruantia non præscripta habet locum solum in his, quę sunt præter ius: secus si côtra ius, quia in tali requiritur præscriptio. Ratio ponitur per Alexan. in d. consi. 36. dum dicit.

Stilus

Stilus vnius curiæ vel iudicis non potest operari & inducere derogationem legis contra ius commune:sed solum potest inducere declarationem eius, quod esset arbitrio 21 iudicis concessum.facit quia ipsi † magistratus non possunt per stilum inducere aliquid contra ius commune: nec potestatem derogandi legi seu condendi statutum contra ius commune. l.formam.C.de officio præf.vrb. no.in c.fi.de hæreti.hoc li.Alex.vbi supra.proxi.

¶ Et si debeat probari ipsa consuetudo interpretatiua, vide Siluam.nup.carta.mihi.ccxiij.col.1.

22 ¶ Et vlterius dic,quando loquimur † de præscriptione simpliciter,debet intelligi de præscripta.tex.est & ibi. glosa amplissima,vt videre licet in hoc puncto.in tit.de causis in §.statuit.in verbo.præscripta,in pragma.tex. no. in c.Cumana.s.de elec.quem allegat Bal.in l.binos.C.de aduoca.diuer.iudi.& in c.j.in prin.de cogni.feudi.Alex. in consi.cxxxvj.nu.16.in causa & lite vertente.vol.2.& consi.68.& viso volu.eo.Deci.consil.482.nu. 6.pro resolutione.pone instantiam in consuetudine, quæ quasi in omnibus ecclesijs Regni Franciæ viget, ꝙ dignitas non potest nec debet conferri nisi canonico illius ecclesię, qa hæc est præscripta.si credamus glo.pragma.in ti.de col.in §.item censuit in verbo,requireret. meminit Bertrandi. consi.2.col.4.in 3.parte,præpositus.in c.nullus lxj.di.

q ¶ Peruenitur ad illud.Idē Io.Mo.s.in c.primo de ref. tex.in c.ex tenore.& c.constitutus.s.de conces.præben. quod etiam in pęnalibus videtur habere locum per ea, quæ vlunt glo.Panor.alij.& in c.j.s.de postul.præla.

¶ In contrarium tamen reperio glo.in verbo,contrahere.in cle.vna de consang.& affini.approbatam.ibi per 23 Car.& Pet.Anch.& communiter Scriben.vbi pęna† imposita contrahenti matrimonium,non censetur imposita contrahenti sponsalia, per quæ peruenitur ad matrimonium.

¶ Firmo præterea per ea,quæ nota.decidit Alex.consi. 104.consideratis verbis instrumenti.vol.2.quod prohibitus facere molendinum sub pęna, non incidit in statutū faciendo aqueductū.Nec obstat regula.l.oratio: quia vt dixi non habet locum quo ad pęnam secundum.d.glo. contrahere.Iason.in l.2.ff.de iurisdi.omnium iudic.& latius per eundem in repeti.l.quominus.in ix.no.ff.de flu.

¶ Et dato ꝙ procederet in pęnalibus,prout etiam prędixi:illud verum esset,vbi eadem ratio militaret in eo, ꝑ quod peruenitur ad illud,videlicet prohibitum: alias secus.l.j.C.si rector prouinciæ.vbi Cy.Bal.Petrus.Ray.& Saly.ita declarat hanc regulam Alex.in d.consi.col.fi.adducens simile argumentum de toto ad partem, quod nō tenet,vbi non concurrit eadem ratio in parte, quæ est in toto.l.sed si lege.§.a deo ff.de petitio.hæred.

r ¶ Specialibus rectoribus.qui in fauorabilibus sub appellatione patris comprehenduntur, tenuit gl. in verbo. parentem.in §.sed & quatuor genera de pęni.di.prima.& in c.Pyctacium.30.q 3.faciunt nota.in c.infames.6.q.j.& in l.parentes.& in l.3.ff de in ius voc.& in l.fi.eo.no.in c.s. de cog.spirituali.& c.fi.j.co.ti.

s ¶ Ad apostolicam.de qua consuetudine vide per Decium consi.215.in dubio in causa vertente:& latè per Petrum de Ancha.consi.48.qui talia asserunt.

¶ Et quia in iure nostro diximus consuetudinem maximam vim & efficatiam habere, quamobrem ad aliqua 24 specialiter descendo. Primo habeo † quòd ea quæ sunt quæsibilia per priuilegium possunt quæri, & induci per consuetudinem.In no.in c.nouit.supra de iudi.refert & sequitur Maria.Soci.consi.77.col.7.visis:vbi subdit etiam si solus princeps possit concedere.l.fi.C.no.vecti.no.in c. super quibusdam.s.de verbo.significa.

¶ Et inducitur & tollitur consuetudo per simile tempus:quia secundum Areti.in consi.23.col.4.in præsenti, tantum temporis requiritur,& sufficit ad tollendam consuetudinem inductam & contrariam inducendam, quātum in ipsa consuetudine inducenda requiritur. Inno.in c.accedentibus.s.de priuileg.Domi.in c.2.j.hoc ti.

25 ¶ Item consuetudo † scripturæ inualidæ & non probanti potest validitatem & vim probationis tribuere: vt in c.cum dilectus.vbi Scriben.s.isto titu.& Io.And.in c.j. eo.ti.Bal.in c.primo.s.de instrumen.sequitur Soci.consi. 277.col.3.visis publico.Et latius Alex.consi.152.visis statutis.vol.7.vbi idem dicit de scriptura valida:vt possit facere inalidam:maximè quando validitas non procedit a iure diuino,sed a positiuo,per regulam quam citabo.in c. primo in versi.Et quia.s.diximus de tetta hoc lib.

¶ Vide pro intento.Alex.consi.87.visa copia.vol.7.& Pet.de Ancha.consi.154.col.2.versi.ex quibus infero.vbi comprobat quòd libri censuarij faciunt fidem.Ad idem facit quod not.Steph.Bertrandi.consi.primo.col.2.parte 2.post Oldra.consi.157.in fine.quod exorditur, vniuersis præsentes literas.quòd contractus alias illicitus vel suspectus ab omni suspitione illiciti redditur alienus ratione consuetudinis:quod etiam comprobat idem Bertrandi. consi.132.num.8.Dubitatur eadem parte.2.Alex.consil. 124.num.primo exordi.consideratis his vol.5.cardi.cōsi. 52.num.9.Titius nunc.& cons.74.in fine,dominus abbas. Idem Cardi.consi.pe.ꝙ ratione consuetudinis literæ quę mittuntur inter mercatores,habent vim publicorum documentorum:in quibus locis viget maximè mercimonia.intentum placet Domi.in consi.157.col.fi.super isto dubio.

¶ Moderari tamen habes istud secundum ea, quæ no. Neapolita.dec.302.Aliud dubium.& Do.de rota:in antiquio.hoc.ti.deci.7.vtrum valeat.vbi dicunt:ꝙ non valet consuetudo: vt instrumento non apponatur dies & locus: quia ista videntur de substantia actus.vt dicitur de inditionis descriptione.vt in Authen.vt præpo.no.imper. in prin.& in c.inter dilectos.s.de fide instru.Alex.consil. 66.col.2.viso processu.vol.primo.& consil.123.col.2.discussis.eo.uol.Iason.in consil.112.columna 2.vol.3.illustrissimus.

¶ Ideo temitti non potest per consuetudinem, quæ dicitur populi tacitus consensus:quia in hoc substātiali nō iuuat expressus consensus:arg.eorum quæ not.Alex.cōsi. 66.in prin.viso puncto uol.2.Ideo si non iuuet expressus multominus iuuabit tacitus.l.cum quid.ff.si cer.peta.dico in c.nullus de elec.j.& in c.constitutionem: de regu. Et ex his habeo intentum pro Lapo.allege.52.lętatus:vbi 26 dicit:quòd consuetudo † fragilis est & incerta, nūc alba, nunc nigra & frequentius variatur.

¶ Et pro eodem intento vide quæ dicimus in c.Romana in verbo,quod vni:quibus adde quæ tradit Alex.in cō. 155.circa finem visa scriptura.vol.2.& consi.53.nume.2. in causa.vol.1.

¶ Item consuetudo ligat minores,quando respicit actum:cuius sunt capaces minores,sicut maiores.vt in matrimonio.c.fi.de iudi.hoc lib.not.in l.ait prætor.in prin. ff.de minor.& tunc consuetudo comprehendit minores alias secus.ar.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mūer.& hono.Alex.consi.62.nume.18.in causa & lite vertente inter Cristophorum.volu.7.

¶ Itē habemus attendere ꝙ aliqñ consuetudo concernit siue respicit solennitatē actus, vtpotè ꝙ in testamēto sufficiant duo testes:& tūc actus extēdit vim suā vbique. Quādoq; respicit non solēnitatē,sed effectū qui ex ea resultat:& tūc locus bonorū debet attēdi. Bal.in l.si nō speciali.C.de testa.Quandoq; concernit personā, vt ꝙ primogenitus succedat.& hæc nō extēdit ad bona alibi sita. Quandoq; cōcernit principaliter bona, vt ꝙ omnia bona sint communia inter virum & vxorem:& hoc casu consuetudo non viget in bonis sitis in locis consuetudini non ascriptis: vt latè tradit Petr.de Ancha.consil.64.visis diligenter,& ante eum Guil.de Cuneo.Bar.& alij in l.cūctos.C.de summa Trini.& fide catho.

27 Si enim reperiātur† diuersę cōsuetudines ꝯrię in eodē loco,attēde ad ea q̄ not.Alex.de Im.cōs.5.si versa sūt.vol. 5.& Neapol.127.in fine,quodā Ioānes vbi dicūt ꝙ tūc statur illi,q̄ est iuri cōi cōformis.Bal.in l.non solū.ff.de iure dot.& Bar.in l.2.in fi.prin.ff.solu matri.Itē verba ꝯtrahētiū & īstrumētorū sīt inde ꝯfectorū simpliciter ꝓlata debēt intelligi & interp̄tari in dispositionē statuti:& cōsuetudinis patrię.firmat Iason.cōsi.136.col.2.in causa.vol.4.

28 Itē cōsuetudo † nō requirit titulū sicut præscriptio.n. Alex.in consi.133.col.1.super primo quæsito. vol.4.intellige de alia præscriptione,q̄ de ea quæ fit per tēpus, de cuius initio non extat hominum memoria, vt notat idem. Alex.cōs.6.col.prima.vol.1.vbi vnum subdit in ꝓposito, 29 ꝙ etiam† ex actibus negatiuis potest causari præscriptio & consuetudo. And.& alij in c.primo.s.de cleri.coniuga. Doct.in fi.s.isto.ti.& in l.de quibus.C.de legibus.

30 ¶Item illud quod potest † facere pactum, potest facere consuetudo. no Doct. in l. de quibus. ff. de lega. & Neapol. deci. 91. num. 9. Iterum ubi subdunt: ꝙ consuetudo † ita 31 ligat & obligat, ac si expresse in cōtractum esset deductū, cum ab ea non sit recedendum. cap. 2. ad finem. supra. de feud. Barto. in authen. qui rem. ad finem. C. de sacrosanct. eccle. Alexan. in consi 189. num. 12. viso & mature. volu. 2. Neapoli. deci. 258. postquàm. & 315. nu. 12. & plurimū.

32 Item & postremò quando plures † & uariæ reperiunt opiniones in facto vno, obtinet partes illa, ꝓ qua consuetudo laborat. Notāt Neapoli. deci. 173. In causa Hectoris. pro quo Ioan. Mona. in cap. licet. de sepult. Idem Domi. Neapol. deci. 181. in quodam processu.

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Consuetudinem quam in vestra ecclesia &c.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo reproba est contra ius publicum: quod consistit in sacris & sacerdotibus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ecclesia dicitur illa, quæ deputatur principaliter ad celebrãdum, consecratur per episcopum, & dos sibi constituitur.*
Oratorium quid dicatur.
2 *In primitiua Ecclesia, quælibet beneficia erant incompatibilia.*
3 *Pluribus intentis minor est ad singula sensus.*
4 *Nemo potest esse de duobus collegijs.*
5 *Non potest quis de iure communi in duabus ciuitatibus fungi duobus honoribus secularibus.*
6 *Scolaris multum præbendatus aut beneficiatus minus benefacit factum suum,*
7 *Quotiens duo iura concurrunt in vna & eadem persona: habent vim diuersarum personarum.*
8 *Io. And. authoritas non minima est, prout de Bar. dicitur.*
9 *Ad opinionem vel authoritatem doctoris non est attendendum: sed potius ad rationem, quæ eum mouit.*

Consuetudinem, In hac decretali & sequenti tangitur de consuetudine re-1 proba. quia est contra ius† publicū. quod consistit in sacris & sacerdotibus vt prædixi. Sed primo. tertio. & quarto capitu. tangitur de consuetudine proba. (non existat.) 22. q. 4. inter cætera. ꝟ. hoc libro de iureiurãdo contingit. Et huius ratio notatur. ꝟ. hoc lib. de regul. iuris. non est obligatorium. (adimplere). C. de assesso. l. nemo. arg. ꝟ. de celebratione missa. capitu te referente. & capitu. consuluisti. ꝟ. hoc libro de præben. cap. cum singula. Prædi-a cta sunt prohibita in eadem a ecclesia.

¶ Sed nunquid in diuersis? dic quod non, sicut habere officium in vna, & dignitatem in alia. hæc expressa non reprobata tollerentur (officia) perpetua, secus si temporalia vel commendatitia. Sed cum hæc decretalis loquatur in a secularibus: quod in religiosis † videtur secus: quia ministerio eorum largitas eorum est magis reproba. & ob hoc verbum, perpetua, non ponitur. ꝟ. hoc lib. de præben. cum singula. Et tene. tex. d. decretalis.

ADDITIONES PROBI.

In eadem ecclesia. meritò dicitur in ecclesia, propter differentiam, quæ esse asseritur inter ecclesiā & oratorium. In quo nō assistunt nec innituntur beneficia.

¶ Differentia enim dicitur: quia eccle-1 sia † illa est, quæ deputatur principaliter ad celebrandum. Consecratur per episcopum, & dos sibi constituitur. capitu. nemo. de consecra. di. prima.

¶ Oratorium vero non consecratur, nec dos sibi constituitur. nec fit principaliter, vt ibi celebretur, sed ad orãdum, Freder. consi. 130. factum tale est. quædam domus. Qui subdit considerandum esse an in tali loco sit campanile, ex quo etiam demonstratur quod sit in ecclesia: quia campana publica non debet esse in oratorijs: sed in ecclesijs. tex. in capitulo, patentibus literis. Vbi Panor. s. de priuileg. & in capitulo inter dilectos. columna secunda. supra de donatio. & in capitulo Ioannes. supra de homi. in princi. Sequitur Decius consil. cxl 8. columna prima. reuerende pater.

¶Subiunge præterea ꝙ hic est sedes materiæ quotidianæ, & versatilis in scholis & palatijs. An alicui liceat sub vno & eodem tecto plura obtinere beneficia. Domi. & Franc. hic aliqualiter materiam ipsam tangunt ad sobrietatem: non tamen (prout visum est mihi Philippo Probo ad satietatem, idcirco trino & vno propitio in præsentiarum, tam in puncto iuris quam in praxi aliquid addere sub correctione melius sentienti curaui.

¶ Quandoque est reuelatiua & perēptoria,vt,nō obstāte tali cōsuetudine: quam omnino cassamus.cap. quia sæpe.de electio.j.& ista est præsentis speculationis Ioā. Mo. quam consuetudinem dicit non tolli, nisi per non obstātias,quod verum particulares & non generales. Pro quo glo.not.in extrauagan.sedes apostolica.in verbo,immutari.de offic.deleg.vbi dicit Quod per constitutionem Principis quantumcunque publicæ vel solenniter editam. Etiā licet omnes nonobstantias de mundo contineat : nō tolluntur specialia priuilegia,statuta,vel consuetudines, quæ non obstantiæ tantum tendunt ad tollendam surreptionem,non ad talia iura specialia perimenda, nisi nominatim specialiter:& expresè talia per ipsa tollantur.s.de res. c.cum ordinem & de dolo & contumacia.ex literis.

¶ Dicit enim Ioan. Andr. in nouel.in cap.j.colum.3.de fil.presbytero.j. Quod communia,nonobstātia, posita in literis Papalibus non iustificant personam impetrantem: sed literarum impetratarum formam. de quo per Ioan. Mo.& alios scriben.in dicto cap. 1.

¶ Et dic,non obstantia,in proposito text.nostri fore necessaria sub hac verborum forma.

Non obstantibus statutis, & consuetudinibus illius ecclesiæ contrarijs,illis præsertim,quibus caueri dicit. Quod nullus possit habere maiorem:nisi primò habuerit minorem & gradatim ascendat.

Et ista

Et ista erunt efficacia & valida ad huiusmodi consuetudinis derogationem. Et hæc sit rei veritas, notant do. de rota deci. 30. in nouis si mandatur: vt reperies casus præsentis decisionem iuribus & rationibus firmatam, & latius per d. de Selua. in 3. parte. q. 11. colum. 17.

¶Aliquando ponitur etiam iuramento roboratis, quia tunc de eo iuramento debet fieri mentio, alias Papa non videtur derogare. c. constitutus vbi gl. & Doct. s. de rescri. Inno. in cap. cum inter. s. de renuncia. refert Alexã. consi. 137. numero 4. visa quali volum 6. vbi subdit post Ange. in l. j. §. quæ onerandę. ff. quarum rerum actio non datur ꝙ licet Papa vel Imperator casset consuetudines, vel statuta: non intelligitur cassare statuta iuramento firmata: quę possunt seruari absque periculo animæ. pro quo gl. fin. in c. cum nõ deceat. de elec. hoc lib. quod reassumpsit. idem Alex. consi. 62. in fine in causa & lite vertente inter Christoforum. volum. 7.

¶Themate præmissorum retento oritur dubium. Pone, Papa mandauit ꝙ non obstante consuetudine, de qua supra, præbenda conferatur. N. tamen tempore datæ mandati non erat hæc cõsuetudo introducta, aut debitis modo & tempore firmata. Adeo ꝙ non erat in suo esse perfecto data; tamen antequàm mãdatum esset præsentatum. vel præbenda ipsa vacaret, consuetudo illa suum sumpsit esse perfectum. Nunc quæritur an per huiusmodi nõ obstantia, consuetudinis derogatoria tollatur consuetudo, 2 aut statutum † & sic an clausula huiusmodi, non obstan. intelligatur & extendatur ad introducẽda, vel de præsenti solum introducta. in hac quæstione varij varia senserũt. Et breuiter Barto. in l. si mihi. §. in legatis. num. 4. de lega. j. post Dyn. dicit ꝙ Papa videtur sustulisse etiam ea, quæ in futurum poterant obstare. argumen. l. si seruitus. ff. de serui. vrbano. prædio.

¶In simili format ibi quæstionem. Imperator concessit quibusdam comitibus ꝙ possint creare tabelliones, & eis concedere potestatem conficiendi instrumenta, inter omnes personas cuiuslibet loci, non obstante aliqua cõstitutione vel statuto. Modò post huiusmodi concessionẽ factum est statutum in aliqua ciuitate: ꝙ instrumenta facta a quouis, tabellione non ualeant, nisi habita licenta a communi. Dubium est an statutum superueniens præiudicet tabellioni habenti priuilegium ab illis comitibus, & decidit ꝙ non: istam sententiam sequuti sunt. Flor. in d. l. si seruus. Rayn. in l. si ita esset. ff. de auro. & argẽ. lega. Bu. de Cast. in l. cum consuetudo. ff. de legib. & in d. §. in lga. latè Car. in Cle. j. § nonnulli, in 6. q. de exces. præla. vbi Petr. de Ancha. Idem Car. in Cle. statutum. in 3. oppo. de elect. Cyn. in l. 2. C. quæ sit lon. consue. & Barba. in aditio. ad Barto. in d. § in lega. vbi adducit concor. Et ista est cõmunis licet glo. in d. Cle. statutum & in Cle. si vna in g. o. pen. de rebus ecclesi. non alie. teneant quòd solum ad præcedentem tantum.

Et priusquàm ad alia descendam, habeo in puncto intenti, ꝙ licet superior deroget pactis: tamen non intelligi-3 tur derogare † pactis roboratis per sententiam, siper pactis sublecutam, & sic non tollitur virtus sententæ, nec pacti ita roborari. Ista fuit sententia glo. in verbo, picta. in Cle. dudum de sepul. quam sequuntur. Guil. Paul. Ioan. de Lignia. & Ioan. de Imo. ibi referunt etiam ita tenere Ioan. Mo. & pro hoc etiam allegant in simili not. per glo. fin. in c. cum non deceat de elec. hoc lib. prout refert Alexan. de Imo. consi. 30. in princ. ponderatis narratis. volum. 5.

Et quia sæpius derogationes statutorum & consuetudinum in primis literis: siue bullis omitti dicuntur forte (vt ita dicam) inaduertentia quadam siue ignorãtia ideo ne tuo frustreris intento, do tibi salubre consilium. vt quã citius poteris impetres: siue obtineas, a summo Pontifice (dico sub data tuæ prouisionis) ab eius cancellaria virtute clausularum in signatura appositarum: gratiam perinde valere; cuius formam ad tui animi faciliorem intelligentiam sub his verbis transcribere curaui.

4 ¶Clemens episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filio Barthol. Cheualier canonico Bituricen. Salutem & apostolicam benedictionem. Hodie siquidem canonica & præbenda ecclesiæ Bituricen. per liberam resignationem dilecti filij Bernardini dictæ ecclesiæ Bituricen. de illis, quas tunc obtinebat, per certum procuratorem suum in manibus nostris spõte factam & per nos admissam apud sedem apostolicam vacantibus. Nos illas sic vacantes, & in antea dispositioni apostolicæ reseruatas: cum plenitudine iuris canonici, ac omnibus iuribus & pertinẽtijs necnõ domum infra claustrum ecclesiæ huiusmudi sitam, per canonicos eiusdem ecclesiæ teneri solitam. Ad quam ipse Bernardinus ratione canonicatus & præbendæ prædictorum tenebat, & habitabat, apostolica auctoritate tibi contulimus, & de illis etiam prouidimus; prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

Cum autem, sicut accepimus in statutis & consuetudinibus dictæ ecclesiæ, priuilegijs quoque & indultis apostolicis ecclesiæ huiusmodi, & illius canonicis concessis, confirmatis & in nouatis, inter alia caueaẽ expresè. Quod antiquiores canonici ecclesiæ prędictæ domos vel canonicos prædictos teneri solitas, pro tempore etiã per resignationem apud sedem apostolicam prędictam vacãtes, optant. Ac dilecti filij capitulũ eccclesię huiusmodi domos eiusdem, canonicis pręfatis illas obtinentes concedere, & assignare possint & debeant.

Et sicut exhibita nobis pro parte tua petitio cõtinebat, pro eo ꝙ in dictis literis de statutis & consuetudinibus ac priuilegijs, & indultis prædictis, nulla mentio facta fuit, tu dubites literas prædictas de surreptionis vitio notari. Illasq; tibi minus vtiles reddi, & te desuper molestari posse, tempore procedente. Nos, ne literarum prædictarum effectu frustreris, prouidere, teq; qui (vt asseris) de nobili genere. &c. & in decretis bacchalarius existis, ac ex dispensatione, & concessione apostolica parrochiales ecclesias. N. & N. præmissorum tuorum intuitu. &c. teque a quibusuis excommunicationis. &c. Necnon omnia & singul. &c. inclinati.

Volumus, & dicta auctoritate tibi concedimus. Quod literę prędictę cum collatione & prouisione, omnibusq; & singulis alijs in eis contentis clausulis valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant: & tibi suffragentur in omnibus & per omnia, perinde ac si in eisdem literis de statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoque, & indultis expressa mentio facta, ac illis derogatum fuisset, prout nos statutis, consuetudinibus, ac priuilegijs & indultis eisdem, etiam si ad illorum derogationem de illis eorumq; totis tenoribus. &c. expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda, etiam illorum tenores pręsentibus pro sufficiẽter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris: hac vice duntaxat specialiter & expresè: harũ serie derogamus.

Non obstantibus præmissis necnon omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo hominum. &c. Datum Romæ &c.

Tu pro huiusmodi forma & illius materia: vide Car. consi. 16. Dominus Papa. Et similem formam per Alber. in dictionario in verbo, non obstante.

Item ad sequentia attende. Cum sæpius statutis aut cõsuetudine ecclesiarum describatur. Quod quilibet canonicus in receptione in canonicum teneatur iurare ꝙ sit libere conditionis, prout in ecclesia Bituricen. quod durũ videtur his. qui seruilis sunt conditionis. Ideo ad anthidotum dic recurrendum, vt sequitur.

¶Beatissime Pater cum in statutis & consuetudinibus forsan apostolica auctoritate confirmatis, innouatis, cathedralis & metropolitanę ac patriarchalis ecclesiæ Bituri. inter alia caueatur expresè. Quod quilibet nouus canonicus dictæ ecclesiæ in sua receptione inter cætera iurare teneatur, ꝙ sit de legitimo matrimonio procreatus, liberæ conditionis, non libertus, nõ libertinus, nec filius serui liberti, seu colliberti, aut seruorum libertorum seu collibertorum.

Supplicat igitur humiliter. S. V. deuotus illius orator N. rector parrochialium ecclesiarũ. N. & N. Bituricen. diœcesis, cum quo dudum vt quęcunque duo curata. seu alias inuicem nec incõpatibilia beneficia ecclesiastica. Etiã si alterum cuiusuis ordinis regulare foret, obtinere valeret, auctoritate apostolica dispensatum fuit, prout in literis latius continetur. Quatenus eum specialibus fauoribus & gratijs prosequentes, sibi vt non obstante. Quod quondã N. eiusdem oratoris genitor, extitisset homo seruilis conditionis decani & Capituli ecclesiæ Bituricen. prædictæ: tamen

tamen postmodum Idem N. matrimonium cum quadã. B. ipsius oratoris genitrice, quæ etiam tũc erat, prout existit de vna ex tribus tribubus, seu lignagijs de N. nuncupatis dictæ diœcesis, quorum seu quarum fœminæ de familia ex vna dictarum trium tributum ex priuilegio & consuetudine partium illarum per contractum matrimonium libertati donantur. Eoipso in canonicum dictæ ecclesiæ liberè & licitè recipi & admitti in omnibus & p omnia, perinde ac, si dictus. N. eius genitor tempore contractus matrimonij cum prædicta. B. liberę conditionis, & de liberis parentibus procreatus fuisset, quod iura mẽtum huiusmodi, quod noui canonici prædictæ ecclesiæ præstare tenentur, & consueuerunt, ꝙ de legitimo matrimonio & parentibus liberæ cõditionis præcreati sint, præstari solitum, præstare minimè teneatur. Nec ad id cogi possit, concedere, & indulgere dignemini de gratia speciali constitutionibus & c. non obstan. quibuscunque.

6 ¶Hanc enim materiam, perinde valere, † plerisque in locis præscribentes reperio tactam, per Domi. videlicet consi. 11. litè pendente: vbi dicit ꝙ huiusmodi forma nõ potest facere cõcursum in tempore ratione datæ. de res. c. illi qui & c. duobus el. j. ĩ. de præben. Sed benè facit cõcursum fictione. Quia Papa fingit idẽ esse, ac si tempore datæ primarum fuisset, licet in veritate aliter fiant. Et hãc fictionem important illa verba, perinde valere. Ac si. & c.

7 Non dantur † tamen literæ ipsæ super gratiis factis per alium, quàm per Papam, in aliis noua prouisio testatur Prouincialis car. mihi. 82. Et in ea ponuntur non obstãte, beneficiales, vel dicitur maximè quando super gratia expectatiua. Non obstantibus pręmissis, ac constitutionib. & ordinationibus apostolicis, nec non omnibus illis, quę in dictis literis non obstare volumus. quod & latius prosequar in sequentibus.

Et ponitur constitutionibus apostolicis, quia obstant apostolicæ constitutiones, ex quo fit præiudicium tertio, quia validantur ab eorum data.

Et perinde valere, super vacantibus non ponitur non obstantibus constitutionibus apostolicis, quia literę reualidantur a data præsentium, & non a data literarũ primæ impetrationis. Ita dicit Prouincia. in notabilibus super perinde valere. Et ita intelligas ꝙ beneficia Principis sunt largè interpretanda, nisi quãdo ius alterius perimunt, quo casu sunt strictè accipienda. l. quotiens. C. de diuer. rescript. & l. 3. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco publico fiat.

8 ¶Item vt dixi, perinde: importat † fictionem. not. Ias. in l. is qui. num. 28. ff. de vsucapio. per l. nisi. §. Item sciendum. ff. si cui plusquàm per leg. Falci. & l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstra. ratione cuius fictionis dicitur hæc clausula perinde, acsi, retroactiua. rota in nouis Dec. 283. Bellamera Dec. 138. vbi per clausulam hanc tollũtur effectus de dictione, acsi. Dec. cõsi. 362. punctus dicit quòd not. similitudinem.

¶Item ꝙ notet similitudinem hæc dictio, perinde, testis est idem Ias. in l. Titia. §. idem respondit. ff. de verbor. obliga. num. 2. & C. de inoffi testa. l. cum de inofficio. nu. 4. Bal. in sua Marga. in verbo, perinde. Dec. in rub. de probatio. nu. 9. & cõsi. 361. num. 53 Omissa longa. alleg. Bal. in l. sed si lege. §. perinde. ff. de peti. hæredit. vbi dicit ꝙ denotat similitudinem omnimodam & perfectam, & totalem iuris identitatem, & Barto. in extrauagan. ad reprimendam. in verbo, perinde. vbi dicit ꝙ non tamen, per omnia denotat similitudinem. gloss. in l. j. ff. de recep. l. si differente. ff. quib. mod. pig. vel Hippo. solui. vide glo. in l. quamuis. ff. de bonis auctoritate iudi. possiden. Bart. in d. l. j. ff. de recep. & in l. sacrilegij. ff. ad leg. Iul. pecul. Et dicitur perinde idest exinde. ff. de libe. agnosc. l. si quis a liberis. §. alimentis.

¶Aliquando perinde idest ita. ff. de nego. gestis. l. diuortio §. quòd si.

¶Et in puncto hoc facit doctrina, quam citat Deci. consilio 75. numero 7. in causa, quæ Luce. Quod in his quę sunt iuris: verba quę alias denotant fictionem & improprietatem, virtutem significant. Et idem esse tale fore, vel haberi pro tali.

9 ¶Habes pręterea attendere ꝙ gratia, perinde valere, † dicitur quædam ratificatio, & confirmatio primæ concessionis. Et quemadmodum confirmatio non plus iuris tribuit: quàm ex confirmata competebat: quinimo ita nec illam reddit validam, si illa deprehendatur inutilis. c. quia diuersitatem. de conces. præben. s. cap. Si gratiosè: in fine. de resc. hoc lib. cap. Cum inter eos. de re iudi. & qđ not. in l. si quis priores. ff. ad Trebellia. testatur Pet. de Ancha. consi. 405. colum. 2. quia vt ait lex.

¶Ita dicemus de hac gratia, perinde valere, quę vt citatum est, dicitur ratificatio, quę valet ex nunc, non ex tunc. Socyn. consi. 226. colum. penult. quæstio quod pa-

10 tet. ratificatio † est quędam conualidatio actus pręcedẽtis. vt in regula ratihabitionem ĩ. de regulis iur. vbi Boer. post Di. text. in capit. cum quis. ĩ. de senten. excommunica. Dec. in l. contractus. ff. de regu. iur. Et talis solennitas requiritur in ipsa ratificatione, sicut in primordiali actu. Roma. consi. 12. viso facto. num. 6.

Item dicitur quędam suppletio, cum aliquid desinit, quando gratia hæc dari petitur facit. cap. s. in princip. de sacra vnctio. ibi dicitur suppleri quod deest. & in c. 2. s. de instit. ibi, statutum nostrum suppleatis. & in l. qua actionum. ff. de præscript. verbis: vbi supplet pretor, quod legi deest. & in l. oratio. ff. de spon.

Et idem facit confirmatio de transac. c. j. & de confirma. vtili. cap. j. & 2. Quæ operatur vt actus valeat, prout nunc, & non prout tunc. no. Panor. per illum text. in cap. 3. num. 5. de his, quę fiunt a prælat. text. in l. obseruare. in fine. ff. de offic. procon.

Sed gratia, perinde valere, ordinatur ad hũc finem, vt validet primum rescriptum inualidum. Quia huiusmoci gratia dicitur quoddam additamentum ad primas literas. Et sic venit in consequentiam trahẽdum, ꝙ huiusmodi gratia intelligitur valida. Dummodo tempore illius non sit alteri ius quęsitum. Socyn. consilio 26. in causa: volumine. 4.

Et quod plus est, dicit Domi. in consi. 11. etiam si Papa apponat verba se referentia ad vitium de præterito, dicendo ꝙ non possit obijci vitium pręcedẽs, quia per hęc veba generalia non est intentio Papæ auferre ius alteri quæsitum in re vel ad rem. Quod patet ad oculum. Quia

11 additamentum debet regulari † eisdem legibus, quibus rescui adijcitur. Ioan. Mona. in ca. quamquàm in fine. ĩ. de dec. & ibi dico text. in c. fi. § si autem de cõcessio. præben. ĩ. & de priuileg. quia circa. facit glo. in cap. si apostolicæ. in verbo, pręferri: vbi citatur, ꝙ quando rescriptum est confirmatorium, & per illud acquiritur & augmentatur iuimpetrantis quo ad expressiones qualitatum, eisdem legibus regulare, quibus primum rescriptum.

Or resciptum, perinde valere, inducit acquisitionem &

12 iuris augmentum quod patet: quia † suscitat spiritũ primi rescripti extractum. Ideo & c.

Et repetit omnes qualitates secundum Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, perinde. Non tamen supplet defectus non expressos. not. Do. consi. 15. in quarto dubo: reuerẽde pater. Et sic succedit regula ꝙ approbatio vnius actus non infert approbationẽ alterius actus separai, vnde si approbo personam iudicis, non intelligor approbasse eius dicta. c. super quęstionẽ. s. de off. dele. Idem in testibus. not. in c. pręsentium. s. de testibus.

Item sicut iura volunt appellari infra. 10. dies, ita & ꝙ

13 ratificatio appellationis per nõ † procuratorem factæ infra. 10. dies similiter fiat. glo. in cap. vt circa. in verbo, adherentes in fine. quam ibi Archi. & Ioan. Andr. & Domi. sequuntur idem Domi. post glos. ibi, in cap. quàm sit. eod. titu. hoc lib. in verbo, petere. per l. pe. ff. rẽ ra. haberi. Alex. consi 78. numero 16. viso & ponderato. Ioan. Mona. in d. c. vt circa. ĩ. de elec. & ibi dico.

Et sic ꝙ extremum, ad quem sit habile: quod nõ foret, si iusesset iam quæsitum alteri. Cum Princeps in dubio nunquàm tollat ius alterius. doctrinis vulgatis. cap. quãuis. s. hoc lib. de res. no. Bald. quem vide in consil. 321. viso instrumento, parte. 4. text. in cap. si propter tua debita. eo. titu Adeo, secundum doctrinam Domi. in d. consi. 11. col. fin. Quod licet gratia, perinde valere, habeat eandẽ datã cũ prima gratia tñ gratia, perinde valere, nõ tollit ius tertij datum simul cum prima gratia, si constat ꝙ prius fuit signata. quod per tacitam partis confessionẽ probari potest. Vide Alexan. connsi. 35. num. 6. volum. 6.

Et hoc, nisi expresè & specificè dicat. d. c. quamuis. tenuit Ioan. Mona. in extrauagan. dudum de scismati. in verbo,

verbo, reddimus. quē refert: & in proposito sequit̄ Domi. consi. 138. colum. 2. an habens literas. & consi. 128. Factum tale est. colum. 3. & d. consi. 11. colum. 2.

Et ista, quæ dicimus de hac clausula, perinde: vt nō præiudicet: quando est alteri ius quæsitum, vt etiam in sequētibus dicemus, videtur comprobandum per ea, quæ scribit Maria. Socy. cons. 41. colum. fin. Antequàm. dum dicit. Quod desiderium apud acta publicatum non debet corrigi: & sic de obligatiuo desiderio loquitur, secus in desiderio disceptatiuo: quia est in fieri, & non in facto, quia lis non est contestata: ideo mutari potest: sic in proposito, vt patet intuenti.

Et secundum hæc intellige quæ citat Ange. in l. si finita. §. finali. per illum tex. vbi acsi de ea re cautum fuisset. ff. de damno infec. Quod Bartol. eo audiente notabat illum text. licet in litera non ponat. Quod si in aliqua causa statutum dicit aliquem teneri & obligari, ac si fuisset cōfessus, tenetur eo modo, eo ordine: & vsque ad illud tempus, ac si verè confessio emanasset, vnde si confessio habet executionem paratam, vel finiatur a parte, vel non possit in iudiciū deduci, nisi seruata certa forma: hæc in tali casu sunt seruanda. refert. Maria. Socyn. cons. 240. columna 2. circa præsentem.

Et redeūdo ad thema, ꝙ Papa præiudicare sub his verbis generalibus non intēdat, patet tenore huiusmodi gratiæ, perinde, in qua clausula, apponi est solita: de stilo: sub his verbis: dummodo tempore datæ præsentium nō sit alicui alteri specialiter ius quæsitum: de qua ꝑ Bellame. 167. Deci. & Car. consi. 92. num. 4. quod exorditur. nobiles viri. Et sic capio ista procedere quando Papa cōcedit alicui ius nouum, secundum Domi. d. consi. 11. colum. 2. Secus dicerem quando est aliquod additamentum aliquomodo gratiam comprobans, & sine quo posset subsistere prima gratia, & ipsum principale intentum: vt in forma prætacta, in qua gratia, perinde, non conceditur super principali, sed accessorio vltra naturam tituli, vt de se patet. pro qua videntur facere ea quæ dico. in cap. fin. ibi. Et pro hoc dubio. infra. de renuncia. Vide Deci. in l. quod in initio. in fin. ff. de regulis iuris.

Item in hoc puncto habes attendere ad vnum, quod perinde valere de nullo, operatur, quando est alteri ius q̄situm, procedere, si prima prouisio erat ipso iure nulla. Secus si elidibilis: quia tunc non potuit quæri ius alteri ante huiusmodi elisionem. Pro hoc adduco quę voluit Cal. de elec. consi. 1. & de rescrip. consi. 12. & Fely. in cap. cæterum. colum. 4. in fine. s̄. de rescript. Naturam enim huiusmodi clausulæ, perinde, dicito fore naturæ clausulæ ratificationis, quæ non fit in præiudicium eius, cui medio tempore fuit quæsitum. ius testatur Patrinus noster in cons. 226. nu. 8. quod exorditur magister Ioan. de Albeiaco. Idem in legitimatione. Cal. consil. 4. in titu. qui fi. sint legiti. facit ꝙ not. Corne. in j. parte. cons. 3. sub litera. B. vbi dicit, ꝙ natura priuilegij est ꝙ intelligatur sine præiudicio tertij in iure quæsito, vel in spe considerabili, non autem de omni priuilegio respiciente spem non considerabilem.

Et si super principali discutiatur, facito tu propè diem, ꝙ fiat denuo supplicatio Papæ, in quo erit alligata prima, qua narrabis non expressa, & in prima omissa: quam sub hac verborum serie contexere habebis, pro valido animi motu.

14 ¶ Pater sanctæ, † cum per inaduertētiam formantis supplicationē, cuius copia hic alligatur. Aut aliquo aliomodo omissum fuerit, narrari, præfatum oratorem in 20. suæ ætatis anno, vel circa constitutum esse.

Dignetur igitur. S. V. literas apostolicas super præinserta & præsenti reformatione conficiendas cum oportuna huiusmodi ætatis expressione, ac illius sufficienti dispēsatione: ita ꝙ defectus huiusmodi ætatis: quo ad omnia & singula in præinserta contenta siue alligata supplicatione in aliquo obstare non possit, expediri mandare de gratia speciali.

Præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis: necnon omnibus illis, quæ in dicta allegata supplicatione. S. V. voluit non obstare. Cæterisque contrarijs non obstantibus.

Et sic habes per hęc verba ꝙ reformatio nō dicitur noua prouisio. quod probat doctrina Domi. in consil. 108. colum. 2. difficultas dubij, quòd quādo ius disponit quòd dispositio antiqua remaneat salua, non intelligitur de nouo disponere, sed præseruare antiquam dispositionem in suis primis terminis. vt est text. in cap. idemnitatibus, ad finem, de elec. hoc lib. & de statu regula. cap. primo. §. cæterum. eo. lib.

Si autem velis videre pulchram formam reformationis. Attende ad eundem Domi. in cons. 110. Beatissimè pater. Pro præmissis vide glos. pragma. in titu. de auctoritate genera. concil. in verbo, reformat. quę dicit quòd reformatio est rei veteri facta additio: aut eiusdem renouatio: hæc enim sillaba re apposita dictioni significatiuè significat repetitionē facti antiqui. quod prosequitur ibi latius.

Et pro huiusmodi reformationibus Adde ea quæ voluit de Selua in trac. benefi. 3. parte. q. 12. versi. Octaua qualitas, vbi citat. Quod impetrans reformationem gratiæ beneficialis non tenetur in ipsa reformatione exprimere quæ erat in prima gratia expressa. allegat rotam in nouis. 17. in titu. de pręben. quam non reperio, cum non extet: nec miror. Quia more aliquorum scribentium allegauit in fide parentum, non reuoluto libro & malè, melius foret pauca effundere, quàm in vnum in iter prorumpere: quod benè nouerunt aduocati Bituricen.

Reperies tamen pro intento suo deci. formalem apud Bellame. deci. 635. Supposita ordinatione domini nostri moderni: vbi reddendo rationē dicit. Quia omnis reformatio vim nouæ prouisionis habet. Et quicquid † dicitur 16 in prima dispositione videtur cum eisdē clausulis & substantijs dictum in reformatione & econuerso. l. talis scriptura cum l. sequen. de lega. j. Ideo nouam impetrare pro uisionem, non est nisi exprimere tacitè subintellectā. Ergo idem in expresso sicut in tacito. per no. in glo. in cap. 2. de elec. & c. vlti. de spon. hoc lib.

Videtur facere in simili quòd Papa prorogando gratiā ad triennium, non dicitur nouam gratiam facere, sed prima extendit, quod patet in homine, qui cū paruulus nascitur, quotidie crescat. non diuersificatur, sed idem est. argum. l. proponebatur. ff. de iudicijs. Not. Deci. consil. 497. columna prima, acurate.

Tu tamen dic quòd quando secunda gratia extat, & ius est quęsitum ex prima, mutando eius naturam: & inducēdo etiam ius nouum: tunc in tali gratia requiritur mentio beneficiorum, quæ impetrans habebat. Et ista est rei veritas. vt patet ex. s̄. deductis & formarū descriptione: & hoc etiam not. d. glo. pe. in c. si apostolice hoc titu. j.

Ex quo Feli. in c. in nostra. s̄. de rescrip. Infert regulā generalem. Quod in omnibus literis, per quas ius antiquum augmentatur, vel per quas conseruatur, debet fieri mentio talium beneficiorum, quod not. pro dispensationib. & hoc prosequere: vt per do. de Selua: vbi. s̄. Et recordatus est huiusmodi formæ. Car. cons. 30. in fine. Quidem. A. presbyter. vbi citat. Quod idem. A. fecit reformari suam gratiam exprimendo plebanatum curatum, sed tarde venere, vt etiam scripsit mihi vir egregius Pet. de Ancha. iuris vtriusque eximius doct. quia ius acquisitum tolli neqt, & sine præiudicio iuris acquisiti ilii. N. intelligitur datum. c. quamuis. s̄. de resc. pro hac quęstione vide quæ scribit copiosè. Brunellus doctor Aurelia. in trac. de matri. conclu. 2. car. mihi. 30. Pone, stante statuto vel consuetudine loci, quòd primogenitus legitimus solus succedit: naturalis post natiuitatem legitimi per subsequēs matrimoniū 17 non excludit legitimum. Et ratio † quia hęc legitimatio dicitur quædam fictio, quæ nō habet locum nisi extrema (copulatiuè dico) sint abilia, videlicet extremum quod & extremum a quo. Modo in proposito, extremum ad qđ nō potest esse abile: quia tolleret ius tamq̄; legitimo quęsitum, quod non concedas, & in hoc æquitas suadeat: qa si fingeretur retro legitimatus excluderet fratrem natum legitimum: vt dixi. Sic tractaret de lucro cum fratris in commodo iam quasi possessionem primogenituræ adepti.

Si ergo est quæsitum, non debet operari fictio exclusionem, quę resultat ex legitimatione facta de naturali ꝑ matrimonium: ita dico in themate nostro quod huiusmodi gratia, perinde valere, quæ dicitur fictio, non debet operari, vt tollatur ius iam quæsitum tertio.

Præmissa comprobat Panor. consi. 84. num. 2. in j. volu. Et Pau. de Cast. cōsi. 344. in fine, ī præsenti casu. in j. parte, dum

dum dicit. Ad hoc vt istę fictiones retrotractiuæ locum
habeant: oportet omnia esse in eodem statu & extrema
esse habilia; vnde si quod impedimentum interuenit in-
ter terminum a quo:& terminum ad quem, fit fictio, post
quod ille actus verè fieri non potuisset: impeditur fictio.
l qui balneum.§.Titia.ff.qui poti.in pig.hab.& d.c.quam-
uis.de res.hoc lib.

Ex quibus præmissis resultat decisio notabilis quæstio-
nis, ꝙ si contingat Papam Titio alias tamen minus quali-
ficato prouidere de beneficio ecclesiastico, & vigore illius
prouisionis kł. Ianuarij, illius adipiscatur possessionem. Et
postea videns prouisionem minus canonicam, impetrat
reformationem sub forma, perinde valere, in eaq; posses-
sione stet per annum pacifice. Quod veniente aduersario
tuebitur respectu possessorij. Maximè si apponatur clau-
sula, etiam quo ad possessionem: quia per formam, perin-
de valere, omnia retractata videntur, si nōdum erat quæ-
situm ius alteri. faciunt ad hoc.not.per Petr.de Ancha.d.
consi.405.sumendo a contrario. Secus dicas si prima pro-
uisio ab alio quàm a Papa processisset: quia vt dixi, nō da-
tur forma perinde valere: sed forma nouæ ꝓuisionis, nec
iuuat dicere ꝙ tamen in clausulis signaturæ hæc verba: ēt
si neutri si nulli perinde valere describuntur: ergo conces-
sa non sequitur. Quia hæc & alia in gratijs apposita vidē-
tur concessa secundum stilum cancellariæ, ac illius modi-
ficationes, restrictiones, & ampliationes, vt latè dicemus
in tractatu nostro de mandatis apostolicis, quod si aliter
reperirentur gratiæ formatæ, de falso valde suspicarentur.
Quia alias videtur contractus. per doctrinam quam citat
Bellamera consi.32.colum.6.pro introductione, vbi dicit
18 † quòd stilus curiæ facit ius: prout & obseruantia.

¶ Redeundo igitur: vnde digressi sumus. More diui Io-
an.118.ibi. Erat aūt Simon Pet. vbi Nic.de lira citat. Quod
ille qui narrat hystoriam aliquam, quando occurrunt ali-
qua incidentia narranda, interrumpit principale ad illud
incidens narrandum: quo facto reuertitur ad propositū.
Et idcirco dicamus oportet, statuta, priuilegia, vel consue
tudines non tolli per non obstantias generales in literis
apostolicis descriptas: vt in casu text.nostri.rota in anti-
qui.632. Quodque clausula derogatoria ad statutum nō
includit statutum iuratum.rota Deci.633.in antiq.glo.in
cap.cum non deceat, in verbo, effectus.j̃.de elec.reputata
singularis per Ro.sing.7.vbi per te videbis infinitas remis-
siones pro hoc puncto.

Clausula tamen generalis derogatoria in literis aposto-
licis apponi solita derogat statutis ecclesiarum requiren.
sacerdotium. Pro quo habes quod not. Bald. in authent.
omnes peregrini.C.communia.de succe. vbi dicit. quòd
quando superior cassat consuetudines & statuta, sufficit
apponat tenorem statutorum: quod dicit not. dignū pro
literis papalibus, quæ ad beneficia cōcedunt, tradit Alex.
consil. 111. num 17.perspectis.volu.6.non tamen funda-
tioni siue testatoris ordinationi, quod non conferatur ni-
si actu sacerdoti. Rota in antiq. Deci.466. Colec.in c.cum
secundum.s̃.de præben.quem uideas, & post eum Petr.de
Ancha.consi.20.viso puncto, & consi.364.& Fely.in tra-
ctatu quando literæ apostolicæ patro.eccle, nec in 7.am-
plo.dico in cap.ei cui.j̃.de præben.

¶ An autem derogatio facta priuilegijs contrarijs com
prehendat priuilegia futura, & sic postea impetrata, vide
quæ cumulat Alex.consil.110.num.xj.Ad eo grauis.volu.
6.quod latè in simili comprobo in trac.de manda. aposto
licis, discutiendo an vniuersitates Galliæ, quæ post conci-
lium Lateran.erectæ sunt, gaudeant prærogatiuis vniuer-
sitatibus Galliæ concessis.

19 ¶ Habes insuper exprimere specialem † non obstantiā
in his, in quibus sacris concilijs generalibus contraueni-
tur, vtputà constitutionibus de multa.s̃.de præben.& cap.
j̃.de filijs presbytero. Cum similibus probantur apponere
generalem clausulam: licet non notatam per Archi. in c.
j.colum.j.s̃.de constitu.firmatur per Oldra. consil.326.ꝙ
articuli dati.colum.2.vbi dicit Calumniosum dicere, ꝙ sa
cra concilia, quorum auctoritas vim habet diffinitionis
sententiæ. Et quę rescripto papali, nisi expresse rescriptum
clausulam contineat derogatoriam, tolli nō possint, nec
consensu partium, facilius quidem tolluntur simplices
decretales & constitutiones, quas solus Papa promulgat,
quòd vna quæ ex conciliis cum multitudine, ac ex aucto-
ritate tot solennium personarum & de ipsarum consilio
& consensu, & tot firmata capitibus, promulgatur. Idem
Oldra.consi.328.Ad idem primo in prin. Domi.consi.36.
colum.3.versic.pręterea.vbicunque edita est aliqua con-
stitutio in consilio generali, si venitur ad eius derogatio-
nem, oportet ꝙ fiat mentio specialis de ea, vtputà nō ob-
stante tali constitutione edita in consi. generali vel legi.
not.in c.nonnulli.s̃.de re.glo.ordi.in cap.ex parte.s̃.de ca-
pel. Mo. Bal.in l.humanum in 3.not.C.de legib.quod pla-
cet Alex.in consi.122.colum.2.viso puncto volumi.4.Et
ratio alia extat secundum Fely.in d.c.nonnulli in princ.4.
20 colum.quia † quod fit multorum auctoritate dicitur ma-
ioris roboris.c.prudentiam in princ.s̃.de offic.deleg.& ibi
glo.in verb.plurimorum.dico & latius in c.super eo ante
fin.j̃.de hæreti. Faciunt notata per Roma.consil.327.istæ
sunt rationes.nu.3.vbi citat. Quod difficilius dispensatur
contra quod est maiori auctoritate roboratum. Et sic me
ritò Papa difficilius dispensat contra constitutiones con-
ciliorum. c.post trāslationem.in fin.s̃.de renun. Panorm.
in c.cum dilecti.num.10.s̃.de electio. Et ita venit intelligē
dum quod citat Domi.in consi.44. dom.noster Papa: vbi
dicit non fore dubium quòd Papa potest tollere in totū
& in parte constitutiones concilij.casus est in cap.signifi-
casti.s̃.de elec.not.glo.in verbo, consilio.in cap.vbi peri-
culum.§.j.de elec.hoc lib.quod intellige de constitutioni-
bus disponentibus circa modum regendi ecclesiam, non
de his, quę concernunt articulos fidei.

21 ¶ Hinc dicitur quòd episcopus † nunquàm dispensat
contra tales constitutiones.gl.in cap. cum dilecti. in ver-
bo, in ætate.s̃.de elec.quæ reputatur singu.secundum Bar-
ba.in cap.nisi.s̃, de offic.deleg.glo.in verbo, carere.in cap.
licet canon.vbi Domi.j̃.de elec.glos.in Cle.vna de offic.
vica.in verbo, ætate.plenè per Dec.& Fely.in cap.& si cle-
rici.in §.de adulteriis.s̃.de iudi. Idem Fely.in cap.j.colum.
j.supra de rescrip.

22 Pariter nec † legatus de latere dispensat contra conci-
lium generale.probatur in cap.dilectus. & j.s̃.de pręben.
iuncto.c.2.de concel.præben.firmat do.meus de Ripa in
præludio repeti.cap.de quo vult Deo.colum.2.s̃ de iudi.&
sic nullus alius a Papa: quod intellige, prout per eundem
Fely.in d.colum.4.versic.similiter.

Et sic concludere habes ꝙ in dispositionibus (dico)
tendentibus ad particularem vtilitatem, & concilijs con-
trariantibus necesse est facere specialem mentionem cū
derogatione etiam specifica. Ista ut dixi sententia est Ar-
chi.vbi.s̃.quam: vt testatur Fely.in d.colum.4.totus mun-
dus sequitur, quicquid dicat Inno.in cap.pe.s̃.de cap.mo.
vbi refert quòd quantum ad mentionem faciendam non
est differentia inter alias constitutiones, & constitutiones
concilij. Secus si prouisiones & dispositiones ad commu-
nem vtilitatem progrediantur, vt si fit per modum con-
stitutionis, & de eis nō fit quo quo mō mētio. ita dicit, &
latè prosequitur Barto.in d.extrauagan. ad reprimēdam
in verbo, non obstan. Bald.in l.humanum. colum.j.2.not.
C.de legi. Roma.consi.436.num.11. Dec.in sermone cō-
cilij. Pisani.colum.j.post consilium.102.

Et quod sit necessaria specialis mentio, & etiam dero-
23 gatio, prout diximus quòd per sequens † priuilegium non
intelligitur præcedenti priuilegio derogatum, nisi de prę-
cedenti mentio fiat.c.veniens.& ibi Doct.s̃.de præscript.
c.ex parte el.j.s̃.de offi.delega.cap.dudum: cum ibi not.de
priuileg.& c.j.& c.cum ordinem.s̃.de rescrrip.

Et etiam vbi agitur de præiudicio tertij, non sufficit ge-
neralis clausula, non obstante, &c. sed requirit specialis.c.si
propter.s̃.de rescript.hoc lib. cum similibus traditis per
Alexan.in proposito concilio.155, in princi.videretur in
consultatione.volum.6.vide glo.pragma. in titu.de cau-
sis.in verbo, in iure.vbi idem dicit de priuileg.in corpore
iuris clauso.

Et dicitur fieri specialis mentio: quando singulariter
exprimitur: adiectis circunstantijs specialibus, per quas
specifice intelligitur de illo.no.Cardina.consilio 52.num.
7.dom. Grego. Papa.11.

Et quod necessaria sit specialis mentio. patet experien-
tia, quod videre poteris per singulos dies in prouisionib.
bullatis a curia procedentibus, in quibus ponitur quo ad
spurios. Defectu natalium ac ætatis prædictæ, ac Pictauen.
Lateranen.& generalis concilij, ac alijs constitutionibus,
& ordina-

& ordinationibus apostolicis nequaquam obstantibus: vide Decium latè consi.cccxli.nu.x.viso puncto, dum dicit. Quod si in clausula dicatur: nonobstantibus constitutionibus editis in concilijs generalibus: & non obstat dictum Archi.in d.c.j §.de constitutionibus: vt ibi firmat.

¶ Vnum tamen dicit Fely.in d.c.nonnulli.in prin.5.colum. Quod oportet quòd fiat specialis mentio ipsius cõstitutionis concilij: vel saltem per verba æquipollentia, puta non obstante constitutione concilij, quæ de duabus dictis loquitur, secũdum Panor.ibi cum illud dicatur expressum nominatim de quo apparet cogitatum fuisse per circunstantias certissimas: secundum eundem Fely.vbi.§. col.3. Et sic succedit illud in iure vulgatum. Quod non 24 † refert quid de equipollentibus fiat.text.& ibi glo.fi.in l.fi.ff.manda.gl.in l.si mater vos C.de insti.& substi.seu an quid fiat verbo.vel facto.c.dilecti.el.j.& c.vt nostrum supra.de appella.

¶ Et sic ista mentio specialis non dicitur data pro forma, quia si esset data non iuuaret æquipollens.per ea quæ tradit Alex.consi.ccxij.col.j.vol.6.

¶ In summa dicito. Quod pro quocunque patiẽte defectum natalium: derogatur consilio Pictauen.de quo.§.

Item pro moniali eundem defectum patiente derogatur concilio iennen. Vide tamen Pet.de Ancha.consil. 335.viso diligenter.

¶ Pro patiente defectum ætatis derogatur concilio Lateranen.

¶ Item pro petente dispensari ad quæcunque incompatibilia tam secularia quam regularia obtenda derogatur generali concilio.

¶ Et quando loquitur de cõcilio generali, intelligitur, de concilio Lateranen.secundo loco facto, quia duo fuerunt concilia Lateranensia. Primum tempore Alexã.3. Anno mille.clxxix.de illo semper in suprascrip.decretalium fit mentio, dum dicitur in concilio. Lateranen. Secundum fuit tempore Inno.3 Anno.1215.firmat Soci.con.cxcvij col.2.viso priuileg Et de illo fit mentio in suprascriptionibus, dum dicitur in concilio generali.testatur Io.and.in c.nemo.§.de elec.hoc libro & in data huius ti.& in c.apostolica de his quæ fiunt a præla.

¶ Et non intelligas quod vocetur concilium generale in suprascriptione: quia in eo fuerit Romanus pontifex. Nam omne concilium generale dicitur: in quo adest Papa. Sed appellatur generale, quia posterius: & in eo fuit maior cõgregatio prælatorum, quos dico nõ solum episcopos, verum etiam inferiores ab eis c.j.ibi, prelationes suas.§.de ætate & quali.& c.cum ab ecclesiarum: vbi Barba.no.j.§.de offi.ordi.

¶ Dicit tamen Oldra.consi.ccxxx.ꝙ prælatus antonomatice est solus episcopus.xj.q.j.de persona.

¶ Secutiue habes necessariam nonobstantia facere in specifica forma: de priuilegijs Cluniacen, Cisternẽ.& Fõtisebraudi ordinis concessis, & eorum opportuna derogatione; per regulã de qua meminit Iason in consi.cxlij.col.fi.Statutum.vol.4. Quod per generalem derogationẽ, seu per generalem reuocationem nunquam intelligitur derogatum priuilegijs seu causis priuilegiatis, nisi de eis fiat mẽtio.glo.singnl.& approbata in l.decurionibus.C.de silen.lib.12.quã ipse Iason.vbi.§.auctoritatibus.cõprobat.

¶ Nam in eisdem priuileg.inter alia cautum reperio Quod Ipsorum ordinum monasteria & beneficia nullis, nisi sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus aut ipsos ordines respectiue expresse professis, & non nisi de consensu abbatum pro tempore existentium & conuentuum possint cõmendari. Et alias de illis etiam per sedem apostolicam pro tempore factæ commendæ, seu de illis in huiusmodi commendam obtinendis cõcessę dispensationes nullius sint roboris, vel momenti. Etiam quo ad eorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica & expressa indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda est.

¶ Nunc igitur superest discussio quomodo tollantur hæc priuilegia, seu per quæ verba eis derogetur, cum habeant clausulam derogatoriã ad priuilegia. Et sic in cõsequẽtiã trahitur ꝙ q̃n tollũtur, nõ sufficit generalis clausula, videlicet nonobstãtibus priuilegijs &c.ita dicit Cal. consi.2.ti.de priuileg.& Car.di.consi.16.dominus Papa mãdauit episcopo Pistoriẽsi. latè per Freder.cõsi.cxxxiij. Casus talis est. Monasterijs cuiusdẽ ordinis monialium: vbi effundit plura puncti nostri.latius per Car.consi.136. Factum sic se habet. & Roma.d.consi.cccxxvij. Istę sunt rationes.vbi in prin.allegat theoricam glo.ordinarię in summa 25.q.2.dicentis semper præsumi debere priuilegium primum non existere reuocatum, quando de eius reuocatione propter aliam posteriorem concessionem oritur dubitatio Et ibi latè Archi.col.fi.

¶ Et ne in tanto conflictu sim prolixus. Vide Fely.in d.c.nõnulli permultas col.& post eum de Selua.in d.3.pte. q.14.& ibi ad saturitatem Deciũ in cõsi.clxv.viso tenore.

¶ Vltra tamen ipsos scribentes prosequẽdo.§.promissum. Addo tibi in practica verba quibus istis priuilegijs per curiam Romanam solet ad plenum deorgari.

¶ Primò quo ad priuilegia Cistercië.ordinis sunt hæc, 25 † non obstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac monasterij.N.Cistercien.ordinis iuramẽto &c.roboratis & innouatis, illis pręsertim, quibus inter alia caueri dicitur expresè ꝙ nullus abbas eiusdem ordinis seu monasterij huiusmodi in commendam obtinens regimini & administrationi, seu commendæ monasterij, cui præest, aut in commendam obtinet, absque dilectorum filiorum capituli generalis dicti ordinis licentia cõdere quoquomodo possit sub excõicationis latę sententię pœna, per resignantem seu cedentem, & eum de cuius persona eidem monasterio prouisum, seu cui monasterium ipsum commendatum fuerit, eo ipso incurrẽda, nisi vbi cessio huiusmodi in Romano pontifice pro tempore existente, & canonice intrante in suo consistorio secreto facta esset: & alias commendæ & prouisiones pro tempore factę nullius sint roboris, vel momenti: liceatque monast.aliorum abbatum iuxta regularia instituta dicti ordinis: in omnibus & per omnia procedere, perinde acsi commendę & prouisiones factę non fuerint, nec teneantur conuentus pręfati prouisionibus & commendis, alias quam vt pręmittitur, factis, etiam per sedem eandẽ, etiam quascunque sententias, censuras, & pęnas in se cõtinentes, quibus ligari non possint, obedire: & quod illis nullomodo, aut non nisi consistorialiter, etiam per binas aut trinas literas abbati Cistercien.Cabilonen. diocesis pro tempore existen.& diffinitorias capituli generalis successiue præsentatas. Et si derogetur, derogatio huiusmodi non valeat. Quodque ipsius Cistercien.ordinis monasteria, nullis, nisi sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, aut ipsum ordinem Cistercien.expresse professis: & non nisi de consensu abbatis pro tempore existente.& delictorum filiorum conuentus Monasterij Cistercieñ.Cabiloneñ. diocesis commendari possint: & alias de illis etiam per sedem ipsam pro tempore factæ commendæ, seu de illis in huiusmodi commendam obtinendis concessæ dispensationes nullius sint roboris, vel momenti: quibus etiam si ad illorum derogationem de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa ac indiuidua: & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mẽtio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita seruanda. Forma etiam illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes & insertis, illis alias in suo robore permansuris: hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque.& c. Datum &c.

¶ Et attende hic ad id quod Papa dicit, expresse derogare, quòd licet verbis specialibus & expressis non reperiatur ipsa derogatio facta, sufficit tamen id verbis generalibus dictum, aut ꝙ constet de mente: per ea quæ tradit Alex.consi.ccj.nu.x.perspectis verbis.vol.6. Quia autem expræssum dicitur fieri illud, quod exprimitur non specialiter, sed in genere.l.fi.in fine. Cum ibi no.ff.quod cũ eo. Lucius.cum ibi no.ff.de vulga.no.Bar.in l.j.in prin.in 2.q.principali.ff.de vulga.& pupil.sub.& in l.prætor.in prin.ff.de no.oper.nunciatio. Et ibi etiam no.per glos.& Bar ꝙ illud dicitur esse expressum, quod tacite agitur, seu quod ex mente vel ex coniecturis.facit.l.nominatim.ff.de conditio.& demon.& l.2.ff.de liber.& posthu.l.certũ.ff.si cer.peta. Et ita possumus intelligere dictum Ioã.Mo.in c.si gratiose.de resc. ¶ Et de hoc ordine Cistercien.vide Domi.consi.5..in prin pro clariori, vbi dicit ꝙ in hoc ordine, prout placet eis, vtuntur, albo, nigro, & griso colore,

lore.not.glo.& Pau.in Clemen.prima,de electio.¶Quo vero tangit derogationem priuilegiorum ordinis Fontisebraudi. Dic †non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ.8.prædecessoris nostri, & alijs constitutionibus & ordinationibus apostolicis:ac monasterij,& ordinis prędictorum:iuramento,confirmatione apostolica,vel quauis firmitate alia roboratis,statutis,priuilegijs quoque:& indultis,& consuetudinibus, ac literis apostolicis eisdem monasterio & ordini Fontisebraudi, tam per Ioan.22. Alexan.2.Inno.4.quam etiam alios quoscunque Romanos pontifices prædecessores nostros, sub quibuslibet verborum formis:& expressionibus concessis: & per nos seu sedem prædictam confirmatis & approbatis.illis prę sertim,quibus inter alia caueri dicitur expresse.Quod in prioratibus dictis ordinis Fontisebraudi,& a Monasterio dependentibus abbatissa dicti Monasterij pro tempore existens pro regimine religiosarū personarum. In eisdē prioratibus pro tempore degentium: ad diuini officij in illius recitationem vnam de monialibus in priorissa, & vnum ex religiosis eiusdem monasterij, seu ordinis Fontisebraudi pro celebratione missarum, & administratione sacramentorum ecclesiasticorum,& bonorum temporalium in priorem deputari possit.Et ꝙ Abbatissę pro tempore & dilectæ in Christo filiæ conuentus monasterij huiusmodi ad receptionem alicuius, in illis non teneātur,quodque prioratus eiusdem monasteri, aut ab eo dependente.modo præmisso,prout hactenus extitit imposterum,regi & gubernari debeant, illique alijs quam Romanæ ecclesiæ Cardinalibus.aut ipsum ordinem Fontisebraudi expresse professis,aut de consensu abbatissæ,& cōuentus prædictorum duntaxat commendari possint: & alias de illis etiam per sedem prædictam pro tempore factæ commendæ nullius sint roboris, vel momenti. Quibus omnibus etiam si ad illorum derogationem.de illis eorumquè totis tenoribus &c.vt supra.

¶ Tenorem vero priuilegiorum ordini† Cluniaceñ. concessorum,ac eorum derogationem facillimè iunctis præmissis elicere poteris a verbis sequētibus, quæ extraxi a facultatibus.quōdam Iuliani in Auinione Legati,& in maioribus Iulij.2.constitutio.appellatis,& eidem per Sixtum 4.concessis, dum ibi Auinione & cancellaria apostolica residerem,registrumquè signaturarum primo loco tenerem:verba sunt hæc,nec non ordinis Cluniacen. Super eo ꝙ illius prioratus & beneficia nullis, nisi sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus,aut ipsum ordinem expresse professis commendari non possint,concessis,indultis & priuilegijs ac specialibus & generalibus, per nos vel sedem apostolicam de beneficijs huiusmodi quomodolibet factis,seu faciēdis reseruationibus,de quibus forsan specialis & expressa mentio foret habenda, quas præsentibus pro expressis haberi volumus.Et quibus,inquantum effectui præsentium præiudicare possent,derogamus ac derogatum esse volumus. Cęterisquè contrarijs quibuscunque.

¶Ad propositum Cardinalis.di.consi.36.col.pe.circa medium.nu.20.citat ꝙ per literas impetratas a Papa sup beneficio non derogatur priuilegio Cluniacē. per quod eis conceditur ꝙ non teneatur recipere impetrantes apostolicos,nisi de ordine Cluniacen.vel de hoc indulto in literis fiat mentio.Et hoc etiam si in litteris impetrantis sit clausula,non obstantibus,&c.siue quelibet alia dictæ sedis indulgentia cuiusque tenoris, etiam de qua oporteat fieri mentionem specialem.

¶Et attende:quia vnicus est abbas in ordine Cluniaceñ. prout dicit Oldra.consi.204.Prima quæstio est,vbi latè prosequitur de eius potestate:quam videas.& post eū, Do.Bartholo.de Chassaneo consi.xx.nu.23.cum sequen. quod incipit Par.inspecto,vbi dicit. Quod ordo sancti Benedicti,& ordo Cluniacen.sunt diuersi, cum in vnoquoque sit caput:vt per plura tenet Egidius Bellamera.consi. 32 col.5.Non enim est dubium quod ordo beati Benedicti. Facit vnum caput religionis, in quo quidem ordine vnusquisque abbas facit suum caput.nec vnus subijcitur alteri.Secus in ordine Cluniaceñ.vt s.diximus. Et est strictior propter statuta & ordinationes nouas, vt prosequitur ibi dictus de Chassanco.

¶ Et resoluendo hunc passum,quia arbitror conclusiuam veritatem in paucis consisti posse & debere.Ad alias curas etiam vocatus breuibus vsus sum, ad rem ipsam venio, vt verbis Alex.vtar.consil.cxxxvij.in principio.visa quali vol.6.

¶ Dico huiusmodi speciales non obstantias fore necessarias sub prædicta verborum forma,nisi aliter se habeat stilus curiæ. ꝙ paucioribus verbis derogaretur.Istud fuit dictum Anto.de But.con.2.in fine.refert & sequitur Fely.in c.accedētes.col.3.versi soleo.s.de præscriptio. Facit quod singulariter voluit Freder.de Senis.consi.xlvij. nu.3.quod exorditur habita super casu prædicto.vbi dicit ꝙ si conceditur priuilegium alicui cum clausula derogatoria:ꝙ non possit reuocari, nisi fiat de ipso mentio de verbo ad verbum.Sufficiet in sequenti priuilegio,vel constitutione ꝙ dicatur nonobstantibus quibuscunque priuilegijs,etiam si de ipsis esset facienda mentio specialis,& de verbo ad verbum.Et assignat rationem:quia si aliud diceremus,sequeretur ꝙ summus pontifex posset sibi auferre potestatem reuocandi priuilegium per indirectum. Quia si haberet facere mentionem de priuilegio primo. de verbo ad verbum,sequeretur absurdum.Cum sæpè nō possit inueniri, illud primum vel haberi: maximè si esset antiquum & suorum prædecessorum.Et etiam quia non registrantur in curia talia.Et hanc rationem tradit in proposito Car.consil.52.nu.5.Do.Gregorius Papa.11.& vbi subdit alias rationes:concludit tamen contrarium optimis fundamentis respondēdo aliquibus,quæ pro hac parte nostra possunt addduci.quem etiam vide consi.cij.col. prima.super facto testamenti. Sequitur hanc rationem Alex.in consilio.cxxxiiij.nu.5. præuiso themate vol.primo.quem vide prosequentem quo ad derogationem primi testamenti.

5 ¶Dic contra. Nam conditio † de futuro facit d pendere promissum: vt d. §. ex conditionali: secus ĩ promisso de præsenti seu præterito: vt d. l. cum ad præsens.

¶Et dato q̃ ibi nõ sit pendentia: quo ad veritatem rei, est tamen ibi causæ cognitio, an ita sit, vel fuerit, vel non: de qua nil habet facere ille, qui collationem est facturus: publicato scrutinio qui non habet se diuertere ad alios actus, nec protrahere quod incumbit. s. eo. cum post.

6 ¶Et sicut ecclesia † est certa e cui est prouidendum, sic votum debet esse certum: ex quo debet fieri prouisio. Et sic in facto decanatus Xantonen. fuit quoddam votum sic emissum. P. Reclamat ius in decanatu nostro, si ipse ius non habeat eligo. B.

7 ¶Sed † quid si conditio quæ apponitur, inest: vt eligo. P. si infra tempus a iure statutum se consecrari fecerit. Dicunt quidam q̃ valet. s. eo. significasti. j. de prębendis. significatum ff. de tutel. l. muto. §. sub conditione. 2. Respõ. & ff. de conditio. & demonstra. aliquando. & l. conditiones extrinsecus. & de lega. j. l. 3.

¶Contra dic. Nam non potest extare cõditio, nisi primo consenserit, nec potest consentire, nisi cõditione extañ. vnde propter perplexitatem f non valet. ff. de verbo. obliga. Titius & Seius. nec dicto voto potest fieri electio ante extantum conditionem, cum adhuc nõ sit natus cõsensus. argum. d. §. ex conditionali argum. ff. de lega. j. si ita legatum. §. illi si nollet, quo. §. est necessaria agnitio legati. ante acquisitionem eiusdem propter conditionẽ expressam: sic in proposito 8 cum † existentia cõditionis debeat præcedere, quæ est hic impossibilis: vt dixi ante cõsensum adhibitum: & sic votum est in illum.

¶Item in cap. significasti. & cap. significatum, facto cõpleto adijciebatur q̃ re ipsa inerat, quod reprobatum nõ est: quia tunc nouum non facio, sed implicitum explico. argumen. ff. si ex noxali causa agatur. l. fin. & infra. de præben. relatum.

9 ¶Sed quare † matrimonium carnale potest g contrahi per conditionem, quę non inest. j. de conditio appo. super eo. non sic in spirituali.

¶Solutio. Expletio conditionis tenderet ad symoniã quæ hic reprobatur. h j. vt eccle. bene. cap. j. §. omnibus. j. quæstio. secunda, quam pio. sed in carnali dare vel facere non est reprobum.

i ¶Vel dic, ecclesia, quæ est sine macula, i vota sua diu eludi non est passa. argum. C. de spon. l. 2. Et ob hoc tractatus dubios, k vel incertos seu contractus non admittit. (Alternatiua) vt si eligo. A. vel B. Et l est ratio. Omnis † 10 alternatiua copulatiua est dubia: m & oĩs copulatiua n est plures. notatur. j. hoc lib. de regu. iur. plus semper. Nec dubiè, vt hic, nec cum pluribus quis contrahere habet. argu. ff. de his qui no. infa. quid ergo. §. j. & j. de biga. nuper. & sic dictis modis eligi non poterit.

¶Item alia ratio in alternatiua eligendo in genere nõ valeret. Ita nec alternatiue, quia hæc sunt paria. ff. de cõditio. indebi. cum is. §. vltimo. Et est ratio, vt prædixi, certa o debet habere certum (incerta) vt consentio in illum, quẽ Archidiaconus nominabit. Et est ratio, in matrimonio carnali quantumcunque pater p det potestatem dandi maritum filię suę, non debet mandatarius maritare filiam. sed sponsum quæsitum patri præsentare: & ipso patre consentiente q contrahuntur. ff. de ritu nupt. l. generali. j. respon.

¶Sed in hoc matrimonio spirituali. archidiaconus nõ debet votum suum isti publicare, qui secreto est scrutandus, ergo iste modus hic meritò reprobatur.

¶Item quia iste consensus est conditionalis. argu. ff. de lega. j. Stichum, & talis consensus hic reprobatur.

Sed quid. si diceret eligo illum, quem archidiaconus elegit: nunquid est eius votum certum. arg. pro & contra. ff. de verbo. obliga. vbi autem. §. illud & §. sequen.

Sed dic votum incertum, quia conditionale est: saltem implicitè. ff. de auro & argen. lega. l. quintus. 2. §. fin. (pro non adiectis.) Sed quęro an habeatur pro non adiectis, vt non faciant numerum quo ad maiorem partem capituli habendam. verbi gratia. 20. canonici erant in ecclesia. 10. emiserunt vota sua purè in. A. quinque in. B. & quinque alij conditionaliter, certum est quòd vota dictorum. v. conditionaliter consentientium non præstant suffragiũ electo. Si tamen computentur vt de capitulo, electio non est facta a maiori parte capituli, quod videtur. Nam licet 11 vox † alicuius non præstet suffragium, benè tamen computatur in hoc. An electus maiorem partem capituli habeat vel non. s. eod. Cumana. & c. ecclesia. 2. Et no. de hac materia de leg. j. l. huius. §. si Titio.

Sed dic contra, cum dicat hic, votis huius pro non adiectis habitis. voce illorum in alio residente.

Et sic prædicta vota non faciunt partem, nec admittũtur ad partem. sicut vota emittentes: sed potius tamquàm turpia, sicut a iure reprobata. & pro non adiectis habẽtur. argum. supra. de conditio. apo. cap. j.

Item

Item vbi prædicti quinque vota sua nõ emisissent nullam partẽ facerent, ergo multo minus vbi vitiosè emittũt
12 seu reprobè; cũ sit† maiꝰ votũ reprobè facere q̃ nõ facere. ff. de act. emp. l. Iulianus. in prin. l. si sterilis §. cum per venditorem. Et notatur ratio. j. hoc li. de senten. excommunica. is cui: etiam hoc dicit tex. penitus reprobamus. ¶ Et meritò reprobamus, quia multæ fraudes possent fieri, si dicta vota reciperentur (ex puris (.i. sinceris & gratuitis. Ele-
13 ctio † enim debet esse pura, sincera & gratuita. 23. dist. In nomine domini. versi. ꝙ si prauorũ: & intelligo pura ex animo, sincera ex prouidentia. gratuita sine præcio; vnde sicut ecclesia in se est pura non habens rugam, nec maculam. 21. di. c. quamuis. sic purè sine ruga & innolucro de-
r bet ei sponsus eligi r (electio) communis seu solennis. s. eo. in Genesi. & j. eo. cum per formam.

ADDITIONES PROBI.

a Relatio: vide quæ de relatione tradit Dec. consilio 497. accurate.

b Postulatio cõtinetur. Anto. de Butrio in c. fi. col. 14. de consuetu. dicit: ꝙ quando duo extrema sunt supposita legis interpretatæ, cõsuetudo interpretans in vno extẽditur ad aliud per adducta per eum.

Et procedit hæc limitatio secundum Rochũ de Curte in repeti. di. c. carta mihi 16. col. prima. in versi. tertiò limitatur, nedum quando duo sunt simpliciter parificata, sed etiam quando reperiuntur a iure communiter parificata in dispositionibus: vt est videre in electione, postulatione, & præsentatione quæ per iura sexti in pluribus parificantur. Nam talis assueta parificatio faciet ꝙ consuetudo in vno extendetur ad reliquum.

1 Contra.† dictio hæc contrarietatem effectus notat. sicut dictio ꝓ contrariũ. Insti. de sena. cõsul. Orficia. in prin. dictio. vero econtra & econtrario, significant conuersionem ordinis cum suis qualitatibus. l. cum hi §. fi. ff. de trãsac. glo. habes in l. duobus §. fi. ff. de iureiur.

2 Facit pendere. de natura † conditionis est, nõ statim inducere, sed suspendere actum in euentum, vel defectum in conditione.

Et hoc non solum in conditione expressa, sed etiam tacita. no. in l. quia. ff. de pac. tradit Maria. Soci. cõsi. 121. col. 2. visa contingentia.

c ¶ Certa cui. Car. consil. 99. dico quod acceptatio, per hoc dictum Io. Mo. Archi. & Io. And. hic dicit non sufficere beneficium vacare vt conferatur. Sed necesse est quòd collatori de vacatione constet. dixi. supra in c. primo de constitutione.

3 Perplexitatẽ.† verba instrumenti & scripturę debẽt ita
f intelligi, vt non contineant in se perplexitatem quẽdam vel repugnantiam. text. in capi. inter dilectos. §. cæterum. s. de fide instrumen. quem ad hoc allegat Anto. in capi. cum tu. colũ. 5. & ibi Panor. s. de præscrip. facit tex. in l. nã ad ea. ff. de conditioni. & demonstra. Bar. in lege fi. §. Idem quæsiit. ff. de cõditione indebi. tex. in l. fi. in fi. ff. de rescin. vendi. per quem dicit ibi Areti. ꝙ pacta vnius contractus debent sic intelligi, vt cesset omnis absonus intellectus, & vnum non remoueat aliud. firmat Soci. per hæc, cõsi. 159. colum. 7. in præsenti. vide Petrum de Ancha. consi. 62 duplici respectu.

Et in proposito attende ad ea, quæ citat Alexan. in cõs. 15. nu. 6. viso processu. volu. 3. ꝙ si per pactum est promissum de nullitate sententię, non intelligitur de illa nullitate, quæ resultat a perplexitate & repugnantia, quia etiam
4 † legislator actum repugnantem non potest in esse producere: imo nec etiam summus Deus, de quo meminit Iason in consi. 148. col. 3. viso processu. volu. 4. allegat Ang. consi. 187. in fine: hic punctus prima fronte.

Dic præterea: ꝙ in iudicijs vitanda est perplexitas, & generaliter in qualibet dispositione: quod dic, vt in l. si Titius. ff. de conditio. insti. & s. de offi. delega. cap. cum cõtingat. & 13. distin. cap. nerui. testatur Petr. de Ancha. in cap. interposita. nume. 6. s. de appella.

5 ¶ Et dic: ꝙ perplexitas † dicitur, quando aliqua duo se offerunt, & alterum qualecunque sit adimplẽdo sequitur, vel impossibilitas, vel contrarietas, aut aliquod inconueniens. probat glo. 13. distin. in summa: vbi exemplificat de Iudæis, qui erant in perplexitate circa mortem Christi. Nã illũ morti tradendo, peccabant occidendo innocentem: si morti non tradidissent, faciebant, vt dicebant, contra eorum legem disponentem: ꝙ qui se diceret filium Dei morte moreretur. iuxta verbum euange. quia filium dei se fecit.

6 Vlterius in materia dic † ꝙ est quædam perplexitas resolubilis: & alia quam non resolubilem appellamus: prima quando eligendo alterum extremorum non sequitur impossibile, nec contrarietas, sed tantummodo aliquod inconueniens, non resolubilis, dicitur quando electo altero extremorum qualecunque sit, sequitur impossibilitas, vel contrarietas: vt in casu. d. l. si Titius: quando testator dixit hoc modo. Si Titius sit hæres: volo ꝙ Iohannes sit heres, non potest verificari, cum sit impossibile. Si vero est resolubilis, licet sequatur aliquod inconueniens, non vitiatur: sed debet euitari maius inconueniens, & eligi extremum: in quo militat minus inconueniens. cap. duo mala. 13. distin. Vide Brunel. in tracta. de spon. & ma. conclu. 33. versi. circa secundam impossibilitatem.

7 ¶ Potest contrahi. hic resultat ꝙ non semper † militat
g argu. de matrimonio spirituali ad carnale, de quo per Prepo. Alexan. in in cap. fina. nu. 7. s. de spon. duorum, vbi dicit, ꝙ Papa separat matrimonium spirituale, secus carnale, quod est inductum de iure diuino. Et de sui substantia requirit indiuiduam vnitatem.

Spirituale autem est inductum de iure diuino & ab ecclesia. Panor. in c. postulasti. s. de rescr. & Car. in cle. gratię. de rescr. vide Iaso. in Authen. si qua mulier. numero 11. C. sacrosanc. eccle.

h Reprobatur. Roma. consi. 317. circa propositum citat: ꝙ symoniam committit: qui facit † vel dat aliquid pro cõsequendo beneficio. Etiam si spirituale sit, puta beneficiũ. Aliud argu. not. in cap. ex parte, el primo. s. de offi. delega. prima. q. j. ordinationes. cap fina. s. de pac. glo. in pragma. in titu. de elec. in §. ego. in verbo temporalis: secũdũ quã, & ibi verbo, Symoniacam. §. ꝙ si aliter ait ꝙ multum dominatur in regno Francię ipsa Symonia.

i Macula. Vide quæ dico in cap. statutũ, el primo de præ-
9 ben. j. Et in proposito, ꝙ† ecclesia est cultrix iustitię, & nõ patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum. tex. in cap. j. §. j de alie. feudi.

k ¶ Dubios, vide quod voluit Bal. in cap. fina. s. de postu.
10 præla. ꝙ dubietas non solum in facto: sed etiã in iure parit anxietatem, & est quædam tenebra mentis. ff. de iur. pat. l. diui fratres. nisi possit sedari consultis peritioribus: vt C. de inge. & manu. l. si auiam.

Et dic de consulendis peritioribus, vt not. Bal. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti, vbi inter alia dicit ꝙ sicut rusti-
11 ci † & mulieres vadunt ad siluam pro lignis, & ad ciuitatẽ pro indulgentijs. Ita debent ire ad doctos pro consilijs. refert Ioan. de Anania. in c. quoniam. nume. 6. s. de symo. Et de incertitudine & dubio vide quæ tradit Pet. de Ancha. consi 216. col. j. nos Bartholomeus & c.

l Et est est ratio, inquantum Ioan. Mo. hic dicit alternatiuam fore dubiã: intelligas sane, nisi quælibet pars alternatiuæ concluderet & fundaret intentionem. notat Alex. in consi. 152. in prin. viso processu. volu. 5.

m Est dubia. Idem dic de disiunctiua. Alex. consi. l. num. x. in causa. volu. 6.

12 Copulatiua. quæ quando † cadit inter orationes per se
n principaliter copulatas, nõ habet vim copulæ, sed potius vim dictionis continuatiuę. ponit Bar. in l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. de reb. dub. Maria. Socinus. consil. 55. colum. 5. consilijs.

Facit ꝙ notat Alex. consi. 35. col. fi. viso themate. vol. 6. ꝙ licet copula, &, debeat stare inter diuersa. glo. in rub. ff. de iur. & fac. igno. tamen stare potest copula inter genus & speciem; vt patet in rub. C. de serui. & aqua. & ibi glo. & no. Bar. in fraudem. §. neque. ff. de iure fisci; quæ non sunt diuersa, cum vnum comprehendatur in alio.

Vide præterea quæ dico de copulatiua in regula, plus. & licèt de natura copulę requiratur vtranq; partem esse veram. iuribus vulgatis: habes tamen Zenzel. quem ibi sequitur Car. in cle. plerisq; isto ti. dicẽtẽ ꝙ dispositio. di. cle. loquẽtis de ecclesia carente clero & populo, habebit locũ etiam in ecclesia carente populo tantum, licet non clero:

quia

quia accipiendo seu considerando clerum & populum coniunctim, carens altero tantum, dicitur clero & populo carere. arg. l. cum eiusdem. ff. de edil. edicto. Istud tamē nō placet glo. in d. cle. in plerisque, in verbo, & populo, quam sequitur ibi Paul. de Eleaza prout refert. Alex. cōsi. 25. versi. venio ad secundum, cōsideratis verbis. vol. 7. cui videtur adherere, & meritò. vide postremo eundem Ale. in consi. 20. nu. 7. ponderatis. vol. 3.

13 o Certa. vt dicitur de articulo † iuris, qui est certus. Maria Soci. consi. 51. col. 2. præstantissime doctor.

14 p Pater hoc verbum † pater grecum est. i. genitor, pater enim dictus est eo ꝙ patratione rei veneree peracta filiū procreat, vel, quod melius est, dicit Archi. in c. præsens: in prin. 20. q. 3. a greco panihatur. i. omnia seruans.

Pater enim dignitatis & honoris est nomen; vnde sanctos patres dicimus Et pater dicitur pluribus modis deitate, doctrina, senectute & generositate. & alijs notatis per Archi. in c. fi. col. 2. 22. q. 2.

q 15 Nuptię contrahuntur. hic videtur velle inferre Io. Mo. ꝙ † consensus patris sit de essentia matrimonij filiæ: vt videlicet filia non possit contrahere sine consensu patris quod non admittas de iure canonico, prout latā per Decium in regula nuptias. de regul. iur.

Et licet consensus non interuenerit patris, tenetur tamen eam dotare glo. in c. fi. 32. q. pro quo Panor. in c. primo. de adul. Et ideo nec exheredari. vt ibi latè per eūdem Decium, qui etiam loquitur de filio, nisi dicas ꝙ requiratur consensus de honestate solum. glo. in c. cum virum in ver. deuotio. s. de regul. iur. gl. in capitulo. sufficiat 27. q. 2. in verbo, solus in fine.

r Eligi, & sic quod per ostium intret, non aliunde. Ioan. Mo. in c. j. de regu. iur. vide quę de electione & collatione conditionali facta per inferiores a Papa tradit. Domi. in concilio. 84. quia istud dubium.

¶ Gregorius Decimus in generali Concilio Lugdunensi. Cap. III.

¶ Vbi periculum maius intenditur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Præteriti ratio, scire futura facit.*
2 *Quanto negotium maius est alijs: tanto inficiens plus inficit.*
Experientia est efficax rerum magistra.
3 *Vbi Papa: ibi Roma.*
4 *Non videtur recessisse qui in breui erat reuorsurus.*
5 *In electione Papę non est opus vocatione absentium.*
Quis est expectandus, licet verisimiliter non possit venire infra terminum.
6 *Conclaue dicitur locus secretior in domo; ad quem non peruenitur, nisi per plures claues.*
7 *Per literam secreto cum aliquo loquimur.*
8 *Res integra quomodo dicatur.*
9 *Papa si decedat in mari: quid agendum in tractatu electionis.*
10 *Si vacatio ecclesiæ sit in membris periculosa: & dispendio plena: magis erit periculosa in capite.*
11 *Ius speciale prorogatur secundum rationem illius iuris.*
12 *Ciuitates maritimæ dicuntur habere districtum.*
13 *Potestas quando datur laicis, in clericos.*
Propter delictum personæ punitur aliquando locus.
14 *Humani iuris conditio in infinitum decurrit: & nihil est in ea, quod perpetuò stare possit.*
Multum valet deprecatio iusti assidua.
15 *Pro eo est orandum, qui pro communi vtilitate laborare non cessat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Res diuersa dilucidius, & melius intelligi debet.*
2 *Nihil est tam magnum, quin per partes diuisum, fiat quasi nihil.*
Nihil rite vel rectè fit sine ordinis compositione.
3 *Officiales cameræ apostolicę maximam habent facultatem.*
4 *Curia dicitur esse; etiam in loco, in qua est destinata.*
Vbi est Rex, ibi est curia.
5 *Limina apostolorum dicuntur esse vbi est Papa.*
Vbi est Papa, ibi est communis patria.
Curia Romana non vult ouem sine lana.
6 *Curia dominorum est probatoria meritorum.*
7 *Ex signis cognoscitur sanitas mentis, quia quilibet sanæ præsumitur.*
Ex signis cognoscitur actus dubius.
8 *Signis & actibus deputatis alicui facto, iudicamus de illo prout facta demonstrant.*
A grauamine comminato, licet non illato potest appellari.
9 *Melius est ante tempus occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere.*
10 *Concorditer vnde dicitur.*
Argumentum ab ethymologia vocabuli, procedit in iure.
11 *Factum à maiore parte capituli: & factum concorditer ponuntur vt diuersa.*
12 *Deficiente capite, membra arrescunt.*
13 *Romana Ecclesia est mater & magistra omnium aliarum Ecclesiarū.*
Aliæ vero dicuntur filiæ.
14 *Cuius est caput, eius sunt membra.*
15 *Qui est in quasi possessione capitis est in quasi possessione totius.*
16 *Prorogatio non est quid nouum a prorogato, & per prorogationem quid non diuersificatur.*
Prorogatio dicitur prioris dispositionis extensio, quæ debet esse eiusdem formæ & naturæ.
17 *Prorogatio facta intelligitur cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ.*
18 *Renouatio contractus videtur secundum formam prioris contractus facta, si de diuersitate non appareat idem de relatione.*
19 *Qualitas principalis dispositionis in accessoria repetita intelligitur.*
20 *Apud Venetos naturalis iustitia tollitur.*
Veneti non recognoscunt superiorem: & locum Principis obtinent in eorum ciuitate, & subditis.
21 *Ciuitas non potest præscribere ne subsit alicui.*
22 *Libertus contra Principem non præscribit.*
23 *Ciuitates non recognoscentes superiorem habent iura Principis.*
Florentini non recognoscunt superiorem: & habent ius.
24 *Imperatoris in eorum territorio.*

VBi periculum, Hæc decreta. per Adrianum Papam fuit quo ad omnem eius effectum suspensa: & Iohannes 21. dictam suspensionem, quæ nō fuit in scriptis redacta, ratificauit, & de fratrum consilio eam, quo ad omnem eius effectum suspendit. Et Celestinus hanc decretalem in statum pristinum restaurauit: & hic tractat de electione summi Pōtificis. primò diuiditur [a] in duas partes. Nam primo posito proœ. ad dicenda firmatur constitutio. Alex. 3. secundo in §. hoc sacro: statuitur de elec. summi Pōtificis, & hoc in quinque. Nam primo tractat quid iuris, quādo Papa decedit in loco vbi residebat cum sua curia. Secundò §. porrò, quando moritur extra locum, in quo residens fuerat cum sua curia. Tertiò §. præterea, tractat de executionibus primitus statutorum. §. quarto, in cęterum remouet impedientia electionis prædictæ. quinto. §. (quia vero) hortatur fideles ad preces fundendas pro electione prouida obtinenda. prima in duas: primo tractat de cardinalibus ingredientibus conclaue: in quo debet summi pontificis electio celebrari. Secūdo. §. (sanè) de cardinalibus non ingredientibus dictum conclaue, & de ingressis exeuntibus. Prima in duas. Primò tractat de expectatione absentium. ac de ipsis ingredientibus conclaue. & seruientibus eorundem. Secundo. §. (in eodem) dat modum habitandi conclaue. Et hoc in quinque, quia primò dat modum vt cardinales inclusi sint in conclaui sine aliquo velamine intermedio. Secundo. §. (nulli) vt nullus alter a prædictis accessum habeat ad cardinales, nec nuncium mittere liceat vel scriptum; & in contrafacientes excommunicatio fertur. Tertio. §. (in conclaui) dat modum habendi potum, cibum. & quos in ipso conclaui. quarto. §. (prouisiones) mandat nihil de camera b recipi pendente electionis negocio: & pęnam in contra facientes adijcit. quinto. §. Item mandat vt cardinales alij negocio regulariter non intendant (consulendum). ff. de Carbo. edic. l. prima. §. sed & si quis. 42. di. quiescamus. C. de appella. ne causas (edocet) vnde versus. † [1] præteriti ratio scire futura facit. 63. dist. cum Adrianus. & C. de offic. mag. mili. l. vltima. & ff. de re milita. non omnes. §. a barbaris (relinquamus) 61. di. miramur. 7. q. 2. c. vltimo (prædecessoribus)

decessoribus) 23.di.in nomine domini.67.di.si qs (Papæ) Alexandri.s̃.eo.licet. Et illa loquitur de forma eligendi Romanum pontificem. Et ibi illa quæ cadunt in illam sunt dicenda.

Sed hic tractat de inuectiuis, vijs, & modis, quibus valeat prouisio summi pontificis accelerari inuectiua tracta hic: quando non bene seruatur, inducunt principium 2 & quanto † hoc negocium maius est alijs tanto inficiens non seruando hanc constitutionem plus inficit. arg.ff. quod met.ca.si mulier.§.si dos (experientia) quæ est efficax.& rerum magistra.j̃.eo.quam sit.in prin.(concilio) Gregó.consensum cardinalium in hoc casu non habuit. sed approbationem prælatorum existentium in concilio requisiuit & habuit (curia.) Sed nunquid vbi est Papa.ibi 3 est c curia? cum vulgariter dicatur † ubi Papa ibi Roma. c Dic ꝙ hic loquitur secundum communem facti frequentiam, licet quandoque acciderit ꝙ Romanus pontifex sit in vno loco cum paucis. Et audientia causarum & literarum sit in alio; & hoc vocatur cõmuniter curia Romana.

Sed quid iuris sit hoc casu, nõ videtur hoc decisum per hoc.c.quia.§.j.eo.(porrò) loquitur vbi Papa est ĩ motu. et tendit ad locum alium cum curia sua. & ad hoc se retulerunt ordinatores huius canonis: & sic fuit obseruatum Aretij in obitu dicti Grægorij. Nec Papa videtur recessis-4 se, † qui in breui erat reuersurus. vt si moram traheret in vicino.ff.de diuo.l.diuortium. 2.ff.de ritu nuptia.plerique & ff.de pignor.debitor (Cardinales) nõ determinat quot: & ideo duo sufficiunt.j̃.hoc libro de regu.iur.pluralis.ff. de testi.vbi numerus (expectare) non dicit vocare. Et sic 5 non est opus vocatione † absentium. Et sic consuetudo quæ est optima legum interpres hactenus hoc est interpretata.s̃.de consuetu.cum dilectus.

Sed pone, adeo distat aliquis cardinalis, quod etiã vtẽs felici duplomate venire non posset infra terminum hic expressum.ff.de verbo.obliga.continuus.§.cum ita in fine, nũquid iste expectabitur. dic ꝙ sic.j̃.eo commissa. primo respon.ff.de verbo.obliga.l.in illa stipulatione. Nec obstat.l.ff.ad Velleia. Aliquãdo. in fine: quia hoc casu nedum datur expectatio hæc propter absentes, sed propter præparationem illorum, qui sunt includendi (ex tunc) hic articulus extremum tempus decendij significat.ff.de cõditio.& demon.l.4.in fine (eiusdem) scilicet cardinalis.

6 In eodem (conclaue) d hic est locus † secretior in do-d mo, ad quem non peruenitur, nisi per plures claues simile.ff.de dam.infec.l.quod conclaue. (Et intermedio) hoc fit vt vacent diligentius in electio facienda (camera) in qua deponitur pondus superfluum.

Nulli ad eos (vocarentur) vt notarius ad faciendum instrumentum cõpromissi (scripturam) hoc satis inhibeba-7 tur in proximo.superiori.§.Nam per literam secreto † cũ e aliquo loquitur, sicut ait Ouidius. nutu, signisquè e loquit.

Prouisionis quoque (recipient) olim contrarium seruabatur. Nec de alijs sicut de obuentionibus communibus.

Sed quid, si venirent ad quẽlibet de collegio iure, suo. dico: quod possunt cardinales illud diuidere: & illud posset quilibet cardinalis dare, ex quo vixit die quo debuit solui: sicut est de censu Apuliæ, Angliç, & Iberniç. & hoc probatur.j̃.eo.versi.qui autem (de alio) olim tamen cętus cardinalium aliques electos in concordia confirmauit f (concorditer) f hoc speciale est contra regulam.j̃.de his quæ fiũt a maiori parte capituli.c primo.C.de legat.si qd est extra.in fi.lib.10.(sane) si procedatur hoc speciale: vnde secus ĩ alijs electionibus.s̃.eo.quia propter.§.illud, vbi etiam infirmi præsentes requiruntur. Nam cum possunt procuratores facere, magis poterunt scrutari eorũ vota.

Si vero (re integra) dicitur hic res integra, antequã electio sit celebrata; quod apparet per expositionem statim sequentem.

8 Aliter dicitur res integra, † quousq; in negotio aliquid geratur.ff.de pollicita.l.j.§.cepisse. Aliter dicitur res integra, quousque perueniatur ad aliquid substantiale rei: de procu.ff.l.ante.& notatur.s̃.eo.in causis. Aliter etiam dicitur res integra, quousque intersit.ff.de conditio.causa data.si pecuniam.primo respon.

9 Porrò (cõuenire.) Sed quid † si Papa decedit extra distri-ctum ciuitatis, vt in mari: & dicũt quidam huic casui nõ g esse per hanc constitutionẽ prouisum: vnde antiquitati g erit standũ.C.de testa.sancimus.C.de appe.pcipimus.in fi.

Sed quæ erit ista antiquitas. videtur quòd electio sit in Lateranen.ecclesia celebranda.23.d in nomine.in prin.

Dic tamen ꝙ electio est celebranda in vicinori loco celebri, vbi Papa obijt, secundum æquitatem huius.c.§. 10 porrò. Nam † cum vacatio in membris ecclesię sit periculosa & dispendijs plena.s̃.eo.ne pro defectu.j̃.de dolo & cõtumacia.finem.magis erit periculosa. in capite.s̃.eo. in prin.iuxta illud. cui caput infirmum, cætera membra h dolent. h ergo magis cui nullum.

Et ideo celerius est occurrendum, vt in loco vicino ydoneo fiat electio.

Nec obstat ꝙ hoc ius est speciale: & sic ad consequẽtiã trahi non debet.j̃.de regul.iur.quæ a iure.

Sed dic ꝙ hæc decretalis habet fundamentum vt pro-11 uisio fiat festina: vnde ius speciale † prorogabo i secundũ i rationẽ illius iuris, præsertim ad casum, qui pari seu maiori nititur æquitate. C. de furt. & ser. corru. l. si quis seruo.& hæc opinio fundatur per tex.ibi, in cuius territorio 12 seu districtu. Nam ciuitates † maritimę & in mari dicun-K tur habere districtum: vt dicitur mare Venetorum, k mare Ianuensium.arg.de verbo.signifi.pupillus.§ territoriũ. & de iudi.l.insulę: & de acquir.re.domi.inter eos & l.seq.

Propterea (paruę est) ff.de orig.iur.l.2.§.post originem. Insti.de iure na.gen.& ciuili in fi.C.de Iudeis.nullus.l.hoc libro.de sta.regul.c.vno.§.& quoniam (obseruari) Et sic 13 nota † potestatem dari laicis in clericos.& notatur.27.di. nec licuit (cunctas) Nota propter delictum personę puniri locum.j̃.de pę.non est.

Sed contra Authen.de manda.prin.§.oportet.2.col.3. Nam vt ibi dicitur, personæ sunt, quæ delinquunt nõ res. & ideo non confiscantur regulariter vt ibi: & in Authẽ. vt nulli iudi.§.fi.col.9.quia alias punirentur filij innocentes; & hoc est speciale in casu propter arduum negociũ. s̃ in prin.c.& in exemplum aliorum.j̃.de pę.in quibusdã. & j̃ hoc lib.de pę.c fi & 25.q.2.ita nos.

Cęterum quia (arbitrium.) 8.q.3.dilectissimi (vicarij.j̃. de transla.episco.c.3.(ydoneo) secundum possibilitatem humanæ naturæ, non secundum celsitudinem dignitatis, 70.d.c.non est facile.& c.non nos (pęnitentia in foro animæ inferẽda (potius) simile.C.de famo.libel.l.vna.lex autem scenicas nõ solum, circa prin.col.5.ff.de lega.primò si quis inquilinos.§.si quis.

14 Quia vero (inuentione) humani † enim iuris conditio in infinitum decurrit; & nihil est in ea: quod perpetuò stare possit.C.de veteri iur.enucle.l.2.§.sed qa diuinę.in pri. (Orationum) multum valet deprecatio iusti assidua.arg. 55.di.disciplina.circa finem.& 13.q.2.Animæ.defuncto-15 rum.(fundantur) pro eo † enim est orandum, qui pro cõmuni vtilitate laborare non cessat.C.de appella.præcipimus.in prin. (in sublimibus) scilicet Angelis, & sanctis. (Et ne tanti) scilicet electione summi pontificis (indicãt) tertiæ coniugationis. vt hic edicũt Reges: indicit festa sacerdos.

ADDITIONES PROBI.

1 a Diuiditur. dic † rem diuisam dilucidius & melius ĩtelligi.glo.post tex.ibi in l.prima in prin.ff. de doli mali & met.excep.Idẽ in §.sed non vsque Insti.de lega.tex.cum gl.in §.igitur in proœ.Insti.in verbo, partiri iussimus.gl.in verbo, sufficere. in Au-2 then.vt iudi.sine quo suffra.in prin.cum dicat † nihil esse tam magnum, quin per partes diuisum fiat, quasi nihil; multomagis vbi aliquid paruum erit in partes diuisum, nihil apparebit. vide quæ dixi.s̃.in proœ. præmissis addẽdo.quod voluit Bal.in consi.377.col.2.ecce formata.in 3.parte dum ait ꝙ nihil rite vel recte fit sine ordinis compositione; tum quia qui bene diuidit proximus est veritati. tum etiam quia vbi non est ordo non potest esse substãtia, siue dicamus. quòd ordo dicatur substantiuum, siue adiectiuum, quod est de esse rei.

3 b De camera. intellige apostolica, cuius officiales † maximam habent facultatem. Notat Dec.consil.404.viso.& consi.407.nu.7.visis & diligenter.

Vide quæ de camera ipsa, ac camera contradictarum, & cancellaria apostolica per nos dicitur in tractatu de manda.apost.

Ibi

4 Ibi est curia. etiam curia † dicitur esse in illo loco, ad c quem est destinata. licet ad illum locum nondum accesserit. testatur Hyppol. de Marsil. consi. 94. nu. 20. auxilium domini non me deserat. allegat cle. ne Romani. de elec.

Item in simili, vbi est Rex, ibi est curia. seu territorium. Neapol. vide Dec. 265. nu. 50. illustrissime. & ibi q̃ dicuntur. vide præterea glo. in pragma. in ti. de colla. in §. cui rei in verbo curiam. & de elec. in §. censuit. in verbo, curia. Et 5 dicit Inno. in c. ego N. 5. de iureiur. Quod limina † apostolorum dicũtur esse ibi, vbi est Papa: per quæ verba Roma. singul. 155. verificat dictum Io. Mo. pro quo dicit non fore tex. in mundo, licet multi multos allegẽt. Et vbi est Papa ibi est patria communis. Inno. in c. fi. ff. de dilatio. Bal. in l. 2. §. ligatis. ff. de iudi. idem Bal. in l. rescripta. col. pe. C. de præci. Impe. offer. idem Bal. in l. 2. §. miles. ff. de his qui not. infa.

Et attende ꝙ de Romana curia solet dici, ꝙ non vult ouem sine lana: & curiales cardinalium & prælatorum admittuntur in paradiso sine examine, etiam inter martyres. Neuiza. in Silua. Car. mihi. 71. col. 4. Et plerumque moriuntur in paleis, nisi de gratia speciali decedãt in ho- 6 spitali. Pro quo illud, ꝙ curia † dominorum est probatoria meritorum. Et subdit. Io. And. in c. vnico. col. prima. ṽ. de statu regul. hos versus. Curia ius curat, Meretrix dicta est curia. Et ad reprehensionem curiarum. dicit alter. Curia curarum genitrix, nutrixquè malorum. Ignotis notos inhonestis æquat honestos.

Et postremò vide de significatione huius dictionis, curia, per Maria. Soci. consil. 75. col. 2. in causa. & per Areti. in consi. 15. in prin. Reuerendissime.

d Conclaue. pro ampliori huius conclauis descriptione, vide librum primum cerimoniarum sanctæ Romanæ ecclesiæ. in prin.

e Signisquè. Maria Soci. consi. 61. col. 6. versi. Tertius & vl 7 timus. in præsenti dicit ꝙ ex signis † cognoscitur sanitas mentis, & subdit ꝙ quilibet præsumitur sanæ mẽtis. l. nec codicillos. C. de codicil. vbi etiam dicitur ꝙ asserenti contrarium incumbit onus probãdi. Ad idẽ cõ. 165. col. 5. visis, ꝙ ex signis cognoscitur actus dubius.

Et in proposito Io. Mo. hic vide glo. in verbo, mutus. in l. Item quia. ff. de pac. & l. Labeo. eo. ti. gl. in verbo, annuisset in l. prima & ibi Scriben. ff. de verbo. obliga. dicitque vnum in proposito notandum Pet. de Ancha. consilio 8 88. in fine præmissa facti serie. ꝙ signis † & actibus deputatis alicui facto iudicamus de illo, prout facta demonstrãt. l. 3. in prin. ff. quòd quisq; iuris: ibi siue vsus fuerit siue nõ.

Hinc dicimus ꝙ a grauamine comminato, licet non illato potest appellari. l. si quis prouocatione. C. de appel.

9 Et lex dicit ꝙ melius † est ante tempus occurrere quam post vulneratam causam remedium quærere. l. prima. C. quando liceat sine iudi. cui conuenit illud Terentij. Malo nos ante prospicere q̃ vlcisci accepta iniuria.

10 f Concorditer; istud verbum † concorditer importat. i. nemine discrepante, patet ex ethymologia vocabuli: dicitur enim a con quod est simul, quod argumentum reperitur in iure validum. l. 2. §. appellata. & ibi Scriben. ff. si cer. peta. Iason in l. imperiũ. col. 4. ff. de iurisdictione omnium iudic. Ang. Insti. de testa. in prin. Bald. in l. conuenticulam. col. 2. C. de epi. & cler. Iason post Alexã. in l. j. ff. de acqui. po. cum similibus.

Et quod non solum verificetur ethymologia vocabuli, probo per tex. c. in causis. 5. hoc ti. vbi factum a maiori 11 † parte capituli & factum concorditer ponuntur vt diuersa. glo. in Cle. Ne Romani. in verbo, concorditer, isto tit. quam ibi sequitur. Car. & Imo. Vide Alexan. Imo. consi. 124. nu. 2. vol. 2. in causa. Car. tamen in d. c. non potest sibi contrarius voluit dicere ꝙ sufficit ꝙ fuerit factum a maiori parte, vt dicatur concorditer, tamen teneas primam quam tenet Panor. in d. c. non potest. nu. 16. & illam dicit fore tenendam simpliciter. Fely. ibi col. pe. ibi, per eum, pro vtraq; parte. quem vide pro ampla remissione & placet Alex. consi. 48. volumine. 7.

g Antiquitati. vide Ioan. Mo. in c. statutũ. supra de rescr.

h Dolent. Paul. de Cast. consi. 414. nu. 2. in facto præsenti, 12 prima parte dicit ꝙ deficiente † capite membra arescent. 24. q. j. c. loquitur. 23. q. 7. quemadmodum.

Et ideo quemadmodum caput subuenit membris, ita & econtra membra debent capiti subuenire. Et subdit in 13 proposito nostro † ꝙ Romana ecclesia est mater & magistra omnium aliarum ecclesiarum. Aliæ vero dicuntur filiæ. c. primo. 12. distin. Quæ pro vtilitate aliarũ inuigilat, & noctes ducit insomnes, ipsasque regit & gubernat, & subuenit eis, cum opus est: tanquam mater filiabus: vt in proœ. huius libri. vide Cal. consi. 7. col. antepe.

Et sic econtra debent aliæ tanquam filiæ bonæ sibi subuenire, cum opus est. l. cum non solum. §. ipsum autem filium. C. de bonis quæ libe. Possunt enim dici filiæ: quia solus dominus Romanam fundauit ecclesiam, cuius Papa caput est. c. primo. 22. di. Aliæ verò particulares ecclesiæ fundatę fuerunt nõ immediate a Christo, sed a Petro: & eius successoribus: Maxime in Italia, Gallia, Hyspania, & Aphrica in quibus nullus alius apostolus legitur prædicasse, nec ecclesias instituisse, nisi Petrus & eius successores. c. fi. 11. distin.

14 Facit in proposito illud vulgare ꝙ cuius est caput, † eius sunt membra, per quod substentantur. dictum Bal. in c. si diligenti. supra de præscr. Quod sicut ciuitas Eugubina est de immediata iurisdictione ecclesiæ & totus ducatus: ita etiam quælibet castra: & villę. quod ibi sequitur Fely. in colum. prima.

Vide quæ dico de capite. in c. accusatus. de hæreti.

Et in eodem proposito dicit Soci. pater. consi. 7. colum. 15 prima. nunc quæsitorum. quod ille dicitur † esse in quasi possessione iurisdictionis totius prouinciæ, qui est in quasi possessione iurisdictionis in ciuitate, quæ caput est totius prouinciæ, & principatum obtinet. no. in l. prima. ff. de offi. prę. Ang.

i Prorogabo. Vide de prorogatione alicuius gratiæ rei, aut similis. Pau. de Cast. consil. 389. si cõsideremus. par- 16 te prima: vbi concludit ꝙ prorogatio † nõ est quid nouũ a prorogato, & per prorogationem quid non diuersificatur: vt patet in homine: qui cũ paruulus nascitur, & quotidie crescat: non tamen diuersificatur: sed vsque ad centũ annos est idem homo. Et sic prorogatio dicitur prioris dispositionis extensio, quæ debet esse eiusdem formæ & naturæ. glo. fi. & ibi Domi. in c. hi qui. de præben. hoc lib. no. Bart. in l. prima. §. & post operis. ff. de oper. no. nũ- 17 cia. ubi inquit: † facta intelligitur cum omnibus qualitatibus rei prorogatæ. allegat tex. in l. 2. §. sed si iudex. ff. de iudi. facit tex. in l. fi. de inoffi. dona. C. & in l. electio. §. si is quem. ff. de noxa. l. inter socerum. §. inter. ff. de pac. dot. & eadem lege & pacto prorogatio facta videtur. Bal. in l. si constante. C. de dona. ante nup. Et sic instar contractus 18 renouari, † qui videtur renouari secundum formam prioris contractus si de diuersitate non apparet. no. Bar. in l. si mihi & Titio. circa finem. ff. de verbo. oblig. Bal. in l. prima. col. pe. in versi. sed quid si dominus. C. quando nõ pe. partes. qui quidem Bald. in l. legem. C. locati in proposito citat quod videtur facta renouatio sub eiusdem pignoribus, pænis renunciationibus, & clausulis, quæ erãt in priori contractu. sequitur Alex. consil. 28. in fine ponderatis. vol. 4. & Deci. consi. 47. num. 8. visis. Ad idem dicamus de relatione, quæ videtur facta cũ omnibus eius qualitatibus. Bart. in l. prima. ff. de recep. arbi. Idem Dec. d. cõsi. 47. nu. 9. Ad idem facit quod idem Dec. no. consi. 414. nume. 6. viso ibi. Quia cum relatio relata sit ad statutũ, omnes qualitates, quæ sunt in statutis, videntur esse in renunciatione expressa. l. asse toto. ff. de hæredib. institu. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudic. l. si ita. ff. de conditio & demõ.

Adde quæ in simili tradit Dec. consi. 2. nu. 2. Et pro tenui, post Bart. in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verbo. obliga. quod quando tendit ad vnum & eundem effectum cum obligatione principali: vt est obligatio fide- 19 iussoris, qualitas † principalis dispositionis in accessoria repetita intelligitur, allegat bonum tex. in l. si vt proponitur. ff. de fideiusso. vbi qualitas loci apposita in principali, repetita intelligitur in obligatione fideiussoris. qui simpliciter promisit.

20 Venetorum. apud quos † iustitia naturalis tollitur. no. Pet. de Ancha. consi. 245. col. 2. iuxta ordinem.

Et dic Venetorum, qui non recognoscunt superiorem & locum principis obtinent in ipsorum ciuitate & subditis. Paul. de Cast. consi. 317. nu. 5. viso & examinato. in prima parte. & latissime per Iasonem in consi. 70. vol. 3.

Et de Ianuen. vide eundem Paul. cõsi. 423. quia cio ea parte. Et inquantum diximus ꝙ Veneti nõ recognoscũt superiorem,

superiorem, non tamen intelligas quòd id præscripserint cõtra Imperatorem, quia illud dicitur vsurpatio. Et licet fateamur fore præscriptionem, non tamen potuerũt excutere iugum subiectionis, quominus dicantur recognoscere Imperatorem, quia nõ † potest ciuitas præscribere 21 ne subsit alicui. Panor. in cap. cum non liceat. in fin. supra. de præscrip. & in c. per venerabilem. colum. fin. §. qui filij sunt legitimi. facit quod not. Ang. in l. hoc autem. in fine. ff. de serui. vrban. prædio. vbi cõcludit, quòd aut quis vult præscribere iurisdictionem & Imperium in aliquo loco communicatiuè, seu cumulatiuè cum Imperatore, & potest. Aut vult præscribere Imperium abdicatiuè & priuatiuè ad Imperatorem, & non põt: qualibertus ꝫ principẽ 22 non præscribit. not. † Dec. consi. 307. nu. 9. uiso puncto quem vide. consi. 357. colum. 2. in casu magnifici: vbi di-23 cit quòd ciuitates † non recognoscentes superiorem habent iura Principis. Barto. in l. j. de bon. vac. lib. 10. C. in l. j. §. de qua re. ff. de postul. in l. hostes. colum fin. ff. de cap. in l. infamem in fin. ff. de public. iudic. in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. firmat & latè prout & dictum sequẽs, idẽ Ias. in d. consi. 70. colum. 2. vbi subdit quod dux Mediolani non recognoscit superiorem in temporalibus.

24 Et subdit, vbi. s. Deci. quod Florentini † non recognoscunt superiorem, & in eorum territorio habent ius Imperatoris. Barto. in l. hostes. ff. de cap. firmat Panormita. in consi. 91. sub nume. 6. Quo ad primum dubium. vide Roma. consi. 59. num. 7. ad discutiendum.

¶ Gregorius Decimus in generali concilio Lugdunen. Cap. IIII.

¶ Vt circa electiones, postulationes, &c.

SVMMARIVM.

1 *Eo ipso ꝙ dico rem meam vel mihi debitam, impugno consequenter ꝙ aduersarij non sit.*
2 *Via malitijs est præcludenda.*
Tot sunt malitiæ hominum, quod non potest eis totaliter via præcludi.
3 *Natura est imitatrix vitiorum.*
4 *Personatus & dignitas an idem sint.*
5 *Indefinita æquipollet vniuersali, quomodo intelligitur.*
6 *Non est eadem ratio omnium particularium in vniuerso comprehensorum.*
7 *Decretalis quando contineat ius commune.*
Cognoscitur ius commune multis modis hic descriptis.
Collegiũ nõ est qd corporeum: cum sit persona repræsentata non vera.
Capitulum potest per procuratorem appellare: & iuramẽtum in animas collegij præstare.
Collegium peccare potest, & sic puniri.
8 *Qui admittatur ad dicendum contra personam electi in episcopum.*
9 *Quodlibet peccatum mortale impedit aliquem eligi: sed non eligere.*
10 *Criminosus est repellendus.*
Species periurij vel homicidij est proponenda.
11 *Multa valent in probando: quæ non valent in proponendo. vbi ius ꝑsens allegari oportet.*
12 *Iurans præsente textu euangeliorum, an satisfaciat constitutionibus.*
13 *Euangelia non pedibus, sed manibus debent petractari.*
14 *Nemo ad impossibile obligatur.*
Consuetudo generalis est optima legum interpres.
15 *Publicatio scrutinij, collatio & electio insimul debent fieri, non ex interuallo.*
16 *Quando constitutio exigit factum, non sufficit dictum.*
17 *Priuilegium in corpore iuris clausum, perinde est habendum ac si esset ius commune.*
18 *Omnia præsumuntur solenniter acta.*
Solennitas intrinseca leuius præsum iter quàm solennitas extrinseca, quæ habet probari.
19 *Qui solennitatem allegat, illam probet.*
20 *Quando duo proponuntur, etiam copulatiuè, si ad vnum effectum tẽdunt, sufficit alterum probare.*
21 *Sibi imputet qui superuacua obligatione se astrinxit.*
22 *Adherens appellationi tenetur ad id, ad quod principalis appellans.*
Vna via non debet concedi quod alia prohibetur.
23 *Indefinita ex parte promissoris reddit obligationem nullã, non ex parte stipulatoris.*
Verisimile est ꝙ quisquis libenter sibi acquirat.
24 *In re appetibili, qui tacet consentit, non sic in obligatione.*
25 *Sicut debet appellari infra decennium: sic decet infra illud tempus appellationem habere ratam.*
Non sufficit regulariter facere de facto.
26 *Aliquid tenet contra incommodum, non quo ad eius commodum.*
27 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
28 *Paris conditionis non debet esse peccans & non peccans.*
29 *In facto alieno probabilis est ignorantia.*
Ignorantia aliquando probatur per proprium iuramentum.
Quilibet præsumitur ignorare, nisi probetur scire.
30 *Exceptiones quæ tangunt nullitatem appellationis, proponi possunt ante litem contestatam.*
31 *Iudex videns non esse appellatum, vel appellatum, non tamen infra. 10. dies. vel appellationem non esse prosecutam infra tempus, ex officio habet repellere appellantem sine obiectu partis.*
32 *Exceptiones peremptoriæ requirentes longam indaginem ante litem contestatam nnn recipientur, secus si nõ longã requirant indaginẽ.*
Exceptionum, aliæ sunt iuris, aliæ facti, a iure tamen approbatę.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Circa, est dictio, quæ sæpe minuit in testimonijs ferendis.*
Homo malum potest per seipsum: bonum non, nisi per gratiam.
2 *Homo maiori electione, & subtiliori iudicio indiget in bono ꝙ̃ in malo.*
3 *Modicus error in calculo factus bona fide non rescindit actum.*
Nemo sine vitijs nascitur: optimus ille est qui minimis vrgetur.
4 *Omnis caro de facili viam suam corrumpit.*
5 *Malum est facile; bonum difficile.*
Indefinita æquipollet vniuersali etiam in odiosis, quando profertur a lege, secus si ab homine.
6 *Quotiens omnium particularium eadem est ratio, indefinita æquipollet vniuersali, & idem est iuris in vno quod in alio.*
7 *In testibus indefinita non æquipollet vniuersali.*
Dicta testium debent de necessitate concludere.
8 *Verbum personæ quando non comprehendit vniuersitatem.*
9 *Filius an representet personam patris.*
10 *Verba hæc, omnia & singula, exigunt concursum singulorum.*
11 *Officium manuum est defendere corpus hominum.*
12 *Impossibilia vel nimis difficilia sunt extra naturam humanam.*
Iuuenis castus est martir absque sanguinis effusione.
13 *Arctissima est vita continentiæ & laboriosum est continere & pauci sine carnis vitio inueniuntur.*
Quod non est, nec potest esse in esse, non cadit in obligatione.
14 *Verba generalia non extenduntur ad impossibilia.*
15 *Monachi præferuntur regularibus canonicis.*
16 *Expressum dicitur quod verbis specificis fit.*
17 *Quando requiritur expressa mentio: non sufficit mentio descendens ex consequentia verborum.*
18 *Illud dicitur tacitum quod per rationem intellectualem colligitur.*
19 *Quod fit in genere non dicitur fieri specifice.*
20 *Obijciens crimina in testes ad defensionem an teneatur actione iniuriarum.*
21 *Executio iuris non habet iniuriam.*
22 *Dicens aliquem non fore idoneum fideiussorem an teneatur actione iniuriarum.*
23 *Protestatio non excusat quod indebite fit.*
24 *Lapsus temporis habet tacitum consensum.*
25 *Valet appellatio dicendo sic, appello ad iudicem competentem.*
26 *Ratihabitio operatur rebus existentibus integris.*
27 *De iure communi appellatur ad proximum superiorem.*
28 *Potiora sunt ea, quæ de iure communi, quàm quæ de iure speciali statuuntur.*
29 *Res noua nouum capit consilium.*
Ex causa noua superuenienti licet recedere a qualibet dispositione.

a VT circa.[a] Hæc decretalis in sex partes diuiditur. Primò ad dicenda procemium ꝑmittit. Secundò. §. edicto, formam appellandi in beneficialibus causis statuit. Tertiò [alioquin) non obseruãtib. dictã formam pœnã imponit. Quartò. §. vota. post appellationem factam a dicta pœna excipit. Quintò. §. super huiusmodi, probandi dicta vota seu nota tribuit. §. statuta per Innocẽ. 4. contra non probantes obiecta in suo robore derelinquit. Et hæc constitutio non habet locum in iudicialib. appellationibus, sed extra iudicialib. s. eo. constitutio. Item non habet locum in his, qui nec appellant nec appellationi adhærent. j. eod. §. alioquin.

Esset

Esset enim durum ꝙ appellans vel appellationi adherens facto suo me non appellantem nec appellationi adherentem obligaret. Arg. infra de symo. sicut tuis. circa finē.

Sed secundum hoc melioris conditionis est nō appellans quam appellans, qui non astringitur hac forma.

Item non habet locum vbi quis impugnat: non ex defectu seu vitio alterius: sed duntaxat ex iure suo, de quo contendit; vt quia dicit se habere ius in re: vel ad rem, & ꝙ alter ipsum molestat prætextu electionis; seu prouisionis factæ de beneficio, de quo conteditur: vnde indirecta oppositione locum habet, nec constitutio non in di-

1 recta: vt hoc casu: quia eo ipso ꝙ dico rem meam † vel mihi debitam, impugno consequenter ꝙ aduersarij non sit. ff. de procura. Pomponius. §. & is. ff. de iureiur. l. sed & si possessori: in prin. & §. si cum de hæreditate.

Sed si impugnarent ex iure meo, quod volo augeri ex defectu vel vitio alterius: vt quia dico aliquos electores aduersarij non præstare suffragium eidem, & propter certa crimina: habet locum hæc constitutio: quia purè non prosequor ius meum: sed illud declarare volo: ex obiectu vt præmisi.

Nec hæc constitutio priuat quemquam a prosecutione sui iuris: sed a probatione obiectorū: quę si liquerēt, de his posset se iuuare impugnans: per hanc cōstitutionem repellitur a probatione facti, & non a ratione iuris. arg. ff. de his, quib. vt indig. si testamentum.

Consulitus tamen credo hoc casu iutare (prouisiones) qualiter hæc tria differūt, notatur. s̄. eo. statuimus. in prin. (viam malitijs).

2 Nota, viam † malitijs præcludēdam, vt hic: & j̄. eo. Auaritiæ. & s̄. de resc. sedes apostolica: prout est possibile: vnde dicit: ꝙ tot sunt malitiæ hominum: ꝙ non potest eis totaliter via præcludi.

3 Omnis enim ætas ab adolescentia † prona est ad malū.

b b 12. q. 1. omnis ętas & natura imitatrix vitiorum. 12. q. 3. procliuius (periculose vacent.) 1. quia periculum tam in tēporalibus quam in spiritualibus contingeret ecclesijs ex diutina vacatione. s̄. eo. ne pro defectu. & j̄. eo. quam sit ecclesijs (personatuum.)

4 Personatus † & dignitas ferè pro eodem supponunt, licet in aliquibus locis rectores ecclesiarum vocentur ꝑsone. s̄. de resc. ex parte. in quibus locis non dicerētur habere dignitates, licet ibi dicātur habere personatum: sed nisi sit aliqua specialis consuetudo alicuius loci: idē semper significant, & idem iudicium est habendum. supr. eo. dudum. respon. 2. infra de præben. de multa (aliorum ecclesiasticorum.) Ergo cum indefinitè loquatur, generaliter debemus intelligere de omni beneficio ecclesiastico.

5 Quia indefinita c † ęquipollet vniuersali. 19. di. si Roma-

c norum. ff. de offi. præsid. l. 3. ff. de serui. vrba. prædio. si serui tus igitur siue apppellat̄ super simplici beneficio, vel alio, locum habet hæc decre.

Sed contra vr̄, ꝙ indefinita non ęquipollet vniuersali, quia cum dico bibo vinum, ergo totū vinū nō sequitur.

Determina ergo istud brocardicum in hunc modum, indefinita canonis vel legis regulam tradere intendentis æquipollet vniuersali: & ita intelliguntur iura ad hoc allegata. Indefinita vero communis locutionis non equipollet vniuersali. arg. ff. de lega. 3. hæres meᵘˢ. §. j. & l. Quintus. §. illud idem. de aur. & arg. lega. l. prima: & hoc quia

6 non est eadem † ratio omnium particularium in vniuerso comprehensorum: vt in dictis. ll. allegatis: sic vt. ff. de lega. 2. si pluribus. prædicta autem dico in indefinita affirmatiua.

Sed negatiua & indefinita bene æquipollet indistincte vniuersali. ff. de reb. dubijs. l. si is qui ducenta. §. vtrū. in fine. §. Et sic determinatur secundum iuristas: secundum logicos autem indefinita ęquipollet vniuersali in materia necessaria: vt homo est animal: ergo omnis homo: vel impossibile negatiue sumpta: vt homo non est lapis ergo nullus hō; in materia contingenti nō æquipollet indefinita vniuersali, vt homo currit, ergo omnis homo currit,

7 non enim sequitur (edicto perpetuo.) Et sic † hæc decretalis continet ius commune. cum dicat edicto.

Sunt enim sex modi cognoscendi ius commune.

Primus est, si mittatur venerabili cetui.

¶ Secundus si edicti vocabulo nuncupetur, vt hic vel quia dicit hac edictali.

Tertius si præcipitur per omnes populos diuulgari scriptura publice procedente.

Quartus si dicatur. Idem in similibus obseruandum.

Quintus. Si lex vel canon appellatur generalis.

Sextus si iubetur expresse ad omnes pertinere. istos sex modos habes. C. de legibus. l. 3. (aliqui) nunquid arctantur mulieres hac constitutione? dic ꝙ sic, vt notatur in simili. s̄. eo. statuimus. in prin.

Sed quæritur an collegia hac constitutione arctentur. & hoc est quærere an verbum, aliqui, comprehēdat collegia, & videtur ꝙ non, quia appellans, qui habet præsta-

8 re corporale iuramentum, vt hoc. §. Sed collegium, † non

d est hic corporeum, cum sit persona repræsentata,[d] nō ve-

e ra, e. ff. de fideiusso. l. mortuo. & no. j̄. hoc libro. de senten. excommunica. Romana. §. vltimo. Et vtrum possit comprehendi per verbum, aliqui, collegium; notatur. j̄. hoc libro de regul. iur. in generali. & dic hoc comprehendi.

Et est ratio, quia capitulum potest per procuratorē appellare. j̄. eo. procurator. & iuramentum in animas collegij præstare. j̄. hoc libro. de testib. præsentium: & constat ꝙ collegium peccare potest, & sic puniri. ff. quod me. causa. l. metum in § animaduertendum. Et dic. (aliqui) quorū interest, vt quia canonicus. vel parrochianus, vel patronus. 16. q. 7. filijs ac nepotibus. & quilibet † de diocesi vel ciuitate, clericus, vel laicus, siue ibidem beneficiatus: si vult aliquid dicere contra personam electi in episcopum: admitti dēt. nor. Inno. j̄. de accu. super his (formam) vt q 1 dicunt fortè ꝙ forma illius. c. quia propter non fuit seruata (eligentium) vt quia sunt excommunicati maiori excommunicatione, vel suspensi ab homine. s̄. eo. cum inter. R. s̄. de consue. cum dilectus. j̄. de cle. excommunica. ministran. si celebrat: vel quia sunt priuati a canone. vt quia elegerunt scienter indignum. s̄. eo. cum in cunctis (electi) scilicet quòd non sit legitimę ætatis, vel patiatur defectum inscientia, vel natalibus. s̄. eo. cum in cunctis. de quo dic vt ibi. 23. di. qui episcopus. & 25. di. non autem vbi ponuntur. 13. capitula apostolicæ regulæ in glo.

9 Et quodlibet † peccatū mortale impedit aliquē eligi. 25. di. c. vltimo. quod intellige vt ibi notatur: sed non eligere vt j̄. eo. perpetuo scienda.

Et sic nota hanc decretalem habere locum ante factā prouisionem, & post. Idem dico in electione, & postulatione, quando appellatur contra certam, personam, ne eligatur. arg. huius litere, j̄. eo. qui contra certam (qui propter hoc) scilicet quia elegerunt vel volunt eligere: vel postulare personā indignam: vel de ipsa prouidere. s̄. eo. Cum inter canonicos, contra formam. s̄. eo. audit is. & c. cum nobis olim.

Quid si appelletur ante electionem: quia est spes de aliquo ꝙ eligatur) dic ꝙ locum habet hæc constitutio. j̄. eo. qui contra. (appellari.)

Sed nunquid habet locum hæc constitutio, siue appelletur ad Papam, siue ad alium superiorem. ar. d. §. animaduertendum: & ff. de publici. l. de præcio. & 21. di. si Romanorum. ff. de offi. presidis. l. præses (publico). i. per manum tabellionis facto.

Quid sit instrumentum publicum, habes notatum. j̄. de fide instru. c. 2. dic super appellatione confecto (seu literis) dicunt quidam priuatis: sed textus sequens contradicit. unde dic autenticis: & quæ sint illæ habetur. j̄. de fide

f instru. cum dilectus. in fine. (Omnia & singula) f. 1. singulariter & specialiter designata. ff. de edilitio edicto: cum eiusdem: & l. si plura. & l. ediles aiunt. ff. de rei vendica. l. si in rem. prima.

Quid ergo si dicat electum, periurium, homicidā, vel excommunicatum. Nunquid talis expressio sufficit? videtur quod non: quia in tanto crimine non debet admitti uagatio. ff. de dolo. Item exigit. ff. de iniur. prætor edixit. in prin. & §. quod autem. Et ista expressione facta adhuc est locus uagationi: quia potuit proponens ab initio de alio periurio intelligere, seu homicidio: & nunc de alio. arg. ff. de damno infec. qui bona. §. si quis stipulatur, & facit ad hoc. j̄. hoc libro de excep. pia.

Econtra uidetur. Quia qualitercunq; sit periurus hoc periurio. uel illo sufficit ad repulsionem. j̄. de iureiur. querelam. & s̄. eo. uenerabilem.

10 Idem de alijs criminibus: cum criminosus † sit repellendus. 23. di. qui episcopus.

Et

Et dic speciem periurij, seu homicidij proponendam, ar. istorum verborum omnia & singula, & d.c.pia.

Et dic ad ar. in cõtrarium, ꝙ ille sufficit in repellendo, si fuerit probatum: non tamen sufficit in proponendo ꝓpter hanc constitutionem, quæ arctat singulariter specificare, & multa valent in † probando: vt C. de probatio. siue possideris: quæ non valent in proponendo: vbi ius præsens allegari oportet. ff. de rei vendi. l. in rem. in princip. (corporali.) i. tactis corporaliter euangelijs, vel alijs sacris: & hoc est, iuramentum de calũnia, large sumpto vocabulo. Quid si præstans † iuramentum euangeliorum textu præsente, ꝙ credo omnia singula vera esse & c. Hæc tãgit euãgelia, dicat iuro ad hæc sancta Dei euangelia, nunquid valebit pro appellatio, & videtur ꝙ sic: quia præsentia euangeliorum pro iuramento habetur, licet non tangantur. l. rem non nouam. C. de iud. ĵ. de iura. calum. c. vltimo. 11. q. j. episcopus non flagitetur.

Dicas tamen contra, quia non valet appellatio, nisi tãgantur euangelia corporaliter, & hoc innuit constitutio, cum dicit corporali præstito. & c.

Si ergo non tangat, non seruat cõstitutionum. Nã priuilegium honoris est datum episcopo, ꝙ non tangat. ĵ. de iura. calum. cap. vltimo. 11. quæst. prima. episcopus non flagitetur, ergo alij tangere debent. ff. ad munici. l. j. in fine.

Item quid si tangat † euangelium pede, nunquid valet appellatio? dic ꝙ non: quia euangelia manibus, non pedibus debent pertractari: officium [h] enim manuum est, nõ pedum. 89. distin. singula. ar. j. de resti. spolia. olim in prin. 11. q. 3. noli te. Authent. iusiuran. quod præsta. in princip. columna 2. & pede tangendo, videtur potius contemnere, quàm reuereri.

Item quid si tangat alio membro, non tamen pede, vel manu an valeat appellatio? Et dicas aut habet manus, aut non. Si non habet & tangit cum lacerto, vel cum capite, si non habet lacertum, valet appellatio: quia est quoddã prodire tenus, si non datur vltra. Et quia nemo ad impossibile † i obligatur. ff. de regu. iur. impossibilium. ĵ. hoc lib. de regu. iur. nemo potest.

Si autem habeat manus, & cum alio membro tangat, non valet appellatio, quia facit contra consuetudinẽ generalem, quæ est optima legum [k] interpres. š. de consuetudine. cum dilectus. ff. de legibus si de interpretatione.

Item quid si appellet hodie: & cras præstet iuramentũ suum; nunquid valet appellatio, & videtur ꝙ non: quia stipulaturus de damno infecto eodem tempore debet iurare & stipulari, alias non est ei cauendum. ff. de dam. infect. qui bona. §. quis stipulaturus.

Præterea † publicatio scrutinij, collatio, electio, insimul debent fieri, non ex interuallo. š. eo quia propter. & c. cum post petitam. A simili videtur vt hic.

Contra videtur ꝙ valet, quia testis potest prius iurare, & postea ex interuallo deponere. ĵ. de testi. cog. præterea, nec est vis de eodem contextu: ita videtur dicendum hic: dicas tamen nõ valere appellationem per iura primò inducta. Et hæc est intentio constitutionis, cum dicit appellantes omnia & singula exprimant, corporali præstito sacramento, scilicet incõtinenti illa die, antequàm ad alios actus extraneos diuertatur. š. eod. quia propter. ff. de testa. hæredes palam. §. fin. C. de testa. cum antiquitas.

Item quid, si specificatis omnibus & singulis, iuret isto modo: dico eum homicidã, & paratus sum iurare: ꝙ credo vera esse: & me posse probare. Nunquid valet appellatio? & dic: ꝙ non: quia constitutio ista exigit iuramentũ, non pollicitationes iuramenti. ergo iurare debet: nec ꝑmittere sufficit se iuraturum, quia dicit constitutio corporali prestito. & c. Ergo oportet ꝙ præstetur, qa factum exigit constitutio † quo casu non sufficit dictum. ĵ. de eo qui mit. in po. causa rei seruan. capitu. j. aliud enim est debitum soluere, aliud pactum esse soluere. C. de iureiurando. l. acceptam.

Item quid si est episcopus qui opponit. Nunquid tenetur tangere euangelia? videtur ꝙ non. ĵ. de iura. calum. c. vltimo. 11. q. j. episcopus non flagitetur. & ff. de pœnis. sancio. Sed licet quidam contra. Cum hæc decre. generaliter loquatur. ff. de lega. præstan. l. j. § generaliter.

Item priuilegium concessum episcopis ꝙ non habeãt tangere sacra, est clausum in corpore iuris. vnde perinde est acsi † esset ius commune, & sic per hanc posteriorẽ legem priori fit præiudicium. argum. š. hoc libro de constit. cap. j. Sed illa loquitur in legibus communibus non in j. speciali & sequenti generali. vt in casu. d. l. sancio.

Item quæritur an tabellio debeat facere mẽtionem de præstatione huius iuramenti: dic ꝙ sic: quia constitutio hoc requirit quòd coram personis præstetur, quę sup hoc perhibeant testimonium veritati.

Sed quæro qualiter debet tabellio facere fidem. Respõdeo dicendo ꝙ eo præsente appellãs tactis euangeliis iurauit se credere omnia & singula esse vera, & se posse probare.

Sed quid si inueniatur in instrumento quòd appellans iurauit: sed non dicitur aliquid de corporali tactu, nunquid valebit appellatio? & videtur quòd sic † quia omnia præsumuntur solemniter acta. Institu. de fideicom. š. vlti. C. de contrahen. & committen. stipul. l. prima. ff. de pact. iurisgen. §. quod ferè.

Sed dic cõtra, quia hic non testificatur de qualitate iuramenti necessaria sicut de tactu corporeo. Et ideo peccatur contra hanc constitutionem. Et argumenta in cõtrarium loquuntur de solemnitate intrinseca, quæ leuius præsumitur vt d. ll. & ff. de verbo. obligatio. sciendum, quã solemnitas extrinseca, quæ habet probari. ff. de publici. quęcunque. §. vltimo, in qua habet locum, qui solemnitatem † allegat, illam probet. C. de vsur. l. j. (probare.)

Quid si dicat in appellatione ex quo specificauit plura, illud vel istud, possum probare, vel aliquod istorum, q̃d sufficiat ad fundandam intentionem meam: sed si quodlibet est sufficiens per se, nunquid valet appellatio? & videtur ꝙ sic. quia cum duo † proponuntur etiam copulatiuè, si ad vnum effectum tendant, sufficit alterum probare. ĵ. de iudi. Exhibita. nisi [l] quis superflua probatione oneret se expresè. ĵ. de ꝓbatio. c. licet. dic cõtra & est expressum. ĵ. eod. is qui contra.

Sed quid, si opposuit plura, exprimendo omnia & singula & iurando secundum formam constitutionis, deinde probauit quædam. quædam non, probata tamen sufficiunt ad intentionem suam. Nunquid debet obtinere, vel cadere, & videtur ꝙ debeat cadere, quia exprimẽdo multa, ad probationem omnium, videtur se astrinxisse. ĵ. de probatio. licet. §. Idem quoque, imputet ergo sibi.

Et videtur quòd hæc constitutio non astringit eum ad probãdum omnia opposita, sed ad hoc quòd credat omnia vera esse, & se posse probare, ductus aliqua probabili ratione, licet non omnia probet, dum tamen quod probauit sufficiat ad intentionem suam, obtinere debebit. argumen. ĵ. de excess. præla grauem. .q. 9. decreuimus. Et hoc vltimum credo æquius. Nec obstat contrarium, quia ibi expresè se astrinxit ad probandum: & sibi † imputet, q supervacua oblig se astrinxit. arg ĵ. de cri fal. c. fin.

Quid si dicas in appellatione quod potest probare omnia, sed non singula, nunquid valet appellatio? dicas quod non. quia constitutio vult vtrumque. Et hoc innuit cum dixi. š. omnia & singula. & c. & tenenda est maximè, quia restringit calũniam (alioquin.) i. si formam non obseruauerit supradictam i. non exprimendo omnia & singula, & non iurando prædicto modo (adherentes.).

Sed nunquid † adherentibus sufficit quòd appellans principalis seruet omnia prædicta, ita quòd licet ipsi non seruent, valeat eorum adhesio?

Sol. Adhęrentes debent seruare constitutionem, sicut principales, alias non audientur, & est ratio: si adhęrentes non tenẽtur seruare, formam constitutionis, multa possent facere malitiosè: nec via præcluderetur malitijs, q̃d intẽdit hæc decretalis, & vna via cõcederet, quod alia ꝓhiberetur, quod esse non debet. ĵ. eod. Auaritiæ & ĵ. hoc lib. de reg. iur. cũ qd vna (expressa) [m] singulariter vt dixi.

Sed quæro an hæc adhęrentia fiat tacitè. Verbi gratia, aliquis appellat ante omnem electionem proponens cõtra personam, quam putat eligendam, obijciens [n] crimina. & sic arctatur hac constitutione. ĵ. eodem. qui contra Eligor ab illo appellante, & quibusdam alijs, tãdẽ in decreto meo fit mentio de dicta appellatione, nunquid hoc modo, seu alio, tacitè videor adhęrere? videtur quòd sic. argumen. ff. rem rat. habe. l. §. falsus.

Dic contra. Nam indefinita † ex parte promissoris reddit obligationem nullam. C. de consti. pecu. authen. si quando. § sin autem.

¶Sed indefinita ex parte stipulatoris non reddit nullam.ff.de verborum obliga.l.si ita stipulatus fuero.§.Grisogonus.cur tam varie? dic verisimile est. ꝙ quisquis sibi libenter acquirat.vt d.§.Grisogonus. nō quòd se obliget.

24 d.authen.si quando:vnde † in re appetibili o qui tacet cō-
o sentit.ff.mand.qui fidem & l.qui patitur:nō sic in obligatione.ff.de fur.qui vas.§.vetare.ff. de procurat.filiusfamilias.§.inuitus.

¶Et ideo hoc casu non reputor adhærere:cum obligarer magna pœna per hanc constitutionem:nisi expressè consentiam.

¶Nec obstat.§.falsus:quia ibi dominus in appellando: quod erat ad rescindendum gestum cum falso procuratore, non poterat stare sine ratihabitione gestus falsi procuratoris.

¶Sed quæro; appello,tandem. Pet.adhæret post decē-
p dium.p & sic nō valet adhæsio;quia † sicut debuit appel-
25 lare infra decendium.j.ho c lib. de appella. concertatio-
q ni,sic & appellationem q ratam habere infra r decendiū:
r argum.ff.rem ra.hab.l.bo norum, & sic non valet adhæsio,vt sibi prosit.Nunquid ergo sibi oberit : vt astringatur pœna huius constitutionis:videtur ꝙ non ? quia non sufficit facere de facto.ff.quando dies lega.cedit. ꝙ pupillæ. ff.de verborum obliga.l.continuus.§.cum quis.C.si mancip.ita fue.alie.vt ma.nu. ea quidem.

26 ¶Dic contra,† quia hæc adhæsio tenet quo ad eius incommodum,non quo ad eius commodum.arg.C.de lib. causa.cum præcum.Authen.de his qui ingre.ad appella. §.illud etiam.colum.5.& eius animus cum opere subsecuto ipsum astringit.infra.de biga.cap.nuper.

¶Et dic ad argum.ꝙ in genere dicendo, debet intelligi,si legitimè, seu de iure fiat.vt d.l.ꝙ pupillæ.& ff.de conditio.indebi.si procurator. circa finem. & j.de verbo.significatio.super quibusdam.

¶Si vero factum,vt narratur,esset improbum,nō sufficeret fieri de facto:vt d.§.cum quis.vbi tamen factum de sui natura posset fieri de facto & de iure : & conditio personæ contrahentis illud factum alias legitimum nō posset de iure implere; satis est vt impleatur de facto:vt in q̄stione proposita. argu.dicto cap. nuper.& ff.ad Trebel.l. hæredibus.§ Titius.

¶Et est ratio,qa minor est inhabilitas hoc casu, quàm præcedenti (interdictum.)

¶Sed nunquid isto appellante excluso, ascēdet electus ad apicem dignitatis,qui fortè est criminosus? dic ꝙ non: sed officium superioris remanet:qui ex officio inquiret.s. eo.cum nobis olim.& c.nihil est.& j.de colla.deteg.cap. j. (emerserit) de nouo:vt quia commiserit homicidium.

27 vel aliquod peccatum mortale:qa quæ † de nouo emer-
s gunt,nouo indigent auxilio.j.de officio delega.insinuante:& de interro.acti.ff.l.de ætate.§.ex causa (super antiqs) antea non propositis.quæ licet essent antea nota in se:nō tamē quoad probationem,cuius facultas superuenit, vnde tria excipiunt vt hic:scilicet nota in se post appellationem interpositam;& not.quo ad probationem.

¶Sed pone,pars appellat:& repellitur propter formam huius constitutionis non obseruatam. Nunquid saltem poterit admitti ad ista tria excepta? videtur quod non:qa

28 iam esset paris † conditionis peccans, & non peccans, qđ non esse debet.argumen.ff.quod vi aut clam.l.seruus. & infra de præben. cum qui.

¶Contra dic:Cum ille nō potuerit præuidisse præmissa.arti.infra.de except. pastoralis.infra.de offic.deleg.insinuante:& hoc apertè ponit constitutio ista (superuenerit.) Et ita cum ab initio non habuerit facultatem,nō tenebatur exprimere.ar.2.quæstio.7.plerique (verisimiliter) vt quia non consueuerint habere familiaritatem cū isto electo, & maximè quia ista, quæ opponunt, non erant publica.

29 ¶Et in facto † alieno t probabilis est ignorantia.ff.pro suo.l.fin. (per proprium) no.ignorantiam debere probari per proprium iuramentum.simile habes.infra.eodem. nulli ad finem.de hoc not.82 di.proposuisti.

¶Sed cum quilibet præsumatur ignorare, nisi probetur scire.ff.de probatio.l.verius. quare isti compellentur iurare de sua ignorantia: dicas ꝙ debuerunt diligenter inquirere ab initio de facto istius personæ, cui volunt se opponere.ar.infra.de regu.iur.qui cum alio.

¶Et quia præsumitur modò facere malitiose, ex quo prius ad appellandum proruperant.ar.d.cap.nulli (illa sane) vt si defecerit in probatione huius, qđ obijcit in formam,condemnetur in expensis:si eius quod obijcit in ꝑsonam,triennio beneficijs ecclesiasticis nouerit se suspensum,secundum quod habes.supra.cod.statuimus. de expensis habes.infra.de dolo & contuma.finem.pœna ergo huius decretalis habet locum,cū non seruatur forma hic posita in appellatione.pœna autem illius statuimus, cum deficit in probatione obiectorum.

t ¶Item quæritur vtrum exceptio,quæ surgit ex hac cōstitutione, possit proponi ante litem contestatam : quod videtur,cum sit dilatoria.Nam exceptio quę surgit ex ista constitutione,personam appellantem excludit. Est ergo personę repulsiua dicta exceptio ad instar clerici iurantis se non accusaturum. Quia iste repellitur per modum dilatoriæ exceptionis.infra.de accu.veniens.

¶Nam appellans in causa beneficiali illum, cōtra quē excipit,& appellat,accusat. Authen. de sanctis.episco.§.si quis autem. colum.9. Et ab hac accusatione repellitur prætextu appellationis ſm hanc cōstitutionē nō iuratæ.

¶Item vbi proponitur factum a iure non approbatū, tale debet repelli ante litem contesta quia tunc verè disputatur de ineptitudine,quod est in casu nostro.pars appellans vult accusare electionem factam de tali per talia, quæ sunt a iure reprobata.Ergo inepta, & sic meritò ante litem contestatam repellenda.

u ¶Item dato sine præiudicio u ꝙ esset peremptoria,adhuc potest obijci ante litem contestatam,quia est de re finita per istam constitutionem, quia ipsa constitutio pronunciat contra appellantem non iurantem secundum formam ipsius constitutionis. vt ibidem dicitur.

¶Item dato sine præiudicio ꝙ non esset de re finita,vt est præmissum:attamen potest ante litem contestatam ꝑ-

30 poni.Nam exceptiones, † quæ tangunt nullitatem appellationis,proponi possunt ante litem contestatam contra agentem via appellationis: vt cum non est appellatum, vel si est appellatum,non tamen infra.10.dies, vel est appellatum.infra.10.dies sed appellans non est prosecutus infra tempus statutum a iure:ut infra.hoc lib.de appella. Roma.§.si vero.& not.Innoc.j.de appella. constitutus.& Ber.Compostella.s.eo.cum dilectus.in fine.;Et sicut de natura cuiuslibet appellationis sunt prædicta, sic de substātiā appellationis interpositæ in causa beneficiali est iurare secundum formam dictæ constitutionis,quæ adijcit ad appellationes in dicto casu vltra communem appellationum substātiam:sicut appellatio quæ est ante diffinitiuā, adijcit ad appellationem,quæ est a diffinitiua, quę debet habere causam expressam.alias respuitur.infra.hoc lib.de appella. cordi.

31 ¶Sicut ergo vbi videret iudex † non esse appellatum, vel appellatū nō tn̄ j.10.dies, vel appellationē nō esse ꝓsecutam infra tempus a iure statutum,statim etiam ex officio habet repellere appellantem sine obiectu partis. argumen.dictorum iurium.& C.de tempo.& re.appella.l.j. & 2.q.7.alieni not.C.de appella.eos.Sic iudex videns non appellatum secundum formam dictæ constitutionis, partem aduersam repellentis,ipsam debet repellere a prosecutione dictæ appellationis.

32 Item exemptionum peremptoriarum quædam sunt quæ habent longam indaginem. & istæ naturaliter ante litem contestatam non sunt recipiendæ:sed illæ quę non habent indaginem. sed sunt in euidenti, statim repellunt agentem,& repellere possunt. Et sic loquitur lex ad exhibendum.l.3.§.Idem.C.de compen.l.vlti.& C.de fal.l.2.

x Item exceptionum: x † aliæ sunt iuris, quæ probantur

33 per solam inspectionem iuris illas concedentis.Sunt alię
y facti y a iure tamen approbatę : & licet de his posset esse dubium an ante litem contestatam deberēt admitti, de prima nulli est dubium quin admitti debeat, sicut est in casu nostro:præsertim vbi pars aduersa nil allegat ad suppletionem suæ appellationis.

Simile video ad istas duas rationes agens possessorio recuperandæ possessionis,si incontinenti secūdum quosdam posset probare de petitorio , reus nō deberet admitti. Nec fieret restitutio: nisi vbi iā ꝓbatū esset petitoriū.

Pone per confessionē, vel alias: non disputamus ad præsens an deberet admitti ad probandum petitorium: indubitanter

indubitanter non fieret restitutio, tunc enim non est cognoscere de petitorio, sed cognitum est: quo casu nō dabitur restitutio. argum. ff. de rei vendic. l. officium. nisi solo uerbo. j. de causa pos. & propriet. cum ecclesia: nā probatum petitorium facit, ꝙ haberet sic probans sententiā contra possessorem. Ergo multo fortius qui probauit & possidet exceptionem habebit. ff. de reg. iur. inuitus. §. cui damus. C. de pac. creditori tuo. in fine.

Sic in casu nostro: ius probatum & decisum per ius dictæ constitutionis debet admitti. argum. j. de fil. presbyterorum: quoniam sacris: & hoc casu per hanc decretalem est introductum pactum de non agendo, quod proponi potest ante litē contesta. j. hoc lib. de lit. cōte. exceptionis.

ADDITIONES PROBI.

a 1 VT circa. hæc dictio, † circa, sæpe meminit in testimonijs ferendis, maximè quando requiritur probatio certi temporis, probat theorica. Nam vbicunque per testes est probandum aliquid factum fuisse infra aliquod tempus, tunc si testis deponens de tempore addit illa verba, vel circa, nūquàm probat. text. est no. ibi circiter. 12. an. supra. de despon. impub. Vbi Anto. de Butr. in fine, dicit menti tenendum: & declarat ibi ꝙ temporis interuallum importat hæc dictio.

Istud dictum placet Alexan. consi. 66. colum. 2. in causa & lite. volu. 7. Et consi 29. num. 5. clarissimè doctor, eod. volu. Idem Alexand. consi. 183. in versi. rursus. ab alio. eod. volu. & consi. sequen. num. 9. & in consi. 88. num. 15. quoniam omne datum. volu. 5. vbi dicit ꝙ hæc dictio potest referri ad aliquot paucos, plus vel minus: qđ cōprobat ibi.

b ¶Ad malum. facit illud Gene. 8. cap. in fine, & Bald. in proœ. Decreta. Luc. de Pen. in l. quicunque. colum. 4. ver. 19. præsumitur. de apo. publi. lib. 10. C. Barb. in proœ. Cle. in fine. §. quoniam nulla: vbi reddit rationē, quia homo. 2 † malum potest per seipsum, bonum non, nisi per gratiā. de conse. distin. 4. cap. finali.

¶Item quia homo maiori electione & subtiliori iudicio indiget in bono, quàm in malo. 41. dist. cap. quod dicit Dominus. Idem Barba. in Clem. prima, de summa Trinitate. Idem in cap. cum esses in fine. 5. not. s. de testamen. Et Vanguel. in d. proœ. Clemen. vbi dicit in 3. consi. debere intelligi de omni ætate, in qua potest dolus cadere, & ita in adolescentia, quæ est capax doli. 33. q. 2. in adolescētia. Et nemo est qui non erret. Pau. de Cast. per illum text. in l. quàmuis rationes. ff. de conditio. & demonstra. qui ꝑ singulari notatur a Bald. in l. pro hæreditatis. ff. de hæredi. 3 actio. ad hoc ꝙ † modicus error in calculo factus bona fide non rescindit actum. Pro hoc vide eundem Bald. in c. proponente. supra. de rescript.

In ꝑposito dicit Horatius. Heu, vitijs nemo sine nascitur; optimus ille est qui minimis vrgetur. Imo quotidie sumus deteriores.

¶Hinc Bald. in dicto procemio, ꝙ omnis caro de facili corrumpit viam suam, quia est lubrica maximè in iuuene. Flo. in rub. finium regundo. Et ratio, quia malum † est 4 facilè, bonum difficile. Philosophus. 2. Ethi. Pro hoc vide quæ tradit de Selua: in suo tracta. de benefic. j. parte. col. 3. ver. circa tertiū: & gl. in proœ. pragma. in verbo, nequitia.

c ¶Indefinita æquipollet vniuersali. Barto. in l. prima. §. sed & si certum. num. 3. ff. de ventr. in po. mitten. dicit ꝙ 5 indefinita † æquipollet vniuersali, etiam in odiosis, quando profertur a lege. Cum non sit ratio quare magis referatur ad vnum quàm aliud. Imo plus, si lex loquitur in ꝑsona vnius singularis, videtur loqui vniuersaliter: & illa ꝑsona videtur adiecta: gratia exempli, vt in proœ. constit. in fine. C. Secus si proferatur ab homine. Istud comprobat idem Bart. in l. nominatim. ff. de liber. & postu. Ias. in l. bene est. num. 7. ff. de reb. credi. & in d. l. nominatim. nu. 18. secus in fauorabilibus puta alimentorum. Barto in l. quidem. ff. de vino & oleo lega.

6 Et dic † quod quotiens omnium particularium eadem est ratio, tunc indefinita æquipollet vniuersali. & idem iuris est in vno qđ in alio. l. si pluribus. de lega. primo. vbi Barto. & Dy. in proœmio. de regu. iuris. infra. Alex. consi. 118. numero 2. volu. j. Idem. 4. volu. 26. num. 4. quod indefinita in singulari prolata, siue circa res. siue circa personas æquipollet vniuersali, quando omnium contentorū sub indefinita eadem est ratio. firmat Dy. in rubr. de regu. iur. Barto. in l. pluribus. de lega. 2. facit tex. in l. obligatione generali. ff. de pigno. Dec. consi. 173. num. 3. uiso processu. Paul. de Cast. consi. 153. colum. 2. super primo dubio in prima parte. Alexand. consi. 201. nume. 13. perspectis verbis. volum. 6. & ibi alle. plura iura & auctoritates multas.

7 In testibus † tamen indefinita non æquipollet vniuersali. Alexan. consi. 108. num. 13. volum. 2. in causa & lite. & consi. 212. In causa dominorum. volu. 7. & Ias. in d. l. nominatim. num. 20. Et ratio est, quia dicta eorum debēt de necessitate concludere. Istud fuit dictum singulare Inno. in cap. auditis. colum. 2. in verbo, exceptionem. supra. eod. titu. quod placet Panor. ibi. num. 16. & Fely. num. 24. vers. gusta etiam quotidianum, ad quem te remitto: & ea quæ adduntur. supra. ad Panorm. vltra quos vide Deci. in l. cōtractus. num. 20. ff. de reg. iur. in proposito quæ s. dicta fuere. Oldra. consi. 172. num. 18. quod exorditur quia omnes ferè, dicit ꝙ indefinita hominis non æquipollet vniuersali in materia non necessaria. Et pro præmissis Dec. consilio 343. num. 2. viso consilio. dicit ꝙ indefinita ipsa non æquipollet in materia odiosa vniuersali. l. 2. ff. de liber. & posthu. Etiam si materia non sit odiosa non æquipollet vniuersali quando est diuersa ratio. no. per Dy. in rubr. de regu. iur. Barto. in l. si pluribus. de lega. 2.

d Persona representata Roma. consil. 436. nume. 2. quod exorditur. Quod indultum Petri hoc comprobat: subdit tamen quòd de stricta vocabuli significatione & maximè in materia, cuius uerba sunt restringenda, vt in indulto, 8 † verbum personæ. non comprehendit vniuersitatem allegantem. Item quæcunque. C. de sacrosanct. eccle. & l. si quis. in tantam. C. vnde vi. & l. metum. §. aduertendum. ff. quod met. causa. Secus de larga significatione verbi. d. l. mortuo. & l. j. iuncta. l. nihil interest. ff. ad Macedo. & qđ no. gl. in l. eos. §. cęteros. in verbo, vsurarū. C. de vsur.

Et sic aliud est in materia restringibili, & aliud in materia larga, siue in materia odiosa, & fauorabili.

Pro qua distinctione habeo duo dicta Bal. Primum in rub. C. ad Trebell. vbi dicit ꝙ si quis promittit defendere aliquem contra omnem personam, non comprehendit vniuersitatem, quia appellatione personæ non venit vniuersitas. pro hoc concordant idem Bald. & Pau. de Castro in d. authen. Item quicūque. ꝙ si quis constituitur procurator ad agendum contra quemcunque personam, non intelligitur constitutus ad agendum contra vniuersitatē. Ad idem. quod not. Roma. consi. 400. quæritur. an statutum. ꝙ statutum disponens fieri compromissum inter ꝑsonas, non comprehendit vniuersitatem. Aliud dictum Bald in cap. primo de no. forma fidelita. vbi dicit ꝙ si qs promisit defendere cōtra omnem hominem, ꝙ tenetur defendere cōtra vniuersitatem: quod dictum refert & sequitur And. Barba. in cap. cum non ab homine. s. de iudi.

Et ꝙ hæc dicta debeant intelligi in duobus diuersis. odioso videlicet & fauorabili. habes doctrinam Panorm. in cap. nouit, no. j. quem sequitur ibi Imo. supra. de his quæ fiunt a præla. sine consensu capituli, scilicet quòd dictum Bald. in dicto cap. primo de no. for. fidel. loquitur in materia fauorabili, scilicet in defensione, quæ est tantum fauorabilis, & Princeps eam tollere non potest, eo quia de iure gentium. Aliud vero dictum Bald. loquitur in agendo, & sic in materia odiosa. pro hoc regule iuris fauorabiliores sunt rei quàm actores: contra tamen hanc distinctionem facit quod. s. diximus post Roma. cōsi. 400. videlicet de statuto disponente fieri compromissum & sic cōcordiam, quod videtur fauorabile secundum Bald. in l. q se patris. C. vnde liberi. tu tamen dic id non obstare: quia Bald. in d. l. qui se patris, loquitur in statuto compellente affines ad concordiam: & tunc est bene fauorabile, vt ibi fatetur Ias. secus in statuto simplici loquente de omnibus personis, quia tunc non est fauorabile, eo quia cōtra ius. cum personæ debeant venire ad compromissum sua mera uolūtate. cap. j. ibi, ex communi placito. s. de arbit.

Et pro cōprobatione præmissorum vide etiā Soc. cōsi. 275. col. 5. in causa fratrum. vbi dicit ꝙ dispositio odiosa & stricta, quæ loquitur de persona, non habet locum in vniuersitate. Vonit Ang. in d. l. metū. §. sed animaduertēdū. ff. quod met. causa Bal. in c. j. si conuenticulam. de pace iura. firman. per illum text. Bald. in rub. C. ad Trebellia.

e Non vera. Idem Ioan. Mo. in c. Roma. de senten. excō-
9 munica. vide de persona repræsentata, & an filius † repræsentet personam patris defuncti per Alexan. in consi. 204. col. 2. volu. 2. & latius per Deci. consil. 444. concurrit patruus. & consi. 527. in ciuitate.

f Et singula. Ista verba † exigunt concursum singulorū,
10 quæ apta sunt comprehendi. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. l. si necessarias. §. anima. ff. de pigno. actio. tradit Anton. de Butr. consi. 19. colum. secunda. quia hic agitur de auctoritate episcopali.

g Datum episcopo. secundum gloss. hic: ista est communis opinio, quam etiam tenent domini de Rota. in antiq. deci. 819.

h Manuum. etiam manuum † dic fore officium, huma-
11 num corpus deffendere: iuxta illud. Manus enim sunt arma ad tuitionem humani corporis naturaliter generata.

Videmus enim pueros in quibus nondum est formata malitia: tamen pro posse se manibus defendunt. Brutorū quoque sola natura viuentium, eadem qualitas est, vt naturalibus armis, puta rostris, cornibus, vnguibus, calce, vel dentibus se tueantur. In proposito. Ioan. Mo. Adde illud Exodi. 23. cap. Ne iniungas manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium.

i Ad impossibile. Adde id quod voluit Bald. in cap. cum accessissent. col. 4. num. 11. s. de constitutio. q impossibilia
12 † vel nimis difficilia sunt extra naturam humanā: de quo & aliis impossibilitatibus vide Siluam nupt. car. mihi 30. cum sequen. vbi inter alia citat Aristotelem. parte. 28. problema. 4. q iuuenis castus est martir absque sanguinis effusione, ratio videtur tradita per Lucam de Pen. in l. mulieres. col. 6. Ioan. de Imol. lib. 10. C. vbi dicit q arctissima
13 † est vita continentiæ, & laboriosum est cōtinere: & pauci sine vitio carnis inueniuntur. Præpo. in rub. de spon. circa princip. in cap. rursus. col. 4. qui cler. vel vouen. cap. fin. 4. no. de eo qui cogno. cōsang. vxo. suæ. Ioan. de Ana. in c. significauit. colum. 2. de adul. Guil. de Montelauduno. in regula nemo. in princip. hoc lib. de regulis iuris, dicit quòd id quod non est in esse, nec potest esse, nō cadit in obligationem.

14 Item verba † generalia non extenduntur ad impossibilia: per ea quæ citantur apud Alexan. in consi. 123. num. 14. Scripsit Ecclesiasticus. vol. 4. q si statuto cauetur q custos villæ teneatur capere malefactores, quia non videtur statutum comprehēdere in genere illum, quem in specie comprehendere non potuit, & sic non poterit capere clericum: & sic istud habet locum in odiosis & in pœnalibus.

k Legum interpres. Dec. in c. auaritiæ. s. de prebend. num. 9. per hoc comprobat opinionem communem, q mo-
15 nachi † præferuntur regularibus canonicis, quia vt relatū est in curia Roma. Ita in processionibus obseruatur. Et sic vbique locorum attendi debet. Specu. in titu. de appell. §. de officio. versi. vt autem. Bald. in l. obseruare antequàm. ff. de offi. proconsul. tex. in cap. fin. s. de foro compete. & in cap. cum non liceat. s. de præscriptio.

l Nisi quis. Adde Ioan. Mona. in c. Is qui. infra. hoc titu. in princip.

m ¶ Expressa. expressum dicit † quod verbis specificis fit.
16 Pro quo habes gl. not. in c. inquisitores. in verbo, expresse. ĵ. de hæreti. tex & ibi Io. And. in nouel. in c. quia periculosum. in fine. de sent. excommuni. hoc lib. Facit quod citat Ant. de But. consi. 19. col. 5. quod incipit. Quia hic agitur de auctoritate episcopali: vbi tenet quòd expresse dicitur fieri, illud quod specialiter, & nominatim fit. Et per hoc infert q in casu. c. Abbates. de priuilegijs. hoc lib. non dicitur expresse concedi abbatibus solennis benedictio, nisi de ea specialiter, & nominatim dicat in priuilegio Papæ. Hinc est, q vbicunque in rescriptis beneficialib. ex iu-
17 ris dispositione requiritur expressa mentio: † non sufficit mentio descendens ex consequentia verborum: sed requiritur q specificis verbis sit expressa. vide pro hoc Panor. in c. ad aures. s. de resc. & doctrinam Bald. in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. 4. ver. venio ad quæstiones ff. si quis cautio. vbi dicit: q expressum dicitur quod voce profertur, vel p
18 scripturam apparet ad oculum. Id autem † quod colligitur solum per rationem intellectualem, illud dicitur tacitum: vt l. iam hoc iure. ff. de vulgari. l. non recte. ff. de fideiusso. Ad idem quod not. Ioā. de Imo. in Clem. constitutionem. nu. 4. isto tit. vbi dicit. q qñ ius arctat aliquē ad singularem expressionem facti, nō sufficit expressio in genere, nisi circunstantiæ specifice exprimantur. cap. pia. de
19 except. hoc lib. ratio † qa qđ fit in gñe nō dicitur fieri specifice. l. prætor. §. quod autē. ff. de iniu. vide quæ in proposito de expresso dico in cap. constitutionem. de regula. & remissiue in cap. nullus. ĵ. hoc titu. & apud Alex. in consil. 123. colum. prima. Scripsit ecclesiasticus. vol. 4. vbi adducitur text. singularis pro hoc in l. fin. §. omnem autem. C. de admi. tutor. vbi Barto. quem ibi sequuntur Bal. & Ang. dicunt se fecisse casari infinita instrumenta tutelæ, quia tex. requirit quòd tutor specialiter promittat agere vtilia & prætermittere inutilia, quod si non est expressum specialiter, non est satisfactum illi legi.

Et subdit aliud num. 12. quòd vbi lex corrigens desiderat quid expresse fieri, tunc ad satisfaciēdum ei est necesse q fiat expresse verbis singularibus, & non alio modo. l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. in versic. sed hoc ita demum.

Et per hæc habes aliqualem vim expressi: quod comprobo in simili, quia iura noua generaliter corrigētia nūquàm intelliguntur corrigere leges ponētes casus speciales. glo. in l. sciendum. quam ibi Barto. & alij approbāt. ff. qui satisda. cog pro qua est tex. in l. in testamentis. C. de testamen. vbi Rapha. Fulgo. ad hoc not. iuncta. l. hac consultissima, vbi glos. & Doct. C. qui testa fa. pos.

Item quotienscuuque lex apponit specialem fauorem certarum personarum, licet postea fiat reuocatoria generaliter, tamen non tollit, nec corrigit illum specialem fauorem inductum illis certis personis. l. decurionibus. iuncta glo. & ibi Barto. & Ange. C. de silen. lib. 12. quod latius
n comprobat Ias. in consi. 146. columna. 3. præsupposito. volumine. 4.

Obijciens crimina. ex † obiectu tali nō oritur actio in-
20 iuriarum, cum is fiat ad defensionem, aut iuris tuitionē. non autem ad inferendum iniuriam. pro hoc habes quod not. Guil. Bald. Ange. per illum tex. in l. fin. ff. quod quisq; iur. vbi dicunt q si ego reprobando testes contra me productos, dixerim quòd sunt infames, & ribaldi. nō teneor actione iniuriarum, quia obiectio mea facta est ad deffensionem meorum iurium, non autem ad inferendum injuriam. Firmat Maria. Soc. consi. 118. colum. 2. visa narrati puncti. vbi pro hoc alle. l. & quæ maior. §. libertus. ff. de bon. libe. & subdit post prædictos Doct. q vtile est dicere, q non fecit animo iniuriandi. Et sic succedit regula quòd † executio iuris non habet iniuriam. l. iniuriarum. §. j. ff.
21 de iniur. cum similibus.

Contrariam tamen sentētiam reperio tenere Io. And. in additio. ad Specu. in titu. de accusa. ad finem. & Petr. de Ancha. consi. 325. Super primo dubio subtiliter & ad plenum, post Oldra consilio 53. consueuit dubitari. An dicens alicui verbum. quem Maria. Socv. vbi supra, sequitur dicens quòd talis tenetur actione iniuriarum. per id quod habetur in l. si non omnes. & in l. si quidem. C. de iniur. & in l. si tibi. de liber. causa. C. Et pro concordia opinionum dic primam procedere, quando obijciens probauit obiectum. secus si non probauit. quòd firmatur per not. in cap. j. hoc titu. & eod. lib. vbi dicitur quòd qui contra clericum crimina opponit, si non probat, punitur. fir-
22 matur etiam. Nam ille † qui opponit aliquem non esse idoneum fideiussorem, quia pauperem dicit, cum sit idoneus, tenetur actione iniuriarum. casus est rotundus. vbi Barto. Ang. & alij. in l. si vero pro condemnato. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cog.

Itē ex quo non probauit, præsumitur calumniose excepisse. arg. eorum quæ not. in l. 2. C. de calumnia. pro quo habes doctrinam Ioan. Mona. in cap. si fortè. sub numero 2. infra. hoc titulo. Quæ præsumptio cum qualitate verborum contumeliosa facit quòd non tantum animo repellendi, sed iniuriandi præsumatur deduxisse: Et licet in principio sit præsumptio quòd faciat gratia iuris sui conseruandi, tamen si ex fine idest ex defectu probationis, surgit alia præsumptio in contrarium, scilicet quòd fecerit animo iniuriandi. Et sic succedit quòd fortior præsumptio tollit aliam minus fortem præsumptionem. l. diuus. ff. de in integum restitu. capitu. per literas. vbi Panormita. supra. de præsumpt. sicut verisimilitudo maior

tollit

tollit minorem. Bald. in l. siue possidentis. circa finem. C. de verbo. Item vehemēs præsumptio naturalis tollit qualibet opinionem contrariam. l. cum qui probabilem. vbi Bald. C. de episco. & cleri. Item in proposito. exitus acta probat dixi. supra in cap. cum aliquibus in verbo, finis, de rescriptis.

¶Item qui probat quòd deduxit etiam excipiendo calumniari videtur. l. prima C. de aduoca. diuer. iudi. Clementi. calumniam de pœnis. Et sic hæc vltima præsumptio tollit primam. dicta. l. diuus cum ibi not. ff. de integ. restitu. mili. & in ca. cum inter. s. hoc titu. Imo contra illum qui deduxit crimen. duæ sunt præsumptiones (vna verborum) quæ sunt natura mala & contumeliosa. per quæ animus probatur. l. si non conuitij. C. de iniur. (altera defectus probationis.) Et sic istæ duæ præsumptiones tollunt vnam, per ea quæ latè dixi. s. in c. j. in verbo. duo concurrentia de rescrip. Et ideo in hoc secundo casu non releuat protestatio opponentis ꝙ nō intendit excipere animo iniuriandi, per ea quæ not. Doct. per text. ibi in c. cum

23 te. s. de iureiur. ꝙ protestatio † non excusat quod indebitè fit, vnde nō minus tenetur de iniuria qui dicit salua reuerentia, tu mētiris, ad idem ꝙ in simili dicitur de protestāte ꝙ non facit animo inuadendi, quando propria auctoritate bonorum possessionem ingreditur. not. Ias. consil. 146. volu. 4. in prin. Ratio in proposito, quia talis protestatio videtur contraria facto: & sic nō debet operari. c. solicitudinem s. de appella. Barto & alij in l. non solū. §. morte. ff. de no. operis nuncia. do. meus. de Ripa. in c. cum M. s. de constitu. j. lib. interpretationum.

Pro hoc videtur viua ratio, quia alias esset dare facilem materiam delinquendi, & facilem viam euitandi talē iuris dispositionem pœnalem, si ex sola protestatione pars posset fæcere, ꝙ actione iniuriarum non teneretur, quod non est dicendum, per id quod habetur in l. conuenire ff. de pac. dota. facit regula cum quod vna via &c. de quo per Ioan. Mona. supra num. 22.

o In re appetibili. dico. in cap. qui tacet. de reg. iur. Idem Ioan. Mona. in cap. contra. de hæreti. & in cap. vnico. de desponsi. impub. infra.

p ¶Post decendium. quid dicendum de hac exceptione, & illa, ꝙ renunciatum est appellationi. An sint directæ vel indirectæ exceptiones incompetētis iudicis, vide per Pet. de Anch. consi. 372. pro declaratione istorum.

q Ratam habere. vide Alexan. in consi. 167. viso processu. volu. 2. & consi. 183. colum. prima. viso processu. eod. volumi. & consi. 110. colum. 2. visis volu. j.

r Infra. vide quæ in proposito citat Alexand. consi. 36. & quod in simili voluit Ioan. Mona. in capitu. quam sit. colum. fina. infra. eodem.

24 Et sic lapsus † temporis habet tacitum cōsensum. Hinc dicimus ꝙ si post præsentationem ab vno patronorū factam positum fuerit edictum iuxta. cap. fin. isto tit. Et post, alij patroni non comparuerint in termino præfixo, videtur aquieuisse dictæ præsentationi: & vlterius contradicere non possunt. Ioan. And. in c. 2. de offic. vicarij hoc lib. & ibi domi. refert Dec. consi. 172. circa finem, & quod incipit causa venerabilis, qui subdit idem in electione: quia si contemptus non comparuit infra tempus statutum in edicto vlterius non auditur, vt concludunt Ioan. Andr. & Panormita. post alios, in cap. 2. supra. de his quæ fiunt a Ant. præla.

Et pro comprobatione huiusmodi intenti habeo ꝙ li-

25 cet valeat † appellatio, quando dicitur appello ad iudicē competentem. l. qui Romæ. §. pe. & ibi no. Doct. ff. de verbo. obliga. glo. in l. cum proponas. & ibi Bald. & Sali. C. de de bo. auctoritate iud. pos. Barto. & alij, in l. j. §. si quid. ff. de appella. Bald. in l. apertissimi. C. de iudi. tamen ratione incertitudinis, cum plures possint esse iudices competētes, vt puta quando appellatur ab episcopo. Archiepiscopus Legatus de latere. & Papa (ad quos duos vltimos appellatur de iure nostro, omisso medio. c. ad Romanam. 2. q. 6. c. si duobus. de appel. & c. j. s. de offi. delega.) Requiritur ꝙ talis appellans declaret infra. 10. dies præfixos ad appellādum coram quo velit prosequi dictam appellationem. gl. est formalis in cap. si is cui. de offic. deleg Hoc lib. Ioā. And. in regula in alternatiuis, in Mercur. tangunt Ioan. de Imo. & Pau. de Cast. in d. l. qui Romæ. §. pe. ff. de verb. obliga. Idem Ioan. And. in addit. ad Spec. in titu. de appel.

§ Nunc tractemus. colum. 5. versic. Sed pone. Aliquis ita dicit: & in versi Sed si quis dicit.

26 Pro præmissis videtur vrgere, quia ratihabitio † operatur rebus extantibus integris. Barto. in l. vxor. §. si quis vxorem. ff. de adul. Confirmat Din. in l. Pantonius in princip. ff. de acquiren. hæredi. vbi dicit: quòd si filiusfamilias mutuo accepit sine iussu patris: quo casu non tenetur propter senatusconsul. Macedo. & pater postea filio effecto sui iuris per emancipationem ratificat contractum mutui, nihil est, quia mutatus est status rei tempore ratihabitionis, nec est integra; quod comprobat Alex. consi. 167. nu. qui res. volu. 6.

Contra Ioan. And tamen & sequaces, reperio Specu. in d. §. nunc tractemus. colum fin. versic. Sed quod si quis dicit vbi vult, ꝙ si quis dicat simpliciter appello, nec dicat ad quem, intelligitur ac proximum superiorem. d. l. j. ff. de appel. maximè in regno Galliæ in quo non appellatur, omisso medio, & sic non est necesse exprimere ad quem iudicem, quia genus quod nō potest verificari nisi in vna specie, non inducit incertitudinem. vt in simili de nomine appellationis not. in cap. ex parte. j. & ca. quoniam abbas, vbi Panormi. supra de offic. deleg. Item de iure communi, quia in dubio videtur, quis non recedere a iure. ar. l. in obscuris. ff. de regu. iur. & sic velle vti iure communi. l. quamquàm. & l. in testamento. C. de testamen. milita. vide istud latè comprobatum per nos in tract. de man. aposto. eo. in loco quo tractatur de signatura. Papæ.

27 Sed de iure † communi appellari debet ad proximum superiorem. Nedum de iure ciuili. l. Imperatores ff. de appella. sed etiam de iure nostro. capitu. delicti. el. 2. supra. eo. no. idem Specu. in dicto. § nunc tractemus, ibi, gradatim, in princip. Ergo si debeat fieri gradatim, nulla est incertitudo. quia uidetur, vt diximus appellari ad proximum superiorem: & ideo vt habeamus certitudinem, non est necessaria declaratio. Cum incertitudo si qua sit reducatur ad certitudinem: per ea quæ supra dicta sunt in genere.

Hanc opinionem tenet Alex. de Imo. consi. 12. colum. fin. videretur prima: consi. volu. 6. vbi dicit quòd contraria loquuntur quando apparebat quòd appellās volebat vti via iuris cōmunis, & via iuris specialis, vt quia ab episcopo appellauerat alternatiuè, videlicet ad Archiepiscopum, vel ad Papam. Et sic remanet incerta, subdit tamen quòd videtur appellatum ad immediatum superiorem. cum melius dicatur deuoluere appellatio ad eum, ad quem deuoluitur iure commune, quàm ad eum. ad quem deuoluitur iure speciali. cum † potiora sint ea, quæ

28 de iure communi, quàm quæ sunt de iure speciali. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testam. milita. Ioan. Mona. in cap priuilegium. & ibi dico de priuileg. vide diuinctionē Domi. in cap. si is cui: quam Alexā. citat. vbi. supra. in fine. vbi pro eius intento adducit rotam. Et licet Ioan. Mona. hic videatur solum dicere de termino iuris. Idem tamen venit dicendum de termino hominis. not. Areti. in consi. 16. colum. pen. præsupponitur.

ſ Indigent auxilio: firmant Io. Mona. in cap. nulli. Barto. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. fac. text. in cap. fi. supra. de transactio. & ibi Pano. Alexan. in l. nemo potest. de legatis primo. colum. prima. text. in l. fin. ff. qui satisda. cog. l. oratione. ff. de fer. l. non est ferendus. ff. de transactio. l. licet. ff. de arbi. l. prima. ff. de ven. inspi. l. si legibus. C. de epis. audien. l. prætor. §. si post senten. ff. de vaca. mune. C. de testi. l. si quis testibus. ciuili hoc titu. & in capitu. j. §. si vero de exceptio. hoc lib. Petr. de Anch. not. consi. 204. visis & ponderatis. vbi in proposito citat illud vulgare: quòd res

29 † noua nouum consilium cap. Ad idem Pet. consi. 84. col. 2. Prima facie videtur dicendum vbi magistraliter dicit, quòd ex causa noua superuenienti licet recedere a qualibet dispositione. Nec dicitur fieri contra voluntatem. qa si de tali status mutatione cogitasset ille, qui disposuit illud, idem fecisset: hoc secundum patet in iuribus condēdis: quia ex causa supeuenienti receditur a constitutione, quæ tendit ad noxam. cap. non debet. supra de consang. & affinita. c. statutum. in prin. de rescri. hoc lib.

Hoc etiam patet in dispositione testatoris, a qua receditur propter mutationem morum. l. in confirmando. l. vtilitatem. ff. de confirma. tutor. l. tres tutores. §. fi. ff. de admi. tutor. Dec. consi. 349. sub num. 6. consuluit.

Recedit etiā a iuramento. c. queadmodū. s. de iureiurā.

Item a priuilegio.cap.suggestum.supra.de deci.dico in c.j.in verbo,priuilegium.de æta.& qualita.

Item a pactis & conuentionibus.l.tale pactum.§.fin.ff. de pact.l.qui seruum.ff.de verbo.oblig.

Et redeundo ad thema.pro co habes text.in l.planè.ff. vt in bo.lega.in fine,vbi superueniente inopia, inopinata cautio,quæ remissa erat,præstari debet in l.cura deficientium.ff.de mune.& hono.vbi ꝓpter paupertatem superuenientem munera publica remittútur. Et si ecclesia depauperata sit,receditur a solito statu ecclesiæ.Panor.in c. 2.in fine.s̄.de religio.domib vbi alleg.text. in Clem.ne in agro.§.ad hæc.de sta.regu.Ad idem facit quod no. Pet. de Anch.consi.360.in fine.ex serie pacti, ꝙ uerba in obligatione apposita, licet exclusoria. recipiunt tacitā cōditionē,nisi superuenerit noua causa, per quam possit licitè a contractu etiam iuramento firmato recedi.d.cap.quemadmodum.supra.de iureiuran.

¶Item si pax facta est inter aliquos offendentes.& ex post facto vnus ex eis ex noua causa superueniente offendat alium,non intelligitur rupta esse pax.Bart.in l.aut facta.§.causa.ff.de pœn. per l.si de certa.C.de transactio.& l.cum quæritur.ff. de exceptio.rei.iudi. Comprobat latè Alex.in consi.19.col.j.uiso processu.vol.j.

t ¶In facto alieno. istud est verum,quando quis non tenetur inuestigare.alias secus.not.in c.innotuit.in verbo, ignorantia.s̄.hoc titu. tangit Roma.consi.481.præsentis dubitationis.Dec.cōsi.161.num.5.in causa matrimoniali,quod sentit hic.Io.Mo.in sequentibus.

¶Et pro comprobatione huius dicti Io.Mon.hic adde text.in l.quod vulgo ff.pro empt.& l.verius.de probatio. Alexan consi.42.col.2.viso processu causæ. vol.6.

u ¶Sine præiudicio.Modus loquendi hic frequens dicitur apud aduocatos,sub alijs tamen terminis exprimitur, hoc tamen doctores vtuntur,vt videre licet per Alexan. consi.201.num.14.perspectis verbis.volu.6.consil.tamen. 225.num.14.ponderatis.eod.volu.vtitur verbis quibus & aduocati nostri tēporis vtuntur,videlicet posito sed non concesso.Idem Alexan.in consi.81.col.j.lectores. volu.3. & consi.77.col.j.in causa.vol.2.& Ias.in consi.146.colū.2. præsupposito.vol.4.& consi.167.col.4.formarę.volu.eodem.ibi præterea dato, sed non concesso, & sic sine veri præiudicio.

x Exceptionum iuris.do.meus in tract.de peste.car.mihi.47.colum.prima.ponit exemplum,puta quando iudex est excommunicatus.

y Aliiæ facti.vtpotè exceptio præposterationis, de qua per Alexan.consi.46.in fine.uiso & opportunè.volum.6.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunen. Cap. V.

¶Auaritiæ cęcitas & damnandæ ambitionis &c.

SVMMARIVM.

1 *Electus ante confirmationem administrare potest.*
2 *Cecitas quare attribuitur auaritiæ,& improbitas ambitioni.*
Cupere & ambire differunt.
Possessio diuitiarum est in distribuendo.
3 *Solus bonus honorandus est: & idonei, & probati ad honores sunt promouendi.*
4 *Nō ambitione sed labore ad honoris augmentum conuenit deuenire.*
5 *Fraus fit de tempore ad tempus;& alijs multis modis hic descriptis.*
6 *Quando duo iura concurrunt in eandem personam, de illis est iudicādum, ac si essent in diuersis personis.*
7 *Officium suum non debet esse alicui damnosum.*
8 *voluntate immiscens se fortius obligatur.*
9 *Tutela legitima repellit datiuam,& datiua iam concessa,repellitur legitima superueniente.*
10 *Economus est. cui res ecclesiastica gubernanda mandatur.*
Qui plus peccaui plus punitur.
11 *Simulata æquitas duplex est iniquitas.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Mulierum genus est auarissimum.*
2 *Est contra sexus naturam vt mulier largiatur.*
3 *Excecati sunt auaritia clerici.*
4 *Omnia pecuniæ obediunt.*
5 *Pessima res est cupiditas.*
6 *Filia suffocauit matrem.*
7 *Ex adipe processit iniquitas.*
8 *Sapientia semper contenta est eo quod ad est, & nunquàm sui pœnitet.*
9 *Idoneior præsentatus a pupillo præfertur idoneo præsentato a tutore.*
10 *Quod in fraudem legum fit,pro non disposito habetur.*
11 *Fraudum multitudo cautelam arguit.*
12 *Quicunque alienam suscipit administrationem,regulariter tenetur ad redditionem rationis & ad reliqua.*
13 *Thesaurarij tenentur ad quadruplum.*
14 *Vix potest esse sententia notoriè iniusta,quin etiam sit nulla.*
15 *Non est grauius odium,quàm simulatus amor.*
16 *Peius est peccare per ypocrisim quàm manifestè.*
Persuadere est plusquàm compellere.
Homo separatus a iustitia est pessimum animal omnium.
Plus est veneno occidere quàm gladio.
17 *Malum sub velamine boni sæpe fit.*
Omni peccanti præsens semper est aliqua ratio.
18 *Contradictio & iniquitas delent ciuitates.*
19 *Iniquitas de facili non præsumitur, maximè apud graues & egregios.*
20 *Pietas non stat in nomine pietatis,sed in substantia veritatis & charitate subiectionis.*

1 a AVARITIAE. Regulariter † electus ante confirmationem administrare non potest.s̄.eod. nosti.& c.qualiter. Sed electi fraudare volentes dictas constitutiones, vsurpabant administrationes dignitatum,ad quas electi erant sub noīe procurationis seu æconomicatus: quod hic reprobatur.

¶Et secundum hæc. hæc constitutio in quatuor partes diuiditur.

Primò ponit prooemiū ad dicēda.Secūdò ver.nonnulli, iura antiqua, & fraudem commissam contra ea, narrat. Tertiò vers.cum itaque,dictam fraudem per hoc statutū reprobat.Quartò versi.omnis.suam reprobationem pœnæ adiectione iuuat (cecitas.)

2 b Sed quare † cecitas b attribuitur auaritiæ, & improbitas ambitioni. dic ꝙ auere, a quo deriuatur auaritia.Idē est ꝙ cupere: verbi gratia.Si dare multa potes, quāquàm a nobis habes.& alibi,Fallere q didicit, fallere semp auet. & cupere & ambire differunt secūdum Isidorum. Nā cupere est terrena lucra,vel quælibet mūdi desideria inaniter Ambire vero honorum gradus vel ordines potestatum appetere.vnde versus.Est censu cupidus: sed honore vir ambitiosus.Et inde est ꝙ auarus seu cupidus c finem rectum non respiciens, cecus dicitur. vnde psalm. Super cecidit ignis, scilicet auaritiæ & non viderunt solem.

c

d Idem phūs dicit,quòd possessio diuitiarum d est in distribuendo,cum ergo auarus cōtrarium faciat, finem diuitiarum non videt. e & sic cecus est.

e

3 f Item bonus honor defertur: quia solus † bonus honorandus est. secundū Philosophū, & idonei & digni f probati ad honores sunt promouendi.ff.de muner.& hono. vt gradatim.2 respon.& l.honor.j.responso.& ff.de var.& extraordi.cognitio. cognitionum.§.j.Vnde cum ambio descendat ab am quod est circum:& eo,vel ab ana quod est sursum,& eo vel ab ambo ambonis,hoc est pulpitum, quo ascenditur & descēditur per gradus. Et sic homo circumuadens vel sursum uadens, seu pulpitum ascendens non bonitate, non Idoneitate, non dignitate, seu probitate defertur: sed motu proprio præmissis non adiutus.

4 Iste verè improbus est & reprobandus, quia non † ambitione,sed labore ad honoris augmentum conuenit deuenire.C.de re milita.contra publicam.lib.12.C.de offi.rec. prouin.l.potiores (Fraudibus.)

g Nota fraudem g fieri legi ecclesiasticę, hoc est canoni. 3.dist.porro.j.hoc lib.de regu.iur.cap.vltimo.& ff.de leg. 5 contra legem.& l.sequenti. Et hæc fraus † fit de tempore

pore ad tempus ff.de minor.l.denique.§ j.Itẽ fit de nomine ad nomen.ꝭ.de ſymo.eaque.14.q.3.plerique, Authen. vt nulli iudi.§.j.colum.9.Item fit de perſona ad perſonã. h h ff.de dona.inter vir.& vxor.l.ſi ſponſus.in princ.Item de loco ad locum.C.ſi mancip.vene.ne proſti.l.eam quæ.Itẽ fit de re ad rem.C de agricol.& cen.l.quemadmodũ.lib 11.ff.ad Macedo.l.Iulia §.mutui. Item fit de contractu i ad contractum: vt hic. Nam quod non licebat ſub nomine electi, vſurpabatur ſub nomine procuratoris, ſeu æconomi.& d.l.ſi ſponſus.§.circa.& d.l.Iulia.in princi. Sed quòd 6 hic non ſit illicitũ,probo.Quando duo † iura concurrũt in eandem perſonam, de illis eſt iudicandum ac ſi eſſent K k in diuerſis perſonis.ff.de his quibus vt indig l.tutorem. C.de admini.tutor.cum quidam.ff.de in ius voc.l.quæſitum.Sed iſte poſſet,ſi nõ eſſet electus fieri procurator, ergo etiam ſi ſit electus. Quia aliud eſt facere nomine electi,& aliud nomine œconomi,& hæc ꝓcuratio eſt approbata.ꝭ.eo.is cui.Sol.in l.tutorem,& ſimilibus,tutor adminiſtrabat ex neceſſitate,vnde agẽs nomine tutorio & ſuccumbens, tandem nomine ſuo agens repelli non debet. 7 Ne officium † ſuum ſibi ſit damnoſum.ff.de teſt. & quẽadmodum teſta.aperi.l.ſed & ſi quis.& ꝭ.eo.cum non deceat.Similiter ſi agit nomine ſuo, & ſuccumbat, pupillo obeſſe nõ debet,ne atteratur pupillus temeritate aliena. C.vnde vi.l.meminerint.C.de iudi.properandum.in fine. Sed hic recipiebat electus adminiſtrationem voluntariè. 8 Et voluntariè † immiſcens ſe, fortius obligatur.ff.ſi quis cautio.l.vlti.& ff.de procuratorib.l.procurator qui pro euictione.Item cõtra ff.pro ſoc. meritò.Solu.ibi & in primo contraire poterat habens rem communem, & tutor nomine ſuo facere ſaltem aliquid.

Sed in caſu propoſito nihil. Et ideo quod non poteſt nomine ſuo electus iſte, nec nomine alieno.ꝭ.hoc l.b.de regu.iur.ꝙ alicui.ff.de adminiſt.rerum ad ciuita. pertinẽ. l.2.§.j.46.diſtin.ſicut. Et inde eſt ꝙ præſumitur fraus: vbi quis repulſus a iure nomine ſuo, vult vſurpare nomine alieno,vt quilibet alter.C. de do.l.j.

¶Item cum repulſio nomine ſuo ſit maior quàm admiſſio nomine alieno. Repulſio a iure habita in eodẽ caſu conceſſionem hominis extinguet, ſicut minus extinguitur per maius,vel defertur.ꝭ.de offic.deleg.cap.volentes.ff.de fideiuſſor.l.generali ff.de iudi.per maiorem.Et ſi 9 cut uideo ꝙ tutela legitima † repellit datiuam: & datiua iam conceſſa repellitur legitima ſubueniente.C.de legiti. tut.l.vltima. Ex quibus liquet quòd hæc conſtitutio nil immutat de conſtitutione.ſupraꝭ.eodem.nihil eſt.

Quia hæc cõſtitutio obuiat fraudi excogitatæ cõtra dicta iura noſtri: & qualiter,non tangens prouiſionem iuris electis in concordiam datam per d.cap.nihil. Vnde dicto caſu,ſi ille qui poteſt iure ſuo adminiſtrare, aſſumeret ꝓcurator,hoc non eſſet fraus ſed ſubſidij multiplicatio.

¶Nonnulli (eccleſiarum) cathedralium vel inferiorum,ad quarum adminiſtrationem electi regulariter cõfirmatione indigent (prohibente) vt d.cap.noſtri:& cap. qualiter (indulgendum.) ff.de rei vendi.in fundo(generali.) Et ita hęc conſtitutio continet ius commune:vt no. ꝭ.capitu.prox. ſecundo reſponſo. (confirmetur.) Et tũc adminiſtrabit ſaltem.ea quæ ſunt iuriſdictionis.ꝭ.eodem. 10 tranſmiſſa (æconomatus) æconomus † eſt cui res eccle- l ſiaſtica gubernanda l mandatur.C.de ſacroſanct.eccleſi.l. iubemus.circa princi. (priuatos) contra.ꝭ.eod.cap.qualiter.vbi dicit,priuandum. Sed dic caſum diuerſum nõ aduerſum.Nam hic eſt maius peccatum quàm ibi, quia ibi directò fecit contra ius:ſed hic fecit contra mẽtem iuris, exquiſito ad hoc colore inepto & fraudulento: vnde hic 11 plus peccauit:& ideo plus punitur.Nam ſimulata † æqui- m tas duplex eſt iniquitas, m ſecundum Grægo. & not.ſimile.ꝭ.hoc libro de ſenten.excommunicatio.is cui.

ADDITIONES PROBI.

1 a AVARITIAE genus† mulierum dic fore auariſſimum.glo.in l.j.C.ad ſenatuſcon. Velleia.in uer.nulla.Et in uerbo,ſi nõ.ſubdit.ꝙ vt decipiãt, ſumunt veſtes uiriles.& gl.in l.2.C de his qui veniam æta. impe. dicit ꝙ mulier plꝰ participat de dolo & auaritia quàm maſculus.In propoſito ſubduntur verſus.Sed vobis facile eſt uerba & cõponere fraudes. Hoc vnum didicit fœmina ſemp or us.Et Ouid lib.2.de remedio amoris.Actu,nec uoces (quid n.fallacius illis) Crede nec ęter nos põdus habere deos.Huic aſtipulatur dictum Senecæ. Inſtruitur omni fraude fœmina dolus.Et alibi quidã poeta.Sidera nõ tot hẽt cœlũ:nec flumina piſces.Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos. Et Fauſtus in diſticis. Cuncta ſub aſtrigero regnantia crimina cœlo. Nutrit in æternos fœmina nata dolos.Hinc vulgare in fœminis,fidem videre non eſt.Et vt reuertamur ad principale intentum habeo.l.ſi ſtipulata.ff.de don.inter uir.& vxor.& ibi 2 gl.ampla,qđ eſt cõtra ſexus † naturã:ut mulier largiatur, qđ ſi id faciat,præſumitur decepta.teſtatur Soci.conſi.20. nu.14.lib.3. Alia uide copioſiſſimè cumulata per Tiraq. in tract.de iure matri.car. mihi.94.& ſequentibus. Ita dicimus de genere clericorũ (dico malorũ) vt etiã dicatur auariſſimũ,prout in ſeq.apo.diſcutiemus vltra quæ vide Soc.conſi.15.col.5.uiſis ꝑdictis.lib.j.adducit Io. And.id teſtari in c.peruenit.ꝭ. de cenſib. de talib.n.dici ſolet vulgare.hi ſunt qui portant conſcientiam in caputio,quo abiecto eorum conſcientia abijcitur.Aufre.in repeti.Cle. primę in 3.quæſito.col.14.de offic.ordi. dic ergo ꝙ excæcati 3 ſunt † auaritia clerici:vt hic,præſertim religioſi c.quorũdam.iſto tit.& lib.gl.in c.ſi plurib.in uerbo,maioris.de ꝑben.hoc lib. De qbuſdã epiſcopis aũt non taceo,cũ eorũ iuſtitia ſit hodiernis tẽporib. iubilea & valde tarda. Omnia quippe delicta quantumcunque grauia in pecuniam conuertunt. Hinc Luc.de Pen. in l.prima.columns.4.in fine de priuileg.ſcola. citat ꝙ hodierno tempore prælati aliqui (licet ex Dei iudicio conſtituti) plus tamen pecuniæ obediunt ſæpe quàm Deo, ꝙ ſi aliquem etiam pro grauiſſimo crimine cõdemnauerint ad perpetuũ carcerem, ſemper in fine ſententiæ gratia domini epi & mĩa reſeruat:cuius clauſulæ uirtute pœnã perſonæ delinquẽtis in detrimentum burſę.quæ nõ delinquit,cõuertunt.Et profectò audio iuſtitiã ĩ aliqbus,locis venalẽ,& eo medio mortales utiq; oppreſſos.iuxta Ouidij ſnĩam li.j.met. Victa iacet pietas & uirgo cede madẽtes. Vltima cœleſtiũ terras aſtrea reliquit.q.d.virgo aſtrea,hoc eſt iuſtitia, q̃ aſtrei gigantis filia fuiſſe dicir,reliquit terras.Et ſic clarè experi- 4 mur uerã eſſe ſententiam, qua dictum eſt pecuniæ † obediunt omnia.venalis igitur iuſtitia, uenalis muliebris pulchritudo,Hinc Saluſt.Romæ oĩa venalia. defende igitur cauſam tuam domine, & ne tardaueris: apprehẽde arma b & ſcutum. Sed quare hæc uerba ad calamum refert hic Ioan. de Lond. tacito tamen authore exiſtimans Ioan. Mo.impreſſioni nunquàm daturum,& in hoc more quãplurimorum fuit fur alienę laudis.Quorum omnium furta a Io Mo.doctrina detegere curaui.motus verbo euangelij.Luce.8.ꝙ nullum poteſt eſſe tam ſecretum,quin reueletur:gl.in §.hæc namq;.in verbo,indulgente.in Auth. de teſtib.col.7.prout nec abſconditum, quin cognoſcaꝭ.

c Cupidus. qui promoueri prohibetur. quia de facili de- 5 uiat a uero.c.verum 47.diſtinc.hinc Tullius. Peſſima † res eſt cupiditas,q a egenos facit quos capit. Cũ finẽ quærẽdi nõ ĩueniat. Pan.in c.dudũ.el.2.de ele.c.vt in 6.no.videbis.

d Diuitiarum. quas ſecũdum Bernar.deuotio velut ma- 6 ter peperit.Sed filia †ſuffocauit matrem.i.diuitiæ ſuffocauerunt deuotionem,vt in ſimili dico in cap.ſeq.nume.7. columba fuit occiſa per coruum.

¶Hinc dicitur apud Hyero.in epiſtol.vt placet Barba. in rub.de verbo.oblig.ff.col. 10,ꝙ cum Conſtantinus eccleſię feciſſet donationem,audita fuit vox cęlitus demiſſa,hodie venenum effuſum eſt in eccleſia Dei meminit 7 propheta,ex adipe † proceſſit iniquitas. & ex quo in eccleſijs ſicut in Rom.imperio,creuit auaritia, perijt lex de ſacerdotio.i.multi ſacerdotes non adimpleuerunt legẽ.

Huic cõuenit qđ habetur lib. Deutero.32.c.incraſſati, impinguati, dilatati, dereliquerũt Deum factorem ſuũ.

Item Hiero.22.locutus ſum ad te in abundantia tua: dixiſti nõ audiam. Et Oſeæ.13.c.Adimpleti ſunt, ſaturati ſunt,leuauerunt cor ſuũ,& obliti ſunt mei.Itẽ Ezechiel. 16.Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſaturitas panis,& abundantia. Fallaces igitur dicas diuitias, quæ nobiſcum diu permanere non poſſunt, fallaces ſunt quæ mẽtis noſtræ inopiã nõ expellunt.Et ne in immẽſũ hæc extendam,uide Maler.in trac.de elect.car.63.& ſequen.

e Non uidet.tales ꝓpriè dicere poſſumus fore mercato-

res ab augendo dicti. Inde auxionarius. i. mercator. Archi. in c. non est. 15. q. j. Et etiam inspicientes. Cum sapientes
8 sint contenti eo, qđ adest. iuxta illud. Sapientia † semper eo contenta est, quod adest, neque unquam sui pęnitet. Unde Eccle. 2. Et vidi ꝙ tantum præcederet sapiens stultitiam, quantum differt lux a tenebris.

f Et digni. Ioan. Mona. in cap. cum illis. de pręben. ꝭ. dicit ꝙ magis idoneis maiora beneficia debentur. quod Io. Mona. in cap. si forte. nu. primo. ꝭ. isto ti. comprobat. Vide Io. And. in c. ex eo. ꝭ. isto titu. vbi etiam dicit ꝙ idoneior
9 † pͣsentatus a pupillo, præfert̃ idoneo a tutore præsẽtato.

Fraudem fieri legi. Bal. consi. 161. col. prima, quædã no-
g bilis. primo. volu. dicit. Quod † in fraudem legum fit pro
10 non disposito habetur. l. hæres meus. §. quod in fraudem. ff. de conditio. & demon. vnde non sortitur effectum, & tamen meretur pęnam legalem. vt plene not. in l. non dubium. C. de legibus.

11 Et dic ꝙ fraudum † multitudo cautelam arguit. glo. in l. 7. vbi Paul. de Cast. ff. de conditio. insti. eam notat cõtra contractus vsurarium, qui licet in prima facie sint in forma licita: tamen propter nimiam abundantem cautelã præsumuntur suspecti de vsuraria prauitate, vt no. in c. ad nostram. ꝭ. de emp. & vendi. tangit intentum Soci. consi. 215. col. fi. visa prædicta.

Ad personam. vide quæ in proposito dico. ꝭ. hoc tit. in cap. quam sit.

h ¶ Et hos modos & alios latius comprobatos vide per Petrum de Ancha. in repeti. canonum statuta: carta mihi. 15. ꝭ. de constitu. versi. iuxta prædicta.

De contractu. de hoc membro, & de pesona ad perso-
i nam vide quę notat Alex. consi. 54. col. 2. in casu de quo quæritur. vol. 7. post Bal. in l. non dubium. C. de legi.

k Ac si essent. Adde Maria. Soci. consi. 87. col. 5. in pręsenti: & Signor. consil. 20. col. prima, per l. aduersus. ff. de inoffi. testa. Factum sic se habet.

Gubernandæ. Adde in consequentiam trahi, talem te-
l neri reddere rationem per regulam vulgatam, ꝙ quicun
12 que † alienam suscipit administrationem, regulariter tenetur ad redditionem rationis, & ad reliqua, iuxta illud euangelij. Redde rationem villicationis tuæ, Luce. 16. c. in prin. cap. qualiter, & quãdo, el. 2. post prin. ꝭ. de accusa. pro quo attende ad Alexan. in consi. 12. num. 6. visis ponderatis. volu. primo. & Areti. consi. 29.

Qui autem sint qui tenentur ad redditionem rationis, vide per Hostien. in summa de obligatis ad ratio. & post eum tradit Soci. consil. 213. cum in præsenti consultatione: vbi col. 5. subdit verbum notandum contra thesaurarios, ꝙ officialis seu procurator communis (intellige cõmunis, id est vniuersitatis, vel ciuitatis, probat tex. in cap. licet causam, ibi commune Fauen. ꝭ. de probatio.) qui non
13 perfecte posuit in libris communis † omne id, quod occasione reipublicæ acceperat, sed aliquid penes se retinuit, condemnatur in quadruplum. allegat. not. in l. excellẽtia de eroga. milita. anno lib. 12. C. Ille tamen text. loquitur solum de duplo. Audio tamen ꝙ apud Gallos obtinet lolocum quod dicitur de quadruplo, prout dicitur ętate nostra in facti contingentia euenisse in quodam receptore gñali hui⁹ regni Galliæ. Vide de hac materia redditionis administrationis ꝑ eũdẽ Soci. cõsi. 2. & alibi, ꝓut reperies in reperto. suo, in verbo rõ, & in verbo administratio.

Iniquitas. Et illa dicitur manifesta, quæ nullitati æqui-
m paratur, testat̃ Claudius de Seisello, in repetitio. l. vt vim. col. 11. ff. de iustit. & iur. Felyn. in cap. inter cæteros. nume.
14 10. ꝭ. de re iudi. vbi dicit † vix posse esse sententiam notorie iniustam, quin etiam sit nulla. facit text. in l. si pars. ff. de inoffi. testa. vbi dicitur ꝙ statur sententiæ latæ pro testamento, quando iudices contradicentes adinuicem in iudicando sunt pares numero: nisi sit euidenter iniqua.

Vide quæ in proposito Barba. dicit in c. in præsentia in col. antepe. ꝭ. de probatio. Et in proposito thematis adde
15 in simili ꝙ non † est grauius odium, quã simulatus amor. Ita misericordia potest esse iniusta. c. iniusta. 23. q. 4. gl. in
16 c. pulchra. 86. di. Et peius est † peccare per ypochrisim quã manifestè. ca. certe. 12. q. 1. Facit l. palam. ff. de ritu nupt. & persuadere est plusquam compellere. l. 1. §. vbi. ff. de seruo corrupto. in his enim actibus homo deuiat a iustitia. facit ꝙ notat Bal. in ti. de pace. iur. fir. c. j. quod pax debet esse vera & perpetua. Nam pax, in qua latent insidię, non est, pax. sed dolus: & qñcunq; cũ vitijs pugnat̃. vera pax nõ est.

Et ea sũpra occasione succedit illud Policrati. philoso. dicentis. Sicut perfectum animal est homo. ita separatum a iustitia est pessimum omnium. In quo proposito addo glo. in c. certa. 12. q. 1. vbi dr̃ quòd plus est veneno occidere quam gladio. C. de male. l. vnic a. probat intentum Ioã Mo. tex. in cle. j. vbi glo. de religio. domi. Hinc Fely. in c. præterea. col. 2. ꝭ. de testi. dicit ꝙ reprehendi debent isti spirituales, qui sub specie boni visitant mulieres, secundum Ang. in Authen. quo. opor. epi. in prin. facit glo. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. ibi, plerumque malum
17 † sub velamine boni faciebant, in verbo, mandari, quod communiter fit. Quoniam adeo solers est male errãtium cautio. vt iustitiæ velamine suæ iniquitati prætendant, cũ omni peccanti presens semper sit aliqua ratio, quam suo prætendat errori, quod legitur de Romulo fratricida, ꝓut per domi. Bened. in repeti. cap. Rainutius. in verbo, in eodem testamento. el. 1. nu. 116. ꝭ. de testa.

In ꝓposito Lucas de Pen. in l. prima col. 1. de Metropo.
18 Berito. 1. lib. 10. C. citat ꝙ contradictio. † & iniquitas delent ciuitates: iuxta illud psal. 54. Præcipita domine & diuide linguas eorum; quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, die ac nocte. Circundabit eam super muros eius inquitas: & labor ĩ medio eius iniustitia
19 Iniquitas † ęquidem de facili non pręsumitur, maxime apud graues, & egregios. hinc iure Galliæ scriptum dicitur Arrestum impugnari non posse ob iniquitatem dominorum. Quia simplices sunt, sicut columbæ, & prudentes sicut serpentes. Non tamem pro semper, sed ad semper, prout expertus loquor. Ne uidear tendere ad Placentiam, & Laudem, sed Veronam. lex enim de tãtorum virorum iniquitate cõquereri solet. testatur Azo tuba veritatis. in ti. de senten. præfec. prætor. in summa.

Lapus in propoposito Io. Mon. hic allegato. 92. In primis videndum est: dicit. Si enim pietas simulatur, vbi nõ est, vt si diuiti pro anima legatur. Istud legatum non reputatur pro pietate. vt no. in l. illud. C. de sacrosanct. ecclesi.
20 Cum pietas † non stet in nomine pietatis, sed in substantia veritatis, & claritate subiectionis. l. cum hi. §. sed personarum & §. si in annos. ff. de transac. & l. prima. C. de mendican. ualidis. lib. 11.

¶ Gregorius Decimus in generali Concilio Lugdunensi. Cap. VI.

¶ Quam sit ecclesijs ipsarum dispendiosa &c.

SVMMARIVM.

1 *Experientia appellatur magistra rerum efficax.*
Experto crede magistro.
2 *Exercitium & experientia præbent cuilibet artificio incrementum.*
Per vsum quotidianum ad iudicandum magistratus approbantur.
3 *Experimenta morborum nos cogunt inuenire medicinas.*
4 *Si non iure aliquid determinetur, arbitrio boni viri relinquitur.*
Solum dicitur fieri posse: quod commodè fieri potest.
5 *Alteri per alterum iniqua conditio afferri non debet.*
6 *Mensis quibus diebus continetur.*
Media via est eligenda.
7 *Tempus non currit impedito.*
Impeditus non dicitur differre, immo qui potest facere, & non vult.
8 *Monachus, & canonicus regularis non habent nolle & velle.*
9 *Non currit tempus agere, vel consentire non valenti.*
10 *Beneficio restitutionis in integrum in vno iudicio denegato, in alio restitutio de iure denegatur.*
11 *Ex quo electoribus conceditur libera eligendi facultas, constat electũ priuatum esse iure electionis factæ.*
12 *Electores non possunt præiudicare fauori ecclesiarum.*
13 *Nemo tenetur de suo alij præstare beneficium.*
14 *Tanta est connexitas inter electores & electum, ꝙ sententia lata contra electores vel pro electorib. nocet electo, vel ꝓdest: & ecõuerso*
15 *Qui per alium facit per seipsum facere videtur.*
16 *Quod nomine meo est gestum, ratum habere possum, etiam in iudicijs & alijs, vt hic.*
16 *Ratihabitio fiat infra tempus: infra quod debuit fieri actus.*
18 *Oppositio in obiecto non valet.*
19 *Auctoritas iudicis firmat actum.*

SVM-

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Necessitas reddit quem industriosum,& sic honestum:quia industria honestati æquiparatur.*
2 *Bonus vir non habet liberam voluntatem,sed regulatam a lege.*
Priuata scriptura a bono viro confecta,semiplene probat.
3 *Mensis secundum communem intelligitur,secundum qualitatem mensis,in quo data est dilatio.*
4 *Mensis vtilis intelligitur de 30.diebus.*
5 *Monachus appellatur frater.*
6 *Monachus an possit beneficium acceptare,sine licentia Abbatis.*
7 *An omnis electio debeat iuuari confirmationis suffragio.*
Quæ spiritu dei aguntur,non sunt sub lege.
Columba fuit occisa per coruum.
Quæ dicitur electio inspirationis:& quasi inspirationis.
8 *Vitia,sæpe virtutes se esse mentiuntur.*
9 *Mandans delictum,dicitur vere committere delictum.*
Reuerenditores per alium ementes contra prohibitionem statuti.
10 *Ratihabitio multum operatur.*
11 *Titulus sententiæ,possessori male fidei dat causam vsucapiendi.*
12 *Qui habet sententiam pro se,licet nullam,excusatur a pœna puniente violentos.*
Auctoritas superioriris bonam fidem inducit.
13 *Potest causari bona fides etiam ex iniustis & temerarijs rationibus.*
14 *Pro decreto præsumitur.*
Decretum interpositum præsumitur ex iusta causa.
15 *In iudice cessat omnis sinistra suspitio,& præsumpta calumnia,nisi contrarium appareat.*
16 *Sententia lata in contradictorio iudicio facit ius,etiam ex causa falsa lata:secus in decreto.*
17 *Pro spoliatione facta a iudice non agitur possessorio recuperandæ.*
18 *Auctoritas iudicis facit præsumere omnia solenniter acta.*
19 *Auctoritas iudicis requirit causæ cognitionem multiplicem.*
20 *Patronus male fidei nihil agit,licet auctoritas iudicis interueniat.*

QVam sit, Olim iure expræsso non cauebatur infra quod tempus electus præsentari deberet. Nec infra quod tempus ipse electus consentire haberet.Nec infra quod tempus cõsentiens confirmationem suæ electionis peteret.vnde super istis tribus præmisso procemio ad dicenda hoc.c.prouidetur. Ad primum dictum suppletur,quid iuris quando electio non præsentatur tempore debito,& electus scit,& pœna non præsentantibus infligitur, & per distinctionem vltimum dictum huius.c.moderatur in ecclesijs cathedralibus & regularibus j.eo.cupientes. §.primo.& §.cæterum.Nec hic tangitur de tempore,intra qđ sit prouidendum ecclesiæ vacanti,nec de tempore,infra quod sit consecratio petenda post confirmationem obtentam,cum insuper his esset in iure antiquo prouisum.s. eo.ne pro defectu.l.di.postquam.j.de conce.præben.c.2. s.eo.cum in cunctis.§.j & c.di.quoniam.86.di.§.1.& c.sequen.Et ideo tangere de istis hic.est transgredi materiã (ipsarum) scilicet ecclesiarum (dispendiosa) id est damnosa.j.de dolo & contu.c.finem (experientia.)

1 Nota experiẽtiam † appellari magistram rerum efficacem.s.eo versi.circa princi.Propter quod dicitur experto crede magistro. Vnde Tullius.

2 Ars facilem,natura potentiam,ingenium habilẽ, vsus a promptum [a] reddit artificem. Exercitium † enim & experientia præbent cuilibet artificio incrementum.ff.de leg.3.l.legatis seruis.§.ornatricibus.& l.Stichus liber esto. & iurisperiti commendantur ex doctrina legum & experientia rerum.C.de Iusti.C.confirman.§.primo.

Et per vsum quotidianum,ad iudicandum magistratus approbantur.C.de iudi.l.certi iuris (competentibus) scilicet constitutionem contra hunc morbum inducendo, & pœnam facientibus contrarium infligendo, quot enim remedia inducunt medicinæ morbis.hic iura negocijs. Authen.hæc consti.quæ inno.consti.in prin.col.8.

3 Et experimenta † morborum nos cogunt inuenire medicinas.50.di.vt constitueret (perpetuo).i.generali (ecclesia) tam cathedrali quam inferiori, ad cuius regimen necessaria est electio,& tandem confirmatio cum hic indistincte loquatur:vel vt est præmissum in prima glo.hic suppletur quod est omissum in iuribus antiquis de cathedrali.& regularibus ecclesijs loquentibus. Et sic supplicatio hic facta in dictis ecclesijs habebit locum. Hoc etiam liquet.j.eo.c.cupientes.Et hæc vt dictum est moderatur: hæc cõstitutio cupientes,hãc moderans, & hæc moderata per illam circa idem thema versari habẽt (quamcitius)

4 hoc tempus erit † ad arbitrium boni viri [b] cum iure non determinetur.ff.de iure delib.l.prima in fine.ff de custo. re.l.si quis rem. ff.de verbo.obligatio. Continuus.§.cum ita j.de offi.deleg.de causis (commode.)

Hoc enim solum dicitur fieri posse, quod commode fieri potest. ff.de verbo.signifi.nepos Proculo.s.eo.quia propter.

Sed quid,si electores sint in mora præsentandi, nũquid nocebit electo?Et videtur ꝙ sic,ratione connexitatis,quę est inter electores,& electum.3.q.6.hoc quippe.81.di.tantis Daniel.& arg j.ea.decre.§.nisi.versi.quo casu : quia ibi negligentia electorum videtur obesse electo.Dicas tamẽ

5 contra.Quia non debet † alteri per alterum iniqua conditio afferri.ff.de reg.iur.non debet alteri : & est quasi expressum.s.eo.publicato:& est casus expressus in c.cupientes.§.nihilominus.j.eo.ti.

Contraria non obstant: quia potius negligentia propria ei nocet,quam electori (infra mensem) computãdo

6 a tempore.&c.Sed nunquid iste mensis continebit [c] † 30.
c vel 29.vel 31.Et videtur ꝙ 30 quia illud est medium.&
d ideo tenendum: quia media via [d] est eligenda.j.de offi. custo.c.primo §.lampades.de offi.deleg.querenti.

Dicas ꝙ continebit tot dies,quot habuit ille mensis in quo præsentatur electio.Et si iam aliqui dies erant elapsi, suppleantur de mense sequenti.¶Quia quando dilatio tẽporis indulgetur a lege,vel canone per talia verba. scili-
e cet mẽsem [e] vel annum,vel similia,quot dies habuit mẽsis vel annus,tot dabuntur,etiam si bissextus interueniat.

Cum autem indulgetur sic.30.dies & si mensis plures dies habeat,non dabuntur nisi.30.dies ff.de diuer.& tempor.præscrip.l.2.& ff.de verbo.significa.cum bissextus.& ff.de regu.iur.vbi lex facit.C.de iudi.Authen.iubemus.& de tempo.& reparara appella.l.prima & 2.in prin.& C.de iur.delib.l.vltima. §.sinautem dubius.& §.donec (quem) scilicet consensum (distulerit.)

7 ¶Quid si fuerit † impeditus?Dic ꝙ non curret ei tempus,vt dicitur in vltimo casu ad finem. Et probatur per hoc ꝙ dicit distulerit: quia impeditus non dicit differre, imo qui potest facere,& non vult.j.de conce.præbẽ.quia diuersitatem.§.sic tamen.& ar.s.eo.eis (Acquisitum) ius hic acquiritur electo per electionem, ꝙ non possunt electores variare.s.eo.publicato.

Item ꝙ si vult consentire,poterit petere confirmationem.s.de resc.cũ dilecta.& quod ius acquiratur electo, nota.63.quanto (priuatum.)

Et ita est canon latæ sententiæ,saltem quo ad istud mẽbrum (conditio) vt quia propter aliam prohibuit, ꝙ electioni de se factæ non censentiret sine licentia sui superioris,sic electoribus quandoque interdicitur : ne eligant.s. eo.eis (quibus.)

Quod idem etiam posset dici in monacho vel canoni-
8 co regulari vel alio fratre,[f] quia cum † non habeant nol-
f le, nec velle.12.q.1.non dicatis.j.de accu.ex parte.j.ne
g clerici.vel mo.c.non magnopere. consentire [g] non possunt sine licentia sui superioris electioni de se factæ.j.de renuncia.post translationem.hodie est expressum & de consensu,quem dare potest prælatus irrequisito conuentu.j.eo si religiosus (sedis.)

Idem credo de quolibet: quod non possit consentire sine licentia sui superioris propter eandem rationem. Et quod dicit prohibitione , vel prouisione pro eodem pono,vel dic prouisione hominis & prohibitione canonis: vt in monachis & in similibus (celeritate) ita ꝙ si hoc in dubium reuocetur, boni viri arbitrio terminetur , quia melius hoc intellectu iudicantis poterit attẽdi , inspectis circunstantijs,quàm aliqua circunlocutione exprimi.ff. de solu.l.ratum.& l.quod dicimus.& ff.rem ra.haberi.l. quo enim §.Iulianus.& de verbo.obliga. continuus §.2.

Sed obtenta licentia habebit mensem integrum, quia mensis iste non currit nisi ex quo potest consentire.vt s. eo.c.j.versi.electus uero.unde mensis iste datur vt deliberet an velit consentire,vel non.

Sed tempus quod hic datur, ad arbitrium superioris, datur

datur ad licentiam petendam,& ita habita licentia tantū tempus habebit quantum si ab initio potuisset consentire. Quia non currit h † tempus agere, vel consentire non valenti. C. de annal. excepti. l. j. §. vlti. j. de concessio. præbendæ; quia diuersitatem.

¶Sed quæro quidam religiosus qui non potest consentire sine superioris sui licētia: vt hic fuit electus in episcopum hic petijt licentiam consentiendi, quæ sibi infra tempus secundum sui superioris absentiam moderandū datur: nec data fuit, nec denegata: sed post illum tempus obtinuit huiusmodi licentiam antequàm electores aliū eligerent, qua obtenta electores & electus factā electionem prosequuntur, an electio huius sit confirmanda. Et dic ꝙ non, per hoc cap. quod voluit occurrere vacationibus ecclesiarum, quæ dispendiosæ sunt, & periculosæ ecclesijs: & ideo statuitur hic ꝙ elapso tēpore pro superioris præsentia, vel absentia moderando, si non cōtingat licentiam obtineri, electores ex tunc ad electionem aliam procedendi liberam habeant facultatem.

¶Si ergo electores facultatem eligendi habent, electus est priuatus iure electionis suæ. Quia si ius haberet, nō deberet procedi ad electionem aliam, prima durante. s. eo. considerauimus. & j. de arbi. ex parte.

¶Et si dicatur ꝙ electus non fuit priuatus ipso iure: sed ope exceptionis, & sic poterunt electores in priori cōsensu perdurare: sed non obstat: quia c. hoc dicit ꝙ electores ex nunc ad electionem aliam procedendi liberā habeant facultatem: quam liberam non haberent si electio esset aliqua, licet annullanda ope exceptionis: vt d. c. considerauimus. & supra. eod. auditis.

¶Nam verbum, liberam, debet aliquid operari. ff. de lega. primo. l. si quando. Et est expressum. ff de procurato. l. procurator cui libera.

¶Nec obstat si dicatur pro electo, ꝙ illa verba nequaquàm obtinuerunt, exponenda sunt. j. denegata fuit licētia, sicut exponitur illud verbum. C. si sępius. in integ. resti. post. l. j. ff. de inoffi. testa. l. Papinia §. meminisse. quia in dictis. ll dicta verba: sic necessariò debet exponi. Cum oporteat eum, qui inofficiosum testamentum dicit, succumbere, ad hoc quod perdat id quod erat ei in testamento relictum.

¶Nec sufficit ad perditionem legati testamentum dicere inofficiosum sed necesse est succumbere: vt legatū in eodem testamento relictum perdatur.

¶Et ideo ibi uerbum, obtinuit, exponitur scilicet succubuit. vt d. §. meminisse exprefsè dicitur: sic etiam est exponendum in alia lege, quia ibi fuit restitutio in secundo iudicio denegata, quia fuerat denegata in priori iudicio.

¶Nam beneficio restitutionis † in integrum ī vno iudicio denegato. in alio restitutio de iure denegatur, præterquàm ad appellationem omissam, nisi quis nouis defensionibus esset ad huius beneficium admittendus. C si sæpius in integ. restitu. postula. l. 2. & 3. & infra de restitutione in integ. cap. vltimo.

¶Sed hoc non est necesse hæc uerba, non obtinerint, sic exponi, vt præmittitur, quia potuit esse ꝙ fuit petita licentia a superiori, nec admissa, nec etiā denegata, vel dictum tempus fluxit in negligentia illorum qui prædictā licentiam petere potuerunt, & ob hoc dictæ. ll. non faciunt pro electo.

¶Item non obstat quod dicitur non simpliciter, & absolutè, nequaquam obtinuisse licentiam consentiendi: q̄ erat sub deliberatione superioris, sicut nō potest dici omnino non obtinuisse hæreditatem, quæ est sub deliberatione adeundæ hæreditatis. C. de iure delibe. cum antiquioribus: vel etiam non obtinuisse dilationem vel consilium, qui non expectauit deliberationem. s. eodem tit. cum in veteri. seu etiam nō obtinuisse remedium appellationis: sed non appellasse, quæ erat infra tempus deliberationis ad appellandum. ff. de verborum signific. si quando. infra. hoc lib de appella. non solum.

¶Sed in casu isto non potest dici esse sub deliberatione superioris, cum iam tempus lapsum esset per ipsis superioris præsentiam vel absentiam moderandum. Et ideo per lapsum temporis eiusdem superioris officium est finitum: sed in prædictis iuribus restabat de tempore, infra quod deliberare poterat an uellet adire hæreditatem, vel non. & an vellet appellare, vel non. qui erat infra tempus deliberationis, ad appellandum constitutus.

¶Sed hic non potest dici electus esse sub deliberatione superioris. cuius officium vt præmittitur est finitum.

¶Item non obstat si dicatur ꝙ hæc decretalis non priuat electum iure electionis: hoc casu, sed concedit electoribus liberam facultatem eligendi, sed hoc sustineri non potest, Nam ex † quo electoribus conceditur libera eligēdi facultas, cōstat electū priuatum esse iure electionis factæ. Nam si electus ius aliquod in electione haberet, electores ad aliam electionem procedere non possent, vt supra. probatum est.

¶Item nō obstat, si dicatur electores iterum posse eligere eundem electum, ergo & potuerunt in priori cōsensu persistere. Sed hæc argumentatio est mala, q̄a licet electores possent iterum eundem electum eligere. Non cōcluditur propter hoc, ꝙ possint consistere in priori cōsensu, quia electus nō potuisset se iuuare ex electione prima: sed ex secunda duntaxat ius haberet: vt hic argu. ff. de testam. milita. l. quo iure: & l. seq. & l. tribunus. §. vltimo. Institu. de testamen. milita. §. Et si quis. vbi testamentum nō ex prima voluntate sed ex noua censetur valere, & sic loquuntur iura pro electo. Institu. quibus mod. testa. infir. §. non tamen. ff. de lega. 3. l. j. §. j. ff. de bono. pos. secundum tab. qui ex liberis. §. testamento.

¶Item non obstat ꝙ hæc decretalis dat facultatē eligendi, & non imponit necessitatem, & ideo vtentur electores ista facultate: si velint. argumē. ff. de minor. si iudex. Sed si hæc decretalis rectè inspiciatur, imponit electorib. necessitatem eligendi: & si non præcisam, causatiuam tamen: de qua habes. ff. de separa. l fin.

¶Nam si non eligant infra tempus a iure statutum. ius eligendi ad proximum superiorem deuoluitur. s. eo. ne ꝑ defectu: & j. eo. quamquàm alias esset in potestate eligentium tenere pro libito voluntatis ipsorum ecclesiam viduatam, quod esse non debet. Et d. lex si iudex loquitur quando aliquid conceditur in fauorem personæ, quo casu illa poterit illo fauore vti, si uelit, & renunciare eidem. j. de regula. ad apostolicam. sed hic introductum est in fauorem ecclesiarum, cui † electores præiudicare non possunt. infra. de foro competen. si diligenti. infra hoc lib. de regul. iur. indultum.

¶Item non obstat de opto. lega. mancipiorum: quia nō est casus similis, sed dissimilis. Nam vbi non obtinetur licentia infra tempus pro superioris præsentia vel absentia moderandum, electus ipso iure priuatus est iure, quod erat sibi ex electione quæsitum: vt superius est ostensum. Sed in l. legatarius post terminum a iudice præfixum non erat iure optandi priuatus: sed ita demum ius optandi pēdebat, si per hæredem processum fuisset ad distractionē seruorum: alioquin legatario libera seruorum electio, seu optio remanebat, quod hęres subiturus non erat, propter quam & in cuius fauorem iudex ad optandum, seu eligēdum terminum statuerat.

¶Item non obstat hoc lib. de præben. c. si tibi absenti: quia ibi loquitur de beneficio simplici, vbi non est tantū periculum, sicut quādo vacat ecclesia cathedralis. i Ideo cautius fuit prouidendum. s. eo. vbi. Item. d. c. & d. l. veniret ipse episcopus contra factum suum, & hæres contra factum sui prædecessoris reintegra, quod non licet. ff. de adop. l. post mortem. in Authen. de iureiur. a mor. præsti. in prin. col. 5. j. hoc lib. de reg. iur. his q in ius. Sed hic electores non veniunt contra factum suum, sed qui potest, præstat hic impedimentum, in quo est velle & nolle electi. j. eo. si religiosus.

¶Item non obstat, si dicatur ꝙ ante electionem ius durat electo, & dum electores eligunt, incipit electus ius ꝑdere, & electione facta est perditum. Et licet hæc verba pulchra sint, hic sibi locum non vendicant: quia sicut iā dictum est, elapso tempore pro superioris præsentia, vel absentia moderando, electus ipso iure priuatus est iure sibi ex electione quæsito, & ideo non obstat. argumen ff. quod metus causa, sed & partus. §. vlt. & ff. de fideiusso. l. pen. (obtinere,

¶Sed quid si electores vel electus petit licentiam a superiore, sed ipse non vult dare licentiam, videtur hic quòd est procedendum ad aliam electionē, quia dicit nequaquàm alia quàm obtinere contingat, ergo non sufficit peti, nisi obtineat.

¶Dicunt

¶ Dicũt quidam ꝙ ad hoc debet compelli superior per superiorem k suum.j.de iure patro.nullus, nisi habeat iustam causam denegandi licentiam, & tunc compelli nõ debet.63.di.literas.81.di.c.1.& 2.

Contra dic.& ius allegatum loquitur.vbi proceditur via iuris,nõ gratiæ, quæ iustè subdito denegatꝰ.j.de tẽpo. ordi.ad aures.Et nemo † tenetur de suo alij præstare beneficium.10.q.2.precarie(petere)nota ꝙ dicit petere, effluxo eo igitur tempore,in quo potuit peti & haberi licẽtia,statim ecclesia est vacans vt hic.

Sed quid si isti qui possunt eligere aliũ nõ eligũt, videtur adhuc ius electi durare.j.hoc libro de præbẽ.si tibi absenti.in fine.ff.de adop.l.mancipiorum.2.re. Dic contra, nec obstat.c.si tibi,quod loquitur in capacibus absque superioris licentia.Item non loquitur in beneficijs, quorũ electio est plurium,sed collatio vel præsentatio vnius.

Item non obstat.l.mancipiorum,quæ loquitur vbi nõ est dãnũ hæredis: sed hic secus.s.eo.in princ.& s.eo.ne pro defectu j.de dolo.& contuma. finẽ primo responso.

¶ Cæterum quis (petere) quid si alter petat dic idem.j. hoc libro de regul.iur.ratum.& c.rati.(petere.)Nota ꝙ dicit petere,ergo siue obtineat,siue nõ infra illud tempus, sufficit ꝙ petat,dummodo per eum non stet; quando autem debet petere confirmationem l a Papa, habetur infra.eo.cap.

Sed quid si petant electores confirmationem,non electus,nunquid sufficit?videtur ꝙ non sufficiat:quia hic de electo tantum dicitur,non de electoribus.

Dicas quòd sufficit si electores petant, electo consentiente,quia tanta est † connexitas inter electores & electum,ꝙ sententia lata contra electores vel pro electoribus nocet electo,vel prodest,& ecõuerso.3.q.6.hoc quippe.s.eo.dudum 2.ergo sufficit,si electores petant, & ipso gestu videtur genere negocium electi. Saluo hoc ꝙ si est persona ignota & talis,quæ indigeat examine, talis faciat ꝙ examinari possit, sicut placuerit superiori in illis, qui petunt a Papa serua.j.eo.cupientes.

Sed nũquid per procuratorem petere potest? dic ꝙ sic: s.de resc.cum dilecta.Et quia † qui per alium facit, per seipsum facere videtur. m ff.de admi.tutor.ita aũt.§.gessisse.

Sed quid,si alius petijt sine mandato nomine electi,nũquid sufficit?& dic ꝙ sic,dummodo ratum habeat: quia quod nomine † meo gestum est ratum habere possum, etiam in iudicijs.ff.de iudi.licet & in contractibus.C.ad Macedo.l. vlti.& in quasi contractibus.ff.de nego. gest. l.Pomponius.la prima.Et indifferentibus.ff.de solu.l.non procuratori.in fine.Et in vltimis volũtatibus C de dona. inter vir.& vxor.l.donationes.Et in delictis.ff.de vi & vi arma.l.prima.§ quotiens.

Et intellige ꝙ debet habere ratum ante lapsum istorũ trium mensium,alias autem post istud tempus lapsum nõ valeret ratihabitio.ff.rem ratam haberi.l.pe.

Quia † si debeo facere aliquid infra certum tempus:& alius nomin meo faciat,debeo n habere illud ratum,infra illud tempus,alias postea non valet ratihabitio, vt in illa lege continetur.

Dicunt quidam per sentẽtiam, quia minorem pœnam debemus eligere,ex quo Papa hic non exprimit:arg.ff.de pœ.l.interpretatione.& de pœnit.di.j.pœnę.

Et quia ponit verbum futuri temporis, vacuetur.arg. C.de aposta.l.prima.

Sed quare aliud in isto casu,& aliud superiori,quando non consentit infra mensem,dicunt ꝙ maius vinculum est contractum post consensum quam ante:& ideo difficilius rumpitur.

Contra dic.& dico vacuetur.i.sit vacua (eo ipso) .i.ipso facto seu ipso iure, absque facto hominis, alias † esset oppositio in obiecto.simile verbũ.j.eo.generali. primo responso.& j.eo.cum per formã.in fine. Sed quid si post mensem consentit,non ante,& cõfirmata fuerit electio? dic ꝙ non posset conualescere,quia quod nullum est. nõ potest conualescere.s.eo. dudum.& c.auditis.ff.de regul. iur.quod ab initio.

Sed quid si confirmatus est,& detinet episcopatum,dicas ꝙ peccat,nec confirmatio potuit ipsum facere conualescere.videtur tamen quòd auctoritas o iudicis † firmet factum.arg.ff.quod fal.tuto.l.prima in fine.

Et de hoc no.Inno.s.eo.quod sicut distinguendo.

ADDITIONES. PROBI.

a Promptum reddit.dic quòd etiam necessitas † reddit quẽ industriosum.no.do.meus in tract.de peste.car.133.colũ.2.& sic honestum, cum industria honestati æquiparetur. c.tuam.supra de æta.& qualita. Et proprie circa mores versatur.l. nulli. C.de epi.& cler.

b Boni viri.qui † non liberam habent voluntatem.sed regulatam a lege.Bar.& alij in l.si societatem.§.arbitrorũ. ff.pro soc.refert Maria.Soci. consil.112. colũ.9.circa primum.Adde præterea quæ dicit de bono viro seu reputato bono isdẽ Maria Soci.cõsi.14.col.2.post redditũ:ꝙ priuata scriptura confecta a reputato bono,post eius mortẽ semiplenè probat.allegat Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.vide quæ etiam dico de bono viro in c.primo,in verbo,confessionem.de confes.

c Continebat.Adde glo.in cle.vna.in verbo.certam diẽ. de reli. & vener. sanctorum : quæ discutit ex quibus mensibus,& quot ex diebus constet annus:& glo.in data huius libri, ꝙ mensis diuiditur in kalen.Nõ.& Idus.de quo per Archi.in c.propter.18.di.

d Media via.glos.in c.multos.54.di.dixi.s.in c.primo.de resc.glo.in l.Titius rogatus.ff.ad Trebel.

e Mensem vel annum.Ludo.Bolog.consi.fi.concordantes adducit. Et dic communem opinionem fore, quam hic tenet Io.Mo.ꝙ † mensis intelligatur secundum qualitatem mensis,in quo data est dilatio:vnde si die.23.Augusti data sit dilatio vnius mensis,incipit in dicta die.23. & terminatur in 22.mensis Septembris : & ita concludit Bar. in l.cum bissextus.post glo.hic quam Io.an.Archi.& Domi.sequuntur & Bal.& Imo.in l.de diuisione.ff.solu. matri.vbi Alex.dixit illam communem.& in l.fi.in prin. col.pe.C.de iure delib.

Et intellige hanc opinionem de mensibus continuis,q̃ habent metam limitatam,& pro maiori parte habẽt.31. dies & quidam triginta.Secus in mensibus vtilibus in quibus non sunt limitati dies, & vnus mensis vtilis poterit quandoque occupare tres continuos:vtpotè Lugduneñ. quæ licet habeant.15.dies vtiles tantum,tamen aliquando ferè protrahuntur ad tempus vnius mensis : vnde hæc doctrina non potest ad menses vtiles adaptari. Et ideo vnus † mensis vtilis intelligitur de.30.diebus.tradit Alex. consi.114.in fi.visa scriptura.vol.5 vbi dicit ꝙ mensis vtilis accipitur pro duodecima parte anni,si aliud non constet,qualiter limitari debeat secundum Paul.de Liaza.in c.nulla.s.de concessio.præbend.

Hinc Bal.in c.primo.in prin.quo tempo.miles concludit ꝙ si nomen mensis proferatur simpliciter de,30.diebus intelligatur. Allegare potes Anto.in c.licet de suppl. negli.prælа refert Dec.in l.vbi lex.ff.de regul.iur.vbi dicit ꝙ præfata communis debet intelligi, quando principium mensis designatur,quia dicitur a præsenti die infra mensem.Secus si de mense absolute mentio facta sit,quia tunc mensis,vt prædixi,pro.12.parte anni accipitur.sequitur Domi.hic.Et attende ad id,quæ primo diximus : quia habeo ita accipi mensem in curijs supremis Galliæ. Et in hoc opi.Ioã.Mo.habet locum,quam tenet & comprobat Alexã.de Imo.consil.114.col.fi.visa scripturarum.vol.5. vbi hunc passum latissimè examinat,quem videre placebit habenti luminaria.

f Vel alio fratre. sic † monachus appellatur frater. Præposi.in c.Nicolao.post tex.ibi nu.2.s de appella.vide Ioã. Mo.in c.si religiosus.j.isto titul.

g Consentire non possunt.quid autem dicẽdum de alia prouisione beneficij facta monacho,an possit eam † acceptare sine licentia proprij abbatis.vide dominũ de Chassa.consil.42.Abbas.

h Non currit.& sic a die notitiæ.dico in c.primo.in verbo,quadriennium.de resti.in integ.j.

i Ecclesia cathedralis.textus noster habet locum in ecclesijs cathedralibus,& regularibus, & non in alijs; licet Io.And.hic contra adducens aliqua fundamenta, quibus respondent do.de Rota in nouis deci.288.maior pars dominorum,dicendo ꝙ non est eadem ratio in inferioribus dignitatibus,quæ est in superioribus.Nam nõ est tantum

tum periculum in diuturnitate vacationum illarum dignitatum, sicut superiorum: quia non sunt sponsi ecclesiarum. Et ideo in sponsis & pastoribus datur minus tempus ad eligendum. Et sic opinionem Io. Mo. dicunt verã: quam tenent Archi. & Guil. de Monte lauduno hic.

k Per superiorem suum. secundum Archi. hic hoc communiter tenetur. & per Papam debet compelli. vide quæ in proposito dixi. s. in proce. sacrosanctæ. nu. 9.

7 l Confirmationem. cuius † suffragio debet iuuari omnis electio, excepta electione facta per inspirationem spiritussancti: quæ non indiget confirmatione: cum maior sit virtus benedictionis, quam naturæ. c. re vera. de conse. di. 2. Et quæ spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. c. cum pridem. §. verum s. de renuncia. & c. licet. in prin. de regul.

Et dic quòd quædam est electio inspirationis, alia quasi inspirationis: De prima hodie non contenditur: quia columba quæ solebat afferre sanctum spiritum, fuit occisa per coruum: testis est Car. in c. quia propter. s. co. Et dicitur electio inspirationis, quando constat de reuelatione & infusione spritussancti, vt constitit in electione sanctorum Ambrosij. Nicolai, & Seueri, de quibus in c. statuim⁹. §. His omnibus 61. di.

Electio autem quasi inspirationis dicitur quæ nemine discrepante sine aliqua dissensione vllove tractatu celebratur, secundum Panor. post alios in d. c. quia propter. & moderne per do. meum. in 2. lib. respon. c. 13. col. 2. & c. 14. vbi dicit quòd hæc quasi inspiratio potest aliquando dici inspiratio præsumpta, etiam facta per diaboli suggestionem: cum vitia † sæpe virtutes se esse mētiantur c. sepe. 41. di. meritò eam de vitio & crimine symoniæ, coniurationis, & aliorum huiusmodi argui posse dicimus. Ideo formam habet ipsa requirere: vt viribus subsistat.

8

Facere videtur. vltra iura vulgata vide. l. primam. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. vbi dicit quòd parum refert suis manibus deijciat an per alium. tex. in l. non ideo minus. C. de accu. cum ibi alleg. in glo. tex. c. mulieres. s. de sentē. excommuni. ibi, cum is committat vero. cuius auctoritate vel mandato delicti committi probatur. ubi Pano. dixit singulare. Ad hoc ꝙ mandans † delictum dicitur vere committere delictum, vide ibi gloss. & Din. in regula qui per alium. ſ. hoc lib. & Dec. in regula is damnum. ff. de regul. iur. dicentem habere locum in statuto.

9

Pone exemplum. Statuto ciuitatis Biturien. cautum reperitur. quòd reuenditores victualium (vt ita dicam) nō emant a rusticis victualia ipsa, diebus sabbatinis vsque ad horam tertiam, vt communiter fieri solet. de quo per gl. in verbo tradere. in l. 2. ff. de nundinis., quod fit ad commodum ciuium, & vt facilius & vilius de victualibus sibi prouideatur: & hoc sub aliqua graui pęna. Modò quidā reuenditor per amicum suum ciuem emit ante horam tertiam, accusatur a maiore & scabinis, seu eorum procuratore, qui concludit ad declarationem pęnę statutariæ: quæritur quid iuris. breuiter vt paucis absoluam, dic per regulam nostram teneri: quod ccmprobo pluribus iuribus, autoritatibus & rationibus.

Primo habeo tex. in l. j. de naui. non excu. lib. 11. C. ubi Bar. dicit. Nota argu. imo casum contra comitatenses, qui faciunt aliquem ciuem emere pro eis: ut sub titulo ciuiū non subsint oneribus impositis, quia tales res sunt publicandæ. Hæc enim lex loquitur generaliter in qualibet re quæ subtrahitur a publica necessitate: non specialiter; vt in nauibus.

¶ Ad idem videtur casus in l. fi. de anno. & tribu. lib. 10. C. vbi idem Bar. in secunda additio dicit. Nota. argu. contra clericos & scolares, vel alios habentes immunitates a gabellis, qui prætextu eorum alios excusant; quod placet Anto. Cors. singul. In verbo, gabella. el. 1. vbi vnum subdit quòd talis admittit priuilegium. ar. l. qui sub prætextu. C de sacrosan. eccle. & hoc ratione abusus, cuius prætextu fit amissio. testatur Io. Mo. & ibi dico in c. primo de æta. & qualita. ordi.

Secutiue. istud verificari potest rationibus apertissimis Quia ex quo reuenditoribus non est permissum emere, trahitur in consequētiam ꝙ hoc nō possunt per alios, ex quo est mixta prohibitio, videlicet ratione rei, & personę. Casus est gl. & ibi. Bar. & Scriben. in l. Labeo. in fine. ff. de vsucapio.

¶ Vnde dicimus ꝙ quando aliquis prohibetur aliquid facere, & illud facit per interpositam personã, dicitur clã & mala fide facere. Casus est in l. fi. de prædijs decur. lib. 10. C. Item fieret fraus legi siue statuto de persona ad personã. vt hic per Io. Mo. nu. 5. quo casu committitur pęna. Doc. post tex. in l. fraus. ff. de legib. & in l. si sponsus. ff. de dona. inter vi. & vxo. & in l. si per impressionem. C. quod met. causa.

Hinc dicit Bal. in l. non dubium. C. de legib. ꝙ si existēti de magnatibus prohibetur emere in aliquo loco, incidit in pęnam, si facit cōtractum loqui in persona famuli sui, in fraudem.

Item si aliter in puncto hoc diceremus, de facili prohibitio statuti fraudari posset, & annihilari. quod nō est dicendum. l. in fundo. C. de rei vendica. quia de facili tales inueniunt amicos in ciuitate, sub quorum nomine emerent. Et sic habes intentum verificatum iuncta regula, cū quid vna via, &c.

Vltimò adde ꝙ hoc verbum, videtur, fictionem importat; vt latè per Alex. in consi. 186. nu. 9. viso statuto. vol. 7. vide quæ latè per nos in c. filij. de hæreti. in fine dicuntur.

10 Debeo habere. † Io. Mo. in c. vt circa. supra hoc ti. id firmat & ibi dixi.

Et dic quòd ratihabitio sic superueniens validat acta prius gesta facta ab eo, qui mandato legitimo carebat. l. licet. ff. de iudi. l. non eo minus. de procura. C. siue sit facta a minore. vt ibi not. Bar. post glo. ibi in l. si tutor. C. in quib. causis in integ. resti. non est nec. Siue etiam sit facta a maiore, siue acta sint facta contra ratificantem, siue etiā sint facta in fauorem ratificantis. glo. singularis in verbo, deducit. in l. si mater. §. hoc iure. ff. de excep. rei iudi. & eam sequuntur Bar. & Paul. de Cast.

Sed an procedat, & retrotrahatur in præiudicium tertij. vide Bart. Soci. consi. 26. in causa secundi. vol. 4.

Auctoritas iudicis. facit. l. Et gñraliter. ff. de nox. actio. quam reputat singul. Roma. consi. 454. num. 25. iure præsenti quatuor, ꝙ titulus † sententię possessori quamuis male fidei dat causam vsucapiendi.

11

Contra tamen istud facit quod not. Bar. in l. iuste. ff. de acquiren. po. ꝙ iudex, siue præceptum iniustum non excusat illum, qui tali auctoritate inititur, a violentia & raptu, refert Pet. de Anch. 248. nu. 3. ad prædicta dubia, qđ placet Alex. consi. 135. col. fi. Anto. vol. 6. quem vide cōsi. 119. col. pe. quæritur. vol. 2.

12 Tamen Pau. de Cast. consi. 205. nu. 4. in causa, quæ vertitur. in secunda parte dicit ꝙ qui † habet sententiam pro se licet nullam, excusatur a pęna puniente violentos, & violenter turbantes possessores, in sua possessione. facit ꝙ no. Dec. consi. 272. col. pe. viso processu: vbi inquit ꝙ auctoritas superioris bonam fidem inducit. Bald. in l. prima. col. pe. versi. Item quæritur. de fur. C. iuuat etiam ꝙ notat Bart. in l. frater a fratre. col. antepe. in versi. 3. quæro. ff. de conditio. indebi. vbi dicit bona fide fieri qđ fit præsente iudice: quæ bona † fides potest etiam causari ex iniustis & temerarijs rationibus Bal. in l. 1. in fine. C. vbi causa sta. Item pro hoc facit in simili: quia pro decreto pręsumitur. Bal. Ang. & Saly. in l. cum te. C. de probatio. Decius consi. 274. col. 2. viso decreto. Alex. in consi. 57. in fine. quoniā in quæstione. volu. primo.

13

Præsumitur etiam propter illud, ꝙ rite & recte negocium processerit. Bald. in l. cum hi. §. si prætor in fi. ff. de transac. & est dictum Specul. in ti. de empt. & uenditio. §. nunc dicendum el. primo. col. 2. uers. Et breuiter scias. idē Bal. in l. quæcunque. §. fi. ff. de publicia. & in l. non aliter. ff. de arbi. & in l. quæcunque. §. fi. ff. de bonis quæ liber. & in l. fi. C. de præd. minor. Alios cumulat in proposito Alex. consi. 80. col. prima. uisis themate. & consil. 92. nu. 4. uiso & opportune discusso. in 5. uolu. Idem uolu. 7. consil. 160. uisis narratis. Vide quæ tradit Domi. cōsi. 7. Subtiliter. Nō omittendo. quæ etiam citat idem Alex. consi. 39. nu. 4. uisis & consideratis uolu. 3. post Guil. de Cun. in l. extat. ff. quod met. causa. ubi dicit. ꝙ si aliquis iudex habens iurisdictionem aliquam in territorio, iussit tibi ꝙ deberes auferre librum suum Titio, & ita fecisti. certe quamuis ille iudex non erat iudex inter te & Titium in illa causa, tamen ille iussus excusat a poena, de qua in d. l. extat.

14 Et subdit idem Alex. in d. consi. 81. decretum † præsumi interpositum ex iusta causa. Bald. in l. fi. C. de præd. minor. quod comprobat Dec. consil. 341. nu. 12. uiso puncto, dicendo

cendo ꝙ vbi decretum iudicis reperitur, omnis præsumptio fraudis remouetur.no.Bar.in d.l.frater a fra.in fine. ff.de conditio.indeb.in l.1.de præd.decur.lib.10.C.Ang. 155.in fine super primo. Et ratio videtur tradita per Alex. 15 consi.57 nu.15.visis dubitatio.vol.3.ꝙ in iudice † cessat omnis sinistra suspitio & præsumpta calumnia, nisi contrarium appareat.c.cum clamor.§.de testib.& c.in præsentia.§.de renuncia.vide eun.Alexã.in consi.103.nu.4.visis scriptis.uol.2.

Et quando decretum iudicis interponitur,præsumitur ꝙ actus utiliter factus sit.Bald.in c.1.col.1.in uersi.quærit Iacob.in ti.qui feud dare po.& in c.sicut col.fi.uersi.Item quæro §.de re iudica,Alex.consi.79.circa primum uol.1. Et subdit:ubi §.idem Dec.ꝙ quando per iudicem declaratur ꝙ permutatio bonorum ecclesiæ sit utilis,præsumitur quòd ita sit,per no.in di.l.cum hi.§.eam transactionẽ. ff.de transac.& tex.in l.fi.ff.de iure do.

Præmissa habes intelligere cum grano salis, uidelicet quando decretum interpositum fuit factum cum causæ cognitione,alias parum operatur. Et sic causa cognita. Bal.in l.1.ff.de reb.co.& in l.ex his.in 2.col.uersi.Item opponitur.C.de testa.milita.Ang.in l.imperatores de priuileg.credito.tradit Dec.consi.351.nu.7.in casu proposito 16 ubi subdit quòd licet sententia † lata in cõtradictorio iudicio,quæ transiuit in rem iudicatam faciat ius, etiam si lata sit ex falsa causa,tamen in decreto ex falsa causa interposito hoc non procedit,quia tunc nõ facit ius, sed dicitur nullum.Et ratio diuersitatis intuenti apparet: quia sententia profertur inter contendẽtes, ideo in illa maior fit discussio:sed decretum interponitur:inter voluntates: ideo non adhibetur ita plenè causæ cognitio, alias rationes diuersitatis.vide per Imo.Alex.& alios in l.iuste possidet.ff.de acquir.hæredi.

Habes præterea pro comprobatione thematis,id quod no.glo.in cap.præsentium.7.q.j.in glo.fin.in fine vbi dicitur ꝙ pro spoliatione † facta a iudice non potest agi pos- 17 sessorio recuperandę comprobat.& latè Ias.in consil.21. col.j.quatuor.vol.3.quia pro his,quæ fiũt ab eo, præsumitur:quod verum dicas in iudicio nõ extra: propter fomẽtum iudicij,quod non minimum est & in eo iudicio est processum iuris ordine seruato,& sic ritè,alias secus,videlicet a iudice extra iudicium,& rectè,quia tunc põt,iuxta regulam vulgatam,ꝙ spoliatus ante oĩa venit restituendus.cap.conquerente.§.de restit.spolia quod firmant Archi.Domi.& Præpo.in d.c.præsentiarum.vbi alleg. plures scribentes pro intento,& secundum hanc modificationẽ intelligas thema.Ioan.Mona hic.

Et continuando propositum habeo ꝙ auctoritaritas 18 † iudicis facit præsumere omnia solemniter acta,no. Scriben.in l sciendum.ff.de verbo.oblig quod verũ dicas, qñ fuit cum causæ cognitione interposita, alias secus. tradit Maria.Socy. consi.115.colum.j circa primam quæstionẽ. pro hac tamen non concludit,sed dicit col.2.ꝙ communiter concluditur ꝙ in dubio auctoritate iudicis interposita omnia præsumuntur solemniter acta:per.l.sed si præses.& l.si quidem.C.de prædijs minor.facit.l.j.de prædijs decur.libro 10.C.quem ad hoc alleg. Bald.in capit.j.in 2. col.qui feud.dar.po. Idem tenet Ioan.de Imol.in l.si quis cum aliter in fine.ff.de verbo.oblig.

Et ratio pro hac opinione resultat multum exuberans, quia ista decreta interponuntur per modum voluntariæ iurisdictionis inter consentientes, vt prædixi. Non enim redduntur in inuitum etiam citatum:& ideo præsumitur solennitas interuenisse.no.Inno.in cap. quoniam.§.de ꝓbatio.& latius in c.innotuit. supra.de eo.qui fur.ordi.suscepit.vbi dicit ꝙ qui vult dicere contrarium,hoc probare habet.Et sic habes inferre quod citat Pet.de Anch. cõ- 19 si.83.visis diligenter actis ꝙ auctoritas † iudicis requirit causæ cognitionem multiplicem.l.magis puto.§.nõ possim.& l.quod neque.ff.de rebus eo.& l fin.ff.de cur furio. & lib.2.C.eod.titu.& quod ibi notatur & in l.actus.C.de fer.per Cyn.& l.nec quicunque.§.ubi decretum.ff.de offi. proconsul.Idem not. Alex.consi.45.colum fin.visis verbis testamenti.volum.6.

Item si statuto caueatur ꝙ occupans hæreditatem incidat in pœnam millæ florenorum:intelligitur de illo, q̃ occupat auctoritate propria,nõ auctoritate iudicis. Paul. de Cast.in l.iuste possidet.ff.de acquir.hẹredi.

Vide tamen de eis,qui occupant auctoritate iudicis, vt non excusentur,per Pet.de Anch.cõsi.292.videretur prima facie.& consi.353.oportet primo. & Alexand.consi. 75.in fine.visis& ponderatis.volu.4.vbi dicitur ꝙ quando iudex immisit aliquem in possessionem iuris patrona- 20 tus,& ipse omissus † erat malæfidei, quòd præsentatus ab eo non dẽt institui, quia ille talis immissus remanet malæfidei possessor.Et aliud est in patrono, aliud in prælato, quia patronus in præsentando non innititur auctoritate superioris,nec publico officio, licet proferatur sententia ꝙ sit patronus,quia semper dabet malam fidem. & ideo non facit fructus suos.ar.l.Iulia ait.ff.de conditio,indebi. instar possessoris rei corporalis.l.fructus.& l.ex diuerso.ff. de rei vendi.& quòd ita sit in re incorporali,patet q̃a non facit actum validum tamquàm malæfidei possessor:cum talis actus fructus censeatur.not in cap.cum Bartoldus.§. de re iudica.Ista possunt extendi ad eum, qui missus est in possessionem,etiam auctoritate iuris,ordine non seruato. l.meminerint.C.vnde vi.& l.fi.C.si per vim vel alio modo.prælatus verò innititur ex confirmatione superioris in publico officio.Ista fuit doctrina Inno.in cap.consultationibus.§.de iure patro.vbi Petr.de Ancha.ante finem dicit istud dictum Inno.esse notandum quòd auctoritate & sententia iudicis nõ purgatur mala fides illius,pro quo talis sententia est lata,vel auctoritas interposita.cap.fin.§. pari modo §.de ma. contracto contra interdic.ecclesiæ. vide Aretin.in consi.35.colum.2.viso. Nec in cõtrarium facit l.generaliter.§.primo loco allegata, quia loquitur in rebus mere prophanis,hic in rebus spiritualib & quasi.

Item in hoc casu patronus laicus fundatus est præsumptione iuris fore in mala fide in dubio, quia ius commune resistit quod sit patronus ecclesiæ. & sic vt constituatur in bona fide,& valeat eius præsentatio, quòd ipsa iustificetur ex iustitia tituli requiritur, vel probationibus probabilibus.l cum igitur.§.j.l.vt liberis.§.fin.ff.de liber. causa.facit quia possessio contra ius commune non præsumitur iusta,nisi aliquali titulo iuuetur. vel ex aliqua cã tenendi,maximè in spiritualibus,vel quasi.Barto.in l.fi.C. vnde.vi.& in l.Celsus.ff.de vsucapio.vbi dicit ꝙ bona fides præsumitur,si procedat titulus verus,vel putatiuus. & Archi in cap.j.de præscriptio.hoc lib.quòd præsumit̃ bona fides,si ostendatur titulus.

Pro præmissis videtur facere dictum Archi.in cap.eum qui de præben.hoc lib. ꝙ inuasor pacificè possidens potest præsentare,dum tamen tolleretur: & non constet de iniusta causa possessionis.

Et sic,si cõcurrant duæ præsentationes vel duæ electiones,quarum vna sit facta a malæfidei possessore, præualet illa,quæ est facta a bonæfidei possessore.

Idem dic si concurrant duæ præsentationes, quarum vna est facta a proprietario.alia a possessore malæfidei: ꝓualet facta a proprietario.not.Innocẽ. in cap.Cumana.§. de elec.Et intelligas not.in d.cap.consultationibus.supra. de patro.

Vide quæ dico.in cap.commissa circa finem.hoc tit.

Vltra præmissa vide etiam Neapol.deci.28.col.fin.latè fuerunt,vbi tractatur.An sententia quæ continet manifestam iniquitatem,sit ipso iure nulla.Et ibi referũtur duæ opiniones.Prima quòd sit nulla.Secunda ꝙ non sit nulla. & hanc tamquàm communem tenent post Bald.in l j.C. ne filius pro patre.per l.palam.§.quæ in adulterio.ff.de ritu nupt.postremo item:quando debitor coactus per superiorem soluere,sit liberatus a creditore:vnde Ias.consilio 26.in fauorem. volu.3.

¶ Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. VII.

¶ Perpetuo sanctionis oraculo declaramus &c.

SVMMARIVM.

1 *Suffragium quid dicatur.*
2 *Minus sufficit defectus formę: quàm materiæ.*
Regulariter peccatum formæ est manifestius quàm peccatũ materiæ.
3 *Voluntas procedens ad actum exteriorem imperfectum reputatur pro facto.*
Eligere potest constitutus in peccato mortali.

SVM-

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quomodo cognoscatur an constitutio Principis sit perpetua, vel temporalis.*
2 *Quando n. subest materia, non potest dari materiatum ex materia.*

a PERPETVO a Hic declarat. §. clerici. supra. eod. cap. cum in cunctis. Et declaratione egebat propter verbum electionis, quod multipliciter dicitur. notatur. supra in rub. (perpetuò.) i. generali (oraculo) i. responso (suffragium.) i. consensum in scriptum redactum.

1 ¶Et istud † suffragium appellatur illud, quod dicit canonicus. Ego talis nomino talem in episcopum & pastorem talis ecclesiæ (perstiterint.) i. perseuerauerint.

Sed quomodo non compelluntur ad electionem, ex quo publicatum est scrutinium. supra. eod. publicato, dicas quod illud habet locum, quando nominauerunt dignum cui ius acquiritur, cum canonice est electus. not. 63. dist. quato: secus si indignum: hic cuius defectus latere potest. infra proximè non fit defectus formæ iurib. arctatæ, quæ est seruanda. supra. eodem. cap. quia propter.

¶Idem credo quando peccatum est in his, quæ sunt de substantia formæ: scilicet quòd habeat locum ista decretalis, & multo fortius: quia minus peccatum est illud, quod est in materia, saltem quo ad infectionem: quia minus inficit † defectus formæ, quàm materiæ. b argu. supra. eo. statuimus. §. pen. verum quo ad certas qualitates, est contra argu. infra. de pœni. & remis. cap. j.

¶Nam regulariter peccatum formæ est manifestius quàm materiæ, vt prædixi (communis electio) & ita not. quod communis electio debet subsequi, aliter non reputabitur electio. supra. eod. in Genesi. & infra. eod. cum per formam (nequaquàm priuentur.)

Sed nunquid illi erunt priuati beneficijs, dicas quod non; quia non priuantur nominantes, sed eligentes. s. eodem. cum in cunctis. §. clerici. & hic, qua ratione excusantur ab hac pœna, & ab illa.

Sed nunquid iterum aliquis potest eligi: dic quòd non impediente peccato mortali, in quo inciderunt, nominando indignum scienter. argu. 25. di. cap. vltimo & infra. de resti. spolia. literas. §. nos autem.

3 Et ita notatur hic, quòd voluntas † procedens ad actum exteriorem imperfectum reputatur pro facto: de hoc dic: vt notatur. ff. de furtis. l. qui ea mente. de pœni. dist. prima. cap. dixi confitebor.

Item notatur hic argum. quòd constitutus in mortali peccato potest eligere: quia licet isti peccauerunt mortaliter, nominando seu eligendo scienter indignum, attamen non priuantur potestate eligendi, vt hic not. & s. eod. vt circa (metum) ad arbitrium suum, ex quo hic non determinatur. infra. de offic. delega. de causis.

ADDITIONES PROBI.

1 PERPETVO. hic apparet † euidenter, quod ista constitutio est in omne æuum duratura, quod dicitur natura constitutionis, siue legis Principis Pro quo Ioan. Mo. & gloss. in verbo, perpetuò in cap. vt circa. hoc tit. & lib. quod potest probari per infinita iura, & auctoritates Doct. Et hoc verum, nisi constitutio siue lex limitetur certo tempore, vt patet in regulis cancellariæ, quas pontifices suo volunt tempore duraturas, & ideo morte condentis expirant: & hæc est causa, quare per quemlibet Papam eduntur regulæ. non equidem semper sub eodem verborum & sensuum contextu, ut videre licet benè intuenti.

Istud comprobat multis iuribus Domi. in consi. 93. Clemens septimus. vbi colum. 4. subdit quod Papa potest secundum quod sibi videtur, quandoque facere actum perpetuum, quandoque temporalem. Si constat quod vult facere perpetuum ex verbis expressis, seruabitur. vt in textu nostro. Si vult facere temporalem. & hoc exprimit. erit temporalis. cap. fin. de rescript. hoc lib. & de præben. capitu. statutum. eodem lib.

¶Si est dubium an velit facere temporalem. vel perpetuum, attendemus verba: quia aut verba exprimuntur denotantia personam ipsius, & durabit suo tempore, aut exprimuntur denotantia dignitatem, & durabunt post tempus ipsius. & iste est proprius casus. c. si gratiose. supra. de rescrip. hoc li. postremò vide quæ de hac dictione, perpetuò, tradit Alex. in consi. 60. colum. j. omisso. volu j.

b ¶Materiæ. quæ quando non subest, non † potest dari
2 materiatum ex ipsa materia. l. qui res. §. aream. ff. de solutio. testatur. Soci. consi. 30. colum. 4. Quamuis ex his lib. j.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunen. Cap. VIII.

¶Nulli licere decernimus postquam &c.

SVMMARIVM.

1 *Post publicationem scrutinij non est locus variandi.*
Idem est eligere, & eligentibus consentire.
Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.
2 *Quod semel approbaui, non possum postea reprobare.*
3 *Medicus semel approbatus, postea reprobari potest, si reprobatio ad publicam vtilitatem pertincat. Idem de grammaticis.*
4 *Ignorantia probatur per proprium iuramentum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Imperiti medici non minus quàm sicarij odio sunt habendi, quia hi rem destruunt publicam.*
Imperiti medici vno collirio omnium oculos sanant.
2 *Eligentes medicos, ad quid habent animaduertere.*
3 *Miles non exercitatus semper tiro est.*
Rex Franciæ sua vmbra totum suum regit regnum.
4 *Promptiores sunt doctores iuuenes, tamquàm ex studij fornace nouiter educti.*
Memoria in iuuene tenacior est.
5 *In iuuene sunt sensus acutiores.*

NVLLI. Hæc decretalis. Primò ponit regulam. Secundò versic nisi, contra regulam dat instantias. Tertiò versic. de huius, dat instantiarum probandarum forma (in scrutinio) quid sit scrutinium, habes. s. eo. quia propter s. eo. in electionib. (fuerit subsecuta) supple vel scrutinium publicatum: quia

1 post † publicationem scrutinij, non est locus variandi. s. eo. publicato (ab alijs celebrare.)

Nota quod idem est eligere & eligentib. consentire, quo ad id, de quo hic tangitur, alias contra. ff. de reg. iur. Aliud est vendere (postea emergentibus.)

Nota quæ de nouo emergunt auxilio nouo indigent.

2 a infra. de offic. delega. insinuatione. de interroga. actio. de ætate. §. ex causa: & infra. de iuramento calumniæ cæterum (impugnare.)

2 Nota hic. quod semel † approbaui non possum postea reprobare. ff. de nego. gest. l. Pomponius, & loca: & conduc. l. ea lege in fine: & de adulter. si vxor, in fine. infra. hoc lib. de regu. iur. quod semel.

Et habes hic quomodo aliquid de nouo emergat, vel de nouo perueniat.

3 Et medicus † semel approbatus postea reprobari b po-
b test, si reprobatio ad publicam vtilitatem pertineat. ff. de decret. ab ordi facien. l. quod semel.

Et est speciale propter hominum sanitatem. ff. de muner. & hono. vt gradatim. §. reprobari. Idem est de grammaticis. C de profe. & medicis. l. grammaticos (latentis) scilicet quod latebant electores tempore electionis (verisimiliter) alias ei de facili non crederetur: vt si aliquid publicè factum fuisset in ciuitate, in qua erat, postea dicat se ignorare. 16. distin. quod dictis. s. de postula. cap. j. & infra. qui matri. accu. possunt. Cum in tua. 1 Simile habes. supra. eod. vt circa (proprio iuramento.)

4 Nota hic ignorantiam † probari c per proprium iura-
c mentum. supra. codem. vt circa.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a INDIGENT. Vide concordantias, quas adduxi supra eod. titu. in cap. vt circa.
b Reprobari potest; Adde secundum dominum meum de Ripa in tract. de peste. car. mihi. 130. col. j. in proposito Ioan. Mona. ꝙ imperiti † medici non minus quàm siccarij
1 odio sunt habendi. Hi enim sunt qui rēpublicā destruūt. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offi. præsi. Hi sunt qui iam mortuis, quos longa inedia perdiderunt, sorbiunculas faciunt, & delicatos cibos. Hi sunt qui vno collyrio omnium oculos sanant [pro quo text. in cap. fin. in fine. 29. dist. & ibi glos. dicit. ꝙ sic faciunt indocti legistæ, q̄ vnica solutione quæcunque argumenta resoluunt.

Et dicit præfatus do. meus vbi. s̄. in præcedenti colū. ꝙ
2 debent † animaduertere qui medicos eligere volunt. Primò ad ætatem & experientiam. Eligendi enim sunt medici senes, & experti, non iuuenculi vel tirones secundum Ang. in l. j. §. pueritiam. ff. de postul. vbi dicit non esse cōfidendum de medico nouello, quia est occisor parētum. Nec de nouo aduocato, quia est litium confusor. Miles
3 † enim non exercitatus semp tiro est. Et dici solet ꝙ plus valet vmbra experti senis, quàm eloquentia iuuenis. Bald. in cap. j. num. j. supra de renuncia. ꝙ mūdus totus regitur quadam vmbra. Nam Rex Frācorum non est, nisi vbi tenet pedes. & tamen vmbra sua regit totum suum regnū. Et fama vnius boni viri est vmbra gratissima, sub qua multi quiescunt, laudo tamen dicit. ꝙ simul cum antiqs & exercitatis eligatur aliquis iuuenis medicus. Quia iuuenes sunt cupidi gloriæ: & propterea cum maiori diligentia ægroti sanitatem procurant. Antiqui autem vt plurimū sunt desides, & remissi, sicut de aduocatis. Dicit Spec. in titu. de aduoca. §. nono. versi. Item cautus sit antiquus:
4 promptiores † enim sunt doctores iuuenes, tamquàm ex studij fornace nouiter educti. ar. cap. liquido: de conse. di. 2. Solent etiam esse perspicaciores, quia memoria in iuuene est tenacior, iuxta illud Senecæ Solebat mihi bonæ fidei esse memoria, & quæ ei concesseram, cito restituebat. Nunc autem ætate cassata, & longa desidia, quæ iuueni-
5 les animos dissoluit, quàm noua audio. Sunt etiam † in iuuene sensus acutiores. glos. in verbo, si filius in l. Gallus. ff. de liber. & posthu. Panormi. in capitu. quotiens. not. 3. supra. de testibus.

Et quo ad materiam medicorum, prosequere præfatum dominum meum. vbi. s̄. optimè passum discussientē.
c Probari. Adde Panormi. in c. 2. num. 9. supra de consti. Bald. cōsi. 229. in 2. parte. gl. in c. innotuit quam ibi sequūtur Panormi. Imo. Car. & communiter Doct. supra eodē titu. text. in cap. primo. de scrutinijs. &c.

¶ Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. IX.

¶ Si quando contigerit duabus electionib. &c.

SVMMARIVM.

1 *Annullatio voti dicitur, quando redditur nullum numero.*
2 *Numerus duplo maior, præfertur auctoritati, & præsumitur melior zelus.*
3 *Si vnus eligentium est excommunicatus, an vitietur electio.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Zelus, & meritum, in quibus consistant.*

SI quando hac decretali non licet attenuare, sed annullare vota per obiectum.

Et est extenuatio voti, quando tale q̄d obijcitur: quod non annullat votum penitus, sed reddit minoris auctoritatis.

1 Annullatio † autē dicitur quando redditur nullum numero [inueniri) facta cōputatione numeri ad numerum, sic excedunt, scilicet in numero duplo maiori (zeli meriti) hæc opponebātur a minori parte, scilicet ꝙ habebant meliorem zelum, & ꝙ erant maioris auctoritatis.

Et ideo magis valebat electio sua, licet essent numero pauciores de zelo, numero, & auctoritate, ac meritò, dic vt not. s̄. eo. ecclesia (reliquis) scilicet paucioribus opponendi post electionem: quia ante electionem bene fieret de istis collatio. supra. eod. quia propter, nec hoc prohibetur hic (interdicimus.)

2 Et sic habes hic ꝙ numerus duplo † maior præfertur
a auctoritati, & præsumitur melior zelus. a Si autē numerus esset maior non tamen in duplo est hic. argum. a contrario sensu ꝙ numerus non præfertur.

Dic tamen de hoc, vt not. supra. eod. Ecclesia. 2. in glos. quæ incipit, ex hac decretali (votum.) i. vocē, vel suffragium præstitum in electione. (Nullum redderet) vt si dicatur ꝙ fuerunt excommunicati vel suspensi ab homine. s̄. de consue. cum dilectus. & supra. eod. cum incer. R. infra de æta. & quali. cum in bonę.

Et dic de hoc, vt not. in d. decreta. cum dilectus, in glo. quæ incipit suspensus.

3 Sed † si vnus est excommunicatus, an propter hoc vitiatur electio, dic vt not. 9. q. j. nos in hominem.

a ZELVS. Ioan. de Anania. consi. 62. colum. 3. visis
1 & consideratis, dicit ꝙ † zelus consistit in carnalitate, nimia familiaritate, corruptione, affectione, intentione, & odio, ad Deum. meritum vero consistit in moribus, scientia, & vita.

¶ Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. X.

¶ Quamuis constitutio fœlicis recordationis &c.

SVMMARIVM.

1 *Idem iuris est in accessorio, quod in principali.*
Maiores causæ quæ sunt.
2 *Temere appellantes non debent audiri.*
Manifestè friuola appellatio, non debet admitti.
3 *Regulariter appellatur in scriptis.*
In appellatione exprimatur causa rationabilis.
4 *Sententia per appellationem extinguitur vel suspenditur.*
5 *Non est verisimile iura antiqua vno verbo subuersa esse.*
6 *Nullum & inutile æquipollent in iure.*
Appellans an & quando possit appellationi renunciare.
7 *Duo iuncta fortius operantur.*
8 *Tria sunt genera causarum, maiores, mediæ, & inferiores.*
9 *Postquàm appellatio est per superiorem commissa, non possunt partes ad inferiorem recurrere, altera parte inuita.*
10 *Per compositionem partes possunt recedere & ante appellationem receptam, & post, & quandoque volunt & inuito iudice in ciuilibus, non in criminalibus.*
11 *Non valet renunciatio facta per symoniacam prauitatem.*
In contractu, in quo peccauerunt, non debent paciscentes consequi commodum.
12 *Mitius est agendum in termino iuris quàm iudicis.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Iudicatum quomodo dicatur suspendi vel extingui per appellationē.*
2 *Plus potest fieri per statutum pacto vallatum, quàm per statutum simpliciter.*
3 *Lis. & causa. quæ dicantur.*
4 *Dotans capellam an semper dicatur habere ius patronatus.*
5 *Quando proceditur ad nullitatem actus, durius agitur cum lege, quam cum legis ministro.*

QVAMVIS. Hæc decre. moderatur in §. fin. j. eod. prouida: & hæc in quatuor partes diuiditur.

Primò recitat decretalem Alexā. Papæ quarti. Secundò versicu. (nos tamen) illam in altero mēbro distinctionis reprobat: & in alio admittit. Tertiò §. (cæterum) ab appellatione quandoque recedere permittit. Quartò §. (inferiores.) Quod sit officium inferioris in negocio, in quo ab appellatione est recessum decreuit (causas electionum) scilicet principales (exortas) scilicet accidentaliter in processu.

1 processu. Et sic nota, idem † iuris in accessorio q̃d in principali infra hoc libro de regulis iuris. accessorium (maioribus causis) quę sunt maiores causæ, notatur infra de offi.lega.quod translationem. 12. dist. præceptis (quaslibet) siue legitimas, siue frustratorias, quod erat cõtra ius commune. infra de appe. vt debitus, & p hoc manebãt ecclesię diu viduatę: & ideo fuit correctione dignũ (temerariam.)

2 ¶Nota † temere appellantes non debere audiri (extra iudicium) idem si in iudicio, vt statim sequitur in contextu. (in prædictis) scilicet episcoporum (maioribus) scilicet archiepiscopatibus (manifestè friuola) talis appellatio nõ debet admitti. j. de appella. vt debitus (in scriptis.)

Nota ꝙ debet appellari in scriptis: vt hic, & infra hoc libro de appella. cordi.

3 Et est generaliter verum ꝙ siue † appelletur in iudicio, siue extra, semper est appellãdum in scriptis, nisi cum appellatur a diffinitiua, & incontinenti. Nam tunc potest appellari viua voce. 2. q. 6. ad finem quęstionis, & ff. de appell. l. 2. & C. de appel. l. litigatoribus. (probabili.)

Dicunt quidam hoc speciale. ꝙ siue appelletur ab interlocutoria, siue a diffinitiua, ꝙ teneatur exprimere causam rationabilem, & sic inducat speciale in diffinitiua cum hic non distinguatꝰ.

Dic contra. arg. j. eo. constitutio. & hic. §. loquitur ante diffinitiuam, vbi propriè appellatur in iudicio, quod finitur per sententiam. ff. de re iudic. l. prima, licet per appella-

4 tionem † possit extingui: a vel suspendi. ff. ad Turpil. l. j. &

a C. quorum appella. non recip. ab executore: & infra de offi. deleg. pastoralis §. præterea.

Et ꝙ iste text. loquatur ante diffinitiuam, liquet, quia loquitur de exceptione legitima probanda, quæ non habet locum postquam est conclusum.

5 Nec est verisimile iura † antiqua vno verbo subuersa esse supra eo. ecclesia. 2. argu. C. de inoffi. testa. si quando. Quæ causæ expressionem in diffinitiua non requirunt. ff. de appel. l. 3. (legitima.)

Ergo si est expressa legitima, defert negocium ad sedem apostolicam: si manifeste frustratoria, non defert. Sed quid in dubio? potius dicam deferre: vt 6. q. 4. Osius.

Sed quid si appellans nullam causam expressit? dicas

6 idem ac si exprimeret frustratoriã: quia† nullum & inuti-

b le æquipollent b in iure. s̃. de transla. inter. §. sed neque. ff. quod cuiusque vniuersi. l. prima. §. & si quidem. & ff. qui satisda. cogan. l. quotiens.

Hæc constitutio fuit promulgata, vt vsus temerarius appellandi refrenetur: sed ita temerarie potest appellare, nõ exprimendo causam, secundũ quod exprimere debet.

Item regulariter in appellatione ante diffinitiuam debet causa exprimi. j. de appella. vt debitus, ergo magis in casu isto vltra regularem naturam appellantes arctãrem, vt fraudibus obuietur: vt hic: & supra eo. vt circa.

Cæterum (in præmissis casibus) cum est appellatum ex causa probabili in iudicio vel extra (partibus.)

Sed nunquid pars appellans potest renunciare, videtur ꝙ non: nisi ambæ partes renunciet: quia dicit in plurali partibus: dicas tamen ꝙ potest, antequam de appellatione est certificatus iudex vel aduersarius. Nam postea solus ap-

c pellans non posset renunciare inuito aduersario. c argu. huius literæ, quæ dicit partibus in plurali. 3. q. 6. dudum, ad finẽ: & vbi nõ interest appellanti, dic partibus appellãtibꝰ. Sed si interesset, secus arg. j. de appella. interposita. §. ille.

Et dicunt quidam, ante hanc decretalem non poterant renunciare etiam ambæ partes in præiudicium Romanæ ecclesiæ arg. ff. de pac. iurisgen. §. si paciscat. 2. & l. si vnus. §. pacta. & arg. huius literæ, quæ hic concedit, quasi ante esset prohibitum.

Item hic operantur duo, scilicet appellatio, & maiori-

7 tas causæ, quæ duo † iuncta fortius operantur: d vt per cu-

d riam debeat decidi negocium. Contra dic distinguendo: vt hic, an negocium sit præsentatum sedi apostolicæ, vel non: secus dicerem in alijs inferioribus, in quibus totum iudicatum possum nouare. ff. de re iudi. l. 4. §. si ex conuẽtione, ergo magis a processu habito ante sententiam, in curia recedere, & ire ad priorem iudicem. Et est hic arg. in quo est speciale: in maioribus causis erit ergo contrarium ius commune. ff. ad municipal. l. prima.

8 Ad cuius euidentiam nota tria † genera causarum e

e esse. Quædam enim sunt maiores, quædam medię: & quędam inferiores. In maioribus causis, quæ notantur infra de offi. lega. quod trãslationem nullla pactio, ordinatio, vel renunciatio valet sine auctoritate sedis apostolicæ. 3. q. 6. dudum. ad finem infra de transla. epi. c. 1. & de offi. lega. nisi. quod est verum quo ad ipsum principale, sed quo ad appellationem & renunciationem, tene quod hic dicitur. Mediæ causæ sunt spirituales & ecclesiasticæ. exceptis maioribus. & in his medijs non valet appellatio nisi legitima. infra. de appella. cum in ecclesia. Et ex quo est appellatum & appellatio est recepta, etiam si liceat partibus renunciare quo ad priuatum interesse, non licet componere sine auctoritate iudicis. infra de trãsac. de cætero. & c. super eo. & de præbend. nisi. & de foro competen. significasti. quo ad principale, sed quo ad iudicem: alias competentem licet habere recursum in principali. vt prædixi. ar. j. de appella. solicitudinem.

Inferiores sunt siue minores, quando agit̃ de temporalibus, in quibus saluis feudalibus possunt partes, antequã appellationis causa alijs sit commissa, ad inferiorem iudicem a quo appellatum est, recurrere: & etiam pars appellans appellata inuita, dummodo non intersit appellãtis, vel si ei de interesse satisfaciat. C. de appella. si quis libellos. infra. de appella. c. cum cessante. 2. q. 6. si quis libellos.

9 & c. interposita. §. ille. de appellatio. Postquam verò † appellatio per superiorem est commissa, non possunt ad inferiorem recurrere, altera parte inuita. vt d. §. ille. Dicunt etiam quidam sine licentia iudicis. ff. de iudi. vbi & de foro compe. c. pe. Dic ergo contra nouando. vt prædixi. Nec in hoc præfertur potestas partium potestati publicæ, sed concordat arg. ff. de noui oper. nun. l. pri. §. & post operis.

10 Per compositionem † autem possunt recedere & ante appellationem receptam & post quandoque volunt & inuito iudice. infra. de regul. iur. statuimus. 2. q. 6. si quis libellos. & d. §. & post operis.

Et hæc sunt vera in ciuilibus: sed in criminalibus dic vt C. de transac. transigere (prauitate) vt symoniaca pactione vel datione aliqua illicita (antequam præfatæ.) Si postquam præsentata est appellatio sedi apostolicæ, non licet.

f arg. hic a contrario f sensu. quod approbo in maioribus: secus in alijs vt supra notatur.

Inferiores (appellatione cessante) idest si appellatio cessaret, vt hic (in hoc.) idest in renunciatione appellationis (prauitas) expone. vt s̃. (nullatenus intromitant.) Et

g sic nota ꝙ non valet g † renuntiatio facta per symoniacã

11 prauitatem, quia proceditur hic, ac si non fuisset renũciatum, ex quo prauitas intercessit. quia ex contractu, in quo

h peccauerunt, non debent paciscentes consequi h commodum. no. j. hoc li. & de hæreti. vt cõmissa in fine (peremptorium.) Sed nũquid post istum terminum perẽptorium expectabitur per 20. dies absens post aduentum alterius partis? sicut in terminato dato. s̃. eo. statuimus: Credo ꝙ sic. argu. illius decre. statuimus. & c. cupientes. & de

i dolo & contuma. cum dilecti. Mitius, tamen i † crederem

12 agendum in termino iuris, quam iudicis. ff. de arbi. Celsus. & maximè in casu, vbi citati propter suum delictũ citant̃.

ADDITIONES PROBI.

1 Extingui. † considerato statu de præsenti, non de futuro a quia potest reconualescere, si appellatio deseratur, vel ei renuncietur, secus si prosequatur, quia tunc secunda conformis primæ extinguit primam, & eius vires sumit. cum duæ diffinitiuæ conformes non possint stare validæ super eodem facto. Bal. Pau. & Iason in l. tale pactum. §. primo. ff. de pac. Idem Iason. in l. si causa cognita. nu. 7. C. de transactio ꝙ suspendit propter futurum euentum. quia posset euenire ꝙ iudex appellationis confirmaret illam sententiam. tamen considerato de præsenti, dicitur extinguere. & sic, intelligas. l. prima. in fi. ff. ad Turpilia. Salyc. & Moder. in d. l. si causa. vide eundem Iasonem. in l. j. nu. 6. C. de iudi. & l. j. nu. 13. ff. de re iudic.

a Aequipollẽt vide quæ dixi. s̃. de res. in c. duobus. nu. 10.

b Inuito aduersario. Adde Decium in c. ex parte. num. 7.

c supra de rescrip.

¶Operantur. Adde q̃ dixi. s̃. in c. j. de resc. Vltra q̃. vide Dec.

Decium consil.225.versi. Et ad hoc facit.col.2.in causa quæ quondam.vbi dicit post Bald.in cap.venientes.colũ. 2 fin.in versic.Sed nunquid.s̃.de iureiuran.quòd plus † fieri potest per statutum vallatum pacto, quàm per statutũ simpliciter. Et quandoque pactum quod non valet, nec statutum recipit fomentum a consuetudine. Ant. de But. in cap. cum dilectus, colum.5.versicu.ex quo infertur.s̃. de consue.

c Causarum. Et dic quòd † causa propriè dicitur tam ante 3 quàm post litem contestatam. Lis vero post litem contestatam tantum.cap.ex parte.2.s̃.de verbo.signifi. Ita dicũt Cy. Bar. Ang. Are. Lancel. & Ias. in l.causas.C.de transac.

f A contrario. Adde quæ dico in c.generali j̃.hoc titu.

g Non valet. etiam in præiudicium renunciantis. Archi. in cap.dudum.in princ.j̃.de præbend.vbi allegat Inno. & Hostien.in cap.cum vniuersorum s̃.de rerum permuta.& glos.in ver pecuniæ.in cap.super hoc.s̃.de renuncia. Firmat rota in antiq. Deci.236.

h Consequi commodum. Id facit ad quæstionem. Pone, 4 delictum † est commissum per scabinos Parisienses, ratione cuius in consequẽda abolitione delicti dictum est per supremam parlamenti curiam, ꝙ inter alia scabini Parisienses tenebuntur construi & dotari facere capellam in honorem Trinitatis, quod fecerunt auctoritate Papę, aut loci ordinarij. Modò cõtenditur inter episcopum, & scabinos ipsos de prouidendo ipsi capellę de capellano. An ad episcopũ omnimoda spectet prouisio, an scabini habeant ius patronatus. Breuiter videtur dicendum ꝙ ad solum episcopum spectat omnimoda prouisio, non ad scabinos præsentatio. Facit docttina per Ioan. Mona. citata hic, alias sequeretur quòd ex delicto quis premium consequeretur, quod esse non debet.l.sine hæreditaria.ff.de negocijs gestis: vbi glo.adducit inter alia l.relegatorum. §.fin.ff.de interdict.& relega. Si autem ob non delictum iussus iste non interuenisset, secus videretur dicẽdum per ea, quæ in proposito not. Dom. Signorolus de Homedijs. consi.83.iussu Domini Papæ.

i ¶Mitius, hoc † non procedit, quantum ad nullitatem 5 actus, quia tunc durius agitur cum lege, quàm cum ministro legis, secundum Panormi.in cap.cum olim.s̃.de arbi. num.6.asserentem. Barto.ita velle in l.amplius.ff.rem ratam haberi: qui quidem Barto.allegat ibi bonum tex.in l. libertus.ff.de iure patro.vbi probatur ꝙ alienatio facta in fraudem legis est ipso iure nulla. Si vero in fraudem hominis, est reuocanda. adducit idem Panor. Innoc.in cap. Raynaldus.s̃.de testa.qui ibi tenet indistinctè, quòd alienatio facta contra legem est nulla, sed non semper corruit, quando est facta contra dispositionem hominis. Idẽ Inno.in c.fin.in fine.s̃.de accusa.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. XI.

¶Si fortè inter cætera quæ obijciuntur electo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Trib. modis prouidet̃ ecclesijs, electione, postulatione, & nõinatione.*
Si de simplicibus vellet, id Papa exprimeret.
2 *Appellatione dignitatis, omne beneficium continetur.*
Dignis beneficia conferri debent.
A digno descendit dignitas, quæ hominibus integri status conferri dẽt.
3 *Velox expeditio in omnibus beneficijs fiat.*
4 *Plures defectus opponens & vnicum probans.*
In coniunctis non est ordo.
5 *Officium iudicis semper est latissimum.*
6 *Vno obiectu repulso non dat repulsionem regulariter in altero.*
7 *Non videtur falsum, quod initi tur veritate aliqua.*
Iudex laborare debet vt lites abbreuientur.
Quæ pertinent ad publicam vtilitatem, iudex debet facere: etiã parte non petente.
8 *Multa possumus tacitè, quæ non possumus expressè.*
9 *Quilibet præsumitur Idoneus, nisi probetur contrarium.*
Qualitatum alia est intrinseca, & talis præsumitur. Alia est extrinseca, & hæc non præsumitur.
10 *Eligens tenetur inuenire conditionem debitam filiæ.*
11 *Primo cognoscendum est de illis, quæ facilius probari possunt.*
Superuacuum est de alijs inquirere, qñ vnum est liquidum, qđ sufficit.
12 *Idem est in parte obiectorum deficere, quod in toto.*
Dolus commissus in vno regulariter, in alijs nõ punitur sed dumtaxat in eo quis punitur, in quo deliquit.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quis dicitur habere dignitatem, quando præest congregationi alicuius ville, vel castri.*
2 *Facultas implorandi officium iudicis, quot durat annis.*
3 *Per pactum non potest induci quòd quis stare cogatur priuatæ scripturæ alicuius.*
4 *An in priuata scriptura vel in actu nullo possit fieri falsum.*
Vero omnia consonant, falso autem omnia dissonant.
5 *Iudex potest partes cogere ad concordiam.*
6 *Quilibet præsumitur sanæ mentis.*
7 *Qualitas adiecta ad qualificandum vnum capitulum, qualificat omnia contenta in lege & capitulo.*
8 *Cecus quomodo capitur.*
9 *Cecus retinet dignitatem, non autem acquirit.*
10 *Verbum dolus, est æquiuocum.*
11 *Dolus non nocens non punitur.*
12 *Falsitas requirit dolum.*
13 *Ex mendacio quis non punitur, quando alter non læditur.*
14 *Consideratur quod habitu & potentia nocere potest.*

SI fortè. Hæc decretalis interpretatur j̃.eo, ab eo & j̃.hoc lib.de verbo. significa.constitutionem.j.resp.

Et hæc diuiditur in duas partes, in quarũ prima ponit quis ordo seruetur in examinatione obiectorum, in secũda imponit pœnam opponentibus, si falsa appositio inuenitur. Secunda incipit ibi.

Cæterum (inter cætera) puta quòd est homicida, excommunicatus, adulter, vel alias criminosus: quæ non ita de facili possunt probari: vt euidens defectus scientiæ, vel a personæ, quæ per examinationem vel per oculorum a suspectionem de facili potest probari. vt si dicatur haberi manus tremulas, vel caput, vel aliud simile. ar. ad hoc.ff.de con trahen.emptio.l.ea quæ commendandi. (alias promouendo] puta per solennem nominationem, quæ est cum duo vel tres nominantur propriè. vt ipsi prouideãt de aliquo eorum, qui sibi magis placuerint. 85.di.archi- 1 diaconum. Et istis tribus † modis ecclesiæ prouidetur, scilicet electione, postulatione, & nominatione, vt.s̃.titu.pꝛ- b ximo, bone. primo (dignitatem b) hoc. cap. expressè loquitur in dignitatibus, non extendam illud ad simplicia beneficia: cum, si de simplicibus idem vellet, generaliter loqueretur: vel de simplicib. expressum.j̃.de deci.ad audientiam. tu dic contra.argum.j̃.de appella.cap.de appellationibus, & j̃ de præben.maioribus.

2 Et dic ꝙ appellatione dignitatis † omne beneficium c continetur, cum dignis c conferri beneficia habeant.s̃.de resc.cũ adeo.ff.de ven.in pos.mit.l.j.§.mulier: & a digno descendit dignitas, quæ hominibus integri status conferri debet.C.de dignit.l.neque.lib.12.

Et eadem est ratio in omnibus beneficijs, vt fiat expeditio velox, prout est possibile, vt j̃.notatur in euidentem defectum.) Quid si opponens non opponat euidentem defectum, vt quia opposuit defectum: sed non euidentẽ: & deficit in probatione, nunquid admittetur ad alia? Responde sic: quia hæc decretalis non repellit, nisi euidentẽ defectum opponentem & in probatione deficientẽ, cõtra quem de malitia præsumitur. Quia falsum euidenter ipsum opposuisse apparet: ergo ad alios non extendimus.

Quid si non dixit euidentem defectum, sed manifestũ? Dic idẽ.j̃.hoc lib.de verbo.signifi.constitutionẽ j.respon.

3 Sed quid si opposuit † duos euidentes defectus, vel plures vicissim: & vnum probet, & alios non, quid erit? Dicas ꝙ si deficit in primo, quo examinabatur, opponẽs repellatur a prosecutione aliorum per hãc decretalem.3.q.10. ca.j.ff.de accu.si cui.§.isdem criminibus. dic contra, vt.j̃. eo.notatur. Si vero primus q examinabat̃, inuentus fuerit verus & sufficiẽs ad repellẽdũ electũ, vt quia inuenitur illiteratus, vel carẽs aliquo mẽbro principali, repellat̃ electus tamq̃ inhabilis.s̃.eo.cũ in cunctis.38.distin.quæ ipsis.

Sed quid si simul facta fuit examinatio plurium defectuum. An habeat locum hæc decretalis? videtur ꝙ non: quia textus de vno tantum dixit. Dicas tamen contra, vt in decretali. Nic.3.coniurationum.

Sed dices hæc est abrogata.s. hoc lib. in proœ.§.fin. Sol. Non est abrogata, sed abbreuiata.d.cap. cõstitutionem.& multis propositis euidentibus, citius deuenitur ad expeditionem quàm hic veniatur.

Item sicut proponere possum plura per constitutionẽ statuimus, sic multa cum ab hac qualitate euidẽs vel manifestum, & quod est ibi dictum sine aliqua qualitate: hic obijci potest cũ dicta qualitate, & dicta decretalis statuimus, nõ dat ordinem in obiectis: sed hic fit propter tutiorem expeditionem quę putatur in euidentibus obiectis, & quæ desideratur hoc casu.

Sed quid si multis defectibus euidentibus propositis simul dicat obijciens? Volo habere electionem illorum, in quo primo electus examinetur, dicit electus ꝙ sua debet electio. Videtur ꝙ oppositoris sit electio: quia per electionem suam tendit ad expeditionem ecclesiæ, a iure appetitur. Sed videtur contra, cum electo sit exceptio acquisita ex hac constitutione: vt in vno deficiens in aliis repellat.

4 Tu dic, in coniunctis † non est ordo. ff. de pecul. lega. quidam, & licet hic sit de obiectionibus euidentibus, ordo ad alios non euidentes, non tamen inter euidentes est ordo: vt d.l. quidam. Iudex tamen, cuius officium semper est sicut latissimum. d ff. de iurisd. omnium iudic. l. j. poterit dare ordinem, & forsan magis assentiet opponenti: cuius votum plus concordat cum iudice: cuius affectus est lites dirimere ff. si cer. peta. quidam, ad quod opponens per probationem euidentis defectus intendit.

Sed dato ꝙ in vno deficiat opponens, nunquid in aliis euidentibus propositis repelletur? Dic ꝙ non, sed examinabitur: nec sũc sum in casu huius decretalis: & ideo ius antiquum seruabo. 5 † ꝙ ex vno obiectu repulso nõ dat repulsionem regulariter in altero, vt notatur in suo simili. s. eo. statuimus. ad fi.

Sed quid si plures euidentes defectus fuerunt, simul e examinari: & vnus inuenitur verus, & alius nõ, quid erit. f Respondeo, si ille qui inuenitur verus sufficiens f est, repellatur electus, vt dixi s.

Sed nunquid opponens, pro non probato punietur de calumnia? Et videtur ꝙ non ex quo vnum probauit sufficiens: quia litera dicit opponens veritate destitui. Sed in quæstione nostra opponens non destituitur veritate, cum 6 vnus defectus probetur: quia non † videtur falsum g quod g inuatur aliqua veritate. argumẽ. ff. de lega. 2. cum filius. §. hęres: ergo non est puniendus.

Credo hoc relinquendum iudicis arbitrio, vt videat vtrum opponens excusetur a calumnia aliqua probabili ratione: an calumniatus sit. in Authen. de iudi. §. oportet. j. de accu. accedens.

Et istud dico quando opposuit euidentes defectus, in quibus ratione euidentiæ videtur calumniari. Si autẽ opponeret non euidentia, sufficeret vnum sufficiẽs ꝑbari. vt dixi s. eo. vt circa. 3. q. 9. decreuimus. j. de re iud. cũ I. & A.

Sed quid si pars nõ petat, vt fiat talis discussio obiectorum. Nũquid iudex ex officio suo poterit hoc facere? Di- h cas ꝙ sic, quia laborare h † debet vt lites abbreuientᷣ. ff. si 7 cer. peta. l. quidam estimauerunt. & ea quę pertinẽt ad pu- i blicam k vtilitatem iudex debet facere etiam parte non K petente. ff. de postula. quos prohibet. ff. de procur. filiusfamil. ff. inuitus.

Sed pone ꝙ ambe partes renuncient expresse huic cõstitutioni. Nũquid iudex poterit procedere per prouisionem huius constitutionis? Et dic ꝙ sic, non obstante partium renunciatione. C. de iura. calum. l. 2. §. sed quia veremur ff. de postul. quos ꝓhibet. ff. de ꝓcu. filius. §. veterani.

Sed quid si tacitè partes intrauerut iudicium, & examinata fuerunt opiniones permixtim tam defectus corporis euidẽtium, & scientiæ, quàm aliæ. Et alij inueniunt veræ: oppositiones vero defectum vel defectus euidentium vel euidentis inueniuntur falsæ. Nunquid iste incidet in pœnam huius constitutionis? dicas ꝙ nõ, quia pœna huius constitutionis est ꝙ repellentur a prosecutione causæ quo ad obiectorum prosecutionem: sed isti iam prosecuti sunt. Nec potest habere locum illa pœna, quæ repellit a probandis, sed non tollit iam probata, nec obstat ꝙ ex- 8 presse renunciare non possunt huic constitutioni: † quia multa possumus tacitè, quæ non possumus expresse. ff. de procu. filiusfa. §. veterani. C. de iur. calum. l. 2. § sed qa veremur & debet sufficere ad repulsionẽ electi, quando aliquid inuenitur, quod eam repellat: quia vndecunque claruerit tale quid, debet repelli ar. j. de iudi. exhibita. & 24. q. 3. §. ecce. & j. de collu. c. . (scientiæ) quę etiam in laicis est intollerabilis. 38. di. si in laicis.

9 Sed cum quilibet præsumatur † idoneus, l nisi probe- l tur cõtrarium. j. de scru. c. vno. de præsump. dudum. Quare super hoc examinatur, cum præsumatur literatus, dicas m ꝙ est quædam qualitas m intrinseca: vt scilicet ꝙ aliquis sit casus, pacificus, sobrius, & similia. & talis semper præsumitur, donec contrarium probetur. Et sic intelligitur decretalis, dudum. & de scru. c. j. cum suis similibus.

Aut est extrinseca, scilicet cum qua homo non nascitᷣ, n sed abunde acquiritur, vt potè, homo cum litteratura, n q per laborem acquiritur, talis non præsumitur nisi probetur. & ideo super hoc examinatur. vt hic.

Vel dic, vbi nihil habeo facere cum homine, habeo præsumere eum dignum. Sed vbi sibi dare volo filiam meã. o i. ecclesiã in sponsam, debeo inquirere o de dignitate spõsi, saltem quo ad illa, quæ iure exprimuntur s. eo. cum in cunctis, & j. eo. licet canon.

10 Et quia † eligens tenetur inuenire conditionem debitam filiæ. arg. ff. de ritu nup. l. qui liberos, hoc non faciens p punitur (vel alium) vt quia dicitᷣ electo ꝙ est cecus p vel caret aliquo membro principali (defecto) scientiæ vel ꝑsonæ (Aute omnia.)

Nota hic ꝙ cum plura obijciũtur electo, quorũ quod- 11 libet per se sufficit, primò † cognõscẽdum est de illis, quæ facilius probari possunt (cuius.) i. examinis (Aut dabit initium) Sed videtur ꝙ hoc membrum huius disiunctę non potest habere locum: quia electus aut inuenitur insufficiens, & tunc penitus repellitur, nec alijs dabitur initium: quia ex quo examinatione facta apparet eum habẽre euidentem defectum, superuacuũ esset amodo de aliis obiectibus quærere. Aut sufficiens, & tunc repelletur opponens, vt sequitur. & sic nunquàm poterit habere locũ aliorum obiectorum discussio, quocunque casu contingente. Dicas ꝙ si electus inuenitur insufficiens, verum est quod obijcis. Sed si inueniatur sufficiens. in hoc, ꝙ non habeat euidentem defectum, adhuc habebit locũ discussio aliorum obiectorum, quia licet opponens iste repellatur, tamẽ superior ex officio suo inquirat de aliis obiectis, ne per surreptionem ascendat ad apicem dignitatis. s. eo. cum nobis olim. & e. cũ dilectus. § nos vero, vel alius, cuius interest admittetur, licet iste repellatur, qua non repelluntur, nisi opponentes. vel dicas ꝙ dato ꝙ non probetur defectus oppositus, tamen opponens admittetur ad alia examinanda, si probabilis & sufficiens causa eum a calũnia excusauerit. s. eo statuimus. ad finẽ: vt quia tales erant verisimilitudines de illo defectu ꝙ possit credi euidens: licet non erat: & ita non fuit calumniator.

Tu dic quod optimè loquitur tex. & deductio facta nõ est efficax. Nam dato ꝙ electus secundum obiectum propositum inueniatur insufficiens, nõ est opus plus laborare: Si vero inuenitur sufficiens, non dico omnino simpliciter ad dignitatem, ad quã electus est. Sed quo ad hoc vt obiectus euidens propositus destituatur veritate: vt quia bene loquitur literaliter, adhuc tamen secundum dignitatem ad quam assumptus est, dabitur via, nedum in sciẽtia, sed in aliis obiectibus examinandis: saltem ex officio. s eo. nihil est. Et est alia via examinandi, quia dicitur habere defectum scientiæ euidentem, & qui assumitᷣ ad episcopatum, in quo etiam sunt gradus, secundum ꝙ loca sunt maiora, ad quę fiunt electiones. (Cæterum si ꝑmissi opponentes) nota ꝙ dicit opponentes excludendos, nõ alios, quorum interesset; aliter posset fieri fraus. j. de symo. q sicut tuis. ad finem (perinde. q) Quia subiacebunt pœnæ illius cõstitutionis. s. eo. statuimus. Et nota ꝙ est idem 12 † in parte obiectorum deficere quod in toto: quod est verum, quando nihil est probatum: vt hic. vel quod est probatum, insufficiens est, vel quando se expresse ad omnia 13 obligauit, vt dixi. s. eo. vt circa. Tu dic ꝙ dolus † commissus in vno, regulariter non committitur in aliis, sed duntaxat in eo quis punitur, in quo deliquit. ff. de his quibus vt indig. l. rescriptum. j. eod. prouida. in fin. j. hoc libro de tempo.

tempo.ordi.eos.Sed hic ex quo opponens deficit in eo, ꝙ dicitur euidens,ſecundum eum eſt præſumptio, ꝙ in aliis deficiat.arg.ff.de ſenator.l.Caſſius. Vnde hæc omnia obiecta veritate deſtituuntur verè, vt in defectu examinato nō probato verè vel præſumptione,vt in aliis.arg.ff.ad Sila.l.propter veneni.§.neptis.

ADDITIONES PROBI.

a O CVLORVM. Vide quæ dixi in c. diſpen-
1 dia de reſcript.

b Dignitatem,quam quis † dicitur habere, qñ præeſt cōgregationi alicuius villę, vel caſtri. Ioan.Andr.in c.cum olim.ſ̃.de pręben.Maria. Soci. conſi.165.col.2.viſis.

c Dignis.Adde Ioā.Mona in c.Auaritiæ.nu.3.ſ̃.iſto titu.

2 Latiſſimum, ratione † cuius poteſt dici ꝙ de iure cō-
d muni facultas implorandi illud durat. 30.an.l.ſicut.cum glo.in verbo,proſecutione.C.de præſcrip.30.an.quam ibi ad hoc no.Ang.firmat Alex.conſi.225.num.4.ponderatis his.vol.6.vbi hoc limitat niſi conſuetudo loci vel fori minus tempus ſtatuerit.Car.& Ioan.de Imo.in Cle.vt calumnijs.de re iudi.allegant.c.cum veniſſent.ſ̃.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſeruandæ.

e Simul. quæ dicantur fieri inſimul Anto.Corſetus teſtatur in ſingu.in verbo,inſimul fieri.

f Sufficiens eſt,tex.eſt in l.cum tabulę.ff.de bono.poſ.ſecundum tabu.ꝙ ad aliquem actum comprobandum ſufficiunt ea,quæ neceſſaria ſunt,licet ea quæ neceſſaria non erant eſſent adhibita.

g Falſum.ad quod obuiandum iura multum laborant,vt patet intuēti.Pro quo habeo quod notat Inno.in c.cū p. tabellio.ſ̃. de fide inſtru.vbi voluit referente Alex.in cōſi.
3 113.nu.6.viſo & diligenter.vol.4.ꝙ † per pactum induci non poteſt,ꝙ quis ſtare cogatur priuatæ ſcripturæ alicuius.no.Ang.in l.pactum.inter hæredem.ff.de pac. & hoc, ne detur materia falſum fabricandi:pro quo vide Iaſo.in conſi.148.viſo proceſſu.vol.4.Iſtud dictum.Innoc. poteſt procedere per hanc rationem in ſcriptura fienda,non autem in facta:quia in hac ceſſat ratio,& hāc quis poteſt approbare,vt fidem faciat contra eum, cum ipſemet poſſit facere ſibi præiudicium.l.cum precium.C.de liber.cauſa.

Item ꝙ ſtetur dicto vnius priuati viri.l.Theopompus. ff.de dote præleg.ergo & voci mortuæ inſcripturæ priuatæ alicuius.Poteris etiam dicere ꝙ dictum Inno. eſt durū per eius rationem,qua dicit inferiores cōtra leges diſponere.l.formam.C.de offi.præfec.prætor.c.quod ſuper his. ſ̃.de maior.& obediē. Quia illud verum eſt in præiudiciū alterius,ſed in præiudicium ipſius diſponētis poteſt regulariter quis diſponere contra leges quo ad faciendum ſibi præiudicium.l.pen.C.de pac.& d.l.pactū inter hæredē.

Et quo ad præmiſſa de ſcriptura. vide Ant.de But.in c. 2.col.6.verſ.ad tertium genus.ſ̃ de fide inſtru.vbi videtur tenere indiſtinctè in ſcriptura tam facta quàm facienda. Et ſi repetiatur falſum vel dolus videtur a pacto excluſus, & eo non obſtante agitur de dolo vel de falſo.Et ſic in tali pacto tacitè ineſt; dummodo non interuenerit falſum, vel dolus.

4 Vlterius. an falſum fieri poſſit † in priuata ſcriptura, & in actu nullo,citat Maria.Soc.conſi.62.vbi latè,cui adde dictum Philo.primo Ethico.Vero omnia conſonant, falſo autem diſſonant. citat etiam idem Maria. Socy.conſi. 98.in fine.viſis inſtrumentis, & Alex.latius conſi.145.viſis narratis.vol.6.Vide quæ dico in ſequē. in verbo. dolus.

h Laborare. rota dicit in antiq. Deci.820.ꝙ quilibet iudex debet habere firmiter animum ad iuſtitiam faciendā; nec preces magnatum debēt mutare animum ſuum. Nā ſi contrarium faciat,non obſtantibus eorum precibus illi ei magis famam dabunt, & hoc communiter ſeruabunt in mundo.

i ¶Abbreuiantur. hinc eſt ꝙ iudex poteſt cogere † par-
5 tes ad concordiam.glo.in c.venerabilem in verbo, fauere.ſ̃ hoc titu.tex.& ibi glo.in c.ſuſpitionis.ſ̃.de offi.deleg. Bald. in procemio decre.num.28.

K Publicam. ſecus ad priuatam.Bart.& Doct.in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infec.

6 ¶Idoneus. idem dic † ꝙ quis ſanæ mentis.comprobat Deci.conſi.448.num.9.vis tota.

n Qualitas. † quæ adiecta ad qualificandum vnum capi-
7 tulum,qualificat omnia contenta in lege & c.lege Seyę. §.Gayo.& quod ibi not.Barto.ff.de fundo inſtruc. Idem. Barto.in l.prætor.§ eritq; differentia.ff.vi bo.rap. & debet æqualiter determinare.l.iam hoc iure.ff.de vulga. & pupilla. ſubſtit.

n Sine literatura Adde gloſ.in pragma.in cap.licet.§.facta in verbo,examinentur.titu.de elec.

o Inquirere. vide not.in cap.innotuit.ſ̃.eod.latè per do. meum de Ripa.lib.2.reſpon.112.

8 Eſt cecus.dic ꝙ cecus † aliquando capitur pro ignorāte:inde cecitas.i.ignorantia,quæ hominem repellit a promotione.cap.illiteratos.36.di.Archi.in c.hinc.49.di.& ſic facilius errat.l.alioquin.ff.de contrahen.emp.Luc.de Pē. in l.j.qui mor.ſe excu.lib.10.C.verum de omnino illiteratis,ſecundum Inno.in c.cum noſtris.ſ̃.de conce.præbē. & poſt eum Præpo.in d.c.illiteratos col.fin.Hic tamen di-
9 cas capi pro cecitate naturali. Et † is retinet dignitatem, non autem acquirit.l.cecus & ibi glo. & Bart.ff.de iudic. & Luc.de Pen.vbi.ſ̃.col.fi.ratio ꝙ retineat. Quia afflictio non eſt danda afflicto.de cler. ægro.c.pen.cum ſimilib. ibi adduct.per gl.Et ꝙ non acquirat.Quia cecus ceco ducatum præbere non debet.j.q.j.quod quidem.in verbo, ceco,iuxta illud vulgare.In foueam ductor primus cadet, inde ſecutor.

q Perinde. ꝙ importet fictionem, latè expediui hāc materiam.ſ̃.in cap.cum in tua de conſuetu.

10 Dolus. Attende addendo, quia † hoc vocabulum eſt æquiuocum.l.j.in prin.ff.de do. Nam cum ſecundum cōmunem vſum verborum facta mentione de dolo,intelligatur de malo,non de bono, nō eſt opus vlteriori explicatione & adiectione illius qualitatis malitiæ, quinimo
11 ſufficienter dicitur expreſſum,quod licet dolus de ſui natura ſit malus,tamen ſi non † nocet,ſecundum leges non punitur.Pro quo videtur facere.l.quod venditor.ff.de dolo.& l.fundum.§.fin.ff.de euictio.& l.de æta. poſt principium.de inter.actio.ff.quod facit ad quæſtionem.

An teſtis falſum deponens,cuius tamen depoſitio non eſt alicui nocitura,debeat pœna falſi puniri.Et breuiter,vt veritatem tangam,dic quod non,per notata per text.not. cum glo.& ibi Cy.Barto.Bald.& Saly.in l.damnum.ff.ad leg.Cor.de fal.per quem Barto.& doctores dicunt, quod teſtis non poteſt de falſitate puniri, niſi falſitas ſit alicui nocitura.

Pro hoc vide quæ in puncto citat Pet.de Ancha. conſi. 24.col.2.viſa inquiſitione formata contra Philip.& poſt cum latius Maria.Socy. conſi. 103.in facto præſupponit.

Hunc punctum latiſſimè tangit verus & bonę conſciētiæ doctor.Ioan.de Ana.in c.j.c.antepen.cum ſequen.ſ̃.de crimine falſi.& pro hac cōcluſione adducit aliquas rationes,maximè ex quo ceſſat ciuilis actio.i.non nocet alicui hoc falſum teſtimonium, & per conſequens ceſſare de-
12 bet criminalis.l.qui nomine.ff.de fal.Item † falſitas requirit dolum.l.nec exui.C.de cri.fal. dolus eſt callida machinatio,& fallacia ad circumueniendum,ad fallendum, ad decipiendum.l.j.§.dolum.ff.de dolo. Sed hic iſta ceſſant, quia nemini fit præiudicium.Iſti ergo ſententiæ communi venit adhærendum,ratione tamen mali exempli poterit puniri extraordinariè.l.ſi quis aliquid. §. qui abortionis.ff.de pœnis ſecundum Pet.& Ioan. vbi.ſ̃.puta, pecuniariter.ar.l.hodie.ff.de pœ.ſecundum eundem Socy.cōſil.104.in fine,poſt reditum. vbi pro hoc intento adducit ea,quæ not.Saly.poſt gloſ.& text.ibi,in l.fundum.§.fin.ff.
13 de euictio.quòd ex mendacio † quis nō punitur, quando alter leditur.Item licet alias ex mēdacio quis deberet puniri,non punitur quando alter non leditur.l.2.§.aduerſus. ff.ne quid in loco publi.

Et attende vt omnino nō noceat quaſi aliquali mō: ſecus ſm eundem Io.de Ana.vbi.ſ̃.vt quia id faceret aliqđ indiciū,vel ſemiplenā probationē,aut adminiculū ad eā, qđ fatetur idē Maria.d.conſi.104.vbi col.j.fortius dicit,qa nō nonſideratur ſolū ꝙ actualiter noceat,ſed etiā ꝙ habi-
14 tu † & potentia poſſit nocere. Pro hoc adduxit doctrinā. Bal.in l.ſi falſos.C.de fal.Pro p̄miſſis vide quæ latè ſcribit Alex.conſi.145.uiſis narratis.vol.6. vbi diſputat. an falſificans ſcripturam priuatā,quæ non probat,debeat puniri pœna falſi:vbi decidit ꝙ nō,ſi nō ſit hęc falſitas alteri nocina.firmat do.Bertrandi.cōſi.175.nu.7.ex titulis parte.3.

¶ Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. XII.

¶ Sciant cuncti qui clericos vel quaslibet. &c.

SVMMARIVM.

1 *De iure communi in ecclesia collegiata, vel alio loco collegiato ad collegium spectat electio.*
2 *Sicut non debeo offendere clericos, sic nec eorum consanguineos.*
3 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*
In maleficijs mandator tenetur, acsi per se faceret in his, quæ per aliũ explicari possunt.
4 *Mandator in se, & in alio peccat: mandatarius vero in seipsum.*
5 *Offensa clericorum plus punitur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Templarij quando interfecti fuerunt.*
2 *Ad prelatum & capitulum ecclesię collegiatę spectat præbendarum collatio.*
3 *Paria sunt committere aliquid contra aliquem: vel cõtra illos de sanguine suo.*
Pars est metus in se & in suis.
4 *Si fit iniuria vni de domo, intelligitur facta toti casatę.*
Cõstitutio facta per Principes cõtra consanguineos clericorũ est nulla.
5 *Non est curandum cum quo quis loquatur, sed in quam voluntatem intentio dirigatur.*
6 *Finis est conseruatio, cum naturalis appetitus sit omnium rerum ad sui conseruationem.*
Omne ens semper appetit manere.
7 *Duæ ciuitates promittentes se inuicem non offendere sub pœna, & vnus particularis offendit alium particularem.*
8 *Clerici sunt Dij: & Angeli vocantur.*

SCIANT. sic construe. Sciant cũcti ipso facto excommunicationis sententia innodatos, qui præsumpserint grauare clericos &c. vel quaslibet alias personas, vt sunt tẽplarij, a vel hospitalarij, q licet nõ sint clerici, tñ sũt ecclesiasticæ, psonæ. 17. q. 4. quisquis & omnes similes personæ (spectat electio) de iure † communi in ecclesia collegiata vel alio loco collegiato ad collegium spectat electio. ĩ. de iure patro. nobis. 16. q. vlti. congregatio. si autem nõ est ibi collegiũ, tunc ad patronum pertinet ĩ. de iure patro. postulasti. Et hoc est de iure communi, nisi aliud inducatur de consuetudine. b ĩ. de cau. pos. & proprie. cum ecclesia.

Si autem non esset ibi collegiũ, vel patronus, tunc hoc deberet fieri per diœcesanum, ad quem talia de iure cõmuni pertinent, 10. q. j. regenda. 16. q. 7. omnes basilice. Et hoc haberet locum quo ad electionem prælati.

Quid autem debeat fieri de aliis beneficiis c inferiorib. no. s. eo. cũ ecclesia d vulterana (alias inducti.) Quia forsan non rogabantur expresse sed per promissiones vel p viam aliam inducebantur (vel consanguineos.)

Nota hic ꝙ sicut nõ debeo † offendere clericos, ita nec eorum consanguineos. e ad hoc facit. ĩ. de immunitate eccle. quando. & est contra multos, qui cum non possunt offendere clericos, offendunt f eorũ consanguineos (loca cætera) vt hospitalia quocunque nomine censeantur. C. de epis. & cleri. orphanotrophos (per alios.)

Et sic nota ꝙ qui † per alium facit per seipsum facere videtur. ff. de admi. tuto. ita autem. §. gessisse.

Et sic in maleficiis mandator tenetur, ac si per se fecerat. ff. de vi & vi arma. l. j. §. deieciffe: & §. quotiens. Et hoc est verum in illis maleficiis, quæ per alium possunt explicari. Secus ergo erit dicendum in adulterio, & similibus, quę per alium explicari non possunt. C. de caduc. tollen. l. vna. §. ne autem.

Sed nunquid in hoc casu mandatarius est excommunicatus? videtur ꝙ sic, multo fortius, quàm mandator. qa iste per se facit. mandator per alium. ar. ad hoc. ff. de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse & §. quotiens. & ĩ. de sentẽ. excommunicatio. mulieres. & c. vniuersitatis.

Dic contra. quia sententiam huius canonis loquentis in mandatore, non prorogabo ad mandatarium, nisi expresse inueniam.

Et ratio est bona. quia mandator † in se & in alio peccat, & ideo plus punitur. g mandatarius vero in seipsum. ar. ff. de his qui no. infamia. athletas. §. Pompo. & l. Imperator. Et argumenta in contrarium hoc habent expresse in mãdatario. non sic hic.

Sed nunquid pœna huius constitutionis haberet locũ in patrono præsente. Et videtur ꝙ non: quia de electione tantum loquitur, non de presentatione, ergo cum sit pœnalis, non est extendenda. ff. de libe. & posthu. l. cum quidam & ĩ. eod. statutũ. Dicas ꝙ si patronus est clericus, vel persona ecclesiastica, ꝙ habebit locum. ar. s. eod. cum terra. & c. quærelam. Nec est hoc odiosum, imo fauorabile fauore ecclesiarum, quibus propter hoc citius prouidebit.

Et quia de clericis indistinctę decretalis indefinitę dicit clericis, vel quolibet &c. ergo indefinitè est intelligẽda. 19. di. si Romanorum. Si autem patronus est laicus, nõ credo ꝙ locum haberet pœna huius decretalis, cum Papa dicat clericos, quorum † offensa plus punitur, h quia cui plura committuntur &c. C. de epis. & cleric. presbyteri. & 40. distinct. homo Christianus. Et ideo dictum in illis non extenditur ad laicos.

ADDITIONES PROBI.

a TEMPLARII. qui tempore Clemẽtis. 5. Ponti. maximi. qui prius Christi milites erant a nostra religione in vanam superstitionem defecerunt: ea propter qui ex eis comprehendi poterãt, interfecti † fuerunt, ipsorumq; bona partim Hierosolimitanis militibus, qui paulo ante insulam Rhodiam occupauerant, partim nouis religionibus a Clemente attributa fuere (vt Platina author est.) Et de his dixit Inno. in c. in nostra. in princ. s. Quod minus religiosi præsumuntur quàm monachi.

Barto. in l. aut facta. §. nonnunquàm. nume. 7. ff. de pœ. non astipulatur Platinę, dum dicit quòd Papa Bonifacius propter delicta quorumdam templariorum totum collegium eorum fuit destructum, quia erant hæretici. Idem de Bonifacio refert Petr. de Anch. in c. Romana. col. pen. de senten. excommunica. hoc lib. De eorum interitu. vide Anto. in 3. parte histor. titu. 21. arti. j. §. 3.

b Consuetudine vel priuilegio. gl. fin. in c. ea noscitur. s. de his, quæ fiunt a præla. ea enim æquiparantur. glos. no in titu. de causis. in §. statuti: in verbo, priuilegio. in pragma.

c Beneficiis inferioribus. do. de rota in antiquis decisi. in titu. de preben. deci. 8. dicunt ꝙ † ad prelatum & capitulum ecclesiæ collegiatæ pertinet de iure collatio præbendarum in dicta ecclesia, quod probant tamen sic contrarium. Quia in collegiatis ecclesijs electio prælati pertinet ad collegium. no. in c. j. de elec. ergo singulorum canonicorum seu canonicatuum: & præbendarum ad prælatũ. Pro hoc adducunt no. Hostien. in ipso. c. cum ecclesia. decidunt tamen contra, tenendo primum dictum, per. c. ex transmissa: in fine de renuncia. & in c. ex insania. s. de symo. Quæstionem thematis mouet Collec. in c. cum ecclesia in fine. s. de elect. vbi dicit quòd præsentatio spectat ad capitulum, institutio vero ad episcopum.

d Cum ecclesia. vbi dicitur quòd spectat de iure communi ad episcopum & capitulum. & ista est communis secundũ Collec. & alios. ibi dico in rub. de iure patro. Archi. & alij in c. a collatione. de appellationi. hoc lib.

Consanguineos, aliquid in puncto hoc dicam in rubri. de renun. circa finem vltra quę addo Bald. in l. j. col. C. de indic. viduita. tol. ꝙ paria sunt † committere aliquid contra aliquem, vel contra illos de sanguine suo: quia quis nunquàm odio habuit carnem suam. c. non exstimemus. 13. q. 2. Et par metus est in se & in suis. l. isti quidem. ff. quod met. causa. facit text. in l. hæres meus. §. si. ff. de cõdi. & demon. & l. fi. ibi vel parentes eius. C. de spon. vbi Cy. & Ang. c. Petrus. s. de homi. gl. in Cle. 2. in verbo, quolibet. de senten. excommuni. vide pro ampla remissione. Fely. in c. ecclesia. num. 99. versic. 13. quæro. de consti. Et Malere. in trac. de elec. car. mihi. 10. & 11.

Pro præmissis facit quod not. Bald. in l. vna. col. 2. C. de rap. virgi. Quod † si fit iniuria vni de domo, intelligitũr facta toti casatæ. refert Fely. in cap. literas. colum. 3. s. de præsump.

sump. vbi per eum latè videre poteris. & col. fin. Ange. in l. j. ff. de in ius vocan. in proposito dicit quòd si Princeps condat legem cõtra consanguineos clericorum, est nulla tamquàm contra dignitatem seu libertatem ecclesiarum facta. vide Ioan. Mona. in cap. quicunque ꝭ. de senten. excommunica. dico in regula delictum: vide etiam Francisc. de Curte. consi. 27. num. 6. magnificus vir dominus: dum dicit Sicut omnia statuta laicorum sunt nullius valoris, si contra clericos & libertatem ecclesiæ fiant, ita si pœnam adijciant consanguineis clericorum: quia verisimile est ꝙ clerici nollent suos consanguineos laqueari pœna statutorum. qđ placet Calca. consil. 3. nu. 19. vbi. nu. 20. allegat vulgare chi nõ po batere el cauallo bati la sella: vnde offenso vno alius videtur offensus.

Et pro themate habes id quod in iure nostro dici solet: 5 ꝙ non † est curandum, cum quis loquatur: sed in quam voluntatem intentio dirigatur. l. cũ pater. §. dona. de leg. 2. multotiens enim contingit ꝙ in dispositione vnus exprimitur, ad alium vero effectus dirigitur per obliquum. & hoc debet considerari non solum persona expressa. l. j. §. nunc de effectu. & l. si quis reum. §. j. ff. de libe. cap. quanto. ꝭ. de priuileg.

f ¶Offendunt. poteris ponere exemplum in istis nobilibus & domicellis, qui sæpe exigunt & extorquent vsque ad sanguinem, & pellem subditorum excoriant, & vix eis dimittunt precarium spiritum. Bald. in l. ex hoc iure ad finem. ff. de iusti. & iur. Barba. in proœ. Clemen. §. quoniam nulla. colũ. 4. refert Neuiza. in suo consi. Patres comederunt. in 2. ratione. colum. 8. vbi plura subdit contra tales nobiles & domicellas trium lectionum.

Et pro themate Ioã Mona hic habeo quæ citat Maria. Socy. consi. 58. colum. 3. consiliis nostris. in versic. præterea: ibi, quia cum voluerit non posse molestari: noluit etiã posse molestari filios suos: quos plus dilexisse præsumitur quàm seipsos. l. isti quidem. ff. quod met. causa. C. de cursur. l. si igitur si filij molestentur, diceretur pater molestari, & per consequens per indirectum patri priuilegiũ auferri, quod fieri non debet l. 2. §. sed si agant. ff. de iudi.

Et ꝙ pater diligere præsumatur filium, facit ratio Philoso. j. Ethic. dum dicit ꝙ finis est † conseruatio, cum 6 naturalis appetitus sit omnium rerum ad sui conseruationem. Ad idem in j. de Physico auditu, dum dicit. Omne enim ens appetit semper manere, vnde finis cuiuslibet principis ac reipublicæ est, vt benè gens beatq; viuat, quorum causam gerunt, fruanturq; libertate tranquilla pace atq; naturali amicabilitate, vt primo polytic. scribit Aristo. tradit hæc Maria. Soc. cõsi. 67. col. 10. visis inuestituris.

Adde ad propositũ thematis quæ dici possunt de multis promittentibus se inuicem non offendere. Pone exẽplum in duabus ciuitatib. Si vnus alterius ciuitatis offendat aliquem ex alia ciuitate. An solus offensus poterit cõuenire offendentem, aut totam ciuitatẽ, & non alij. Istud vide latè discussum per Alex. consi. 116. viso instrumento 7 vol. 4 vbi dicit concludi ꝙ si plures † fecerunt pacem cũ pluribus, & promiserunt se non offendere sub pœna mille: postea contingit vnũ esse offensum, omnes ex illa parte offensa nõ possunt agere in solidũ: nec etiam insolidũ possunt conueniri illi, qui sunt de parte offendente, per l. si id quod. ff. de duobus reis. & per l. opere. ff. de oper. libe. Et sic quilibet aget, & conuenietur respectiuè pro sua virili portione: vt ibi concludit ipse Alex. in fine, quem vide pro intento in consi. 113. viso instrumento. vol. 2. & Neapol. Deci. 289. num. 30. Serentissimus.

g Plus punitur. Vide quæ dico. in c. fin. de homi.

h Plus punitur. vltra Io. Mo. hic vide eundem, & quæ ibi latè dico. in ca. j. de regu. iur. & in c. fœlicis. ꝭ. de pœ. Sunt 8 enim † Pij, & Angeli vocantur: dicit tex. in c. sacerdotib. 6. quæst. j. Vide etiam quæ dicemus in proposito. in c. vnico. in fin. ꝭ. de vita & hone. cler.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunen. Cap. XIII.

¶Generali constitutione sancimus, vniuersis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Licet fœmininum non concipiat masculinum: masculinum tamen concipit femininum.*
2 *Ita peccant feminæ sicut masculi, licet minus puniatur.*
3 *Pęna excommunicationis quis non debet terreri, nisi pro culpa sua licet secus sit in interdicto.*
Vniuersum quomodo capiatur.
4 *Regalia quæ dicitur.*
5 *Pia loca quæ dicantur.*
Quid dicatur vetus & nouum.
6 *Minus tempus quàm. 40. annorum non potest præiudicare ecclesijs.*
7 *Antiqua consuetudo quæ dicatur.*
Tempus de cuius initio non habetur memoria, loco constituti habetur.
8 *Clerici & monachi in curijs principum existentes inflammant potẽtes, Principes contra ecclesias & prælatos.*
Quilibet de ecclesia debet se opponere, cum videt ius commune ecclesiæ suæ deperire.
Qui non laborat non manducet.
Transgressor canonis quis dicitur.
Pęna transgressoris canonis quæ dicitur.
9 *Patroni nihil debent vsurpare præter honores, & antiquos & moderatos redditus,*
Fructus debent seruari futuro successori & conuerti in ecclesiæ vtilitatem.
10 *Argumentum a contrario sensu procedit, quando parit absurditatem, & quando ius in contrarium inuenitur.*
11 *Matrimonium spirituale, sicut carnale initiatur, firmatur & consummatur.*
12 *Nemo inuitus crescere tenetur. Et nemo inuitus contrahit, nec inuitus contractum iam factum dissoluit.*
13 *Dos non potest esse sine matrimonio.*
14 *Quando res acquiritur donatario, hoc non est irreuocabiliter.*
15 *Quod non inuenitur specialiter inscriptum per priuilegium, vel præscriptionem debitam, flet.*
Tota ecclesia est vnum corpus mysticum.
16 *Pastor habet sanare quod est ægrum.*
Quod est factum in fauorem, in læsionem non procedat.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando constet de mente legis generalis.*
2 *Lex quantumcunque pœnalis quomodo interpretari debeat.*
3 *Generalis dispositio tantum operatur quo ad genus, quantum specialis quo ad speciem.*
4 *In generali prolatione non videtur quis voluisse comprehendere ea, quorum prolatio ipsi proferenti esset pœnalis, vel prohibita.*
5 *Generalis dispositio non comprehendit superlatiua, vel maxima.*
6 *In generali derogatione priuilegiorum, Princeps non videtur derogare his quibus verisimiliter in specie non esset derogaturus.*
7 *Generalis vel obscura exceptio non releuat.*
8 *Expressio specialitatis restringit generalitatẽ præcedentem, quæ alias marte suo curreret.*
9 *In generali permutatione non veniunt ea, quæ sunt prohibita alienari.*
10 *In generali commissione non venit quod fiat gratia, vel donum iuris quæsiti, nisi specialiter exprimatur.*
11 *Masculinum non concipit femininum, quando de feminino fit expressio.*
Generalis clausula non porrigitur ad specialiter expressa.
12 *Dictio, alia includit similia expressis.*
13 *Relictum ad pias causas quid dicatur.*
14 *Relictum ad pias causas secundum quæ iura debeat determinari.*
15 *Ex cursu temporis, de cuius initio non extat hominum memoria, præsumitur priuilegium.*
16 *Tempus de cuius initio non extat memoria, sufficit ad probandũ vnionem etiam sine alio titulo.*
17 *Antiqua consuetudo, & antiquum tempus quæ dicuntur.*
18 *Valet argumentum ab absurdo vitando.*
19 *In omni dispositione debet vitari absurditas.*
20 *Quotiens ex verbis legis simpliciter intellectis resultat iniquitas, tunc a verbis recedimus, & seruamus mentem.*
21 *Interpretatio sumitur, vt euitetur absurdum, & intellectus cõtra ius.*
22 *Quandoque toleratur absurdum: vt magis absurdum effugiamus.*
De duobus malis minus est eligendum.
23 *Verba generalia restringuntur, vt euitetur absurdum.*
24 *Potius toleratur superfluitas, quàm quod damnum alicui inferatur.*
Si feminæ æquiparentur, vel adequentur masculis, debẽt consequi priuilegia quæ habent masculi.
25 *Nunquàm est præsumenda donatio, si aliter fieri potest.*
26 *Argumentum a contrario sensu dicitur sumi ex coniectura.*
Id qđ sumitẽ ex coniectura: dicitur sumi impropriè, indirectè & fictè.

27 *Argumētū a contrario sensu videtur sicut textus legis & cōtractus.*
Probatum per argumentum sumptum a contrario sensu legis videtur probari per casum illius legis.
Casus omissus qui venit a contrario, est decisus per alias leges.
28 *Dictio tamquam, denotat improprietates.*
29 *Argumentum a contrario non debet sumi ex verbis narratiuis.*
30 *Non sumitur iuris decisio ex verbis narratiuis facti, licet in lege sint descripta.*
Allegationes partium non faciunt ius.
31 *Ex his, quæ ponuntur ex forma quæstionis, vel dubij non est licitum arguere: quando lex postea decidit contrarium.*
32 *Non sumitur argumentum a contrario ex dicto glosatoris.*
Illud quod colligitur a contrario, non dicitur expressum, sed subauditum.
Argumentum a contrario est intellectus subauditus.
33 *Argumentum a contrario habet locum in statutis.*
34 *Argumentum dicitur vt hic.*
35 *Argumentum a contrario habet locum in contractibus.*
36 *Argumentum a contrario non sumitur ad iurium correctionem.*
37 *Argumentum a contrario non habet locum in priuilegijs. secus tamē in rescriptis Papæ.*
38 *Argumentum a contrario non sumitur ex verbis negatiuis.*
39 *Quis inuitus efficitur prælatus alterius ecclesiæ.*
40 *Consecrari non potest inuitus.*
Episcopus consecratus monacho æquiparatur.
41 *Omnia beneficia mundi sunt obedientia & manualia respectu Papalis potestatis.*
42 *Quando monachus translatus possit redire ad primum monasterium sine licentia.*
Ratio regulat dispositionem.
43 *Nemo inuitus cogitur benefacere.*
Quando expendens expensas pro inuito illas ab eo repetit.
44 *Inuitus non potest legitimari, nec inuicti rediguntur in patriam potestatem.*
Nullus inuitus cogitur agnoscere hæreditatem alterius, etiam si esset hæreditas patris legitimi & naturalis.
45 *Dos dicitur quid vniuersale, sicut peculium & hæreditas.*
Acquisitum ex re data in dotem censetur ipsa dos.
46 *Dos est annexa matrimonio.*
47 *Dispositio præiudicans in matrimonio, etiam præiudicat in dote.*
48 *Dos non potest esse minor quàm legitima.*
Legitima non debetur in vita patris.
49 *Canonica non potest esse sine præbenda.*
50 *Dos dicitur vt hic.*
Matrimonium potest esse sine dote.
51 *Priuilegia dotis sequuntur personam hæredum.*
52 *Constitutio priuilegiatiua non operatur effectum, antequàm priuilegiato innotescat.*
53 *Episcopus cum eius capitulo contra ius commune non potest disponere.*
54 *Inducta ad vnum non debent operari contrarium effectum.*
Inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.
55 *Beneficio iuuari, non decipi conuenit.*
56 *Beneficium dicitur suum, qui in eo habet canonicum titulum.*
57 *Non potest exerceri liberalitas nolenti acquiri.*
58 *Quod fit ob causam, causa non secuta, caret effectu.*
Causa est proxima conditioni.
59 *Beneficium non dicitur illius, cui confertur, nisi acceptet.*

a GENERALI. [a] Hæc decretalis habet tria dicta. In primo omnes regalia, seu consimilia in ecclesijs, monasterijs, & aliis piis locis de nouo constituentes clericos, monachos, & cæteras personas dictorum locorum hoc fieri procurantes vinculo excommunicationis hæc constitutio astringit. Secundò. §. illos clericos hoc permittentes, inhibet aliquid percipere de suis beneficiis. Tertiò §. qui autem, habentes regalia vel consimilia a fundatione seu antiqua consuetudine qualiter se habere debeant, in præmissis instruit.

¶Sed quid si mulier fecit contra istum canonem, nunquid incidit in pœnam? Et uidetur quod non. ff. de ven. in pos. mitten. l. j. §. quæritur.

1 ¶E contra videtur ꝙ sic: quia licet fœmininum † non concipiat masculinum, vt ff. de leg. 2. si ita scriptum. masculinum tamen concipit fœmininum. Nam appellatione si quis etiam, sique continetur ff. de verbo. signifi. l. j. & de pac. l. tres fratres. ff. & de constitu. pecu. l. j. communiter

b dicitur quòd in fauorabilibus masculinum concipit [b] fœmininum In odiosis non. & sic loquuntur contraria.

c ¶Quidam dicunt [c] quòd si masculinum proferatur ab homine, & est odiosum. fœmina nō continetur, & sic intelligitur præcedens. §. quæritur.

¶Si autem a lege: siue sit odiosum siue nō, fœmina cōtinetur: ff. de iuri. s. di. omni. iudi. l. si quis. in 2. respon.

¶Dicas igitur secundum canones quòd verbū masculinum prolatum a canone crimina puniente: fœminas comprehendit.

2 ¶Quia † ita peccāt fœminæ sicut masculi, licet minus puniantur. 17. q. 4. si quis suadente. ī. de senten. excommunica. mulieres. ff. de test. tu. l. si quis ita. in princi. ff. de lega. 3. qui duos multos. & C. seruis legatis j. respon. ff. de iure fisci. l. ait diuus, quod est verum quādo masculinum vtrique sexui congruit: alias secus. de procu. l. j. §. vsus. ff. de tuto. l. fin. ff. de regu. iur. l. 2. C. de arbit. l. fin. & econtra. Idem quando solum sexui fœminino congruit. ff. de vsur. eqs. ff. de vsuca. l. si aliena. §. Sceuola. Cum ergo dicit hic vniuersos, supple & vniuersas: & dic vniuersos & singulos, i. clericos & laicos: siue tamquàm singulares hoc faciat, siue qualitercunque, ita tamen quòd si nomine vniuersitatis facit facientes & consentientes tantum sunt excommu-

3 nicati: innocentes autem non: quia pœna † excommunicationis non debet terreri aliquis, nisi pro culpa sua, licet secus sit in interdicto. ī. de senten. excommunicatio. cap. Romana. §. vlti. & ibi not. ī. hoc lib. & not. ī. de spon. non est nobis & de vsur. vsurarum. §. qui vero.

Tu dic quòd hic accipitur vniuersum pro illis, qui loco vnius accipiuntur. ī. de iure pat. cap. j. ff. de conditio. & demonstra. cui fundus. ad finem licet singulariter & pro singulis isti dicant ius similiter competere, & sic non ac-

d cipitur hic vniuersum, vt in d. c. Romana. (Regalia [d] idest

4 collecta, † quæ fit occasione Regis vel Imperatoris, vel tributum, quod Regi debetur. qui se forte dicebat patronum. 11. q. j. si tributum. ī. de iure patro. præterea. Secundo vel dic regalia. i. iura quæ ad Imperatorem vel Regem ptinere consueuerunt, vt portus, vectigalia, sed erāt ecclesijs concessa; & modò ea vult aliquis occupare de nouo, vt in libro feudorum, quæ sunt regalia. cap. regalia. alias est. §. sub lege Imperialem.

e Vel dic regalia, illa q̄ Rex capit, ecclesia vacante, [e] qua plena. i. non uacante, prælatus percipit illa (custodiā &c.) quæ sequuntur expone. i. ius patronatus, quod secundum diuersas regiones diuersa vocabula sortitur. ī. de iure pa. Quia clerici. eod. titu. c. j. & c. præterea de sta. mo. in singulis. § fin. 16. quæst. 7. pie mentis & c. frigentius: in quib. habes hæc nomina quæ sequuntur hic. Quocunq; ergo nomine censeantur vsurpantes de nouo tale ius in ecclesiis & aliis piis locis, bona ipsorum locorum vacātium occupantes, sunt excommunicati ipso iure: vt sequitur hic

f [Aliis [f] piis locis [g]) † vt sunt hospitalia quocunque no-

5 mine censeantur (de nouo.)

g ¶Sed a quo tempore dicimus vsurpatum de nouo? videtur quòd ab anno citra: quia crisma dicitur vetus, qđ consecratum durauit vltra annum, & nouum, quod circa annum fuit consecratum. de consecra. di. 3. c. literis.

¶Et nouum dicitur matrimonium, quod non excedit annum. 35. quæst. 8. c. j. præterea veteranum dicitur mancipium, quod seruiuit per annum: nouitiuum quod non per annum. ff. de publica. & vectiga. l. vlti. §. quotiens.

¶Et uetus dicitur vinum quod excedit annū. ff. de vino triti. leg. l. vetus.

¶ Contra uidetur quod tantum debeat esse tempus, cuius non extat memoria, quia tale tempus dicitur vetus. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. fin. & l. in summa. § j.

Dicas quòd a. 40. annis circa dici debet semper de no-

6 uo occupatiua. Quia † minus tempus non potest præiudicare ecclesijs. s̄. de consuetu. cap. vlti. & ī. de præscrip. ca. de quarta. 16. q. 3. §. quas actiones.

¶Dic etiam debere intelligi de maiori tempore, præsertim per literam, quę sequitur in isto. cap. ibi, vel ex antiqua consuetudine.

7 Quia antiqua † consuetudo consueuit dici, cuius non

h extat memoria, [h] vel quæ præscripta est. ff. de aqua plu. ar. l j. §. fina. & l. in summa. §. j. & infra. de præscript. vigilanti. & ī. de

& ʒ. de consuetudine.c.vlti.Et hoc tempus habetur loco
i constituti. ff.de aqua quotid.& æstiua.l.hoc iure.§.ductus aquæ.ʒ.hoc lib.c.j.in fin.de præscript. (quantecunque dignitatis) Etiam si sit Baro uel Rex, vel Princeps (præfulgeant) hic assume literam quæ sequitur ad finem sequẽtis uersiculi si eo ipso excommunicationis sententiæ subiacere (fieri procurent.).

8 Nota contra † clericos, monachos & alios religiosos, qui sunt in curiis principum & potentium, & inflammãt ipsos potentes principes contra ecclesias & prælatos.

Illos uero. (non opponunt.) Nota quòd quilibet de ecclesia debet se opponere, cum uidet ius commune ecclesię suę deperire. 2.q.7.sicut & c.quapropter, alias non debet interea beneficium ipsius ecclesiæ percipere: ꝓ qua non vult laborare.argumen.C.de cad.tol.l.vna.§.pro secundo.Qui non laborat non manducet.ff.si ex noxa.causa aga.l.sicut vsufructuario & ff.de dam.infec.l.quamuis. & a contrario sensu illius decre.ʒ.de præben.cum secundum apostolum (inhibemus.)

Nota ergo quod qui facit contrarium transgressor est canonis: quia qui transgreditur canonem præceptum, vel prohibitionem continentem, transgressor canonis appellatur.4.distinct.§.vlti.

Si autem contineret consilium, vel exhortationem, contrarium facientes, non sunt transgressores. vt in dicto.§. continetur.

Sed quæ est pœna transgressoris canonis? Dic quòd si transgreditur canonem credens Romanam ecclesiam nõ habere potestatem condendi canones. & tali transgressione punitur, vt hæreticus.19.distinctione.nulli fas. Si autem credit Romanam ecclesiam habere potestatem. sed tamen facit contrarium, quia placet ei credẽs se malè facere, tunc est pœna depositionis.vt 4 dist.§.vlt.& notatur de hoc in prædicto.cap.nulli fas.

K Qui autem (antiqua k consuetudine.) Ergo de nouo semper dicetur vsurpare, nisi sit antiqua consuetudo in tali vsurpatione, licet sit ecclesijs onerosa; & sic est cõtra. s.de consue.c.j. Dicas ad hoc quòd habeat aliquis in ecclesia tale ius scilicet ius patronatus, custodiam, vel guardiam & c.valet consuetudo: vt hic dicitur. Sed in hoc qđ vsurpet bona ecclesiæ mobilia vel immobilia, sacra vel non sacra, in hoc non ualebit. Et ita intelligitur contrarium: vel hic loquitur de fructibus consuetudine obtinẽdis, cum excedat hominum memoriam, ibi, de illa, quæ non excedit (iura sibi huiusmodi) idest guardiam, vel custodiam, val regalia (non pertinent ad fructus.) Nam ea quæ non erant fructus nomine fructus vsurpabant, & bona mobilia sacra & non sacra rapiebant, in quo non potest valere consuetudo. vt prædixi. Et quicunque hoc faciunt, sunt ipso iure excommunicati, vt hic, & tenentur ad restitutionem, & tamquàm sacrilegi possunt conueniri coram iudice ecclesiastico.ʒ.de foro competen. cum

9 sit generale. nihil enim patroni † debent vsurpare præter honores, & antiquos & moderatos redditus. de iure patro.Præterea.2.10. quæst.j.nouerint.

Sed nunquid fructus medio tempore perceptos habebunt pro se? Ita videtur hic a contrario sensu: quia non ꝓhibet de fructibus. sed de illis quæ non pertinent ad fructus. Dicas tamen contra, quia fructus debẽt assignari futuro successori, & conuerti in vtilitatem ecclesiæ.ʒ.de offic.ordi.cum nos. Et isti habent tantum custodiam bonorum: ergo custodire debent, non consumere.ff.vt in pos. lega.Is cui.§.quæ legatorum.ʒ.eod.quia sæpe & ʒ.hoc lib. de offic.ordi.cap.vlti.quod concedo nisi sit tanti temporis, cuius memoria non exiſtat.ʒ.hoc lib.de præscrip.c.j.

Sed nunquid hic valebit consuetudo, vt consumãtur? Credo quòd non, cum sit ecclesijs onerosa s.de consue. cap j.& est expressum in casu.d.cap.quia sæpe. in aliis autem inferioribus, contrarium crederem secundum moderationem.ʒ.hoc lib.de offic.ordi.c fin.

10 Nec locum habet hic argumentum a contrario sensu:
l quia pareret † absurditatem, l scilicet, quòd fructus ecclesiæ patroni, & maximè laici dissiparent.C.de episc.& cleri. conuenticulam. de condi.inser.l.2.

m Licet enim argumentum a contrario m sensu validissimum sit.ff.de offi.eius cui manda.est iurisd.l.j.§ huius rei: & de testibus.l.ex eo. Tamen in duobus casibus non valet, scilicet si parit absurditatem: vt dictum est, & si ius in contrarium inuenitur.ʒ.de ęta.& quali.indecorum.s.eo. cum in cunctis.§.inferiora. Distingue tamen, vt supradictum est.

Sed quæro. Si aliquis habet regalia in quadam ecclesia cathedrali. prælatus illius transferetur ad aliam ecclesiã, eo primitius absoluto, vt est moris & iuris.s. de postula.præla.c.vlti.& ʒ.de transla.cap.inter corporalia.§.sicut: a vinculo, quo tenebatur priori ecclesiæ, a quo tempore percipiat regalia iste in ista ecclesia, a qua fit translatio ad aliam. Et videtur quòd statim translatione facta, quia vacare videtur per dictam absolutionem.

Sed dic contra: quia hæc absolutio non est pura, sed cõ-
11 ditionalis. Quod sic probo, matrimonium † spirituale sicut carnale initiatur, firmatur, & consummatur, not.ʒ.de translatio. episco.licet.

Et sicut initiatur consensu eligentium & electi, vt ibidem, adeo quòd ius electo acquiritur, non tamen iuris executio regulariter tribuitur. not.63.dist.quanto.s.eod. nosti.& c.qualiter, sic dissoluitur ex dissensu.argumẽ.quãdo liceat ab emp.disced.C.l.j.& 2.& sic non soluetur iste a vinculo primæ, nec coniungetur secundo, nisi post con-
n sensum præstitum n ad secundam. Et hoc vidi pluries in curia declarari.

o Et est ratio. Nemo inuitus erescere o tenetur.74.distin.
12 versicu.ista. Et nemo † inuitus p contrahit, nec inuitus cõ-
p tractum iam factum dissoluit.C.de actionibus. & obligationib.l.sicut.C.de contrahẽ.emptio.inuitum. ergo semper intelligitur cõditio, si placuerit, seu consenserit.ʒ.hoc
q lib.de præben. si tibi absenti. hoc sic declaro. Dos q † esse
13 non potest sine matrimonio. r C.de iur.dot.l.3. s sic nec
r acquisitio secundæ sponsæ spiritualis, absque liberatione
ſ a prima.ar.ʒ.de secund.nup.c.2.& 4. Sed primo casu quãtumcunque promissio dotis sit pura, intelligitur cõditio, si nuptiæ fuerint subsecutæ.ff.de iur.dot.stipulationem.& l.plerunque.§.si enim.ff.de testamen.mili.ex eo.13.di.c.si qui episcopi. Ergo translatio quantumcunque pura intelligitur, si nuptiæ cum secunda fuerint insecutæ.argum.ff. de lega.j.legatarius.2. respon.

Sed contra.ff.de bon.pos.l.j.in fine. Sed illam intelligo sub prædicta conditione, quod est per consensum translati.

14 Item donata † res acquiritur donatario, hoc est nõ est
t irreuocabiliter. t sed eam donatarius potest respuere. vt d.c.sicut. Sic videmus in legato, quod est donatio. Insti.de leg.in princi. Cuius dominium in morte testatoris transfertur in legatarium.ff.de fur.a Titio.ff.de leg.2.cum pater.§.surdo.hoc tamen casu cõditio subintelligitur, si vo-
u luerit. u ff.de lega.j.si ita legatum.§.si valet.

Inde est quod hoc pendente, factum hęredis pẽdet legatum huius in alium transferentis, vt legatario respuente, firmetur factum hęredis: & eo legatum agnoscente, infirmetur.ff.si certum petatur proinde.& sic iste habens regularia nihil percipiet de prima, sicut de non vacante ante translati consensum ad secundam.

x Item iste pugnat contra ius commune, x quod vult conseruari futuro successori fructus.ʒ.de offic.ordi.cum
15 nos. Ergo quod non inuenitur † specialiter inscriptum, per priuilegium vel præscriptionem debitã, stet.C.de appel.præcipimus in fine. Nec nego quin Papa ex cã possit transferre episcopum inuitum, saltem vt careat prima.

y Et est rõ, tota ecclesia est vnũ corpus mysticum, y vt in
z canticis: vna est columba z mea.s.de summa Trini.cap.firmiter.§.vna.7.q.j.Nouitianus.24.q.j.locus. Et sponsus huius columbæ, & caput huius corporis, sicut Papa videns vnum membrum ipsius corporis deuorari propter rabiẽ persecutionis ex facto personali eius qui præsidet imminentis, vel aliam iustam causam potest, vt corpus sanetur: & habetur ex debito susceptæ seruitutis huic modo mẽbri anthidotum præparare.arg.7.q.j.c.pastoralis. Et not. Inno.ʒ.de renuncia.nisi.§.j.quod apparet. Prælatura est ad hunc finem, quòd prosit. Et si hic finis frustratur, pastor
16 † sanare habet quod est ægrum vt d.cap. nisi.§. Papa. Sed vbi vult Papa episcoporum propter sua merita honorare, intendit illi placere: si displicet in statu priori remane-
a bit: vt prædixi. Ne quod in eius fauorem a † factum est
17 in eius læsionem procedat: quod esse non debet.ʒ.hoc libro.de reg.iur.quod ob gratiam.

ADDITIONES PROBI.

a 1 GENERALI dic ꝙ videtur † conſtare de mente legis generalis, quando in ipſa lege generali ſunt verba generalia, ſiue p̄gnantia. Notat Ange. conſi. 214. colum. j. quod incipit primo eſt videndum: quem ſequitur Dec. conſi. 301. in fine in cauſa q̄ Ferrariæ alleg. l. libertis. quos. ff. de alimen. & cib. leg.

Et lex generalis non includit loca, ſeu perſonas exemptas. caſus eſt cum gloſ. in l. decurionibus de ſilen. lib. 12. C. per quem hanc regulam ponit Bald. in l. j. colum. 10. C. de ſumma Trini. & fid catho. facit quod not. Barto. in l. ſi poſteriores. ff. de legib. & quod habetur in l. ſi mihi & tibi. §. in legatis: de lega. j. Tradit Soci. conſilio 219. colum. 2. licet nulla: vbi ſubdit vnum notandum in propoſito thematis.

2 Quod lex quantumcunque † pœnalis ita debet intelligi, & interpretari eam extendendo latiſſima interpretatione, vt non contingat illuſio vel euerſio diſpoſitionis, vel ad minus inferatur legi magna plagna. alleg. glo. in c. quāquàm. de vſur. hoc lib. & tex. in l. j. §. pecuniam. ff. de calūnia. vbi verbum ponit, latè intelligitur pro omni re: ne intentio legis fraudari poſſit.

3 Item generalis † diſpoſitio tātum operatur quo ad genus, quantum ſpecialis quo ad ſpeciem. l. ſi duo ff. de admi. tutor. l. omnes. C. de præſcrip. 30. an. & ibi hoc probatur. not. Alexan. conſi. 111. num. 7. præſpectis. volu. 6. Tamen hæc regula fallit ſecundum eundem Alex. conſ. 233. num. 17. eod. vol. quando aliqua ratio dictat contrarium.

4 Et ſubdit ibi ꝙ in generali † prolatione non videtur voluiſſe quis comprehendere ea, quorum prolatio ipſi proferenti eſſet pœnalis, vel prohibita: & ibi hoc comprobat multis iuribus & auctoritatibus: quem vide. & in conſilio 235. num. 3. poſt redditum per me eod. volum. vbi firmat regulam prædictam, dum dicit quod generalis vel indefinita diſpoſitio debet operari generaliter quo ad omnes, quantum ſpecialis operatur quo ad ſpeciem. l. ſi chorus in princ. de leg. 3. Alex. conſi. 147. num. 4. ponderatis volu. 2. text. in l. j. §. j. ff. quod iuſſu. l. ſi duob. ff. de admi. tutor. cap. quia circa. s̄. de priuileg. cap. fin. s̄. de conſtitu. cap. ſolitæ. s̄. de maiori. & obedien.

5 Item generalis diſpoſitio † ſub quacunque verborum prolatione concepta (ſi ſit odioſa) comprehendit communia, ſiue quæ communiter accidunt, non ſuperlatiua, vel maxima, ſiue diſponat generaliter de perſonis, ſiue de rebus. c. ſedes s̄. de reſcripta. cap. qui ad agēdum de procu. hoc lib. cum aliis adductis per Pet. de Anch. cōſi. 295. col. 2. Pro clariori euidētia; vbi ſubdit rationem colligi ex. l. Item apud. § hoc edictum. ff. de iniur. vbi text. dicit ꝙ quæ ſpeciali ſunt digna (niſi exprimantur) vidētur neglecta. capitu. quamuis. de præben. ǰ. capitu. periculoſum de ſententia excommunicatio. Ioan. Mona. in capitu. vnico, de iniuriis hoc lib.

Facit pro comprobatione id quod not. Alexā. de Imo. conſi. 30. poſt princip. ponderatis narratis. vol. 5. Quod in 6 generali derogatione † priuilegiorum, non videtur Princeps derogare illis priuilegiis, quibus veriſimiliter in ſpecie non eſſet derogaturus. cap. 2. de deci. hoc lib. cap. fi. de offi. vica. eo. lib. l. obligatione generali. ff. de pigno. Archi. & Ioan. And. in cap. ei cui. de præben. hoc lib.

Vide eundem Alexan. de diſpoſitione generali conſil. 68. num. 6. viſis & opportunè eod. volu. 5.

Tamen attende ad eundem Alexan. conſil. 32. nu. 9. in 7 cauſa executionis vol. 4. vbi dicit quòd † generalis vel obſcura exceptio non releuat. Barto. in l. j. ff. de excep. per l. j. §. Labeo. ff. de flu. Et ratio: quia impedit deliberationem, & ſic parit obſcuritatē. l. ita fidei. ff. de iure fiſci. quod etiā procedit in cauſis ſummarijs in omnibus nō debet auferri defenſio. Clem. ſæpe. de verborum ſignifica. quæ aufertur, ſi impedit facultas deliberandi & defenſiones diſtinctæ præparendi.

8 Item expreſſio † ſpecialitatis reſtringit generalitatem præcedentem, quæ alias marte ſuo curreret. Pro quo habes. l. ſi hæres meus. §. j. de leg. 3. vbi patet ꝙ ſi lego omne marmor. venit marmor ſculptum & non ſculptum. Sed ſi dico omne marmor & duas ſtatuas illa expreſſio duarū ſtatuarum reſtringit generalitatem, vt ſculptum non veniat niſi quo ad ſtatuas expreſſas. Pro quo vide quæ citat Domi. conſi. 65. colum. 2. diſcutiam.

Et inquantū s̄. diximus: ꝙ in generali diſpoſitione non veniunt ea, quæ ſunt diſponenti prohibita. pro hoc attēde ad ea quæ tradit Alex. in conſi. 16. uiſo dicto themate. 9 volu. 2. Quod in † permutatione generali non veniunt ea, quæ ſunt prohibita alienari: per not. per Barto. in l. Codicillis. §. inſtituto. de leg. 2. ubi uoluit quòd in obligatione generali non veniunt ea, quæ teſtator ſpecialiter prohibuit alienari. iuxta. l. obligatione generali. ff. de pignor. Idem dicit Bald. in l. j. per illum tex. C. quę res pigno. obliga. po. vbi ſimpliciter ait quòd in generali obligatione nō veniunt res prohibitæ alienari vel obligari. Iſtud latius firmat idem Alexan. ibi: quem uideas & conſ. 170. circa primum. volu. 2. & Iaſ. in conſi. 124. num. 4. volu. 4.

10 Item in generali conceſſione † non uenit ꝙ fiat gratia vel donum iuris quæſiti, niſi ſpecialiter exprimatur. l. cōtra iuris. §. fi. ff. de pact. l. filiusfamil. ff. de donat. l. creditor. § Lucius. ff. manda. cap. 2. s̄. de dona. Alexan. in conſi. 106. nume. 6. perſpectis. volu. 2.

Poſtremò dic quòd in generali cōfirmatione ſtatutorum non intelligitur confirmatum illud, quod eſt iniuſtum vel inualidum. cap. j. de iureiu. in fine hoc lib. l. nec diuus. §. generalem. ff. de fal. latè comprobat Iaſ. in conſil. 122. colum. 4. volu. 4. quem uide præcor in propoſito thematis. conſi. 124. num. 4. eod. volu. 4. quem uide conſilio 152. eod. volu. An generalitas extēdatur ad feuda: ubi dicit ꝙ non: ut ibi comprobat. Et per hæc ſic poſtremo dicta loco habes comprobatum aliud ab ipſo Iaſo. citatum in conſi. 156. colum. 6. quoniam per eximium volu. 4. ꝙ in generali confirmatione ſtatutorum facta per Papam non intelliguntur confirmata ſtatuta laicorum diſponentia ſuper iuramentis.

b 11 Concipit. non † procedit quando de fœminino fit expreſſio, quia tunc habet locum, ꝙ expreſſum facit ceſſare tacitum. Bald. in l. in multis. ff. de ſta. ho. facit, quia clauſula generalis non porrigitur ad ſpecialiter expreſſa. l. doli clauſula. ff. de verbo. obliga. facit quod not. Ange. conſilio 214 Primò eſt uidendum. col. j. vbi dicit ꝙ generalis prouiſio nō refertur ad ea, de quib. ſpecialiter eſt prouiſum. vt. ff. de vulga. ſubſtitu. l. ſub cohæredibus. §. qui patrem. ff. de alimen. & ciba. lega. l. alimenta. §. baſilicę. l. vxorem. §. codicillis de leg. 3. & §. fœliciſſimo. cap. ſtuduiſti. s̄. de offi. delega. & l. 3. de ſilentia. lib. 12. C. vide quæ dico. in c. dudum in verbo, non intelligitur. de præben. & Deci. conſi. 318. in princi. in cauſa iſtorum & conſi. 339. conſului, vbi ſubdit ꝙ per hoc non tollitur quin in aliis caſibus ſpecies comprehendatur ſub genere. Et Alexan. in conſilio 125. columna penult. volum. 7.

c Quidam dicunt uide quę in hoc puncto dixi ſupra iſto titu. cap. ſtatuimus: vltra quæ attende ad Areti. in conſilio 39. columna. j. in facto.

d Regalia. Adde domi. Bertrandi. con. 276. num. 17. viſa conceſſione parte 3.

e Eccleſia vacante. Adde ea quæ dico ǰ. in cap. ſi pauper. de præben. Ioan. Mona. in c. 2. eo. tit. Maleretum in tract. de elec. carta mihi. 23. & latius modernæ per dom. Arnul. Ruzeum in tracta. de iure rega. quem direxi, ſeu dicaui ego ipſe reueren. car. Lingon̄.

f 12 Aliis. hæc † eſt dictio quæ includit ſimilia expreſſis. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, & oleo lega. glo. fin. in l. ſi. fugitiui. C. de ſeruis fugi. Soci. conſi. 207. colum. pen. dico in c. qui ad agendum de procur.

g Pijs locis. Adde quæ citat Alexan. in conſil. 105. viſo ac diligenter. volum. 4. Et conſi. 125. uiſo themate. eod. volu. 13 4. ubi tractat quando dicitur relictum † ad pias cauſas; & inter alia dicit quòd ī dubio relictum pauperi videtur ad pias cauſas, etiam ſi fiat conſanguineo pauperi. glo. eſt pro hoc ſingularis apud nos in capit. 2. in verbo, decreuerit. ſupra. de ſepult.

¶Hinc eſt quòd ſi ſtatuto caueatur quòd minor. 18. an. non poſſit legare pro anima. Et minor legauit matri ſuæ centum, dicens ſe legare pro anima, quòd valet legatum ſi mater reperiatur pauper: ſecus ſi non reperiatur. Vide latius de relicto ad pias cauſas in conſilio ſequenti. & conſilio 209. ſtatutis accurate. volum. 2. & ibi 14 tractat ſecundùm quæ* iura debet decidi & terminari relicta ad pias cauſas, concludendo, quòd eo quod reſpiciunt

spiciunt spiritualia, per quæ consequitur quis remissionē omnium peccatorum.c.requisisti.§.de testa. Igitur secundum ius diuinum & canones debent decidi. Et sic nō refragatur in contrarium statutum, vel alia lex humana: vt ibi latissimè comprobat.

15 h ¶Non extat memoria. ex tali † cursu temporis præsumitur priuilegium. Bar.in l.cum de in rem verso.nu.2.ff. de vsur. Anto.& Panor.in c.peruenit.§.de censib.& in ca. cura.§.de iure patro. Alex.de Imola.con.6.nu.7.vol.j. refert.dominus meus.lib.2.respon.c.12.nu.4.vide eundem Alexan. consi.139.col.3.circa primum dubium. volu.6.

i 16 ¶Loco constituti.in proposito volunt Domini de Rota.deci.2005.in antiq.ꝙ tale tempus† sufficit ad vnionem probandam,& sine alio titulo valet: acsi per concessionē papalem facta foret. Contra hoc potest obijci de no.per Hostien.§.de vita & honesta.cler. quoniā nonnulli: & in summa de supplen.neg.præla.col.2. Quod quantumcunque temporis diuturnitas non induxit vnionem,& sic tēpus non induxit vnionem, sicut nec obligationem.ff. de actio.& obligatioti.l.obligationum fere.§.placet C.de pac.si certis annis:& ff.de oper.liber.l.operis non impositis.Sed si allegatur solenniter facta & ad huius probationem tanti temporis obseruantia allegetur non ad eam inducendam,sed inductam probādam, sufficit.l.cum de in rem verso.& ibi no.ff.de vsur. Ita firmat etiam per alia iura Oldra.cō.296.De iure Domini Guillelmoni Gallici.

17 K ¶Antiqua.Quid sit † antiqua cōsuetudo. vide per Rochum de Cur.in repet.c.fi.car. mihi.16. in quarto quæsito supra de consuetu.

¶Quod autem dicatur antiquum tempus: vide per Maria.Soci.con.91.col.3.ia causa agitata.

18 l ¶Absurditatem. valet † argumentum ab absurdo vitando.tex.ad hoc allegatur in l.nam absurdum.ff.de ope. liberto.r.dudum.ĵ.de preben.c.quemadmodum.§.de iureiur.c.cum inter:vbi glos.§.de excep.& ibi Decius.in 7. notabili dicens hoc modo arguere.tex.in l.fine hæreditaria in fine.ff.de neg.gestis:& in l.fin.ff.de manumissis vindic & l.si quis ex argentarijs.§.prętor.ff.de eden.ca.clericos supra de offi.vica.capitu.iniustum in fine supra. de rerum permutationibus.

19 ¶Per quę iura Ludo.Bolog.con.38.col.2.quod exordi-tur:vt in præsenti consultatione,dicit: quod in omni† dispositione absurditas debet euitari. Allegat plura consilia domini sui Alexandri. Ad idem Maria.Soci.con.121.col. 3.visa contingentia:& con.122.col.2. præstantissime doctor & Petrus de Ancha.consil.74. col.prima, contra, & con 80.retento ordine.

¶Quibus adde Iaso.per illum tex.in l.de pupillo.in §. si quis forte nota.2.post Bal.Imolam & Raph.ibi.ff.de no. oper.nunciatio.extendendo illud tam in dispositione legis,quàm statuti.tex.elegans in l.scire oportet. in §. illud.

20 versicu.sed & si maximè verba legis.vbi habetur ꝙ † quotiens ex verbis legis simpliciter intellectis resultat iniquitas,tunc a verbis recedimus,& seruamus mentem. ad idē tex.in l.pen.ibi non oportere ius ciuile calumniari.ff.ad exhiben.Bal.in l.conuenticulam.C.de epi.& cler.Bart.in l.furti.§.pactu ꝗ per illum text.ff.de infa.Idem Bar.in l.omnes populi.in 6.q.ff.de iusti.& iur.refert Iason.in l.diuortio in 5.no.ff.de iusti.& iur.Concordat Panor.in 2.parte

21 cen.78.punctus quæstionis.sub nu.2.ꝙ interpretatio † ꝙ̄tum fieri potest,debet taliter sumi vt euitetur absurdum, & intellectus contra ius.& consetutiue. col.3.subijcit ꝗđ potius debemus verba impropriare, vt euitetur absurdū & absonus intellectus.Idem vult Curtius senior.cons.56. super.col.12.& 13.dux & Curtius iunior con.5.facti contingentia.colum.16.

¶Extende hoc argumentum obtinere partes in quacunque materia.vt per Bolog.vbi.§.maximè cum tractamus de correctione iurium Curtius senior con.37.consideratis.col.4.Barb.cons.55.2.lib. pclare.col.7.& dicit Decius vbi.§.statutum quod debet stricte intelligi,largissime interpretatur, vt absurdum tollatur. Panor.in c.cum dilectus.de consue.col.2.versi.Et ex hoc tex.noto.vnū,hinc

22 dicit ibi idem Decius ꝙ toleratur † quandoque absurdū, vt magis absurdum effugiamus.l.ita vulneratus.§. penulti.ff.ad ad leg.Aquil. Sic dicitur de duobus malis, ꝙ minus eligendum sit.c.duo mala.13.di.ca.priuilegia.3.distin. ibi, ne fiant grauiora.c.præterea ibi,ne deterius inde contingat supra de spon.

¶In proposito succedit illud vulgatum Panor.in ca.2.

23 nu.7.§.de constitu.Ad hoc vt euitetur † absurdum,verba generalia restringūtur etiam secundum aliquos, si fieret violentia literæ:& quod potius permittimus verba inutilia esse,quam quod inducāt absurdum. testatur Salomonius in l.Gallus.§.quidem rectè.ff.de liber.& posthu.& in §.respon.Insti.de iure nat.gen.& ciuili.

¶Item verba statuti. (licet vniuersalia) restringuntur,

24 † imo potius toleratur superfluitas, ꝙ̄ damnum alicui īferatur.glos.in l.fi.§.in computatione. C. de iure delibe. vbi Scriben.Quod facit ad ea,ꝙ Ang.cōs.61lata est sententia. citat: ꝙ licet lex vel statutū dicat ꝑ verba vniuersalia in omnibus & per omnia; recipit tamen restrictionē, ne sequatur absurdum.Ideo ipse consuluit ꝙ stāte statuto ꝙ Potestas habeat potestatem exequendi sententias consulum mercantiæ in omnibus,& per omnia, prout possent ipsi cōsules:nō poterit exequi banniendo illum tanquam cessantem vel fallitum,vt vulgo dicitur.quia ex tali bāno resultat ꝙ filij & vxor sint obligati,& istud est absurdum, licet ipsi cōsules exequēdo possent tale bannū proferre. Et hanc opinionem sequitur Areti.in l.prima,de legat.1. Refert ibi Iacob.de Nigris in repeti.sua.col.15.nō tamen huic adhæret:quia iam ex forma statuti non reputabatur absurdum:ꝙ pro aliquo bannito teneātur filij & vxores: tunc sic Potestas æquiparatur cōsulibus in exequēdo sententiam:ergo Potestas cōsequetur illa priuilegia,quę habent consules.firmatur per not.Barto.ibi:quia si princeps adæquat sibi Augustam,vel fœminæ æquiparātur vel adæquantur masculis, debent consequi priuilegia, quæ habent masculi: ita in proposito videtur dicendum.

¶Idem reperio magis absurdum & minus absurdum, per ea quæ not.Maria.Soci.consi.63.colum.5.versicu.postremo,circa:ibi,minus absurdum reputo ꝙ verba nihil operentur, ꝙ̄ ꝙ verba extendantur vltra solitū & propriū significatum,& donatio prefiniatur.Nam videmus quòd verba promissionis & stipulationis sine causa, potius sunt nulla,quam quòd præsumatur causa donationis,vt in l.secunda.§.circa.ff.de doli excep.traditur in l.a Titio.ff.de verbo.oblig.in ca.si cautio supra de fide instrnmen.

25 ¶Nunquam enim † est præsumenda donatio, si aliter fieri potest.l.Campanus.ff.de oper.liberto.Notat.Alexā. consil.80.in fine circa primum.vol.3.quem vide.in cons. sequen.colum.secunda, vbi dicit in proposito thematis: ꝙ ratione absurditatis vitandæ impropriatur vna dictio: & ponitur pro alia:& sic impropriantur verba.Bartol.in d.l.omnes.ff.de iusti.& iur.in 6.quęstio.principali. allegat. l.in ambigua.ff.de leg.Vide gloss.in lege has causas.ff.de conditio.& demonstra.Alexan.in lege prima.ff.de hæredi.insti.Barto.in d.l.Gallus.§.forsitan.ff.de liber.& posthu. eundem Alexand.in consil.xciij.nume.4.alias consultus. volu.tertio:& quæ dico in capitulo, quia. de præbend.ĵ.

m 26 ¶A contrario.Maria.Socinus, consilio 67. colum.penulti. dicit ꝙ † argumentum hoc a contrario sensu dicitur sumi ex coniectura,vt est text.cum glo.in lege, apud antiquos.C.de fur.Et id quod sumitur ex coniectura dicitur sumi impropriè, vt in l.j.ff.si tabul.test.nullæ extabūt.

¶Præterea dicitur sumi indirecte, vt in capitu.cum apostolica in fine. supra.de his quæ fiunt a præla.

¶Item dicitur sumi fictè.probatur in lege si procuratorem.§.si ignorantes.ff. manda. in verb. intelligitur, quod denotat fictionem.probat glo.in lege hæres, quandocunque.ff.de acquiren.hæredita.

Vlterius vide quod notat Bald.in secunda parte, consi.cxlij.columna secunda. Quidam dominus Pastinus: ꝙ.

27 huiusmodi argu.a contrario sensu videtur † esse sicut textus legis & contractus,ut not.ff.de testa.l.qui testamento. §.mulier:ibi,ex argumento:ubi idem Bal.dicit illum tex. nota quòd quando aliquid probatur per argumentum sumptum à contrario sensu alicuius legis, uidetur probari per casum illius legis. Dicit tamen Ioan. Campezius in tit.de dote.5.parte.quæstio.34.quòd casus omissis qui uenit a contrario,est decisus per alias leges,& tunc per contrarium sensum non deciditur:sed sed tanꝗ omissus ab illa lege remanet sub iuris communis dispositione, & uenit decidendus per alias leges.l.cum dotem.in prin.ff.soluto matrim:& l.si extraneus.C.de conditio.ob causam.

¶Aut ille casus non est decisus per alias leges: & tunc

argu.

argum. hoc est ex mente, seu interpretatione legis potius quàm ex verbis. Prępo. Alexan. in c.j. colū. fin a. prima dis. Soci. consil. 207. colū. 3. in causa domine. Bart. in l. pecu. ff. si cert. peta. ibi, tanquam sub contraria contradictione, q̄ 28 dictio, † tanquàm denotat improprietatem: vt l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt. & sic potest intelligi glo. in l. apud antiquos. C. de fur. Tamen Bald. consi. 308. col. j. volu. 1. Verum possit dari curator, citat argu. de tanquam esse bonum. l. de eo. § finali. ff. ad exhibend.

29 ¶Et istud argumentum † à contrario non debet sumi ex verbis narratiuis. testatur Panor. in c. fi. nu. 6. s̄. de eo q̄ mit. in po. causa rei seruandæ. & in ca. publicato. nu. 6. s̄. de electio. isto ti. glo. habes in l. vnica. C. quando non peten. partes &c q̄ sequunt̄ ibi Cy. Bar. Bal. Alex. & Iason. Et singul. secundum Roma. in repeti. authen. similiter. C. ad leg. 30 falc. Ad hoc ꝙ † quotiescunque ponuntur verba in aliqua lege narratiua facti, ex eis non potest sumi iuris decisio. Idem Francus in cap. si Papa. de priuilegijs hoc libro; quem videas & Fely. in c. primo. col. 4. s̄. de consti.

Et ratio potest esse (vt opinor) quia in narratiua consistunt partium allegationes quę non faciūt ius. gl. in c. auditis. s̄. isto ti. c. lator. s̄. de re iudic. in c. cum inter canonicos. s̄. isto titu. in c. dudum. s̄. de deci. in c. Abbate. de re iudic. hoc libro. & in c. 2. j̄. de dolo & cōtumac. firmat hęc p̄ id quod voluit Iason in l. cętera. §. Item quæro. nu. 5. ff. de 31 lega. j. dicens quòd ex his † quę ponuntur ex forma quæstionis vel dubij, nō est licitum arguere. quādo postea textus decidit contrarium. Idem Iason. in l. qui Romæ. §. Callimacus. nu. 10. ff. de verb. oblig. nisi legislator fundaret intentionem suam in illis verbis in facto narratis: quia tunc idem iudicamus, quod de verbis decisiuis & dispositiuis. Cle. vna, de proba. secūdum Io. de Imo. in c. cum apostolica. s̄. de his quæ fiunt a præla. quem refert & sequitur Alex. in l. prima ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi.

Et intellige procedere hoc argumētum siue cōcludere a contraria ratione Vnde si in contrario reperiatur cōtraria ratio. tunc concludit: alias non, citat Io. de Londris in breuia. de offi. eius cui manda. est iurisdi. ff.

32 In proposito dic. quòd non † sic libere arguitur a contrario ex dicto glosatoris. sicut ex textu testatur Cald. cōsi. 3. col. pe. ti. de pręben.

Tamen do. Bertrandi in cons. 180. nu. 10. viso casu. parte prima. Dicit quod argu. licet vti in dictis doctorum. Imola in l. qui testamento §. mulier. in fi. ff. de testa.

Et vnum est in proposito ꝙ illud quod colligitur a cōtrario non dicitur expressum, sed subauditū. Decius cōsil. 507. in fine. in causa Mutinensi, & cons. sequēti. no. per gl. pe. C. de conditio. inser. & ibi Bal. in vers. no. hic gl. expressam: ꝙ argumentum a contrario, est intellectus subaudius. Vñ succedit: ꝙ licet illud, quōd est expressum in vno ca. statuti, videtur repetitum in alio per glo. in §. item lapilli, in verbo inuētoris Insti. de rerum diuisio. l. quemadmodum §. fi. ff. ad leg. Aquil. vbi glo. no. Bar. in l. 4. §. eritq; differentia ff. vi bo. rap. tamen illud quod non est expressum, sed subauditum in vnō capitulo non videtur in alio repetitum. Bal. per glo. ibi. in l. prima. in principio. in verbo, si quis, in lectura antiqua: quem Alex. ibi refert & sequitur. ff. quod quisque iur. facit quod not. Bar. in l. fina. in princi. de lega. 2.

33 Habet enim locum hoc argumentum † a cōtrario sensu in statutis, quando sumitur ex natura limitati temporis. Et quādo necessarium est argumētum ex natura verborum limitatorum. no. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. in 3. q. in fine. ff. de offic. procons. & lega. refert & sequitur Dec. consi. 364. col. 2. visis his quæ in proposito. cōsi. 386. nu. 3. licet in controuersijs. vbi subdit quòd hoc argumētum debet colligi ad limites verborum. quæ in sensu directo ponuntur, Anto. de Butrio in c. cum apostolicam. in vlti. no. s̄. de his quæ fiunt a p̄la. Hoc cōprobat Ias. in cons. 42. col. 2. statuto, vol. 3. col. fi. subdit id verū etiam ad correctionem iuris communis, quando statutum in sensu directo nihil operaretur, & sic redderetur illusorium secundum Cy. & Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. & cler. Bal. Ang. Imol. & Mod. in l. si cum dotem. ff. sol. ma. Alex. & Mod. in l. prima ff. de offic. eius cui māda. est iurisdi. Panor. in c. cum apostolica. in pe. not. de his quæ fiunt a præla. sine consen. capi.

34 Item dicitur † argumentum quasi argute factum, seu inuentum & sub & ex quadam subtilitate. tex. in c. forus. s̄. de verb. sign. Maria. Socin. consil. 38. col. 2. pro deci.

Ex quo habeo ꝙ si statuto caueatur ꝙ statutum nō recipiat extraneum vel subauditum intellectum, tūc cessat argumentum a contrario sensu: quia intellectus a cōtrario sensu est intellectus subauditus & tacitus, & verbis omissis. not. Pe. de Ancha. in repeti. c. canonum statuta versus finem in versi. alibi etiam. s̄. de constitu.

Non operatur etiam dictum arg. in statuto si corrigatur ius commune; vt in sequen. dicetur. Et hęc est cōmunis conclusio Bar. & aliorum in l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. quòd placet Alex. in consi. 69. in fin. volu. 2. Vide Dec. consil. 451. viso. vbi probat quando habeat locum hoc argumen. in statutis.

Hoc etiam. arg. a contrario sensu lego habere locum 35 † in contractibus. not. Alex. consi. 204. col. 2. consideratis. vol. 2. Idē Alex. cōsi. 13. col. fi. vol. 6. alle. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pac. dot. Et in cōsi. 29. nu. 4. ponderatis. eo. vol. & consi 36. col. 1. ponderatis. vol. 2. & ibi loquitur de conuentionibus. Notant etiam Cy. & Bal. in l. conuenticulā. C. de episc. & cle. Refert Soci. pater. cōsi. 9. col. 2. prosequendo ordinem, modificans illud, dummodo ille cōtrarius sensus non fuerit contra iuris cōmunis dispositionem: quia hoc casu non sumitur arg. a contrario sensu. Ponit exemplū. Si pater fuit stipulatus dotem sibi reddi, filia decedente in matrimonio cum liberis, non sumitur, arg. a cōtrario: vt ea decedēte in matrimonio sine liberis, dos apud maritū remanere deberet, cū de iure cōmuni in casu prædicto dos patri sit restituenda: vnde casus iste omissus remanet ī dispositione iuris cōis. l. si cū dotē. ff. sol. ma.

Item in eo qđ. s̄. proxime diximus, hoc argumentum habere locum in statutis tangit Maria. Soci. consi. 81. col. 4. versi. sed difficultas, vbi dicit non habere locum in statutis correctiuis iuris communis, hoc est quando contrarius sensus veniret ad correctionem iuris cōis, quo casu non videtur sumi posse. Sed hoc non intellige verum, vt s̄. dixi, quando alias hoc statutū nihil operaretur; quod nō erit simpliciter ex vi cōtrarij sensus, sed ex illo adiuncto, videlicet, vt statutū aliquid operetur. argu. l. si quando, de lega. j. Idem Soci. consi. 278 col. 2. in quæstione: & consi. 96. col. 2. in præsenti consultatione, & latè Alex. cōsi. 142. uiso processu. uol. 6. quem uide, an habeat locum in materia correctoria, in consil. 61. col. 2. & si puto. volu. 3. & consil. 17. in prima. col. uisis uol. 2.

In puncto hoc non omitto uulgare & tritum, ꝙ hoc 36 argumentum † nō sumitur ad iurium correctionem. notat post antiquos Maria. Soc. consi. 165. colum. 12. uisis inuestituris. uersi. præterea prædictum argu. alleg. Bart. in l. omnes populi ff. de iusti. & iur. glo. in c. cupientes. § quòd si per 20. hoc ti. j̄. glo. in c. 2. de æta. & quali. hoc lib. glo. in l. ut liberis ibi. nec lex uetat. C. de colla. quam ibi ad hoc ponderant Fulgo. & moderni. Dicit Soci. consi. 207. colū. 6. uersicu. non obstat tertia ratio, in causa domine: ubi subdit quòd quando statutum in aliqua parte operatur, non debet extendi hoc argumentum. Anto. de Butrio, & Imol. in ca. causamque. s̄. de rescri. Secus si non operatur, per ea, quæ tradit Ias. consil. primo. in fine. uolu. 3. Quod quando lex uel statutum in sensu directo nihil operatur, tunc sumitur argumentum à contrario sensu, etiam ad correctionem iuris communis: ut hoc uel illa non sit frustratoria. Cy. & Bal. in d. l. cōuenticulā. C. de episc. & cler.

37 Et in priuilegijs † an habeat locum hoc argu. uide glo. in capi. penul. de priuileg. hoc lib. ubi dicit quòd non: quā dicit communiter approbari Soci. consi. 266. col. 6. uersi. j. prout eleganter, tamen illam glo. pro parte affirmatiua allegat do. meus de Ripa. lib. 2. respon. cap. 34. colum. 2. Et ad hoc eam dicit singularizare. Curti. consil. 16. col. 7. in prin. quod uerum est, sed pro parte negatiua. Et istud uidetur quod dicit dominus meus procedere ex errore impressoris, ut patet ex præcedentibus uerbis. Alias dixissem hoc non fore uerum salua reuerentia præceptoris mei, ut in simili dicit Socin. consil. 257. col. 3. uisis inuestituris habet tamen locum in rescriptis Papæ glo. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. quam ad hoc reputāt singularem Sal. Roma. & Alex. in l. j. ī prin. ff. de offi. eius cui est manda. iurisdict. & Salyc. in d. l. conuenticulam. C. de episcopis & cleri. tradit Ias. in consil. 145. uersic. 13. uolum. 2. Beatissimus Papa.

Et

38 Et postremò dic † argumentum a contrario sensu non sumi ex verbis negatiuis: qa resultaret affirmatio, & verba prolata ad negandum vel priuandū non debent operari contrarium effectum. l. ex facto, etiam. ff. de heredi. instituendis. l. cum tale. la 2. ff. de conditio. & demonst. not. Alex. consi. 150. num. 16. in causa. volu. 5.

n Consensum præstitum. istud dictum dicit originale, & originaliter procedere a Ioan. Mona. Rauennas in compendio isto. titu. in versic. volo tibi dicere vnum pulchrū dictum. car. mihi. 66. colū. 4. firmat Panor. in c. cum nobis. num. 5. s. hoc titu. dicens, illud notādum. Et si fiat propter vtilitatem ecclesiæ, seu necessitatem, incipit ecclesia vacare a die pnuntiationis. Nec in hoc debet expectari consensus episcopi. argum. c. scias. 7. q. 1. vbi glo. & Scriben. Et

39 sic quis † efficitur inuitus prælatus alterius ecclesiæ: quod placet Panor. in c. fin. nume. 13. s. de postul. Ratio dicit, qa non dicitur de nouo matrimonium contrahere. Ecclesia enim vniuersalis vnum est corpus mysticum. citat Ioan. Mona. in sequen. & in c. fundamenta eod. tit. vnde: ex quo semel consensit episcopari in hac ecclesia vniuersali, non potest resistere Papæ, si pro bono publico vult eum transferre ad ecclesiam particularem. d. c. scias. quod verum secundum Hostien. Car. Pet. & Panor. in d. c. fin. si est consecratus. Secus si tantum est confirmatus. quia tunc inuitus

40 non transfertur, † quia non potest inuitus consecrari. Sed satis est quod dignitati cedat: si non vult consecrari. c. 2. de transla. pla. Nō tñ pōt cedere sine licentia Papæ, vt ibi.

Hostien. enim in d. c. fin. dicit episcopum consecratum monacho comparari qui non habet potestatem contradicendi superiori suo. 12. quæstione. j. nolo. & c. non dicatis. ideo a principio caueat dicit Car. ibi. col. 4. ne indissolubiliter eligatur. ar. l. sicut. C. de actio. & obligatio.

In proposito attende ad verbum Bal. in l. rescripta. col.

41 pen. C. de precibus Impera. offer. † quòd omnia beneficia mundi sunt obedientialia & manualia respectu Papalis potestatis. Ideo potest pro libito voluntatis. episcopum de suo episcopatu ad alium transferre: distinguit tamen, aut procedit prouidendo, & non cogitur prouisus transire: quia præsumitur factum eius fauore, & sic nō debet in eius odium retorqueri. vt hic per Ioan. Monach. in fine. Aut procedit iubendo: & cogitur transire: quia præsumitur factum fauore ecclesiæ. 7. quæstione j. capitu. omnis. Pro hac distinctione Ioan. Monach. adduco ea, quæ dicit Frede. de Se. consilio 263. præsupposito quòd sit Papa.

42 † transtulit monachum ad aliud monasterium intuitu personæ, quòd ad illud potest redire sine licentia Papę; Secus si intuitu monasterij: maximè si est dubium quòd causa propter quam fuit facta translatio non cessat. Secus si est certum quòd cessat. quia tunc idem vt in primo casu: & tunc habet locum regula: quòd cessante causa cessat effectus. iura sint aperta.

Item ratio regulat dispositionē. testatur Raph. Cuma. in consi. 2. allega. l. cum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. & de lega. 3. l. fideicommiss. §. hæc verba Alexan. consi. 75. num. 3. in 5. volu. videtur in præsenti consultatione. Ludo. Bolog. consi. 55. in princip. viso igitur puncto.

43 Itē nemo † inuitus cogitur benefacere. Dec. consi. 419. num. 4. uiso. & consi. 426. num. 2 in duobus dubijs.

Habeo tamen casum ad propositum quadrantem, quē citat Maria. Socy. consi. 27. col. pen. Ex his, quòd quotiens quis impendit etiam pro inuito, quæ expensæ respiciunt reipublicæ interesse, aut similem causam, licet impendat pro inuito, potest ab illo repetere, prout de soluēte & cōdemnato ad pœnam corporalem, nisi soluatur pecuniaria, & inuito, seu protestante, ne soluatur, potest solutam repetere a condemnato. Barto. in l. Stichus. ff. de pecu. lega. allegat alia, quæ videas.

o Crescere. nec quis inuitus cogitur benefacere. c. de Iudæ. 45 dist. & 23. q. 5. capit. ad fidem refert Dec. consil. 259. col. 2. visis his.

p Inuitus. vide Roma. consi. 340. vbi ipse aliquantulum examinat hanc quæstionem. Et facit ad illud, quod citat. Barto. in l. fin. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. quòd inui-

44 tus † non potest legitimari, nec inuiti rediguntur in patriam potestatem. §. & generaliter in Authen. quib. mod. na. effi. sui. Et licet legitimatio non præiudicet filio legitimato, nisi consentiat: per hoc tñ non videtur quòd legitimatio reddatur nulla; qa legitimatio est actus superioris, qui legitimationem facit. not. Deci. consi. 367. sub numero 4. viso puncto.

Præterea in proposito habeo ꝙ nullus inuitus cogitur agnoscere hæreditatē alterius. l. nec emere. C. de iure deliber. l. 3. §. inuito. ff. de bo. pos. Etiā si esset hr̄ditas patris legitimi & naturalis. l. si filius q patri. ff. de vulg. l. necessariis. §. de acqr. hr̄d. & repudiata hr̄di. patris: nō pōt cōueniri filius a creditoribus patris, vt ibi, nisi in casu speciali, scilicet quando conueniretur filius pro primipilarij administratione patris. l. fi. de primipi. li. 12. C.

q Dos. quæ dicitur quid vniuersale † sicut peculiū & hæ-

45 reditas. l. quod dicitur. ff. de impensis & c. Bart. & alij. ff. solu. matri. in rub. & in l. Item veniunt. §. Item non solum. ff. de peti. hæredi. Adeo ꝙ acquisitum ex re data in dotem censetur esse ipsa dos. l. res quæ ex pecuniæ. ff. de iure dot. Barto. vbi. s. Alexan. consil. 124. num. 9. semper. j. quæsito. vol. 4. Et debetur ipsa dos quando nubūt vel religionem ingrediuntur. Alexan. consi. 48. num. 5. viso statuto. vol. 3. Quomodo autem debeat exigi ipsa dos, vide eundem Alex. consi. 100. ex inspectione. vol. 3.

Vlterius in proposito adde glo. in cap. accedens, el. 2. in

46 verbo, terræ. s. vt lite non contesta. quæ dicit ꝙ dos † est annexa matrimonio. hinc dicit ꝙ Papa cognoscit de dote, ratione connexitatis, cum cognoscat de matrimonio: quia dispositio extenditur ad connexa & dependentia. Et dos est quid dependens a matrimonio. glos. est no. in cap. fin. in uerbo, dependentibus de iudi. hoc lib. Etiam si agatur principaliter de dote ſm Fran. ibi. vide Feli. in c. ecclesia. col. 20. s. de consti. & Barb. in c. Iurauit. col. 5. s. de pba.

47 Hinc est quòd dispositio † præiudicans in matrimonio, etiam præiudicat in dote, per regulam. l. si cum tibi. C. de iudi. vbi dicitur quòd dispositio præiudicans in principali p̄iudicat etiā in dependentib. vide ibi Ias. post alios.

48 Et dic ꝙ dos † ipsa non potest esse minor quàm legitima, prout latè firmat Deci. consi. 379. num. 14. quod incipit requisitus: & consi. 180. num. 2. visa renunciatione facta, quod verum dicit idem Dec. cōsi. 276. proponitur. col. j. versic. etiam responderi potest, quando filia debet dotari post mortem patris, quia tunc legitima consideratur. l. cum quæritur. C. de inoffi. testam. l. si. ff. si quid in frau. pa. Secus videtur: si filia dotata sit in vita patris: quia tunc nō est tractandum de legitima, quæ non debetur in vita. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bono.

Et ideo tali casu attenditur competentia dotis secundum tempus dotis constitutæ, vt dicunt Bald. & Paul. in authen. res quæ. C. communia de lega. tamen pro verificatione huius vltimi dicti vide distinct. quam ibi facit idem Dec. & quis teneatur ad dotem per Ias. in consi. 133. col. 9. præsupponitur. volu. 4.

Et postremò in proposito Ioan. Mo. quod non potest

49 esse sine matrimonio: dic idem de canonia: vt † non possit esse sine præbenda. not. per scriben. in cap. cum M. s. de constitu. & in cap. dilectus de præben. vide quæ dico. j. in rubri. de præben. Et vt uerbis finem imponamus, dic ꝙ dos secundum Bar. & alios in rub. ff. solu. matrimo. est ius quoddam continens id quod mulieri, vel eius patri, marito, vel eius patri traditum est, vel pro tradito habitum, ꝑpter onera matrimonij supportanda. Refert Maria. Soci. consi. 57. col. 2. consiliis, qui cons. 207. col. j. in causa domine, dicit ꝙ dos succedit loco legitimæ. notāter dicit onera supportanda: quia si ea non sustineat, non debet consequi lucrum dotis deferendum ex pacto, vel statuto nor. Alex. consi. 122. nu. 10. & seq. col. j. vol. 7. & ibi latè discutit casus, in quibus vir non lucratur dotē: & cōsi. 129. eo. vol.

r Sine matrimonio. tamen matrimonium † potest esse

50 sine dote. not. Do. Brunel. in trac. de matri. conclu. 2. car. 21. Et quando dos desinit esse dos, vide latè per Maria. Socy. consi. 21. col. 4. visa contingentia.

s L. 3. Maria. Soc. consi. 147. col. 2. uisa facti contingentia, adducit. l. fi. C. de don. ante nup. vbi subdit illud verum, intelligendo de matrimonio de præsenti, vel præterito. glo. & ibi Bar. in l. si marito. ff. sol. matri. & probatur ibi in rub. prout not. Paul. de Cast. Bald. & Saly. in l. j. C. vnde vir & vxor. Bal. in l. non sine. C de bonis quę liber. vnde censentur semper ad restitutionem dotis habere priuilegia do-

51 tis, non solum † persona mulieris si viuit: vt in l. 2. & in l. etiā de fundo dotali. ff. & in l. vbi lex, & ibi per Bar. & Imo. ff. de vsuc. & per Bar. & Doct. in l. filiusfam. §. diui. de leg. j.

Sed

Sed etiam in persona hæredum mulieris: ut est casus in l. dotale.§.dotale.uersic.hæredi quoque.ff.de fundo dotal.

t Irreuocabiliter. Adde quæ in simili dico: in cap.unico; in uersi.tum & secundo.de cleri.non residen.j.

u Si uoluerit. istam poteris comprobare doctrinam, per ea, quæ scripsi in capi.tibi.in uersi.limita. tamen.s.de rescri.inquantum discutio decreti clausulam, locum habere si illam habens vti uoluerit, quod firmo in c.eum cui.j. de præben.circa finem in uersi. Sic in proposito. Facit festum de hoc dicto Io Mona.Fel.in c.cognoscentes.col.4. s.de constitu.per quod firmat dictum notabile, uidelicet 52 ꝙ constitutio † priuilegiatiua non operatur effectum antequam priuilegiato innotescat: adducit Bart.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.Panor.& Imola.in d.c.cognoscentes.per ca.primum. versi.quia in priuilegijs.s.de conce. præben.facit tex.in l.qui absenti.ff.de acquir.po.& quod no.glo.in c.quanto.2.q.5.Vide pro intento Alexan.consi. 104.colum.fina.in causa.volu.tertio.

53 x Contra ius commune. contra † quod episcopus cum capitulo per eius statutum non potest disponere.c.fi.cum ibi no.per Doct.s.de offi.archipresbyteri: quod ad vtranque partem examinat.Ioã.And. in c.fi.de appel.hic libro. concludendo pro intento negatiuo. Vide Alexan.consi. 142.in fine, viso processu.volu.6.& consil.106. colum.2. perspectis.volum.2.

y Mysticum.adde Io.Mo.in c.fundamenta.j.eo.

z Columba de cuius natura vide per Aureol.in additio. ad Guil.in rubr.de iniur.j. hoc libro.

54 a Ne quod in eius. Istud firmat regulam, ꝙ inducta † ad vnum effectum non debent operari contrarium effectum l.legata inutiliter.de lega.j.& l.legata.inutiliter.de adimẽ. lega.vbi inducta ad diminutionem non debent operari augmentum.de quo per Ias.in d.l.legata.de lega.j.

b Quod ob gratiam. vbi Io.And.in Mercuriali refert hãc q.ad calamum prout iacet.cui placet opinio Ioan. Mon. & etiam Io.Cal.in ti.de transla.epis.consil.j.col.fi.qui dicunt illud facere ad quæstionem. An si episcopus est promotus per Papam ad Cardinalatũ, & prouisio de suo episcopatu est ob hoc alteri facta & episcopus sic promotus ad Cardinalatum vult incumbere possessioni episcopatus: quia dicit ꝙ non vult acceptare cardinalatum: licite contradicat illi episcopo. qui fuit promotus ad episcopatum, & vtrum valeant interim gesta per eum, vt sit in eius antiqua possessione tuendus, & valeant acta per eum facta, dic ꝙ sic.quòd probatur. Nam si talis non vult acceptare, vel non acceptauit capellum, vel cardinalatus officium, non desinit esse episcopus: cum hoc non sit de mẽte Papæ. Ergo nihil est, per regulam: ꝙ in omnibus quæ papa statuit, vel mandat intelligitur, nisi aliud appareat facere secundum iuris dispositionem, & se iuribus cõfirmare.C.de inoffi.testa.si quando & Institu.quib.mo.testa. infir.§.fin.9.dist.iustum.

Sed vt hic dicit Io.Mo. In effectu iura volũt ꝙ id quod fit per gratiam alicuius, non retorqueatur in eius odium. 55 Et beneficio † iuuari non decipi cõuenit.s.de commoda. c.j.nec Papa per sua mandata intendit aliquẽ grauare.de rescript.ad aures.de deci.ex multiplici.s.

Quia in proposito si talis episcopus nolit cõsentire Cardinalatui erit deceptio, grauamen, siue læsio, quod ab inuito aufertur.56.dist.satis peruersum.16.q.7. inuentum. Hinc regula iuris. quod nostrũ est a nobis &c. Beneficiũ 56 † quippe dicitur esse suum, qui in eo habet canonicum titulum.c.si tibi absenti.j.de præben.& c.j.j.de re.permutat Et procedit licet conferatur, seu tollatur. vt augeatur. Quia tale augmentũ de iure non fit inuitis.ff.de decur.l.2. C de appel.quo ad ciuilia. 74.dist. c.j & 32.q.2.§.integritas

Et si dicatur quod hoc fit propter publicam vtilitatem, Tu dic ꝙ licet publica vtilitas præferatur priuatæ: iuxta nota.in c.bonæ.el primo.de postul.prælat. tamen de iure non cogitur quis ad publicam contra priuatam: loquor de eo qui cogeretur nõ propter munus, hoc dico propter id, quod habetur in l.assumptio.ff.ad municipal.alias cõtra priuatam quis non cogitur.14.q.2.duæ sunt.quod.cap. loquitur etiam in spiritualibus, vnde ad fidem suscipiendã quis non cogitur.45.dist.de Iudæis.33.q.5.ad fidẽ.eo ꝙ illa non esset meritoria. Liberi enim arbitrij &c.de pœni.di.2.si enim.versi.liberi.

Et ideo lex dicit generaliter ꝙ inuito non cõfertur beneficium tex.in l.hoc iure.§.non potest.ff.de dona.vbi di57 citur.ꝙ non † potest exerceri liberalitas nolenti acquiri. Et nemo crescere cogitur inuitus.vt dr̃ in c.gesta.34.dist.

Hinc dicimus licitum vnicuique iuri suo renunciare.l. pe.C.de pac.& l.pe.C.de epi.& cler.& c.ad aplicã s.de rel̃a.

Et ex his sequitur ꝙ licet in literis episcopi promoti Papa dicat illum absoluisse a vinculo ecclesiæ propter ꝓmotionem, quam de eo facit ad cardinalatum: tamẽ hęc verba sunt interpretãda secundum iuris dispositionem, vt vim habeant & effectum eo volente, quod iuuatur per id, quod diximus de decreto irritante, quod nõ habet locum, si impetrans noluerit vti.dixi latè s.in c.tibi.de res. licet verba illius includant voluntatem Papæ, ꝙ nõ vult valere contra facta, & tamen valent literæ si impetrans patitur, vel consentit illas valere.ratio extat in euidenti: quia eius fauore clausula fuit apposita.ergo &c. Idem de regula, anteferri dicas: scribentes in c.pen.j.de præbend. ꝙ si habens clausulam, anteferri, non vult vti illa primus habebit præbẽdam, cum illa clausula posita fuerit in eius fauorem: de hoc dico.j.de præben.eum cui.

Et sic ex præmissis infertur: ꝙ promotio facta de alio ad istũ episcopatum nõ tenet, quia dicta absolutio & trãslatio facta sunt ob causam: & quod fit † ob causam, cau58 sa non secuta, caret effectu.ff.de conditi.ob causam.per totum. Ergo talis absolutio debet carere effectu. Vnde dicunt legistæ quòd causa est proxima conditioni, vt sicut necesse est parificari conditionem, sic & causam, puta cum propter causam legaui, nõ legaturus alias sic vt no. de lega.j.Si sic legatum: Cum ergo Papa non fuisset promoturus illum ad episcopatum, nisi episcopatus vacaret, quia hoc esset contra iura de conce.præben.c.j.& episcopatus non vacet, illo non acceptante cardinalatum, 59 facit.c.si tibi.j.de præben.vbi patet ꝙ beneficium † nõ dicitur illius, cui cõfertur, nisi accepter, ratio exuberat: quia sicut in matrimonio requiritur consensus vtriusque contrahentium.27.q.2.cap.sufficiat.de spon.cum locum.Sic in spirituali.s.hoc titu.cum inter canonicos. Ergo cum iste promotus ad cardinalatum, nondum acceptauerit capellum, & sic nõ sit cardinalis, non desijt esse eps, ex quo apparet cuilibet intuenti doctrinã Io.Mo.ad hoc facere.

Tu in hoc puncto postremo dicas: ꝙ licet in vero puncto iuris præsens quæstio sit vera, tamen communis vsus curiæ Romanæ non habet, vt per cardinalatum vacet episcopatus, prout dixi s.in ca.statutum.de resc.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. XIIII.

¶Licet canon a fœlicis recordationis.&c.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet canon, qui est latæ sententiæ potest executorius appellari quo ad executionem iuris.*
2 *Deficientibus personis collegij, deficit collegium.*
Naturale, sed non accidentale obstat.
3 *Quando incipit causa constitutionis, incipit constitutio locum habere.*
4 *Sufficit 25.annum attingere, licet non cõpleuerint, illis, qui promouentur ad parochialem ecclesiam: secus si ad episcopatum.*
Constitutio ad futura extenditur, non ad præterita.
5 *Episcopi non possunt dispensare circa ætatem, nec prorogare annum ad recipiendum ordines.*
6 *Prouidetur de beneficio cum cura, non existenti in sacris.*
Episcopus impeditus, vel nolens ordinare promotum ad parrochialem infra annum.
An mora possit purgari anno elapso.
Pœna commissa non potest purgari.
7 *Promotus ad parrochialem non dicitur priuatus ante annum, licet nõ supersit tempus, infra quod promoueri possit ad sacerdotium.*
Quando collatori incipit tempus currere.
9 *Possessio facti non impedit viam ordinariam.*
In literis Papę fiat mentio de possessione facti.
10 *Quis compellitur ad ordines suscipiendos.*
Quis incidens in irregularitatẽ sua culpa, vel non sua culpa.
11 *Tutor apppellat ob excusationem rationabilem non admissam.*
12 *Ordinarius dicitur superior, siue sit episcopus, siue maior, siue inferior episcopo.*

SVMMA-

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Appellatione ecclesiæ parrochialis, non venit in materia odiosa parrochialis collegiata.*
Qualitas adueniens enti illud qualificat & reponit eum in diuersa specie.
2 *Vt ecclesia censeatur parrochialis, attenditur auctoritas superioris constituentis.*
3 *In dubio verba sunt potius dicenda ferendæ sententiæ, quàm latæ.*
4 *Pœna non potest esse sine fraude: & vbi non est delictum, ibi non est pœna.*
5 *Capitulum de mulcta habet locum in vicarijs perpetuis ecclesiarum parrochialium.*

a Licet. Hæc decretalis habet quinque dicta. Primò canonem Alex. 3. s. eo. cum in cũctis. §. inferiora recitat. Secundo. §. quia tamen, dictum canonem iuris executione supplens, collationes minorib. 25. annis b faciendas irritat. Tertio. §. (is etiam) assumptos ad ecclesias parrochiales infra annum ad sacerdotium promoueri mãdat. Quarto. §. (ꝙ si hoc) non. seruantes ipso iure priuat. Quinto. §. (super ordinarijs) potestatẽ cum prędictis super residentia dat.

Et hęc decretalis declaratur. j. eo. c. statutum. & j. eo. cũ ex eo. modificatur in potestate dispensandi causa studiorum in diaconatu & presbyteratu ordinibus ad certum tempus (inter cætera. benedicit inter cætera, quia multa alia statuit præter ista: vt patet ibi (talis) idest attingens. 25. annum & scientia & moribus commendandus (huius) c idest ecclesiæ parrochialis c (monitus) Sic ergo canon ille alijs non imponebat pęnam, nisi post monitionem (præfixo tempore) quòd erat in proximis quatuor tẽporibus. arg. 75. dist. quasi per totum (amoueatur) & ita per sententiam hodie ipso iure (& alij conferatur) nota qđ dicit alij: non ergo potest primo. j. eo. c. cõmissa. §. porrò.

Et dic alij, quæ faciat cum effectu id, in quo fuit primus negligens. j. de cler. non residen. in eccle. relatum, alias remoueatur, vt ibidem cõtinetur (periculosam) quæ erat periculosa & sibi, & illis, quos debebant corrigere: & ita cateruatim sequebatur eos pereuntes multitudo pereuntium. 40. distin. si Papa (iuris executionem) quia cum executores huius iuris essent negligentes voluit hanc cõsti1 tutionem esse executoriam sui ipsius. Et ita † nota quòd d quilibet canõ, qui est latæ d sententiæ potest executorius appellari: & verum est quoad executionem iuris (parrochialis ecclesiæ) Secus in dignitatib. j. eodem. statutum. & idem in heremitagijs, vbi nulli sunt parrochiani. argu. dic. cap. idem.

Item quid, si fuerint ibi parrochiani: sed desierũt esse? 2 dic idẽ ꝙ in heremitagijs. Et quia † deficientibus personis collegij, deficit collegium, vt not. ff. ꝙ cuiusque vniuersita. l. sicut municipium. & arg. ff. de lega. 3. l. pater. §. Tusculanus: & quib. mod vsus. amitta. l. si vsusfructus. ff. de regu. iur. in omnibus. ff. de fideiusso. mortuo reo.

Pręterea cessat causa, cessantibus parrochianis. Ergo &c. C. de episc. & cle. generaliter. cum suis concor.

Arg. videtur contra. ff. de seruitu. vrb. prædio. l. foramẽ. 3. respon. Sed responsio patet, quia istud nõ naturale est, sed accidentale: quare non obstat.

3 Quid si interim ceperint ibi esse parrochiani? dic quòd constitutio locum incipiet habere: quia iam facta est ecclesia parrochialis: & sic, o, reuolabit ad. a. 35. di. ab exordio. queadmodum si modo fieret de nouo aliqua ecclesia parrochialis, constitutio locum haberet, (Scientia) quæ scientia requiratur in rectore parrochialis ecclesię. habes in tex. 38. dist. cap. quæ ipsis (ætate) ita vt ad minus attingat. 4 25. annum, vt statim sequitur (qui non attigerint: † sufficit ergo in istis ꝙ attingant, 25. annum, licet non compleuerint: secus in assumpto in episcopum, qui debet cõpleuisse. 30. annum. s. eo. c. cum in cunctis primo respon.

Quid de abbate? credo idem. arg. j. eo indemnitatibus. e in prin. Sed dic contra. e vt ibi (de cætero) per hoc apparet ꝙ constitutio ad futura extenditur, non ad præterita. Et hoc habet locum in qualibet constitutione de nouo promulgata regulariter. s. de constitu. ca. fina. (viribus omni5 no carere) ipso iure, & hodie † non possunt episcopi circa ætatem dispensare, vt olim a quibusdam dicebatur. argu. j. de æta. & quali. præterea. & c. indecorum. nec possunt prorogare dispensatiue ipsum annum ad recipiendos ordines per istam decretalem, quę permittit eisdem dispensationem super residentia tãtum, ergo super alijs hoc videtur prohibere: quia quod de vno &c. j. de præsumptio. non ne. 25. distin. qualis.

Sed nunquid adhuc hodie possunt dispensare: vt constituto in minoribus cura animarum committatur: vt olim per illam decretalem præterea. dic ꝙ sic, quia nihil de hoc prohibetur hic: ergo stabimus iuri antiquo: vt supra. allega. est.

6 Et † hodie potest prouideri non existenti in sacris de beneficio cum cura, & ad ipsum p̄sentari. j. hoc libro de præben. si pro pauperibus: & j. de institu. capi. fin. & hæc decret. non requirit, nisi quod promoueatur præsentatus ad curam, infra annum in presbyterum (residere personaliter) ad hoc tenebatur etiam olim. j. de cleri. non residen. relatum (infra annum.)

Sed quid si in isto anno fuit impeditus, vel nõ fuit, qui ordinaret eum, vel episcopus nolit eum ordinare, nũquid erit priuatus? vel si moueatur ei lis, cui confertur ecclesia parrochialis, nunquid ei curret iste annus? pendente lite. dic quòd no. j. eo. cap. commissa. §. j. (priuatus) ipso iure, olim per sententiam.

Sed nũquid põt purgari mora, anno elapso post aliquot dies? dic quòd non. argu. hic & in j. de supple. negli. præla7 to. cap. licet. Quia † pœna f commissa non potest purgari. f ff. de actio. & obliga. traiectitie. C. de contrahen, & commit. stipu. l. magnam, nisi circa iudicia. ff. si quis cautio. & si post tres, & nisi in contrarium inueniatur. in iure expressum. j. de loca. & conduct. potuit.

8 Sed quid † si tantum tempus restat de anno, quòd certum est quòd non poterit promoueri ad ordines presbyteratus, nunquid erit priuatus ante annum? dicas quòd non, nisi finito anno. j. eo. commissa. 1. responso.

Sed quid si confertur ecclesia diacono. & monitus nõ vult promoueri ad presbyteratum, nunquid poterit priuari per sententiam, infra annum, secundum tenorem illius constitutionis. s. eo. c. cum in cunctis. dicas quòd sic, g quia pœna illa non remouetur g hic, sed additur minor, scilicet quòd ipso iure priuatur elapso anno. Stet igitur illa, infra annum, cum non mutetur. infra. eodem, constitu. j. respon.

Sed quando incipiet tempus currere illi, ad quem sph ectat collatio? dicas quòd ex quo sciuit vel scire debuit h esse annũ elapsum, & istum nõ esse promotũ. j. de cõcessio. præben. quia diuersitatem, & de supplen. neg. præla. licet quia incontinenti scire debuit priuatum esse istum: argu. i j. de præbend de multa. i vbi dicitur post receptionem alterius libere conferat: quia pro eo reputo annum elabi ordinibus non receptis, sicut recipere secundum beneficium habens curam: cum prius tale haberet: nec est ĩ hoc alia sententia, vel denunciatio iudicis expectanda: alias iam videretur rediri ad decre. cum in cunctis, vbi erat necessaria monitio: & iudicis sententia.

9 Nec curo si possider, quia possessio facti † non impedit ordinariam viam, & si impediat (secũdum vnum intellectum) illam collationem quæ fit per literas Pape, in quibus est necesse quòd fiat mentio de possessione facti. j. de concess. prebe. cum nostris, hodie est expressum quid iuris. 10 j. hoc lib. de præben. licet. & sic habes id, quòd † compellitur quis ad ordines. Sed quia iura super hoc variant, distinguas, aut beneficium habet certum ordinem annexũ, aut non: si habet, aut iusta causa excusat eum, vtpotè irregularitas aliqua, in qua post adeptum beneficium incidit sine culpa sua. vt amisit oculum, vel manus, & tunc non est compellendus, nec priuandus, vt s. eo. cum in cunctis. § hoc sane. Si autem culpa sua incidit in talem irregularitatem, amittere debet beneficium, & sic intelligitur. j. de æta. & qualita. c. j. Idem intelligas si ante adeptum beneficium incidit in illam irregularitatem qualitercunq; siue cum culpa sua, siue sine culpa: quia in promotione sua non debuit hoc tacere. j. de corpo. vitia. exposuisti. 24. distinc. quoniam. & c. vlt. Si autem iusta causa eum non excusat, aut est ecclesia parrochialis, & tunc anno elapso est

est priuatus ipso iure, etiam si non moneatur, vt hic. Aut est aliud beneficium: & tunc si monitur non vult promoueri, priuandus est. supra eod. cum in cunctis. §. inferiora.

In episcopatu autem non requiritur monitio. sed sufficit negligentia electi per tempus a canone determinatum. 100. distin. c. j. circa fi.

Si vero beneficium non habet certum ordinem annexum, & ecclesiæ vtilitas vel necessitas non exigit, inuitus cogi non debet, & punitur qui eum compellit. 74. distinc. cap. j. & 2. & cap. vbi ista.

Si autem necessitas vel vtilitas requirit quòd clericus promoueatur, sed clericus excusat se prætextu criminis, quod se proponit commisisse, aut aliud impedimentum proponit, in quod incidit sua culpa, tunc episcopus debet promouere inferiores idoneos, & ipsum clericum penitus amouere ab illo beneficio, nisi alias sit valde vtilis & necessarius illi ecclesiæ. j. de æta. & qualita. cap. quæris. si vero prætendit impedimentum temporale, putà infirmitatem, vel etiam perpetuum ex delicto suo non prouenienes, non solum non cogitur, sed si eius non admittatur excusatio, a tali grauamine poterit appellare, sicut & tutor † appellat ob excusationem rationabilem nō admis-
11 sam. ff. quando appellan. sit. l. j. §. si quis tutori. q. 6. cap. dudum. alias. §. quod in sententijs.

Quod si sola voluntate renuit ordinarij: nihil prætendens, nisi quia non vult, debet compelli appellatione remota, per substractionem officij & beneficij. 84. distinct.
12 cap. 3. & 4. (ordinarius) id est suus † superior, siue sit episcopus, siue maior, siue inferior episcopo, quia talem licētiam dare potest inferior episcopo. j. de cler. non residen. cap. relatum. hodie secus videtur. j. hoc lib. de tempo. ordi. cum nullus. j. respon.

Sed ibi interpretatur superiorem ordinare, non inferiorem dispensare valentem super residentia, & istud secundum latius est.

ADDIDIONES PROBI.

a DICET. vide Petr. de Anch. cōsi. 293. vltra & consi. 304. ista allegata.

b Parrochiales. appellatione ecclesiæ
1 † parrochialis ecclesiam parrochialem collegiatam non venire dicas in materia stricta, quia collegij qualitatem habet supra parrochiā, sed in materia non odiosa sic. Pano. in rub. de vita & honesta. cleri. in fi.

c Et istud quòd proximè diximus poteris comprobare per ea, quæ in iure dicuntur: quòd qualitas adueniens enti qualificat illud: & reponit eum in diuersa specie, de quo diximus in rubri. de vsur. infra.

d Parrochialis. ad hoc vt censeatur † parrochialis, atten-
2 ditur auctoritas superioris constituentis eum parrochialem. notat Alexan. consi. 74. colum. j. viso puncto. volu. 4.
3 Qui est latæ. tamen si verba sunt dubia, † quæ possunt sapere latam sententiam, vel ferendam, in pœnalibus potius debent intelligi vt sint ferendæ quàm latæ sententiæ. not. Domi. consi. 23. quia diffusè.

e Sed dic contra. Colle. in cap. cum in cunctis. num. 14. s. eod. dicit hanc additionem multos non habere. Ideo insequitur opinionem Ioan. Monach. vt non idem procedat in abbate.

f Pœna. † quæ sine fraude esse non pōt. l. aliud est fraus.
4 ff. de verbo. signific. & pœna arguit pœnam & delictum. l. sancimus. C. de poe. capitu. quæsiuit. s. de his quæ fiunt a maio. parte capitu. Deci. consi. 273. colum. 2. in casu proposito: qui ibi subdit quòd vbi non est delictum, ibi non est pœna. d. l. aliud est fraus.

g Non remouetur, & sic dicitur executiuus. cap. cum in cunctis. s. eo. Domi. in consi. 131. col. fin. quoniam.

h Vel scire debuit. Roma. consi. 451. præsentis dubitationis articulus: discutit de eo qui impetrat secundum beneficium, & tacet primum, quod procurator acceptauerat.

i De mulcta, quod. capitu. prout † & text. nostrum dicas
5 habere locum in vicarijs perpetuis ecclesiarum parrochialium. Clement. vnica. de offic. vica. licet Archi. hic contra. col. 4. in versic. Sciant. Cui non astipulor.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdunen. Cap. XV.

¶Nemo deinceps parrochialem ecclesiam, &c.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter debet esse qui habet parrochialem ecclesiam.*
Parrochialis non potest commendari, nisi presbytero, bene tamen intitulata dari.
Commendatarius, an intelligatur prælatus.
2 *Durante commenda. an ecclesia parrochialis dicatur vacare.*
3 *Commendatarius, an faciat fructus suos.*
4 *Impetrans, an teneatur facere mentionem de commenda.*
Patronus, an vocari debeat ad commendam faciendam.
5 *An durante commenda poterit illa reuocari, vel interim conferri per ordinarium, ecclesia commendata.*
6 *Duas ecclesias commendatas (sicut nec intitulatas) quis habere non potest: vnam tamen commendatam, & aliam intitulatam valet.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Commenda nihil aliud est: quàm depositum.*
An per obitum commendatarij: beneficium commendatum dicatur vacare.
2 *Vacare quando dicatur beneficium.*
3 *Mulier vidua denominatur a dignitate prioris mariti, donec alteri nupserit.*
Cancellaria, prout nec Camera apostolica non dant vacationem per cōmendam, sed per titulum prædecessoris.
4 *Reseruatio per commendam (etiam per Papam factā) non expirat.*
Beneficium commendatum per Papam affectatur: vt per alium quàm per ipsum non possit conferri, prout dicitur de beneficio litigioso, & de beneficio reseruato per appositionem manus Papæ.
5 *Dictio, maximè, de sui natura idem in sensu contrario implicat.*
Commendatarij non possunt cedere commendæ, etiam per viam permutationis sine commendantis permissione.
6 *Argumentum ab absurdo est validum.*
7 *Quod non est in me vacare non potest per me.*
Amitti non potest, quod quæsitum non fuit.
Quod non est rumpi non potest.
Qualitas non potest esse sine subiecto.
8 *Per instrumentum legitimationis probatur quem non fuisse legitimum.*
9 *Qui agit penitentiam videtur fateri delictum.*
Qui opponit exceptionem compensationis, debitum fateri videtur.
10 *Ecclesia commendata de iure censetur vacare, non de facto.*
11 *Commenda est legitimus titulus, quo ad administrationem bonorum & fructuum ecclesiæ commendatæ.*
12 *Galli dicunt commendam vim tituli obtinere.*
13 *Forma commendæ hic describitur.*
14 *Commendatarij perpetui dicuntur prælati.*
15 *Tenor scripturæ actum probat.*
16 *Iura loquentia de veris abbabatibus habent locum in commendatario perpetuo.*
Commenda habet quādam affinitatem, seu attinentiam cū prælatura.
Verbum, liberum, addit aliquid vltra ius commune.
17 *Paria sunt esse talem, vel pro tali haberi in his, quæ sunt iuris: secus in his quæ sunt facti.*
18 *Clausula in exordio apposita ad omnia sequentia refertur.*
19 *Collatio beneficiorum reperitur inter fructus.*
20 *Commendatarius potest esse iudex delegatus sedis apostolicæ.*
21 *Iurisdictio Papæ est plena, iurisdictio vero episcoporum semiplena.*
Verbum plenaria liberam potestatem importat & absolutam.
22 *Vbicunque probatio est plenaria, nō admittitur probatio iu cōtrariū.*
23 *Commendatarius magis censetur esse prælatus verus, qnàm titularius.*
24 *Successor in canonicatu, an succedat in cognitione causæ prædecessori delegatę.*
25 *Beneficium non habet successorem.*
In beneficialib. nō habemus ius a defuncto, sed a canonica institutione.
26 *Delegatio facta vicario episcopi transit ad successorem in officio, si desinit vicarius, aut moriatur.*
27 *Subrogatio sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
28 *Filius non potest emancipari. quo ad vnum actum, & quo ad alium actum, non.*
29 *Libertas non potest dari ad tempus.*

30 *Mixtus*

30 *Mixtus ex natura duorum, illi attribuitur, de cuius natura magis par icipiat.*
31 *Si re priueris: nomen habere non mereris.*
32 *Data opinionum contrarietate, ſeu canonum varietate, tenendum eſt quòd curia obſeruat.*
33 *Commenda cum alia commenda, aut alio beneficio, poteſt permutari.*
34 *Forma indulti, vt commendatarius tanquam verus abbas correctionem & aliam iuriſdictionem exercere poſſit, hic deſcribitur.*
35 *Confutatur opinio Do. And. Alciati.*
36 *Beneficiati dicuntur vſuarij, non vſufructuarij.*
37 *Diſſipare fructus eccleſiæ, dicitur ſacrilegium.*
Hæreticum eſt in iure noſtro, quòd beneficiatus faciat fructus ſuos
Diſſipatio procedit ex damnata genitrice, quæ dicitur diſcordia.
Natura contrariorum eſt, vt mutuo ſe expellant.
38 *Delictum prælati non debet nocere eccleſiæ.*
39 *Cautela diuerſorum cocorũ vix poteſt ſatiare prælatos noſtri tẽporis.*
40 *Ex vicinitate membrorum, confederatio intelligitur vitiorum.*
41 *Inconuenientia ratione commendarum quæ procedant.*
42 *Non debet per indirectum concedi, quòd directè fieri nou poteſt.*
Ita dicitur expreſſum, quod fit p indirectũ, ſicut ſi fieret per directũ.
43 *Iniuriarum occaſio non debet naſci, vnde iura naſcuntur.*
44 *Clericus qui conſumpſit inhoneſte de bonis eccleſiæ vltra neceſſitatẽ: tenetur ad reſtitutionem.*
Io. de Anania nolebat ſanguinem mortuum deputatum pauperibus, ſed ſudorem manuum ſuarum bibere.
45 *Fructus beneficiorum dicuntur vita & ſanguis pauperum.*
46 *Magis dignum, atrrahit ad ſe minus dignum.*
Decimæ dicũtur vota fideliũ, ptia peccatorũ & patrimonia pauperũ.
47 *Alciatus ſolito more conatur impugnare veritatem ſuis nouis, ſeu verius antiquis & innouatis intellectibus.*
48 *Bal. non audebat recedere ab vniuerſitate doctorum.*
49 *Argumentum ad ſimile vno claudicat pede.*
Non valet argumentum de rebus prophanis, ad res eccleſiaſticas.
50 *Qui animo dilapidandi tutelam aßumpſit, furis & non bonæ fidei officio fungitur.*
51 *Viuat Verona, non laus, nec Placentia.*
52 *Argumentum a ſolitis eſt validum.*
53 *Quod communiter fieri conſueuit factum præſumitur.*
54 *Dictio taxatiua, non tollit ea, quæ ſunt ſolita fieri, ſiue ea, quæ ſunt de conſuetudine.*
55 *Nouerca dicitur odioſa priuigno, vel priuignæ.*
56 *Verba debent intelligi & interpretari ſecundum curſum ordinarium & nõ referri ad illud, qđ extraordinario iure, qñque factũ fuiſſet.*
57 *Fatui communiter ſe exiſtimant ſapientes.*
58 *Imperator in eius reſcripto, vel ſententia, intelligitur ius condere.*
59 *Intereſt reipublicæ, ne quis re ſua male vtatur.*
Quilibet rei ſuæ eſt moderator & arbiter quomodo intelligatur.
60 *Pontifex maximus, dicitur vberrimus fons iuſtitiæ.*
61 *Res Romanæ eccleſiæ, quomodo dicuntur eſſe Papæ.*
62 *Vbi nõ ſubeſt cã veniẽdi cõtra iꝰ poſitiuũ, prĩceps peccat illud violãdo*
63 *Prælatus habet liberam adminiſtrationem, dum bene adminiſtrat: non, quando eccleſiam ſpoliat.*
64 *Diſpoſitio generalis debet intelligi de valida non de inualida.*
65 *Verbum, liberam, quid importet.*
66 *Iudex ſeu bonus vir dicitur habere non liberam voluntatem, ſed regulatam a lege.*
67 *Verbum diſſipatio, ſonat in vitium, aut exterminationem vel rei conſumptionem.*
68 *Donare non eſt adminiſtrare, ſed diſſipare.*
69 *Proprium paſtoris eſt congregare & conſeruare, ſed proprium lupi eſt rapere & diſpergere.*
70 *Omnino, denotat idem quod præciſe, totaliter, & in omni caſu.*
71 *Recedere a communi opinione tribuendum eſt arrogantiæ potius quam peritiæ.*
72 *Errare in rebus, peccatum eſt.*
73 *Alciatus dicitur idolum ciuitatis Bituricen.*
74 *Nunquam fuit iuriſconſultus, quin aliquando fuerit reprehenſus.*
75 *Cerebrum Bal. continuo reuoluebatur, ſicut auis in aere.*
Habens liberum arbitrium, non intelligitur habere poteſtatem diſſipandi: & dilapidandi.
76 *Princeps non poteſt facere per ſua iura quod homines inuitentur ad delinquendum.*
77 *Qui veritatem metu alicuius occultat, Dei iram contra ſe prouocat.*
78 *Non ſe putet Chriſtianum eße qui mori pro veritate non habet animum præparatum.*
79 *Subtilitas in doctore commendatur.*
80 *Magis in doctore veritas quam ſubtilitas attenditur.*
81 *Difficile ac durum eſt vnum compeſcere multos.*

NEmo. hæc decretalis habet quatuor dicta. Primò tangitur quibus commẽda eccleſiæ parochialis fieri non debet, Secundò verſ. nec tali. quot & quando debent fieri cõmode. Tertio verſ. huiuſmodi autem per quantum temporis ſpacium duret. Quarto verſ. (ſtatuentes) actum in cõtrarium irritat. (Legitima) ſcilicet quod attingit ad minus. 25. annum. s̃. cap. proximo. & s̃. eo. cum in cunctis. §. inferiora (ſacerdotio) 1 ideſt presbyterio: quia presbyter † debet eſſe qui habet parrochialem eccleſiam. s̃. c proximo. Et eſt hoc ideo ſtatutum, vt poſſit ipſi eccleſiæ interim in presbyterali officio deſeruire. Et ſic habes hic quòd licet parrochialis eccleſia poſſit intitulata dari etiam non presbytero. s̃. c. proximo: non tamen poteſt commendari, niſi presbytero: hoc autem non erat ante hanc conſtitutionem (cõmendare.)

¶ Sed nunquid in hoc caſu is qui habet commendatã intelligatur prælatus eccleſiæ, dicas ꝙ non: ſed procurator tantum: habet tamẽ legitimam adminiſtrationẽ. 21. q. j. relatio. s̃. eo. cum nobis olim. §. fina. & ſic eſt notatum. 21. q. 1. qui plures.

2 Sed nunquid † interim dicetur vacare, dic qđ non, quia iſte titulus canonicus eſt, ſicut alij. s̃. eo dudum. 2. 21. q. 1. qui plures. Et hoc intelligo cum fit ex cauſa legitima: alias hodie non valeret. vt habes hic.

Sed nunquid currit tempus interim illis, ad quos ſpectat electio, collatio, vel præſentatio, dic ꝙ non, cum non dicatur vacare, vt dictum eſt.

3 Sed nunquid † facit fructus ſuos iſte? Dicunt quidam ꝙ non, quia cuſtos eſt, nec habet ius in eccleſia, nec in fructibus niſi ad gubernandum & colligendum, & prouidendum miniſtris, & quę ſuperſunt, in vtilitatem eccleſiæ conuertendo. ſicut dicitur de viſitatore. 61. diſ. obitum: & ca. Catinen. 7. q. j. cõſtitutum. expenſas, tamẽ moderatas, ei non de nego. arg. prædictorum iurium.

Tu dic iſtum pluſquàm procuratorem, qui habet titulum approbatum, a iure conceſſum propter neceſſitatẽ, vel vtilitatem eccleſiæ, & ideo facit fructus ſuos.

4 Sed nnuquid † impetrans talem eccleſiam. tenebitur facere mentionem de tali commenda: dic ꝙ ſic. arg. j̃. de conceſſio. præben. cum noſtris: & c literas.

Sed nunquid patronus vocabitur ad talem commendam? dic ꝙ ſic. arg. 16. q. 7. filijs. idem dicas de alijs, qui ex tali commendatione ledũtur. arg. ff. de adoptio. nam ita. ff. de minor. l. in cauſa j. §. cauſa autem cognita. C. ſi aduerſus credito. authen. ſi omnes. j̃. de officio Archid. ad hæc. §. fina. Si autem contumaces fuerint, vlterius non audientur. j̃. qui fil. ſint legiti. c. per tuas.

5 Sed quid, † an poterit reuocari per ordinarium, vel cõferri interim? dicas quod non, niſi ceſſante cauſa, ex qua facta eſt. arg. j̃. de voto & voti redemp. magnę. ad finem. 73. diſtinct. §. verum (nec tali) cõſtituto in ætate legitima, 6 & in ſacerdotio (niſi vnam) † ergo duas commendatas non poteſt habere, ſicut nec duas intitulatas.

Sed quod non poſſit habere, niſi vnam intitulatam, & aliam commendam, hic non prohibetur. Ergo hic ſtabo iuri antiquo. s̃. eo. dudum. 2. j̃. dummodo habeat licentiã a prælato ſuo, nec obſtet. s̃. eo. c. proximo (neceſſitate vel vtilitate) vt quia ſuper eccleſia litigatur, vel electus cõfirmandus impeditur. arg. j̃. de offi. ordina. cum nos. j̃. de ſymo. ſicut tuus primo reſpon. (huiuſmodi) ideſt factam cõſtituto in presbyterio & ætate legitima & ex cauſa (non durare) & ita deciſa eſt altercatio antiquorum. Quidam enim dicebant ipſam vltra durare: quidam non.

ADDITIONES PROBI.

TRactaturi in præſentiarum materiã quotidianam commendæ. Primò ſcire cõgruit quid ſit commenda: vt eo cognito ad alia materiæ ſubiecta deſcendamus. ideo dic ꝙ commenda propriæ nihil aliud eſt quàm depoſitum, probat tex. in l. commendare ff. de ver. ſigni. & l. Lucius & l. publia. ff. depoſiti. vbi dicitur qđ commendatarius. non eſt aliud quam depoſitarius, facit. c. primum. s̃. de depoſito.

Ex quo infero ad intentum materiæ tex. noſtri, quòd

per

per obitum commendatarij, beneficium nõ dicitur vacare. Quod pbo multifariè multisq; modis. vt verbo Apostoli vtar. Primò habeo stilũ curiæ. cui venit attendendũ, & de quo in sequentibus latissimè dico, de quo etiam stilo in proposito recordatus est glossa. pragma. in titul. de electio. & reserua. in §. j. in versic. causa. & in titu. de colla. in §. Item quòd omnia. in versiculo. vacauerint in principio.

Secũdò verificatur intentum per diffinitionem verbi, 2 vacare, † quod est eo quòd sponso siue titulario priuatur. l. j. de bo. vacant. lib. 10. C. rub. & nigrum. s. & j. ne sede vacan. faciunt notata per Ioan. Imo. post gl. in verbo, vacare. in Cle. ne Romani. de ele. vbi dicit quòd mulier † vidua 3 denominatur a dignitate prioris mariti. donec alteri nupserit, quòd deduco. j. in c. is cui. de sepultur. hoc. li. ita in proposito, beneficium dicitur vacare eo modo, quo vacabat, priusquam commendaretur, & donec per modum tituli de eo fuerit prouisum: hinc est quòd apostolica cãcellaria, prout nec cancellaria legationis Auinionen. prout de hac vidi, non dant vacationem per commendam, sed per titulum prædecessoris. de apostolica refert Io Franci. de Pauy. olim. causarum palatij apostolici auditor, in tracta. ne sede vacan. in 2. parte. q. 3. Idem dic de camera apostolica, quæ in hoc pari passu ambulat. faciũt argu. quæ citantur a Do. de Ro. in antiquis: in tit. de præben. decisio. prima. ꝙ reseruatio † per commendam (etiam 4 per Papam factam) non expirat.

Feder. in trac. de permuta. q. 15. dicit ꝙ sublata commenda, remanet beneficium vacans in curia, maxime si tempore commendæ vacabat in curia: facit ad id quod dicimus, ꝙ quotiescunque beneficium commendatur, eodem contextu affectatur, quòd per alium quàm per Romanum pontificem non potest conferri instar beneficij litigiosi. c. j. & 2. vt lite penden. hoc libro: hanc partẽ sustinet Do. Stephanus Bertandi consil. 235. Etiamsi commenda. parte tertia.

Instar etiam reseruationis, quæ procedit ratione appositionis manus Papæ. c. vt nostrum. s. de apella. quod vide comprobatum per eundem Domi. Bertrand. consi. sub numero quinto.

Et hæc tria beneficiorum genera diximus affecta. testatur Prouincialis in tit. de vacant. non reserua.

5 Nec refragatur præmissis dictio, † maximè, quòd si non vacaret in curia, minus censeretur reseruatum, cum eius natura, aut propria illius significatio idem in sensu contrario implicet. Anto. de Butrio post tex. in c. ad abolendam. s. de fil. presbytero. & hæc incidenter sint dicta.

Et redeundo ad thema per commendam, non est plenè beneficio prouisum, cum commenda, vt prediximus, sit depositum meritò commendatarij, sine commendãtis permissione, commendæ non possunt cedere, etiam per modum permutationis. Panor. in c. cum olim. s. de re. permuta. ratio, quia in commenda non habent plenum ius commendatarij: vt ex tex. nostro resultat: ideo vacatio antiqua remanere dicitur: per ea quæ no. in ca. ne pro defectu. s. hoc tit. & in Cle. j. ne lite penden.

Quod si commendatarij dicantur depositarij, trahitur ex consequenti ꝙ neque quasi proprietatem neq; quasi possessionem iuris beneficij commendati habẽt, sed tenutam & meram detentionem. Roma. consil. 350. nu. 12. in casu proposito: & tex. in l. licet. §. rei. ff. deposi. gl. in c. si cõstiterit. s. de accusatio. quod comprobo per glo. hic: & in c. qui plures. 2. q. j. vbi dicitur, commendatarium verum non fore prælatum ecclesiæ sibi commendatæ, sed procuratorem cum legitima administratione. tex. in ca. cum nobis. in fine. vbi glo. in ver. procuratorem. s. hoc titu. & dic. is cui. eo. & hac ratione iura eum arctant ad redditionem administrationis. arg. c. primi. 10. q. 3. Archi. per illũ tex. in d. c. is cui. quòd autem prioratus commendatitij. propriè non vacent: secus in intitulatis. tenet Io. Mo. in c. præsenti. in fine de offi. ordin. Decius in consil. 149. nu. 5. in causa iurispatronatus. vide Socin. consil. 32. col. 6. ex his: vbi dicit melius: ꝙ cõparat̃ vsurari o commẽdatarius.

6 Fouetur intentum. arg. † ab absurdo, quod est validum in iure. l. nam absurdum. ff. de bonis liber. c. dudum. s. de pben. c. quemadmodum. s. de iureiur. c. cum inter. s. de exceptio. dixi. s. hoc tit. in c. generali: quia si dicamus titulum commendæ in se habere verum ius & titulum beneficij, erit derisoria iurium determinatio, videlicet quòd quãuis regulariter duas non liceat habere ecclesias in titulũ, vnam tamen habere in titulum, & aliam in commendã congruit, per ea quæ no. in c. dudum. el 2. s. hoc titu. & Ioã.

7 Mo. hoc. c. ideo succedit regula, quod non † est in me, nõ potest vacare per me. l. nõ potest videri desijsse. ff. de reg. iur. desijsse quippe non dicitur, quod non incepit. l. Titio vsufructus. ff. de condi. & demon. & amitti non potest quod quæsitum non fuit. l. j. §j. ff. quibus modis vsufru. amit. cum amissio sit rei præsentatio, & sic habitum præsupponit. l. decem. ff. de. verb. oblig. c. ad dissoluendum. s. de desponsa. impube. & l. manumissiones. ff. de iustit. & iure. nec morit q nõ vixit. c. ꝙ vero. 33. q. 2. c. sicut. s. de hom. Et ꝙ non est rumpi non potest. l. nam & si sub conditione. §. si post. ff. de iniust. rup. & irri. testa. l. liberos. §. fin. ff. de capit. diminutio.

Item qualitas non potest esse sine subiecto. l. eius qui in prouinciam. ff. si cer. peta. & l. si seruum. ff. de acti. empt. dico latè in c. j. de confess. j. facit quod citatur a Bal. in l. 2. C. 8 de iure aureo. annulo. ꝙ per instrumentum † legitimationis probatur quem non fuisse legitimum: quia omnis dispensatio veritatem præsupponit in contrarium verũ esse. Bal. vbi. s. verum dicit, si eo instante fuerit confectũ, alias non; probat, quia potuit per maliuolum fieri, cuius posset obesse, prout in simili dicit glo. pragma. in titu. de elec. in §. si vero in verbo simoniacam. de pecunia data in fraudem electi, quæ non nocet: idem Bald. in l. moueor. C. de ser exportan. & in l. fina. colum. 3. C. de senten. passis. Quod per instrumentum emancipationis filiationem & patriam potestatem probari precessisse. Et 9 † qui agit pœnitentiam videtur fateri delictum Bal. post glo. in c. literas. s. de præsumptio. vbi Feli. & Alex. in l. j. in princ. col. 2. ff. de no. oper. nunc.

Et qui opponit exceptionem compensationis debitũ fateri videtur Roma. consil. 77. circa finem, pater reuerẽde, ista, quasi videntur extra propositum; pro eo tamen vide Areti. consil. 76. viso compromisso, dum dicit ꝙ nõ priuatur successione qui nõ succedit, alia dico in c. nemo de reg. iu. & in d. c. j. in verbo non sunt. de confes.

Per quæ videtur optime comprobatum beneficium non vacare per obitum commendatarij, sed titulari præcedentis, & sic eo modo, quo priusquam commendaretur, vacabat, alias commenda nõ esset ad nutum commẽdãtis reuocabilis: quod viro dicere nõ cõuenit. arg. eorũ q̃ diximus de deposito, quod ad deponentis meram voluntatem renouatur, licet in deposito dictum fuerit ꝙ depositum duret vsque ad depositarij obitum. tex. in l. 1. §. si deposuero ibi, & ante mortem. ff. depositi.

Vnum tamen dicit Archi. in c. si plures. 21. q. 1. ꝙ ec-10 clesia commendata † censetur. de iure vacare, non autẽ de facto, addens ꝙ commenda ex toto non sequitur naturam depositi, quia clericus cui commendatur, potest inde facere expensas, & sumere alimenta, & soluere debita, sicut ille qui nondum adijt hæreditatem, & deliberat an adire debeat, licet non habeat ius soluendi debita. ff. de iure fisci. l. si filius. l. Aristo. §. vlt. & si necessarias facit expensas in ecclesia de suo, potest retinere, donec sibi soluantur. ff. de pigno. l. si necessarias. § j. quod non esset in re deposita.

Facit in proposito quòd no. Stepha. Bertran. consi. 165. 11 in beneficialibus. 2. parte ꝙ commenda † est legitimus titulus quo ad administrationem bonorum, & fructuum ecclesiæ commendatæ, non tamen est titulus, qui conferat ius in re. secundũ Moder. hic; & illud. vide consil. 235. etiam si commenda. parte. 3. quia hanc partem sustinet: & Alex. in consil. 96. col. j. visis narratis. vol. 3.

Licet præmissa videantur ruere, de iure verissima fore: 12 ea tamen non admitterent Galli, † qui dicunt commendam in omnibus, & per omnia vim & efficaciam tituli obtinere, & sic vacationem per obitum, aut cessionem commendatarij facere & de iure, & de facto.

Quod vt Gallus Gallorum opinionem comprobem, prout teneo, & me obligatum cognosco Galliæ, quæ me genuit, aluit, docuit, & conseruauit. quinnimo sacerdotibus, qui nobis præstant pabula spiritualia, adduco sequẽtia, pro quorum discussione formam commendæ describo sequentem.

¶ Adria-

13 ¶ Adrianus, † episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Ioã. de Bolẽ-
guerio rectori, seu perpetuo vicario ecclesiæ sanctæ Ra-
degundis decanaio. Agenen. dioecesis. Salutem & aposto-
licam benedictionem. Rationi congruit &c. Dudum si-
quidem monasterio sanctæ Mariæ de Periaco Cistercien.
ordinis Agenen. dioecesis. Ex eo ꝙ dilectus filius Guillel-
mus de Balẽguerio olim ipsius monasterij abbas regimi-
ni & administrationi illius, cui tunc præerat, per dilectũ.
N. procuratorem constitut um in tui fauorem reseruatis
tamen sibi quo ad vixerit, medietate omnium & singulo-
rum fructuum, reddituum, prouentuum, ac emolumen-
torum dicti monasterij, necnon grangia seu domo des
granges nuncupata ad dictum monasterium legitimè ꝑ-
tinen. cum omnibus & singulis grangiæ huiusmodi do-
mibus, ædificiis, fructibus, prouentibus, iuribus, & pertinẽ-
tiis, per eum etiam tempore successorum tuorum mona-
sterium prædictum, in titulum vel commendam, pro tẽ-
pore obtinentium vel alium, seu alios eius nomine pro-
pria auctoritate percipiendis; colligendis, & leuandis, ac
in suos vsus & vtilitatem conuertendis, necnon tenendis;
possidendis, & vsufructuandis, ac collatione, prouisione,
presentatione, institutione, & omnimoda alia dispositio-
ne: medietatis omnium & singulorum beneficiorum, &
officiorum ecclesiasticorum, secularium, & ab eodẽ mo-
nastcrij dependentium, regularium, ad collationem, pro-
uisionem, præsentationem, institutionem, & omnimodã
aliam dispositionem abbatis pro tempore existentis dicti
monasterij spectantes, & pertinentes pro tempore vaca-
turorum. Ita quòd ipse Guillermus nuper abbas primum,
& tu secundum, & sic secutiuè, alternatis vicibus benefi-
cia, & officia huiusmodi, cum vacarent conferre, & de il-
lis disponere haberetis facienda pensionis annuè loco. &
non alias: aliter: nec alio modo in manibus. feli. recorda.
Leonis Papę decimi prædecessoris nostri spontè & liberè
cesserat, ipseq; prædecessionem ipsam duxerit admitten-
dam: abbatis regimine destituto prædecessor ipse atten-
dens, quòd Romani Pontificis circumspectam prouiden-
tiam ecclesijs & monasteriis, singulisq; vacationis incõ-
moda deplorare noscebantur, vt gubernatorum vtilium
præsidio fulcirentur, diligenter prospicere, & ecclesiasti-
cis personis præsertim generis nobilitate pollentibus, vt
in suis opportunitatibus aliquod suscipere valerent rele-
uamen: de opportunè subuentionis auxilio prouidere de-
cebat, tam dicto monasterio de gubernatorẽ vtili & ido-
neo, perquàm circumspecto regi: & salubriter dirigi vale-
ret: quàm tibi, qui vt asserebas, de nobili genere ex vtroq;
parente procreatus, ac in. 20. vel circa tuæ ætatis anno cõ-
stitutus, ac dicti Guillermi nepos existebas: nec non ex di-
spensatione apostolica parrochialem ecclesiam: seu illius
vicariam perpetuam: sanctæ Radegundis inter alia obti-
nebas: apud eundem prædecessorem de nobilitate gene-
ris, vitæ ac morum honestate, alijsq; probitatis & virtutũ
meritis multipliciter commendato horum intuitu, vt
commodius sustentari valeres de alicuius subuentionis
auxilio prouidere volens: Te a quibusuis excommunica-
tionis &c. existebas. ad infra scripta dumtaxat consequẽ-
da absoluens & absolutum fore sentiens.

¶ Nec non omnia alia & singula beneficia, cum cura &
sine cura &c. Sub datum, videlicet tertio nonas Octobris,
Pontificatus sui anno nono.

¶ Monasterium prædictum, cuius fructus redditus, &
prouentus, ad septuaginta florenos in libris cameræ apo-
stolicæ taxati reperiebantur, siue præmisso: siue alio quo-
uismodo, etiam si ex eo quæuis generalis reseruatio, etiã
in corpore iuris clausa resultaret, Idem prædecessor habe-
ri voluit pro expresso, aut ex alterius cuiuscunque perso-
na, seu per similem dicti Guillermi, vel cuiusuis alterius
cessionem de illius regimine & administratione, in Ro-
mana curia, vel extra eam, etiam coram notario publico
& testibus sponte factam vacaret, etiam si tanto tempore
vacauisset, quòd eius prouisio iuxta Lateranẽ. statuta
concilij, aut alias canonicas sanctiones, ad sedem aposto-
licam legitimè deuoluta existeret.

¶ Et ad sedem eandem ex quauis causa specialiter, vel
generaliter pertineret, ac consistorialiter fieri deberet, ac
super eisdem regimine & administratione inter aliquos
lis, seu illorum possessorio molestia, cuius statum idem
prædecessor pro expressis haberi voluit penderet indeci-
sa: cum enim omnibus iuribus, & pertinentiis suis, cum
ad id dilectorum filiorum conuentus dicti monasterij,
seu maioris partis per eundem. N. procuratorem eorum
ad id ab eis specialiter constitutum expressus accessisset
assensus, tibi per te quoad viueres etiam vna cum dicta
ecclesia, ac omnibus & singulis beneficijs ecclesiasticis,
cum cura vel sine cura &c. tenendum, regendum, & gu-
bernandum, ita quòd liceret tibi de fructibus, redditi-
bus, & prouentibus eiusdem monasterij sicut veri abba-
tes pro tempore existentes, disponere & ordinare, ac re-
uerentiam, obedientiam, & alia seruitia exigere, aliena-
tione tamen quorumcunque bonorum immobilium &
preciosorum mobilium tibi penitus interdicta. Idem
prædecessor commendauit curam regimen, & admini-
strationem in spiritualibus & temporalibus plenariè
committendo. non obstantibus &c. Alias formas com-
mendæ vide per Domi. post consi. 140.

¶ Hac descriptione sic facta veniamus oportet ad the-
ma pro parte Gallorum propositum: primo Domi. hic &
14 communiter scribentes tenent, quod † quotiens iura no-
stra dicunt commendatarios nõ fore veros prælatos, de-
bent intelligi de temporalibus, prout text. noster cantat.
Secus de perpetuis, sicut in forma præinserta. Quia tales
veri dicuntur prælati, & titularij, quod patet ad oculum,
quia habent commẽdæ ipsæ perpetuæ naturam titulo-
rum, vtpotè perpetuitatem. pro hoc text. in cap. sancto-
rum. 70. distinctio. capit. præterea. 55. dicto cap. primo. de
capel. monach. hoc libro. glos. in cap. pastoralis. 7. quæstio.
15 prima. hoc etiam † tenor commendæ probat, ex quo so-
lo capite habeo intentum. facit text. in l. sancimus in ver-
sicu. nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit. C. de fideiusso.
l. ad probationẽ. la. j. C. de proba. ibi, sed quem tenor scri-
pturæ designat. cap. tenor. & cap. recepimus. s. de priuileg.
capitũ. ex tenore. s. de testi. cap. ex tenore. s. de foro com-
petenti ex tenore. s. de rescript. notat Ias. in consil. primo.
colum. secunda. volumi. 3. vbi dicit in simili quòd ante
omnia inspiciendus est tenor verborum inuestituræ: quia
derogat omni naturæ feudali. capit. primo. in verbo, pro-
propter tenorem inuestituræ. de duobus fratribus. vbi
Bald. not. dicens. cap. gregium fore text. quòd tenor inue-
stituræ derogat omnis feudi naturæ. Alia dicit quæ vide-
bis pro comprobatione sequentium.

¶ Verba tenoris, quæ hoc clarissimè demonstrant ha-
bes ibi, quę vacationis incommoda deplorare noscebãn-
tur, vt gubernatorum vtilium præsidio fulcirentur. Ex
quibus resultat Papã prouidere vacationi, & sic post pro-
uisionem non est dabilis vacatio. Item dicitur de guber-
natore vtili & idoneo, dicto monasterio prouidere, & vt
ipsum regi & salubriter dirigi valeret: Itẽ dicitur & de re-
siduis illius monasterij fructibus, red ditibus, iuribus, pro-
uentibus & obuentionibus vniuersis liberè disponere &
ordinare, prout ipsius monasterij veri abbates potuerunt
disponere, curam & administrationem dicti monasterij.
in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo.

¶ Item sequitur in text. tibi, a conuentu obedientiam
& reuerentiam debitas, & reuerentiam debitas & deuo-
tas & seruitia & iura ab eis tibi debita exhiberi: pondera
16 igitur hæc verba, quia ex his elicitur, † quòd iura loquen-
tia de veris abbatibus locum habent in commendatario
perpetuo, quem Papa facit verum abbatem: hinc dicit Pe-
trus hic, quòd commenda quandam habet affinitatem,
siue attinentiam cum prælatura. intentum nostrum po-
test firmari per verbum, liberam, cuius appositio aliquid
vltra ius commune operatur. not. Aret. consi. 76. nume. 3.
diligenter, & sic addit in casu nostro vltra naturam com-
mendæ affert verbum ipsum.

17 ¶ In proposito habeo regulam quòd paria sunt † esse
talem, vel pro tali haberi. notatur per Barto. & Scriben. in
l. si his qui pro emptore. ff. de vsucap. & in l. si maritus. la 2.
§. legis Iuliæ. ff. de adulte. & lege tertia. §. si emancipatus.
j. ff. de bono. poss. contra tabu. Bal. in l. si quis. C. de natura.
liber. & in l. ciues: de appel. in l. Rufi. C. de testa. mili. & in l.
siue possidetis. C. de prob. & in l. ex ratione de excus. tuto.
& in l. 2. de iure aureo. annul. & in l. in vrbe de statu ho. in
l. oẽs populi. ff. de iusti. & iure: & in l. si ea. lege. C. de condi.
ob causam. maximè in his, quæ sunt iuris, vt in proposito,
secus in his, quæ sunt facti. Bar. in d. l. si maritus.

Quòd si dicas istud fore restringendum quo ad fru-
18 ctus.dic non quadrare cum clausula in exordio † apposi-
ta ad omnia referatur sequentia.no.in l.j.C.de diuer.re-
scrip.in l.j.C.de libe.præt.& in c.inquisitioni & in c.2.re
quiris.§.de appella.nec dabilis est ratio diuersitatis,qua-
re quo ad fructus sit abbas verus, quo ad alia ve-
rò non.

Item hac dispositione commendæ ipse commendata
19 rius beneficia confert ratio quia fructus † percipit, inter
quos reperitur collatio beneficiorum.glo.singula.repu-
tata.in c.cum olim.§.de maior.& obedien.gl.fi.in c.cum
Bertholdus.§.de re iudi.Panor.in c.olim.§ de iura.ca.ideo
illum commendatarium verum dijudicabimus prælatū,
qui etiam aliam exercere habet iurisdictionem, vt patet
per hæc verba,obedientiam & reuerentiam & c.quæ iuris
dictioni adaptantur. arg.eius quod voluit glo.in l.j.ff.de
iurisd.omni.iudic.

20 Ex quibus sumitur intentum ꝙ commendatarius † vt
verus abbas, & verus prælatus potest esse iudex delega-
tus sedis Apostolicæ, secundum formam.c.statutum.§.
de rescriptis.hoc lib.

Istud verificari poterit multis fundamentis.Primò,ca-
pio glo.in Cle. j. in ver. episcopis.de foro compe.quæ di-
cit ꝙ priuilegium episcopis cōcessum et indultū electsi,
videtur electis, cōfirmatis,& emanet in fauorē iurisd.epi
scopal.secus si in fauorem dignitas.gl.in Cle.fin.de cele.
misse.gl in Cle.j.de pe. gl.j c.j.§.de religio.domi.Fely.in c.
2.& c.eam te.col.j.§.de rescrip.Docto.in c.tam literis.§.
de testib.Sic in proposito ipse commendatarius quo ad
ea,quę iurisdictionis sunt,verus dicitur abbas. vt patet p
verba prædicta,obedientiam,& reuerentiam,quæ signāt
actiuam iurisdictionem.Ideo multò, magis passiuam, vt
possint delegari.Ista excedunt naturam commendæ: vt
apparet ex no.per gl.hic.

Item quo ad iurisdictionem etiam venit ille, qui non
est integre episcopus: quia licet episcopus nondum con-
secratus veniat appellatione episcopi.glo.in d.Cle.j.non
tamen appellatione pontificis.glo.in d.Cle.2.

Item dicitur in tex.curam & administrationem, in tē-
poralibus:& spiritualibus, plenariè committendo, quæ
verba videntur alterare naturam commendę:quod facit
princeps ad libitum,per ea quę tradit Ias.in consi.j.vol.3.
vbi tradit ꝙ princeps mutat naturam feudi:ideo Papa po
test & facere commendatarium verum abbatem & præ-
latum.cum hoc verbum,plena,liberam,& absolutam im
portet administrationem.hinc glo.sing.in c.consequens.
21 11.distinct.citat ꝙ† iurisdictio Papæ est plena iurisdictio
vero episcoporum semiplena est etiam absoluta.c.cun-
cta per mundum 9.q.3.cum similibus.pro hoc adduco id
quod voluit tex.in c.præterea.§.de offi.delega. vbi verbū
plenaria,liberam potestatem importat secundum Card.
ibi,in principio & absolutam: secundum Panor.ibi. facit
glo.in c.conquestus.§.de foro compet.in verb.pleno iu-
re,idest quo ad spiritualem & temporalem iurisdictio-
nem:quam ibi sequuntur.Io.And.Panor.& Imol.

Habeo & alia de hoc verbo;plenarie glo.in Cle.j.de ꝓ-
22 batio.in verbo,plenaria,quæ dicit.Quod vbicunque † ꝓ-
batio est plenaria, non admittitur probatio in contra-
rium.facit.c.suborta ibi,plenaria.§.de re iudic.& in c.ac-
cedens.el.2.§. vt lite non contesta.in c.grauis.ver.plena-
rie.§.de resti.spoliato.in c.venerabili.§ de offic.delega. &
in c.Pisanis.§.de restitu.spolia.in l.locum.§.queri solet.ff.
de vsufru. facit.l.mater.C.ad Tertullia.ibi, pleno iure ac-
quirat quod exponit ibi Bal.post alios.i.quo ad proprie-
tatem,& vsumfructum.tex.in l.Titia.de annuis lega.in l.
generaliter.ff.qui & a qui.in l.fœmine.§.illud.C.de secūd.
nup.c.cum & plantare.§.de priuileg.Clem.j.de exces.præ-
la.c.auditis.§.de præscript.Inno.in c.cum ad sedem.§. de
resti.spolia.

Ex quibus in vnum conflatis resultat,ꝙ commendata
23 rius † perpetuus melius censetur verus abbas,& prælatus,
& maior in his,quæ sunt iurisdictionis, & administratio-
nis prælaturæ,quam titularius,in cuius prouisione solum
dicitur.ff. prouidimus & perfecimus, quæ nō tantum im-
portant, igitur poterit a sede apłica.fm.d.c. statutum de-
legari. Et succe dit suo prędecessori mortuo in cā sibi de
legata,pro quo ɔprobādo adduco in argumētū sequētia.

Primo doctrinā Panor. in c. qm abbas. §. de offic. lega.
24 dum dicit Pone,† ꝙ quis succedit in canonicatu, an ta-
lis successor debeat cognoscere de causa alias ipsi prǽde
cessori per sedem apostolicā delegata? & dicit distinguē-
do,si teneamus ꝙ talis delegatio fuerit personalis, tunc
frustra quæritur.c.quia priuilegium,de reg.iur.hoc lib.Si
autem sit realis,& tunc,si ecclesia habet certum & deter-
minatum canonicorum numerum, cognoscit: quia in
canonicatu succedit,non autem prædecessori,cum bene
25 ficium † non habeat successorem, glo.in c.quod sicut.§.
de elect.isto tit.hinc dicit Io.Mo.in c. indemnitatibus.§.
hoc tit. Quod in beneficialibus ius nō habemus a defun-
cto,sed a canonica institutione:& ibi adduco concordā
tes, & in c.ij. vt lite pend. hoc lib. Et hæc ratio. ꝙ succe
dat in canonicatu ponit securim ad radicem intenti no
stri; vt commendatarius, qui liberam & omnimodam
habet potestatem in fructibus & alijs dicti monasterij,
possit delegari, quia succedit præcessori siue (& melius)
prædecessori, in his, quæ ratione tituli monasterij incū-
bebant.vt patet ex deductis: ergo dicit succedere in hoc
pūcto delegationis facto & dato,ipsi monasterio. Quod
comprobo & secundò per ea quæ voluit Paul.de Eleaz.
in Cle. & si principalis.de rescri. Panor. in d.c. quoniam
26 abbas. nu. 10. Pone,dicunt ꝙ causa est † cōmissa vicario
archiepiscopi Bituricen. & vicarius moritur, siue desinit
vicarius,talis commissio transit in successorem vicaria-
tus.quod sequitur Car.in d.c.quoniam abbas,qui in simi
li dicit fore differentiam inter Augustam, & vicarium,
quia Augusta participat de dignitate mariti Augusti pas
siue,quia nihil agit, sed honoratur ex persona ipsius ma-
riti, vicarius vero participat de iurisditione episcopi acti
ue, nā habet iurisditionem, quam exercet,ordinariam:
tamen.gl.in c.perlectis.25.distincti,& in c.licet.§.hoc tit.
not.in c.suam.§.eo.Panor.in d.c.quoniam abbas. expirat
tamen morte mandantis,secundum communem, cum
non sit primordia, sed secundaria: pro quo.Io. Mo.in c.
Romana.de offic.vica.§.dum dicit:nam episcopus caput
est,& fons iurisditionis, officialis vero riuulus,qui à fon-
te procedit: quod autem transeat in alium vicarium,fa-
cit,quia causa commissa est ratione tribunalis, & sic suc-
cedit is, in quem translatum est tribunal.c. translato sa-
cerdotio.supra de constituti.

Ex quo capite habeo intentum, vt talis delegatio trā-
seat in commendatarium loco titularij subrogatū. facit
27 quia subrogatum † sapit naturā eius, in cuius locum sub
rogatur.c.ecclesia.§.vt lite penden.ca. præcipimus.93. di.
l.eum qui.§. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. l. prima §.
hoc autem.ff.si quis testa. liber esse iussus fuerit. glo.not.
in §. quod si quis in verbo, similiter .in titu. de colla. in
prag.Ias.in con.159.col.fi.vol.iiij.

Et intellige naturalē, non accidentalem. Maria.Soci.
con. 141.colum.3.consideratis.allegat.l.item veniunt.§.
cum prædiximus.ff. de petitio. hæredita. & glo.in l.certi
conditio,in prin.ff.si cer.peta.idem Soci.consil.150. col.
10.versi.13.dum dicit, quod in alterius locum subroga-
tur sapit naturam eandem principalem & naturatam
a principio productionis in esse eius, in cuius locū subro
gatur.no.in d. l.certi conditio.

Quia commēdatarius subrogatus reperitur in locum
veri abbatis: testatur tenor bullæ commendæ ibi, vt veri
abbatis. ergo sequitur ꝙ dispositio,d. c. quoniam abbas
in commendatarium perpetuum transit,quòd licet com
mendatariuus non perpetuus verè non dicatur prelatus.
glo.in d.c. nostro. tamen per hæc verba. vt veri abbates,
remota est nebula simplicis commendæ, & alterata est
forma commendæ.

Pro præmissis vide Anto. de But.consilio. 19. quia
hic agitur de potestate episcopali.

Item.d.c.quoniam abbas,loquitur in eo, qui est substi
tutus in locum veri abbatis, ergo sequitur ꝙ succedit in
dicta commissione, & per consequens poterit cognosce
re: vt verus abbas, & dic idem etiam,si commenda ipsa
sit ad placitum pontificis,quia idem iudicamus,ac si dica
tur de perpetua commenda fieret sermo.prout dixi in c.
si gratiose.§.de rescript.

Et quia.§. diximus. Quod non est dabilis ratio diuer-
sitatis, quare quo ad fructus sit verus abbas, & quo ad
alia nō,hoc latius comprobo per ea, quæ in simili voluit
28 Barto.in l.senium.C.qui testamen.face.pos. ꝙ filius † nō
potest

potest emancipari quo ad vnum actum, & quo ad alium actum non, cum quis non possit esse in duplici actu contrario, l.j.§.j.C.de lati.liber.tollē. Idem voluit Ioan. Imo. in l.j.in §.in filij.ff.ad Treb. Idem de Imo.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.facit.l.si duobus.& l.si pariter.ff.de liber.causa.& l.ideoque.& l.libertas.ff.de manu testa.vbi 29 libertas † non potest dari ad tempus,ne quis pro pro parte temporis sit liber & pro parte seruus.

¶Præmissis adde Ioan.And.in addi.ad Specul.in titu. de nat.ex lib.vent.vbi recitat ꝙ si pater emancipat filium hoc pacto,vt habeat vsumfructum in bonis quęrendis, ꝙ non valet reseruatio,ne sit emancipatus quo ad quid: & quo ad quid non:facit gl.in c.fina.s̄.de clandest.despō sa.quæ dicit,quod monstrum esset,si quis foret pro parte legitimus: & pro parte illegitimus, similis in c.j.s̄.de eo qui duxit in matri.in c.causam.s̄.qui fil.sint legiti.& in c. 4.de poe.hoc lib.

Idem in simili videtur absurdum ꝙ eadem persona videatur filia,& in parte extranea, vt in simili dicunt Doct. in l.j.§.in filij.ff.ad Trebel.benefacit tex.in c.per venerabilem.s̄.qui fil.sint legi.tradit Maria Soci.consil.150.col. 20.versi.respon.Idem Soci consil.153.col.4.versi.confiscantur. vbi dicit ꝙ quis non potest esse suus hæres pro parte,& pro parte non suus.arg.l.Titiæ si non nupserit.ff. de condi.& demonstra.& l.eum qui edes.ff.de vsucapio.

Et ideo in proposito, cum Papa dicat ꝙ talis de fructibus & redditibus disponere possit,vt veri abbates, sequitur ꝙ in cæteris actibns compatibilibus erit vt verus abbas:alias sequeretur absurdum per proximè discussa.tum etiam quiaquis non dicitur abbas,nisi sit verus abbas.Calca.consil.8.nu.3.vbi subdit in proposito, ꝙ quis non dicitur de vna casata, vel familia, nisi verè sit.l.decernimus. C.de sacrosanctis ecclesijs.

30 Item mixtus † ex natura duorum illi attribuitur,de cuius natura magis participiat.l.quæritur cum ibi no.per Scriben.ff.de sta homi.comprobat amplèlas.in consi.74. instrumentum.vol.3.

Sed in casu nostro titulus iste ex commenda componitur & prælatura:sed magis ex prælatura , vt apparet ad oculum eo maxime, quia legitur, liberam habere disponendi de fructibus, redditibus, vt veri abbates,potestatē, ac plenariam temporalium,& spiritualium curam & administrationem monasterij & sic omnem effectum veri abbatis consequitur commēdatarius ipse, cum nil aliud habeat titularius.Ideo potius dici debet abbas quam cōmendatarius.facit.c.admonere.33.q.2.vbi glo.alleg.si re 31 priueris, † nec nomen habere mereris : ergo a sensu cōtrario,cuius arg.est validum.dixi in c.generali.s̄.hoc titu. si non priueris, rem & nomen habere mereris.

Quod autem veri abbatis effectum sumat commendatarius, probatur per id quod citat Guido Papa decis.152. quinta conclus.quod de præscriptione on debet subduci tempus,quo ecclesia fuit in commendam data,quia non dicitur vacare, & facit fructus suos, quia dicitur canonicus titulus.

Ex præmissis duas habemus elicere conclusiones. Prima erit, quòd per cessionem aut obitum perpetui commendatarij nouus fit vacationis modus : quo fit vt dicatur habere vnum titulum : per ea quæ citat glo.regulæ cancallariæ.33.in fine : vbi dicit, quòd satis est perpetuum, quod est ad vitam.Argum.l.j.iuncta glo.ff.pro soc. istud firmatur per aliam glo. regu. 61.in fin,vbi dicit quòd hodie quelibet pensio succedit loco beneficij: quia ad vitam recipientis. Ideo credo quòd impetrans teneatur facere mentionem. cui glo.non astipulor in hoc, per ea quæ dico.in trac.de manda.apostol.parte fina.vbi vide latè de puncto hoc & materia pensionis vltra scribenres, qui vsque ad hæc secula scripserunt. vbi istud dictum glo.restringo ad religiosos, non ad seculares, & hoc iure vtimur. Nec inspicitur modus , qui priusquam commenda fieret extabat. quam conclusionem vltra prædicta comprobo:per ea quæ citat glo.prag. in titul de electio.& reserua.in c.licet dudum in verbo causa.in fine, quòd alias possent ordinarij diutissime fraudari: cum Papa non prouideret huius modi beneficijs de prælato intitulato, sed illa semper commendaret ; quod repugnat concilio Basilien.& Lateranen.& in hac residet Domi Aureolus hic in addito.ad Gil.de Monte Lauduno , dicens quod ordinarius confert post mortem commendatarij : per not.in ca.j.de feudo non haben.per natu.feud.

Ex quo habes ꝙ nominati & graduati requirere possunt beneficia per obitum commendatariorum in mēsibus ipsis affectis vacantia, perinde ac si per mortem intitulatorum vacarent:cui opinioni curiales Romani nō astipulantur,per ea quæ supra in princ.discussa fuere, & meritò,quia verior est in puncto iuris: quā in patria obedientiæ fixo tenerem pede, licet Galli contra , & sic repugnantia opinionum in puncto ipso adest; quo in casu opinio curialium partes obtinet,per ea quæ citat Panor. 32 in c.illud in princ.s̄.de præscriptio. Quod data † contrarietate, seu canonum varietate tenendum est quod curia obseruat.c.quam graui.s̄.de crimi.falsi.c.ex literis.s̄. de constitu.Curiales sustinet Fredericus de Senis in tracta.de permuta.bene.q.15.vbi dicit, quòd deliberate respondit,quòd durabat antiqua vacatio,quia iste non fuit prælatus , ergo durare intelligitur, donec sit ecclesiæ de prælato prouisum : vnde si tempore commendæ beneficium vacabat in curia,sublata comenda,remanet vacans in curia,& si tempore commendæ factæ per Papam collatio ad alium pertinebat, an ea sublata redeat collatio ad ordinarium . vide ibi per eum remissiue : licet.s̄.dixerim quòd per eommendam fiat quædam reseruatio,quę in Gallia tamen non habet locum , cum non sit reseruatio in corpore iuris clausa, sed hominis , hinc est quòd licet alias dignitas electiua,per Papam fuerit Titio commendata , qui moriatur, quòd hac non obstante, manus appositione Papæ : eligentes poterunt procedere,ad electionem futuri pastoris, nec præuenientur per Papam, decreto concilij Basilien.obstante, quòd fimbrias suas non extendit ad reseruationem hominis idest Papæ, sed iuris tantū,vt latius deduco.in c.psenti de offi.deleg.

Ista enim est materia, in qua habenda est maxima consideratio,& fixis oculis intuendum per intellectum nō literalem,sed transcendentem,vt faciebat Paulus & Bolas supremi Regum vertices:vt dicitur ī l.scire oportet : versic.& si maxime.ff.de excu.tuto.& Claudius in l.a testato. re.ff.de cōditio.& demonstra.& Papinianus.in l.cū annis eo.titu.Et hæc pro prima conclusione sufficiant,quibus contentus ero more iurisconsulti Iuliani in l.ita vulneratus.circa finem.ff.ad leg.Aquil.Idem in l.si quis obrepserit.ff. de fal.

Secunda cōclusio est ꝙ cōmendatarius perpetuus alicuius dignitatis ecclesiasticę,in hoc Gallie regno potest a sede apostolica iudex delegari,& ex consequenti in commissionibus apostolicis alias suo prædecessori factis succedit.vt s̄.latissimè discussum extitit.vltra quæ vide Prouincialem sub rub.de iudic.& eorum ordi.dum dicit ꝙ commendatarijs committitur, & in commissione dicitur,ac si esset episcopus,videlicet venerabili fratri nostro episcopo Sagiñ.&c.

33 Per præmissa videor habere intentum,quod † cōmēda cum alia cōmenda aut beneficio intitulato possit pmutari : licet in hoc Scriben.sint varij : reperio Frederic.in d. tracta.q.prædicta.15.Collecta.in ca.quæsitum.nu.20.s̄.de rer.permuta.Petr.de Ancha.in c.exhibita.nu.8.eod.titu. Car.in d.c.quęsitum.nu.7.Panor.in c.cum olim.nu.3.eo. & ibi Anto.col.j.

Pro resolutione tamen quęsiti videtur distinguēdum, aut commenda est tēporalis , & tunc non est dubiū ꝙ nō potest permutari , & in hoc resident Collectarius,& Anto.Car.Petr.de Ancha.vbi s̄.contra Frederic.in d.tract. de permuta.benefi.q.15.vbi dicit quòd fortè potest cum titulus commendæ sit canonicus , nec interim vacat ecclesia.

Aut commenda est perpetua , puta ad vitam commēdatarij, prout.s̄.& hic est altercatio scribentium. Collect. videtur sentire ꝙ possit,si ad eius doctrinam attendatur, dum dicit ꝙ cōmendatarius non est perpetuus,nec dicitur prælatus,nec facit fructus suos, ergo à cōtrario sensu, si sit perpetuus & prælatus, faciatq; fructus suos.vt.s̄.probauimus. sequitur ꝙ possit permutare, istud non placet, Car.ibi.vbi dicit ꝙ id,quod ꝯfertur nō in titulum verum habetur potius instar iuris temporalis quàm spiritualis:&c.

quamuis sit spirituale nō tñ reperimus qđ titulus beneficij recipiat commixtionem cum alio iure: sed solum cū titulo beneficij, vt d.c. quæsitum. non placet etiā Panor. in d.c. cum olim: quod comprobat quia solum habentes ius in beneficijs possunt permutare: vnde c. primum. & cle. j. de rer. permuta. dicunt clericos posse beneficia sua permutare, commendatarij autem nō possunt beneficia commendata dicere sua. facit tex. in l. j. circa finem. ff. de rer. permuta. quæ dici permutationem non contrahi, si ex vna parte datur res aliena, dicit tamen quòd quæstio satis est dubia. Sed concluderem quòd interueniente authoritate illius qui commendauit, poterit fieri permutatio; secus puto cum authoritate alterius, vt si Papa commendauerit, habebit talem permutationem expedire, nō ordinarius. nec legatus de latere. notat Calca. in consil. 7. nu. 30. Dominus Nicolaus. glo. in c. fina. ver. figura. de hæret. hoc li. similis in Clem. sepe in uer. mandamus de uer. signi. glo. fina. in Cle. 2. de rescrip. uide latissimè Feli. post alios in c. j. in princ. s̄. de rescrip. & opinionem Panor. sequitur Perr. de Perus. in tracta. permuta. in 4. parte. colū. 4. Et meritò, quia stilus curiæ pro ea laborat. Ideo in dubio per præmissa uidetur amplectenda. Dicit enim stilus ꝙ commendæ cedere possit, & aliud loco dimisi recipere quæ important ministerium: ut non obtenta hac clausula, beneficium commendatum minimè possit permutari: & loco illius aliud assumi.

Intentum comprobat Late Guiller. de Mōte Ferrato in commēto prag. in 2. parte post medium, dicens quod uiuēte commendatario durat manus Papæ appositio, & per consequens non potest permutare: ratio quia commenda quodam iure speciali dicitur teneri: & ideo iure cōmuni non potest permutari. testis est gl. in §. in conferendis. in c. ordinarij de offic. ordina. hoc libro.

¶Licet enim commenda ad vitam, habeat effectum tituli, non tamen dicitur titulus, tum quia talem esse, & haberi pro tali differunt, tum quia diuersitas nominum diuersitatem inducit rerum. l. si idem. C. de codicill. vbi Barto. Bald. & alij.

¶Attende, vltra præmissa ad materiam hāc, in qua quàm plurima veniūt cōsideranda. inter quæ reperio indultum commendatarijs fore necessarium sub forma sequenti.

34 ¶Adrianus, † Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Ludouico de Roches canonico Bitur. in legibus licentiato. salutem & apostolicam benedictionem. deuotionis tuæ probata sinceritas, quam ad nos & sedem apostolicam habere dignosceris, promeretur, ne non petitiones tuas, præsertim per quas personarum sub regularis obseruantiæ iugo degeñ. & tuæ curæ concessarum status prosperè dirigatur, ad exauditionis gratiam libenter admittamus, teq; fauoribus prosequamur opportunis.

Hinc est ꝙ nos qui hodie monasterium beatæ Mariæ de Asia tunc certo modo, quem pro expresso haberi volumus, vacant, per te, quo ad vixeres, tenendum regendum, & gubernandum, per alias nostras litteras commēdauerimus: prout in illis plenius continetur, tu qui, vt asseris, de nobili genere ex vtroque parente procreatus existis, & canonicatum & præbendam ecclesiæ Bitur. inter alia obtines præmissorum intuitu, gratioso fauore prosequi volentes. Ac te a quibusuis excommunicationis &c. Tuis in hac parte supplicationibus inclinati tibi vt quandiu monasterium prædictum de Asia ordinis S. B. Maleacen. diœcesis in eandem commendam obtinueris, visitationem, correptionē, & omnimodam aliam iurisdictionem & superioritatem per eiusdem monasterij abbates, qui pro tempore fuerunt, etiam in monachos & alios religiosos dicti monasterij haberi & exerceri solitas: habere & exercere liberè & licitè valeas, proinde ac si monasterij huiusmodi abbas, & non commendatarius existeres, constitutionibus & ordinationibus &c. tenore præsentium de specialis dono gratiæ indulgemus, nulli &c. Datum Romæ. &c.

35 ¶Præterea, Licet † in proposito hoc aliud discutere minimè intendissem. ¶Sed quia his exactis diebus domini And. Alciati occurrerunt scripta, super. l. pactum creditoris. l. pactum creditoris. C. de pact. Quamobrem in campo calamum suscepi (& vt verbis Neapo. decisio. 265. in princi. illustrissimè: vtar) post solito me implicui, cum non placeret id quod in puncto nostro, seu themate citat, videlicet: quòd is, cui personæ dignitatisque tuendæ causa facta est per Pontificem Romanum commenda, omnino liberam habet fructuum dissipationē, & eorum dominus potius quàm administrator est: vnde poterit donare, si ita ex dignitate sua existimauerit: pro hoc allegat Roma. consi. 350. & Gemínia. consi. 17. Et quod sano capiti placere nequeat: conniuentibus oculis apertoq; ore demonstratur, etiam siue dicamus commendam ratione personę, dignitatis, aut alias quomodocunque eidem placuerit factam, igitur veritatem defendendo, ne veritatis proditores videamur. cap. nolite. el 2. 11. quæst. 3. Calca. in consi. 2. in princ. quia semper malè offenditur. Paul. consi. 234. in .parte dicam qđ in pura, & sincera conscientia sentio, subiciendo tamen me semper iudicio melius & rectius sentientis. vt in simili: cum Socy. loquar consi. 211. in princip. visis literis: quia veritatis proditor ille dicitur, qui veritatem liberè non pnunciat, sed mēdacium pro veritate affirmat. c. presbyteri. de episcop. & cleri. Barto. in l. eaque. C. de contrahenda empt. meminit idem Calca. vbi supra.

¶Primò habemus pro constanti commendam fieri de beneficiis, quæ sua primordiali essentia siue natura in titulum conferuntur, siue illa dicamus regularia, siue secularia, & sic commēda censetur subrogatio tituli. Ideo nataram illius sentire dicemus per regulam. s̄. tactam, licet vulgatam, quod subrogatum sapit naturam illius, in locum cuius subrogatur. faciunt in Argumē. ea quæ citantur per Domi. Bartho. de Chassaneo consilio. 44 num. 23. cum sequen. quod exorditur, adiudicatio possessionis. Si igitur commendatarius sapiat naturam titularij & beneficiati, quod etiam patet per id quod citat Archi. in cap. cum de beneficio. j̄. de præben. post Inno. in cap. de multa. s̄. eodem titu. quod ad hoc, vt prælatus censeatur. oportet, quòd habeat perpetuam dignitatem ergo si habeat perpetuam ipse commendatarius (prout habet, vt s̄. probauimus) prælatus dicitur, sequitur igitur necessariò, ꝙ illius officium exercere habet, & ad ea omnia teneri quæ titulario incumbūt: huic enim conuenit bona beneficiorum (quę dicuntur ecclesiæ secundum quod a sacris sanctionibus dictatum reperitur) distribuere & dispensare pauperibus videlicet, & fabricæ. cap. episcopus cum alijs sequentibus. 12. quæst. j. facit text. concorda. in titu. de publi. concubi. ibi, quos suus superior in fabricam vel aliam euidētē ecclesiarū vtilitatē, ex quib. hi fructus percipiunt.

¶Quod licet per commendam videatur mutata & alterata natura beneficij, cum de regulari factum sit beneficium seculare, & de titulato factum beneficium commendatum. refert Chassaneo consilio 31. numero 4. tamen non est mutata substantia beneficiatorum, cum nō 36 habeant quid quærant vltra victum. Quia vsuarij † non vsufructuarij secundum magis communem scribentium opinionem dicuntur. glos. in cap. fina. s̄. de pecul. cler. glo. in cap. quia nos. s̄. de testamen & in cap. cum olim. de rer. permuta. & in cap. fina. in verb. fruatur. s̄. de pigno. quod sentit glos. in cap. res. 12. quæst. prima. dixi supra. in primo versicu. firmo, & alio modo de consuetudine. Socyn. consil. 32. colum. secunda. ex his. Pau. de Castro consilio. 337. in fine. primo quæritur: in prima parte, pro quibus habeo text. in capit. cum. M. Ferrarieñ. ibi, in vsus cederent. s̄. de constitu. quia reputatur elegans textus secundum Barba. in tracta. de præstan. Cardina. quæst. 3. colum. penulti. ad hoc, quod canonici in suis præbendis solū habent vsum, & sic fructus suos non faciunt, quia vsuarij, nō vsufructuarij dicuntur: licet gl. in c. fi. in verb. reseruari. de offic. ordi. hoc libro, dicat, eos vsufructuario comparari, qđ nō placet cōiter Scribenti. tamē secundū eam precipuè in Gallia consuetudo inoleuit, quam in d. c. fin. amplè comprobo: nec refert an ipse cōmendatarius dicatur vsuarius, vel vsufructuarius: quia licet eū dicamus vsufructuarium, adhuc nō pōt fructus cōmendati beneficij dissipare, prout nec dare, nisi moderatè, testatur. d. gl. in ver. reseruari, & gl. in capitu. fi. 12. q. j. quæ pro hoc allegat. ca. cæterum. s̄. de dona. & ita debet intelligi doctrina dicti. Alciati. ibi, vnde donare poterit. si ita ex dignitate sua existimauerit

& in

& in hoc sanam video, nõ quod possit dissipare, siue omnino liberam fructuum habeat dissipationem, quia id apud nos videtur † sacrilegium, vt dico in sequentibus, 37 interim vide Ioannes de Imola in capitu.penult. de pecul.cler.post tex.ibi: & hæreticum quod beneficiatus faciat fructus suos de iure nostro. Imol.in d.c.fina.col.2.§. de pecul.clerico. licet hoc sit contra intentum. Alex.in consil.186.nu.9.visis subtilissimis. volu.2. vbi dicit quòd prælatus ecclesiæ dicitur administrator, ad suam vtilitatem, & propriam, & facit fructus suos; quod verum: vt. §. diximus, vsuarius, non vsufructuarius.

Procedit quippe hoc verbum dissipatio ex damnata genitrice, quę dicitur discordia. testatur Maria. Socy.consil.65.col.10. visis inuestituris, dum dicit quòd sicut vnio parit conseruationem, ita ex opposito discordia parit dissipationem, & destructionem: quia natura contrariorum est vt mutuo se expellant. l. vbi repugnantia. ff. de reg.iur. & sic infertur quòd est contra testamentum Christi. in eo quod dicitur, pacem meam do vobis, cum discordia sit oppositum pacis, vt liquet intuenti. no. Io.Mo.in c.ad Apostolicæ. de re iudic.

57 Ex quo appellatio admittitur, rationabilis reputatur, dummodo causa expressa sit.
58 Remissio quando fit regulariter a curia. Nunquam super dilatoria regulariter remissio fieri consueuit.
59 Secundum canones regulariter vbicunque quis grauatur, potest appellare.
60 Mos probare volenti gerendus est.
61 Proponens absentiam debet habere mandatum speciale.
62 Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.
63 Sicut in appellatione non sufficit, quòd causa legitima allegetur: nisi ꝓbetur, ita & in causa absentiæ.
64 Plena probatio præsumptioni est præferenda. Parum prodesset proponere, nisi probarentur proposita.
65 Qui non potest venire nec mittere, restituitur.
66 Terminus peremptorius causæ principalis non obstat in causa appellationis.
67 A sententia canonis vel legis, non potest appellari. Legibus est contradicendum, cum instituuntur: postquàm autem institutæ sunt, est obediendum.
68 Appellatio post lapsum iuris terminum interposita, non habet vigorem. Ab interlocutoria non appellatur, nisi ratione grauaminis.
69 Natura & effectus diffinitiuæ sententiæ est imponere finem controuersijs.
70 Natura diffinitiuæ est vt feratur super principali, non super exceptionibus. Si condemnatoria est diffinitiua, ergo absolutoria diffinitiua debet esse. Contrariorum eadem est disciplina.
71 Natura diffinitiuę est ꝙ ex ea oriatur actio in factum. A sententia lata super peremptoria, nulla actio oritur, sed exceptio tantum.
72 Quando est appellatum ab interlocutoria, quæ vim diffinitiuæ habet.
73 Filius exclusus a parte, vnde liberi, admittitur vnde legitimi.
74 Repulsus vno iure, non repellitur alio.
75 Dilatio ad faciendum fidem de dispensatione quando datur. Quis non potest diuinare, nec debet credere ꝙ falsa exceptio ei opponeretur.
76 Quis sibi prouidere debuit quod contingere posset saltem ex officio.
77 Iudex debet plenius informari priusquam veniat ad sententiam.
78 Non habentes mandatum non possunt dici transmissi. Res quæ subijcitur loco alterius, eandem naturam debet sortiri.
79 Fortuitus casus non est imputandus.
80 Quod non est expressum censetur omissum. Semel sufficit obtemperasse.
81 Aliquid non reputatur esse actum, dum aliquid superest ad agendum.
82 Quis ad impossibile non obligatur. Iura ciuili modo sunt intelligenda.
83 Intentioni debent verba deseruire non econtra.
84 In dubijs melius est verba edicti deseruire.
85 Triplex est genus expensarum.
86 Quod habeatur bonus pastor, salus est subditorum.
87 Quod fit a maiori parte capituli minor pars debet sequi, nisi rationabile aliquid ostendat. Verba cum effectu sunt intelligenda.
88 Testes sine omni suspitione debent esse.
89 Necessariæ expensę sunt quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura: vtiles vero vt hic. Honestus modus seruandus est, non immoderata cuiuscunque luxuria subsequenda. Offerre quando quis tenetur vel paratus esse soluere. Non videtur contemnere qui paratus est soluere.
90 Nemo debet duplici pęna conteri. Vbi specialis pęna apponitur, generalis locum non vendicat sibi nisi aliud expresse dicatur.
91 Magna multitudo & onerosa nihil habet honesti.
92 Pacta ex conuentione legem accipiunt.
93 Boni iudicis est finem litibus imponere.
94 Prius est quærendum de persona quàm de principali.
95 Quis ad apicem dignitatis per surreptionem ascendere non debet.
96 Quis calumniatus est in vno crimine: nec de illo nec de alio cætero poterit accusare.
97 Quæ quis ignorat opponere non potest.
98 Qui de nouo veniunt admittuntur, licet eorum auctores repellantur.
99 Prædecessor si aliqua debuit facere, & non fecit, an admittatur successor.
100 Negligentia actorum non debet nocere noniter venientibus.
101 Ratione vtilitatis ecclesiæ sæpe a iuris tramite est recessum.
102 Illum qui se nimis arctauit, impedimentum superueniens non excusat.
103 Sicut matrimonium carnale per procuratorem potest contrahi, sic spirituale. Hæreditas temporalis per procuratorem non acquiritur hæredi. multo minus spiritualis, in qua est maior obligatio.
104 Per procuratorem specialem hæreditatem temporalem, & spiritualem acquirimus, per generalem autem neutrum.
105 Melius est nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare. Si plures percutiant, aut occidant, quis tenebitur.
106 Suspensus ab officio, suspensus est a beneficio, quod datur ratione officij. Pœna non præstat immunitatem.
107 Multa impediunt aliquem eligi, quæ non impediunt eligere.
108 Qui suspensus est in vna ecclesia a beneficio, non propter hoc in alia est suspensus: secus dicitur de excommunicato & suspenso in vna ecclesia ab officio.
109 Nihil excipit qui dicit de omnibus.
110 Sententia suspensionis, vel interdicti non ligat episcopos, nisi de eis specialiter caueatur. Si conditor canonis absolutionem sibi specialiter non retinuit, alijs cōcessisse videtur.
111 Facti quæstio est in arbitrio iudicantis: pęne vero prosecutio non eius voluntati subijcitur, sed legis auctoritati reseruatur.
112 Nullus vsque ad certum tempus excommunicatur.
113 Iudex non potest pęnam a lege vel canone ordinatam remittere: etiam propter paupertatem sed potius in aliam conuertere pęnam.
114 Ex quo quis priuatur, perpetuò priuatus intelligitur.
115 Quis non tenetur proprijs stipendijs militare.
116 Quando aliquis tenetur ad duo, si vnum ex causa aliqua nō adimplet, reliquum si potest adimplere, tenetur.
117 Nihil reputatur esse actum, dum aliquid superest agendum.
118 Pauci qui dicantur.
119 Quando non determinatur iure, arbitrio iudicis est relinquendum.
120 Quando pęna est causa, restringere debemus.
121 Episcopi debent canones obseruare, & a subditis facere obseruari.
122 Iudex quando potest supplere de facto.
123 In populari actione processus habitus contra vnum, alijs præiudicat etiam ignorantibus.
124 In aliquibus hic positis solus Papa dispensat.
125 Quæ validioribus rationibus innituntur, præualere debent.
126 Propter æqualitatem seruandam, sæpe priuilegium vnius ad alium extenditur.
127 Postulatio est præsentanda postulato.
128 Non dissentire, est medium inter consentire & dissentire.
129 Propter omnimodam similitudinem, non expressum pro expresso habetur.
130 Gratia est duplex generalis, & specialis.
131 Iniuriam facere dicitur superior, quando denegat iustum.
132 Attentatum an debeat reuocari factum post appellationem negocij, electionis, vel postulationis interpositam.
133 Generalis appellatio interposita non valet.
134 Tertius attentans appellatione vel lite pendente.
135 Attentatum quando est irreuocabile, & reuocabile.
136 Quando quis spoliatur pendente appellatione, vel lite, ab aduersario, quomodo procedatur.
137 Attentans lite vel appellatione pendente, quod alias est licitum, an reuocabitur.
138 Qui vtitur possessione sua eo modo, quo antea vtebatur, non dicitur aliquid innouare, vel immutare, sed veteri inniti.
139 Appellans pendente appellatione illicitum attentans eo ipso se reddit beneficio appellationis indignum, & iudex, a quo appellatū est.
140 Quando iudex a quo appellatum est, attentat.
141 Defferendo appellationem quis desinit esse iudex.
142 Vere contumax vel insignis latro non potest appellare.
143 Quæ incontinenti fiunt, inesse videntur.
144 Reuocatus processus an possit resumere vires, si dicitur.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Fidem seruare fuit inuentum de iure noturali primæuo.*
Sine fide vita hominis est peior quàm mors.
2 *Condemnatus de falso non est amplius iudicandus homo.*
3 *Fides est seruanda hosti, si per hostem seruetur.*
4 *Quando emanat confessio super his, quæ sunt iuris communis, tunc nec positio, nec confessio aliquid operatur.*
5 *Ea quæ non sunt probabilia, non sunt ponibilia.*
6 *In iure non sufficit quid fieri ciuiliter, nisi fiat naturaliter.*
7 *Pena priuationis non habet locum, nisi in casibus a iure expressis.*
8 *Filia semel exclusa semper remanet exclusa.*
Mulieribus & rusticis non subuenitur prætextu ignorantiæ, nisi in casibus expressis.
9 *Priuilegium vnius priuilegium alterius extinguit, seu suspendit.*
10 *Vbi habet locum æquitas: ibi habet locum officium iudicis.*

1 CVPIENTES. Hæc decre. vtilis † est, si secundum eam velo leuato procedat. C. de naufra. l. de subuersis. lib. 11. Alias est plurimum onerosa ipsis ecclesijs & electis, & statutum pro communi vtilitate ad noxã tendit. s. hoc lib. de rescrip. statutum. j. respon. & j. hoc lib. de excep. pia. j. respon. arg. C. de vsucap. pro emptore. l. fin. & j. de priuil. quod nonnullis. Et electi ante istam constitutionem, quorum ecclesiæ sedi apostolicæ immediatè sunt subiectæ: non tenebantur personaliter comparere. s. eo. nihil. §. cæterum.

¶Sed per hanc cõstitutionem præfati electi cathedralium ecclesiarum & regularium & alij electi consimiliũ ecclesiarum, quorum negocia appellatio interposita ad sedem eandem deuoluit, per hanc constitutionem personaliter citantur.

¶Et hæc decre. j. diuiditur in tres partes. Primò tractat de electis. Secũdò §. denique, de postulatis. Tertiò. §. porrò, de expensis in certis casib. recuperãdis. Prima in duas. Primò tractat de electis in concordia. Secundò. §. Si vero in discordia, de electis in discordia. Prima in quatuor. Primò, posito procemio ad dicenda, & constitutione concilij Lugdunen. quàm sit per distinctionem temperata. versic. (& ꝙ) electos cathedralium & regularium ecclesiarum, quorum electiones immediata subiectio ad examen sedis apostolicę deducit, vel appellatio interposita deuoluit ad iter arripiendum infra mensem: hac constitutione modificatum & ad comparẽdũ personaliter cũ actis & instrumentis corã Romano Pontifi. hæc constitutio astringit (versic. hac generali.) Secundò. §. quod si per. 20. Quid facturi sint electi, & j. quod tempus, quando personaliter comparere nequeunt. Tertiò. §. electos vero, decidit quãdo electus dilationem superactis processus suos contingentibus valeat obtinere. Quartò. §. (ad hoc.) Quod de electoribus electi, & quorum expensis ad instructionem negocij sint venturi (ecclesiarum) cathedralium (vel regularium) De illis enim loquitur decre. vt sequitur infra, 2 ibi, hac generali (vacationibus) † qualitercunque vacauerint, siue per mortem prælati, vel per cessionẽ, vel per depositionem, cũ indefinitè loquatur, & eadem sit ratio in quolibet præmissorum (periculosis) hoc ideo dicit quia vacantes ecclesiæ patiuntur in spiritualibus & temporalibus læsionem. s. eo. ne pro defectu. l. di. postquàm.

¶Sed pone ꝙ aliquis electus non seruauit tempora huius decretalis, & cum obijcitur ei quod cecidit per hanc decre. replicat ꝙ hæc decre. non habet locum in suo casu: quia decre. loquitur cum vacatio est periculosa: sed in suo casu vacatio non erat periculosa, vt potè quia erat ꝗ sufficienter in temporalibus & spiritualib. ministrabat. 61. di. obitum. & c. Catinen. & c. quoniam festus. Nũquid bene replicat? Et videtur ꝙ sic: quia periculum euitandum ecclesiarum vacantium videtur esse causa constitutionis, 3 sed † cessante causa cessare debet effectus. j. de appellationibus cum cessante. de vo. & vo. re. magnæ, in fin. cum ergo hic cesset periculum, cessare debet constitutio.

¶Et p̃terea cũ pœnalis sit hæc cõstitutio, nõ debet extendi. ff. de pœ. l. interpretationem. Ecõtra videtur quod malè replicat, quia cessante causa, non cessat effectus. 32. q. 7. tantum. ff. de postul. l. j. §. sexum.

¶Sol. dicas ꝙ malè replicat per iura proximè allegata: nec obstant iura in contrarium allegata: quia duplex est 4 causa, finalis, & impulsiua, † Finalis est cum quis facit aliquid ex causa, alias non facturus: vt do tibi decem vt eas Romam, alias non daturus, hac cessante cessat effectus, & sic loquuntur contraria iura.

¶Impulsiua est, cum quis facit aliquid ex causa aliter tamen facturus, vt do tibi decem vt emas calligas, alias tamen daturus, hac cessante non cessat effectus: hoc habes. ff. de donatio. l. 2. ad finem cum. l. sequen.

Sic est in nostro casu. Periculum ecclesiarum vacantiũ fuit causa impulsiua huius constitutionis: Licet ergo cesset, non cessabit constitutio.

¶Præterea vbicunque vtraque causa scilicet causa finalis & impulsiua concurrunt, licet cesset causa, nõ cessat effectus. ff. de postul. l. j. §. sexum. & habes exemplum in præalleg. c. tantum. Sed hic vtraque causa concurrit, finalis scilicet vt ecclesiæ celeriter expediantur vt. j. eo. §. pen. in fin. Item impulsiua. scilicet periculum vitãdum, vt hic: ergo cessante causa. &c.

5 ¶Vel aliter & melius: licet † constitutio fiat ex causa: licet cesset causa, non cessabit constitutio: quia auctoritas constitutionis remanet donec reuocetur expressè. licet causa cesset, nisi aliter caueatur. ibidem. ff. de postula. l. prima. §. sexum.

¶Causæ enim cessatio non est modus reuocandi constitutionem, sed contrarius vsus populi, vel suffragium legislatoris, hoc est alia constitutio primam expressè reuocans. ff. de legi. de quibus ad finem. s. hoc lib. de constitu. cap. j. notatur de hoc generali. j. hoc lib. de hæretic. cap. fina. §. cessante.

Præterea in hoc casu transgressionis vindicta & contẽptus attenditur. argumen. ff. de iurisdict. omnium iudicũ. l. si familia. 2. respon. alterum enim &c. ff. de publi. & vect. & commiss. l. licitatio. §. quos illicitè (subterfugijs.)

Sed quare hæc constitutio obuiat subterfugiis, nonne 6 † reorum est subterfugere? & ius alterius partis diminuere? 4. q. 4. nullus. & hostes nostros vincere possumus per insidias & dolum. 22. quæst. 2. vtilem. 23. quæst. 3. dominus noster. 43. distin. in mandatis.

Dic per hoc ꝙ dicit malignantium soluit cõtrarium: potest enim reus subterfugere opponendo legitimas exceptiones, idest probabiles: & sic intelligitur. cap. nullus non autem debet opponere falsas & malitiosas: & sic intelligitur hic.

Nec obstant. cap. vtilem. & c. dominus noster: quia loquuntur de bello corporali, in quo etiam possumus hoa item nostrum etiam fraudulenter vincere, nisi fidem [a] ei b promiserimus, quæ etiam hosti. seruãda [b] est. 23. q. 1. noli.

Vel dic ꝙ si habeo iustam causam in principali, etiam in causis, cauillationes & malitias aduersarii possum per c alias repellere, [c] vt in d. c. nullus. Et est notandum in d. ca. dominus noster. & ff. de leg. 2. cum pater. §. planè.

Et ꝙ hic dicitur, intelligitur quando aduersarius nõ adhibet malitias. simile. ff. de bo. eo. qui ante sen. mor. sibi cõ. l. 1. & no. C. de transact. l. transigere (obuiare) absume hoc verbum, subiungimus. quod sequitur. j. & ordina sic, subiungimus

iungimus iam prouisis remedijs, alia remedia experta, quæ patent &c. (iam prouisis.)

Sed quæ sunt ista prouisa remedia? Dic ꝙ multa sunt, scilicet ꝙ electio fiat infra tres menses. s̄.eo.ne pro defectu.l.di.postquàm. Et quòd fiat sub certa forma s̄.eodem quia propter.

Item illa remedia, quæ fuerunt inducta per decreta. statuimus, nisi quatenus expresè illi decreta. per hanc decreta. derogatur.

Item remedia inducta per decre. Gregorij.10. quàm sit, & ꝙ consecratio post confirmationem infra certum tēpus fiat.cap.di.ca.j.& alia multa [alia quæ) Sed quæ sunt illa remedia? Dicas ꝙ electus veniat personaliter intra tēpus huius constitutionis, alias certa pœna punitur. Et ꝙ p̄sonæ instructæ mittantur, & electio certo tēpore præsentetur, & multa alia quæ sequuntur. Sed ante hanc constitutionem non erat hoc ita cautum: quia per decre. statuimus, poterant mittere vel venire: sed per hanc decre. tenentur præcisè venire. Nec ibi tanta pœna imponebatur, 7 vt hic (experientia) † quæ est magistra rerum efficax. s̄. eo.quàm sit & in Authen. de appella. in princip.col.4.& hæc constitutio Inno.constitu.circa princip.colū.8. (earum) scilicet ecclesiarū (iudicauit) alias iudicabit (vtilia) Sed pone quod dicatur electio, cecidisti a iure tuo, q̄a non seruasti hanc constitutionē, & ipse respondet ꝙ non habet locum in casu suo hæc cōstitutio, quia remedia inuenta per hanc decre. nō erant ibi vtilia, vtpotè quia notorium erat in curia factum electionis, & persona electa notissima, ita ꝙ nulla instructio est necessaria, nec aliqua confessio, nec sua præsentias, vel alicuius. Et ideo non tenebatur seruare decretalem.

Dic ꝙ non obstante allegatione sua, tenebatur seruare constitutionem. Et ideo cecidit a iure suo, saltem propter contemptum constitutionis.

Et dato ꝙ remedia nō essent vtilia, si possibile esset talem casum accidere. Et poterit in hac quęst. obijcere, & solutionem facere: vt dixi in quæstione posita super verbo, periculosis s̄.eod. (experta (.i.per experientiam adinuēta (præsentandis) quàm cito commodè poterunt præsentari. Et adhibendo consensum infra mensem computandum a tempore præsentationis (Statuit) .s̄.eo.quàm sit.j̄.scripti.j̄.eo.§.cæterum (temporis) octo dierū (mo-8 deratione.) Sed † cum verbum moderationis diminutionem contineat j̄.de verbo.signifi.c.vlti.& hoc tēpus non diminuat, sed augmentet, quia per decre. quàm sit, debebat electio præsentari quàm cito cōmodè posset. hic adduntur octo dies post tempus, in quo potest commodè præsentari.j̄.eo.§.cæterum.

Quomodo ergo vsus est verbo, moderationis, propter hoc exponas moderatione.i.moderati temporis adiunctione, & cessabit obiectio.

Tu dic ꝙ constitutio, quàm sit, non ampliatur hoc casu, sed quia pœna erat ibi statuta in nō præsentantem dictam electionem: in hoc dicta constitutio ampliatur, vnde de hac constitutione moderatur tempus, vt octo dies tantum habeantur post tempus, quo potuerit electio pręsentari. Et hæc est magna abreuiatio, ne pœnam.d.§.cęterum incurrat, electionem post illud tempus non præsentans (permanere) Dato quod hoc non dixisset, tamē per hoc ꝙ dicitur superius iam prouisis remedijs, subiungimus alia, quæ &c. innuebat se velle ea in suo robore permanere: sed hoc facit, vt de sua intentione circa hæc cōstaret expressius.

Et quia non simpliciter corroborat statuta circa hæc per dominum Grego. sed quædam corroborat circa temporis moderationem, vt tempus statutum ad præsentandas electiones: quædā vero simpliciter stare in suo robore dimittit: vt tempus de adhibendo cōsensum: quædam aliter temperat, vt tempus ad petendas confirmationes: vt sequitur: & ideo expresè corroborauit, vt ita plenius explicaret. (instituit) .s̄.eo.quàm fit in fin. (Vel peti debent.) vtpotè quas immediata subiectio deducit, vel appellatio interposita deuoluit vt.j̄.sequitur (temperātes.) Sed in quo temperat? dic quod temperat in hunc modū, quo ad parandum se, cum est tempus certum & limitatū, scilicet vnius mensis: quo ad spectādum similiter est certum, scilicet. 20. dierum. Sed quo ad veniendum est 9 arbitrarium.

Sed dato ꝙ certum tempus limitatum ad hoc erat, nūquid nihilominus erat arbitrarium etiam ante hanc decretalem? & certè videtur ꝙ sic, quia certum tempus est limitatum ad appellationem prosequendum, scilicet annus vel ex causa, biennium: tamē iudex potest abbreuiare.j̄.de appella, oblatæ & c.cum sit. Et breuiter inducias 10 † a iure datas iudex potest abbreuiare ad arbitriū suum. ff.de iudi.nonnunquàm.§.de re iudica.l.2. Econtra videtur ꝙ non, quia beneficium iuris nemini est auferēdum. 28.distin.de his.ff.de iudic.si se non obtulit.§.si quis condemnatus.

11 Item.10. † dies dati ad appellandum non possunt abbreuiari.2.q.7.c.anterior.nec quatuor anni, qui dantur ad restitutionem in integrum petendum.C.de temp.in inte. 12 re.l.fin.Sol. Dicas ꝙ ex quo † a iure statuitur certum tempus non habet in eo locum iudicis arbitrium, & sic intelliguntur iura proximè allegata, nisi eodem iure vel alio expresè caueatur, ꝙ illud tempus sit arbitrarium. Et sic intelliguntur iura pro parte alia allegata.

Cum ergo lex, vel canon dat alicui certum tempus, illud nemini est auferendum, nisi expresè aliud caueatur. Et sic non potest habere locum iudicis arbitrium (prolixius tempus.) Sed pone ꝙ confirmatio debet peti ab alio quàm a summo Pontifice, & ille a quo debet peti est ita remotus ꝙ nō potest adiri commodè tempore trimestri, nunquid tempus prolongabitur? Dicas ꝙ sic, quia in decre.quàm sit, vbi hoc tēpus trimestre statuitur, excipitur expresè de impedimento. Sed in casu isto est manifestū impedimentum. ergo tempus poterit, & debebit prolongari, & ferè in quolibet tempore impedimentum exceptum intelligitur: vel ipso iure: vel per restitutionem.j̄.de senten.& re iudic.cum Bertholdus.

Sed quomodo hic ex differentia locorum aliquod inducitur discrimen? quod lex absurdum reputat.C.de tēp. restitu.in integ.superuacuam. Respondeo, illa lex loquitur in eo casu, cum legislator inspectis locorum circumstantiis tempus certum limitauit, quod ad quemlibet locum sufficere putauit. Sed quod dicitur hic & in similib. locum habet in tempore non limitato, sed arbitrario.j̄. de dolo & contu.cum olim (generali.) Pro hoc patet ꝙ hæc decre.continet ius cōmune, quia dicit generali. Iste 13 enim † est vnus de sex modis cognoscendi vtrum constitutio contineat ius commune.C.de legi.l.3.(in perpetuū valitura.) Etiam si hoc non dixisset, perpetuò valeret, donec reuocaretur.C.de appel.præcipimus.de testamē. sancimus. (Omnes electi.) Idem si prouideatur p̄ superiorem, vel ab ipsius confirmatione appelletur.j̄.eod.si postquàm.§.fin.

Sed quid si aliquis laicus templarius, vel hospitalarius eligitur in magistrum hospitalis, & appellatur ad Papam. Nunquid habebit locum constitutio? Et credo ꝙ non, q̄a constitutio hic loquitur in electione talis, per cuius mortem ecclesia cathedralis vel regularis vacare dicitur. Et hoc dico per literam, quæ sequitur, & per illud, quod dicit in princ.vacationis. Sed per mortem talium ecclesia non dicitur vacare, nec ipsi ad regimen ecclesiarum eliguntur: quia talia non cadunt in laicos.s̄.eodem sacrosancta. & cap. Messana.

Præterea hic dicit ecclesiarum: sed cum canones volūt 14 loqui de hospitalibus, † nomine ecclesiarum non solent comprehendi hospitalia, sed alio nomine nominant separatim.s̄.eo.sciant.& cap.generali.si ergo hic voluisset de illis intelligere, expressisset, & ratio diuersitatis potest reddi, quia per mortem illorum non vacant ecclesiæ, nec ecclesia in spiritualibus patitur læsionem. quo casu loq̄-15 tur hic (præterea) † milites sunt quos scire arma volumus, & non leges.C.de iur.delib.l.scimus in princip.& C. loca.& conduc.l.milites (cathedralium (.i.episcopalium (regularium) episcopalium vel non episcopalium, collegiatarum tamen.

Sed si in ecclesia regulari eligitur prior, nunquid locū 16 habet hæc constitutio? Et dicas † ꝙ si est talis prior, qui nō subest sub abbate. sed ipse præsidet tanqum abbas, habet locum constitutio.j̄.de stat.mo.cap.vlti. Sin autem prior est in monasterio sub abbate, non habet locum constitutio: quia nec per mortem talis ecclesia vacare dicitur, nec talis principaliter curam habet.j̄.de sta.mo. cum ad monasterium.§.talis. Et eadem ratione non habebit locum

in

in archidia conatibus & aliis dignatibus, quæ sunt in ecclesia sub prælato proprio.

Sed nunquid habebit locum in electis in abbatissas? est expressum cum certa modificatione. j. eod. indemnitatibus. §. sed cum eas (quorum) scilicet electorum (sedis examen.)

¶Sed nunquid, si appellatio deuoluit negocium ad Papam sufficiat electo quod compareat tempore competenti coram Cardinali, qui est legatus generalis in illa prouincia? Et certè secundum opinio. Io. qui dicit ꝙ legatus † de latere potest cognoscere de appellatione interposita ad Papam super electionibus, planum est quòd sufficeret.

17

Sed in contrarium est verior opinio, secundum quam non credo sufficere coram tali legato comparere, nisi forsan partes concordarent. j. de appella. constitutus. & de offi. lega. studuisti & c. licet.

Sed quid si immediata subiectio deducit? tunc credo sufficere ad talem legatum venire, qui loco Pape est ibi, quo ad omnia, nisi inueniatur exceptū, & specialiter summo Pontifici reseruatum: vt innuit decre. a contrario sensu de offic. lega. quod translationem. 16. quæstio. prima. frater noster. †

18

Talis enim legatus similis est præfecto prætorio. argu. j. de appel. nouit. Ergo poterit id quod Princeps, nisi inueniatur exceptum. ff. de offi. præfect. præto. l. vna. Et de cōtrouersijs exemptorum potest cognoscere. vt not. in prædi. decre. ꝙ translationi. Nec obstat ꝙ dicit sedis apostolicæ examen: quia examen istius est examen sedis apostolicæ quo ad omnia, nisi quo ad specialiter reseruata, quasi propriè audi tor est.

¶Sed nunquid tunc debet seruari tempus huius cōstitutionis? & credo ꝙ sic: quia cōstat ꝙ est immediata subiectio, & quod est quasi examen sedis apo. vt prædictū est; ergo locum debet habere hæc cōstitutio, vt hic patet, hodie est expressum. j. eo. si abbatem. 2. respō. (Immediata) Nota hic casum, in quo electio habet vim citationis, siue appelletur, siue non, hoc est cum fit electio in ecclesia immediatè subiecta summo Pontifici, & electus consentit.

Sed pone ꝙ ecclesia aliqua nō pertinet immediatè ad Papam, sed habet superiorem ecclesiam Metropolitanā: tamen Metropolitanus ibi non est modo, nec aliquis de ecclesia Metropolitana, vtpotè: quia ista ecclesia est occupata a Sarracenis, vel tota est facta scismatica. Nunquid habebit locum in tali ecclesia hæc decretalis? Et videtur ꝙ non, quia nec est appellatum, nec ecclesia immediatè pertinet ad sedem apostolicam. Dicas tamen ꝙ sic, quasi immediatè pertineat: ecclesia enim Metropolitana non dicitur modo esse. † Et ille est proximus, quem nemo antecedit. ff. de vebo. signifi. l. proximus. ar. ad hoc. s. eo. quia diligentia. Sed si ecclesia non pertinet ad sedem apostolicam immediatè, nec est appellatum, partes tamen voluntariè veniunt, nunquid tenentur seruare constitutionem istam? Et certè credo ꝙ non: quia hæc constitutio loquitur de duobus casibus, cum est appellatum, vel immediata subiectio deducit. Sed in quæstione nostra neuter illorum casuum est. ar. s. hoc lib. de rescrip. susceptum. ff. de liber. & posthu. l. commodissimè & hoc casu deberet fieri remissio. ar. Authen. de manda. Princ. §. & neque permittere. colla. 3. 11. q. j. peruenit (appellatio) siue immediatè pertineat ecclesia, siue non.

19

Sed ecce coram Metropolitano ventilat̄ causa electionis; in processu appellatur ab aliqua interlocutoria: nunquid habebit locum hæc constitutio? & videtur ꝙ non: quia de iniquitate iudicis agitur in hac appellatione. j. de appel. interposita. §. fin. non de meritis electionis. Ad quid ergo venirent personæ institutæ, vel & aliæ de quibus cōtinetur in hac decre. Credo tamen decretalem locū habere: quia licet primo agatur de iudicis iniquitate: tamen si legitima inueniatur appellatio, de meritis electionis agetur. Et ideo necessaria erit præsentia personarum.

Nec obstat ꝙ prius cognoscitur de iudicis iniquitate: quia etiā in casu decre. scilicet cum ab initio appellatur, cognoscetur de legitimitate appellationis, si ī dubiū vertatur, quia frustratoria hodie non deuolueret. s. eod. quā uis & tamen locum habet constitutio. Et ita etiam intelligitur decretalis. statuimus. s. eod. arg. ad hoc. s. eod. cum dilectus & j. de appella. constitutis. Et quia eadem est ratio hic & ibi.

Sed quid, si non per appellationem, sed per remissionē ex causa facta deuoluitur causa electionis nōdum plenè instructa, nunquid habebit locum constitutio? Et videtur ꝙ sic, quia remissio vel relatio ita eximit causam a iurisdictione iudicis remittentis vel referrentis, sicut appellatio, & superior ita habet iurisdictionem sicut si esset appellatum. j. de offic. lega. licet. Ergo a simili idem dicēdum est quòd in appellatione.

Præterea quia penitus eadem ratio est hic, & ibi. Ita eī necessaria est instructio & celeris expeditio, vt ibi, licet enim referens vel remittens, & causa remissa non sit immediatè subiecta sedi apostolicæ, saltem propter qualitatem causæ scilicet remissionem, hoc casu causa est immediatè subiecta. quod sufficit. ff. de legi. tuto. intestatus. Et intelligo de remissione partibus non notificata. C. de rela. l. j. & 2. (deuoluit.) Sed de qua deuolutione hic intelligit? † multis enim modis deuoluitur causa per appellationem ad curiam: eo enim ipso ꝙ ad Papam ex causa rationabili appellatur, Papa potest cognoscere per se vel ꝑ alium de causa appellationis, vocatis tamen, prius partib. ita ꝙ si appellatio rationabilis inueniat̄, de principali cognoscat, alioquin remittat. Et hoc est generale de qualibet appellatione rationabili. j. de appella. vt debitus. 2. q. 6. ad Romanam.

20

Alio modo deuoluitur, ita ꝙ appellatio habet vim citationis, itaque non est necesse amplius partes vocari. Et hoc vult dicere illud quod solet dici, ꝙ causa est in curia, hoc est citatio facta est ab homine vel a canone. Sed hoc aliter fit in beneficialibus, aliter in aliis. In beneficialibus eo ipso ꝙ appellatur in scriptis ex causa rationabili, & petuntur apostoli, si fuerit superior, a quo petantur, & appellatio est notificata, statim habet uim citationis appellatio. s. eo. statuimus. j. de appella. cordi. Nec est necesse partem amplius citari, nisi fortè ex superabundanti in audiētia. In aliis autem si appellatio est recepta a iudice, vel approbata a parte, & terminus est præfixus a iudice, vel ab appellante, talis appellatio habet vim citationis peremptoriæ. j. de appella. sæpe. cognoscetur tamen prius de articulo appellationis quàm de principali.

Tertio modo deuoluitur causa ꝑ appellationem, ita ꝙ omisso articulo appellationis potest cognosci de principali, quod est quando hic petijt apostolos. j. de appellationi. cordi. seruatis tamen conditionibus ipsius decre.) Et vbi appellatio habet vim citationis, non sufficit procurator constitutus ad impetrandum & cōtradicendum, sed instructus debet mitti. j. de appella. Nicolao. de qua ergo deuolutione hanc decre. intelligas? Dico de illa, quæ habet vim citationis. Si enim appellatio non esset notificata legitimè, quomodo arctarentur ignorantes? † Sicut enim citatio non arctat citatum, nisi legitimè citatus fuerit. ff. quæ sen. si. appel. rescin. l. j. §. Item cum exceptio: & de appella. ex consensu. s. eo. bone. 2. ita & appellatio vim citationis non habebit, nec arctabit, nisi notificata fuerit prout debet: & talis sit quæ deuoluat negocium. Nam frustratoria manifestè hodie non deuolueret. supra. eodem. quamuis. Et cum hæc constitutio exigit electos postulatos, & personas instructas venire, non est verisimile, ꝙ de alia appellatione intelligereret, quàm de illa: quæ habet vim citationis. Nec Papa voluit per hanc constitutionem reuocare decre. statuimus. & c. cordi. quæ certas conditiones exigūt in tali appellatio. nisi quatenus eis expresse derogat. s. eo. ecclesia. Ergo de tali appellatione intelligas: in qua seruata sunt prædi. capitula: & tempora sunt seruata. Eo saluo ꝙ in casu huius decre. causa erat in curia, licet tempora non seruentur. Et hoc dico per literam istam, siue infra præscriptum mensem iter arripiant, siue non.

21

Et quia personæ instructæ debent mitti, siue clerici, & opponentes veniant siue non. j. eo. §. ceterū. Et quia electi debent venire, siue opponentes & eligentes veniant, siue non, vt j. eod. proximo. §. Et sic etiam temporibus nō seruatis ab electis & opponentibus, nihilominus negociū est in curia. Alias ad quid venirent personæ instructæ?

Et dico negocium in curia, vt cognoscatur an personæ electæ sint priuatæ, vel repellendæ secundum hanc constitutionem. vnde deuoluitur in casu constitutionis huius

ius negocium tractandum dupliciter. Primò cum partes in hac constitutione non peccarunt. Et secundò deuoluitur tractandum, cum obijcitur aliquam partium constitutionem hanc non seruasse, vt per pœnam in hac cōstitutione, iniunctam pars peccans repellatur (infra vnū mēsem.) Et datur hoc tempus ad parendum se ad iter (post consensum) quando electio fuerit tempore debito præsentata: alias habet locum clausula sequens (post obtentam) idest habitam.

¶Sed quomodo incōtinenti post notitiam currit iste mensis? nunquid adhuc post notitiam habet tempus, infra quod debeat electio præsentari, & vnum mensem etiā ad deliberandum. s̄. eo. quàm sit. quæ decre. corroboratur hic. Quid est ergo quod dicit? dicas ꝙ non obstāte, quod hic dicitur iste mensis, non curret etiam post notitiam, nisi prius labatur tempus, in quo debuit præsentari electio, vt sequitur. ibi, sic eam debito tempore &c. Et nisi prius tempus deliberationis finiatur, vel prius deliberauerit, & hoc probo per prædic. decre. & per eius corroborationē hic factam. s̄. in versic. & quod Fœlicis recordationis, supple ergo ad literam istam, & post tempus, in quo debuit præsentari, & etiam postquàm deliberauit de consentiendo, si electio inueniatur canonica: infra vnum mensem tamen a tempore, quo debuit præsentari.

Nec obstat ꝙ iste mensis datur post præsentationem. s̄. eo. quàm sit, quia intelligendum est vel post tempus, in quo debuit præsentari, qualiter enim antequàm deliberaret venire, compelleretur, 22 † & quomodo plenè deliberaret, nisi tempus haberet. l. di. ponderet. Secundum tamē ei reputo, ꝙ de hoc tempore deliberationis reseruet ad deliberandum post ea cum fuerit electio præsentata, ita ꝙ ad vtranque deliberationē vnum tantum mensem habeat, ne fiat fraus constitutioni, si vltra mensem haberet ad deliberandum. Nec huius mensis diuisio est absurda, quia fit ex causa. Sed adhuc videtur ꝙ hæc littera stare nō posfit, quia si se intromitteret antequàm sibi præsentaretur, videretur ambitiosus, ideo repellendus: 23 rogatus † enim debet recedere: inuitatus effugere, & sola debet ei suffragari necessitas excusandi. C. de episc. & cler. si quenquam. Quomodo ergo ingeret se, nisi rogetur & inuitetur?

Præterea ingerendo se videtur consentire ante præsentationem, quod est contra ius. s̄. eo. cum post petitam. Dicas ꝙ rogari & inuitari videtur, ex quo electus est. Nec inuenitur quin ante præsentationem possit se intromittere. Sed ante electionem est prohibitum. vt in prædic. decret. expresè dicitur.

¶Vel dic ꝙ auctoritate huius cōstitutionis potest hoc facere sine nota ambitionis: alias iam ei laqueus pararet, quod esse non debet. j̄. de restitu. spolia. literas (de ipsorū) idest electorum (notitiam.) Sed de qua notitia hoc intelligitur? 24 † Est enim quædam notitia per auditum, quia id dicimur scire, quod ab alijs audiuimus. Est alia per visum: vt quia interfuimus negotio. 22. q. 5. hoc videtur. Est & alia iudicialis, vt per testes, vel similia.

Sol. hoc intelligo de notitia certa & indubitata, vtpotè quia interfuit, vel literam authenticam inde recepit, vel homines fide digni (de quibus non est verisimile ꝙ mētiri debent) dicunt se interfuisse negocio, & pro certo asserunt ita esse. arg. s̄. de postul. cap. j. & 2. & hoc notauit per hoc quod dicit, notitiam. 25 Alias fatuum esset credere cuilibet referenti: quia rara † fides ideo est, quia multi multa loquuntur. Et ideo non omni spiritui credas. ecclesiastici. 19. distin. & ff. de eo per quem fac. erit. l. j. §. dolum. 23. q. 4. quam magnum. vbi de hoc. vel cuilibet literæ, & quia nō semper eulogia ex bona fide fluit. ff. de custo. reo. l. diuus.

Sed quid si sciat de electione, non de appellatione? dicas ꝙ si ecclesia nō pertinet immediatè: nō curret ei mēsis iste: quia nec tenetur venire: vt s̄. probatum est super verbo, deuoluit: imo tenetur seruare decretalem, quàm sit. s̄. eo. donec sciuerit appellatum (eam) idest electionē (debito tempore) hoc est infra octo dies, postquàm potuit præsentari. j̄. eod. §. cæterum.

Sic ergo iste mensis non currit, nisi post tempus, in quo debuit præsentari, vt supra dixi (arripiant) hoc verbum ordina cum hoc, quod dixi. s̄. eo. omnes electi (& extūc) idest elapso prædicto mense. Quia iste articulus tunc extremū tempus huius mēsis significat. ff. de condi. & dem. l. si ita legatū ad fin. & not. in l. lecta. ff. si cer. pet. 2. respon.

Alij exponunt idest arrepto itinere. Sed hæc vltima expositio non potest stare propter illud, quod sequitur: siue iter arripuerit infra præscriptum mensem, siue non: quia posito ꝙ infra mensem iter non arripuerit, sed post. 10. annos postea, secundum vltimam expositionem, non noceret eis: quia secundum eam nō currit ei tempus, nisi ab arreptione itineris: quod est penitus contra istam constitutionem, & secundum eam iam diligentia non prodesset, & negligentia non obesset, nisi poneres illum toto illo tempore fuisse impeditum: procuratorem tamen debuit tunc mittere, vt sequitur postea in §. sequē. (siue nō) hic habes per literam istam, quod licet infra mensem nō arripiat iter, non nocet ei, dum tamē veniat tempore cōpetenti, & ita hic de arreptione itineris non curatur, quādo fiat, sed potius de aduentu: licet per decre. statuimus: teneatur iter arripere infra mensem a die obiectionis numerandum (absque fraude.) Sed quis probabit hāc fraudem? Videtur ꝙ is, qui eam allegat. ff. de ꝓbatio. quotiens. §. qui dolo. Dicas ꝙ lapsus temporis probat fraudem. ff. de excu. tuto. l. scire. §. obseruabūt, nisi ille, qui venire debuit, probet impedimentum, vt clarè apparet in §. proximo, quia si infra tempus statutum non venit, punitur, nisi iustam absentiæ causam probet (commodè) nota ꝙ id dicitur posse fieri, quod commodè fieri potest. ff. de verbo. 26 significa. l. nepos. †

¶Sed qualiter intelligitur commodè posse fieri? Dic ꝙ iudex hoc arbitrabitur, inspecta qualitate personarum, locorum, temporum, & ætatum. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. 2. sequitur statim in sequen. §. in princip.

¶Sed cum sit triplex genus dietarum. Sunt enim legales. ff. si quis cau. l. j. vbi. 20. miliaria dantur pro dieta.

¶Item singulares siue speciales, vt cum quis duplomate vtitur pro dieta, hoc est duplicato itinere: eundo vna die per duas dietas. ff. de verbo. oblig. l. continuus. §. 2.

¶Item sunt vulgares. s. quas homines frequentius facere solent, secundum quas dietas iudex potius arbitrabitur, & consueuit dici, ꝙ in iudicijs legales attendi debent. ff. si quis cautio. l. j. in contractibus arbitrarie. ff. de verbor. oblig. l. cōtinuus. §. 2. Credo ꝙ iudex potius legales debet 27 arbitrari, quàm vulgares: quia † lex debet patriæ conuenire. 4. distin. erit. Et vsui statur etiam cōtra naturam vocis. ff. de leg. 3. l. vxori in princip. Et consuetudo est optima legum interpres. s̄. de consuetu. cum dilectus. ff. de legi. & sena. consul. si de interpretatione in fin. Et consuetudo regionis multum operatur. ff. de fun. instru. l. cum Delanionis. §. asinam. Arbitretur ergo secundum vulgares potius, si vulgares appareant: ita tamen ꝙ in hoc qualitatem inspiciat personarum, & temporum. Si autē vulgares non appareant, ipse taxabit ad arbitrium, inspecta qualitate supradicta. Nec credo ipsum errare, si tunc respectum habeat ad legales. j̄. hoc lib. de præbē. præsenti. §. loca. si hoc patiatur qualitas supradicta scilicet personarum, locorū, temporum, & ætatum. Et si iudex taxauerit dietam ad. 20. miliaria, vel plus vel minus, & facta computatione inueniatur vnum miliare vltra, pro illo habebit diem integrā. ff. de verbo. significa. l. 3.

¶Dic ergo dari legales pro qualitate temporum & ætatum. argum. ff. de re iudic. l. 2.

¶Sed quid si facta recta computatione poterat venire commodè. in. 20. diebus, arripuit iter statim finito mense, venit in. 10. diebus, vtendo fœlici duplomate: nunquid habebit de lucro alios 10. respon. quòd non: quia tempus est arbitrarium in eodem tempore, vel facto, quod finitū est: locus non est coniecturis ff. de verbo. oblig. cōtinuus. §. cum ita. in fin. ibi, quòd si duplomate. igitur habeat tantum tempus, in quo venit, & sic currendo videtur renunciare illis diebus, quos habere poterat per hūc canonem, & locum auferre iudicis arbitrio, quo ad maius tempus. Secus dicerem in casu conuerso, scilicet si primo fuit negligens per decem dies: deinde in aliis decem venit per 20. dietas, quia satis videtur satisfacere huic constitutioni, quia non fuit negligens primo: quia venit in tanto tempore, quanto commodè venire poterat. Et si fuit negligens primo ante tempus, debitum, suam negligentiam emendauit, nec potest dici negligens propriè, ex quo tempore debito venit. Per hanc enim constitutionem non curatur quo tempore iter arripiat, dummodo veniat tempore competēti, postquàm autem venit, & est in curia:

curia; fatuum esset maius tempus ad veniendum petere vt dicitur in prædicto.§. cum ita, ibi, ꝙ si duplomate &c. Ergo cum modicum restat de tempore vtendo duplomate, pœnam euitat: cum autem multum de tempore arbitrario restat currendo & præueniendo, nihil lucratur, & sic prædictus.§.loquitur.

Quod nisi sic intelligeretur, huic literæ contradicere videretur. Et in hoc tempore arbitrario, cum agitur de pęna vitanda, totū tempus iudex dabit: cum autem de tēpore lucrando, non dabit nisi tempus in quo venit.

Sed pone quod distabat per.x.dietas, in principio mēsis arripuit iter, & venit in.x.diebus, & est in curia, & non vult comparere, nisi finito toto mense, & vltra x.diebus in quibus venit &.xx.per quos debet expectari. nunquid incidet in pœnam? dicas ꝙ non, quia mensis ille & illi. xx.dies sunt certum tempus & limitatum beneficio iuris, quod nemini est auferendum.28.di.c.de his. Et ultra hoc tempus debet habere.x.dies, in quibus venit, & quos ad veniendum iudex debuit arbitrari, nec citatio huius canonis eum arctabit nisi lapso tēpore.s̄.dicto. Et hoc probat aperte hic litera præcedens, cum dicit, extunc siue infra præscriptum mensem iter arripuerit &c. q. d. quandocunque arripuerit iter, siue in principio mēsis, siue postea, habebit mensem, & idem tempus, in quo commode potest venire & vlterius.20.dies. & hoc dico de citatione huius canonis.

Si autem cito venit, & a Papa citetur infra prædictum tempus, tenebitur respondere nec responsio facta in hac quæstione contradicit ei, ꝙ.s̄.dictum est. scilicet ꝙ præueniendo & duplomate vtendo nō lucratur tempus, quia illud habet locum in tempore, quo iudex debet arbitrari, vbi præuenienti non debet iudex maius tempus arbitrari, quam illud, in quo venit, quia ipse currendo & pręneniēdo iudicis arbitrio limites certos dedit. Hic autem loquitur de tempore certo a iure limitato & de illo, in quo uenit & debuit uenire secundum arbitrium iudicātis, nec hic maius tempus arbitrarium petit, quam illud in quo venit.vt.s̄.petebat.

Sed quid si electio fit in eadem ciuitate, vbi est Papa, & electus est præsens, nunquid habebit prædictum tempus? Et dicas ꝙ ex quo est præsens de arbitrio, nihil habebit, sed mensem & illos 20. dies habebit: nec infra istud tempus eum arctabit citatio huius canonis, vt s̄. dictum est de illo, qui cito venit. Et est ratio, quia etiā istud præsens tempus habebit: quia in † tempore certo & limitato a iure locorum varietas iuris varietatem nō inducit. C.de temp.re.in integ.pe.l.superuacuam.

28

Sed nunquid iudex arbitrando dabit dies aliquos ad quiescendum in via, vt potè vnum diem saltem in septimana? Et videtur ꝙ non, quia illi 20. dies videntur dati fuisse, pro illa quiete. Credo tamē quòd debet dare, quod sic probo. Hic datur mensis ad parandum se & 20. dies, per quos expectatur: ita quòd ante lapsum eorum non punietur, & vltra illa tempora datur tempus, in quo venire possit commode.

Sed qualiter possit venire commode forte per 60. dietas, si nunꝗ quiesceret, nullus arbitrari deberet: nec credo illos 20. dies ad hoc fuisse datos: sed cum iste terminus sit peremptorius, † & in termino perēptorio iudex non multum festinare debeat contra absentem.ff.de dā. infec.l.si finita.§. si forte. Credo ꝙ per æquitatem illius.l. seruandam, isti dies dati fuerunt. Licet enim venire debeat ꝗ cito potest commode, tamen non punitur donec vltra per 20.dies fuerit expectatus: quia est forte impeditus: & melius reputat. prædi. l. eū expectari ꝗ processum postea reuocare.j̄. de senten. & re iudi. cum Bertholdus argu.ff. de vaca. mu.l.penul. in fine. Et ad hoc isti 20.dies fuerunt taxati: quia tēpus expectationis solebat esse arbitrarium.j̄.de offi.deleg. consuluit, & in prædi.l.

29

Sed posito ꝙ iste electus habet duo domicilia, vnum remotius, & aliud propinquius: a quo cōputabuntur istæ dietæ? dic ꝙ debent computari a loco, in quo iste fuerit, sine fraude tempore quo iter arripuit. Sufficit enim per hanc literam ꝙ non sit in fraude, nec in negligentia. Et similis quæstio tangitur.j̄.de maio.& obedi.omnes (petituri.) Hanc clausulam referas ad id, quod dixi.s̄.(post cōsensum.) Postꝗ enim consenserit, debet cōfirmationem petere.s̄.eo.quàm sit.

30

Et nota hic ꝙ † electus sine ambitione potest petere confirmationem electionis suæ (prosecuturi) hoc referas ad clausulam.s̄.positam, & post obtentā &c. (electiones suas). Nota ꝙ non dicit confirmationes: quia anteꝗ † electioni sibi præsentatæ consentiat, ordo esset præposterus confirmationem petere, vt patet.s̄. eod. quàm sit (modis licitis) vtpotè dicet electus superiori, Domine sum electus in tali ecclesia: electio non fuit mihi præsentata: faciatis eam mihi præsentare, & similia; quæ fuerūt negocio competentia.

31

Alij intelligunt ꝙ post obtentam notitiam debet electioni etiam non præsentatæ consentire, & eius cōfirmationem petere. Sed primus intellectus est magis iuri cōsonus: & hæc litera videtur magis sonare primum intellectum, (cum omnibus iuribus). Sed nonne † Papa omnia iura habet in scrinio pectoris sui? C. de testamen. l. omnium.j̄. de appella. sæpe.s̄. hoc libro de constitu.cap. primo. Ad quid ergo debet hic dicere iura? Dic hic iura id est rationes circa factum consistentes.j̄. hoc libro de appella. cordi, vbi talia iura rationes appellantur: & exponas literam istam cum omnibus actis, hoc est cum instrumentis acta & iura sua continentibus.

32

Cum † ergo iuris nomen multipliciter accipiatur, ne quis fallatur in hoc: eius significata subijcio. Vnde ius in vna significatione, idem est ꝙ aqua pinguis, vnde Horatius. Petebat offas in iure natantes.

33

Et dicunt medici ꝙ tria sunt cito conuertibilia in naturam, vinum, oua sorbilia, & ius bonarum carnium.

Vnde versus. Ius iuris nando, id est commedo, ius iuris in agmine pando, id est aperio vel refero. alias mando id est præcipio vel mitto. Nam † mando primæ coniugationis habet duas significationes, differenter tamen. Nam superior mandat, hoc est committit præcipiendo inferiori. Sed par vel inferior mandat, id est mittit rogando, seu requirendo superiorem aut parem.

34

Secundo ius dicitur rectum seu iustum, vt cum dicimus iste habet, vel non habet ius. Et sic dicitur ius a iustitia.ff.de iusti. & iur. l. prima.primo respon. ff. de actio. & obliga.l.nihil. (& hic iuribus &c.) id est cum his quæ iustitiam reddunt, seu iustificant intentum astricti ad hæc portanda, & j̄ de conces. præbend.cum nostris. Nam ibidē † possessio plus habere facti dicitur, ꝗ iuris, id est eius quod censeatur iustum: cum in possessione non respiciatur an iusta vel iniusta sit.ff.de acqu. poss.l.3.§.econtrario. argu.ff.de vi & vi arm.l.j.§. qui vi a me.ff.vti poss. l.2. & 3. & sic dicitur ferri sententiā contra ius partis id est contra id, quod erat iustum pro parte.j̄. hoc libro de senten. excommunica.cæterum.§.vbi autē. ff. quæ senten. sine appella.rescin.l.prima.§.Item tamen contra.

45

Tertio idem est quòd potestas. 25.q. prima.§.his ita.ff. de pac.l.contra iuris.§. si filius.§. de tute.l.prima in prin. & Insti. de tutel. in principio. sed quod est in litera, tutela est ius.

¶Alio modo legitur illa litera, ius, eum dicat glo. ibidem ius & potestas.i.violenta potestas. Sed hæc glo. videtur mala. Nam † omne violentum est reprobum, prout iura loquuntur de vi punienda, cuius species not.j̄.quod met.cau.ad audientiam. sed nulla tutela est reproba; sed præcepta & a iure inducta. Ergo nulla tutela est quid violentum, & sic nec potestas violenta: & dic ꝙ si legat ibi ius, non accipitur ius, quæ est culpabilis & sic punienda est: sed accipitur pro potestate a iure introducta.

36

Sic dicitur ꝙ naturæ virtus.i. vis intus, id est vis insita rebus ex similibus similia procreans, hoc est proprium in naturalibus, in quibus est vis generatiua. Sed trahitur a simili in artificiatis: † cum ars imitetur naturam inquātum potest.ff. de adopt. si pater.j. in fine. & sic dicitur ius & potestas.i.virtus potestatiua, seu uirtuosa potestas, quę tribuitur tutori in persona pupilli & rebus eiusdem. Potest etiam dici ꝙ quædam est uis id est uioleutia, quæ permissa est. C.unde ui.l.prima.j̄.de senten. excōica. si uero. j.§.j.ff.ad.l. Aquil. scientiam.§.qui cum aliter.l. dist. ante omnia. Sed regulariter est prohibita.

37

¶ Aliter dicitur ius & potestas, id est præceptoria, seu iussoria potestas, aut iussus potestaturus: & sic dicitur ius a iubēdo: & sic accipitur pro potestate iubendi.ff.de uerbo.signifi.pupillus.§.territorium.

¶ Item quarto modo dicitur ius ars.ff.de iusti. & iur.l. j.secundo

l.j.secundo respon. Sic dicitur ꝙ iuris scientia ethice subalternatur sic no.s̃.in prohæmio.

¶Item dicitur ius id est verborum forma, siue conceptio l.si vnus.§.si pactus.in princip.ff.de pac. Et de hac conceptione habetur. ff.de verbor. obligatio. .l. prima.§.si quis ita.C.de contrahend.& committen.stipu.l. omnes.

Item dicitur ius, id est iuris rigor.ff.de legibus & sena. l.nulla.C.de legi.l.j.

Item dicitur vinculum Insti.de verb.oblig.in princ.ff. de actio.& oblig.obligationum substantia.Insti.de reb. cor.& incorp.in fi.

Item naturalis proprietas.ff.de pac.si vnus.§.pactus.ver si.quòd in specie.

Item dicitur locus, in quo ius redditur.ff.de iusti.& iuse.l.pe.§.alia.

38 ¶Item dicitur ius, id est iuris impositio. Nam lex † ponit differentiam inter cõditionem iuris & facti. Nam cõditio facti est quę nõ inest reiipsi:sed ab extrinseco impo nitur:sed conditio iuris est illa, quæ inest ab extrinseco, & a iure imponitur.ff.de conditio.& demon.l.multum. Et ratio.d.l.habetur.ff.de conditione.causa da.si pecuniam. §.si quis seruum.

Item ius dicitur dominium.ff.de cura.furi.l.cõ.§.eum.

Item ius dicitur idem, quod totaliter.ff.de pac.l.si vnus §.pactus.secũdo respon.& l.si tibi.10.§.quędam actiones.

39 Et sunt paria † ista: hoc habetur ipso iure, hoc est totaliter a iure, nullo extrinsecus operante, vt in c.quanquã. 2.respon.in fi hoc lib.de vsur.

Idem si dicatur eo ipso.s̃.eo.cum per formã.& s̃.eo q̃ sit in fi. Idem si dicatur ipso facto.s̃.hoc.lib.de pe.c. vlti.§. præsenti. Sic dicitur exommunicatio ferri ipso iure. hoc est facto hominis extrinsecus non adminiculante.s̃.hoc lib.de sen.excommunica.eos.

Item dicitur ius, id est iuris capacitas.ff.de capi.dimi.l. legatum in fi.& ratio redditur eo.ti.l.eas.

Item dicitur sanguinis necessitudo.ff.de iusti.& iur.l.vl ti.ff.de reg.iur.

124 ¶ Item in † ætate quis patitur defectum quo ad episcopatum & quo ad dignitates, & quo ad beneficia curā animarum habentia, vt d. c. cum in cunctis. Et in ætate quo ad episcopatus solus Papa dispensat. s̄. eod. cū nobis olim, in fin. sed quo ad dignitates inferiores dicunt quidam ꝙ episcopus potest dispensare necessitate instante, vel vtilitate, dummodo sit maior. 14. annis ĩ. de æta. & qualita. indecorum & d. decreta. cum in cunctis secundum istos nō loquitur de iure communi, & tunc quo ad ecclesiam parrochialem episcopus in ætate dispensare non potest. s̄. eo. licet canō. sed in ordine dyaconatus & presbyteratus potest studij causa, vt. ĩ. eod. cum ex eo. potest etiam dispensare cum eo, qui vigesimum annū compleuit, vt habeat dignitatem sine cura ĩ. hoc lib. de æta. & qualita. ca. j. alias episcopus in ætate dispensare non potest, & sic not. s̄. eod. cum dilectus: Hostien. tamen & quidam alij senserūt cōtrarium, vt in d. c. Idem Hostien. notat, & Papa diffiniuit in facto electionis Eduen. opinionem glo. communis ꝓ stātiorem. ĩ. de temp ordi. dilectus. & de æta. & qualita. ex ratione & cap. sequen. & sequen. ar. C. de his qui ve. æta. impe. eos.

¶ Est enim absurdum ꝙ episcopus contra tam celebre concilium valeat dispensare, vt d. cap. cum dilecti.

¶ Sed tunc quærebatur an electus, cum quo fuerat dispensatum per episcopum in beneficio cum cura in minori ætate, haberet excusationem propter tantorum doctorū opinionem: & arguebatur ꝙ sic. ff. de pe. hæred. sed & si lege. § scire. Sed dicebatur ad d. § ꝙ immiscens se hęreditati non habuit in limine immixtionis contradictorem seu competitorem, sed in casu posito secus fuit, & in d. §. scire,

ſcire, adiens hæreditatem tenebatur ad reſtitutionem ipſam & fructus extantes, quod videtur facere opinionem electi vacillare & glo. communis, & dictum conciliũ † validioribus rationibus innitũtur, & ideo præualere debẽt. Inſti. de contrahen. emp. & vend. §. Item precium. verſicu. diuerſæ, (vel ſi his ſimiles,) vt ſunt illegitimè nati. s̃. eod. innotuit. Nec hic exemplifico de clerico alienæ diœceſis, qui dicitur poſtulandus. 6o. di. Oſius. §. ſed aliud. & j̃. de renun. poſt tranſlationem. Nam illa iura loquũtur de poſtulatione, quæ eſt ſequela ad electionem præcedẽtem, non de poſtulatione, quę electionem pręcedit, de qua hic dicitur & not. s̃. hoc lib. titu. proxi. in rub. (poſtulentur.) intelligas. §. iſtum quando poſtulantur ad epiſcopatus ſiue immediatè pertineant, ſiue non: ſiue appelletur ad Papam ſiue non, ex quo nullus alius poteſt ibi diſpenſare, vt prædictum eſt, immediatè dicetur pertinere quo ad hoc.

¶ Item cum poſtulatus eſt, & appellatum, eſt, vel immediatè pertinent eccleſiæ, vel talis eſt caſus, in quo non poteſt alius diſpenſare præter Papã, quia tunc immediatè dicẽtur pertinere quo ad iſtud: (alligati) vt ſunt epiſcopi, vel archiepiſcopi, & ſimiles.

¶ Sed quid ſi alij ſunt alligati eccleſijs regularibus exẽptis, vt ſunt abbates & exempti, nunquid dicemus in eis idem quod in epiſcopis? Dic exemptum abbatem eligẽdum, licet ſine Papa, vel legato de latere non poſſit ad eccleſiam, ad quam eſt electus tranſire. j̃. eodem ſi abbatem primo reſpon.

¶ Sed quid ſi epiſcopus renunciauit oneri, non honori? Credo eum poſſe eligi, quia hęc eſt ratio quare prohibetur eligi epiſcopus, ſcilicet quia eſt ſuæ eccleſiæ alligatus. Ita ꝙ non habet liberum volatum, vt habes hic, & s̃. titu. proxi. ca. vlti. Sed ille nulli eſt eccleſiæ alligatus (ſiue noſtra) Ergo non loquitur de illis qui ſunt talibus eccleſijs alligati in quibus ſufficit licentia alterius (de veteris iuris obſeruantia.) Igitur iſta decr. non habebit locum in eis, ſed decr. s̃. eo. ſtatuimus.

¶ Sed nunquid poſtulantes taliter alligatis tenentur mittere perſonas inſtructas? Credo quòd non, quia dicit quòd circa iſtos de veteris iuris obſeruantia nihil immutat, ſed ſecundum veteris iuris obſeruantiam non tenentur tales perſonas mittere.

¶ Sed pone ꝙ aliqui ſe opponant talib. poſtulatis obijciẽdo crimina, & alia quæ poſtulatos reddunt inhabiles, ꝙ bene poſſunt. s̃. eod. ſtatuimus, & c. ſcriptum, & cap. vt circa. Nunquid opponentes debent venire perſonaliter? Reſpon. Non tenentur per rationem in proxima. q. alleg. 126 & propter æqualitatem iudiciorum ſeruandam, † ratione cuius priuilegium vnius partis, etiam ad aliã ſæpe extenditur. n C. de fruc. & li. expen. l. vlt. Cum ergo poſtulati non compellantur venire perſonaliter: ergo nec opponentes compellendi ſunt.

¶ Nec obſtat ꝙ in populari actione vnus poteſt dare ꝓcuratorem. Alius non. ff. de popul. actio. l. qui populari. qa verum eſt ꝙ defenſor poteſt dare, ſed iſti opponentes defenſores ſunt. j̃. de excep. dilecti: ergo. l. prædi. facit pro ſolutione: non contra (poſtulatos huius) id eſt patientes in ordine, vel ætate defectũ, & his ſimiles (moderata) hoc dicit propter illud quod ſequitur, vt eo ſaluo &c. (conſenſum.) Sed ex quo non debent conſentire, quando eis incipiet currere tempus? Reſpon. poſtquàm deliberauerint de nõ diſſentiendo infra menſem ad hanc deliberationem tamen datum. s̃. eod. quàm ſit. hoc enim habetur pro conſenſu, vt ſequitur.

127 ¶ Sed nunquid † poſtulatio debet præſentari poſtulato? Credo ꝙ ſic: qualiter enim venire compelleretur, ſi ei non præſentaretur? vel qualiter poſſet deliberare de diſſentiendo vel non diſſentiendo?

Sed ſi poſtulantes ſunt negligentes in tali præſentatione, nunquid punientur, vt electores. s̃. eod. ca. §. cæterum. Reſpon. ſic: tamen quia hic ita puniuntur negligentes, vt ibi: quia dicit textus, & negligentes ſtatuta, ibidem, ſimilis pœna &c. tum quia eadem eſt ratio hic, & ibi. Ergo idẽ ius. C. de conſtitu. pecu. l. fin. ff. ad. l. Aquil. Illud. Ita enim hic eſt neceſſaria celeris expeditio eccleſiarum, vt ibi.

¶ Et quia quod dicitur de electione, & poſtulatione tamquàm de ſocia intelligitur dictum. s̃. eod. vt circa, & cap. ſtatuimus (dictum eſt.) s̃. §. ſi vero (aliquibus) vt ꝑſonis inſtructis, vel aliis (ſubminiſtrent.) Sed vnde ſubminiſtrabunt? nunquid de proprio) an de communi: aut de bonis prælati? Dicas ꝙ ſi eſt poſtulatio concors, ſeruabitur idem, ꝙ in electione dictum eſt. s̃. eo. cap. §. ad hæc. & §. ſi vero. Si autem diſcors fuerit, de proprio, ſi habeat proprium, vt quia ſunt regulares, tunc de communi. argu. de accuſa. ex parte. & capit. pe. [Si non diſſenſerint.) Nota 128 † medium inter diſſentire & conſentire, ſcilicet non diſſentire (perſonas inſtructas.) Sed ecce poſtulantes debent mittere perſonas inſtructas, & poſtulatus venire.

¶ Pone ꝙ poſtulato aliqui ſe opponunt, nunquid tenetur venire perſonaliter? Et videtur ꝙ nõ: quia ſi Papa hoc voluiſſet, hoc expreſſiſſet, vt expreſſit de perſonis inſtructis, & de poſtulatis, dicas tamen ipſos debere venire, ſicut quando ſe opponunt electo. Quia ratio diuerſitatis 129 reddi non poteſt. Et ideo propter omnimodam † ſimilitudinem, licet Papa non expreſſerit, pro expreſſo tamẽ habuit. ar. ad hoc. s̃. eo. & circa & c. ſtatuimus, quia vbi ad ea aſtringuntur opponentes ſe electis poſtulatis, & ita indiget eccleſia acceleratione per viam poſtulationis, ſicut per viam electionis. vt. s̃. præmittitur in §. ad hæc & §. ſi uero (negligentes) ſcilicet poſtulantes & poſtulatos, ſi fuerint negligentes in veniendo, vel mittendo (ibidem) ſcilicet in §. cæterũ & in §. vel ſi (ſimilis pœna.) Sed quomodo poteſt eſſe ſimilis pœna. Electus enim priuatur iure, quod habet, quomodo poſtulatus priuatur iure, quod non habet. Dicas ꝙ priuatur iure ꝙ habet, qualecunque ſit vel ſaltẽ ſpe gratiæ, quam habebat. ar. ff. de actio. empt. l. ſi tactum. Itẽ electus ſi non dat expenſas perſonis inſtructis, priuatur iure ſuo, quomodo poſtulantes, ſi non dant expenſas, poſſunt ſimili pœna puniri? reſpondeo, punientur pœna eis competente, hoc eſt illa, qua puniuntur eligentes, quando non mittunt perſonas inſtructas. s̃. eod. §. cæterum.) Nec per hoc crederet aliquis) quia poſtulati compelluntur ad veniendum, quod haberẽt per hoc maius ius, & hoc remouet (pro ſceleri.) Nota quòd hoc fuit cauſa huius conſtitutionis & mens conditoris, quòd cito eccleſiæ expedirentur. [a gratia.) Sed quæ eſt illa gratia, a qua poſtulationes dependent? Duplex enim eſt gratia.

130 † Quædam enim eſt valde generalis, ſecundum quam qcquid facit Papa, ſiue ſecundum ius, ſiue ſupra ius, totũ gratia & liberalitas appellatur. s̃. de reſc. ſedes apoſtolica. cap. quia nonnulli & c. nonnulli. Et eſt ratio, quia legibus ſolutus eſt. ff. de leg. princeps & C. de leg. digna vox. ſecundum hanc gratiam etiam ſi confirmet electionem canonicam, gratiam facere dicitur. s̃. eod. cum inter vniuerſas, in fine. alia eſt gratia ſpecialis, vt quomodo ius non habẽti beneficium confert, vel gratiam facit, vel ſupra ius diſpenſat. j̃. de con. præbend. propoſuit. j̃. de pręben. de multa in fin. A qua iſtarum dicemus dependere poſtulationes? Reſpondeo, vt concordes opiniones varias, ita dicas, ſi ſit poſtulatio in concordia, vel ſaltem a duab. partibus, & ex cauſa, ſcilicet vrgente neceſſitate, vel vtilitate, tunc dicemus poſtulationem talem dependere a generali gratia, talis enim poſtulatio quodammodo iuri innititur; acquiritur enim ius per talem poſtulationem poſtulantib. Poſſunt enim de iure petere admiſſionẽ talis poſtulationis & etiam confirmationem ſecundum quoſdam. s̃. eo. Cumana. cap. cum monaſterium, & cap. officij. §. fi. poſtulato etiam ius acquiritur, ita quòd nõ poſſunt variare poſtulantes, poſtquàm talis poſtulatio fuerit ſuperiori præſentata. s̃. titu. proximo. bonę & cap. pe. talem ſi non ad131 miſerit † ſuperior, iniuriam facere diceretur, ſed gratiam, ſi admittat. ar. ff. de aqu. quo. & æſtiua. l. j. §. pe. non tamen poſtulatus petat admiſſionem, vel confirmationem, ne de ſe nimis præſumẽdo ſe ingerere videatur. ar. s̃. eo. qualiter. 8. quæſt. j. in ſcripturis, & ſic intelligitur opinio illorũ qui dicunt, quòd poſtulatio iuri innititur, & hoc intellige, dummodo perſona idonea inueniat̃. s̃. eod. ſcriptũ eſt.

¶ Si autem poſtulatio non fiat in cõcordia, nec a duabus partibus, vel non fiat ex cauſa, tunc penitus innititur gratiæ ſpeciali. Et ſic intelligitur opinio illorum, qui dicũt poſtulationẽ inniti penitus gratiæ, & liberalitati ſuperioris. s̃. eod. titu. proxi. poſtulationem & cap. bone. Ergo ſecundum naturam poſtulationis a qua gratia dependeat apparebit.

¶ Sed pone, quòd in negocio electionis, vel poſtulatio132 nis appellatur, † & pendente appellatione aliquid attentet. Quæro quando & qualiter attẽtatũ debeat reuocari, ad eius

ad eius pleniorem discussionem & declarationem. Credo taliter distinguendum, vtrum attentetur aliquid pendente appellatione interposita extra iudicium, an in iudicio. Et si in iudicio vtrum ab interlocutoria, an a diffinitiua. Item vtrum attentetur a parte an a iudice, an a tertio. Et siquidem appellatione pendente, quæ fuit interposita, in iudicio, vel extra, aliquid attentetur a tertio, o hoc est ab illo, qui non appellauit nec contra quem est appellatum. Nec fuit nec est iudex in causa illa taliter attentatū, non debet reuocari per modum attentati a iudice, coram quo pendet appellatio, sed per suum proprium iudicem cognitio de causa & seruato iuris ordine. §. hoc lib. de appel. Romana. §. in alium. arg. ff. de rei vindica. Is a quo. ff. de litig. l. j. §. j.

¶ Et quia res inter alios acta aliis præiudicare non debet. §. de re iudic. quamuis. ff. eod. titu. sæpe. Et hoc intelligo, nisi iste tertius per illam attentationem iurisdictionē iudicis impediret: tunc enim iudex appellationis contra impedientem posset procedere secundum tenorem decretalis. §. de offi. deleg. c. j.

¶ Nec obstat decretalis. §. de appella. bone: vbi innuitur, quod etiam attentatum a tertio in statum pristinum reducitur per modum attentati, quia ibi fuerat appellatum generaliter, ne quis eum super possessione &c. Et idō quicunque illum super illa possessione molestaret, non posset dici tertius, sed potius pars appellata, licet enī † appellatio generalis interposita a iudice non valeat. §. de appella. c. 2. generalis tamen, & incerta valet extra iudiciū, & etiam a futuro grauamine, vt in prædicta decre. Bone. & c. dilecti & c. dilectus. §. de appella. vel quia mandante parte appellata, ibi attentatio facta fuerat.

133

¶ Alij intelligunt aliter decretalem, bone, scilicet, ꝙ non reducitur in statum pristinum per modum attentati, sed per interdictum vnde vi, secundum quem intellectum non obstaret supradictis.

134 ¶ Et quod dixi de attentatis † per tertium pendēte appellatione. Idem intelligo per eadem iura, si tertius aliqd attētauerit, lite pendente, vel relatione pendente, vel cōsultatione, vel recusatione: & hoc totum intelligo de tali tertio, qui cum parte, vel cum iudice nihil illicitum attentat. Nec ab eis causam habere cepit. alias secus. §. de consti. Cum. M. §. vt lite penden. ecclesia. 2.

¶ Si vero appellatione pendente aliquid a parte attentetur, distinguo. † vtrum sit reuocabile de sui natura, an irreuocabile. Et si quidem est irreuocabile, vtpotè quia cū penderet appellatio, vel lis inter duos super quadam sponsa pendente appella. vel lite alter eorum contraxit ꝑ verba de præsenti matrimonium cum eadem, post inhibitionem, non habebit locum reuocatio, ratione dependentiæ litis vel appellationis, sed ex euentu pendebit: quia si probetur impedimentum perpetuum, vt cōsanguinitas, separabitur, vt §. de spon. duorum. c. tua. & de despon. impuber. ad dissoluendum alias non, sed ad tempus separati stabunt, & aliqua pœnitentia imponetur. §. de matri. cōtra. contra. inter. ecclesiæ. c. j. & vlti.

135

¶ Si vero sit reuocabile, subdistinguo, an sit alias illicitum, an licitum. Et siquidem illicitum, vt quia pars vna pendente appellatione, vel lite spoliat aliam, vel aliquid attentat illicitè, vel fraudulenter circa possessionem rei, de qua agitur, reuocabitur per modum attentati. §. vt lite pendente: per totum. §. de appell. bone. ff. de edil. edic. ediles. §. Item sciendū, & de aqua plu. arcen. l. j. §. officium. ff.

¶ Sed in hoc membro fortè dices ad quid ꝓdest hoc? quia etiam lite vel appellatione non pendente talia non debent fieri, & si fiant debet fieri restitutio. §. de resti. spolia. Item cum quis. & c. conquerente. Ista ergo superflua videntur? Respon. Imo multum prodest scire, quasi talia non fierent appellatione, vel lite pendente non fieret restitutio, nisi oblato libello lite contestata, & iuris ordine obseruato. §. de offi deleg. consultationibus. §. vt lite non contest. quoniam, & per totum.

136 ¶ Sed si † appellatione pendente, vel lite, spoliatur qs ab aduersario, de plano, & sine libello, & ex solo iudicis officio fieri debet restitutio, & omnia debent in statutum pristinum reformari. §. vt lite penden. c. j. & per totum. ff. de edili. edic. l. ediles. §. sciendum. §. de appella. bone. & hoc est reuocare attentata per modum attentati, tenetur tamen probare duo scilicet, quod immutatum sit, & ꝙ lite vel appellatione pendēte facta est immutatio. §. vt lite penden. c. j. & c. ecclesia, & in prædi. ca. bone. Vbi enim aliquid iudicis officio mercenario explicatur, de plano proceditur, nec est libellus necessarius, vt no. ff. de interrogato. actio. super ipsa Rubrica.

137 ¶ Si vero † aliquid attentetur, quod alias esset licitū, nisi litis, vel appellationis dependentiam impediret, vtpotè aliqui faciunt ea, quæ sibi de iure communi competunt, nil contra ius innouantes, vt quia lite vel appellatione pendente collegium eligit. Si pendente appellatione extra iudicium interposita, tale quid, vel simile attentetur per modum attentati non reuocabitur, sed ex futuro euentu pendebit. §. eod. cum inter. & cap. considerauimus. & §. de supplen. negli. præla. cap. vlti. C. de rei vendica. si fundum.

¶ Si vero pendeat appellatio in iudicio interposita, sūt opiniones: quia quidam dicunt illud idem. §. de restitu. in integ. capitu. 2. Alij dicunt contrarium. §. de iure patro. ex literis.

¶ Alij distingunt vtrum super proprietate tantū moueatur quæstio, & tunc habet locum opinio primorum: an super possessione. & tunc habet locum opinio secundorum. Et per hanc distinctionem concordāt opiniones, & iura supradicta. Credo, ꝙ lite vel appellatione pendente ille qui est in possessione re sua vtitꝰ eo modo, quo antea vtebatur, nihil aliud illicitum, vel dolosum circa eam in partis præiudicium innouans, vel immutans, non habebit locum reuocatio per modum attentati. Et est ratio

138 quia qui vtitur † possessione sua eo modo, quo antea vtebatur non dicitur aliquid innouare, vel immutare, sed veteri inniti. ff. de rei vendi. vtique in fin. vt lite pend. cap. 2. 8. q. 4. nonne. imo circa eam fieret innouatio, quod est prohibitum, vt in præalleg. iuribus continetur.

¶ Si igitur aduersarius dicit aliquid illicitè immutatū, probet hoc, & habebit locum reuocatio. §. de appella. bone. ar. §. de iure patro. ex literis. alias omnia ex futuro euētu pendebunt. §. de resti. in integ. cap. 2. ad finem. §. de iure pat. consultationibus. nisi iudicis prohibitio ex causa iusta interposita aliud inducat. ff. ne quid in loco pub. l. vltima. §. de despō impube. ad dissoluendum in fine. §. de præben. inter cætera.

¶ Quod dixi de litis pendentia, vel appellationis, idem intelligas pendente relatione vel consultatione. Nec mirum quia iam lis pendet, & ideo habent locum prædicta.

139 In parte vero appellante plus addo. † quia si pēdente appellatione aliquid illicitum attentet cōtra eam, puta spoliat partem appellatam possidentem, eo ipso reddit se indignum beneficio appellationis, & iudex a quo appellatū est, perinde procedere poterit, ac si non fuisset appellatū. §. de appella. an si deferendum, & ita ibi ponit casum Inno. ar. §. de rescript. ex parte.

140 ¶ Si vero † pendēte appellatione a iudice a quo appellatum est, vt a iudice aliquid attentetur, distinguo. Quia aut appellatio fuit ei notificata aut non: si non fuit ei notificata, tenebit processus iudicis, a quo appellatum est. §. de appella. ii duob. 2. quæstio. 6. §. biduum, & ideo non habebit locum reuocatio per modum attentati.

¶ Si vero fuit notificata, distinguo, vtrum inter easdē personas aliquid attentetur, an inter diuersas, & sic inter diuersas, iure proprio & ordinario coram ipso iudice agentes.

Nec ab ipso iudice causam habente reuocabitur tamquam attentatum: dummodo nihil illicitum attētet circa possessionem in præiudicium appellantis, quod sic ꝓbo. Iudex a quo appellatum est, si est ordinarius quo ad illas personas, non desijt esse iudex rei, de qua agitur, sed tātum illarum personarū, inter quas agitur quo ad causam ipsam. §. de appella. Romana. §. in aliū & §. proposuit. ff. de rei vendica. is a quo. & de peti. hæredi. l. pe. Si igitur non desinit esse iudex, iniquum esset reuocari sine cognitione, quod a suo iudice factum est iuris ordine obseruato. Si vero inter easdem personas, aut iudex detulit aut non, &

141 si detulit deferendo † desinit esse iudex, & remisit negociū ad superiorem: & ideo postea non debet se intromittere tamquàm iudex, & si se intromiserit, reus est. Et idem intellige, si per relationem causæ dependeat, vel consultationem. C. de appella. ex illo. 2. q. j, nomen, §. de offi. lega. licet. ff. nil Inno. penden. appell. l. vna. 2. q. 6. appellatione.

¶ Si

¶Si autem non detulit, distinguo vtrum appellatione admissa superior inhibuit, an non inhibuit, & si inhibuit, quod illicitè factum est post talem inhibitionem reuocari debet, tamquàm a suo non iudice factum. ar. ad hoc de. offic. deleg. pastoralis. §. præterea. ỹ. hoc lib. de appella. Romana. §. quòd si obijciatur & §. si autem. ỹ. de sent. & re iudi. cum super, ff. nil Inno. appel. penden. l. vna.

¶Et idem intelligo si Papa ad se expresè negociũ reuocasset. ỹ. de appella. vt nostrum. Si autem non inhibuit, refert vtrum pendeat appellatio extra iudicium interposita, an in iudicio, & tunc aut ab interlocutoria aut a diffinitiua, in primis duobus casibus quod fit a iudice non reuocatur per modũ attentati, sed dependet ex futuro euẽtu, quia si inueniatur appellatio legitima retractabit: alias non: quod ex eo apparet, quia cum Papa super tali appellatione rescribit, cum causæ cognitione, mandat reuocari quod post appellationem est innouatum ỹ. de appella. significantib. s̃. de rescrip. Rodulphus & ỹ de iudi. exhibita.

¶Hodie est expressum contra in appellatione extra iudicium interposita contra electionem in cathedrali seu regulari ecclesia celebratam ỹ. eod. si postquàm. j. Respon. Si vero pendeat appellatio a diffinitiua interposita, distingue vtrum sit certum appellationem tenere, an dubiũ sit de iure, vel de facto, an certũ sit quòd nulla est, vel iniusta, in primis duobus casibus, tali appellatione pẽdente, nihil est innouandum ff. nil Inn. appel. penden. l. vna. 2. q. 6. appellatione. ff. de appella. reci. l. sciendum & l. ei cuius, & si aliquid inter easdem partes contra ius a iudice innouetur per modum attentati, reuocabitur. ỹ. de iureiuran. venientes.

Nec obstat. ff. de appella. cum ex causa. quia factum recitatur. Si vero certum est, quòd appellatio est nulla, vel iniusta, vt quia crimen, super quo est appellatum, est notorium, vel appellans est talis, qui non potest appellare, vt 142 † quia est verè contumax, vel insignis latro. ff. de appella. constitutiones. C. quorum appella. non recip. l. j. & per totum, in tali casu potest iudex, a quo taliter appellatur, sententiam executioni mandare: nec habebit locum reuocatio per modum attẽtari. ỹ de appella. Romana. §. sinautem post sententiam. 2. quæst. 6. §. sunt quorum. Iniquum enim esset si executionem sententiæ talis appellatio impediret, & ideo tali appellationi non est deferendum, vt in prædictis iuribus continetur.

¶Et de hac materia tene quod habet. ỹ hoc lib. de appella. non solum. supradicta autem habent locum regulariter in casibus, cum iudex ordinarius, a quo est appellatũ, potest se intromittere etiam appellatione pendente. Primo quia si possessio appellantis turbata est, omisso eo super quo appellandum est, poterit possessionem reformare. ỹ. de appellatio. cum teneamur.

Item potest punire appellantem notoriè delinquentẽ. ỹ. de appella. proposuit.

Item tempus appellationis potest moderari si appellãs minus prolixum tempus assignauerit. ỹ. de appellat. cum sit Romana. & c. consuluit, & alias, vbi in iure specialiter inuenitur expressum.

Sed quid, si pars appellata dicat verè contumax fuit, nõ potuit appellare, & ideo obtentu talis appellationis non debet fieri reuocatio per modum attentati, pars appellãs dicit se non fuisse contumacem, quid erit in hoc dubio, nunquid fiet reuocatio? In hac quæstione videtur mihi distinguendum: an pars appellata parata sit incontinenti probare illam cõtumaciam dicens hodie constat, hodie agatur, an dilationes expectet longiores. In primo casu non est taliter reuocatio facienda. In secundo casu sic, ꝓpter dubium. ff. ad exhibend. l. 3. §. ibidem. ff. vt in posses. lega. l. si is a quo in princi. ff. de Carbo. edic. l. 3. § causæ.

143 Quæ § enim incontinenti ꝑ fiunt inesse videntur. s̃. eo. officij. ff. si certum peta. l. lecta. §. dicebat. & C. de pact. l. petens. Alias contumax semper diceret se non contumacẽ, & innouata pendente tali appellatione, quæ nulla est, cõtra iustitiam faceret reuocari, quod non est aliquatenus sentiendum. Et quod dixi de contumace, idem intelligas per eadem iura de similibus, qui appellare non possunt.

144 ¶Sed † pone, ꝙ pendente appellatione dubia, iudex, a quo est appellatum, fecit aliquem processum, qui reuocatus fuit per modum attentati eo casu, quo debuit reuocari, postea iudex cognoscens de appellatione pronunciauit malè appellatum, nunquid processus reuocatus resumet vires ipso iure, & reuocatio facta habebitur pro nulla, an erit ita a capite procedendum, ac si processus ille nõ fuisset factus? Respon. Processus ille non resumet vires ipso iure, imo erit a capite procedẽdum, quia reuocatio illa facta est legitimè ad tuitionẽ appellationis, & processus factus fuit in contemptum eiusdem. Igitur tamquàm legitima firma, & stabilis perseuerare debet. s̃. de rescript. cum causam.

¶Item licet literæ reuocentur, tamen quod occasione illarum literarum legitimè factum erat nõ reuocatur, sed stabile perseuerat. ỹ. de restitu. spolia. audita, & iustus pro145 cessus non est reuocandus, vt ibidem. Quia † quod legitimè factum est pœnã non meretur. C. de adul. l. Graccus.

¶Præterea illa reuocatio fuit quasi interlocutoria, ergo transiuit in rem iudicatam, cum ab ea non fuerit appellatum. s̃. eodem cum dilectus. ỹ. de re iudicata, quod ad consultationem.

¶Præterea talis reuocatio non dependet ex euẽtu appellationis, quia non curatur qualiscunque euẽtus sequatur, sed sola appellationis dependentia sufficit ad reuocationem huius faciendam. ỹ. de iureiuran. venientes. Ergo quicquid finaliter contingat de appellatione legitima, si fuit legitimè reuocatum, quod ea pendente fuerit innouatum. Igitur tamquam legitimè factum stabile perseuerет. Pronũciata ergo appellatione minus legitima, de nouo est iterum procedendum, vt quod fuit illegitimè factum & legitimè reuocatum, appellatione declarata illegitima, legitimè fiat.

146 ¶Sed quæro. † Specialiter posito, quòd aliquis iudex per sententiam diffinitiuam deposuit aliquem a dignitate sua depositus appellauit. Ita ꝙ est dubium pendẽte tali appellatione dubia, alius substituitur in locum appellãtis. Nunquid talis substitutus debet reuocari per modum attentati, an pendebit ex euentu appellationis? Solu. Aut iste est substitutus ab alio iudice, aut ab eodem. Et si quidẽ ab alio, non fiet reuocatio per modum attentati, cum illa appellatio quo ad alium iudicem non impediat, nisi illũ 147 a quo appellatum est † nec dicitur propriè aliquid innouari, appellatione pendẽte, nisi cum a parte, vel inter easdem partes ab eodem iudice innouatur, quia pendẽte appellatione quo ad causam illã desinit esse iudex inter easdem personas. ỹ. de appella. cap. ad hæc. & cap. proposuit. igitur talis substitutio ex euentu appellationis pendebit, quare si feratur sententia pro destituto, per quandam cõsequentiam ratione connexitatis intelligitur esse lata cõtra substitutum. ỹ. de accu. ad petitionem. 3. q. 6. hoc ꝗppe. 59. dist. ordinatos. Et hoc intelligo qñ pars appellans, vel appellata nihil in hac protestatione fecerunt, si aũt ab eodẽ iudice substituit, distinguo. Quia aut ex solo & mero officio prouidendo, aut electionem factam per alios cõfirmando. In primo casu credo debere reuocari per modum attentati talem prouisionem tamquàm factam ab eo, qui desijt esse iudex. ỹ. vt lit. penden. cap. j. ar. s̃. de constitu. cum. M. ad finem. ỹ. de iureiur. venientes. In 2. casu refert vtrum confirmauit electionem factam per illos, q sunt pars in causa illa, & tunc idem quod in proximo casu per eadem iura, scilicet, quòd talis confirmatio reuocetur, quia inter illos desijt esse iudex quo ad illud negocium. Aut confirmauit electionem factã per penitus extraneos, & de penitus extraneo, & tunc nõ credo fieri reuocationem per modum attentati, imo pendebit ex euẽtu, eo modo, quo dixi in primo casu per decretalẽ, ad petitionem. Nam per appellationem iudex a quo appellatũ est non desinit esse iudex rei, de qua agitur quo ad alias ꝑsonas iure suo vtentes, & coram eo super re ipsa litigãtes. ỹ. de appella. Romana. §. in aliũ. Et quia res inter alios &c. ỹ. de senten. & re iudi. quamuis. ff. de re iudi. sæpe, appellãti tamen pendente appellatione possessio non est per ipsum iudicem illicitè auferẽda, alias fieret reuocatio. Authen. vt nulli iudi. §. illas. colum. 9. & de iureiuran. venientes s̃. de constitu. cum. M. ad finem. 16. quæst. 4. volumus, & ita idem iuris est cum iudex procedit ad collationem ex suo officio prouidendo. Et tamen procedit ad confirmationem electionis per illos, qui sunt pars, in causa illa celebratæ: quia in his duobus casibus desijt esse iudex: secus si fuerit per extraneos celebrata, quia tunc inter alias personas suo iure agentes non desijt esse iudex. Et de hac

hac materia habetur.j.hoc lib.de appella. non solum.

¶Sed quid, si aliqui de electoribus fuerunt pars in causa illa depositionis, aliqui non: quid erit tunc? Respõdeo, 148 † maior pars debet attendi, & secundum eam iudicari.s. eo.scriptum est.§.fin.ibi, cum attenditur vtrũ maior pars postulantium, aut minor deliquerit, & secundũ hoc pars eligentium obtinet, vel succumbit.

¶Alij dicunt per modum attentari nihil debere reuocari, nisi illud tantum, quod circa possessionem innouatur, & ita dicunt intelligi prædictas decretales, venientes, & cum M.& in Authen. vt nulli iudi.§.illos.colum.9.

¶Alij indistinctè dicunt in beneficijs processum iudicis, a quo est appellatum, reuocandum esse, & inter alias personas ratione connexitatis. Sed cõnexitas potius operatur circa euetum litis, vt prædictum est, quàm circa reuocationem attentatorum. Et quod dixi in hac quæstione habet locum indubitanter, cum appellatur ad inferiores, quàm Papa sit.

¶Verum si ad Papam appelletur, vel totum negocium ad se expresse reuocauit, non debet postea beneficij collatio attentari, alias reuocabitur.j.de appella.vt nostrum. Si vero ad se non reuocauerit expressè. Dicunt quidam adhuc idem esse ferè, quod dixi cum ad alios inferiores appellatur. Quia licet per appellationem causa deferatur ad Papam, non tamen potestas beneficia conferendi.

149 ¶Alij dicunt, † quòd ex quo per talem appellationẽ pendet causa coram Papa super beneficijs propter excellentiam iurisdictionis, nõ debet se intromittere iudex inferior, a quo appellatum est. argu.ad hoc.j.de præbend. inter cætera.de offic.lega.licet. Et si se intromittat, reuocabitur eius processus habitus etiam inter alias personas, & est expressum.j.hoc lib.vt lite pendente.c.2.

¶Sed quæro petij appellationem canonicam pronũciari, & quicquid est attentatum in præiudicium appellationis in irritum reuocari, & lite contestata peto certum attentatum reuocari, vtrum possim? Et videtur, quòd nõ: nam hoc casu agens habebit duas vias, sicut viam directè petitionis in libello, vt est dictum, & viam implorandi iu-150 dicis officium, † & ingressa vna, non videtur recursus ad aliam prima pendente, ar.j.de appella.interposita.§.ille a contrario, sensu.C.de fur.l.j.ff.de lega.2.cum filius.§.varius.ff.de minoribus.25.an.cui.fideicommissum.C.de iure delibe.cum scimus.§.si vero postquàm.C. quomodo & quando iudex Authen.qui semel.

151 ¶Nam habens † sentẽtiam diffinitiuam pro se potest agere pristina actione.ff.de pignora grege.§.j. Etiã actione in factum, quæ descendit ex re iudica.C.de iureiuran. actori, potest etiam iudicis officium implorare, quo petat sententiam executioni demandare secundum legem.ff. de re iudica.admo Pio.§.j.& 2. Et vna de istis vijs electa, oportet prosequi eandem, vt d. Authen.qui semel, & d.l. 152 minor.quia quod ibi dicitur, obtinet † iure speciali, ergo contrarium eius est ius commune.ff.ad municipales.l.j. ad finem.& C.de Thesau.l.j.lib.10.

153 ¶Sed contra.ff.de testam.milita.l.3.vbi eligens † vnã viam non excludit aliam ad idem tendentem. In hoc tamen propter contraria distinguo. Nam quando competũt diuersæ viæ ex eodem facto, aut sunt aduersæ inter se, & ad diuersa tendentes, & tunc est necesse vnam eligere, vt C.de fur.l.j. Si autem sunt diuersæ ad idem tamen tendentes, aut vtrumque est principale, & tũc, vt prius habeo, eligere, vt d.§.variis.& ff.de trib.quod in hæredem.§.eligere.j.eo.vt quis.s.hoc lib.de postul.cap.vno, in fine. Aut vna est principalis, & alia subsidiaria, & hoc dupliciter. Aut pinguius non subuenitur per subsidiariam beneficio iuris datam, & tunc remedium ordinarium habet locum. ff.de minor.in causæ.2.in princ. Aut pinguius subuenitur per subsidiariã & hoc dupliciter. Aut ambę principales, & tunc etiam subsidiaria potest primo proponi.ff.naute caup.stabu.l.& ita de facto.§.ex hoc edicto, aut vna principalis, & alia non, & tunc ambæ possunt concurrere, & in processu vna potest præmitti, & hoc casu pinguius sub-154 uenitur præueniendo in tempore, vnde plus, † & minus est in tempore, sicut & in summis.ff.de edendo.l.j.§ diem 155 autem. Constat enim, quòd in reuocatione † attentatorũ est via ordinaria per petitionem in libello, vt prædixi, & est via extraordinaria per iudicis officium, vt j.hoc lib.de appel. Non solum, qua via citius expeditur, quia si doceo sententiatum primò, & appellatum secundò, & attentatum tertiò: non est opus mihi iustificare sententiam quo ad reuocationem attentatorum. Sed hoc ordine probato q reuocabitur q attentatum, vt d.cap. non solum. Vnde plenius subuenitur in hoc casu appellanti, & citius, quàm in alio casu.

¶Simile reperio, agens petitorio, & possessorio simul, 156 potest suspendere † petitorium, & procedere in possessorio ex iuris beneficio.j.de causa posses.& proprie. pastoralis. Et est rõ, possessorium, & petitorium habent ordinẽ inter se a iure concessum.C.de rei vendica.ordinarij, & C. de appella.l.j.poterit tamẽ primò pronunciari in possessorio, si liqueat de ipso.j.de causa posses.& proprie.cap.2. r Sic in proposito reuocatio r attentatorum competit iure communi, & beneficio iuris: vnde hoc iuris beneficiũ via ordinaria non tollitur, sed remanet argu.ff.de testamen. milita.l.3. Nec hoc nouum facio, sed idem habens diuersas qualitates prosequor.argu.ff.de noxa.in delictis.§.si de certa. Nec debet esse durior.argu.ff.de noxa.in delictis.§. si de certa. Nec debet esse durior cõditio propter litis cõtesta.ff.de noua.l.aliam. Simile video si sim excommunicatus post appellationem legitimam ex forma, & petere possum via directa excommunicationẽ nullam pronunciari.s.de offi.deleg.cum contingat in fine Et vbi hæc via nimium differretur petere possum beneficium absolutionis ad cautelam j.hoc lib.de senten excommu.solet.

¶Porrò, quia supra dixi eligentes, electos, & etiam postulantes, teneri ad expensas aliquas faciendas, dubitaret aliquis, vtrum possent postea recuperare, & ideo dicit, vt sequitur, (vel reddendis expensis.) Sed nunquid ad repetitionem istarum expensarum habebit locum conditio, ex hoc canone? Et videtur, quòd sic, quia cum noua 157 obligatio † inducatur a lege. Nec caueatur quo genere actionis sit agendum, conditione ex illa lege agendũ est. ff.de conditio.ex lege.l.vna. A simili dicimus conditionẽ ex canone oriri, cum noua obligatio inducatur a canone. Idem etiam dicitur de consuetudine argumen.C. quæ sit longa consuetu.l. vltima.

¶Dicas tamen non habere locum conditionẽ ex hoc canone, quia nulla noua obligatio quo ad hoc per istum canonem inducitur: sed quod erat statutum obseruare præcipitur: dabitur ergo potius conditio ex illa decre.s. eo.ti.vt præterire[eligentium) id est quas fecerunt eligentes in prosecutione electionis (electorum) id est quas fecerunt electi: & sic expone sequentia (quod iustum fuerit) quasi dicat circa recuperationem expensarum super electione vel postulatione factarum nihil de nouo statuimus, sed quod erat statutum obseruari præcipimus. Sed quid est circa hoc statutum, iustum, vel æquum: Respõ-158 deo. Si † est electio facta in concordia, vel etiam postulatio, eligentes & postulantes possunt facere expensas de bonis ad prælatum pertinentibus, vel si de suo fecerint factas possunt recuperare s.eod.vt præterite vbi de hoc nota.& argu.s.eod.§.ad hæc.10.quæstio.12.præcariè. Et hoc, vel iudicis officio, vel conditione prædictæ decre. vt præteritæ. Et hoc intelligo, siue obtineat, siue non, siue elegerint dignum, siue indignum, dũmodo ignorãter indigrũ elegerint, sufficit enim, q nõ sint in dolo.ff.de bo.authoritate iu.po.l.prætor.§.2.alias ratione doli sui non factas dñt recuperare, & si eas fecerint de bonis prælati debent restituere: quia non est eis licitum malè alienare, vel dissipare illa bona.12.q.2.cap.nulli.& c.alienationes.

¶Si vero in discordia electio fuerit celebrata, & maior pars prosequatur negocium electionis, dummodo vtiliter incipiat prosequi, expen.habebit: non tamen sufficit, quòd sine dolo malo, vt in casu præcedenti. Sed est necesse, quòd vtiliter incipiat.ff.de nego.gestis, sed an vltro.§. 2.minor autem pars habebit ita demum expensas, si obtineat: quia tunc apparet, quod vtiliter cepit prosequi, hoc tamen, quòd dictum est de expen.cum electio facta est in discordia, non seruatur. Electus autem si obtinet, sibi satisfaciat. argumen.j.de testamen.relatum.§.nonne, si succumbit expensas non repetet: quia negocium suum egit. C.de nego.gest.l.j.de sta.& imagi.l.fin.

¶Idem dicas de postulatione per eadem iura. Hæc tamen intelligo in casu illius decre.s.eo.nihil.quia ibi electus administrationem habet. Si autem aliquis se opponit, aut prosequendo ius proprium, vt quia dicit se contẽptum,

contemptum, & tunc nihil repetet, quia negocium suum egit, aut agit de iure tangente ecclesiam, dicendo personam electam minus idoneam, vel formam nō seruatam, & tunc si succumbit, nihil repetet, quia præsumit inutiliter cœpisse agere. ff. iudica. solui. iam tamen. §. antepen. Si vero obtinet, a capitulo recuperabit expensas argu. j. de procur. cū pro causa, & de rebus ecclesiæ non alie. ad nostram. Et sic litis terminus declarabit negocium expensarum. arg. ad hoc. C. de iudi. l. rem non nouam. in fine. C. mandati. Et si in contrarium victus victori condemnabitur in expensis. j. de dolo & contuma. finem. C. de iudi. properandum. §. sin autem alterutrum. Et si non est soluendo, restituitur actio contra capitulum, vbi vtiliter gestum est negocium, etiā si sine mādato opposuit se vnus canonicus nomine ecclesiæ. ff. iudi. solui. iam tamen. §. antepenul. ff. de eo per quem factum est. l. fin.

¶Et hæc vera intelligo inter seculares qui habent proprium. Si autem est regularis qui non habet propriū, tunc etiam ad prosecutionē causæ debet habere expensas, alias iam ius suum, & ecclesiæ periret, cū nihil habeat. j. de accu. c. ex parte, & c. pe. (Aequitas canonum) hanc æquitatem colliges per iura allegata in glos. proxima.

f

ADDITIONES PROBI.

a 1 NISI. Fidem, quam seruare † fuit inuentū de iure naturali primæuo. Barto. in l. si id, quod. ff. de conditio. indebi. Paul. de Cast. cōsi. 317. col. 4. viso & examinato in j. par. ¶Præterea adde, sine qua fide vita hominis peior est quàm mors. hinc Ioan. de 2 Ana. in rub. de crimine fal. s. ꝙ condemnatus † de falso non est amplius iudicandus homo. & do. Barro. de Chassaneo consi. 44. num. 21. ꝙ crimen non est in mundo, saltē s̄m mores italicos ita opprobriosum, sicut crimen falsi.

b 3 ¶Seruanda est. si per hostem † seruetur, alias habet locum regula, frangenti fidem fides frangatur eidem, de qua per Deci. consi. 265. col. 2. in instrumento.

c ¶Repellere. Istud dictum expediuimus. s. in c. fin. versi. postremò firmare possem in 4. quæsito de constitu.

d 4 ¶Quod est scriptum. dic vnum in proposito, ꝙ quando † emanat confessio super his, quæ sunt iuris communis, tunc nec positio, nec confessio aliquid operatur. l. ornamentorum. ff. de auro & argen. lega. & l. si filio in princi. ff. familiæ ercisc. Et ratio est, quia ea quæ non sunt probabilia non sunt ponibilia. l. . §. quod obseruari. C. de iuramento calumniæ, sed ea quæ sunt iuris communis non sunt probabilia. l. ab ea parte. ff. de probationibus.

¶Interdum emanat super qualitate iuris, & valet, vt l. fin. §. j. ff. de iureiuran.

¶Interdum emanat super his, quę sunt iuris consuetudinarij, & valet cum talia sunt probabilia, vt l. j. C. quæ sit longa consue. Meminit Signorol. consilio 166. colum. j. quæstio, disputando.

e 5 ¶Ciuili modo glos. in cap. fin. j. de priuileg. Et dicit in proposito, quòd † in iure non sufficit aliquid fieri ciuiliter, nisi fiat naturaliter. cap. susceptum. s. de re script. l. ex ea parte. §. insultant. ff. de verbo. obligat. l. [illegible] uimus. §. Cornelio fœlici. ff. de iure fisci. l. fin. C. de b. is q i ve æta. Impe.

f ¶Mitius. idem Ioan. Mona. in cap. quamuis, in fi. isto titu. s. & Panor. in c. dilectus, el 2. nume. 12. s. de præbend.

g ¶Duplici. Vide latè per Soci. consi. 302. colum. 2. & sequen. videbatur. j.

6 h ¶Non vendicat. sicut dicimus, quòd pœna † priuationis non habet locum, nisi in casibus a iure expressis. glos. & ibi Panormi. in cap. fin. s. de iure patro. text. in l. at si qs. §. diuus. ff. de religio. & sump. fune. rum. Hinc Deci. in cap. j. colum. fin. s. de offic. delega. dicit, quòd delegatus virtute commissionis sibi factæ generaliter, non potest impedientem eum priuare beneficijs: quia priuatio beneficiorum non fit, nisi ex magna causa. cap. inuentum. 16. & non fit nisi in casibus a iure expressis.

i ¶Non poterant. ad idem, quòd inimicus testis repellitur. cap. cum oportet. de accusa. s. cum similibus.

¶Scias tamen, quòd quantum ad repellendum testem tamquàm inimicum, vt non possit deponere contra aliquem, non est necesse, quòd ipse testis sciuerit illum, contra quem deponit, fecisse, sibi aliquam iniuriam, dummodo sit facta, vt eleganter voluit Barto. in l. j. in fin. ff. de his quibus, vt indig. Imo. in cap. Raynaldus. s. de testamen nocen. in cap. cum I. & And. s. de re iudica. Bald. in l. præscriptione. in antepenul. colum. C. si contra ius vel vtilita. publi. Roma. in rub. de arbi. ff. colum. o.

K ¶§. quisquis facit. l. omnes. C. sine censu, vel reliquiis. Et dic fortius, si addantur omnia & singula, quia hæc verba exigunt concursum singulorum, quæ apta sunt comprehendi. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. l. si necessarias. §. si anima. ff. de pigno. actio. tradit Maria Soci. consi. 147. colum. 3. visa facti.

l 7 ¶Perpetuo. vide quæ in simili citat Alexand. consi. 43. num. 5. consideratis his. volu. 3. quòd filia † semel exclusa remanet semper exclusa, nisi statutum vtatur verbis temporalibus, quod prosequere, vt ibi per eum.

m 8 ¶Nocet. in proposito, dic quòd rusticis † & mulieribus non subuenitur prætextu ignorantiæ, nisi in casibus expressis, quod potissimè habet locum in his, quæ fiunt ad rigorem iuris obseruandum. Alexan. post alios consi. 40. in princip. viso themate. volumi. 6. vbi subdit id fore verum, maximè si potuit consulere peritiores. l. bonorum. ff. de bon. posses.

n 9 ¶Extenditur, etiam priuilegium † vnius priuilegium alterius extinguit, seu suspendit, vt quando dicimus, quòd priuilegiatus non vtitur suo priuilegio contra alium pariter priuilegiatum. de quo latè per Feli. in cap. in præsentia sub nume. 29. s. de proba. vide quæ tradit Ias. in consi. 162. Statutum. volu. 4.

o ¶A tertio. Vide Neapolit. deci. 354. colum. penulti. in causa reuocationis.

p ¶Incontinenti. quæ dicuntur fieri incontinenti, vide per Maria. Socin. consilio 121. colum. penulti. visa contingentia.

q ¶Reuocabitur. Adde deci. Neapolita. 98. pulchrum est dubium.

r ¶Reuocatio attentatorum, vide pro intento Alexandr. consi. 99. numero 4. visis processibus. volumi. 5. & consi. 2. volumi. 3.

ſ ¶Equitas canonum, qui præ cæteris legibus cum magna benignitate edita dicuntur. Barba. consi. 88. colum. 10. in fine. volumine. 4. allegat. capitu. potuit. s. de loca. & cap. dilectus. s. de iudi. Et dic, quòd æquitas est tantæ efficaciæ, quòd multa in se præfert, & includit. inter quæ 10 lego, quòd vbi habet locum † æquitas, ibi habet locum officium iudicis. Barto. in l. mulier. §. cum proponeretur. numero. 3. ff. ad Trebellia. Pro hoc habeo. l. si me, & Titium. in fine. ff. si certum petatur vbi dicitur, quòd quomodocunque res mea peruenerit ad aliquem, illum ex æquitate conuenire possum, & hoc officio iudicis. Et dicunt ibi doctores argumen. illius text. quòd si commodauero Titio centum, ex quibus fuit nutritus Meuius, poterit a me conueniri Meuius ipse, eo, quòd res mea peruenerit ad ipsum, & hoc officio iudicis.

¶Nicolaus Tertius. Cap. XVII.

¶Fundamenta militantis ecclesiæ in montibus. &c.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia interpretatur conuocatio fidelium: nam ecclesia omnes fideles ad se vocat, & ipsa est vna, vltra quam nullus soluatur.*
Ecclesia dicitur quandoque militans, quandoque triumphans.
2 *Ecclesia militans dicitur corpus mysticum.*
Ecclesiæ militantis caput est Christus, & sponsus.
Quando ecclesia militans fiet triumphans.
4 *Sponsa introducta in domum efficitur vxor.*
3 *Christus dicitur angularis lapis.*
Dextra dicitur vt hic.
5 *Romanæ gentis fit descriptio, vt hic, authore Bernardo.*
6 *Orbis quatuor habet sedes patriarchales Principales.*
Solus Papa, & episcopi Cardinales in altari maiori sācti Io. celebrāt.
7 *Roma a latronibus fundata retinet aliquid de primordio.*
Satrapa dicitur iudex sapiens.
8 *Optimates dicuntur meliores de populo.*
9 *Magma quid sit.*
Parrochia dicitur, vt hic, & quatuor fuerunt monarchiæ.
10 *Nullus in Prouincia de qua est oriundus debet esse assessor, ergo minus iudex.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1. Ecclesia est columba infellita, immaculata, & innocens, quæ inimicis parcit, & cibat illos.
2. Sicut vnus est Deus, ita vnus est Papa, cui omnes tenentur obedire.
Ecclesia Roma, dr̃ Speculũ eccl... ...ilitãtis, & oĩm ecclesiarũ radix.
3. Ducta dr̃ vxor in domũ viri, qñ est desponsata per verba de præsenti.
Verbum ducere nihil aliud est quàm matrimonium contrahere.
4. Vxor dicta est ab vngendo.
5. Vxor viri iugum tenetur ferre.
Non dicitur nupta qui virum pati non potest.
6. Litis contestatio est caput, & lapis angularis iudicij:
7. Episcopi aliquando in iure nostro appellantur summi pontifices.
8. Interest Principis subditos habere locupletes sub se.
9. Roma a Romulo dicitur nomen assumpsisse.
10. Romulus interfecit Remum eius fratrem.
11. Satrapa dicitur quasi satis paratus, vel quasi satis rapiens, vel potens.

FVNDAMENTA. Hæc decretalis loquitur de electione senatoris vrbis seu rectoris eiusdem quocunque noĩe censeat. ¶Et diuidit in 7. partes. Nã primo fundamenta ecclesiæ militantis narrat. 2. §. Isti sunt: situm seu locum ecclesiæ militantis in vrbe Romana fore declarat. 3. §. (Ne autẽ) causam libertatis ecclesiæ in vrbe situatę assignat. 4. §. (digne) mala quæ proueniunt ex peregrinis regiminib. in vrbe enumerat. 5. §. [vt ergo) ne aliquis cuiuscunq; dignitatis existat ad regimen vrbis absque licentia sedis apostolicæ per literas eiusdem concessas assumatur, decernit, & mandat. 6. §. (ꝙ si secus) assumptionẽ aliter factam cassat, & multas alias penas cõtrarium facientib. cõsilium seu auxilium dãtibus infligit. Et eorũ facta cassat, & irritat. 7. §. (vt autem) ciues Romanos cum certa modificatione a dicto statuto excludit seu separat (ecclesiæ militantis.) Ecclesia [a] interpretatur † conuocatio fidelium. Nam ecclesia omnes fideles ad se vocat, & ipsa est vna, extra quam nullus saluatur. s̃. de summa Trini. & fide. catho. c. j. §. vna.

¶Et hæc dicitur quandoque militans, qñque triũphãs. non qa sint duæ, sed vna diuersas habẽs qualitates. Prima est ẜm Augu. ĩ tẽpore peregrinationis: altera in eternitate mãsionis. Prima ĩ labore, alterã in requie. prima ĩ via, altera ĩ patria: prima cũ hoste pugnat, altera sine hoste regnat.

Et in hoc ꝙ ecclesia militans pugnans dr̃ militare: vnde Iob 7. Militia est vita hominis super terram: & apostolus 2. ad Timotheũ. Labora sicut bonus miles Christi laborando & certando contra carnem, mũdum, & dæmonem. Iuxta illud, mundus, caro dæmonia, diuersa mouent prælia. Vnde homo superando victor est, & victoria consummata in fugando hostes per gratiam diuinam fit iste postmodum in gloria triumphator. Sic dr̃ Imperator victor in fugãdo hostes & triumphator post victoriam obtentam. C. ff. & Instit. in prohemi. Vnde ecclesia militans est corpus mysticũ, in quo congregant̃ fideles. j̃. eo. §. ne aũt. Et inter illos etiã sunt infideles: qa ecclesia militans hẽt bonos & malos, & scismaticos, & similes. 26. di. c. acutius. Notat̃ etiã. 21. di. c. quãuis. Sed triũphãs habet tm̃ bonos: qa ĩ illa nõ est macula venialis peccati, nec ruga mortalis. de pœni. di. j. c. ecclesia. 32. q. 4. in fine. c. recurrat. Et huius corporis. i. ecclesiæ militantis caput est Christus, & sponsus. [b] Et hæc ecclesia militãs fiet triumphans post resurrectionẽ vniuersaliter. Sed ante fiet triumphans quotidie in suis membris decedentibus, ita, ꝙ ecclesia militans est sponsa, sed hęc ducta [c] in domum sponsi [d] vniuersaliter, vt in suis membris, vt prædixi, fit vxor. Vnde apoca. 21. dicit angelus beato Ioan. Veni ostendam tibi spõsam vxorem agni. Simile reperio, illa quæ est † sponsa introducta in domum vxor [e] efficitur. ff. de ri. nu. l. minorẽ, & ff. de conditio. & dem. §. qui fiet. Et sicut hoc exemplo eadem mulier primo est sponsa, & per qualitatẽ ductionis adiectam fit vxor. Sic ecclesia militans, vel anima fidelis sponsa Christi, & hæc ducta in cælesti Hierusalem vxor censetur (propheta) Dauid angulari (lapide) Christus dicitur † angularis lapis: quia sicut positus angularis lapis [f] in angulo iungit duos parietes. Sic ipse Christus a primo Abel iusto in veteri testamento, vsque ad vltimum iustũ in finem seculi fideles connectit (scriptum est) in psal. (summo.) [g] Et propter hoc cantat ecclesia. Tu es pastor ouium Princeps apostolorum (dicendo) Matthei. 16. tu es (dextras.) Et dicta est dextra: a dextera per sincopam & dicta est dextra quia ipsa pignus pacis, & testis fidei solent dari. Et quia hic refulsit in istis duobus beatis apostolis potissimè: ideo adiuncti dicuntur socialiter per dextras ad Gala. 2. (gens sancta) affectu apostolorum. Sed qualis sit hæc gens effecta. vide ad Roma. j. Audi beatum Bernardum, qui sic inter cætera ait. De hac gente ad Eugeniũ. † hi in dñm impij, in sancta temerarij, inuicem seditiosi, in vicinos emuli, [h] in extraneos inhumani, superiorib. infideles, inferioribus importabiles, ad petendum inuerecundi, ad negandum infrontosi. hi importuni, vt accipiant, inquieti, donec accipiant, [i] ingrati vbi acceperunt, docuerunt linguam suam loqui grandia: cũ operẽtur exigua, largissimi promissores, & parcissimi exhibitores, blandissimi adulatores, & mordacissimi detractores, simplicissimi dissimilatores, & malignissimi proditores, (effecta) iuxta illud. Roma caput [k] mundi: Et ideo status vrbis describitur ad modum orbis. Et sicut † totus [l] orbis hẽt quatuor [m] sedes patriarchales principales. j̃. de priuil. antiqua. Sic & Roma. s. sancti Petri, S. Pauli, sanctæ Mariæ maioris, sancti Laurẽtij extra muros. 4. habet ecclesias patriarchales. Et ecclesia episcopalis, & maior est Lateranẽ. vt patriarchalis omniũ. Et sic concordo versus: Paulus, virgo. Petrus. Laurentius atque Ioannes hi patriarchatus nomen in vrbe tenent.

¶Et ratio huius prærogatiuę liquet: quia solus Papa. & episcopi [n] Cardinales in altari maiori sancti Ioannis celebrant. Sed in aliis nedum prædicti, sed & presbyteri Cardinales.

¶Verum. Roma † [o] a latronibus fundata retinet aliqd de primordio. inde dicta est Roma, quasi rodẽs manũ; vnde versus. Roma manus rodit: quos rodere nõ valet, odit. [p] Necest q se abscondat a rosura eius (fideliũ.) Nota igit̃ effectus ecclesiæ, sicut congregare, & pascere, ergo nõ diuidere, & non exigere improbe. Et hoc habet iurare sponsus ecclesiæ, se in pastura, & congregatione fidelium prouidendo solerter (quarto die) quæ hic sequuntur habẽtur. 26. distin. Cõstat. 63. di. ego (satrapis.) Satrapaq est iudex sapiens (optimatib.) optimas est cõmunis generis, & dicuntur † optimates illi qui sunt meliores de populo (pragmaticum) dictum a pragma, pragmatis, & pragma grecè latinè dicitur causa: vnde illud constitutum dicitur pragmaticum, quod fit occasione causæ ortæ, vt hic. Nam ex causa sanctionis Constantini datũ fuit pragma. 96. di. Sic accipitur. C. de legibus. l. leges generales. Reperitur etiam programma, & est illa litera quæ mittitur ad prouincias ad diuulgandum constitutionem factam. in Authen. quibus mod. nat. effic. legi. in fine colum. 6. C. cõmunia epistole. & programma. in rubro. & l. programma. & C. de remissio. pigno. l. si eo tempore (monarchiam) [r] a monos † quod est vnum, [s] & archos Princeps. vnde monarchia. i. vnus principatus. Et quatuor fuerunt monarchiæ secundum Isido. j. Assiriorum. 2. Persarum, & Medorum. 3. Grecorum. 4. Romanorum. [t] Et prima, [v] & vltima fuerunt aliis fœliciores (religionis) hic vocat religionem fidem catholicam. C. de summa Trinitate, & fideli. Catholi. l. j. 32. q. 5. Christiana (Imperator) sic distinguit de Imperatore cælesti, & terreno. 11. quæstio. 3. Iulia. & c. qui resistit (decet.) s̃. eod. locutus de libertate quo ad Papam, & hic de libertate loquitur quo ad Cardinales (peti consilio) sed nunquid hæc consilia sunt necessitatis, vel honestatis, not. j̃. hoc lib. de hæreti. super eo (peregrina) vocat hic peregrina extraneorum regimina, vt innuũt sequẽtia (ex ruinis, (vt fuit tẽporib. Brãchaleonis, qui multa edificia Romanorũ destruxit existens senator. (deposita) sicut tempore Henrici fratris Regis Castellæ tunc senatoris, cuius etiam tempore templa vrbis fuerant etiam nephariè violata (in gloria) est nomẽ adiectiuũ. i. sine gloria (suggillare) idest diminuere. ff. de in ius voc. l. sed & si hac lege. §. prætor ait (mortis articulo) hoc semper intelligitur exceptum. j̃. de offi. ord. pastoralis. §. j. [nõ tenere.) Simile. j̃. eo. quia sæpe. j̃. hoc lib. de senten. excõ. alma. §. fi. (excludit) cõtra † nullius in prouincia de qua est oriundus debet esse assessor. l. si eadem: ergo minus poterit esse iudex [x] Sol. hic caro. s̃. & sanguis conditori huius canonis (qui Romanus fuit) reuelauerunt.

ADDITIONES PROBI.

a ECCLESIA. Vide Vincen. Cigaud in c.de authoritate ecclesiæ circa princ.& col.6.vbi pro dicto Io. Mo.adducit.c.ecclesia de consecra dist.j. Et ꝙ † ecclesia est columba infellita,immaculata,& innocens : quæ inimicis parcit,& cibat illos:& plura alia adducit,quæ videas cum luminarib. tuis, & est diuinitus exẽplata ab ecclesia triũphanti. ideo sicut † vnus Deus,ita vnus Papa, cui omnes tenentur obedire.glo.habes amplam in verbo, ecclesiæ in Cle.fi.de hæreti.latius dico in c.sup eo.illo titu.de hrti.

¶Et huius ecclesiæ militantis ecclesia Romana dicitur speculũ de qua dici potest quod citat psal.Oculi omnium in te sperant domine. Barba. consi.j.car.8.col.3.vol.j.omnium enim ecclesiarũ radix est.c. loquitur 24.quæst.j. Et quemadmodũ radij solis multi sunt,sed vnum lumen,& rami arboris multi sunt,sed robur vnũ tenaci radice fundatũ. Et q̃uo ex fõte vno riuuli plures defluũt, sic ecclesia Romana luce dñi pfusa p totũ orbẽ radios suos porrigit.

¶Vnum tamen est,quod vbicunque diffunditur, vnũ caput est,vna origo,vna mater copiosę fœcunditatis.vide proœ.concorda.dico tu Galle.

¶Adulterari nõ pt spõsa Christi icorrupta, & pudica: q̃ vnã domũ nouit,extra quã agnũ comedere pphanũ erit.

b ¶Et sponsus.glos.in pragma.in titu. de authoritate sacro.conci.§.Et primo.in verbo, Christus.

c ¶ Ducta.Soci.j.volu. consi. 223.col.2. circa præsentem dicit,ꝙ † ducta dicitur vxor in domum viri,quãdo est desponsata per verba de præsenti. allega c.primũ .s.de spon. & c.debitum. de biga.vbi desponsata de præsenti dicitur ducta. Et generaliter loquitur siue sit traducta in domũ viri,siue non,cum verbũ ducere nihil aliud sit quàm matrimonium contrahere. Instit.de nupt.§.non omnes,& §. fratris. Et ductio quæ fit ad domum habet effectum solum quo ad probationem matrimonij præsumptiue. Allegat text.pro hoc singularem in l.cum te C.de dona.ante nupt.Hostien.& Ioan.And.in c.fi §.de coniugio lepro.

d In domum sponsi. videlicet in paradisum, qui dicitur naturalis patria nostra. Quia patriam patris filius sequitur de necessitate:ad quam cum sorde nemo perducitur. Bal. in cap.quia propter.num.16.s.isto titu.

e Vxor efficitur. Adde his satis apposite, ꝙ vxor † dicta est ab vngendo. Nam cum puellę nuberent apud veteres ac mariti domũ intrarent,axungia postes vngebant,putãtes ex hoc omnia mala a domo arceri.& Serui.i 4. Aeneidos sic habet. Mos erat,vt nubentes puellæ simul cum venissent mariti,limen ac postes laneis vittis,& oleo vngerẽt. Et inde vxores dictæ sunt quasi vnxores. Plinius quoque scribit nouas nuptias lupino adipe postes vngere solitas, ne quid mali medicamenti inferretur.

Ex præmissis resultat dubium non minus pulchrũ,quã quotidianum. Stante statuto,ꝙ vxore mortua sine liberis in matrimonio,maritus lucretur tertiam partem dotis, si sponsa de præsenti decedat,priusquàm in domum mariti traducatur, an ipse lucretur tertiam partem dotis.Et quia patitur longã disputationem pro vtraque parte,te remitto ad ea, quæ luculentissimè deducit. Brunellus doctor Aurelianeñ. in tract. de matrimo. conclu.j.car. mihi. 9. versi.5.est coniugium.cui adde Soci.consi.223.circa præsentem.Et attende,ꝙ præfatæ deriuationi astipulatur Lucas de Pen.in l.3.de fide instru.& iure hastæ fiscalis.lib.11. C.Quod olim in festiuitate nuptiarum accipiebant vxores aquam,& ignem,de quo per l.pe.& ibi glo.ff.de dona. inter vir.& vxor. In cuius locum hodie apud fideles est sacerdotalis benedictio,quæ fit etiam cum aqua benedicta, & igne thuris incensi. Et dicit idem Lucas in l.quicunque. col.2.de re milita.lib.12.C.ꝙ vxor dicitur iugalis.C.de aduoc.diuer.iudic.l.iubemus,& l.petitionem: quia † iugum viri tenetur ferre. Et hoc dicitur iugum nuptiale, de quo in l.hæc conditio la.j.ff.de conditio.& demõ.vbi gl.dicit, ꝙ non videtur nupta:quæ virum pati non potest.l.pen.ff. quando dies lega.cedit. Et quando dicatur viripotens,vide Car.consi.109.num.4.quod exorditur. casus talis asseritur,vbi dicit,ꝙ ad iudicãdum de viri potentia debet inspectio fieri non per apparentiam (sed per inspectionem partium aptarum generationi, quam debent facere matronæ peritæ.s.de frigi.& malè.c.fraternitatis in princip.

f Angularis lapis,insimili dic ꝙ litiscontestatio † est caput,& lapis angularis iudicij secundum Panor. post Bald. in c.j.s.de litiscontesta.& Ias.in l.naturaliter.§.nihil commune. colum.24.ff. de acquiren. posses. refert dominus meus de Ripa.in rub de iudi.num.45.

g Summo.dic,ꝙ episcopi aliquando in iure nostro † appellant summi pontifices.tex.in c.j.& seq.59.dist.& 18.di. c.si episcopus. hoc tamẽ iure non vtimur,sed reuerendos appellamus, vt quemadmodum stat discrepãtia dignitatum,ita sit differentia nominum appellatiuorum, vt obtineat in hoc partes regula tria apud nos, ꝙ diuersitas nominũ diuersitatẽ inducit rerũ.l.si idẽ.C.de codicillis facit text.in c.ad audientiã.in fine vbi Panor.in 2.no.de deci.s.

h In vicinos emuli.id semper non dicas apud Romanos processisse,prout legimus de Fabricio Romanorum consule fidelissimo:de quo sic fertur,ꝙ cum Romani eũ ad Pirrhum Epirotarum Regem,pro redimẽdis captiuis suis legatum misissent. Pirrhus sciens eũ esse pauperẽ, quartam sui regni partem ei obtulit,vt ad ipsum transiret, qui Pirrhum,& eius pollicitationem cõtẽpsit, dicens se malle pauperem in diuitum Imperio,quàm diuitem in paupere. Quod audiens Pirrhus ingenti admiratione tentus est. Et restitutis captiuis confestim legatum misit: Interiecto autem anno, Fabricius dux contra Pirrhum a Romanis missus est,quem cum Pirrhus diu auro tentasset in suam allicere amicitiam,Fabricius repulit aurum dicens, Romanos non quærere diuitias,sed vt diuitibus imperet. hinc text.in Authen. vt iudi.sine quo.suffra.§. cogitatio. col.2.quod interest † Principis subditos habere locupletes sub se:quodquè cum Rex ipse Pirrhus & Fabricius castra haberent vicina,Pirrhi medicus noctu ad Fabricium venit promittens veneno se Pirrhum necaturum,si aliqd ei polliceretur:quem mox vinctum Fabricius ad Pirrhũ subridens perd uci iussit,cum doli denunciatione. Quamobrem Rex admiratus ait. Ille ipse est Fabricius qui difficilius ab honestate, quàm sol a cursu suo aduerti potest. De quo Fabricio meminit Boetius.in 2.de consola.prosa.7.dicens. Vbi nunc fidelis ossa Fabricij.

i Vt accipiat. Ang.cõs.367.col.antepe.loquẽdo de Roma citat hęc verba,neq; antiqua Romanorũ torpea cũthesauris abũdat,licet qñq; esset carrosa.ff.de sol.l.credito.in pri.

K Caput mũdi,qđ reperio descriptũ in capite descriptionis vrbis:quam figuraliter habemus in bibliotheca nostra.

l Totus orbis. Adde versus sequentes.

Quid sit Roma petis,caput orbis & ampla vorago.
Nũmorũ atque hominũ, queis licet omne nephas:
Exulibus portus:breuis orbis:falsa voluptas.
Fortunæ ludus, præcipitansq; rota.
Perpetuus scorti thalamus, sanctisquè sepulchrum.
Omnibus est mater, sola nouerca bonis.
Eumenidum latebrę:stultorum curia cunctis
Hospita, sed nullo non peregrina loco.
Est vitijs stimulus, virtutum pallida ymago.
Curarum pelagus, semisepulta quies.
Quam venus atque aurũ,fraus, & fortuna gubernãt
Dat mala pauperibus, dat bona diuitibus.
Vita incerta,labor certus sudore parandus.
Virtus: at in dubijs libeta vita placet.

¶Sequuntur versus aliquando missi Romano Pontifi. per Turcham magnum.

Fata mouent stelleq; docent animumq; mouet vox.
Quod dominus subitò totius orbis ero.
Roma diu titubat varijs erroribus acta:
Fluctuat:& mundi desinet esse caput.

¶Responsio Pontificis.

Fata silent, stellęquè tacent, nil nunciat ales.
Solius est proprium nosse futura Dei.
Niteris incassum Petri submergere nauem.
Fluctuat,& nusquàm desinet esse ratis.

Hos duos vltimos versus aliqñ Inn.4 Frederico secũdo trãsmisit.testat Albe.in d.verbo, Roma.q alios duos vide- Ioan. Mona. Card. N 2 licet

licet Roma diu titubat &c. ipsi Inn.4. rescripserat p prius.

m ¶Quatuor sedes. Archi. in cap. in nomine domini. 23. dis. dicit ad differētiam prædictorum fore Romæ. 5. Patriarchas, scilicet sancti Ioan sancti Petri, sancti Pauli, sanctæ Mariæ maioris, sancti Laurentii extra muros. Sed lateranen. maior est secundum quosdas, quia est sedes Papalis. hinc dicitur de ea. Dogmate Papali, datur, ac simul Imperiali. Quòd sim cunctarum caput, & mater ecclesiarum.

¶Dic tamen, quòd Archi. non discrepat a Ioan. Mona. vt patet intuenti; quia ecclesia Lateranensis, & sancti Ioã. Lateranen. quæ consueuit habere priorem, sed ex constitutione Bonifacij. 8. habet decanum. Et erant religiosi, & facti fuerunt canonici regulares ordinis sancti Augustini. Ecclesia sancti Petri habet Archipresbiterum, qui debet esse diaconus Cardinalis, & sunt canonici seculares. Ecclesia sancti Pauli habet abbatem, & sunt Monachi sancti Benedicti. Ecclesia sanctæ Mariæ maioris habet etiã Archipresbyterum, & sunt canonici seculares. Ecclesia sancti Laurentij habet abbatem, & sunt ordinis sancti Benedicti: de quib. & nominibus Cardi. vide Do. Nic. Boerij in fi. tracta. de pręminentia, & authoritate sacri concilij.

n ¶Episcopi Cardinales. Vide in Prouinciali in princi & ibi dicitur etiam de presbyteris, & diaconis Cardinalib. & Barba. in Clemen. ne Romani. car. 93.

o ¶Roma. quæ † a Romulo nomen assumpsisse dicitur.

9 hinc Alber in dictiona. in versicu. Roma. condita. Romulus vrbe noua fruitur, rerũ solus ipse. Nomine Roma est Romule dicta tuo. Condita quidem vt idem ait Romulo & Remo fratribus. 11. Kal. Maij. regnãte Acham Rege sepulto in ciuitate Dauid, incipiēte septima Olimpiade. Et ante aduentum Christi annis septingentis quinquaginta duobus, vt legitur in Histo. schola. in testamen. nouo ibi, natus est saluator. Et hoc intellige de Roma veteri, non de noua, quæ dicitur Constantinopolis. cap. Constantinopolitanę. 22. d. quæ veteris prærogatiua lætatur. l. omni. C. de sacrosanct. eccles. Et de his loquitur Bal. in rubri. C. qui accu. non po. colum. fin. & in l. omni. C. de sacros. eccle.

¶Ea quippe verus Roma a primordio fratricidio dedicata est. cap. in apibus. 7. quæst. j. vbi glos. Quod Romu-

10 lus † interfecit Remũ eius fratrem, quia muros transcenderat Romæ. l. fin. ff. de rerum diuisio. vbi glos. post Lucanum, fraterno primi maduerunt sanguine muri. Et secundario eodem die proprio sanguine Pet. & Paul. eam consecrarunt. Montol. in promptuario iuris in verbo, Roma. in fine: qui de vtraque, & veteri, & noua meminit dicens, quòd in fundatione antiquæ vultures apparuerũt: in fundatione autē nouę Phenix. vnde versus. Roma tibi fractę: non alta fabrica par est. Integra qualis eras dicere nemo potest. Roma vetusta fui, sed nunc noua Roma vocabor, Omine Phenicis, vulturis ante fui. Hactenus immēsis venerabor pisa ruinis. Vstaq; ruderib. Culmē ad astra fero.

p ¶Odit. Adde & dantes custodit, non dantes spernit, & odit. Et hac de re caput dicitur auariciæ, gl. in l. sequitur. §. pupillus. in verbo, animum. ff. de vsucapio. ibi. Et auaritiæ caput Roma cunctos tales generans.

q ¶Satrapa. Archi. hic dicit, ꝙ satrapa dicitur † quasi sa-

11 tis paratus, vel quasi satis rapiens, vel potens, & secundum hanc vltimam vulgus hoc vocabulo vtitur. Satrapę enim præfecti Persarum Principes dicebantur personarum sapiētes, siue iudices, vel dicunt sapiētes iudices, vel Reges, vel duces: firmat Marti. Lauden. in tract. de prin. ar. 445.

¶Et attēde quia ab hac vulgari locutione licet arguere. notat Præpo. in ca. ob eo. 2. q. 6. allega. c. j. ꝟ. de iniur. vbi Franc. post gl. dicit verba iuris intelligenda secũdum cõmunem vsum loquendi.

r Monarchiam. monarchiam vnam, & vnum principē, ad quem cætera inferiora referantur dare conuenit, ad bene esse ecclesiæ, & vniuersi orbis, tã respectu boni æterni, quàm publici boni temporalis. Præpo. & ibi, de pluribus monarchijs loquens in c. cum ad verum. 96. dist. gl. pragma. in proœmio in verbo, excoluerunt, quæ citat, ꝙ quandiu Romani iustitiam coluerunt, monarchiam obtinuerunt. l. j. in prin. C. de iusti. C. compo.

s ¶Quod est vnum. firmat Arch. in c. monarchiã. 2. q. 4.

t ¶Romanorum. hanc aliqui dicunt per Rhinocerontem significari. Et est animal habens vnum cornu in fronte, & alio nomine vocatur vnicornis, eo ꝙ solũ habeat cornu vnum satis grande, vt patet in æde sacra diui Dionisij in Francia, prout ibi vidi. Et etiam est animal valde forte, qđ non potest domesticari, & ad laborē pro hominibus applicari; imo si aliquando capiat, ex indignatione cito moritur Ita ꝙ non potest hominibus deseruire. De hoc vide text. & ibi glo. ordi. Iob. c. 39. Et hæc monarchia tribus de causis destructa fertur, scilicet amore priuati commodi, occulto odio, & iuuenili consilio. & hoc vltimum verificatur per vulgare cõsilium iuuenum, quod Roboam fecit egenum Quæ (vt narrat Tullius) Rem publicam labefactauerũt frequenter; quæ per senes fuit restituta. Nec Roboam regni scissuram fortè passus fuisset, si cõsilio seniorũ, & non iuuenum adhesisset. 3. Regum. 12. Pro quo vulgare, malo eligere senum grauitatem prouisam, quã iuuenum velocitatem incautam; qui mortē reperire solent in sua nimium iuuentute confidentes. Senes enim agunt cuncta cõsilio titubantes, meritò sancium a patribus nostris, ꝙ plus valeat vmbra senis, quã ensis iuuenis. in c. j. §. de renuncia. vbi post id dicitur, ꝙ totus mundus regitur quadam vmbra: nam Rex Francorum nõ est, nisi vbi tenet pedes, & tamē vmbra sua regit totum suum regnum. Et fama vnius boni viri est vmbra gratissima, sub qua multi requiescunt. Romani quippe subegerunt totũ orbem secundum August. in 10. parte operum suorum in tract. de antichristo. vbi. colũ. pen. dicit, ꝙ licet nũc plures deficiant a Romano Imperio, tamen antequàm antichristus veniat, Galli adhuc oĩa reducēt sub Imperio Romano. Ita ēt refert mirabilis liber ꝓphetiarũ car. mihi. 7.

v ¶Et prima. Vide. cap. futuram. 12. quæst. j. & ibi Archi. qui sequitur. Ioan. Mona. vbique.

x Esse iudex: ita reperio statutum per Philippum. 4. cognomento Pulchrum & Carolum. 5. Reges Franciæ. Sub his verbis. Nolumus ꝙ aliquis præficiat in seneschalum, præpositum iudicem, vicarium, vel balliuum in loco, vnde dicitur oriundus. Et hoc sub titu. de elect. artic. 3. vide quæ in proposito dicit Alber. Brunus. cons. 52. non potest & latè Benedictus in reperi. cap Raynuc. de testa. in verbo, & vxorem nomine Adela. num. 150.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XVIII.

¶Quamquam in casu negligentiæ sit statutum. &c.

SVMMARIVM.

1 *Nunquàm intelligitur prohibitũ, quod nõ inuenitur expresse cõcessũ.*
2 *Vbi est par ratio, concessum in vno obtinet in alio.*
Vbi est defectus materiæ, siue de qua fit electio, siue in qua fit electio. nulla est electio,
Ipso iure quid importet.
3 *Quando fundamentum nullum est, nihil super edificari potest.*
Paria sunt nullum habere, siue inhabilem.
4 *Vbi est defectus formæ, materia tamen idonea iam non est nullum, qđ primordium habet bonum, licet cassari possit propter formam in. indebitè in materia impressam.*
5 *Archiepiscopus non tantum ius habet in diœcesi suffraganei sui, sicut habet episcopus in sua diœcesi.*
6 *Non respicias ad id, quod fit, sed ad quod fieri conuenit.*
7 *Eadem est ratio principalis, & additamenti.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Sicut petitio legitimæ ad hẽdes transmittitur, ita & illius supplementũ.*
2 *Tp̃s augmēti dēt intelligi scđm qualitatē, & naturã tp̃is principalis.*
3 *Dignitas adhibita dignitati auget dignitatem.*
4 *Lucrum eam sibi assumit rationem, quam habet capitalis.*
5 *Augmentum est eiusdem naturæ cuius est res, quæ augetur.*
De augmento pensionis idem iudicatur, quod de pensione principali.
6 *Dispositio includens certam rem, refert etiam ad eius additamentum.*
7 *Quando caput suspectum est, etiam alij qui verisimiliter caput sequũtur suspecti sunt, & de illis idem quod de capite iudicatur.*
8 *Augmentum censetur esse eiusdem iuris, quo res, cui adiungitur.*

QVAMQVAM. Supra eod. ne pro defectu, propter negligentiam electores in cathedrali ecclesia potestate eligendi priuabũtur: & hæc potestas ad proximum superiorē deuoluitur, sed istud ad casum aliũ non extenditur, vt hic.

1 Et est ratio: quia † nonnunquam intelligitur prohibitũ quod

quod non inuenitut expresse concessum.j̃.de transla. epi.inter corporalia.§.sed neque in fine & C.de procura.l.maritus, præsertim in hac materia, in qua est regulare,quod non reperitur concessum Metropolitano a iure vel prisca consuetudine,in prouincia sua hoc censetur prohibitum[a] j̃.hoc lib.de supplen.negli.prælat.c.1.9.q.3.conquestus,vbi tamen est par † ratio.Concessum in vno obtinet[b] in alio.C.de diuer.rescrip.l.j.

¶Igitur quod.s̃.dixit in genere,nunc declarat in specie.(Indignum.)s̃.eo.innotuit.& c.cum in cunctis(non obseruent)s̃.eo.quia propter.& c.auditis.

¶Sed quæ est ratio diuersitatis in istis casib⁹?dic vbi est defectus materię,siue de qua fit electio,siue in qua fit electio, nulla est electio(ipso iure)hoc est nullo facto hominis extrinsecus operante, vt no.s̃.eo.cupientes super verbo.iuribus,& d.c.innotuit.& j̃.de renuncia.capit.vlt. j̃.de accusa.ad petitionem. Nam † quando fundamentum[c] nullum est,nihil superedificari potest.j̃.de presbytero non bap.c.veniens.j.q.j.cum Paulus. ar.ff.de except. rei iudi.l.egi tecum.

Et hæc paria sunt, nullum habere, siue inhabilẽ.ff.qđ cuiusq; vniuer.l.j.§.penul.& ff.qui satisda.cog.l.quotiẽs. j̃.de transla.epi.inter.d.§.sed neque.Sed vbi † est defectus formæ, materia tamen idonea iam non est nullum,[d] quod primodiũ habet bonum,licet cassari possit propter formam indebite in materia impressam.ar.ff.de le.2.l.cũ filius.§.hæres(censendum[e])Sed quæ ratio diuersitatis ĩter hunc casum & præcedẽtẽ, respondeo, † Archieps nõ tantũ ius habet in diœcesi suffraganei sui,sicut episcopus in sua diœcesi, & de hoc no.s̃.de officio ordi.cum ab ecclesiarũ.& c.pastoralis.11.q.j.de persona.Et quia pinguius ius est episcopo, pinguius sibi subuenitur: quia nedum in casu negligentiæ, sed etiam vbi electio seu præsentatio nulla est,seu annullanda,habet ius prouidendi.

Sed oppones,ſm hoc epi difficultates & malitias ingerent,vt prouisiones ad ipsos deferantur. Solu.Non respicias † ad id quod fit, sed ad id quod fieri conuenit.[f] ff. de iusti.& iur.l.pe.§.prætor.& ff.de offi.p̃sid.sed & licet.& tamen hic grauato competit remediũ appellandi, quod datur oppressis.2.q.6.ad Romanã. Simile.j̃.eo. quia sæpe. j̃.de senten.excommunica.alma.§.vlti.

Sed nunquid sub j.dicto huius.c.comprehenditur ecclesia regularis? videtur ꝙ sic.Cum comprehendat̃ interpretata.s̃.eo.ne pro defectu: ergo & in ista interpretante, cum cathedralis & regularis ecclesia æquiparentur, vt.d. c.s̃.eo.quia propter.& c.cupientes.

Solu.in casu negligẽtię deuolui potest nedum electio ecclesiæ cathedralis ad Metropolitanum,sed etiam regularis & alia beneficia.j̃.de suppl.negl.præla.licet.& ca sequen. Sed vbi non est negligentia, secus, vt hic propter rationem prædictam; & abbatia, siue ecclesia regularis[g] est de inferioribus.supra eo.cum in cunctis.§.inferiora.

¶Et licet regularis & cathedralis ecclesia in multis ęquiparentur,in hoc casu discrepant, propter rationem iam dictam,& hoc verbum,secus,refertur vt ponatur diuersitas quo ad modum diuersum deuoluendi ad episcopum & Archiepiscopum,quia ad episcopum deuoluitur potestas in omnibus prædictis modis.Sed ad archiepiscopum in solo casu negligentiæ, vnde in primo responso huius. c.præterquam in casu negligentiæ non potest deuolui potestas prouidendi ad Metropolitanum, propter rationem ibi dictam.Nec ad capitulum, qui illa vice sunt priuati,seu priuandi.s̃.eo.cum Vintoñ.Et sic est necesse concludere,ꝙ ad Papam illa vice prouisio deuoluatur, si sit inferior ecclesia cathedrali: in omnibus prædictis deuoluitur potestas ad episcopum: qui ex peccato omissionis per negligentiam vel commissionis peccando in materia,vel in forma, ius prouidendi acquirit, si sit immediatus superior.

Sed quid si ecclesia cathedralis vacet? dic vt infra ne sede vacante.c.2.& j̃.hoc lib.eo.ti.c.vno.Sed dices dicta iura nihil facere quæ loquuntur, quando simpliciter beneficia vacant,sed hic non simpliciter, sed illa vice.

Solut. ea. & † ratio principalis[h] & additamenti[i] vt.ff. de iur.dotium.inter socerum.§.cum mater.j̃.hoc lib.de reg.iur.accessorium. & s̃.de consuetu.cum olim.

ADDITIONES PROBI.

PROHIBITVM. Vide latè p Io.Mo.in c.j.j̃.de supplen.neg.præla.de potestate metropolitanorum in subditos suffraganeorum.& nouissime per Do.Arnulphũ Ruzeum in tract. de præeminẽtia Archipræsulum,quod dicauimus cardinali Lingonen.

¶Obtinet in alio. Adde Alex.in consi.97. nu.j.viso themate.vol.2.& Cepol.in con.cri.consil.18.versi.item hoc probatur sic statutum Vincentię.

Nullum. idem dicendum venit quando est imperfectum.Dec.consi.463.nu.5.in causa quæ nomine camerę. latissime.Ias.consil.8.pro ista in fante.vol.3.

Est nullum. regulariter tamen dicimus vitium formæ fore potẽtius,q̃ materiæ,eo ꝙ forma sit quæ dat esse rei,& conseruat rem in esse.Bar.& moderni.in l.j.§.si quis ita. ff.de verb.oblig. & Doct.in l.non codicillum.C.de codi. Anto.de Butrio.in ca cum super col.3.s̃.de offi.deleg.

Et si velis informari ad plenum vtrũ gesta contra formam sint nulla,vel nõ vide p Bar.& Bal.post Cy.in l.non dubiũ.C.de legi.& Bar.in l.prætor.ait in primo r̃nso.ff.de no.oper.nunciatio.& in l.cum lex.ff.de fideiusso.& ĩ l.vniuersi.C.de precib.imper.offer.& in l.fi.ff.de diuor.Panor. in c.2.s̃.de testa.vide etiam Brunum de poten.& effectu formæ.Maleretum in trac.de elec.carta mihi.52.

Censendũ. adde Alex.de Imol.con.6.col.fi.vol.6.vbi pro suo intento alleg. Io.Mo.hic.

¶Conuenit.j̃.eo.c.si quis in prin.

Regularis.ad quem spectet electio regularis ecclesiæ vide per Alex.con.106.perspectis his vol.2.

Principalis:istud dictum possumus cõprobare, per ea quæ apud iuris Cęsarei professores dicũtur, ꝙ q̃admodũ † petitio legitimę trãsmittitur ad hæredes,ita & suplemẽtum:sic firmat Alex.con.55.nu.6.titulo quæstionis vol. 2.alleg.ad hoc Saly.in l.scimus in princip.in j.quæstio.C. de inoffi.testa.quod est de mente.Bal.in l.si arrogator.in 2.oppositione in fic.ff.de adop.& in l.2.circa finem.C.de liber.præter.& in l.si quis filium.col.j.C.de inoffi.testa.Et in hoc non venit dubitandum. Dec. consil.303.in princ. in casu occurrenti vbi subdit ꝙ cõmunis est,ꝙ huic pręscribitur.30.ann.spacio. vide eundem Dec.cõsi.331.col. pe.pro resolutione: qui ibi subdit ĩ proposito,ꝙ portio q̃ accrescit,debet sapere naturã eius cui accrescit.l.si ex toto,in prin.de lega.j.intentum placet Domi.in consi.128. col.2.Factum tale.& per iura pro pro eo alle.Alex.in con. 117.in fine stantibus.vol.3.dicit ꝙ † tempus augmenti debet intelligi secundum qualitatem & naturam tẽporis principalis.

Additamenti.vltra sequentia dic quod additamentũ auget,per ea,quę notat Maria.Soci.consil.129.col.pe.pręstantissimi.ꝙ sicut dignitas † adhibita dignitati auget dignitatem.l.senatorem.ff.de sena.Ita ciuilitas addita ciuilitati auget ciuilitatem,sicut ille qui est ingenuus nõ simpliciter, sed secũdum quid,potest perfectè effici ĩgenuus l.2.ff.de iure aureo.annullo.Pro hoc etiam vide eundem Soc.cõsi.253.col.fi.visa & cõsiderata.vbi p cõprobatione Io.Mo.hic adducit text.in l.j.in fine de fund.vrb.Constã. lib.11.C.per quem dicunt ibi Bar.& Io.de Pla.ꝙ lucrum † assumit sibi eam rationẽ,quam habet capitale.Et ideo si inter aliquos socios sit contracta societas vsque ad certum tempus, sicut non licet minuere de capitali immisso, de lucro ita nec facit regula iuris accessoriũ cum sua materia.

Vltra prædicta in pposito Io.Mo.hic vide quæ dixi.s̃. in c.cum in tua versicu.sed gratia perinde valere de consue.facit quod dicit Socin.consi.116.nu.10.vol.4.qđ augmẽtum † est eiusdem naturę cuius est res, quæ augetur. hinc Ias.istud adducens in con.146.col.2.punctus quæstionis parte.2.ait ꝙ iurisdictio,vel merum imperium cohærens in territorio transfertur per alluuionem territorij:de cuius veritate ibi vide.

Et pro principali intẽto:vide tu etiam quæ dico in ca. præsenti,versi.amplia.ppterea.j̃.de offi.leg.cõcordat Decius con.141.ad plura dubia.col.j.vbi citat. ꝙ de augmẽto pensionis idem iudicatur quod de principali pẽsione, quia augmentum naturam principalis sequitur.l.etiam. vbi Bal.C.de iure do.ff.eod.titu.l.4:firmat. Ioan.Mona.

dictum suum, in capit. dispendia s. de renuncia. Et Domi. consi. 25. colu. j. duo videntur insurgere dubia, quod dispositio † includens certam rem refertur etiã ad eius additamentum. text. in cap. fina. §. sinautem. de præben. hoc lib. per quem not. Gemi. quod augmentum eiusdem iuris esse censetur, quo res, cui adiungitur. Et sic dicit facere illum text. quod habens priuilegium, quod possit transire per territorium alicuius sine solutione gabellæ, possit eodem modo transire per territorium illi additum. text. etiam, de constitu. cap. cum. M. & cap. fin. & quod ibi not. s. de verbo. significa. Idem Ioan. Monach. in cap. accessorium de regu. iur. Et in simili idem possumus dicere de adhærentibus, quod de principali. cap. ad apostolicæ. j. de re iudic. hoc lib. not. in cap. j. s. de postu. præla. & in l. quæ religiosis. vbi Ange. in princi. ff. de rei vendic. Idem refert Dec. consi. 151. num. 15. maximi ponderis est. & subdit, quod quando † caput suspectum est, etiam alij qui verisimiliter caput sequuntur, suspecti sunt, & de illis idem quod de capite iudicatur. Panormi. in cap. j. s. de iudi. Bald. in l. j. colum. j. C. si Rec. proui. facit text. in cap. accedens el. j. & quod ibi not. Panor. s. vt lite non contesta. Idem refert ipse Dec. in sermone con. Pisa. colum. 2. qui ponitur post dictum consi. 151.

¶Dictum thematis etiam firmat Roma consi 469. nu. 5. quo ad primum. Item facit quod citat Neuiza. consi. 12. colum. 16. Patres comederunt. quod situatur inter consilia Alber. Bruni, dum dicit, quod augmentum † censetur esse eiusdem iuris, quo res cui adiungitur. Et sic idem de vtroque debet iudicari. Soci. consil. 296. colum. 3. in præsenti consultatione. Quod procedit ratione vnionis, ideo censetur eiusdem naturæ, & habere idem priuilegiũ, ar. text. l. qui patri. ff. de acquiren. hæredi. cum ibi not. qui text. dicitur peregrinus, singularis, & non habere concordantem in iure, secundum Barto. Bald. Paul. Ang. Imo. & Alexan. ibi, & Ias. in l. quidam elogio. colum. 2. C. de iure delib. & in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulga. Quod ius accrescendi vnitum cum substitutione pupillari, habet habet locum post aditam hæreditatem, & trahitur ad bona impuberis. Et sic habemus, quod portio accrescens debet esse eiusdem naturæ. d. l. qui patri: quia omne priuilegium datum principali porrigere ad eius augmentum not. Ange. in § j. in Authẽ. de æqua dot. cum quod est statutum in principali extendere ad accessorium. l. 3. §. hæc verba. versicu. sed si quid. vbi Bald. ff. de nego. gest.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIX.

¶ Is qui contra electionis formam. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vbi me astringo ad duo sub copulatione, vel ius me astringit, nõ est satis adimplere alterutrum, secus in disiuncta.*
2 *Disiuncta aliquando vocatur indeterminata.*
3 *Omnis disiuncta est vna, sed dubia, sed copulatiua est plures.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Aduocati quando dicunt. Sic vidi interloqui per Papam.*
2 *Archiepiscopus Bituricen. dicitur primas in Francia, prout. Archiepiscopus Viennensis.*

IS qui. Hæc decretalis est declaratio ad cap. s. eod. vt circa, & sic fuit declaratum, vt hic habetur per Innocen. 5. in facto Bituricen. Et est ratio vbi me astringo † ad duo sub copulatione, vel ius me astringit, vt hic: non est satis implere alterutrum. Secus in disiuncta. ff. de verborum obliga. si quis ita stipulatus fuerit. decẽ. & ff. de rebus dub. l. si is qui ducenta. §. vtr, & j. de proba. licet. (indeterminate) not. disiunctam vocari † indeterminatam, vt hic. argumen ff. de conditio. indebi. l. cum is. § voti. ff de verborum, obliga. l. vbi autem non apparet. § quiillud, & est ratio, quia † omnis disiuncta est vna, sed dubia, sed copulatiua est plures, secundum philosophum, & probatur. ff. de lega. j. si ex toto. §. si ita, & ff. de verborum obliga. pluribus, primo respon. & l. inter stipulantem. §. si stipulante, & §. sequenti.

ADDITIONES PROBI.

IN facto Bituricen. adde non tamen omnimodè ad propositum id, quod voluit Alber. in l. j. ff. de constitu. Princi. quod aduocati † curię Romanæ, quando deficiunt eis iura ad allegandum, dicunt ego sic vidi interloqui Papam, quod nouerunt aduocati. Parisienses dicentes, vidi arrestum in casu simili latũ per curiam parlamenti. Sed dic, quod huiusmodi iudicia nihil faciunt, dato, quod sit verum cum non sint redacta in corpore iuris, tum etiam quia non exemplis, sed legibus iudicamus. l. nemo. C. de senten. & interlocuto. omnium iudic. nisi quando est dubium dixi. s. in præfa. num. 52.

¶Præterea attende, quod Archiepiscopus Bituricen. dicitur primas in Francia, prout & Archiepiscopus Viennensis, refert Franci. de Patauinis in tract. ne sede vaca. in præludio. 6. versicu. Sunt etiam primates. de Bituricen. habetur in c. fi. s. de maio. & obe. & in ca. exposuit de dila.

¶Vide Ioan. Montaigne in tract. de authori. sacri cõcilij: quærela enim est antiqua de primatia Aquitaniæ inter Bituricen. Archiepiscopum, & Burdegalen. quæ sumpsit exordium seu datus est libellus in ea, coram Gregorio. 9. in qua erat aduocatus Rofredus, vt testimonium perhibet in rubr. quæ iura habeant primates in suffraganeos suos, vbi idem dicit de Tolletano contra Compostella. Archiepiscopum.

¶Idem habes, quod Archiepiscopus Bituricen. eo ipso quod in Archiepiscopum eligitur, etiam, & ei sibi prouidetur de canonicatu, & hoc de speciali consuetudine, de qua per glos. in cap. pe. & ibi Ioan. Andr. loquens de Archiepiscopo Bituricen. s. de conces. præben. quæ consuetudo seruatur in ecclesia Ebredunẽ. & Dignen. ipsius suffraganea, secundum Hostien. ibi, qui dicit se testimonium perhibere, quia vidit, & palpauit, quod facilimè credendum venit: quia Archiepiscopus Ebredunen. erat, vt patet ibi, in ecclesia nostra, scilicet Ebredunensi.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XX.

¶Qui contra certam & nominatam personam. &c.

QVI contra. Hic interpretatur decretalis, vt circa. s. eodem. Et sic fuit diffinitum in facto Frigien. Et par ratio simile ius suadere videtur. C. ad legem Falcidiam. l. fin.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXI.

¶Sicut cum per formam scrutinij ad electionẽ. &c.

SVMMARIVM.

1 *Actus sunt suppositorum, vel singulorum.*
2 *Collegium licet ex multis constituatur, est tamẽ vnũ representatione. Facile est, vt aliquid reducatur, ad id, a quo effluxit.*
3 *Prout contractum est, peti oportet, & sententia debet pronunciari, vt petitum est.*
4 *Plures iudices delegati habent causam ab vno, non sic arbitri. Redditur iudicium in inuitum.*

SICVT cum per formam. Ab olim erat statutum, quod quando proceditur per viam scrutinij, communis electio sequi debet. s. eo. quia propter, & c. in Genesi. Et hodie statuitur, quando proceditur per viam cõpromissi. Sed quæ fuit ratio? Respondeo. collegium eligit. 16. quęst. vlt. c. vlti. Quia cum † actus sint suppositorum, vel singulorum, secũdum Philosophum. Iste actus qui est eligere, sic competit collegio, quod singulis de collegio competit: cum quilibet contemptũ suũ prosequi possit. j. eod. Ecclesia. 2. Vnde vt res ad suam naturam reuertatur, prouisum est dictis casibus, vt fiat electio communis per vnum, non per plures.

¶Collegium † enĩ licet ex multis cõstituat, est tñ vnum representatione. ar. ff. de fideiusso. l. mortuo in fi. Et cõstat, quod in forma compromissi vice oĩum est ecclesiæ viduatæ proui-

prouidendum.s.eo.quia propter, versicu. vel saltem Et ideo decet, vt in hac forma fiat communis electio, vt res suo principio, a quo fluxit attestetur, siue ad id reducatur, quod est facile.ff.de pactis.l.si vnus.§.pactus.versicu.quod in specie.ff.de libe.& posthu.l.filio quàm.

¶Sed quid, si sit compromissum in vnum, vt s.eo.causam.dic quòd eius factum totum est vnum. Vnde nõ est necesse reductione ad alium, cũ non sit recessum ab vno, vt d.c.causam (facienda.) ff.de arbit.Item vnus.§.Item si plures.§.fin.& l.seq.& ibi not.

¶Et est ratio. Quia vbi in plures compromittitur, vt in plures necesse fuit, vt omnes pronunciarent, quia prout 3 contractum est, peti oportet, & sententia † debet promi, vt petitum est.ff.de arbitr.l.Pedius, Instit.de actio.§.huic autem.ff.communi diuidundo.l.vt fundus.j.de Symo.licet Hely.j.de accu.qualiter & quando, circa finem.

¶Et idem dic in pluribus delegatis iudicib.ff.de re iudi.l.duo ex tribus.

¶Dicunt tamen quidam esse satis, quòd vnus pronun-4 ciet aliis præsentibus, secus in arbitris: quia plures † iudices delegati habent causam ab vno, non sic arbitri, & magis arbitrium pendet a partibus, cum sit volũtariũ, quàm iudicium, quod redditur in inuitum.ff.de verbo.oblig. inter stipulantem.§.j.Et ideo iudicium reduci potest cõueniens ad vnum, quàm arbitrium. hodie tenẽ quod habetur.j.hoc lib.de re iudic.cum ab vno.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXII.

¶Statutum fœlicis recordationis Gregorij.10.&c.

SVMMARIVM.

1 *Pœnale est restringendum.*
2 *Appellatione ecclesiæ parrochialis non cõtinetur ecclesia parrochialis habens dignitatem præsidentiæ.*

STATVTVM. Hęc decretalis interpretatur cap. licet canõ.s.eod.vt dictum.ca. dignitates non comprehendat.

¶Et est ratio.s.eo.cap.cum in cunctis habebatur certa forma in dignitatibus, & ecclesijs parrochialibus. Et quod ibi erat ferendæ sẽtẽtiæ, fit latæ in cap.licet, quo ad ecclesias parrochiales. Ergo in alio statur iuri antiquo.C.de appella.pcipimus in fin.C.de testa. sancimus.j.de priuileg.pastora.j.eod.constitutio.

1 ¶Alia etiam ratio hic redditur, cum d.c.licet, sit † pœnale, & sic restringendum.ff.de pœ.l.interpretatione.j.hoc lib.de præben.quãuis.j.respon.j.hoc lib.de fil.presbi-2 tero.ca.j.in fine (extiterint, Hic no.appellatione † ecclesiæ parrochialis non continetur ecclesia parrochialis habens dignitatem præsidentiæ, quo ad collegium. Et est ratio. Nam nominando parrochialem ecclesiam nõ comprehẽditur dignius in illo genere.C.de aquę duc.l.eos lib. 11.& no.j.hoc lib.de regu.iur.in generali, & iam non habet denominari a ecclesia parrochialis, sed dignitas.j. de præben.extirpandæ.§.qui vero, & j.hoc lib. de præben. super.eodem.

ADDITIONES PROBI.

a HABET denominari. Istud facit ad id, quod no.Car.consi.30.Quidam a presbiter.colum.j.quòd quando concurrunt ad idem cura collegij, & cura parrochiæ, sufficit de cura collegij fieri mentionem tamquàm de principali. Parrochia enim adhærens Parrochiæ pro nulla estimatur, per text. nostrum, ibi, etiam si alias Parrochiales extiterint, & illud fortificat per dictum Ioan. Mona.hic, cum quo Archi. Fit enim denominatio a potiori, quando duæ qualitates iunguntur in vnum subiectum, vt in Authẽ.vt iudi.sine quoquo suf.§.illud tamen.colum.2. Sic etiam in electione, cum coniunguntur forma scrutinij, & forma cõpromissi, licet limitati.s.hoc titu.cap.dilecti.& cap. cum expediat.hoc lib. Vide quæ dico. in capitu. super.eodem. j.de præbend.& latè per Signo. de Homedeis.consi.168. in curia.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXIII.

¶Si cui eligendi potestas data fuerit sub hac &c.

SVMMARIVM.

1 *Quãdo est data certa eligẽdi forma, electores illã nõ possunt excedere.*
2 *Totum capitulum potest dare potstatem vni, ergo illi qui habebit maiorem partem comparatione minoris.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ratio, & mens sunt sicut anima, & verba sicut corpus, & superficies. Actus nostri debent regulari a ratione.*
2 *Sententiæ sunt præponendæ verbis, sicut anima præfertur corpori. Probabiles rationes præponuntur opinionibus, doctorum. Vbi habet locum ratio, ibi habet locum lex.*
3 *Data paritate testium, credendũ est eis qui meliorẽ assignant rationẽ. Nõ valet statutum, quod credatur testibus deponentibus sine ratione.*
4 *Homo qui non vtitur ratione, non est homo, sed bestia. Omne dispntatione agendum, & ratione iuuandum est. Qui sine ratione loquitur deridendus est.*
5 *Ratio quæ redditur, debet esse concludens. Ratio quæ est eadem cum dicto non probat: quia non concludit.*
6 *Ratio, & intellectus idem sunt.*
7 *Correcta rõne legis, & ea restricta, etiã lex corrigitur, & restringitũ.*
8 *Maior, & senior pars copulatiuẽ in electionib. ecclesiasticis requiritũ.*
9 *Maior pars reputatur pro toto, vide fallentias hic.*
10 *Turpis pars esse dicitur quæ suo non congruit vniuerso.*

a 1 SI cui. a Ratio huius capituli est hic. Quia † cũ certa forma data sit eligendi.s.eod.quia propter electores iure astricti illam non possunt excedere.ar.ff.de lega.j.nemo. Et ideo quicquid factum est contra concilium, quia propter, illud totum est irritum, vt hic.

2 Sed quæro, † totum b capitulum posset dare vni potestatem.s.eod.causam. ergo illi, qui habebit maiorẽ c partem comparatione minoris. Solu. primum factum non est dãnatum, sed secundum sic, vt hic, & s.eo.quia pter.

Item primo casu est voluntas totius capituli transferẽdo in vnum solum potestatem eligẽdi, sed hic non transfertur, sed vota scrutari mandantur, quibus scrutatis non deuenitur ad maiorem partem capituli.

Et sic vota istorum capitulum non faciunt, secus si vota facerent maiorem d partem.ff.de regu.iuris. Aliud §. referatur.C.de lega.l.si quod, lib.10.& j.de his quæ fiunt a maior. parte capituli.c.j.& est expressũ.j.eo.cũ expediat.

ADDITIONES PROBI.

a 1 RATIO. Quæ prout, † & mens sunt sicut anima, & verba sicut corpus, & superficies. Et sicut homo cõstituitur ex anima, & corpore, sic dispositio ex mẽte seu ratione. Et sicut corpus regulatũ ab aĩa seu regulari dẽt, ita actus nrĩ debẽt regulari a rõne.

Est enim ratio anima cuiuscunque dispositione.l.non dubiũ vbi Bal.C.de legib & Pan.in c.si.col.3.s.de rescrip. Ideo magis attẽdimus rationem intellectus, quàm vocabula, & verba. Pro hoc Bal.in l.si quis seruo.C.de fur.Petr. de Ancha.in c.canonum statura. in fine.s.de constitu.facit tex.in l.scire oportet.§.sed & si maximè.ff.de excu.tut.

2 Item † sententiæ præponendæ sunt verbis, sicut anima præfertur corpori.facit.cap. sedulo.28.dist.

Item ratio canoni æquiualet, & probabiles rationes pponderantur opinionibus doctorum. Fran.Cur.consi.57. nu.15.sup eo vide quæ dixi post Io.Mo.in c.j s.de cõstitu.

Item vbi habet locum ratio, ibi habet locum lex. Petr. de Ancha.consi.215.colum.fin.scripsit Papa.

3 Item data † paritate testium credendum est eis qui assignãt meliorem rationem. Fely.in c.licet causam.col.8. de probatio.& est tex.in l.hæres absens.§.proinde.ff.de iudi.in tantum, ꝙ non valet statutum, ꝙ credatur testib. deponentibus sine ratione secundum Bal.in l.si non speciali.ad finem.C.de testa quod sequitur Fely.vbi.s.

Et dato, ꝙ valeret, debet intelligi si non fuerunt interrogati, vel nisi assignant malam rationem. Dec. consi.37.

¶Alia de ratione reddenda. vide do. meum de Ripa. li. 2. inter. cap. si quando. nu. 20. cum sequen. qui subdit. nu. 28. ꝙ homo qui † non vtitur ratione non est homo, sed bestia, secundum glo. in Authen. de mo. in princi. in verbo, decentem. coll. j. Omne enim disputatione agendum, & ratione iuuandum est. cap. vides. 23. quæst. 5. facit text. c. nulla ratio. s. de præben. & qui sine ratione loquitur deridendus est. l. & an vltro. §. j. ibi. sed Celsus eleganter deridet. ff. de nego. gest. quæ lex facit contra Doct. qui consulunt sine lege, & ratione. testatur Bald. in prælūdio feudo.

4

5 Item ratio † quæ redditur debet esse concludens. text. in d. c. si quando, ibi, rationabilem causam, meritò dicimus, ꝙ testis assignans rationem, quæ sit eadem cum dicto nō probat, quia talis ratio non concludit. l. fin. ff. de offic. procura. Cæsar. l. quod Labeo. ff. de Carbo. edic. Bald. in l. solā. C. de testi. text. in l. qui interrogatus. ff. de petitio. hæredit. Bar. in l. curatores. ff. de offi. procura. Cæsaris. post text. ibi.

¶Pro præmissis vide eundem Pet. de Anch. in repe. d. c. canonum statuta. car. mihi. 15. ibi, & concludo, ꝙ si ratio in lege non exprimit, debet intelligi naturalis, & verisimilis quantum potest. Nec dicetur interpretatio extēsiua, sed intellectiua: quia † intellectus, & ratio idem sunt. facit. l. vnum ex familia. §. Imperator. de lega. 2 & quod notat Bald. in l. quamuis. C. de fideicom. & latius Alex. consi. 89. colum. 2. & 4. Circa primum. vol. 6. dico in c. j. de tempo. ordinan. facit equidem. Nam quò progreditur ratio, q̄ est anima legis, progreditur, & ipsa lex. Bart. in l. regula. §. si quis. ff. de iur. & fac. igno. Et correcta † ratione legis, & ea restricta, etiam lex corrigitur, & restringitur. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro. cap. cum cessante. s. de appella. Alex. in l. ex facto. in 2. not. ff. de vulga. Idem in l. j. col. 2. ff. solu. matri. Ias. in l. quod dictum. ff. de pac.

6

7

¶Pro præmissis, postremò habes qđ no. Pet. de Ancha. consi. 96. versic. in contrarium. Super dicto dubio, ꝙ nec minus rationes efficaciter concludentes sunt considerādæ, quàm cortices verborum, imo magis intētioni quàm verbis deseruire debemus. j. q. j. Marchion. Idem Pet. cōsi. 111. colum. 2. Ex supradicta: qui dicit, consi. 159. colum. 2. Rationes. quòd magis mens, quàm verba debent considerari, maximè quando ex verbis ad corticem intellectus resultat vitiosus, vt l. scire oportet. §. aliud autem. ff. de excu. tut.

b ¶Totum capitulum. Totum hic non capitur pro majori parte, prout in seque. dico. Nam in tali subdelegatione requiritur, ꝙ fiat de licentia omnium. Feli. in cap. cum omnes sub num. 18. versicu 14. fallit.

c ¶Maiorem partem. Adde Roma. consi. 366. Quæritur nunquid.

d ¶Maiorem. Quæ maior † & sanior pars (dico copulatiuè) in electionibus ecclesiasticis requiritur secundum magis communem opinionem. Doct. in ca. quia propter. s. hoc titu. firmat Alex. consi. 92. num. 7. perspecta. volu. 7. vbi latè disputat, an id habeat locum in electionib. prophanis, quod videre placet.

8

¶Vlterius adde in proposito. Barto. in l. cum Delanionis. § sabinus. ff. de fundo instructo, dicentem quòd maior † pars reputatur pro toto. per illum text. quia si statutum dicat.

9

¶Quicunque habitauerit per tot annos sit ciuis, quòd videtur habitare qui maiori parte anni, & causa manendi ibi habitat. Idem in simili si plures ludunt ad palletas, quando projjcitur lapis ad certum signum, si lapis frāgitur in duas, vel plures partes, attendi debet tantum maior pars, & secundum illam iudicari quis sit proximior signo. glos. Institu. de rerum diuisio. in §. Regionem, quam pro hoc allegat Cæpo. in suis co. Cri. consi. 19. colum. 2. Datū est damnum. Ista quippe regula fundatur in l. quod maior, ibi, pro eo habetur, ac si omnes egerint. ff. ad municipa. Et sic ratione huius clausulæ, ac si, verificatur, ꝙ non verè, sed per fictionem quandam, vt dixi latè. s. ca. cum in tua, de consuetu. versic. hanc enim materiā perinde. Et ratio huius regulæ videtur in euidenti apparere, quia negocia vniuersitatis nunquàm possent (saltem de facili) expediri, si omnes deberent consentire. Vnde secūdum Bar. in l. quicunque, la 2. in fi. de omni agro deserto. lib. 11. C. Quòd quamuis dicatur in aliquo actu de consensu omnium. Idem tamen esse videtur in consensu maioris partis. Idem Bald. in l. rescriptum. in princ. per illum tex. ff. de pact. & in l. veterem. ff. de autho. præstan. firmat Calca. in consi. 1. col. 3. & 4. quem videas precor, si non graueris.

¶Et licet hæc regula sit iuribus, & authoritatib. in schola legali. & canonica comprobata, vt videre licet per ea, quæ tradit Lap. alleg. pe. tamen videtur moderanda. Primò nisi constet de mente disponentis, ꝙ præcisè consensus omnium requireretur, quod verificare poteris per gl. not. in c. vbi periculum. §. Idem quoque in verbo, singulis in fin. s. hoc tit. & in c. cupientes. eo. tit. Firmatur per Bal. in c. non potest. s. de re iudi. vbi citat, ꝙ maior pars attenditur, nisi expresse statutum sit, ꝙ omnes debeant cōsentire. Et illi de vniuersitate statuere possunt, quòd in aliquo actu omnium consensus præcisè requirat. notat Panor. in c. constitutus. col. pen. in versi. Ex quo notabis. s. de appella. Et ratio resultat ex dictis Bald. in d. c. non potest: quia ille numerus datus est pro forma, qua non seruata, corruit actus tamquàm deficiente substantia, secus si adhæreret actui tamquàm qualitas, quæ facilius remouetur siue inducitur, quàm substantia. glos. fina. in l. talis scriptura. ff. de lega. j.

¶Contra tamen huiusmodi moderationem habeo id quod notat (post Docto. in cap. j. s. de his quę fiunt a maio. parte. cap.) Alexand. consi. 224. in re tam graui. volumi. 6. quòd si capitulum statuat, & determinet, quòd in aliquo actu requiratur concordia maior, quàm maioris partis, non valebit statutum.

¶Moderare, & secundo nō habere locum vbi maior vellet aliquid statuere contra illud, quod iam semel ordinasset. ita dicit in effectu Inno. in c. humilis s. de maior. & obediē. Pro quo vide Fely in cap. cum omnes colum. 10. sub nume. 18. versi. fallit. 2. s. de constitu. qui non videtur hanc indistinctè tenere. pro ea tamen facit. ca. omnis res. s. de reg. iur. & l. vulgata in scholis, nihil tam naturale.

¶Moderare, & 3. nisi alij vellent statuere contra ius, vt dicit idem Inno. in d. c. cum omnes. refert, & sequitur Roma. in repeti Rubri. ff. de arbit. Bald. in l. fin. C. de authoritate præstan. facit quod not. Domi. cōsi. 55. colum. 2. Quidam populus, quòd præualet dictum vnius habētis in sua contradictione conformitatem iuris: ita, vt ei stetur contra dictum omnium de vniuersitate. 31. di. cap. Nisena.

¶Moderare, & 4. non habere locum vbi tractatur de reformatione alicuius officialis in ciuitate, quia tunc nō est sufficiens maior pars, sed opus est, quòd omnes in vnū consentiant. Iste est casus singularis secundum omnes in Authen. de defen. ciuita. §. & si quidem ibi, communi cōsensu, & nullo reluctante. ita dicit Roma. in d. repeti. & Ange. de Perusio in l. maiorem. ff. de pact. Et hoc de iure communi. secus si aliter disponeretur per statuta secundum Anto. Cor. in singul. in verbo, vniuersitas, vbi ponit alias modificationes, & latius Fely. in d. cap. cum omnes, vbi ponit vsque ad numerum. 14. Aliam modificationē poteris colligere ex dictis Maria. Socy. consi. 45. col. pen. visa appellatione, videlicet quando actus geritur in præiudicium singulorum de vniuersitate: quia tunc regulariter omnes debent consentire. glos. Innocen. & canonistę in d. cap. cum omnes. s. de constitu. Bart. in l. quidem. maior. ff. ad municip. Bald. in l. fin. de authoritate præstan. C. Istud vltimum comprobat Pet. de Ancha. consi. 10. colū. fin. videtur efficaciter posse, vbi dicit, quòd istud vulgare, ꝙ non licet membrum a capite discedere. cap. penu. s. de maio. & obed. & Freder. consi. 1. colum. 2. iuxta illud. Turpis † pars dicitur, quæ suo non congruit vniuerso. cap. illa. cap. de his, & cap. nouit. 12. distinct. intelligitur cum caput seu maior pars (quæ regulariter venit sequenda) aliquid salubriter pro communi vtilitate statuit, & aliquid illicitè, caput non attentat, alias secus, quia hoc in casu laude dignus est qui caput non sequitur, vt c. si quis presbiterorum. s. de rebus ecclesi. non alie. facit. l. omnes iudices. C. de appella. quod sequitur Domi. d. consi. 55. in fine. Item tenetur minor pars sequi maiorem, cum vtitur iure suo, secus si abutitur, putà delinquendo. Tunc enim aliis non præiudicat. l. j § j. ff. de mag. conue. Et tunc est verum cum vtitur re ad vsum destinatum, secus si ad vsum insolitum, & grauamen singulorum, quia hoc casu stat regula, quod omnes tangit & c. not. in capitu. cum omnes. s. de constitu. in cap. humilis. s. de maio. & obedien. & in cap. bone. 2. s. de postula. præla.

10

¶BONIFA-

¶ Bonifacius Octauus. Cap. XXIIII.

¶ Quorundam oculos sic vitium ambitionis &c.

SVMMARIVM.

1 *Electio quando dicitur facta in concordia vel discordia.*
Refert an in lumine tractatus appareat euictor.
2 *Ius quæsitum ex electione concordi ex discordia secuta non corrumpitur.*
3 *Leuius quis repellitur ab administratione professionis alienæ, quam propriæ.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Initium attenditur in electione, vt dicitur facta in concordia.*
2 *Qualitas adiecta participio siue verbo debet adesse tempore celebrati actus.*
3 *Occasio discordiæ ex litibus & contentione nascitur.*
4 *Personas quæ non faciunt numerum in electione vide hic.*

QVORVNDAM. Hæc decretalis diuiditur ĩ quatuor partes. Primò ponit prœmium ad dicenda super electis religiosis extra ᵃ administrationes sui ordinis in discordia. Secũdò. §. (volentes) illud prœmium in religiosis mendicantibus pertractat. Tertiò. §. (circa) in religiosis non mendicãtibus. Quartò. §. (nos enim) actum in contrarium irritat (in discordia.) Nunquid † dicetur discordia, si sit mota post electionem quandocunque? & discordia si reducatur ad cõcordiam quandocunque? Respondeo. Litera dicit, electio est facta in discordia. Et tunc ᵇ dico discordiam, ᶜ licet post deueniatur ad concordiam, quia verum est ipsam electionẽ factã in discordia. Sed dico concordiã, quę fuit in fine electionis, & ipsa facta, licet postmodum apparuerit ᵈ contradictor. Et sic vidi seruari in simili. s. eo. nihil est, ad finem. Et refert an in limine contractus appareat euictor, vel non. C. de euictio. si post. quod est verũ quo ad priuilegium dicti capi. nihil, quia † ius quæsitum ex electione concordi ex discordia sequuta nõ corrumpitur. l. fi. C. de nup. secus. s. eo. c. cupientes. §. si vero.

ᵉ ¶ Circa hunc. §. intelligo ᵉ de his religiosis, qui assumũtur extra sua monasteria, sicut pręcedens loquitur de mẽdicantibus electis extra administrationem sui ordinis: alias procemium loquens de administrationibus extra electi ordinem non faceret ad propositum, & hoc. cap. §. non adeo arctantur religiosi non mendicantes, sicut in superiori. §. arctantur religiosi nõ mendicantes, quorum electio in discordia non valet. Sed aliorum sustineri potest. non irritatur hic, si nõ fuerit facta a minori parte numero, & hic. §. innuit hoc: qui præcedenti non aduersat, sed cõtinuatur ᶠ in verbo, quoque, hoc etiam innuit verbum quod est infra. §. licentia suorum prælatorum.

3 ¶ Et est ratio prędictorum quia leuius † repellitur quis ab administratione professionis alienæ quam propriæ (parte numero) quod intelligo de facto ᵍ non de ficto per seductionem faciendam: alias nihil adijceret hæc cõstitutio ad iura antiqua.

ʰ ¶ Et intelligo, siue eodem prætextu fuerint factæ duę ʰ electiones, siue ex interuallo. Et sic declarauit Papa in facto monasterij Aramacẽsis, Trecẽ. diœcesis, me præsẽte.

¶ Sed contra. s. eo. si quando. Sol. illa ponit aliam prouisionem contra attenuationem. ad quam quis non admittitur isto casu. hic ponit aliam prouisionem ad arctãdum monachos electos minori numero extra sua monasteria.

ADDIDIONES PROBI.

EXTRA. Vide quæ in proposito dicit Decius in con. 523. alias scripsi.

1 Et dico. hic habes † attendere initium, videlicet vt ab initio facta sit electio in cõcordia. Quod moderare nõ procedere in electione monialium, quia eo in casu sufficit superuenientiam concordiæ. text. in c. idemnitatibus. §. si autẽ nulla. ĩ. hoc ti. Car. in Cle. quia circa q. 5 eo. ti. vbi ponit aliam fallentiam. Et dic initium attendi ex vi huius verbi, celebratis, secundum Archi. hic col. 2. quæ in hoc concordat cum Io. Mo. & sequitur Pet. quia qualitas

2 † adiecta participio, siue verbo debet adesse tempore celebrati actus. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. & l. Titius. ff. de testa. milita.

3 ¶ Discordiam. Cuius † occasio ex litibus & cõtẽtione nascitur. l. seruu⁹. ver. sed si aliqua. ff. de actio. & obli. l. cũ oportet. §. finautem res, in fi. ff. de bonisquę liber. Decius. consi. 520. num. 10. in causa.

d ¶ Apparuerit. scribentes hic in hoc non discordant a Ioã. Mo. quẽ sequitur Stepha. in Cle. ꝙ. circa eo. prout ibi refert Card. q. 4. Firmat idem Io. Mo. in c. fi. hoc. ti.

Intelligo. Oldra. consil. 103. quod exorditur. Quæstio est, pluribus fundamentis, hic per Petrum ad calamum relatis videtur concludere. §. circa, non habere locum in monacho electo ad abbatiam proprij monasterij, & sic tenere opinionem Io. Mo. & Archi. contra quos hic tenet Io. And. tam in glo. in verbo, quaslibet, quàm in nouel. vbi dicit ꝙ fertur Io. Papam suam in consistorio publico approbasse opinionem, quem sequitur Pe. de Ancha. in fine. Domi, & Francus hic qui dicit ꝙ ita approbat curia, & ita hodie tenenda est indistincte. Clem. 1. eo. ti. & est verior secũdum Domi. Et sic procedit tex. nõ solum si electio sit facta de religioso non mẽdicãte in alio monasterio etiam eiusdem ordinis, sed etiam si in eodẽ, & proprio monasterio propter verbum, quaslibet, in tex. descriptum: quod comprobat constitutionem fore generalem ad quæcunque beneficia vbicunque sita.

¶ Hinc sumpta occasione Probus hic post Do. dicit ꝙ si religiosis sit præsentatus ad ecclesiam parrochialem a minore parte patronorum, nõ valebit præsentatio, cum in ea locum habeat iste tex. vt hic per eos, nec præmissis refragantur verba in tex. posita, ibi, vel licentia suorum interuenerit prælatorum: de quibus Io. Mo. suum fulcit intentum. quia secundum Domi. hic licet quis eligatur ad proprium monasterium, tamen requiritur licentia ꝓprij superioris sui, & si non mediate tunc, saltem immediate. s. episcopi, qui hoc casu succedit abbati vel alteri ꝑlato defuncto. c. si religiosus, hoc tit. Non refragatur etiã hęc dictio, quoque, quia secundum Ioannem Andream. Domi. & Franc. potius videtur ordinis copulatiua, idest superuacua, vt potius ponatur ad ornatum, quàm copulatiue, vt patet in c. si motu depręhendis. hoc libro. & capitulo sequeti cum similibus.

f Quoque. Vide pro hac & intento principali Dec. consil. 123. alias scripsi.

g ¶ Non de facto. Pro hoc habemus hodie tex. in Cle. qđ circa. eo. ti. vbi glo. dicit ꝙ tex. ille approbat dictum Ioan. Mo & Archi. hic.

Et pro intento & illius intelligentia pone, Sunt duodecim canonici regulares vel monachi, procedentes ad electionem pastoris. Octo eligũt. S & quatuor. P. hac electione sic facta, reperiũtur ipsi octo excommunicati, aut suspensi, medio cuius. P. dicit se electum a parte maiori, & eo medio ꝙ eius electio tanquam validior debet confirmari. An veniat audiendus? Et dic ꝙ non: quia licet reperiatur electus a maiori parte respectu habilium, & sic fictione, non tamen respectu numeri, vt hic requiritur. Mens enim Cle. quia circa, eo. ti. super qua fundatur doctrina Io. Mo. est, ꝙ alias hebens vocem ex fictione, non excludatur a numero. Secus si non habeat, nec in actu,

4 nec in habitu: vt si cut † non professus impubes, non cõstitutus in sacris. Item qui venire noluit. Item qui declarauit eligere nolle. Item notorie excommunicatus & declaratus inhabilis per sententiam hominis. Et ille qui ad aliud monasterium transierit. Item qui suo beneficio (ratione cuius vocem habet) renunciauerit, & renunciatio est per superiorem admissa. Item intrusus in beneficio, propter quod vocem habet. Item ille qui priuatus est beneficio ipso iure, propter quod etiam vocẽ habet. Quia isti nõ computantur in numero personarum nec vocũ. Ita dicunt Domi. in capi. Indemnitatibus. §. sanè. colum. 2. ĩ. hoc titu. Ioan. Imo. & Card. in d. Cle. quia circa, post glo. ibi, qui ibi. colum. 2. verificat de notorie excommunicato. Quia non fuit de intentione huius cap. & d. Cle. quia circa ꝙ cogerentur non excommunicati communicare

nicare excommunicato: quod iura prohibēt etiam Gallicana, vt patet in titu. de excōmunica. non vitan. in fin. in pragm a. & concor. Alia verificat in col. 4. quæst. 12. de im pubere: per cap. ex eo ꝙ & d. capi. Indēnitatibus. j. respon. hoc titu. de non professo: per cap. nullus eo. de non constituto in sacris. per cle. vt hi qui, vbi gl. de æta. & qualita.

h ¶ Duç. Idem si fiat vna sola, sed a maiori numero secundùm Ioan. and. hic in nouel.

¶ Bonifacius octauus. Cap. XXV.

¶ Vt quis duas electiones de se in aliqua ecclesia &c.

SVMMARIVM.

1 *Aliquid potest deberi ex pluribus causis.*
2 *Electus de duabus electionis habet eligere vnam, qua electa sibi præcluditur via in altera.*
Protestatio, quæ vagationem inducit, repellenda est.
3 *De incerto deueniendum est ad certum: non econtra.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Quare quis potest se iuuare pluribus prouisionibus, non pluribus electionibus.*
2 *In iure acquirendo requiritur decretum quod debet esse super certo.*
3 *Quis potest petere possessionem beneficij virtute duplicis collationis Reo licet ex duabus causis se defendere.*
4 *Multiplicatione vinculi non est tollere vinculum.*
Multiplicatio excommunicationis non est contrarietas.
Secundò appellare non est contradicere appellationi primæ.
Succumbens ex vno titulo non prohibetur agere ex alio.
5 *In possessorijs iudicijs quelibet pars tenet partes actoris & rei.*

1 2 VT QVIS. Hic notatur licet † aliquid possit deberi ex pluribus[a] causis. ff. de acquiren. po. l. 3. §. ex pluribus & §. sequen. & ff. de excep. rei iudi. l. & eo. an §. actiones. & §. sequen. tamen ne fit vagatio habet electus † de duabus electionibus eligere vnam: qua electa: via sibi præcluditur in altera. s. hoc li. de postu. c. vno. & ibi not. [protestari)

Nota protestationem quæ vagationem inducit repellendam Econtra illam quæ arctatur, vagationem esse admittendam ff. de acquir. hæred. l. pro hærede.

3 Et quia de incerto † est deueniendum ad certum: non econtra, Insti. de actio. §. curare. Io. Mo. Cardin.

ADDITIONES PROBI.

a 1 EX pluribus. Scribentes hic satis instare videtur que † ratio diuersitatis sit, quare potius qui se iuuare possit pro beneficio cōsequendo diuersis titulis, electus vero nō pluribus electionibus, sed tantum vnica, quam maluerit eligere ad cōfirmationē petendam: rationem illam ponit hic Archi. quia iura fauorabilia sunt, vt ius quæsitum retineatur & habeatur, quia ibi nulla potest notari ambitio, quàm in iure ad rem quærendo, Ista ratio videtur persuasiua: meliorem tamē & vrgentiorem video ponere Domi hic col. 2. qui dicit

2 quia ī iure † acquirēdo requiritur decretum. i. confirmatio. & decretum debet esse super certo. c. j. de conce. præben. hoc lib. & cle. j. eo. ti. alias si liceret vtranque prosequi electionem, sequeretur ꝙ id veniret in libello, dicendo sic. Peto duas electiones factas de iure confirmari, vel alteram ex his, quæ valet, & sic nesciretur quæ. Sed in iure quæsito non est necessarium decretum. i. confirmatio, sed executio ideo meritò quis potest consequi varios titulos super eodem beneficio & oratione illorum se defendere Iste est text. quem ibi nescit alibi Panor. in c. post electionem. s. de conce. præbend. no. 3. Pro cuius dicti elucidatione vide vltra scriben. hic Pet. de Ancha. consi. 65. col. fi pro cla iori. Alex. in consi. 27. nu. 3. attentis vol. 3. & Roma. consil. 433. nu. 7. Quo ad primum ꝙ sufficit &c. & consil. 350. in casu propositæ consultationis. Nicola. Boerij in additio. ad Di. in c. j. de regul. iur. hoc. lib. Ioannes And. in c. cum personæ col. fi. de priuileg. hoc lib. Fely. Post Panor. ibi in c. in nostra. col. 2. & 3. s. de rescri. Cal. consil. 7. hoc nostro titu. Imo. in ca. ex parte Astensis. s. de conce præben. qui omnes & communiter alij conueniūt in vnum, vt quis in beneficialibus diuersis titulis possit

3 se defendere, non tamen agere, fatentur equidem quòd quis possit petere possessionem beneficij virtute duplicis collationis etiam factæ a diuersis: Et hanc partem tenet hic Lapus abbas prout refert hic Gemi. col. 2. & Franc. in fine. firmat Lapus allega. fi. Pro hac parte multum vrgēt rationes per Cal. vbi s deducte. quia sicut reo licitum est simul ex duabus se defendente. c. veniens. s. de præscrip. & regula, nullus pluribus. j. hoc li. & sic debet licere actori regula non licet eo. li. Item vbi sunt plures actiones nō contrarię, & quæ electione non tolluntur, sententia in vna lata non parit exceptionem rei indicatæ in alia.

Sed habere duas collationes nedum vnius sed etiam

4 diuersorum, non est contrarietas, Quia † multiplicatione vinculi non est tollere vinculum, sicut in multiplicatione excommunicationis non est contrarietas glo. post tex. in c. ita ita quorundam. s. de Iudeis dico post Io. Mo. in c. j. de his quæ vi.

¶ Item sicut secundo appellare non est contradicere prime appellationi: no. in cle. vna de dolo, nec succumbens ex vno titulo, prohibetur agere ex alio. Nec sententia lata in vno parit exceptionem in alio. ca. fi. s. de causa po. & proprie. ergo ex duabus gratijs ad possessionē quærendam non est iuri inimicum: de hoc videtur casus in d. c. post electionem, vbi ille R. prosequitur duplicem concessionem & erat actor, quia tex. dicit ꝙ tam ratione primę quàm secundæ concessionis per sedem apostolicā petijt confirmari. Ista sunt verba Cal. quæ omnia nota tu Galle, cum in regno controuersiæ beneficiales per modum possessorij ferè omnes deducantur coram laicis, in

5 quibus † quælibet pars videtur tueri partem rei & actoris, vt patet in conclusione intenti cuiuslibet: tum etiam quia reus excipiendo, efficitur actor. l. 1. ff. de excep. & ibi Bart. quæ subdit ꝙ exceptio est opponenda in forma specifica, aliter non releuat excipientem. Inno. in c. cum super. eo. s. de appel. Bal. in l. 1 C. vnde vi. meminit Calca. in consil. 36. nu. 14. casus in facto proponitur.

¶ Igitur tam conueniens quàm conuentus potest in eo possessorio se tueri & defendere pluribus titulis simul, prout & petere: vt sentit Lapus in d. alleg. fi. ibi. Aut possessionem beneficij vult retinere vel adipisci ex duplici collatione, & hoc optime potest. Et in rei veritate, si bene attendatur, quis nō dicitur vti duplici titulo simul, sed alternatiue: vt puta Si contingat apparere me nō habere ius in beneficio vigore huius tituli: tamen apparebit in omnem euentum ius ex hoc secundo titulo competere. Ideo pars aduerta inadmissibilis. Vide quæ in proposito dico in capi. dilecto, de senten. excommunica. Et ꝙ in hoc iudicio retinendæ possessionis vterq; dici possit actor & reus, firmat do. Stepha. Bertrandi. consil. 277. nume. 2. viso processu causæ. parte. 2. Et con. 1. in princi. in tertia parte alleg. §. pe. Insti. de interdictis.

Bonifacius Octauus. Cap. XXVI.

¶ Si electio ex eo non sortiatur effectum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Electus canonicè habet ius licet non habeat exercitium illius iuris ante confirmationem.*
2 *Fraus quando probetur & præsumatur.*

SI electio. Dubiū huiusmodi. c. erat. vt videretur dari tēps quod supererat de tēpore statuto a iure. argu. ff. de minor. l. vlti. hic etiam videtur: quia videbatur vna vacatio, non plures: quod tamen non est verum. Nam electus † canonice habet ius; licet non habeat exercitium illius iuris ante confirmationem. no. 63. di. quanto. Et ideo eo recusante, renunciante siue ipso mortuo, aut eius electione irrita, tempus integrum remanet, sicut tremestre. s. eo. ne pro defectu. vel sex mensium. j. de conce. præbend. cap. 2. (iuri suo) ante

ante confirmationem (irritetur) per superiorem, qui de electione cognoscit. §. eod. nihil, in princip. & §. eod. quàquàm (fraudulenter) Qualiter † autem fraus probetur, & quãdo ipsa præsumatur. no. ǰ. hoc lib. de reg. iur. scienti.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXVII.

¶Si religiosus cuius arbitrium non ex sua. &c.

SVMMARIVM.

1 *Animus hominis generosus existit, & de se in altiora conscendit. Connaturale est homini, vt honores, & officia appetat, non sic ad onera aspirat.*
2 *Omnes aspirant ad honores, & nullus ad onera.*
3 *Maior est alienatio personæ, quàm rei.*
4 *Religiosus volens crescere requirat conuentus consensum.*
5 *Verba simpliciter dicta non habent intelligi cum præcisione.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Homo est animal regium honorum cupidum alteri sociale per naturã.*
2 *Homo debet esse virtutum cupidus, quæ ad se trahunt honorem.*
3 *An sine peccato homo possit appetere dignitatem aut officium.*
4 *Quædam honeste conceduntur, quæ non honestè petuntur. Sæpe officia petita, & desiderata tristem producunt effectum. Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.*
5 *Nõ virtutibus ex dignitate, sed dignitatibus ex virtute honor accedit.*
6 *An sit licitum pro publicis officijs dare pecunias, & recipere.*
7 *Difficile est, vt bono peragant exitu, q̃ malo sunt inchoata principio.*
8 *Vendunt in minuto quidam quæ emerunt in globo. Quod vocant canonistæ symoniam, legistæ ambitum appellant.*
9 *Verbum simpliciter prolatum, quomodo intelligatur.*

SI religiosus. Hæc decretalis habet duo dicta quæ sunt plana (dependet.) 12. quæst. j. non dicatis. ǰ. hoc lib. de testa. cap. 2. ǰ. hoc lib. de sepul. cap. vlti.

¶Sed contra. ǰ. de regula. licet.

¶Sed dic, quòd est casus diuersus nõ aduersus. Sed ratio diuersitatis est hęc. Animus † hominis generosus existit, & de se in altiora conscendit. Vnde est homini connaturale, vt honores, & officia appetat. Et inde est, quòd tunc motum ius deprimit, vt hic, & d. cap. 2. de testa. Non sic homo aspirat ad onera, sicut in d. c. licet.

¶Et quia omnes † aspirant ad honores, a & nullus ad onera: ideo aspicitur honor non onus (vacuetur) idest fit vacua, vt not. in simili. §. eo. quàm sit in fine (varia) hæc iura notantur. c. post translationem. ǰ. de renũcia. in prin. Et dic iura hoc est iurium prima facie aduersorum argumenta: sic accipitur ius. ǰ. hoc lib. de sepultu. c. 2. si quis. Et alias significationes huius verbi, ius, no. §. eo. cupiẽtes circa princip. (conuentibus) contra. 12. q. 2. sine exceptione. Dic casus est diuersus non aduersus.

Sed quare persona alienatur sine conuentus consensu, & res monasterij non, cum maior † sit alienatio personæ quàm rei. b 12. q. 2. præcipimus. 16. q. j. Ananias: ratio hic in tex. redditur, nec iste hoc casu alienari videtur, quia in melius commutatur, volente suo prælato. ar. ǰ. de voto, & voti redemp. scripturæ. & ǰ. de iureiur. peruenit. 2.

Item contra. ǰ. hoc lib. ne clerici, vel monachi. c. 2. Sed ibi est casus diuersus. Et ibi frater excellere vellet suos cõfratres, ipsis inuitis, quod esset grauius. arg. C. de bonisquæ liber. l. cum oportet. 2. Respon. Nec cõcordat huic dicto. ǰ. de temp. ordi. ad aures a cõtrario sensu: quia ibi religiosus crescere volebat intus monasterium, nõ extra, vt hic.

4 Et quando intus † vult crescere religiosus, etiam consensus conuentus est requirẽdus. 12. q. 2. alienationes. Et verba † dicta simpliciter non habent intelligi cum precisione. c Verbi gratia, episcopus potest vnire ecclesias. ǰ. de exces. pla. sicut. Nõ tñ solus potest, sed consensus capituli est requirẽdus. 16. q. j. §. sicut duo. & 19. q. 3. c. statuimus.

ADDITIONES PROBI.

à AD honores. Philosophus in Ethicis in proposito testatur, quòd homo † est animal regium honorum cupidum, alteri sociale per naturã. Nec vlla est tanta humilitas q̃ dulcedine gloriæ nõ teneatur. Vnde illa scilicet gloria a claris viris interdum ex humilib. rebus petita est. refert Valerius Maximus li. 8. c. 15. de Scipione, & quodam milite: Imo vt subijcit ibidem, Themistocles dictus Philosophus sapientissimus dulcedini gloriæ pœnæ adiecit gloriam.

2 Quia intelligitur, q̄ homo † debet esse virtutum cupidus, quæ ad se trahunt honorem, & quib. honor debetur, qui solus est præmium virtutis, & dari debet solis virtuosis. Et si malè dispensando eis non conferatur in hoc seculo per habentem potestatem, quia ipso facto eis competit: cum illo semper gaudebunt in paradiso, iuxta illud Statij lib. 7. Thebaidos. Ite (inquit) alacres, vestri nũquàm morientur honores.

Et continuando propositum Ioan. Mona. hic in dubiũ 3 reuocari conuenit. An sine † peccato homo possit dignignitatem, vel officium appetere, & desiderare. Dic istud dupliciter posse considerari. Primò modo si propter altitudinem status, ad quem sequitur honor & reuerentia ac sufficiẽtia temporalium, & hoc modo dicitur peccatum mortale: quia procedit ex cupiditate, & ambitione, & in hoc non fore dubium vtraque censura canit. +

+Sed non excedere culpam venialem, docet Nauarr. in manual. cap. 23. n°. 15.

Secundò vero modo, in quo pro vtraque via adest ambiguitas, vt potè quando dignitas aut officium appetitur, vt proximis prodesse possit principaliter, & præesse minimè. Et tunc prima fronte videt̃ laudabile, iuxta illud vulgatum. Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, non vt præsit, sed vt prosit. Contra tamen istud habeo illud Augusti. lib. 9. de ciuitate Dei. Locus enim (inquit) superior, & si administretur, vt decet, indecenter tamen appetitur. Et diuus etiam Bernard. Quotiens hominibus præesse desidero, Deum meum praeire contendo, & tunc non sapio quæ Dei sunt. Et Chrisostomus super Mathe. Quicũque primatum desiderauerit in terra, inueniet cõfusionem in Cœlo. Nec inter seruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit. hinc Apo. ad Hebræos. 5. Nemo sibi assumat honorẽ nisi qui vocatus fuerit tamquàm Aaron.

Equidem ista antiquorum patrum Romanorum exemplis clarificata stant, lege Valerium Maximum lib 5. c. 3. de ingratis: vbi Hala magister equitum Spurium Meliũ, regnum Romanorum affectantem occidit; quod fuit sibi reputatum ad maximam reipubli. gratitudinem & obsequium. & lib. 6. cap. 3. de seueritate, dicit. Par indignatio aduersus spurium Cassium erupit, cui plus suspicio cõcupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici consulatus ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus. n. populusque Romanus non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superiecit, vt Penatũ quoq; strage puniretur: in solo autem ædem Telluris fecit. Itaque quod prius domicilium potentissimi viri fuerat: nunc religiosæ seueritatis monumentum est. Et sequtur, eadem ausum Spurium Melium consimili exitu prima mulctauit. Area vero domus eius, quo iustitia supplicij notior ad posteros perueniret, Equimelij appellationẽ traxit, vt. Senec. li. 3. de beneficijs ait. Regnarę est nolle regnare cum possis. Ad quæ prudenter attendens Scipio Aphricanus consulatum ad vitam (vt ita dicam) ei oblatum, & honores diuersos recusauit. testis est Valer. Maximus. lib. quarto.

¶Vt autem in proposito ad nostros occurramus, quia præmissis astipulatur, quod notatur in l. 2. circa finem versicu. j. diuus Augustus. ff. de ori. iur. ibi, Et ideo optimus Princeps Adrianus cum ab eo viri prætorij peterent, vt sibi liceret respondere rescripsit eis hoc non peti, sed præstari solere, & ibi, glo. dicit, nota quædam † fore quæ honestè conceduntur, non tamen honestè petuntur.

Ad rem etiam pertinet. l. si quenquã. C. de episcop. & cleri. quòd indignus est regno & sacerdotio, nisi ordinatus fuerit inuitus; rogatus recedat, inuitatus effugiat. Sæpe enim officia desiderata, & petita tristem producunt effectum iuxta August. sententiam, dum dicit. Plerunque potestas quæ petit̃ præmit. Quid enim aliud est potestas culminis nisi tẽpestas mentis? in qua cogitationum procellis semper nauis cordis quatit̃ huc illucq; incessanter impellitur, vt per repẽtinos excessus oris, & operis quasi per obruentia saxa frangatur. hæc Grego. in pastor. Hinc vulgo dici solere. Tolluntur in altum vt lapsu grauiore ruãt. Et Philosophus. 8. Ethico. Principatus quãto maior, tãto instabilior, quanto sublimior ascensus, tãto lapsus periculosior. ac Ber. i suis epistolis. Quid postea ab his, q̃ possessa, onerant,

onerant, amata inquinant, & amissa cruciant. hæc refert Lucas de Pen. in l. iubemus de proximis sacr. lib. 12. C. Ex quibus facilimè elici potest, quòd † non virtutibus ex dignitate, sed dignitatibus ex virtute honor accedit. officia igitur, & dignitates desiderari non habent per mortales: quia a casu debent, & fortuna. l. vnica. de cōmi. & tribu. scola. li. 12. C. ad hæc attēdāt mortales nostræ ætatis q̄ officia ab ipsis Principibus precio appreciato accipiūt, quod videtur absurdum interquè mortales nequissimum. Quod vt manifestius istud nobis appareat, intro quæstionem ipsam.

6 ¶An † pro publicis officijs licitum sit dare pecunias, & pro eis recipere. Pro parte affirmatiua, prēmissis nō suadētibus, videtur tenendum primo edictum prohibitoriū si reperiatur procedit a iure positiuo, non diuino. Or iuri positiuo Cæsar siue alius Princeps non subest. l. Princeps. ff. de legibus cum similibus. In inferiore autem a principe videtur secus dicendum, per ea quæ notan. in Authent. vt iudi. sine quoquo suffra. §. hæc autem. omnia. colum. 2. & in l. quisquis. C. si certum peta. vtcunque tamen sit, siue a principe, siue ab inferiore venundentur officia ipsa, aut a pauperibus, aut a diuitibus emantur, iniquum videri, & damnabile. teste experientia rerum magistra: quia ex his infinita mala prouenire dietim videmus, etiam si probis vendantur. ratio extat in euidenti, quia principatus quē occupa uit ambitus, etiam si moribus, vel actibus non offenditur, ipsius tamen initij sui est perniciosus exemplo: 7 iuxta illud. Difficile † est vt bono per agant exitu quæ malo sunt inchoata principio. c. principatus. j. q. j. facit tex. in c. fin. ibi, quem, vt dicunt minus canonicè fuit institutus. s̄. de ac cu. ementibus.

Profectò difficilè est in potestatibus temperare qui per ambitionem sese probos simulauerint, q̄ si officium sub mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio minimè habetur, sed solum ad recuperand um, & reburfandum precium. cap. quoniam. s̄. ne 8 prælati vices suas. Pro quo vulgare dictum, vendunt † in minuto, quod emerunt in globo: hinc Valer. lib. 4. titu. de paupertate dicit, nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat: inopiæq; illustrium virorum publicè succurrebatur. Et sic honores, & magistratus qui virtuti debentur, precio non redimebantur, istud quippe ordinationibus regijs apprime videtur intuenti comprobatum. Et vt ad nostros veniamus, quòd officia vendi non possint. text. est. in l. Baphij de Murile. lib. 11. C. vbi glos. dicit istud esse simoniacum, facit text. in cap. lege Iulia. & cap. fin. j. quæst. j. casus est in cap. j. iuncta glos. ibi in verbo, consuetudines. s̄. de magi. quæ dicit, quòd talia emere est quasi simoniacum. Barto. post glos. in l. j. ff. ad leg. Iul. de ambi. quòd illud, quod vocant canonistæ simoniam, legistæ dicunt ambitum, qui committitur in redemptione pecuniaria officiorum. facit text. in §. si quis tutor versicu. sed si quis præsens Institu. de suspect. tutor. vbi redimens pecunia tutelam, tradi debet præfecto vrbis puniendus. l. j. §. Item solent. ff. de offic. præfec. vrbis. & vtrobique glos. arguit contra doctores, q̄ pecunia data, redimunt scholares.

b ¶Quod rei. Idem Ioan. Mona. in cap. vno. j̄. de maio. & obedien. & ibi dico.

c ¶Cum precisione. Verbum † simpliciter prolatum re- 9 fertur in rescriptis secundum iuris dispositionem. l. prior tamen. in fin. ff. de admi. rerum ad ciuita. perti. vbi Alber.

¶Item simpliciter prolatum intelligitur in sua rudi. & priori forma, & sic dicitur per prius. l. quæsitum. §. illud de lega. 3. Item in suo potentiori significato. l. fin. C. de his qui ve. æta. Impe. & l. Quintus. ff. de aur. & argen. lega.

¶In proposito videntur facere ea quæ citat Petr. de Ancha. in cap. cui de non. colum. fina. de præben. hoc lib. Quod si mandetur prouideri de beneficio competenti in aliqua ecclesiarum: tunc ista competentia cōsiderabitur ex persona impetrantis, vt sic sermo relatus ad personam intelligatur secundum conditionem personæ. facit. l. sed & si susceperit. ff. de iudi. & l. filiæ de lega. 3. pro hoc intento attende ad id de quo meminit Calca. in consi. 1. colum. 6. quòd si statutum dicat, quòd rapiens mulierem decapitetur. Si vir rapuit sponsam, vel vxorem de lupanari iste non decapitabitur, quia si deberet puniri, intellectus statuti esset vitiosus, & lex debet esse sancta, & immaculata. Bald. in l. ambigua. ff. de legibus. Et in hac succedit theorica communis, quòd omnis dispositio recipit restrictionem de habilitate. de quo per Scriben. in l. j. C. de sacros. eccles. vide quæ dico in regula, in generali. de regu. iur.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXVIII.

¶Nullus religiosus ad abbatiam seu prælaturā. &c.

SVMMARIVM.

1 *Professus expresse, potest eligere, & eligi, sed professus tacitè potest eligere, non eligi.*
2 *Professus expresse, facit sibi professionem, sed professo tacitè fit professio.*
3 *Magis nobile est quod facit sibi homo, quam illud quod sibi fit.*
Magis est meum quod acquiro me operante, quam quod habeo ex alio.
4 *Professio tacita est iuris, & expressa est hominis.*
Plus prodest expressum quàm tacitum, & hominis factum quàm iuris, & specialis prouisio quàm generalis.
5 *In ecclesia episcopali, & regulari potest assumi secularis, quod non est in monasterijs.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Dictio, nullus, videtur vniuersalis negatiua.*
2 *Expressio professa in cuius manibus debet fieri.*
3 *Vt beneficiū obtineatur per monachum, requiritur quòd sit expressè professus.*
4 *Sola voluntas expressa, solet esse priuilegiata in multis.*
5 *Monachus non potest acceptare prouisionem beneficij sine abbatis licentia.*
6 *Magis meum est quod per meam probitatem quæro, quàm id quod per meos antecessores quæsitum mihi extitit.*
7 *Qui sua virtute nobilitatem meruit magis dicitur nobilis, quàm ille qui descendit ex genere nobili.*
8 *In his quæ a natura proueniunt nec laudari, nec vituperari debemus.*
9 *Plus diligimus quod sudore quærimus, quàm quod a parentrbus, quæsitum est nobis.*
10 *Debilius est ius quod competit ab alio, quàm quod competit a seipso.*
11 *Expressum dicitur, vt hic.*
12 *Tacitum dicitur, vt hic.*
Taciti & expressi quando est par virtus.
13 *Ex titulo tacito, & ficta traditione transfercur dominium.*
14 *Qui non potest expreßum, nec etiam tacitum.*
Potentius non debet operari tacitum, quàm expreßum.
15 *Per prouisionem hominis receditur a prouisione legis.*
16 *Fortius operatur voluntas specialis quàm generalis, ad exprimendum intentionem concedentis.*
Fortior est dispensatio, & gratia quæ fit super actu indiuiduo, & singulari, quàm quæ se refert ad plures actus in genere.
17 *Circa vniuersalia sermones sunt faciliores, & circa particularia veriores.*

a NVLLVS. [a] Hoc capitulum habet duo dicta (professus) nota ergo, quòd professus tacitè non habet, quod habet professus b [b] expressè, quia † professus expressè potest 1 eligere, & eligi. Sed professus tacitè potest c eligere, non [c] eligi, vt hic, & j̄. eod. ex eo in fine, & simile habes. j̄. de cler. excommunica. ministrante. cap. si celebrat.

2 ¶Et est ratio, professus † expressè facit sibi professionem. Sed professo tacitè fit professio, vt. j̄. de regula. vidua. 27. quæst. j. vidua. 20. quæst. j. quàm progenitores. j̄. hoc lib. de regula. cap. j.

3 ¶Vnde magis † nobile est quod sibi facit homo, quàm illud, quod sibi fit, vt est magis meum, quod acquiro me d operante, [d] quàm, quod habeo ex alio. argumen. ff. de interdic. & relega. l. 3. & ff. de capt. & postlimi. reuer. l. antep. vbi de hoc notatur.

4 ¶Vnde professio † tacita est iuris, & sic ab alio habita, professio expressa est hominis, quā habet homo ex actu suo, quæ iubetur in regula beati Benedicti. Et plus ꝓdest e expressum, [e] quàm tacitum, [f] & hominis [g] factum quàm f iuris. Et specialis [h] prouisio quàm generalis. C. de seruo. g pigno. da. manu. libertas. C. qui po. in pigno. hab. assiduis h (prohibemus.)

¶Sed

5 Sed quæ eſt ratio huius dicti ad procedens. Dic † ꝙ in ecclesia epiſcopali & regulari poteſt aſſumi ſecularis, quod non eſt in monaſterijs. vt no. s̃. eo. officij. Et ideo nouitiatus hoc caſu non inhibet electionem ad dignitatem epiſcopalem.

ADDITIONES PROBI.

1 a NVLLVS. Hæc dictio, nullus, videt̃ vniuerſalis negatiua. facit tex. in c. fi. in fi. 22. q. j. ibi, nullus cum eo commẽdatur, & Inſti. de Atril. tuto. in prin. ibi, nullus omnino. Dec. in conſil. 365 ſub nume. 7. viſo conſil. id firmat. Et aliquãdo capitur pro aliquis. Maria. Soci. conſil. 146. col. 4. viſo proceſſu.

2 b ¶ Profeſſus expreſſe: huiuſmodi profeſſio † debet fieri in manibus abbatis, aut alterius habentis ſpeciale mandatũ ab abbate, aut abbas ratificet. Nec dicitur monachus ante ratificationem, nec illi monaſterio incorporatus. ita tenet Ioan. and. c. porrectum. c. 2. de regula. & poſt eũ Bart. de Chaſſaneo. conſi. 20. nume. 33. quod incipit, per 3 inſpection. Et hæc expreſſa profeſſio † requiritur vt beneficium de illo ordine obtinere poſſit. Cle. ne in agro. §. ſane. de ſtatu monachi. Et in propoſito. Sozi. cõ. 51. nu. 17. 4 vol. 4. viſa facti enarratione citat ꝙ † etiam ſola volũtas expreſſa ſolet eſſe priuilegiata ĩ multis, & ſępe præfertur tacitę voluntati pręſumptę a lege. l. ſi pluribus. ff. de ſuis & legiti. & l. pe. ff. de iniuſto teſta.

¶ Vide Collec. in c. ſignificaſti in prin. s̃ de foro compe. comptobantem per doctrinam. Io. Mo. hic quare laycus poſſit in non ſuum iudicem conſentire non clericus. Quia fortius eſt ius quod quis acquirit facto proprio quàm alieno, vel efficac. l. quis in bello. ff. de capti. & poſtli. reuer.

¶ Propter hoc dicimus ꝙ fortior eſt & efficacior profeſſio expreſſa, quàm tacita: quia tacita fit iuris miniſterio, expreſſa verò hominis. Et quid dicatur expreſſum vltra ea quæ dicam in ſequen. vide Maria. Soci. conſil. 112. col. 5. multum abunde.

c ¶ Non eligi: Si expreſſe profeſſus eligitur, non conſen-5 tit electioni ſine abbatis conſenſu. Cle. fi. eo quod † extẽdit ad prouiſionem, vt non poſſit eam acceptare ſine licentia abbatis. Bar. de Chaſſa. conſil. 20. nu. 35. & latius. conſil. 62. quod incipit Abbas. S. B.

d ¶ Me operante. Pro hoc facit glo. in l. ſi quid in bello. 6 ff. de cap. & poſtli. reuer. Quod magis † meum eſt quod ꝑ meam probitatem quæro quam id quod per anteceſſores mihi quæſitum extitit. Item firmius eſt quod propria virtute, quàm alium de quæſitum eſt. tenuit Dec. in c. fi. col. 2. in fi. C. vnde legi. & in l. fœmine. nu. 9. ff. de reg. iur. alle. Bar. in l. quod principi in fi. de le. 2. & in l. ſi quis in bello. ff. de actio. quod firmius retinetur illud quod ius habet ex propria acquiſitione, quàm ex perſona alterius, facit quot no. Areti. conſil. 131. Conſultiſſime domine, cui adde Bal. in l. fœminę ff. de ſena. ꝙ fortior eſt nobilitas quam habet filia ab origine ſic quaſi reſpectiue per ſe, quàm illa quam habet a marito. hinc Iaco. Alua. in c. 1. in vlti. car. verſi. quæro quis dicitur magis nobilis. in ti. quis 7 dicitur dux mar. vel comes in vſib. feu. Quod qui † ſua virtute nobilitatem meruit, magis dicitur nobilis quàm ille qui deſcendit ex genere nobili. Cum ex genere non ſit aliquis niſi ex præſumptione nobilis. Hinc dicit Ouidius Meta. Nam genus & proauos & quæ nõ fecimus ipſi, vix ex noſtra voce. Et Io. Fab. in proœ. Inſti. in verbo, Iuſtinianus. Quod maior eſt honor ꝙ quis vocetur nomine acquiſito ex probitate, quàm illo, quod ei euenit alias: quia 8 in his † quæ a natura proueniunt nec laudari nec vituperari debemus. Vide Deci. conſi. 329. colum. j Pro defenſione. Alexand. conſi. 4. in fin. volum. 4. & Ioan. Mona. in cap. cum in eccleſijs de præbend. Deci. conſil. 501. num. 3. in ciuitate Alexandriæ.

¶ Facit præterea dictum Ang. in l. iſti quidam. ff. quod 9 met. cauſa, dum dicit. Id plus † nos diligere quod ſudore quærimus, quàm quòd a parentibus ſeu aduentitio iure nobis acciderit. Pro hoc vide Iaſ. in l. more. nu. 3. ff. de iuriſdi. omnium iudic. Bart. in l. inſulam. col. 2. ff. de verbo. oblig. dum vult fortius ius eſſe quod habet quis a ſe, quã quod habet ex alio. Roma. enim conſi. 94. nu. 5. viſis his quæ narrantur, citat, ꝙ maiores mihi vires eſſe debent in auferendo ius alteri ex meo facto quæſitum, quàm in auferendo quod ab alio per ſe factum eſt. ar. ff. de fidei con. liber. l. ſi filius. §. erit de lega. 2. quod principi, cum. l. ſequen. Ad idem Do. Bar. de Chaſſaneo. conſi. 44. nu. 5. ad-10 iudicatio. Quod debilius † eſt ius quod competit ab alio, quàm quod competit a ſeipſo. d. l. more ff. de iuriſdi. omnium iudic. & l. quia de leg. 2 bonus tex. in l. ſi filius. §. erit. iuncta gloſſ. ff. de fideicom. liber. inducit ad nota. quęſtionem.

Quia licet poteſtas conferendi beneficium duobus cõpetens ipſis ſuperſtitibus competat ſimpliciter, dico iure ſuo: tamen vno decedente, totum ius in alium tranſit ſuperſtitem. c. j. ne ſede vacãte hoc lib. Secus ſi iure alieno: vt in duobus vicarijs ſine adiectione clauſule, in ſolidũ creatis: quia tunc incapacitas ſeu mors vnius alterius executionem impedit per theoricã iuris. Quod incapacitas vnius ex duobus ad actũ aliquem celebrandum requiſitis ſequitur factum ab incapacibus. Et dicitur nullum ac ſi ambo fuiſſent inhabiles. not. in c. cum ſuper abbatia. s̃. de offi. deleg. in l. Pedius. ff. de arbi. & l. j. vbi Bar. ff. quod fal. tut. auctore. facit quod no. Panormi. in c. in cauſis in fin. s̃. hoc titu. Cal. con. 86. Statuto.

11 ¶ Expreſſum dic expreſſum dici † poſſe quod ſub generalitate verborum continetur. Bar. in l. prætor. in prin. ff. de no. oper. nuncia. Vide Decium latè conſ. 389. in fin.

12 ¶ Tacitum. Dic † tacitum fore ſecundum Bal. in l. 3. col. j. C. ſi penden. ap. mors interue. quod ſine verborum prolatione habetur pro expreſſo, vel dicitur tacitum qđ lex ſupplet: illud autem quod nõ ſuppletur dicitur omiſſum. l. ſi cum dotem in prin. ff. ſolu. matri.

¶ Item dic ꝙ quando tacitum & expreſſum proueniunt ex eadem cauſa, tunc par eſt virtus taciti & expreſſi. l. cum quid ff. ſi cer. pe. ſentit Dec. conſil. 386. licet. Et ſic eſt intelligenda regula ꝙ tacitum & expreſſum procedũt. d. l. cum quid. Et hoc tacitum ſufficit ad approbationem ſtatutorum laicorum per clericos. Calca. conſ. 7. nume. 25. Nicol. qui ibi ſubdit quòd hæc approbatio fit per epiſcopum aut legatum de latere, quod non placet, quia hi qui expreſſe ſtatuere poſſunt, requiruntur, vt ibi ipſe comprobat. Secus ſi ex diuerſa cauſa ſecundum Socyn. in l. cum Auus. col. 35. ff. de conditio. & demon. refert Iacob. de Nigris in repe. l. j. verſic. 2. Pro iſta opinione vltra. Bar. de leg. j. pro his facit quod voluit Barto in l. ſi rem aliquam. col. fi. de acquir. po. Quod ſi conduco rem meam ab eccleſia, transfertur dominium in eccleſiam ex tacita donatione ſicut ex expreſſa: quod ſequitur Areti. ibi. qui alle. l. hæc ſi res & l. ſi culpa. ff de rei vend. vbi ꝓ-13 batur ꝙ ex † titulo tacito & ficta traditione transfertur dominium, quia ſolutio æſtimationis litis eſt tacitus titulus venditionis. l. j. ff. pro empto. Ideo ſi res ſit penes illum qui ſoluit, trãsfertur dominium ſicut ex titulo expreſſo concurrente hac ficta traditione. l. quædam mulier. ff. de rei vendica. vide quæ dico poſt Io. Mo. in c. conſtitutionem. de reg. j.

14 ¶ Item † qui non poteſt expreſſum, nec etiam tacitum. l. qui ad certum. ff. locati. Maria. Socy. conſil. 61. col. 5. verſi. circa ſeptimam in præſenti & latius cõ. 116. col. 6. verſi. ad tertium non poteſt negari. Petrus de Ancha. conſil. 207. col. fi. in q. ad idem. qđ not. Socy. conſil. 227. col. 11. præſens. ꝙ ſicut in perſonam prohibitam non poteſt expreſſè alienare, ita nõ poteſt tacitè. d. l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Et ratio poteſt eſſe per ea quæ not. Iaſ. in conſil. 23. in fi. vol. 3. octo dubia: ꝙ fortior eſt expreſſa prohibitio teſtatoris quàm tacita.

¶ Vide quæ de tacito dicit & expreſſo Alex. conſil. 52. circa hanc. vol. 4. & conſil. 54. nu. 14. viſo puncto eo. vol. 4. vbi firmat quòd potentius non debet operari tacitum quàm expreſſum. d. l. qui ad certum. ff. loca. cum alijs ibi ꝑ eum adductis. Sed ecõtra per ea de quibus meminit Iaſ. in conſil. 39. col. 5. Iohannes vol. 3. quòd expreſſa diſpoſitio teſtatoris plus operatur quàm præſumpta vel ſubintellecta a lege vnde expreſſa pupillaris excludit matr, ſed non ſubintellecta a lege. l. precibus. vbi glo. & Doct. C. de impuber. & l. fi. C. de in ſti. & ſubſti. Ad idem Iaſ. in cõ. 43. col. 4. Ioan. eo. volumi. 3. ꝙ tacitum conſiſtit in iuris interpretatione: expreſſum nõ, & vbi teſtator ſeipſum gloſat, non requiritur. glo. legis, ſeu non recurritur ad gl. legis.

gis. Bal. in authen. & nisi rogati. C. ad Trebellia. Idem Ias. in cõsi. 143. col. 2. in præsenti. vol. 4. & ibi multa cõtigerit.

¶ Hominis factum. Hinc dicimus ꝙ per prouisionem

15 † hominis receditur a prouisione legis. Bar. & alij in l. si cũ

g dotem. ff. solu. matrimo. quod verum dicit in extraordinarijs: secus in ordinarijs. Ias. etiam id firmat in l. si extraneus. nu. 3. de conditio. causa data. ff. De hoc vide glo. & Doct. in l. 2. C. de iure emphi. ꝙ firmat. d. Iacob. de Nigris in repeti. l. j. de lega. j. versi. 16. quarto fallit.

¶ Vide quando legis & hominis dispositio a pari procedant per Pet. de Ancha. in c. cui de non sacerdotali. col. 2. de præbend. hoc lib. Et quæ dico in c. si duo. in verbo, hominis prouisio, de procura. ĩ.

h ¶ Et specialis. Vide quæ in proposito voluerunt Hostiẽ.

16 & Doct. in c. tua nobis. s̃. de deci. Quod † fortius operatur voluntas specialis quàm generalis ad exprimendum intentum concedentis. hinc Areti. consil. 8. num. 5. citando Bald. dicit: ꝙ fortior est dispensatio & gratia quæ fit super actu indiuiduo & singulari, quam quæ refert se ad plures actus in genere seu dispositiones. & magis operatur in ea certa scientia, quam in alio casu. Bal. in simili. q. c. j. §. naturales. si de feudo fuerit contro. inter do. & agna.

¶ Hinc idem Bal. in l. ex placito in pe. col. C. de rerum permuta. Quod si Papa confirmat generaliter statuta alicuius loci, non possunt dici statuta papalia. Secus si vnum statutum confirmet particulariter. facit ad propositum illud philo. 2. Ethi. citatum per eundem Franci. Areti. consi. 13. nu. j. viso diligenter: & per Ias. in consi. 18. col. 2. vol. 3.

17 Circa vniuersalia † sermones sunt faciliores: circa autem particularia veriores. Vide quę latè citat Alex. cõsi. j. vol. 6.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. XXIX.

¶ Cùm expediat concordare iura iuribus &c.

SVMMARIVM.

1 *Euitanda est iurium correctio.*
2 *Quando votis inquisitis nulla partium deuenit ad maiorem partem totius capituli.*
3 *Publicato scrutinio variare nequeunt electores.*
4 *Quando aliquid est concessum specialiter, ius commune est in contrarium.*
5 *Qui facit iure suo & male, iterato potest facere, sed si iure alieno secus.*
6 *Si mandatur aliquid fieri, de primo actu intelligitur.*
7 *Potestatem commissam excedens in excesso nihil agit.*
8 *Actus compromissi est actus popularis.*
9 *Actiones mixtæ faciunt aliam speciem a non mixtis.*
10 *Conferre est vnũ ad aliud cõparare, quãdo magis & minus respicitur.*
Nihil magnum vel paruum absolute dicitur, sed in sola relatione ad alterum.
Forma compromissi ex se non requirit, quàm requirat forma scrutinij, quæ est arctior.
11 *Ad aliud non tenetur compromissor, quàm ad id, quod specialiter in compromisso est expressum.*
12 *Priuilegium in eo quod tangit ius tertij, strictè est interpretandum.*
13 *Rei quam trado, legem quam volo, impono.*
14 *Actus capitularis nõ dicitur, qñ non est totũ capitulũ, vel maior pars.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quemadmodum iura iuribus sunt concordanda, ita statuta ad concordiam reduci debent. Et instrumenta, & testes, rescripta, opiniones, & quelibet dispositiones hominum.*
2 *Non omnis iuris transgressio reddit sententiam iudicis nullam, sed illa duntaxat, quæ induxit vitium formæ, sub qua iurisditio est cõcessa.*
3 *Certus an debeat certiorari.*

a CVM. Expediat. a Hac decre. declarat dec. s̃. eo. cum dilecti, non esse correctam per. c. s̃. eo quia propter (euitari) C. de inoffi. do. l. 1. C. de appella. præcipimus in fine. s̃. eo. ecclesia. 2. §. denique (Papæ tertij) . s̃. eo. cũ dilecti (generale.) . s̃. eo quia propter (per eandem) contra. s̃. eo. in causis vbi via compromissi videtur facere donationem in compromissorios. Sed hic receditur a donatione, & fit secundum ius commune: vt ille eligatur, in quẽ maior & sanior pars capituli cõsenserit.

2 Sed quæro, † votis inquisitis apparet ꝙ nulla partiũ deuenit ad maiorem partem totius capituli, sed ante electionem cõmunem accedunt tot habenti maiorem partẽ cõparatione minorum, quod habet maiorem partem totius capituli, quæritur vtrum possit procedi ad electionem cõmunem, & videtur ꝙ sic. ar. ĩ. eo. si cõpromissarius. §. si vero & §. idem fit. Quia ibi factum expletum facit finitũ officium eligendi: ergo in cõpletum, quod est ante electionem cõmunẽ nõ facit finitum, & sic poterit fieri accessio.

3 Item publicato † scrutinio variare nequeunt electores. s̃. eo. publicato quod est verum vbi electus ius habet, ego vbi ius non habet vt hic ex scrutinio. s̃. eo. si cui. variare & accedere poterunt.

4 Sed contra, accessio † in casu speciali est permissa, ergo cõtrariũ est ius cõmune. ff. ad Municipal. l. j. & ipsa accessio etiam in casu speciali, vbi est electio a minori parte facta est reprobata, ergo magis in casu, qui iure cõmuni ꝓcedit. ĩ. eo. idẽnitatibus. §. si autem nulla & §. si qua. & §. si.

5 Item qui facit † iure suo & male, iterato potest facere, sed si iure alieno, secus. hoc probatur in iudicibus. C. quomo. & quando iudex. l. si vt proponis. & ĩ. de offi. delega. ex literis.

Hoc idem liquet in proposito. s̃. eo perpetuas. & ĩ. eo. si compromissarius. §. si vero.

Item in hac forma duo mandãtur, scilicet scrutiniũ &

6 communis electio, & sic † de primo actu, vel casu non secundo intelligeretur. ff. de verbo. obliga. eum qui kalendis. ff. de verbo. signifi. boues. §. hoc sermone. ff. de lega. 3. fidei commissa. §. si quis decem.

Item hæc accessio non est secreta nec sigillatim facta. nec exquisitis voluntatibus omnium, quod est de forma b hic tradita.

b Item nec est commissa accedendi potestas. Et potesta-

7 tem commissam † excedens in excesso nihil agit. ĩ. de offi. delega. cum olim. j.

Item in forma ordinaria consensus sequens scrutiniũ nihil adijcit. s̃. eo ecclesia. 2. §. pars vero, ergo minus in extraordinaria forma. præsertim hactenus a doctoribus dubia habita. Nam dubiũ fuit ante hãc constitutionẽ an cõcilium generale. d. decre. cum dilecti abrogaret hoc argumentum, concedo, & dic ad argu. in contrarium, ꝙ in cõpletum & ius non creatum, non dant potestatẽ denuo nominandi, cum hic excedat formã mãdati hic habiti, & sic non tenet. ĩ. hoc lib. de præbend. cui de nõ sacerdotali. cõ-

8 stat enim ꝙ † actus compromissi est actus popularis, & ita est omnibus communis: præsertim in hac forma, q̃ est extraordinaria cõmunis, dico non vt singuli sed vt vniuersi.

Et ideo secundum formam datam nihil extra eam age

c re c possum, quæ est stricte interpretanda. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. de officio. ff. manda. diligenter.

Item quæro an dicta forma sit scrutinij vel cõpromissi. Dic ꝙ est compromissi. Et si quis dicit hanc esse ex scrutinio & cõpromisso mixtam, iam quarta forma eligẽdi poneretur, quod est contra conciliũ generale. s̃. eo. quia pro-

9 pter. sicut dicitur in actionibus † mixtis, quæ faciunt aliam speciem a non mixtis. Insti. de actioni. §. quædam, & hoc innuit hic cum dicit dictum cõcilium non abrogare formã in dicta decretali, cum dilecti, positã. Et sic est vna de formis dicto concilio contentis, & hanc formam hæc decretalis vocat compromissum: licet hic compromissum naturam communem compromissi excedat: dicetur compromissum. argu. ff. de pœn. l. die. 2. respon.

Item quæro an collatio sit in dicta forma necessaria, & videtur quod sic: quia maioritas partis totius capituli haberi non potest absque collatione.

Item dicta verba sumpta de forma scrutinij intelligi debent secundum dictam formam quæ collationẽ requirit.

10 Dic contra, quia conferre † est vnum ad aliud comparare, quando magis & minus respicitur: quæ in sola relatione ad alterum dicitur. Quia nihil magnum vel paruũ absolute dicitur, sed in sola relatione ad alterum secundũ Philosophum. vnde hic oportet ꝙ sit aliqualis collatio saltem numeri, non tamẽ plena, quam forma compromissi ex se non requirit, quam requirit forma scrutinij, quæ est arctior: & hic est forma cõpromissi, quæ liberior est: nec

11 ad aliud tenetᷣ † compromissor, quam ad id, quod specialiter ĩcõpromisso est expssũ, vt d. l. nõ distinguem9. §. de offi.

Item

¶Item pone, ꝙ in forma cõpromissi sit solum expressum, vt ꝙ ille eligatur, in quem maior pars consenserit, an hoc casu possit fieri accessio. Et videtur ꝙ sic: cum hoc casu sit liberior potestas, quàm in themate j. quæst.

¶Item quia accessio est prohibita in forma scrutinij. s. eo. ecclesia. 2. non sic in forma compromissi, quæ liberior est, vt prædixi.

Dic contra, quia dicta verba secreto, & sigillatim, etiã si non apponantur, necessariò intelligũtur, vt sequela, vt colligitur. s. eo. cum dilecti. Nam sciri non posset quis haberet maiorem partem, nisi vota omnium scrutarentur.

¶Sed quid; episcopus in iucundo suo aduentu est in vno monasterio, & in crastinum iuit ad ecclesiam suam, vt fuit in monasterio Remigij Remensis, & abbas est vsus mitra præificiata, an posset? & videtur ꝙ sic, quia in certo casu loquitur hic. Dic contra, quia concilium & synodũ differunt, quia hic est conuocatio, quæ est hic. argu. 12. di. c. fi. Item Papa præsentibus alijs idem obseruat vt omnes vtantur mitris simplicibus. arg. 11. di. c. fi. Insti. de satisda. in fin. Item priuilegium † in eo ꝙ tangit ius tertij stricte est interpretandum. not. j. hoc lib. de reg. iur. decet.

¶Sol. in compromisso isto est in aliquo donatio, quia ius quod habet eligens non potest transferri in alium, ipso eligere volente. Imo & ipsa donatio potest modificari in actu donationis ar. C. de dona. quę sub. mo. per totum. Nã † rei quam trado, legem quam volo, impono. ff. & C. de sol. l. j. & ff. de pac. in traditionibus & de pac. do. l. ob res. §. j.

¶Sed quæro, capitulum in vnum compromisit, ita ꝙ ille eligeret vnum de tribus quem tales tres de ca. nominarent, & sic est factum, nunquid tenet electio & videtur ꝙ sic. ar. s. eo. Cum dilecti. & j. de appellatio. constitutis. 2. Sed ibi reditur ad ius commune, ad formam ordinariã.

8 *Citatio est exordium omnium actionum instituendarum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando habilis, & inhabilis faciunt actum, habilis facit valere, quod non valeret gestum solum ab inhabili.*
2 *Magis dignum attrahit ad se minus dignum.*
3 *Reus non potest pati sponte, quòd quis contra eum agat actione quæ nunquam nata fuit.*
An per sententiam, & laudum fiat nouatio obligationis vide hic.
4 *In claris non est opus coniecturis.*
5 *An in concessione priuilegij requiratur, quòd quis citetur.*
6 *Si inuito aliquo fieri potest, ita eo inscio, & absente.*
7 *An notificatio priuilegij facienda sit illi, contra quem fit, & in cuius præiudicium vergit.*
8 *Citatio non requiritur, vbi notorium est defensionem non competere.*
9 *Citatio fit vt citatus possit se defendere.*
Citatio a principe tolli non potest.
Citatio non est sub regula potestatiua, sed naturali.
10 *Nullitas surgens a defectu citationis, nunquam intelligitur exclusa, idem de defectu iurisdictionis, & incompetentiæ.*

1 SI Confirmationem. per † confirmationem inutilem infirmitam; non leditur a electio, si alias fuerit canonica. ᵃ Et est ratio quia inutile in his quæ diuidi possunt, nõ vitiat vtile: alias secus. ff. de aqua quotid. & æstiua. l. 2. §. Item quæritur, & §. sequen & de hoc not. j. hoc lib. de reg. iur. cap. vtile (omissam.) j. eodem cap. fin. (potestatem.) s. eodem si postquàm. j. Respon.

2 ¶Sed quæro, Metropolitanus † suffaganea ecclesia vacante, subdelegauit ante electionem celebratam, vt electionem, quæ imminebat facienda, cum esset facta, confirmet, vel infirmet, commissarius procedit, an processus teneat? Et videtur, quòd non. s. de rescript. quia nonnulli, & ff. de iudi. non quemadmodum. C. qui pro sua iurisdictio. l. j. in princip.

3 ¶Et est ratio ad id naturalis, nam † in ordinatis per esse naturæ, moris, & rationis, secundum præsupponit primum, verbi gratia, esse album præsupponit esse per naturam quia substantia prior est natura omni accidente; sic & causa prior est causato.

4 ¶Nam materia cum forma causa est ᵇ omnium accib dentium quæ fiunt in subiecto: similiter est in esse moris, vt beatè viuere, vel bene viuere præsupponit viuere. Nã gratia qua habetur bene viuere non destruit naturam, sed perficit: ergo eam præsupponit: nec mirum nam virtus est quæ habentem perficit, & opus eius bonum reddit.

¶Et sic esse moris esse naturæ præsupponit, sicut om-5 ne † perficiens perfectibile supponit, alias non haberet in quid ageret. sic dico in esse rationis, vt est committere aliquod negocium, nam committere in hoc casu non est aliud quàm causæ cognitionem indagari.

¶Et hæc indagatio per esse rationis præsupponit causæ existentiam, & tempore dictæ commissionis factæ per c præfatum Archiepiscopum nõdum erat nata, ᶜ & per cõsequens nec nota. argum. ff. quod cuiusque vniuer. l. Item eorum. §. sed si ita. Et verè, si intelligatur rectè, est casus d. l. non quemadmodum, in qua iudicium accipitur pro potestate iudicandi, vt ff. eodem titu. l. iudicium soluitur. Ex hoc apparet ex contextu præfatæ legis ponentis differentiam inter contractus, & quasi contractus, & obligationes eorundem principales, & non principales. verbi gratia.

6 ¶Obligatio fideiussoria † quę accedit principali potest principalem præcedere, nec ipsa accessoria erit nata ante principalem vsque quaque, sederit in pendenti. Secus autem in iudicio, hoc est potestate iudicandi, quem præcedere debet secundum dictam legem causæ existentia: nã commissio est secundum adiacens existentiæ causæ adhę-7 rens. Et hæc causa est quare in iudicio † accipiente finem d per sententiam, remanet ᵈ semper actio prima, & actio in factum, quæ descendit ex iudicato ff. de pigno. l. grege §. etiam. Et hæc quæstio, & ratio eiusdem habent expressum casum seu argumen. optimum. j. hoc lib. de officio ordi. cap. Romana. 1. 2. & 3. respon.

8 ¶Et est ratio euidens. citatio † ᵉ quæ est exordium e omnium actionum instituendarum. Instit. de pœna teme. litig. §. vltimo debet fieri iure iam creato. s. eod. bone. 2. in fin. Ergo sortius & commissio.

ADDITIONES PROBI.

a CANONICA. Petr. de Ancha. consil. 215. numero 5. & 6. scripsit Papa dictum istud comprobat per cap. contingit & c. 1 per tuas. s. de arbit. vbi † quando abilis, & inabilis faciunt actum, tunc abilis facit valere, quod non valeret gestum solum ab inabili. Ad id, quod dicitur de authoritate præstita per verum, & falsum tutorem ꝗa valet, & habetur respectus solum vtilis scilicet veri, & nõ inutilis scilicet falsi. l. j. §. j. ff. quod cum fal. tutor.

Ad idem, quòd dicimus vnicum de duobus retinet cõditiones quæ sunt meliores ex altero. l. secunda. C. communia delega. capit. inter opera. s. de sponsa. facit quia 2 † magis dignum ad se attrahit minus dignum. cap. quod in dubijs. s. de consecra. ecclesiæ vel alta. Archi. Ioan. Andr. & alij post text. ibi, in capit. vno de iure patro. hoc lib. l. quæ religiosis. ff. de rei vendica. cum similibus. vnde Ioan. Monach. in cap. indultum. vbi etiam aliqua in proposito cito. j. de regu. iur.

b Causa est. Vide quæ in proposito dico in cap. statutum el 2. de hæret. & in rubr. de spon.

c Erat nata. In simili Alexan. in consi. 166. columna j. in 3 causa, & lite. volu. j. dicit quòd non † potest reus sponte pati, quòd quis contra eum agat actione, quæ nunquàm nata fuit. Barto. post text. in l. 2. num. 5. ff. de dote prælega. Agitur tamen ante conditionis euentum, vt ea adueniẽte soluatur. Neapoli. deci. 279. plures.

d Remanet. Et sic habes, quòd per sententiam iudicis non fit nouatio extinctiua alicuius obligationis, sed bene fit nouatio accumulatiua, prout tenet glos. magna in l. j. vbi Barto. & Doct. C. de iudi. & glos. in l. duobus. ff. de except. rei iudica. & in l. nepoti, & ibi Barto. ff. de fundo instruct. quod non procedit in laudo arbitri.

Quia licet ipsa arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. prima. ff. de arbitr. tamen ex sententia arbitri non oritur actio nec obligatio. l. j. vbi glos. & Doct. C. de arbi. sed metu pœnæ ei paretur. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbit. ideo per sententiam arbitri non fit nouatio accumulatiua, cum actio non detur, tamen quando laudum esset emologatum expresè per partes, aut tacitè per lapsum dierum. 10 aut per iuramentum quia tunc oritur actio in factum per l. cum antea & l. neque arbitris. C. de arbi. tunc ex sententia arbitri bene induceretur nouatio accumulatiua.

e Citatio. Istud est tritum in iure: Et ideo non est opus alia comprobatione, & clarificatione, prout diximus in 4 simili, quòd in † claris non est opus coniecturis. l. conti-nuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. Dubium ta-5 men obstat an in † concessione priuilegij Principis requiratur, quòd quis citetur.

Et breuiter videtur dicendum, quòd non. Pro quo habeo, quòd sicut Princeps solus condere potest legem: sic in potestate eius est priuilegia concedere alicui, ne mine citato. Bald. in l. fin. C. quibus res iudica non nocet & l. fin. circa finem. C. de fruct. & litium expen. firmat Panor. in cap. cum olim post glos. in verbo, absenti, in fin. s. de re iud. vbi idem Bal. nu. 3. dicit, quòd in impetratione gratiæ nemo est citandus: quia est quædem donatio. Idem Bal. in l. nam ita diuus columna prima. versicu. sed quid si sint citati. ff. de adop. vbi dicit, quòd vbi priuilegiũ, vel rescriptum conceditur, non est de more, nec de iure. vt quis citetur: quia est donum superioris. allegat. l. libertus. ff. de in ius voc. & cap. eum qui de præbend. hoc lib. tangit Panormi. consi. 84. num. 6. Videtur primo dictam donationem. volu. primo. Alexand. in consil. 2. numero 43. visis codicillis volu. primo istud firmat Roma. consi. 369. in 5. dubio. numero 29. circa primum, & hoc duabus rationibus, prima quia cum Princeps iusta ex causa ius alterius nedum minuat, verum auferat per viam extraiudicialem, illius non est citatio necessaria. l. Lucius. ff. de euict. l. Item si verberatum. ff. de rei vendica. cap. ex multiplici. s. de deci. Et huius est ratio dicit.

6 Quia † cum tunc illo inuito agere possit, pariter eo inscio, & absente. l. qui potest inuitus. ff. de reg. iur.

Secunda ratio sumitur ex doctrina Innocẽ. in cap. nisi cum pridem circa finem in glos. super verbo, indulgeri. s. de renunciatio. vbi dicit, quòd cum Princeps ex plenitudine potestatis seu ex certa scientia alteri facit gratiam, non est necesse ad illius validitatem vocari illos, quibus ex ea præiudicium inferri potest.

In proposito Anto. de Butr. in cap. debitores columna fin. s. de iureiur. dicit, quòd ad concessionem dispensationis pars non est vocanda, sic nec quo ad concessionẽ priuilegij. Istud stet firmatum per prædicta additis his quæ cumulat Fely. in dicto capitu. cum olim. numero 6. s. de re iudica.

7 Adhuc tamen in puncto restat videndum † an de necessitate sit notificatio priuilegij facienda huic, contra quem fit, & in cuius præiudicium vergit. Dic etiam breuiter, quòd non: per ea quæ notat Petr. de Ancha. in Clemen. prima. in 9. not. de appella. vbi dicit post Lapum ibi, quòd priuilegium exemptionis eximit priuilegiatum a iurisdictione ordinarij licet illi tale priuilegium non fuerit no-

rit notificatum.allegat text.in cap.j.de conceſſio.præben. hoc lib.vbi idem Petrus in 4.not.dicens per illum text.in verſic.nec alias,quòd priuilegium, quòd vni conceditur, per quod alterius iuriſdictione eximitur,ſufficit perueni-re in notitiam eius,cui conceditur etiam ſi nõ ſit notum illi,in cuius præiudicium eſt indultum. Iſta enim notificatio non reperitur expreſſa in iure,vt fiat: ergo non fiat, per id,quod tradit Car.in dicta Clemẽ. prima.colum.fin. vbi dicit. Quod notificatio non habet locum niſi in caſibus a iure expreſſis.

8 ¶Adde tu præterea,quòd citatio non requiritur † vbi notorium eſt defenſionem non competere,quia tunc ꝓceditur ſine citatione, cum non tollatur defenſio, quia non ſubeſt, teſtatur Curt. conſilio 21. verſic. circa ſecundum membrum colum.2.nume.46. Deus æternæ. Pro quo vide gloſ.Panormi.& alios in cap.cum olim.ſ.de re iudic. Decium poſt Panormi.& alios in cap.cum ſit Romana num.32.ſ.de appella. Et ratio huius eſt.

¶Quia non fit citatio niſi ad iſtum finem, vt citatus poſſit ſe defendere: ſi ergo nulla defenſio competit, citatio non requiritur. Sequitur Bald. in l. ea quæ.colum.9. verſicu.quæritur tertio.C.de accuſa. firmat Maria Socy. conſ.12.col.2.in præſentiarũ,& ibi latè vide de citatione.

¶Et ideo ſi reſultet ipſa defenſio, requiritur citatio, 9 † adeo,quòd eam Princeps tollere non poteſt.firmat latè Socyn.conſi.266.colum.18.& ſequen.in cauſa quæ vertitur, vbi ſubdit.

¶Quod citatio non eſt ſub regula poteſtatiua,ſed naturali tum ex parte iudicis,in quo liquidatio,cauſę cognitio adeſſe debet:quoniam vnuſquiſque eorum quæ nouit,bonus eſt iudex, vt primo. Ethico.Ariſto. quæ ſine præſentia partis haberi non poteſt.l.fin.C.ſi per vim, vel alio modo:tum ex parte partis ratione defenſionis, quia defenſio tolli non poteſt. neque extraiudicialis, vt l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.neque iudicialis.l.defenſionis facultas de iur.fiſci lib.10.C.

10 ¶Hinc eſt,quòd nullitas † ſurgens a defectu citationis nunquam intelligitur excluſa, cum ſit defectus iuris naturalis,per ea quæ habentur in Clemen. paſtoralis. de re iudic.ita concludit,& opulentiſſimè Ange.conſi.177.circa finem in facto propoſito, quòd Baldaſari. facit quod not.Petrus de Anch.conſi.207.colum.3.in quæſtione ſupradicta.& Alexand.conſilio 61.columna 3.in cauſa, & lite. volumine 7.

¶Idem dic de defectu iuriſdictionis,& incompetentię, vt nũquàm intelligatur excluſus, & reiectus. probat gloſ. fin.reputata ſingul.ibi ſecundum Panormi.Car.& Imo.in Clemen.vnica.de ſeque. po. quod placet Alexand. conſi. 79.in fine volu.7.& Iaſ.in conſi.9.volumi.3.& Calca.con. 117.caſus.Hinc Alexan.de ſignatura iuſtitiæ, articulo fin.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXXX.

¶Quia ſæpe contingit, quod cathedralis. &c.

SVMMARIVM.

1 *Obuenientia de iuriſdictione quæ exercetur per capitulum ſede vacante,an diuidi poſſint inter canonicos.*
Malefidei poſſeſſor non præſcribit.
2 *Eccleſia non debet priuari officio,propter alterius culpam.*
3 *Peccans non debet in plus puniri quàm peccauerit.*
4 *Qui in vno grauatur in alio debet releuari.*
5 *Aliquando quis plus grauatur, quàm peccauerit.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Non licet de facto hominis ſæpius quæri.*
2 *Pœna impoſita per viam inquiſitionis,non eſt naturalis.*

a QVIA. Sæpe, [a] Hac decretali legitimis adminiſtratoribus contra hanc conſtitutionem facientibus pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio infligitur. Non obſtantibus priuilegio,indulgentia,conſuetudine, vel ſtatuto, quauis firmitate vallatis (tempore.).

1 ¶Nunquid obuenientia † de iuriſdictione quæ exercetur per capitulum,ſede vacante, diuidi poterunt inter canonicos? Dic,quòd non:quia capitulum eſt dicto caſu legitimus adminiſtrator, & ſic nomine alieno adminiſtrat: vnde mutando, vt nomine ſuo habeat, eſt malefidei poſſeſſor, qui non præſcribit.C.de præſcrip.lon.temporis. authen. malefidei,& j.hoc lib.de regu.iur.cap.2. (reſeruari.) j.de offic.ordi.cap.cum vos.12.q.2.illud,& cap. non liceat.80.diſt.quoniam,& per æconomum, ſi eccleſia,ꝑ eũq; reſeruabitur,vt ibi per procuratorẽ, vel adminiſtratorẽ.j.eo.is cui.de ſuppl. neg.pla. eccleſiæ (officio.)

¶Contra.ſ.eod.ſi compromiſſarius.§.porrò, & ſ.eod. cum in cunctis.§.clerici.

¶Solu.ibi eſt caſus diuerſus non aduerſus,& ibi peccat vt priuatus, hic, vt iudex,ſeu legitimus adminiſtrator, qđ eſt grauius.

¶Sed quis tunc officiabit eccleſiam? quæ nõ debet pri-2 uari † officio propter alterius culpam, dic per alium, ſiue alios officiabitur.j.de appella.peruenit.2.& ſ.eod.cum ex eo.§.porro. (Quibuſcunque.) Contra.ſ.eod. ſi compromiſſarius.§.reſtringitur, & §.ſequen.

3 ¶Et iam videretur peccans in plus † puniri quàm pecb cauerit,qđ eſſe nõ debet.[b] ff.de his qui.vt indig.reſcriptũ.

¶Sol.Diuerſus caſus eſt hic,& ibi.Nam hic reſtitutione facta,ſtatim liberatur,ibi vſque ad terminum durat. vnde hic grauatur in pluribus,quia in officio, & beneficio: in 4 alio releuatur † ſecundum regulam.ff.de iureiuran. cum qui: non ſic ibi.

¶Vel dic quibuſcunque ſcilicet in illa tantum eccleſia obtentis,& ſic concordat.

5 ¶Vel dic aliquẽ aliquãdo † plus grauari quàm in quo peccauit,vt notatur.j.hoc lib.de hæret. capitu.2.§.adhæc (vallatis) ſimile.ſ.eod.cum non deceat.

ADDITIONES PROBI

QVIA Sæpe, vide pro intento text. noſtri. Alexand. de Imo.in conſilio 110. Adeo grauis volu.6.& Cardina.conſi. 54.in fine lite.in cauſarum.

b 1 ¶Non debet. Alias videretur † de facto hominis ſæpius quæri.quod non licet l.licet.§.fina.ff.naute, caupo.& l. ſi cui.§.iſdem:vbi gloſ.ff. de accu.Diuina enim clementia, peccata in vltione vlterius redire non patitur inquit text.in cap.fin.in princip.4. diſtin.de peni.& cap.ſi illic.23.quæſt.4.Quod procedit ſiue per viã accuſationis,ſiue inquiſitionis, ſi ſemel cognitum fuerit.Ioan.de Ana. conſi.17.colum.fin. viſa relatione poſt Barto. in dicto §.iſdem; quem refert & ſequitur. Fely.tamen in cap.de his.verſic.limita ſeptimo.ſ.de accuſa. videtur aliter ſentire de iure canonico, dicens, quòd 2 pœna † impoſita per viam inquiſitionis nõ eſt naturalis. tex.in c.inquiſitioni.eo.ad quẽ & eius doctrinã attende in hoc puncto,& Aret.conſ.58.diligenter cõſideratis oĩbus.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXXXI.

¶Conſtitutio fœlicis recordationis Greg.Papæ.&c.

CONSTITVTIO. Hic declaratur cap. vt circa.ſ.eo.quod locum habet in extraiudicialibus appellationibus,non in iudicialibus (Lugdunen.) ſ.eo.vt circa (non fuerint.) C.de appella. præcipimus.C. de teſtamen.l.ſancimus. Ex quibus iuribus ratio diuerſitatis. Nam iure antiquo antę dictam conſtitutionem,vt circa,nullus aſtringebatur ad illa quæ ibi continentur. cũq; illa conſtitutio loquat̃ in extraiudicia lib.ergo in alijs iura antiqua firma manẽt.ff.de reg.iur.l.j.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXXXII.

¶Is cui procuratio ſeu adminiſtratio cathedralis. &c.

IS CVI. Hic deciditur quantę efficaciæ ſit adminiſtratio plena & libera,cathedralis eccleſiæ vacantis commiſſa, & per quem ea fieri valeat (eccleſiæ) vacantis (commiſſa.) Sed nunquid capitulum poteſt committere iure ordinario? videtur ꝙ ſic.j.hoc lib.de ſuppl.negli.præla. c.pen.& fin.hoc lib.de maiori. & obedien.c.vno.

¶Dic ꝙ capitulum potest committere, illa, quæ sibi competunt: Sed hoc casu non competit sibi plena & libera administratio. vt d.c.fi.& ſ. ne sede vacan.c.2. & ſ.hoc. lib.eo.ti.c.vno Quia hæc commissio soli Papæ competit, vt hic (excepta) simile.s.eo.nihil est.ſ.de æcu.c.vlti [existunt) quæ sunt illa & quæ potest electus cõfirmatus, habetur.s.eo.transmissa.(exposcunt) sicut sunt illa quæ sunt ordinis, quæ soli episcopo possunt subdelegari.ſ.de consecra.eccle.vel altar.aqua (expediri).s.eo.suffraganeus.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XLIII.

¶Indemnitatibus monasteriorum monialium &c.

SVMMARIVM.

1 *Quod est speciale non trahitur ad consequentiam.*
2 *Iure legum maior ætas requiritur in abbatissa quàm in abbate,*
Mulier est auarior masculo.
3 *Regulariter ius prohibet mulieribus præsidentiam iurisditionis.*
4 *Monialis illegitima, an possit eligi in abbatissam absque dispensatione,*
Appellatione masculini intelligitur fœmininum.
5 *Monachatus omnem abstergit maculam, & in masculis omnem illegitimitatem quo ad omnes ordines suscipiendos, licet non tollat quo ad dignitatem.*
Mulier ordinum non est capax.
Multa incumbunt prælatis masculis, quæ non competunt mulieribus.
6 *Iure ciuili indignitas patris non obest filio digno in dignitatibus acquirendis: secus de iure canonico.*
Iure ciuili legitimi præferuntur illegitimis.
7 *Mulier a successione temporali repellitur propter illegitimitatem, ergo magis a successione ecclesiastica,*
Beneficiatus ius non habet a defuncto sed a canonica electione.
8 *Matrimonium carnale propter vitium vel defectum parentum impeditur in liberis,*
9 *Personæ integri status debent promoueri ad honores,*
Illegitimum esse, est nota defectus.
Exempla paterna timentur in filijs.
10 *Illegitima præsumitur incontinens.*
11 *Qui sunt actus extranei vide remissiue hic.*
12 *Vbi est pars duplo maior, totum capitulum adesse videtur,*

SVMMARIVM.

Philippi probi.

1 *Mulier vtens magna liberalitate præsumitur decepta.*
2 *Mulieres propter earum pusillanimitatem semper dubitant ne eis terra deficiat sub pedibus, instar ouium.*
Pecunia dicitur fideiussor futuræ necessitatis.
3 *Miraculum est quando mulier donat.*
4 *Abilitatus per dispensationem habetur perinde ac si esset habilis de iure communi,*
5 *Moniales si ordinentur non recipiunt caracterem.*
Cura animarum potest competere mulieribus monialibus non tamen exercitium.
6 *In fœmineo sexu nõ potest figurari aliqua præeminentia gradus: quia habet statum subiectionis.*
7 *Mulier non incidit in irregularitatem.*
Legitimi dicuntur, quia coniunctio parentum est approbata.
8 *Naturales dicuntur, quia secundum naturam geniti, id est secundum dispositionem legis.*
9 *Proles naturalis deturpat familiam.*
10 *Succedens ab intestato non habet titulum a defuncto, sed a lege.*
11 *Titulus beneficij bene cadit in illegitimum, & irregularẽ ac homicidã.*
12 *Licet allegare prouerbia vulgaria.*
13 *Forma prouisionis pro illegitima ad dignitatem abbatialem hic describitur.*
14 *Forma dispensationis ad duo pro moniali hic inseritur.*

1 INDEMNITATIBVS, † Hæc decretalis tractans de electionibus monialium multa habet specialia. Et ideo † non est ad consequentiam trahendum.ſ.eo.§.vlti.ſ.hoc lib.de reg.iur.quæ a iure.

¶Et hæc diuiditur in 7.par. Primò deciditur quales moniales & cuius ętatis possint eligere: & quales & cuius ætatis possint eligi in abbatissas, siue priorissas abbatissarum locum tenentes.

¶Secundò.§.(sanè) instruit præsidentes quid per eos sit agendum: qñ proceditur per viã scrutinij in præmissis.

¶Tertiò.§.(certum) quando per viam compromissi est processum.

Quartò.§.(porro) determinat quid tenendum sit: cum fuerit in casibus prædictis ad sedem apostolicã appellatũ.

Quintò.§.(postremo) vocatos ad huius electiones dirigendas, solicitat abstinere ab his per quæ discordia posset oriri siue orta nutriri, & secus facientes punit.

Sextò.§.(supradicta) hanc constitutionem prorogat, certa exceptione ad exhibita ad canonicas seculares.

Septimò.§.ad hoc, dubium remouet quod posset ex præcedentibus suboriri (patiuntur).ſ.de dolo.& contuma.fi.& s.eo.ne pro defectu (annum) sed in masculo requiritur; 14.s.eo.ex eo (Ad eligendum) actiue.s.eo.ex eo. in fi.(annum) nunquid idem de electo in abbatem? Dic ꝙ non. Sed tene quod dicitur.s.eodem cum in cunctis.§. 2 inferiora. Nec obstat hæc litera. Nam iure legum † maior ætas requiritur in abbatissa, propter sexus fragilitatem quàm in abbate, ar.in Authen.de sanctissimis episcopis. §.presbyterum.& §.sequen.col.9.licet sit.ar.contra.C.de his qui veniam æta.impe.l.2. Sed dic mulier est auarior b masculo.ff.ad Velle.sed si ego in fi. Et ideo gubernatio patrimonij citius potest sibi committi. Item eligẽdo actiue requiritur maior ætas in fęminis quàm in masculis vt, & s.eo.ex eo.ergo idem in eligendo passiue.

3 Sol. Regulariter ius † prohibet mulieribus præsidentiam iurisditionis.ff.de regul.iur.l.2.& ſ.de arbi.dilecti. & ideo si inueniatur eas quandoque iurisditioni præesse.ſ. de maior.& obedien.c.dilectus.maior ętas in eis requirit.

4 Sed quæro.† monialis est illegitima, nunquid poterit eligi in abbatissam absque dispensatione? videtur ꝙ sic: quia iura illegitimos a dignitatibus repellentia etiam regularibus in filijs non in filiabus loquuntur.ſ.de filijs presby.c.j.56.di.per totum.

Nec obstat quod appellatione masculini intelligitur 5 fœmininum.not.s.eo.c.j. Quia monachatus † qui omnẽ c maculam c abstergit, d Authen.de mo.in princ.col.j.in d masculis tollit oẽm illegitimitatem quo ad omnes ordines suscipiendos: licet non tollat quo ad dignitatem.ſ. de filijs presbytero.c.j Sed mulier ordinum nõ est capax. e e & sic aliquid operabitur in ista monachatus susceptio. Et multa incumbunt masculis prælatis, quæ non competunt mulieribus.ſ.de pœni.& remissi.noua.ſ.de maior.& obedien.dilecta & ob hoc aptior debet esse cui multa incumbunt.

6 Dic contra, qui a licet † ciuili iure indignitas patris nõ obsit filio digno in dignitatibus acquirendis.ff.de decur. l.2.§.nullum.& l.spurij.j.respon. Secus tamen de iure canonico.s.eo.cum in cunctis & c.cum Vintonẽ.& c.innof tuit, Et etiam iure ciuili legitimi pręferuntur illegitimis ff.de decur.l.generaliter.§.spurios. Et ratio redditur.C. de indic.viduita.tol.l.2.

7 Item mulier † a successione temporali repellitur propter illegitimitatem.ſ.de ordi.cogni.tuam.in Authẽ.qb. mo.nat.effici.legiti.§.filium.col.7.ergo magis repellitur a successione ecclesiastica, & vbi eligitur abbatissa succedit loco mortuæ.

g Sed ius non habet a defuncta g sed a canonica electioh ne h & ob hoc dicitur non habere successionem hæreditariam, sed successionem simpliciter.7.q.j. Ecce in quibus octaua q.j.apostolica.& c.sequen.

8 Item matrimonium † carnale propter vitium vel defectum parentum impeditur in liberis.C.de nup.l.2.& ff. de ritu nup.l.Iulia.ergo magis in ecclesiasticis matrimonium spirituale quod est inter prælatum & monasteriũ. infra. de renunciatio.licet propter illegitimitatem impediretur.

9 Et est ratio.† Personæ integri status debẽt promoueri ad honores ff.de var.& extraordi. cogni.l.cognitionũ §.æstimatio.& ſ.de accu.Dominus omnipotens.

Et cõstat ꝙ esse illegitimum est nota defectus.ſ.de purga.cano.accedens. Et vacillat eius opinio, quod esse non debet.33.d.laici.

10 Item exempla paterna timentur in filijs C.ad l.Iul.mai ie.l.quisquis.2.Respon. Et sic cit us illegitima † præsumeK tur incontinens, iuxta illud, insequitur i leuiter filia mal tris K iter.ar.j.de fil.presbytero.literas.l

¶Et

¶Et iura masculos, & fœminas quo ad multa æquiparant. 20. quæst. vlti. virgines. & c. monachum Authen. de mona. §. ordinationum in fi. colum. j. quia isti loco vnius habentur. ff. de conditio. & demon. Cui fundus dic contra (expresse.) s. eo, nullus.

Sanè. Hoc. §. & sequentibus ponuntur multa specialia contra formam scrutinij traditam. s. eo, quia propter. primò quia appellatio interiecta contra electam à duabus partibus numero non impedit officium superioris; licet regulariter sit contra. s. eo. si postquàm. j. responso. 2. §.

(Si autem) potest fieri accessus post scrutinium publicatum, quod est contra ius commune. s. eo. ecclesia. 2. §. (pars autem.) Tertiò. §. verum remouet dubium quod insurgit ex prædictis. Quartò. §. si verò vbi est electio facta a maiori parte, non tamen, vt s. 3. §. sanè. & si autem mandatur inquiri de plano sine strepitu, & figura iudicij. Interim tamen electa exceptis duobus casibus, in spiritualib. & temporalibus liberè administret. Quintò. §. si qua electa a minori numero nullum ius habet, nec accessus fieri potest ad eam. Sextò. §. vt autem, fit collatio in præmissis solum numero ad numerum, non zeli ad zelum, nec meriti ad meritū (extraneos.) Et qui sint † actus extranei, & qui non, habentur argumen. ff. de testamē. hæredes palam. §. fin. ff. de duo. reis, duos. in fine. ff. de verbo. oblig. continuus. j. respon. C. de testamen. cum antiquitas. ff. ad leg. Iul. de adulterijs. quod ait lex. §. quod ait (facultas.) Et sic via exceptionis tollitur hic, non denunciationis, vel accusationis. j. de appella. constitutis. (vt præmittitur,) vt qa est maior numero: sic enim præmittitur, (& figura) de hoc notatur. j. hoc libro de hæreti. statuta. j. respon. de iud, dispendiosam. de verbo. significa. cap. vno (administret.) Et sic est contra regulam quæ inhibet administrationē ante confirmationem. s. eo. nosti. & cap. qualiter. & nota. s. eod. cap. auaritiæ. Simile tamen in casu speciali habetur, s. eo. nihil est. in fine.

11 —

Sed nunquid est idem in superioribus casibus, vt ibi esset electa a toto capitulo, videtur ꝙ non, quia isti sunt casus speciales, & ita non sunt ad consequentiam trahendi m j. hoc lib. de regu. iur. quæ a iure.

Dic contra, quia prędicti casus æquitate maiori innituntur quàm casus præsens, & sic not. C. de furt. & seruo. corrup. l. si quis seruo (obtinere.) Simile. s. eo. quorundam. §. circa (duplo maior.) Sed qualiter poterunt se opponere qui compromiserunt? Solu. Non videntur compromittere, vt eligatur, nisi idonea, vt s. eod. si compromissarius. §. si vero. Et vbi est† pars duplo maior, totum capitulum adesse videtur. n ff. quod cuiusque vniuer. planè. C. de decurio. l. denominationum. lib. 10. (Lugdunen.) s. eo. vt circa (demonstrari.) j. hoc lib. de iudi. mulieres in princ. (euagari.) j. hoc lib. de sta. reg. cap. vno (nostri.) s eo. cupientes (regularem.) Et istæ dicuntur canonicæ seculares, de quibus habetur. j. de maior. & obedien. dilecta.

ADDITIONES PROBI.

a INDEMNITATIBVS. Vide Paul. de Cast. consi. 346. formæ capituli in j. parte.

b 1 Auarior masculo. Socy. consi. 20 col. fi. nu. 14. dicit, ꝙ † si mulier vtitur magna liberalitate, ex quo facit id, quod repugnat naturæ suæ, præsumitur decepta, cum auarissimum sit genus mulierum. l. si ego. ff. ad Velleia. cum aliis infinitis iuribus & authoritatibus. Ioan. Lupus dicit in repeti. rubri: de donatio. inter virum & vxorem, car. 3. 2 colum. j. quòd propter† earum pusillanimitatem semper dubitatur, ne eis terra deficiat sub pedibus instar ouium. ideo diligunt pecuniam, quæ est fideiussor futurę necessitatis. Pet. Gerardi not. 23.

Pro hoc dicto plusquàm abunde vide remissiuè per Tiraquell. in trac. de iure maritali. car. mihi. 94. columna 2. §. quo ad auaritiam. Aliqua dixi. s. eo. in ca. Auaritiæ. tangit Dec. consi. 181. colum. 3. visa renunciatione.

Et in proposito dicit Bald. in l. si a sponso. C. de donat. 3 ante nupt. quòd † est quoddam miraculum quando mulier donat. tradit, & sequitur. Steph. Bertrandi. consi. 141. num. 6. viso casu parte. 2.

c Omne maculam. Per monachatum inducitur dispensatio ministerio iuris, vt hic; & sic regulatur instar di- 4 spensationis, cū dicamus† abilitatum per dispensationem haberi perinde, ac si esset habilis de iure communi. Bald. per illum text. in l. liberos. C. de col. quòdque per dispensationem omnis macula purgatur, & eradicatur, & perinde habet, acsi nūquā fuisset maculatus notat idē Bald. per illum tex. in l. Imperialis. §. similes. C. de nup. facit tex. in l. quæris de nata. restitu. & glos. 2. in c. ferrum. 50. dist. Et remoto obstaculo, subintrat dispositio iuris ex passiua interpretatione, quòd absolutè abilis reputatur. ar. l. primæ. §. lex Falcidia, & quod ibi not. Barto ff. ad leg Falcid. Idem Bart. in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. & l. j. ff. de mu. & honor. tangit Alexā in d. §. ex Falcidia. colum. 2. facit text. in l. j. de mancip. liber. & l. 2. ff. de offi. proconsu. & lega. hæc perpulchrè elucidat Dec. consi. 207. Pulchrum est dubium. Vide ad propositum Ioan. Mona. in glo. cap. fi. s. de aposta. & ibi Panor. & Doct.

d Abstergit. Quid autem dicendum sit de legitimatione vide Soci. consi. 226. quomodo.

e Non est capax. Impediente sexu, & constitutione ecclesiæ. glo. in cap. diaconissam. 27. quęst. j. Dec. in l. fœminæ. num. 41. ff. de regu. iur.

5 Et si ordinentur etiam † moniales, non recipiunt caracterem. notat Car. in Cle. 2. de æta. & qualita. ordina. Hinc dicimus illas non posse sacra tangere, vel incensum in altari ponere, licet sint sacratæ. cap. sacratos. vbi Præp. & alij. 32. dist. recipiunt tamē aliquem ordinem in benedictione, secundum Archi. in cap. fin. 92. distinct. non tamen est de septem ordinib. ecclesiæ. Inn. in c. j. s. de celebra. missa.

Et eis competere potest cura animarum, ita tamen, vt exercitium alteri, committant, & hoc in ecclesijs pleno iure sibi subiectis. ita dicit rota in antiquior. in titu. de preben. deci. 21. quod sequitur Fely. in cap. cum venerabilis. num. 36. s. de exceptio.

Et vt habeas perfectam mentem, quòd mulier non recipiat caracterem, dic post Maria. Soci. in repe cap. ad audientiam. s. de homicidio in quinto principali quæsito, circa finem.

Quia in sacro requiritur res & signum. cap. cum Marthæ, versiculo distinguendum. s. de celebra. missa. sed in 6 † fœmineo sexu non potest figurari aliqua præeminentia gradus, cum habeat statum subiectionis. vt scribit apostolus ad Thimotheum, dum dicit mulieri docere non permitto. Nec in virum dominari, quia cum præcepto malè fuerit vsa, fuit subiecta. Gene. 3. cap. Et est tex. in cap. hæc ymago. cap. mulierem & c. fin. 33. quæst. 5. Cum igitur sit sub viri potestate, nō recipit carecterē ordinis, quæ præeminentiam significat, ratione quorum mulier non dicitur incidere in irregularitatem. Pro his addo Hostien. in summa. in titu. de conditio. appo. in §. quæ conditio. quòd non valet conditio tamquàm inhonesta dicendo, cōtraho cum muliere si hodie missam celebrauerit. vide no. in cap. noua. s. de pœnis. Ad præmissa facit, quia licet mulier quæ velum suscepit professionis monasticæ præsumatur sagax, & prudens, tamen nihil est, vt possit dici characterē suscipere, vt in simili dicitur, quòd licet iuramentum quē representet maiorem, non tamē fingit eum prudentem & sagacem: sicut nec iurm fingit mulierem sagacē: qa vt dicit Aristo mulier habet consiliū inualidum. minor aūt hēt imperfectū, & hoc est naturale, & immutabile. notat, & latius Ias. in consil. 133. col. 5. vol. 4. præsupponitur.

f 7 Legitimi. Legitimos † dicimus, quia coniunctio parētum est approbata a lege, & hi succedunt parentib. ab intestato, & etiam viuente, patre sunt quasi domini rerum paternarum. l. in suis. ff. de lib. & posthu. in §. sui. Instit. de hære. quali. & differen.

Ex consuetudine filij comitum, etiam in vita parentū appellantur comites. not. in l. j. de dignita. lib. 12. C. gl. habes pro hoc in cap. fin. 24. q. j.

8 Et dicuntur † naturales, quia secundum naturam geniti, id est secundum dispositionem legis, tam diuinæ quā humanæ. Spurij vero, & alij ex damnato coitu secus, vt patet intuenti re ipsa.

Ex quibus euidenter apparet, quòd legitimitas hominis valde decorus titulus est, quem parentes debent filiis procurare per legitimum matrimonium: quia proles 9 † naturalis deturpat familiam. vide tex. in cap. si gens Angelorum. 56. distin.

¶Et dic legitimum fore matrimonium, licet præcesserit con-

rit concubinatus, aut alius coitus prohibitus, prout latè discutit Dec.consi.155.in versi.reuocatur in dubium.vbi concludit ꝙ electus in episcopum non patitur obiectus iuris dicentis ꝙ debeat esse natus de legitimo matrimonio, licet fuerit legitimatus per subsequens matrimoniũ, vt latè discutitur per nos in tractatu de mand. apostol. quibus adde Ias.in consi.168.col.4.in causa & lite.vol.4.

g A defuncta. Pro hoc vide amplam glo.pragma.in titu. de pacific.pos.in verbo possedit dico.ꝫ.in capi.fin. de renuncia.in fin.Ioan.Mona.& alij in cap.hi.ꝫ.vt lite pendẽ. Calca.consi.124.nu.15.in causa. R. Do. Abbatis.

Idem dic de Imperatore, qui non habet causam a præcedente Imperatore, quia via electionis ad imperium ꝓgreditur: de quo per Igneum in repeti.l.donationes.colũ. 3.C.de donationib.& Ias.in consi.11.videretur.vol.3.

10 h Sed a canonica. In simili dic ꝙ succedens † ab intestato non habet titulum a defuncto, sed a lege, not. Alexan. consi.44.in fi. Videtur prima facie.vol.5.tamen propter hoc non minus dicitur in vitijs & culpis defunctis succedere & in mala fide. Secus in prælato, prout vtrumque ꝓbat Calca.in consil.28.col.6.illud vide Barto.in l.ex diuerso.ff.de rei vendi.Bal.in l.cum hæres de diuersis,& tempo. præscrip.ff.& in Authen.ad hæc.C.de vsur.

Et pro intento Ioan.Mo.hic adde Pet.de Ancha.cõsil. 117. Satis impertinens videtur. vbi dicit. ꝙ licet impetrauerim dignitatem per mortem Titij: & nunc ille Titius probatur illegitimus, quòd nihilominus impetratio mea non potest dici subreptitia, quia posito ꝙ fuerit illegitimus, tamen postquàm fuit a canonicis electus, & per episcopum confirmatus, & possessionem dignitatis adeptus, quã tenuit 17. ꝑ annos pacifice & quiete satis fuit legitimatus, quo ad regimẽ ipsius dignitatis, licet, ipse, si viueret, potuisset amoueri ab hoc: quod not.in ca.dudum. 11 de elec.ꝫ.& cap.constitutus.de appella.titulus † namque beneficij bene cadit in illegitimum & irregularem: & ẽt homicidam, no.in capi.cum nostris.ꝫ.de concess.præbẽd. Nec potest dici ecclesiam vacare, licet indignus fuerit intitulatus in ipsa, postquam cadit titulus in eum, & per cõsequens per eius mortem incipit vacatio dictæ dignitatis.

Secundò probatur, quia quo ad tertias personas actum gerentes cum personis dignitatem gerentibus, sufficit vt sint tuti probare solum quasi possessionem illius qui gerebat & administrabat actum publici officij.no.in ca.veniens.ꝫ.de verbo.significa. Nec credo illum Titium per mortem talis teneri probare illum habuisse canonicum titulum, sed solummodo ꝙ pro tali se gessit & exercuit, quasi ex possessione titulus & dominium sumatur.

Facit etiam præsumptio, quæ resultat ex possessione dignitatis, tam longo tempore: vt præsumatur canonice possedisse & secum fuisse dispensatum, argu. eorum quæ no.Innno.in c.illud de præsump.& ca. Innotuit.ꝫ.de eo.q̃ fur.ordi.susce.ad noc.l.vlti.ff.de acquiren.hæred.& l.si filius.C.de peti.hæredi. Non enim verisimile est, ꝙ episcopus, qui annuatim visitat ecclesias, & inquirit de vita, moribus & titulis clericorum suorum, tollerasset eum tanto tempore, si dispensationem non habuisset. hoc comproba per no.glo.pragma.in ti.de pacifi.poss.in verbo, quandocunque: vbi quæstionem nostram in terminis deduxit, licet pro illius decisione non alle. d.consil.

12 i Insequitur leuiter. Et sic licet † allegare prouerbia vulgaria.probat tex.in c.& si Iudæos. ibi, mus in pera, serpens in gremio: & ignis in sinu: suis consueuerunt hospitibus exhibere. Ad idem tex.in l.solent, ibi, vetus prouerbium est ff.de offi.proconsu.& lega.& de leg.3.in l.si chorus.ibi, sæpe audiuisse rusticos senes ita dicentes &c.& in c.quẽadmodum, ibi, turpius eijcitur quàm non admittitur hospes.ꝫ.de iureiuran.Ias.in l.j.nu.36,ff.si cer.pet.vide quę de vulgari dico in c.quoniã.ꝫ.de immu.eccl.in ver.vulgare.

k Matris iter. Et dicitur de masculo. Sepe solet filius similis esse patri.text.in l.quod si nolit.§.Mancipia.ff.de edil. edic.pro quo vulgari vide Claud.de Seissello in l.si quis id quod.col.7.ff.de iurisdictio.omnium iud. Et ideo solet apponi in literis apostolicis, aut pœnitẽtiarij maioris. Si paternæ incõtinẽtię nõ sit imitator. Guil.de Mõte Laudu.in c.fi.ꝫ. de fil.ꝑsb.vbi dicit: ꝙ defect⁹ nataliũ trib⁹.de causis īfligit.

Et pro hoc dicto. Sæpe solet filius, habes gl.fi.decr.facit in ꝓposito.d.l.qđ si nolit.§.municipia.ff.de edil.edic.& ibi Doc. & Io. de Lõd. ĩ suo breuiario tex. in c.Afros.98.dist.

l Literas. In summa dic quo ad huiusmodi punctum, ꝙ debet ipsa illegitima per capitulũ postulari. Et postea eidem prouidebitur per sedem apostolicam forma prouisionis sequentis † Clemens &c.

13 Dilectæ in Chro filiæ. N. Salutem & apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ munditia, aliaque ꝓhibitatis & virtutum merita.quibus personam tuam fide dignorum commendatur testimonio, iuuari percepimus, promerentur, vt quæ tuo & monasterio N.&c. profutura credimus fauorabiliter concedamus.

Exhibita siquidem nobis pro parte tua petitio cõtinebat, ꝙ nuper prædicto monasterio per obitum quondam. N.dicti monasterij abbatissę vacante. Dilectæ in Christo filiæ cõuentus ipsius mona.vocatis omnibus quæ voluerunt, potuerunt, & debuerunt commode interesse, die ad eligendum præfixa conuenientes in vnũ, te præfatũ ordinem expresse professam & in ætate legitima constitutam in abbatissam monasterij ipsius concorditer canonice postulauerunt.

Cum autem sicut eadem petitio subiungebat, tu defectum natalium patiaris de coniugato, & soluta genita, ꝓ parte tua nobis humiliter fuit supplicatum vt ibi & eidẽ monasterio ꝓuidere sup his misericorditer dignaremur.

¶Nos itaque volentes personam tuam præmissorum meritorum tuorum ĩtuitu fauore prosequi gratioso tuis in hac parte supplicationibus inclinati. Sperantes ꝙ tua præmissa merita & ꝯsanguineorum tuorum suffragia & fauores, diuina assistente gratia, regimini dicti monasterij esse, poteris multipliciter fructuosa. Tecum vt defectu præmisso, & quibuscunque constitutionibus apostolicis necnon statutis & consuetudinibus monasterij & ordinis prædictorum contrarijs, iuramento, confirmatione apostolica, vel quacunq; firmitate alia roboratis, nequaquam obstantibus postulationi huiusmodi consentire, & ipsam postulationem prosequi, ipsi monasterio in abbatissam alias canonice pręfici, ac eiusdem monasterij curã, administrationem, & regimen in spiritualibus & temporalibus percipere, gerere, & exercere licite valeas, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensamus. Nulli.&c. Datum Romæ.

Adde præterea ꝙ cum istis, etiam consueuit dispensari ad plura, prout vidi, maxime ad duo.& dicebatur sic.

Religionis zelus &c.

14 Hinc † est ꝙ nos volentes te, quę prioratum N.non cõuentualem & monasterio beatæ Marię.N.ordinis.S.B.Bitur.diœcesis dependẽtem obtines præmissorum &c.gratioso, teque a quibusuis excommunicationis &c. supplicationibus inclinati. Tecum vt vna cum dicto prioratu & sine illo duo alia quæcunque cum cura vel sine cura a ꝑdicti ordinis regularia beneficia per illius moniales teneri solita etiam si prioratus &c.vel officia etiam ab vno eodemque monasterio dependentia fuerint. Et ad illos, illas, vel illa consueuerint quæ per electionem assumi, eisque cura &c.beneficiũ, vel beneficia ecclesiasticum, vel ecclesiastica duo duntaxat dicti ordinis, & per moniales prædictas teneri solita regularia similiter recipere.

m ¶Et vnum ex regularibus quod malueris, etiam si cõuentuale, vel claustrale fuerit in titulum. Reliquum verò quod conuentuale vel claustrale non existat, beneficia huiusmodi in commendam quo ad vixeris retinere, nec non debitis & consuetis &c.constitutionibus &c.de specialis dono gratiæ dispensamus, prouiso &c. nullatenus negligatur.

Trahendi. Vide quę in proposito tradit Stephanus Bertrandi.consi.215.Etiam, nec ego vidi.parte.2.

n Adesse videtur. Istud est fictitium vt patet intuenti. Secus si dicas si lex vel canon loquatur pro supperlatiuum: quia tunc non sufficit maior pas testatur Lucas de Pen. in l.si.colum.3.de vend.re adciuita. lib.10.C.

Bonifacius Octauus, Cap. XLIIII.

¶Prouida consideratione generale concilium Lugd.&c.

PROVIDA. Hoc cap.duo dicit, j.c.quàmuis.ꝫ.eo.§.sed cum.vsque in finem, recitatur.& 2.§. (verum) dubium ex d.cap.emergens terminatur, pœnam contrafacientibus imponendo (inquirant) ex

ex hoc verbo īsurgebat dubitatio hic decisa (representēt,) hucusque sunt verba concilij Lugdunen.s̄.eo.quàmuis §.j.& quod sequitur est dubij decisio ex d.cōci. emergens (omissa) & est ratio, quia isti est inquisitio de mandata, qua prætermissa nihil agitur, vt hic arg.ff.de transactio.l. cum hi.§.si prætor.de reb.eorum.magis.§.si es (de cetero) hoc verbum innuit ꝙ hic sit noui iuris decisio,non declaratio, siue hoc iure sic fuit diffinitiuum, vt hic determinatur in facto, Ciuitatem. (suspensos) vt puniantur in quo deliquerint.arg.j̄. hoc lib.de temp.ordinan.eos.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XLV.

¶Si eo tempore quo prouisionem alicuius &c.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia quis non obligatur.*
Papa est pater patrum, & cum omni prælato in iurisditione & potestate concurrit: & quo ad hoc omnes sunt sibi subiecti immediate per positionem.
2 *Aliquando quis dicitur immediate subiectus Papæ.*
3 *Leuius impeditur faciendum, quàm factum.*
4 *Confirmatio facta a non iudice, non tenet.*
Non meus episcopus dat mihi ordinem, non tamē ordinis executionē.
5 *Prouisus de episcopatu per Papam an debeat consecrari per Metropolitanum suum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Papa potest omnia feuda ecclesiarum infeudare.*
2 *Omnes sumus filij spirituales Papæ, & omnes diœcesani sunt filij episcopi, ac omnes parrochiani filij rectoris.*
3 *Concilium habetur loco filij & Papa loco patris.*
Licet ecclesia Romana dicatur mater con tamen domina.
4 *Papa ex sola voluntate potest concurrere cum omnibus ordinarijs & præuenire omnes collatores beneficiorum.*
5 *Papa habet absolutam potestatem & liberam nullis regulis subiectā.*
6 *Quod Papa confirmat nemo infirmat & eius confirmatio operatur quod illud quod est temporale, efficitur perpetuum.*
Rationabile est vt vnde exeunt flumina reuertantur illuc.
7 *Omnis ecclesia immediate est Romanæ subecta ecclesię.*
8 *Postquam remissoria est bulata non potest auditor amplius de causa se intromittere sine noua commissione.*
Comes palatinus non potest legitimare in præiudiciū legitimorū filio.

SI Eo. Reseruatio: inhibito, & decretum hoc casu habita etiam si non inficiant præcedentia, sequentia tamen effectu frustrantur (ignoranter) Sed quomodo ignorantia 1 † obligatur contra illud de tabul.l generali.lib.10.C.s̄.de restitutione. spoliatos audita.ff.de decretis ab ordine faciendis.l.fi.

a ¶Solu.Papa ᵃ pater patrum cum omni alio prælato in b iurisditione & potestate cōcurrit ᵇ & quo ad hoc omnes sibi sunt subiecti immediate per positionem. Et sic pòccu c pando Papa qui est super omnes, alios ᶜ excludit: cum in personis paribus habeat locū.j̄.hoc lib.de procur.si duo. 2.respon.j̄.hoc lib.de offi.delega.cum plures.2.respon.ff. de offi.proconsul.l.vna.

2 ¶Aliquando tamen † quis dicitur immediate subiectus Papæ.s̄.eo.cupientes.§.j. (per priuationem.) Quia Papa sic habet aliquādo locum subiectum: ꝙ nullus alius hoc hic habet: & hæc potestas est s̄.ius.j̄ de conce.præbend. proposuit: & ideo hoc potest, secus in alijs, vt in cōtrarijs. Sed adhuc obstat.cap.audita.Sol.ibi procedebat via iuris 3 cōmunis super iam ortis: sed hic secus. Et leuius ᵈ † impe d ditur faciendum q̄ factum.arg.j̄.de iureiur.quemadmodum, vel dic hoc in maioribus, sed contraria in minoribus: qui facilius propter ignorātiam excusantur (careāt) aut quia nulla, vel executionem nō habentia, verbi gra 4 tia.Confirmatio ᵉ † facta a non suo iudice non tenet.s̄.eo. e si postquàm.j.respon.Consecratio tamen teneret quanquàm non facta ab eo qui superior non esset, sicuti non meus episcopus dat mihi ordinem: licet dare non possit f ordinis executionem. ᶠ 20.q.2.Lugdunen.j̄ hoc lib.de tēpo.ordi.capi.j.

5 ¶Sed quæro. † Papa episcopatum vacantem reseruauit dispositioni suæ: & prouidit.P.de eo.Nunquid iste.P. poterit per Metropolitanum consecrari sine iuris offensa? Est arg hic ꝙ non.j̄.de maior.& obedien.per tuas.

¶Item Papa reseruando & prouidendo videtur istam causam cum sua sequela de potestate metropolitani extraxisse, sicut si vnam causam commisisset, quæ alias spe g ctaret ad alium. Nec obstat ꝙ ea quæ sunt ᵍ iurisditionis non auferuntur episcopo per collationem ordinum: licet collatio ordinum per manus impositionem maioris tollatur: vt d.c.per tuas. quia illa loquitur in inferioribus. Sed maiora, vt epatus, & episcoporum consecrationes h leuius ad Papam reuertuntur. Vel verius ʰ ab eo non rece i dunt.In quibus cepit sine speciali commissione ⁱ argu.s̄. eo.quamuis.de appel.vt debitus iu fi.8.q.4.in fi.

ADDITIONES PROBI.

PATER Patrum. Istud dictum alle.Bal. in c.j.in prin.j.col.quis dica.Marchio dux, comes, & in ca.j.circa prin.qui feud.da.po. prout citat Alber.Bru.consi.j.col.5.Quod ideo per hoc dictum † Papa potest omnia ecclesiarum feuda infeudare. Et cum prælati inferiores infeudant, Papa cum illis concurrit.Idem Bal.in c.nisi.de offi.lega.s̄.vide quę dico in sequē.in hoc tamen regno Galliæ posset de facili hæsitari propter decretum de causis.

¶In proposito Ioan.Mona.ꝙ Papa dicitur spiritualis 2 spiritualium, & hoc modo omnes † sumus filij domini Papæ, qui est pater patrum: sic omnes diœcesani sunt filij spirituales episcopi. dixi.s̄.in c.non putamus.de consuetu.versi.ad idem facit.Et omnes de parrochia filij sacerdotis & rectoris ecclesiæ. Et hi filij in nihilo succedūt parentibus spiritualibus, cum non reperiatur iure cautū: quia hæc cognatio, & hæc quæ descendit ex baptismo, aut confirmatione, consistit in spiritu, & non debet extēdi ad bona temporalia & exteriora. Ita citat Brunellus doctor Aurelianen.in suo tractatu de matrimo.car. ta mihi.15.col.2.in 2.conclu.

Et in proposito dicit Barb.in Cle.ne Romani.versi.13. 3 reuerentia, charta mihi.83.col.2.ꝙ concilium † habetur loco filij, & Papa loco patris. Et sic concilium Papam appellat patrem.Vide Fely.in c.j.col.2.s̄.de constitu.& Præpo.in c.latorem.7.col.j.q.j.ꝙ licet ecclesia Romana dicatur mater, non tamen domina: sic Papa est pater, non dominus omnium ecclesiarum. Ecclesia tamen militans dicitur instar ecclesiæ triumphantis. not.Ioan.Mona.in ca. fundamento.s̄.hoc tit.vbi dixi.& in c.super eo.j̄.de hære.

Et ꝙ diximus ꝙ Papa dicitur pater patrum, possumus etiam intelligere quo ad administrationem iurisditionalem: dicitur tamen frater omnium fidelium, quātum ad naturæ participationem, capi.ad mensam.12.q.3.citat Domi.in ca.si Papa.post princ. 40.distin.

b ¶Concurrit. Per hanc doctrinam Ioan.Mo.hic Doct. 4 dicunt ꝙ absque alia reseruatione ex sola voluntate † Papa potest concurrere cum omnibus ordinarijs. sequitur Bal.in c.j.in princi.de his qui feud.dar.pos.& c.j.col.j.quis sit dux.& præuenire potest omnes collatores beneficiorum, sic princeps laicus in officijs.not.Lupus in repeti.rubri.de do.inter vir.& vxor.charta j.nu.7.Ias.in l.rescripta. nu.4.C.de præcib.impera.offer. Hunc punctum Io.Mo. firmauit.s̄.in ca.si.de constitu.in versi.tertium quæsitum quod comprobat per d.Io.Mo.hic Pau.de Cast.consi.414. col.j.in facto præsenti j.parte, tamē cum alle.in confuso, videlicet ut alibi dicit Io.Mo.Idem firmat Dec.cōsi.224. colum.fi.in casu proposito.Curt consi.66.col.2.Super p̄missa, vide q̄ dico in c.ne aliqui in verbo, vicar.de hæreti.

5 ¶Alios excludit. † Papa habet absolutam & liberam c potestatem, nullis regulis subiectam: not.apud.Alex in consi.123.nu.30.quod incipit scripsit ecclesiasticus.volū. 4.& subdit in proposito, ꝙ Papa confirmat, nemo infirmat adeo ꝙ dicunt scribentes, ꝙ confirmatio.Papæ operatur ꝙ illud, quod est temporale, efficitur perpetuum.

d ¶Et leuius.Idē Io.Mo.in c.si pauper vbi dico de p̄bē.j̄.

e ¶Confirmatio Adde videndum de publici confirmatione apud Ale.consi.123.nu.30.scripsit.vol.4.dixi latè in c.j.s̄.hoc titu.

f ¶Executionem. Vide q̄ latè dico.j̄.de tempo.ordi.c.j.

g Quæ sunt iurisditionis, Pone exemplum, vt contende-

re

re statuta.glo.in l.j.ff.de iurisdi.omnium iudic.l.nulli. C. de senten.& interlocu.omnium iudi.not.apud Alex.in consi.123.nu.13.scripsit.vol.4.

h ¶Vel verius. Vide Oldra.consi.244.nu.8.ad obiectus & consi.172.nu.4.ꝙ omnes vbi dicit ꝙ valde est rationa-

6 bile † vt vñ exeunt, flumina reuertantur, Romanę enim ecclesiæ communis ecclesia immediate subest, quia vniuersalis omnium cura commissa fuit Petro c.puto.2.q.7. not.21.di.in nouo. Et per id nihil de nouo quæritur, licet alius excludatur, vt not.16.q.4.c.volumus.

i ¶Speciali commissione. Pro hoc vide Archidi.in c.si. col.2.s.de consuetu.& Io.And.in c.meminimus in prin. s.de accu.vbi dat vnam limitationem videlicet ꝙ paliū non poterit consecrari nisi aliud habeat illius ecclesiæ cõsuetudo, per.c.nihil in fi.s.hoc nostro titu.quod idem Io.And.citat hic in fi.

7 Vide rotam in anti.deci.372.ꝙ postq̄ † remissoria est bullata, non potest adiutor amplius de causa se intromittere sine noua commissione, etiam si partes remissoriæ renuncient, per tex.nostrum & c.vt nostrum.s.de appellati. Et hæc videntur de maioribus & arduis, & inherent supremæ potestati principis. Ideo generali concessione nõ veniunt.l.j.ff.de offi.eius cui est manda.iurisd.

¶Hinc dicit Soci.consi.246.col.penul.versicu. Sed re

8 stat eleganter: ꝙ clarum est ꝙ Comes † Palatinus nõ potest legitimare in præiudicium filiorum legitimorum, ita quòd legitimus cum eis simul cedat per quãcunque generalem potestatem legitimandi, nisi super hoc habeat potestatem specialem a principe. ita dicit cõcludere Bal. ĩ l.sed & si quis.§.q̃situ.ff.si qs cau.ĩ l.2.C.de seruit.& aqua: & Pau.de Cast.in l.Gallus.§.& quid si tm̃. ff.de lib.& post.

¶De sublatione autem priuilegij specialis vide quæ late tradit Alexan.consi.122.viso puncto & con.sequenti. volu.4.quibus adde Ias.in consi.170.visis vol.4.

Bonifacius Octauus. Cap. XLVI.

¶Si quis iusto impedimento detentus in electionis.&c.

SVMMARIVM.

1 *Nedum consideratur quod fit, sed quod fieri potuit.*
2 *Indiscreta constitutio imputatur, sicut & electio mala.*
De metu filij vel filiæ per cruciatum patris aut matris minus venir hesitandum, cum dicantur correlatiua. glo. in Authen.consti.quæ de digni.in ver.occasionem.colu. 6. Archi.in ca.quanuis. el 1.infra de præbend. prout legimus apud Valerium Maximum.5.lib.c.4.Art.7.vbi commemorat filiam, quæ proprijs vberibus lactauit matrem; quem videbis.

Et attende ad pietatem filij, quia filius debet in casu necessitatis æqualiter diuidere alimenta inter patrem & matrem: quia & si eorum potestas inæqualis sit, quia pater habet filium in potestate, mater non. l.illud.§.ad testamenta.ff.de bo.po.contra tabul. nihilominus ipsis parentibus a filijs æqua debetur pietas, per text.not.in l.furiosè.ff.de cura.furio. Et hec incidenter dicta sint pro latiori præmissorum comprobatione ad quæ redeundo, themate Rubri.retento. Quæro. Sempronius canonicus præbendatus in ecclesia Bituricen.nescitur quo spiritu motus, constituit procuratorem ad renunciandum dictos suos canonicatum & prębendam, in manibus Romani Pontificis, & hoc Calen. Ianua. qua die, aut alia immediatè sequente, & priusquam ipsa resignatio per summum Pontificem admitteretur. Sempronius ipse illos canonicatum & præbendam in manibus capituli, ordinarij consuetudine, vel alias priuilegio collatoris resignauit, pure quidem libere & simpliciter, quæ resignatio admissa per capitulum ipsum extitit, & Gaio eadie prouisum. Demum sexta aut septima die sequenti: vel alia non refert, per summum Ponticem pariter admissa, & de eisdem Philippo Probo prouisum. Nunc contenditur de validiori prouisione: sic respectiuè Gaio. & Philippo factis.

¶Et ꝙ prouisio Philippi probi sit validior, moueor per text.in Clem. j.in princ.isto tit. dum dicit. Cum illu- 34 sio †& variatio in personis ecclesiasticis maximè sint vitandæ, vbi glosa ait pro deceptione vel derisione poni; quod probatur iuribus per eam allegatis, quibus adde l. j.§.sed & qui domini.C.de latina liber.tol. vbi Bal.contra dominos Cardinales, qui illudebant populo Christiano dicentes se coronasse Papam fictitię, & per metum, meritò emanauit. d. Clem. ad tollendum illusionem & derisionem, quam faciunt clerici constituendo suos pro procuratores ad resignandum in manibus Papæ: & postea non notificando dictis suis procuratoribus: eos reuocant. Et sic faciunt illudere procuratori & Papæ. Et ista fuit causa edicti, vt videre licet rectè intuenti, per 35 hanc causam prohemialem, † quæ dicitur causa finalis ipsius legis, & allegatur procemium vt lex, faciat tex. in l.1.in princi.ff.ad Macedo.vbi Bart. allegat illum text. ꝙ ad cognoscendum voluntatem & mẽtem ipsorum statuentium consideramus procemium: & ex procemio certi sumus de mente ipsorum statuentium. idem Bart. in l. cum quid.ff.si cert.peta.nu.11.& in l.ambitiosa.nu.27.de decre.ab ordi.faci.ff.alleg. l. fi.de hæred. insti. vbi melior tex.de iure, ibi, quos hæredes volui mihi habere non potui. Ang.in l.j.ff.de iudi.Bald.& alij.in c.2.requiris.§.de appella. Vide alios concor.per me positos supra in proœ.& in rubr.de regul.iur.infra.

¶Et per hæc stat firma conclusio ꝙ tota mens Papæ fuit tollere & prohibere variationem & illusionem fiendam per clericos beneficiatos, vt apparet ex illo textu: & meritò, cum dicatur quædam inconstantia, quæ in clericis reprobatur, quorum verbum aut factum falsum. i. sacrilegum est, dicit Petrus de Anch.consi.188.num.quarto.visis consilijs.

¶Ex quo habeo intentum ad theoricam iuris, quòd 36 vbicunque† ratio legis est amplior & generalior dicto & disposito, semper dictum & dispositũ in lege ampliatur ad limites rationis generalis, etiã in pœnalibus. istud comprobat. Io.de Imo.post gl. & Doct.in Clem.j.in ver. eligatur, de elec. quam adhoc allegant pro singul. Franc. in c.eum qui.§.de præben. Barb.in c.1.col.12.de proba. & in c. cum omnes. col. 12. de proba. & in c. cum omnes. col.3.& in c.ex.parte.col.3.§.de constit.& in c. primo loco.col.28.& in c.iurauit.col.24.& in c.in præsentia.de pro batio.§.similem glo. habeo in c. fi. in ver. aliter facta.de vsur. hoc lib. vide Calca.in consi.j.

¶Modò in proposito licet tex.in d.Cle.disponat de reuocando procuratorem constitutum ad resignandum in manibus Papæ, nihilominus cõsiderata ratione.d.tex. colligitur ex principio & ex præfatione, vt euitetur illusio & derisio & variatio, ꝙ habebit locum dispositum eo casu, quo aliter reperitur clericus beneficiatus cõstituẽs procuratorem ad resignandum in manibus Papæ variãdo deridere & illudere.

37 ¶Ratio † enim ampliat dictum & dispositum. l. cum auus.ff.de conditio.& demon. l. cum acutissimi. C.de fideic.l.generaliter.§.cum autem.C.de insti.& substi. Maximè quando est ratio finalis. quæ sæpe colligitur in procemijs. Bal.in l.fi.C.de hæredib.inst. Bar.in l.j.ff.ad Macedo. & in l.cum hi.ff.de transactio.

¶Sic eo ipso quòd clericus constituit procuratorem ad renunciandum in manibus Papæ, si resignat in manibus ordinarij non faciendo notitiam dicto procuratori, videtur variare & illudere procuratori & Papæ: in cuius manibus mandauit fieri resignationem. Sequitur igitur ꝙ idem erit dispositum, cum dictum amplietur ad terminos

r.eodem modo non valuit resignatio in manibus ordinarij, non facta notificatione dicto procuratori. Et quod habeat locum d.Cle.in casu nostro: moueor sequētibus. Capio verba tex.ibi, ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet reuocandum; ista sunt verba prægnantia & omnem modum per quem posset via directa vel indirecta reuocari importantia. Pro hoc habeo text. in Cle.cum ex eo.ibi, quoquomodo admittat de senten. excommunica.Idem in Cle.seque. ibi quouis alio modo tractet. Itē ista dictio, quomodolibet, debet operari vltra expressa, per id quod voluit no. Ang.in l.ꝙ si nolit.§.sed quid ita.ff.de ædil.edic.vbi dicit ꝙ si quis ꝓmisit præsentare iudici aliquem totiens, quotiens erit sibi mandatū, ꝙ intelligitur vsque ad sententiā, etiam si ab ea fuerit appellatum.l.grece §.post litem.ff.de fideiussor.Sed si dixit totiens quotiens, & quandocunq;, intelligitur tunc etiā post sententiam.& hoc operatur illa dictio, quandocunque.facit glo.in ver.quibuscunque.de iudi.vbi illa verba, personis quibuscunque, important personas, de quibus esset facienda mentio specifica & expressa. Et hanc reputauit singul.& notat.Barba.in c.1.s̄.de proba.& in c.requisisti.de testa.ꝙ sub verbis generalibus cōtinentur personæ in dignitate positæ.etiam si Rex sit vel Imperator. quod procedit etiam in materia odiosa secundum Card. ibi.quod est contra doctrinam Ioan.Mona.in c.1.ibi, dicerem Cardinales non complecti, de scisma.non tamen comprehendit vniuersitatē vel aliud nomen collectiuū, vt late probat Calca.in consi.1.quod videbis.

¶Pro d.gl.facit gl.in ver.quamuis in Cle.1.de re iudic. vbi illa dictio importat maiora expressis: sic idem vr̄ in casu nostro fatendum: vt ipse comprehendatur sub text. d.Cle.Quod clarius & ad oculū ostendo retinendo prædicta verba, ipsum ignoran.&c.pro themate iuncta glo. quæ multum eleganter exponit illam dictionē, quomodolibet: & quærit quomodo potest fieri reuocatio, quæ ad quæsitum respondet, ꝙ multis modis, expresse quidē & tacitè, dando procuratorem aliū, aut per mortem subsecutam. Ecce nunc qualiter gl.ipsa securim ad radicem quęstionis ponit: quia dicit.d.Cle. vendicare sibi locū re-

38 uocando procuratorē tacitè, & dicit † ꝙ tacita reuocatio dr̄ illa, quæ resultat ex morte pro quo habeo gl.in c.cum ex eo.in ver.septennium.s̄.tit.proximo.hoc lib.quæ dicit ꝙ Episcopus qui dispensauit fauore studij in septennio, ante illud tempus nō poterit dispensationem reuocare, nisi euidens causa suaderet. Ex quo infert ibi Philippus quòd hæc indulgentia morte Episcopi nō reuocatur, sequitur Panor.in c.fin. de offi.lega.in simili vide rotam in antiqui. Deci.580.camerarius, quòd licentia rectori data per Episcopum de non residendo non expirat per mortem Episcopi. Et ideo habemus ꝙ per mortē inducitur tacita reuocatio, quod idem extende ad renunciationem & cessionem: quæ in casu nostro mortis effectū operari dicuntur.probat gl. in ver.moriente, in Cle.2.de elect.& in c.si propter in ver.vacabunt.de resi.hoc lib.& in c.cupientes.in ver.vacationis, de elect.hoc lib.& eo. tit.in c.quia sepe.& in c.2.hoc nostro titu.latè per Barba. consi.82.in prin.vol 4.circa dubium.

39 ¶Ex quibus resultat ꝙ resignans † quo ad beneficium resignatum dicitur mortuus.Ioan.Mona.in c.statutū de rescrip s̄ prout dicimus ꝙ vir ab vxore iudicio ecclesiæ separatus, quo ad ipsum pro mortuo habetur. Modo his sic tactis induco d.gl.ad propositum nostrum. Nam glo. ipsa vult ꝙ tex.ille habeat locum, qn̄ tacitè reuocat procuratorem sibi non notificando, ponens exemplum qn̄ constituit aliū procuratorem. Sed eo ipso ꝙ resignat beneficium in manibus ordinarij, nonne tacitè vr̄ reuocare illum procuratorem? Quia vr̄ eum impedire, ne resignet postquàm ipse resignauit & sic facit actum contrarium actui fiendo per procuratorem. Vnde si sua resignatio teneret, videretur impeditus procurator ad resignandum, & per cōsequens vr̄ reuocatus. Quia si constituendo aliū procuratorē, reuocat: multo fortius resignando reuocat: quia tunc ex toto reuocat, sic trahitur in consequentiam ꝙ talis resignatio operans reuocationem dicto procuratori debuit notificari: ꝙ si non fuerit notificata, sequitur necessariò ꝙ talis resignatio non tenuit.

¶Alio & secundo modo.d.glo.induco ad intentum, glo.ibi dicit ꝙ tacitè videtur reuocare moriendo. Sed resignando quis dicitur mori quo ad ipsum beneficium dicit.d.glo.in d.Cle.2.cum subsequen.s̄.adductis. Ergo sequitur ꝙ sumus in terminis.d.Cle.

40 ¶Vbicunque † enim mors ciuilis operatur omnem effectum, quem operatur mors naturalis, dispositum in morte naturali habet locum in morte ciuili. Istud comprobabo in c.2.isto tit.circa fi. Et apparet ꝙ renunciando dicitur mori: quia omnem effectum operatur renunciatio quo ad beneficiū, quod operatur ipsa mors naturalis. Non magis habet iuris in beneficio resignatarius a resignante, q̄ is cui prouidetur per mortē, habet a defuncto, cum a superiore ius beneficiale solum suscipiatur & canonica institutione. testatur Ioan.Mona.in c.Indemnitatibus.s̄.titu.proxi.& ibi vide concordan.per me.& in c.fin.hoc titu.

¶Et sicut interuenit consensus resignantis expressus. Ita videtur accedere morientis tacitus, qui idem operari dicuntur. Et per hæc sequitur ꝙ renunciando videtur ꝓcuratorem reuocasse. Ideo debuit notificasse. Et sic resignatio subijcitur dispositioni.d.Cle.qua nō obstante, tenuit cessio in curia per procuratorē, facta dicta resignatione (dico) non obstante in manibus ordinarij facta, quę fuit nulla medio variationis & illusionis, & sic contra iura dicitur mercatum. l. quemadmodum de agricol. & censit.lib.11.C.

¶Intentio nostro non refragatur, si dicas, ꝙ per constitutionem procuratoris non abdicatur titulus ille beneficialis: sed imo vsque ad resignationem remanet titulatus, quod fateor. Non tamen ꝙ per hoc in puncto interim possit resignare secundo, tum propter variationem & illusionē procuratori, & Papæ acceptanti resignationem factas. Et si licet remaneat titulatus tn̄ debet notificare resignationem procuratori: alias nō potest resignare. Probo a simili ꝙ licet prælatus cōcedat & conferat beneficiū absenti, tn̄ antequàm veniat ad notitiam absentis, non potest beneficium illud alteri conferre.c.si tibi.s̄. de præbend. vbi Scribē.& in l.absenti.ff.de acquir.poss.& l.qui absenti.ff.de dona.ibi.nō est deductū ꝙ beneficium absentis diceretur: quia sine alia resignatione per solum dissensum, & non acceptationem superior alteri cōfert: qui tamen penes se quasi ius conferendi, vt per prius habebat.

¶Et sic eodem modo, eo ipso ꝙ constituit procuratorem ad resignandum in manibus Papæ, non potest resignare in manibus ordinarij, nisi notificet procuratori resignationem factam. facit quod not.Ioan.Mona.in c. quia cunctis de conces.præbend.s̄. Et si aliter dicamus includitur variatio: quia si voluit resignare in manibus Papæ, ergo exclusit resignationem fiendam in manibus alterius: & ad id videtur se obligasse: vt non diceretur cōtra iura imposterum mercari. Ideo videtur renunciasse resignationi fiendæ per seipsum & se iuribus subiecisse: vt in euentum renunciationis fieret notificatio procuratori. Inclusio enim vnius est alterius exclusio.c.nonne. s̄.de præsump.l.maritus.C.de procura.l.cum prætor.ff.de iudi cum similibus.

¶Et hec in præsentiarum sufficiant, vt dicatur prouisio Philippi Probi validior per Papam medio resignationis procuratoris facta.

41 ¶Vnum tamen restat in puncto an sufficiat † notificare dictam resignationem in manibus ordinarij factam, Philippo Probo, in cuius fauorem in manibus Papæ per procuratorē fit resignatio, siue fieri mandatur. Pro parte affirmatiua habeo doctrinam Domi.in c.fi.in fi.de proc. hoc lib.vbi dicit ꝙ si datus sit procurator ad renunciandum ex causa permutationis, dominus reuocat & notificat illi, cum quo debet fieri permutatio, ꝙ valet reuocatio, adeo ꝙ permutatio postea facta cum illo nō tenebit quo ad ipsum: quia ipse fuit in dolo tacendo reuocationē. Et in beneficijs omnis dolus cessare habet & abesse. Io.Mona.in rubri.s̄.de elec.Socinus consi.164.col.2.facit c.cum dilecti.s̄.de elec.cum similibus ibi per eum allega. istud mēbrum tangit de Selua. in 3. par.trac.benefi.q.16. qui inclinat in partē affirmatiuam, dicens ita vidisse seruare, siue sententiare in se natu Tholose. Ego equidē vidi hic in senatu Parisiensi anno.1526.18.Maij.pridiè vigilię pentecostes. D.Petro, Matthæ referēdario, & ipsius senatus cōsiliario meritissimo, moueri potuit senatus ipse in

terris supremus, sequentibus. Primò, quia constitutio procuratoris ad renunciandum causa permutationis, aut in fauorem facta, videtur quasi habere naturã contractus inter constituentem, & illum, cum quo permutare, aut in fauorem cuius resignare volebat: qui quidem contractus non habet effectum nec aliquam essentiam, donec fit perfectus & per admissionem resignationis cõsumatus. Ideo ante hæc posse recedi.

Secundò, quia is contractus dicitur conditionalis, qui non perficitur, nisi concurrat consensus vtriusque, cui obuiat reuocatio per alterum facta: ideo procurator nihil poterit cum superiore, quia exordium sumitur a partibus, non a superiore.

¶Sed quid, si procurator constituatur simpliciter? puta nec causa permutationis, nec cum clausula, dum tamen conferatur &c. cui fiet notificatio reuocationis, a superiore & procuratore? dic quòd huic, cui medio resignationis fiet prouisio, quia sufficit: tamen huic potest adhiberi cautela, vt alteri fiat prouisio, qui non speratur in ꝓuisione. Ista possemus latius expedire, sed tempus instat, vt ad alia descẽdamus, & ad onus insupportabile officio solicitationis nostræ incumbens occurramus.

Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Quoniam aliqui curiosi disceptantes &c.

SVMMARIVM.

1 *Papa liberè potest resignare.*
2 *Resignatio debet fieri in manibus superioris.*
3 *Papa superiorem non habet.*
Nullus potest esse iudex in causa sua.
4 *Populus Romanus, lege regia transtulit suam potestatem in Imperatorem.*
Habet plenitudinem potestatis Papa.
5 *Vbi non est superior accipiendum est verisimilius.*
Quod nunc est certum & potest tractu temporis reuocari in dubium, debet in scriptis redigi.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ioan. Mona. fuit tempore Cœlestini V.*
2 *Renunciatio facta in manibus non superioris, non tenet.*
3 *Renunciatio quando fiat coram notario.*
4 *Præsentatus, solum renunciat, præsentationi in manibus patroni.*
Ius quærendum est facilis destructionis.
5 *Beneficio litigioso renunciatur in manibus non superioris.*
6 *Papa habet superiorem, quando a fide deuiat.*
7 *Imperatiuus modus quare prima careat persona.*
8 *Quando quis non valet consequi iustitiam: propria auctoritate recuperat sua.*
9 *Scriptura pro memoria, hic commendatur.*

1 QVONIAM. Hoc capi. habetur† Papam a liberè posse resignare: vt fecit Celestinus V. a 8.q.1.si Petr⁹. & de hoc notat. 7q.1.nõ autem (Apostoli) ad Roma.12. (vniuersalem.) s̄.in procem. in princ. (resignare) 2 Contra. resignatio † debet fieri in manu b superioris. b s̄.eo.dilecti. Sed Papa superiorem nõ c habet. c 21.dist.nunc autem.

¶Sol. contrarium regulare est: sed hic est necessitas, cũ non habeatur superior. Simile video. Nullus† potest esse 3 d iudex in causa d sua. ff. de iurisd.om.iud.qui iurisdictioni. quod verum est regulariter: fallit tamen propter necessitatem, vt cum princeps superiorem non habeat, ipse de causa sua cognoscit. ff. de his, qui in testa.delẽ. l.proximè.

4 ¶Item † populus Romanus penes quem erat summa potestas: transtulit lege regia lata, suam potestatem in Imperatorem. Insti. de natur.iur.gen.& ciuili.§.sed quod principi. Sic Papa, qui habet plenitudinem potestatis. 2. q.6.decre.9.q.3.cuncta. Ista lege data, potuit cedere oneri & honori, vt hic.

5 e ¶Et vbi † non e est superior, accipiendum est verisimilius, vt d.l.proximè (redigendum.) Nota quòd nunc est certum, & potest tractatu temporis reuocari dubiũ, f debet in scriptis f redigi. argu.j̄. de testib. significauit. & cap. Albericus.

ADDITIONES PROBI.

1 CAELESTINVS V. Cuius tempore Ioã. Mona. fuit cum tempore Bonifa. VIII. immediati eius successoris staret in consistorio. testatur ipse in c. super eo. in princ. de hæreti. ibi dixi tunc. Et quare libẽter fuerit admissa resignatio Cęlestini V. notat Ias. consi.1. col.8. quia de mane faciebat gratiam, & de sero auferebat, & alij conferebat. Vnde Cardinales licet scirent quòd per fatuitatem Papatui renunciaret, tamen quia erat vnum pecus, libenter acceptauerunt refutationem, & creauerũt dictum Bonifacium huius libri compilatorem, qui depingitur vulpes in introitu, leo in accubitu, & canis in occasu suo, secundùm eundem Ias. prædicta repetentem in consi.145.col.2.in 2.vol. Beatissimus Papa.

b ¶In manu superioris. Glo. post text. in c. quòd in du-2 bijs. s̄. hoc titu. dicit, quòd renunciatio † in manu superioris non facta puta laici non tenet imo in manu eius, a quo habuit beneficium, debet fieri. Pro quo multa iura allegat, quod verum dicas, nisi in manu Papæ, licet ab eo non habuerit beneficium, cum sit ordinarius ordinariorum, & super beneficijs habeat potestatem absolutam. nota. in c.2.j̄. de præb.

¶Idem dic de legato de latere, per ea, quæ notaui. s̄. in c. vt animarum. versi. tertium quæsitum. de consti.

¶Pro præmissis adde tex. in c. admonet, isto tit. vbi Panor. nu.3.& Bal. in prin. citans Legistas dicere idem fore in iurisdictionib. secularibus, quia sicut nemo potest eas ꝓpria auctoritate adipisci, ita nec a superiore collatas, renunciare, nisi in manu superioris, vt ff. de offi. præsid. l. legatus Cæsaris. regula vulgaris. Omnis res. s̄. de reg. iur. Bar. in l.1.num.13. de peti. bono. subla. lib.10. C. Panor. in c. quod Dei. num.4. de sta. mo. Idem Panor. in c.2. num.10. de restitu. spol. Car. in Clem.1.7.q. eo quòd debet fieri in illius manibus tantum, qui potest inuitum destituere. quod tenet Pal. & ibi Archid. in c. deliberatione. de offi. deleg. hoc lib. dico in c.1. de cleri. coniug. in prin.

¶Et qui poterit inuitum destituere, dicetur superior, c. cum ex iniuncto. s̄. de hæreti. vbi Panor. & Fely. Inno. in c. fi. s̄. eo. gl. in d. Cle.1. in ver. manibus vbi dicit Car. verũ, consentientibus collatore præsentatore & eligentibus. Archid. in c. deliberatione. Bal. in Marga. in ver. admittere. vbi allegat Inno. in d. c. quod in dubijs.

¶Præmissa intelligas in renunciatione expressa, secus in tacita, quæ valet facta in manu nõ superioris. c. de multa. s̄. de præbend. extrauagan. Execrabilis. c. licet canon s̄. de elec.

Et sic dic de renunciatione iuris ad rem idem fore. c. 2. de translat. prælato. cum ibi not. cap. si electio. s̄. de elec. hoc lib. Rota iu antiq. deci. 290. vbi dicitur, quòd licet habens beneficium non possit illud resignare simpliciter, nisi in manibus superioris habentis potestatem instituendi & destituendi: tamen secus in impetrante expectationem, habente solum ius ad rem, quia talis coram 3 † notario potest gratiæ suæ renunciare. notat Archid. in c. de liberatione, & Rota in antiq. 290. Et est ratio, quia ibi non est interesse superioris, cum ius non sit quæsitum in re, sed ad rem. Ad idem Rota in antiq. deci. 328. quòd 4 præsentatus † antequàm fuerit institutus potest renunciare in manibus solius patroni, cum per præsentationem solum quæratur ius ad rem. c. dilectus. s̄. de offic. deleg. vbi Inno. Istud enim ius ad rem videtur quasi idem quod ius quærendum, quod est facilis destructionis. l. si testamento. la j. ff. de condi. & demon. Secus in iure quæsito, comprobat Iaco. de Nigris in repeti. l.1. de legat.1. col.9. de renunciatione facta in manibus laici & clerici non superioris, ac etiam per simoniam, vide quæ tradit Domi. in consil.125.

5 Idem in beneficio litigioso, † quia tunc potest renũciari absq; consensu superioris quando est probabile dubiũ an habeat ius c.2. de in integ. resti. Panor. in d. c. quod in dubijs: secus si clarum foret, licet litem pateretur. vt in simili diximus de redemptione vexationis in beneficialibus. Et hæc renunciatio dicitur propriè cessio. notat gl. Regu. cancel.43. quo iure in praxi vtimur.

c ¶Non

c ¶Non habet. Istud habes moderari vt non procedat
6 quando Papa † a fide deuiat: quia tunc habet superiorem in terris, cum tunc minimus apud catholicos dicatur. dixi s. in proœmio, in ver. interiecto, & dico in c. in generali circa fi. de reg. iur.

¶Et quòd superiorem non habeat, notat Domi. consi. 114. col. penul. si procurator: vbi subdit, non sic de Imperatore: quia talis habet Papam in superiorem. c. venerabilem. de elec. s.

d ¶In causa sua. Et ratio vna extat, quia nemo potest ligare seipsum, vel imperare sibi ipsi. Hinc dicimus quòd
7 † imperatiuus modus prima persona caret Guil. de Monte Laud. in c. si canonici. j. de offi. ordi.

e ¶Vbi non est superior: In simili facit quod diximus in c. fi. in quarto quæsito: in versi. postremo s. de constitu. ꝙ
8 vbi quis † non potest consequi iustitiam a superiore, licitum est propria auctoritate recuperare sua. Cardi. consi. 150. col. 2. Ad idem si est superior, & non vult concedere licitum, per ea quæ notat glo. pragma. in tit. de colla. in §. volens. itaque in ver. nulle. col. penul. Et tali non currit aliqua temporis præscriptio. notat Domi. in consi. 42. versi. restat igitur, quia reuocatur in dubium allegat c. ex insinuatione. s. de appellatio. Et tunc debet fieri protestatio quòd non currat sibi tempus, prout docet ibi in vers. secunda excusatio: & tunc dicetur legitimè impeditus, contra quem non extenditur rigor iuris. c. licet canon de elec. hoc lib. & cap. cum in cunctis. eo. titu. cum alijs infinitis.

¶Præmissis adde quæ citat Alex. in consi. 11. colu. fin. circa primum. volu. 1. vbi dicit quòd vbi copia superioris haberi non potest, etiam propria auctoritate sibi ipsi ius dicere potest iniuriam passus. l. si alius. §. bellissime: & ibi not. gl & Bart. ff. quod vi aut clam. cum alijs ibi per Alex. adductis.

9 f ¶In scriptis, † Eo quia memoria est vna de partibus corporis magis delicata & fragilis: in qua primū senectus inuadit, Seneca auctore in proœ decla. no. in l. peregre. ff. de acquir. poss. ibi, nec infirmitati memoriæ damnum inferre, iura nostra prouiderunt de scripturis, ne pereat rerum probatio. l. curent. ff. de testib. vbi glo. not. Et dicit Guil. de Monte laud. hic in fi. quòd memoria antiquorum melius per scripturam tenetur. c. tertio loco s. de probatio. & glo. in c. postea. 25. q. 2. quòd fit instrumentū, non quòd vis contractus perficiatur per instrumentum: sed vt facilius per illud possit probari. l. cum res. C. de probatio.

¶Et adde quòd cellulæ intellectus modo agitant huc & illuc: quia speculatiua & estimatiua quæ est vtilior pars intellectus quàm sit conclusiua, non est semper eadem. notat Soc. consi. 150. col. 8.

¶Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Si te præbendam vel dignitatem in aliqua ecclesia &c.

SVMMARIVM.

1 *Litera licet generalis verbo, est tamen aliquando effectu singularis.*
Gratia intelligitur ad primum vacaturum, etsi in illo fuero negligēs, gratia absorbetur.
2 *Non est in culpa qui ex fraude alterius habet impedimentū de facto.*
3 *Alterius odio vel maleficio quis non debet grauari.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Impedimentum prætendens, quid facere habet.*
2 *Qui vult agere pro parte sua, debet primò adimplere, quæ eidem incumbunt.*
3 *Specialia non sunt multiplicanda.*
4 *Exempla non considerantur, nisi quatinus iure firmantur.*
5 *Qui contra iura mercantur, in dolo esse præsumuntur.*
6 *Vbi cessant verba iuris, cessat eius dispositio, & cui non conueniunt verba statuti, nec eius dispositio.*
7 *Ex breuitate temporis aliquid præsumitur.*
8 *Allegare conuenit, non præsumere.*
9 *Notorium non releuat ab onere proponendi.*
10 *Senex & valetudinarius dicitur proximus morti.*
Senex dicitur vt hic.
11 *Centenarius diu viuere non potest.*
12 *Dignus est pœna, qui conscientiam principis circumuenit.*
13 *Non minus est facienda mentio de modo facti: quàm de ipso facto.*
14 *Nominationes vniuersitatum Galliæ sunt interpretandæ secundum ius commune.*
15 *Sola modicitas valoris non operatur fraudis præsumptionem.*
16 *Cœli opportunitas confert ad sanitatem corporis conseruandam.*
17 *Minus verisimile excluditur per magis verisimile.*
Vehementior præsumptio tollit aliam.
18 *Non est nouum derogari naturali per naturalem æquitatem.*
19 *Quæ non prosunt singula, multa iuuant.*
20 *Deceptis iura subueniunt.*
21 *Auctoritas prætoris non facit, quominus decepto vltra dimidiam iusti pretij subueniatur.*
22 *Tractatus futuræ permutationis fieri potest inter partes, non tamen conclusio.*
23 *Auctoritas superioris purgat omne vitium.*
24 *In permutationibus beneficiorum, principaliter consideratur fauor ecclesiarum.*
25 *Quod est principalius respicimus.*
Fauor ecclesiæ & non personæ respicitur.
26 *Commodum priuatum præponi potest publico, vbi præpositio non obest publico.*
27 *Canonum auctores dicuntur magis probi quàm docti.*
28 *Delictum nunquàm præsumitur.*
29 *Religiosus amplectens mulierem præsumitur eam benedicere, non autem scholaris.*
30 *Titularius percipiens fructus postquàm resignauit.*
31 *Possessio est facilis perditionis.*
32 *Acta facta per procuratorem illius, qui beneficium resignauit, an procedant cum successore.*
33 *Cessante causa mandati cessat mandatum.*
34 *Nulla est appellatio eius nomine interposita, cuius non interest.*
35 *In beneficijs successio non habet locum.*
36 *Qui resignat beneficium dicitur mori quo ad ipsum beneficium.*
37 *Vir ab vxore iudicio ecclesiæ separatus, habetur pro mortuo, quo ad ipsum.*
38 *An dominium quod transit in legatarium, censeatur idem dominium quod erat penes testatorem.*
39 *Possessio extinguitur morte testatoris, aut possidentis.*

SI TE. Hoc cap. Primò tractatur, qualiter fraus per probabiles coniecturas iudicetur. Secūdò §. ceterū. qualiter ipsa ex qualitate facti probetur. Et de istis & alijs indicijs fraudis notatur j. hoc lib. de regu. iur. scienti (interponi.) Et est ratio vbi impetro proximè vacaturam præbendam, litera licet sit gene-
1 ralis † verbo, est effectu singularis: vt j. de offi. delega. ex parte primò: Et ad primum vacaturum refertur, vt ibi nota. alias si in illo fuero negligens gratia mea absorbetur. j hoc lib. de præben. si clericus. Et vtroq; casu huius capi. renuncians est in fraude, & iste impetrans est nō in culpa
2 † qui ex fraude alterius habet impedimentum a de facto,
a & ideo sibi non obest hoc, vt hic.

a ¶Et si dicatur, renunciatum beneficium primò vacauit, dico primum mihi deberi quod vacat nullo extrinsecus operante sine fraude & dolo. Sed secus hic, cum
3 † alterius odio vel maleficio impetrans non debeat grauari. j. hoc lib. de reg. iur. non debet.

¶Item quòd primo vacans debeatur est regulare. Sed fallit odio fraudantis, vt hic, & alias fallit dicta regula. j. hoc lib. de præbend. c. ei cui. (ambita.) Simile est de transla. Episco. quanto Et est ratio, Præbendam renunciatam non debet habere renuncians, quia illi cessit, vt potuit. Nec ambitam, quia alteri est debita, vt s. ostendi.

¶Et est argu. ad istud cap. ff. solu. matri. filiæ, & ff. de diuor. si filia.

ADDITIONES PROBI.

1
a IMPEDIMENTVM. In proposito dic quòd ille † qui vult se excusare quod propter aliquod impedimentum non potuit implere id, ad quod tenebatur, non solum debet probare impedimētum, sed etiam debet probare se tantum non fecisse, ꝙ si impedimentum non fuisset, adimpleuisset illud, ad quod tenebatur, vt est text. in l. qui commeatus: & ibi Bar. de re milit. Idē Bar. in l. 2. §. qđ diximus. ff. si qs cautio.

qui ibi dicit, quòd consuetudo est quòd fiat protestatio. Refert & sequitur Alexan. in consi. 49. nume. 4. inspectis. volumine secundo, sequitur & comprobat Decius cons. 454. nume. 6. iuridicas.

¶ Et sic debet modificari doctrina, quã ibi idem Alex. citat, ꝙ quotienscunque duo fuerunt contrahentes, & vnicuiq; eorum ex forma contractus incumbit onus aliquid implendi, † tunc debet ille primò implere pro parte sua, qui vult agere contractu. Ita Bald. & alij in l. si soluturus ff. de solutio. per not. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & in l. ediles. §. fi. cum l. sequen. ff. de edil. edic. & Dec. consi. 452. col. 1. visa instructione: & consil. 464. nume. 2. placet conclusio.

Et si stat per aduersarium quo minus id fiat, habetur quo ad actum agendi pro iam impleto, in præiudicium aduersarij, prout idem Alex. ibi col. 1. iuribus comprobat: quem vide in proposito protestationis in consi. 164. col. 2. viso processu causarum volu. 2. vbi adducit quod not. gl. in cap. cupientes. in §. quod si per. 20. supra de elec. hoc libro in verbo propositam & glo. in cap. 1. & in cap. plerunque de rescrip. supra quæ volunt ꝙ vbi quis est impeditus facere actum in termino sibi statuto, nõ excusatur, nisi protestetur de impedimento: quod placet Socino consi. 45. post princ. visa appellatione. Vnde dicit Io. de Imol. in d. §. quod si per. 20. vt ibi refert Domi. ꝙ semel obtinuit causam appellationis, in qua appellans non poterat habere copiam iudicis: & transiuit sibi tempus sine protestatione, quia per illam negligentiam in nõ protestando succubuit. not. Bart. in l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit. & Ant. de Butr. & alij in cap. ex ratione & cap. fi. supra de appel. Vide in simili de protestatione Decium consi. 460. nu. 10. cum sequen. viso puncto, & latè per Io. Mona. in d. c. cupientes nu. 53. & sequen.

Et quia passus iste frequens est, ideo addere vltra Doctores hic summo affectu curaui. Ad rem igitur descendendo præmitto notata per Do. de rota in causa. 6. dubio. 22 vbi describitur casus.

Pone, quidam impetrauit a pontifice maximo gratiã ad proximè vacaturam in certa ecclesia, etiam si dignitas & c. demũ archipresbyter illius ecclesiæ octogenarius, grauiquè infirmitate detentus (quia ex ea mortuus) cõstituit procuratorem ad resignandum (in curia) permutationis tamen causa, cum Titio nepote suo, qui procurator in vim mandati, in manibus vice cancellarij dicta causa permutationis cum quodam Sempronio eiusdem procuratoris consanguineo resignauit: illius tamen beneficium in valore ad tertiam partem fructuũ archipresbyteratus solum æquiparabatur. Ex quibus eliciebatur dubium, an resultaret probatio fraudulentiæ permutationis, hoc in dubio datus est per dominos gladius anceps. Et pro parte negatiua moti allegant. l. dolum. C. de dolo, vbi dolum ex perspicuis conuenit probari in insidijs, & ibi in proposito glo. citat ꝙ Aldericus ponebat casum in ipsa lege, in Hispanis, qui eum inuitauerant ad prandiũ vt fideiuberet pro eis, vel rationes suas accommodaret, & dabant ei vinum album quasi aquam rubeo mixtum, vt sic inebriaretur: quam glo. not. ibi Bal. & Saly. ꝙ si quis inuitat aliquem ad prandum, & inebriat eum, & postea secum contrahat, ille præsumitur dolo inductus ad contrahendum: pro quo motiuo vide concor. in glo. d. l. dolum.

Fortificantur etiam dicta Do. de Rota argu. a cõtrario sensu huius literæ: quia hic loquitur in casu certo ab illo dissimili, puta cum renuncians in fraudem nõ est infirmus sed alius cuius fortè præbendam tanq̃ pinguiorem captabat, vnde cum in suo casu loquatur, de alio non vr idẽ sensisse. c. susceptum. š. de res. hoc libro cũ similibus, maximè quia decretalis ista & eius decisio est exorbitans a iure cõi: ergo limites suos non egreditur. l. 1. in fi. ff. de consti. Pri. vbi gl. not. tex. in c. sane. supra de priuile. quòdquàm videtur specialis ad casum suum: ergo & c. Cum † specialia non sint multiplicanda. l. si quando. C. de inoff. testa.

His tñ non obstantibus ijdem domini moti alijs rationibus tenuerunt contrarium per tex. nostrum, cum conditor huius decretalis non solum considerauerit casum prædictum, sed regulam positiuam iuridicam. Et ista magis debet attendi. pro quo tex. hic dummodò de præmissa fraude & c. Vnde illud quod exempli gratia ponitur siue postea sequitur, ibi, vt quia dictæ renunciationis tpe & c. Canonis generalitatem non immutat, cum † exempla non debeamus considerare, nisi quatenus lege firmentur. vt patet de senten. & inter. C. l. nemo, & ff. quod met. causa. l. metus. §. sed quod pretor. nisi dicas de exemplis principis glo. & Bar. in l. Titius rogatus. ff. ad Trebel. vel quando res est dubia. dixi. š. in præfa. proœ. nu. 52.

Et sic per præmissa visum fuit õcludi debere ꝙ dicta permutatio erat facta in fraudem saltẽ præsumpram, de qua potest coniecturari duplici ratione. Aut quia non fit quod fieri debet, vt. ff. mãda. l. si procuratorem. § dolo & l. dolus eo. & ad legẽ Falcidiam. l. dolo vbi glos. quæ appellat istam dolum præsumptum. Et pro hoc adducit cõcordantes. C. de iniur. l. si non conuicij. & ad legem Corne. l. 1. §. diuus: ergo sequitur ꝙ si permutatio fuerit fraudulenta, fuit inualida, quia contra prohibitionem iuris. tex. in c. 1. ꝫ. de rerum permutatione, ibi, sine fraude, & sic sic nulla, quia legislatorem quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficit. l. Non dubium. C. de leg. & de regulis iur. quæ contra hoc libro facit regula. l. quemadmodum. de agri. & cen. lib. 11. C. qui † contra iura mercatur, in dolo esse præsumitur.

Et pro hoc dubio adde Petrum de Ancha. consi. 388. In casu præmisso. Esset ante omnia, vbi dicit ꝙ text. nr̃ habet locũ tm̃ vbi dicatur de peremptione totalis iuris. argu. cap. vbi periculum. š. de elec. hoc lib. & l. 1. §. sed & si quis. ff. de Carbo. & hoc innuit hic glo. in verbo, proximò vacaturam. facit id quod voluit Ioan. Andr. in d. c. 1. ad finem de rerum permuta.

Item vnum habes in consideratione, ꝙ anteq̃ habeat locum text. noster, oportet ꝙ fuerit in graui infirmitate constitutus, quia non sufficeret simpliciter allegare infirmitatem, s̃m Franc. & Gemi. hic & Petr. de Anch. vbi š. col. 2. num. 4. Imo ipsam grauem infirmitatẽ articulare & allegare necesse est, alias nulla fraudis præsumptio resultaret. Nã vbi † cessant verba iuris, cessat & eius dispositio. l. 1. §. si is quis nauem ff. de exerc. & l. non aliter. de leg. 3. facit. c. Indemnitatibus. §. pe. š. de elec. hoc libro. Iason in consi. 63. col. 2. vol. 3. & ibi ponit exempla, quæ videre licet, idem cui non conueniunt verba statuti, nec eius dispositio conueniet. l. 4. §. toties. vbi Bart. & alij ff. de dam. infec. Idem Iason in con. 115. col. 1. Statutum. vol. 4. Item qñ verba non possunt verificari in vna parte contractus, nec eius dispositio. l. 1. §. si conuenerit. ff. de po. Reg cõtractus. ff. de reg. iur. not. Calca. consi. 1. colu. 8.

Nec suffragari posset, vt dicit idem Petrus, dicere per aduersarium ꝙ licet nõ sit articulatum nec allegatum de graui infirmitate, tamẽ probatum est ꝙ graui infirmitate fuit detentus, quando procuratorem constituit saltẽ præsumptiue eoipso ꝙ probatum est ex infirmitate allegata mortuũ infra quatuor dies, quasi ex temporis breuitate † præsumere debeamus fuisse grauem tempore permutationis & constitutionis procuratoris. argu. capit. officij. š. de elec. & l. si mater. §. in bonis. ff. de priuile. credito.

Ratio extat: quia non † sufficit aliquid præsumi, nisi allegetur. l. si adulterium cũ incestu. ff. de adul. vbi Bart. nu. 14. citat ꝙ non sufficit præsumptiones sufficientes apparere ad probationem erroris, nisi etiam error allegetur. Pro quo vide remissiuè Alex. ibi in addi. ad Bar. vbi ad saturitatem multa effutit. facit glo. in Cle. appellanti. de appella. ꝙ licet notorium † reuelare possit ab onere probãdi, non tamen releuat ab onere proponendi. quam gl. ad hoc propositum reputarunt singularem Panor. & Imol. ibi Barba. in c. 1. col. 21. de offi. ordi. š. & in c. 2. col. 15. de libel. oblatio. & in capi. ex literis. colu. 14. š. de probatio. in cap. peruenit. col. 2. de empt. & vend. in c. pen. col. 1. de testam. Fel. in c. cum dilecta. col. 16. ver. amplio. š. de res. & in c. ex tenore. š. de testi. Et Iason. in l. 2. col. 7. ff. si quis ius voc. nõ ierit: & Fran. in c. 1. de appel. hoc lib.

Non suffragatur præterea dicere ex temporis breuitate aliquid præsumi. Nam illud verũ faterer in his, quæ depẽdent ex partium voluntate, sicut ꝙ pactio præcesserit, vel eligatur, aut pecunia alicui detur. Secus in his, quæ non dependent a partiũ ipsarum voluntate seu potestate, sed a natura, sicut est ꝙ quis sit infirmus grauiter vel nõ. Istud patet quotidiana experientia de alijs, quæ non depẽdent a partium voluntate. dixi. š. in cap. tibi qui. de res. quibus adde Bonifa. in Cle. vna. §. secus. nu. 66. de cõcess. præben.

Istam

¶Istam decisionem Petri comprobat Feli.in cap.quia verisimile:in 1.colu.de præsumptio.vbi dicit ꝙ hoc casu habes ad eundem Petrum recurrere. sequitur Ioan.de Im.in l.filiæ meæ.ff.solu.matr.vbi etiam Bald.quos refert & sequitur.Socinus in consi.53 miror ꝙ in præsenti vol. 1.Oldra.consi.324.factum tale est.dominus noster Papa Clemens.num.6.versi.quinto.renunciatio:vbi multa adducit argu.similia ad textum nostrum. Et post hæc concludit procedere maxime in † sene.& valitudinario renunciante, qui iuris præsumptione proximus est morti. l.3.4.& 5.ff.de donatio.causa mortis. Quod patet deriuatione vocabuli: videlicet senex quasi seminex, id est semimortuus:nex enim mortē significat. Vnde neco quod est interficio: maxime dicas † si centenarius sit:quia talē diu viuere non posse existimant philosophi.l.heredi.ff. ad legem Falcidiam: & ff.de vsufruct.l.an vsufructus.& de vsufruct.lega.l.si vsufruc.la.2.ibi.Vnde centum annos obseruandos esse placuit.qui finis vitæ longissimis est.gl. post text.in l.fin.C.de sacrosan.eccle.text.etiam: & ibi gl. in capit.ad audientiam.de præscrip.& in capitu.sequen. Dico latius in rubrica de vita & honestate clericorum. infra.

¶Non iuuat præterea dicere ꝙ ex eo ꝙ renunciatio facta fuit corā pontifice maximo, & sic fraus cessare videtur: quia hoc intelligitur si vitium aut fraudē sciuerit Papa: secus si ignorauerit arg.l.Idem Vlpianus.§.sunt & alij.ff.de excu.tut.vbi de tutore,qui principis auctoritate mutat domicilium, ꝙ per hoc a tutela nō excusatur,nisi hoc sciat princeps & ipsum literis ascribat, imo dignus † est pœna, qui conscientia principis circunuenit text.in l.fi.C.de his qui a non do.manumissi sunt.tex.in c 1.& ibi gl.in ver.tacuit.s.de frig.& malefi facit in argu.l.bonorū. C.qui admitti. Panor.& alij in c.nonnullis.s.de resc.l.Res quę §.lites.ff.de iure fisci.vbi dicitur ꝙ Imperator non recipit lites damnatas, & alia quæ in fraudem aliorū ei dantur:iuxta illud legale, calumnię facultatem ex principali maiestate capi non oportet.l.pen ff.de hæred.insti.

¶In hoc tamen potest adhiberi medela, vt in resignatione non videatur facta fraus, saltem si interuenerit, nō nocebit,videlicet ꝙ in ipsa renunciatione fiat mentio de expectante: quia tunc non poterit obijci de fraude. Pro hoc habes in argu.tex.in ca.ex parte, el.1.s.de offi.deleg. vbi secunda impetratio non tenuit: quia de expectante non fecit mentionem;ratio suadet,quia † non minus est facienda mentio de modo facti q̄ de ipso facto. non solum factum sed etiam modus facti est exprimendus.arg. l.cum ij. §.modus, ibi, nam etiam ex modo fides transactionis estimabitur.ff.de transactio.& C.eo.l.vt responsum.text.& ibi glo.in ca.dilectus filius abbas.s.de resc.qui iuncta ipsa glo.notatur ad hoc, ꝙ non solum vitiatur rescriptum tacendo id,ad id quod factum est: sed etiam tacendo quomodo & ex qua causa fuit factum: quia ex ea generalitate quæ obscuritatē parit,potest facile princeps circunueniri.l fi ad fi.ibi,falso sermone se iactat.C.de dotis promissio.facit gl.in c.occidit.23.q.8.quę dicit causam facti magis in quirendam q̄ factum. Ad idem Inno.in d. c.dilectus in prin.ꝙ non sufficit narrare factum, nisi quis narret causam facti, si talis est causa, qua expressa p̄sumi debet literas nō esse concessas, vt ibi: & C.de adop.l.3.Et etiam modum facti, quādo modus causam dandi vel negandi p̄staret.d.l.vt responsum.meritò dicitur ꝙ in qualibet causa & iudicio modus agendi est attendendus.gl.in c.hoc quippe.3.q.6.Bal.in l.cum seruum.C.de seruis fugi. & in l fi.C.si ex fal.instru Calca.Con.1.col.25.

¶Sic in proposito dico ꝙ si non fiat mentio de expectante, fraus obstabit, alias secus:quod perpetuo nota in hoc puncto:quia sepe contingit.

¶Et idem poteris dicere † de nominatis per vniuersitates Galliæ,qui instar expectantium & mandatariorum videntur.glo.In ver.gradus.pen.col.in §.Item ꝙ per vniuersitates. de colla.in pragma.quæ dicit ꝙ de ipsis nominationibus iudicandum est sicut de gratijs, nisi vbi decisum est contrarium.Sunt enim interpretandæ secundum ius commune: quod prosequere vt ibi per.d.glo. Instar etiam gratiarū in forma pauperum saltem in aliquibus. glo.in §.quod si ex dictis.in ver.tempore. col.2.in d.titu. de cola.eo quia fuerunt inuentę ad prouidendum pauperibus scholasticis:qui nullum aut minus sufficiens beneficium sunt assecuti ecclesiasticū Cle.gratiæ. de resc.& dicuntur gratiæ,quia eas dare est voluntariū,nec possunt ad eas dandas cogi vniuersitates.gl.in §.Item ꝙ ad dictas duas in ver.poterunt.d.tit.de colla.dicit tamen ꝙ iniustè facerent si denegarent nominationem graduato benemerito,iuxta notata in c.vt cōstitueretur.l.di.vbi si dispēsatio est debita,iniustitiam facit superior si eam denegat, tamen non potest cogi per no.in cap.bone el.1.s.de post. præla.In ver.gratia. Io.And.in c.cupientes.§.pen.in ver. gratia.s.de cler.hoc lib.vbi Io.Mona.ante eum num.131. Vide quæ supra dixi in proœmio sacrosanctę nu.9.differentiam tamen vide inter mandatarios & nominatos in glo.in ver.censeantur.eo.tit.in §.Statuit autem.

¶Pręmissis vnum adde quod in proposito voluit Bert. in tracta.de Episcopo, in 1.par.3.lib.q.64. vbi quærit si quis habet expectatiuam primi Episcopatus vacaturi, an sibi præiudicetur per renunciationem factam in fraudem sui,vt cogatur acceptare beneficium renūciatum, ne forte habeat primum vacaturum per mortem quod erit pinguius. Et dicit ꝙ non,secundum Bal.& Imo.in d. l.filie mee.ff.solu.matri.

¶Et quia permutationes querelari solent de fraudulēta via,ob tenuitatem fructuum compermutantium: eo quia ex nimia liberalitate,simulatio,& fraus pręsumitur. l.omnes.§.Lucius.ff.de his qui in fraudem credi.s̄m Bal. in l.eam quam.C.de fideicom.Ias.in consi.26.col.3. vol. 3.Ideo pro expeditione puncti dic cōem opinionē state: ꝙ sola † modicitas valoris non operatur fraudis pręsumptionem.Ita dicunt Io.Mona.Ioan.And.Fran.& alij in c. 1.s̄.de rerum permuta.Freder.in trac.de permuta.benefi. vltima Feli.Post Panor.in c.quia verisimile.s̄.de p̄sump. in prin.nisi alia adsint adminicula, vt potè si quis permutaret cū nepote iuuene beneficium tenue habente, quia tunc vltra tenuitatem occurrit suspitio sanguinis,& ꝙ id reuelauerit caro & sanguis.vt in simili dicit Ioan.Mona. in c.fundamenta.in fi.s̄.de elec.& hoc signanter, si alter etat senex.Istud est de mente Ioan.And.hic contra Ioan. de Lign. in cap.1.de cleri. non residen.& ibi Panor. vbi & in d.c.quia residet contra Ioan.de Lignia.distinguendo. Aut sunt aliæ præsumptiones elidentes,seu obfuscantes prædictas præsumptiones, & hæ solæ non sufficiunt ad probandum præsumptionem: vt puta:beneficiū pingue exigebat magnam curam fortè seni intolerabilem, vel locus beneficij non erat sibi tutus,seu aer eidem non conferebat.c.ad supplicationem.s̄.de renuncia.vbi Papa concessit licentiam Episcopo cedendi: quia sine mortis periculo in eo loco morari non poterat. Ad idem cap.cū venerabilis.s̄.de exceptio.&c.ad quæstiones.s̄. de rerum permuta.Hinc dicimus ꝙ cœli † opportunitas mirum in modum confert ad sanitatem corporis conseruandam.l. 1.§.sed si rē.ff.si quid in fraud.patro.per quem tex.Barth. Veronen.in tractatu,seruitu.prędio.rusti.sub rub.de aere dicit:ꝙ sicut minori conceditur restitutio aduersus alienationem rei: ex eo ꝙ res illa fuerat maiorum suorum. l.si emptionem.ff.de minor.dico.in c.ecclesia.in nu.13.s̄. de resti.in integ.eodem modo cōcedenda est eidem restitutio aduersus prædij alienationem, ex eo ꝙ situatum sit in loco salubri,& magis expedit minori vendere prædium alio loco situm,& per illum text.dicit Idem Barth. in tractatu de simula.contractus,pręsumptione.15.ꝙ habens plura prædia,si vendat illud in quo cadat affectio p̄pter aeris amenitatem:ex hoc argui potest ꝙ animū vendendi non habebat. Ideo additis quibusdam alijs coniecturis, argui poterit contractus de simulatione.

¶Ob quod habes illud vulgatum quòd minus † verisimile excluditur per magis verisimile Iason in consil.64. col.6.in causa.vol.3.vbi latè etiam de secunda fama discu tit.& in consi.160.vol.4.visis.Calcaneus.consi.61.ventura.col.6.versi.& ideo tollitur, Iason.in l.si extraneus.col. 2.num.8.ff.de conditio.causa data:quem videbis pro verisimilibus.

¶Idem dicimus de occurrentia duarum præsumptionum, vt vehementior tollat aliam. Feli.in c.Literas.col. 2.s̄.de præsumptio.

Ad idem. Non † est nouum derogari naturali equitati per naturalem æquitatem. argu. l.1. ff.de vsur. Paul.de Cast.consi.334.quod incipit. Primum est de intellectu dicti statuti.

¶ Et ideo dico in proposito ꝙ cessantibus coniecturis prædictis, fraus præsumitur, per tex. in d. c. j. de cler. non residen. qui iudicio Panor. optimè facit ad decisionem huius quæstionis. Nam concilium ibi mouebatur, ex eo ꝙ communiter episcopi facere solent, dum dicit manifesta est enim causa. iuncta gl.

¶ Et idem in clericis qui non facile solēt dimittere beneficia pinguia pro vilioribus, cum totis conatib. crescere soleant in beneficiis, iuxta dictum Ioan. Mona. in c. cum aliquib. num. 3. s. de resc. ꝙ homo habet ascendere nō descendere. Et sic militat hic argumētum a solitis, de quo per nos, in c. statuimus, & in c. Nemo. versic. firmat. Idem Alciatus. s. de elec. quòdque ex his præsumptionibus satis potest inferri sententia. argu. c. afferte. s. de præsump. facit. l. iudicia. C. de rei vendi. Feli. in d. c. quia verisimile. Bellamera deci. 500. vbi citat, ꝙ articuli infirmitatis, & articulus furoris, contra permutationem per apostolicū impetrantem sunt boni, per tex. nostrum, melius per eundem. deci. 344. præsumitur. Rota in antiquis deci. 361. vbi citatur, ꝙ permutatio facta præsumitur in fraudē impetrantium: videlicet ex magna beneficiorum inæqualitate, & personarum coniunctione, quia inter fratres ex senio, & aliquali infirmitate & morte secuta. j. 8. dies sequētes, dummodo prædicta omnia simul concurrant, & tali præsumptioni statur, licet nō sit vera probatio. Et sic quę non † prosunt singula, multa iuuant. l. sancimus. C. de testamen. l. necnon. §. si quis septus. ff. ex quib. caus. maior. Soc. consi. 85. in fin. viso compromisso. & consi. 187. col. 3. in controuersia.

19

¶ Et ꝙ sola inequalitas fructuum non operetur fraudulentam permutationem, addo ea quæ possent describi in puncto quotidiano.

¶ Pone, Titius & Sempronius desiderātes sua inuicem permutare beneficia, & in ea parte eorum desiderium adimplentes, superiores adierunt, qui beneficiorum ipsorū resignationes admiserunt, respectiueq; ea compermutātibus contulerunt, postmodum est repertum beneficium per Titium resignatū nullius saltem modici valoris existere, Sempronij autem compermutantis beneficium facultate dotatum amplissima: modo Sempronius se in ea parte sentiens grauiter deceptum permutationes huiusmodi retractari affectato desiderat animo, tāquàm grauiter lesus, dicens † deceptis iura subuenire. cap. cum vniuersorum de rerum permuta. vbi glo. quòdque sine fraude permutationes fieri oportere. c. vnico. j. de rerum permuta. ibi libere, & sine fraude, & æqualitatem interuenire debere. c. j. s. de rerum permuta. ibi, æqualis fuerit, alias ad æqualitatem reduci. c. ad quæstiones eo. tit. de rerum permuta. s. signanter, si deceptio progressa fuerit vltra dimidiam iustæ æstimationis, prout in casu supposito. ar. l. rem maioris. C. de rescind. vend. Pro quo allegat quod in proposito sentit Calderi. in tit. rerum permut. consi. 4. duo canonici Senen. in principio, videlicet ꝙ quia ponitur alterum vltra dimidiā iusti pretij deceptum fuisse in permutatione. propter hoc contractus rescindi debere, vbi non fieret suppletio iuxta dictam legem. 2. quæ habet locum in permutatione, quæ est similis venditioni. l. fin. in princ. ff. ex quib. caus. in poss. eatur, ibi is qui rem permutatam accepit emptori similis est. Ad idem tex. in l. permutationem. C. de rerum permuta. & l. fin. ff. eo. ibi, quoniam permutatio vicina est emptioni.

20

¶ Nec obest dicere ꝙ fraus † purgata fuit eo ꝙ authoritas superioris in huiusmodi pmutatiōe interuenit, ratio subest, quia licet vēditio sit authore prætore facta, tamen pars quæ decepta reperitur vltra dimidiā iusti pretij, non excluditur quominus ipsam venditionem retractari petere possit. ita notabiliter concludit Panor. in c. cum causa. s. de emptio. & venditio. vbi reprobat dictum Barto. in l. j. de prediis decur. lib. 10. C. qui ibi dicit ꝙ si in contractu interuenerit decretum iudicis, non auditur pars prętextu læsionis, quasi decretum excludat omnem fraudis præsumptionem, quod non fatetur Panor. quia licet sit præsumptio, ꝙ non interuenerit deceptio, non tamen est sufficiens ad repellendum probationē in contrarium, prout videmus in minore, qui cum decreto iudicis vendidit & authoritate tutoris: quia auditur petens beneficium restitutionis. l. j. & 2. & l. magis puto. § pen. ff. de reb. eo. tex. in c. j. s. de rebus eccle. non alie. hoc lib.

21

¶ Et opinioni Panor. astipulantur Roma. & Imo. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. per text. in cap. dilecti de emptio. & vendit. quam veriorem opinionem dicit eam sequendo Alex. in l. pretia rerum col. 4. ff. ad leg. Falcid. & in l. pacta nouissima. C. de pact. Ad idem Bal. in d. l. 2. cum quibus concordat opinio Barto. sibi contrarij in l. j. C. de præscrip. 30. an. ibi, non sequitur subastata. Ergo iusto pretio vendita, cum in venditione, quæ fit per subastationē, requiratur decretum iudicis. Et tamen Barto. ibi vult rescindi venditionem, & sic habes intentum pro parte affirmatiua.

¶ His tamen suadentibus non & militantibus videtur, & verius dicendum contrarium: moueor & primo per ea quæ notat Calder. in titul. de rerum permutatione. consi. j. quod licet permutatio sit permissa de iure cōmuni Cle. j. de rerum permuta. partes tamen ipsæ illā facere non possunt. c. quæsitum & c. vniuersorum. s. de rerum permuta. Doct. in Cle. j. eod. Hosti. in summa eod. tit. § j in versi. & hoc. Et licet secundum glos. in d. Clem. j. in verbo, volentibus, tractatus † futuræ permutationis inter partes fieri possit, non tamen conclusio, sed totum in superioris potestate consistit. ita dicit d. glo. & Panor. in d. c. quæsitum in fin. Hosti. vbi s. & Cald. in d. c. j.

22

¶ Iuuantur hæc per ea quæ dicimus de legitimatione, in qua pater nihil disponit. Sed Princeps vel habenti authoritatem ab eo disponendi consentit. Non enim ipse pater legitimat, sed Principis authoritas. Brunel. in tract. de matrimo. 2. conclu. car. 18. col. j. versi. j. Ias. in consi. 68. viso themate. volu. 3.

¶ Prædicta etiam intelligas habere locum in præbendis eiusdem qualitatis, & ecclesiæ vt permutari non possint sine authoritate superioris. ista fuit doctrina. Panor. post Ioan. And. & Hostien. contra Innoc. in d. c. quæsitum in fin. verbis. Idem sentit Petr. de Anch. in d. Cle. j. nu. 2. Et sic a fortiori. Idem dicemus de aliis beneficiis, & in diuersis ecclesiis fundatis, de quibus non videtur dubitandum permutationem fieri posse, cum de quibuscunq; quæ dātur in titulum, fieri possit permutatio. Car. in d Cle. j. q. 2. Secus in commendam: quod intellige vt per Bellamera in tract. de permuta benefi. versi. 5. quæritur vtrum beneficium commendatum. vide quæ in proposito latè deduxi. in cap. Nemo. in versi. per præmissa videor habere intentum. s. de electio. Ideo sisto ratem prout in simili dicit Ioan. Mona. in c. exiit. j. de verbo. signifi.

¶ Moueor & secundò, per ea quæ supra dixi de inequalitate fructuum, quæ non dicitur sufficiens, vt præsumatur fraudulenta, siue ꝙ debeat dici nulla eo maximè quia robur a superiore sumit, non a partium facto d. ca. quæsitum. facit ꝙ in simili notat Prouincialis car mihi. 45. vbi dicit ꝙ gratia dependet a sola voluntate Papæ: quæ per eum limitatur per modum & conditionē tacitam & expressam, quantum sibi placet, qui potest solennitates & formas prout libet ad perfectionem & esse gratiæ apponere. Secus in his quæ de iure naturæ dependent a voluntate partium duntaxat, non superioris, vt in cōtractibus, & vltimis voluntatibus, de quibus loquitur Idem Cald. quodque propter superioris † authoritatem purgatur omne vitium & quælibet fraudis suspitio remouetur. argumen. l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui nota. infam. facit. capitu. nisi. s. de præben. facit quòd in proposito thematis citat Bartholo. de Chassaneo consilio 17. numero 11. vbi dicit quòd antequàm sit admissa permutatio a superiore, potest dici fraudulenta. Sed cum interuenit authoritas superioris, dolus adesse non præsumitur.

23

Et iō subueniri debere non dicimus medio inequalitatis fructuum, eo etiam quia ipsæ permutationes de iustitia, potius quàm de gratia extant? Bellamera, vbi s. versicu. 3. quæritur.

Nec obstat, iura subuenire deceptis in permutationib. quia illud verum in terminis. d. c. vniuersorum: videlicet quando quis noluit resignare beneficium ex causa permutationis, prout promisit: secus in casu nostro, in quo quilibet impleuit quod promisit.

¶ In ipsis quippe permutationibus † principaliter consideratur fauor ecclesiarum, & secundario fauor personarum. Citat Petrus de Ancha. in d. c. l. 1. ver. secūdo quęro. Panor. in d. c. quæsitum. in 1. col. Et respicimus † quod est principalius, vt per nos discutietur. j. in c. 1. in verbo princi-

24

25

principaliter, de homi. Areti. consi. 29. col. fi. diligenter igitur in puncto nostro fauorem ecclesię & nō personæ recipimus. Io. And. Dom. & alij in d. c. 1. Car. in d. Cle. 1. ver. quarto quęro. Bellamera in d. versi. 3. quæritur. Freder. in tracta. permuta. q. 20. Petrus de Vbal. in simili trac. col. 9. versi. 7. quæritur. vbi concludunt quòd illi de quorum interesse agitur de permutatione facta in fauorem Ecclesiæ, inuiti coguntur: & in hoc dicitur iustitiæ. Sed illi, quę fit in fauorem personæ, secus: pro his vide Pet. de Ancha. cōsi. 279. quod exorditur. Quæstio proponitur in themate: quòd in permutatione beneficiorum superior principaliter inquirere habet de vtilitate Ecclesiarum: quia forte persona quæ permutat beneficium suum, est vtilior beneficio alterius compermutantis, quàm in suo: & cōtra. Ideo non immeritò inquirendum venit de his, & secundariò de fauore personæ. per no. in c. suas. 7. q. 1. vbi gl. 26 ꝙ † commodum priuatū potest præponi publico, quando illi publico non obest præpositio.

¶ Et in præposito. Bartho. de Chassaneo. d. consil. 17. nu. 10. dicit quod deducta pro parte, ꝙ non valeat permutatio, sunt aniles & rationales minutissimę, quæ nō pungunt, nec quæ per prouidum virū permutatione admissa ad illam irritandum debuerunt allegari.

Præterea non obstant deducta per Cal. in d. consi. 4. cū illius æquiparatio non procedat de contractu, videlicet emptionis & venditionis ad contractum permutationis spiritualium, prout in casu supposito, in quo tituli beneficiorum permutantur, & vt supra, deduxi & firmaui in d. c. nemo. de elect. s̄. num. 49.

¶Non iuuat etiam quòd in omnem euentum attendi debet ad grauem lesionem, nihil est, cum in his principaliter consideretur profectus animarum, prout in simili deduxi. supra in rub. huius tit. de minore beneficium resignante. Et latius dico in c. 1. de regul.

¶Et non eundo per mendicata suffragia vt in simili placet Calca. in d. consi. 1. col. 23. ibi, non eundo per ambages, pro intento nostro videtur casus ad Rumbum, in c. quàm periculosum. 7. q. 1. vbi Esau cessit primogenituræ, quam recipere non potuit, postquàm semel cessit: vbi glo. no. quam videas.

¶Imputetur enim quòd non per prius se informauerit instar viri matrimonium cōtrahentis. c. quemadmodum. supra de iureiur. Et hanc teneas tanquàm de iure veriorem, quam vno modo limitare habes, nisi videlicet talis compermutans in tractatu ipso de permutando, dixerit beneficium suum fore talis, & similis valoris: super quibus verbis, sic deceptus suā interposuit fiduciam: quia tunc propter dolum & fraudem succuretur, iuxta regulas iuris communis superius tactas. Ad idem regula de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit considerandum. ff. de regulis iuris. vbi Decius dicens, quòd fraudem dicitur committere ille, qui ad deceptionem alterius & ad sui commodum, aut verum tacet, aut falsum exprimit. Ista citat etiam Panormi. consil. 68. videtur primo. num. 2. volu. 1. facit. l. iurisgentium. §. dolo malo & §. sed si fraudandum. ff. de pac. & l. 1. §. dolum malum ff. de dolo. & l. fraudis. ff. de regul. iur. Et ita videtur mihi Philippo Probo de iure dicendum, qui si non doctus, immortalem tamen & Deum in secula seculorum viuentem obsecro, vt probus merear effici, vt accedat dictum Do. Alciati. in lib. 2. di-27 sputatio. c. 23. canonum † auctores magis probi quàm docti. citat Caciuncula in Topi. charta mihi. 9. col. secunda in prin.

¶Et postremò in hoc puncto dic quòd in dubio non pre-28 sumitur fraus: regula est quòd delictum † nunquàm præsumitur. l. meritò. ff. pro socio Cepola. consi. j. colum. 1.

¶Et dicit in proposito Bald. in l. 1. vbi Iason. col. 5. C. de seruis fugitiuis: quòd quando aliquis actus est licitus, & aliquando illicitus, in dubio præsumitur factus in casu licito. de quo Bart. in l. non solum. §. sed & reprobari. ff. de oper. no. nuncia. vbi dicit, ꝙ quando aliquid est licitum vno tempore, & prohibitum alio, præsumitur factum in tempore licito, vt excludamus delictum: quod intellige quando non est prohibitum simpliciter: sed quandoque permissum, & quandoque prohibitum. Et sic non obstat dictum Hostien. quem Pet. & Car. ibi sequuntur in §. qui vero. c. extirpandę. s̄. de prębend. ꝙ in dubio videtur imposita pensio in fraudem, nisi appareat de causa legitima. c. ad audientiam, el 1. supra de eccle. ædific.

¶Et pro præmissis attende ad ea, quæ cumulat Alex in consi. 127. num. 11. visa inquisitione. vol. 4. ꝙ nunquàm quis ex actu, quem facit præsumitur delinquere, nisi quādo delictum ei esset fauorabile. Pone exemplum in religioso & scholari, qui dicuntur reperti fuisse, religiosus 29 † videlicet amplecti mulierem: quia is eam præsumitur benedicere. Panor. in c. estote. s̄. de reg. iur. Et hoc propter consuetudinem, & qualitatem religiosorum, qui semper laborant pro salute fidelium mulierum. Scholarem vero non, ꝙ dicat Pater noster. Bald. in l. neque Natales. C. de probatio. Et ratio est, quia semper scholaris circuit mulieres quærens quam deuoret, quod docet experientia rerum magistra, & in eo delictum est fauorabile.

30 ¶Continuando propositum quæro quid dicendū † de resignante, & post resignationem admissam fructus beneficij & actus titularij (vt per prius) percipiente & faciēte. Domi. in c. præsent. col. 2. j̄. de offi. ordi. videtur tangere hunc punctum dicens ꝙ si facio procuratorem meū ad resignandum, & non me penitet, cum procurator renunciat, possum recipere fructus vsque ad tempus renunciationis: sicut socius, qui renunciauit societati, absenti communicat illi quæsita, quousq; sciuerit renūciationem. ff. pro socio. l. sed & socius. §. absenti. tamen dicit literarum formam attendendam. an describatur renuncio, an renunciaui, an paratus sum, vel volo cedere, vel cedo, ad præsentationem literarum. Et sic solum vsque ad tempus renunciationis, & non vltra. Ex quibus remanet indubitabile, quòd post renunciationem precipue in foro conscientiæ non possum percipere fructus, cum iam sim constitutus in mala fide, nec habeo aliquid iuris, quia per renunciationem amissi. c. post translationem. §. Rursus. supra eod. titu. & c. dilecto. supra de præbend. Etiam possessionem. Guiller. de Monte lauduno: in c. deliberatione. j̄. de offic. lega. cum facilius † perdatur possessio quàm proprietas. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. pos. hinc. Inno. & Henric. Bohic in c. quod in dubijs. supra eod. tit. dicunt quòd licet ius siue proprietas non perdatur per cessionem in manibus non superioris factam, bene tamen perditur possessio. notat Archid. in c. Gonsaldus. 17. q. 2. & ratio, quia solo animo perditur possessio. l. licet magis. ff. de acquir. pos. Ita tenet Inno. in c. sane. supra hoc tit. Panor. in d. c. quod in dubijs. supra eo tit. col. 3. Bal. in c. cum venerabilis. de consuet. suadet, quia in possessione non est quid spiritualitatis, vel vinculi indissolubilis: ideo amitti posse, renunciando sine licentia superioris. vide rotam in no. 306. latè per D. Aureo. in additio. ad Guiller. hic.

¶Et sic ex quo nec ius nec possessionem habeo, non mireris si non faciam fructus meos. Ideo ad restitutionem me teneri dico. rata in nouis. 158. vbi citat: quòd qui renunciat liti, causæ, & beneficio, nisi de facto possessionē dimittat, tenetur ad fructus perceptos.

Et quod maius est, quia etiam non poterit talis capere fructus nomine illius, in cuius fauorem est resignatum, si literę non fuerint expeditę faciunt nota. in c. eum qui. j̄. de præben. Et tenebitur fructus restituere, vel de eis cōcordare cum ordinario vel camera apostolica. ar. c. sacro. supra de senten. excommuni. & c. pastoralis. supra de appella. cum ibi notatis. dixi. supra in c. fi. nu. 5. de cōstitutio.

¶Et quo ad expeditionem literarum vide Prouincialem charta mihi. 45. & glo. regulæ cancel. 25. & 34. col. fi. Istud latius expediemus in trac. de manda. apostol. tractādo materiā. An vigore signaturæ possit adipisci possessio.

32 Reliquum est in proposito. Pone, † Titius cessit beneficio litigioso, & in manibus superioris, occasione cuius Meuio fuit in forma, de eo prouisum, modo procedente tempore lis & causa marte suo discutitur nomine Titij, tamen oritur dubium an processura cum procuratore Titij facta viribus subsistat: & si per eundem procuratorem appellatum fuerit, sit ipsa appellatio valida. De hoc aliquando ab amico interrogatus processuram non valere & appellatione viribus non subsistere de iure, respondi motiuis sequentibus compunctus. Primum mo-33 tiuum adfuit, cessante † causa mandati cessat mandatum, & finitur illud. c. si pauper. vbi glos. fin. infra de præbend.

Sed

¶Sed propter renunciationē seu iuris cessionem, cessat causa mandati procuratorij, quæ erat defensio iuris, si quod ad ipsum Titium pertinebat, igitur cessat exercitium illius.

¶Secundum erat motiuum: quia appellatio procuratoris ad interesse suum non refertur, sed Titij, cuius intererat a sententia aduersus se lata appellari. Sed propter renunciationem cessat interesse illius, cum ex ea sequatur nullum ius ad beneficium sibi competere. Ergo intentū habes quòd procuratoris appellatio fuit nulla: quia fundata sup iure illius, cuius nullatenus appellare intererat propter cessionem prædictam. quod verificatur per. c. nō solent. 2. q. 6. & l. 1. ff. de appella. recip. vbi dicitur quòd 34 † nulla est appellatio eius nomine interposita, cuius non interest.

¶Tertium motiuum, interesse constituentis procuratorem si cessat in re illa, ad quam procurator dignoscitur constitutus, cessat etiam & procuratorij exercitium. casus est apertus, & qui hanc quest. determinat in l. si remunerandi. in §. sicut & in §. si tibi mandauero. ff. manda. Sed propter renunciationem, quā fecit de beneficio ipse Titius, cessauit omne illius interesse: ideo expirauit mandatum.

¶Quartum motiuum: quia si mandatum prælati factū procuratori constituto super conseruatione iuris, quod pertinet ad ecclesiam, cuius ipse est prelatus, finitur ipsius prælati morte. Cle. fi. de procura. Ratio exuberat: quia prosecutio vel exercitium quod fit per ipsum procuratorem constitutum a prælato continuo refertur ad ipsius prælati administrationem, & ab ipsa recipit fomentum.

¶Sed per mortem prælati deficit ipsius administratio & sic mandati fundamentum, ideo deficit & mandatum.

¶Quintum motiuum: quia vbi non est aliquis, qui representet in specie vt successor personam ipsius mandantis mortui, finitur mandatum morte, etiam re non integra. casus est l. 1. C. de actio. & obliga. & in l. si per epistolā. ff. de acquir. hered. quod probat & vltimè Ias. in consi. 138. vol. 4. quod vide tu precor. Sed prælato mortuo nō reperitur eius successor in specie: quia prælato non succeditur in titulo beneficij: cum in ecclesiasticis benefi- 35 cijs † non habeat locum successio. c. ex transmissa. supra de filijs præsbytero. Ioan. Mona. in c. indemnitatibus. supra de elec. & in c. si tibi. supra de præbend. & in c. si hi vt lite penden. notat & in propo. Steph. Bertran. consi. 250. viso processu. 2. parte. glos. habes amplam in pragma. in titu. de paci. poss. in ver. possedit. Rogo pro hoc attende ad doctrinam Bar. in l. 4. num. 4. ff. de seruitu. inquantum loquitur de impressione caracteris, siue spiritualis, siue naturalis, quæ fit purè non sub die, vel conditione: ita dicas de beneficialibus titulis qui pureconferuntur, non sub conditione, saltem quæ tacite non insit, vt si vacat &c.

¶Et redeundo ad propositum ergo multò magis idem dicendum in casu nostro: vt scilicet renunciatione prælati litigantis super titulo beneficij finiatur mandatum factum procuratori ad dictam litem prosequendam ea ratione: quia cum quid fit per procuratorem continuo referatur ad prælatum, qui titulum prætendit habere: per renunciationem finitur ius tituli, quod prelatus prętendit: ideo & mandatum finitur.

36 Item ille qui † resignat beneficium dicitur mori, quo ad ipsum beneficium glo. in Cle. ne Romani coniuncto tex. in ver. moriente. de elec. vbi disponitur de electione fienda, mortuo Papa. & gl. ibi, dicit idem erit Papa cedente. Nam tunc quo ad sedem cēsetur mortuus. 7. q. 1. §. ecce. Similis glo. in c. si propter in ver. vacabunt. supra de rel. & in capitu. cupientes in ver. vacationis. de elect. hoc lib. & in cap. quia sepe. in ver. vacat. eod. titu. facit quod 37 dicimus quòd vir † ab vxore iudicio Ecclesiæ separatus, quo ad ipsam habetur pro mortuo. 33. q. 2. §. sicut ad ipsam. Barba. consi. 48. col. 2. & viso puncto. vol. 4. Et ibi subdit, quod vbicunque mors ciuilis operatur omnem effectum, quē operatur mors naturalis, tunc dispositum in morte naturali habet locum in morte ciuili. ita voluit Dyn. in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. oblig. & ibi Bart. Bald. post Cyn. in l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. Barba. consi. 82. vol. 4. vbi dicit istud procedere etiam in habitu prohibitoregulariter, vt in donatione inter virum & vxorem l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxor. Comprobat Idem Bertran. d. consi. 250. & hoc in terminis nostris & Alexā. in consi. 139. viso themate. vol. 2.

¶Istud patet intelligenti per notata Innoc. in c. dilecti. s. de foro compet. qui citat mandatum procuratoris constituti a prælato proprio nomine: & cum litigatur de titulo, put in casu nostro, finiri morte prælati, pariter ergo & renunciatione eiusdem identitate rationis.

Item si finitur morte eius cum constituit ad litigandū super iure competenti ecclesiæ, cuius est prælatus. d. Cle. fi. (licet videretur dicendum contrarium cum tūc videatur constitutus sub nomine dignitatis & prælaturæ, quæ nunquam moritur. s. de res. hoc lib. cap. si gratiose) ergo multò magis idem dicendum cum constituitur procurator ad litigandum super titulo beneficij, cum tunc constituatur nomine prælati & dignitatis.

¶Et per id habes clarè quod processura talis procuratoris post dictam renunciationem facta, est nulla: iuuat in simili quia officium tutoris pubertate finitur. Insti. quib. mod. tutel. finitur. in prin. Dec. consi. 460. viso puncto.

¶Poteris tamen obtinere rescriptū a Principe, p quod reualidabuntur hæc, & in forma, perinde valere, quæ resultat tibi clara per ea, quæ s. dixi in c. cum in tua. de consuetu. vel literas regias, si processus pendeat coram iudice laico in possessorio, ad validandum processum & processuram, sic contra non dominum agitatam.

¶Pro comprobatione præmissorum, quòd morte titularij extinguatur eius titulus & successor illum non habeat, sed alius reuiuiscat, siue de nouo nascatur adduco ea quæ dicuntur in questione.

38 ¶An dominium † quod transfertur in legatarium sit idem dominium, quod erat penes testatorem, vel extinguatur illud, & ex dispositione legis fingatur aliud dominium. Difficultas stat an illud dominium, quod erat penes defunctum extinguatur, ita quòd non transeat ad hæredes idem numero, sed aliud fictum: An verò idem transeat: quia tunc idem etiam transibit in legatarios. Petrus, Iacobi, & Ioan. Fabri Instit. de hæred. institu. tenent quòd non transeat: quia ex quo mors soluit omnia, soluitur illud dominium: sed per fictionem aliud censetur penes hæredem, quo ad affectum, cum hæres & defunctus censeantur vna & eadem persona, dico & latè in cap. vnico. de iniur. Pro hoc videtur text. in l. si ego. §. si res. ff. de iur. do. vbi text dicit quòd post mortem dominium discedit ab eo, qui dedit & dominium est hæredis, ita quòd non videtur idem dominium, vt ibi dicit text. Tu tamen dic quòd licet id pcedat in beneficialibus, vt iam satis superque probatum est, In proposito quæstionis thematis non procedit, immo non extinguitur, sed est idem dominium. tenent Rapha. & Paul. de Cast. in l. si quis vi. §. differentia. de acquiren. possess. ff. sequitur Areti. Instit. de hæred. institu. in princi. num. 3. ar. l. quod meo. in princip. ff. de acquir. poss. Et quia idem dominium videtur remanere in hæreditate per l. primam. C. si cer. peta.

Item pro hoc facit, quia dominium non inheret personæ sicut obligatio. Bart. in d. l. 4. num. 4. ff. de seruitu. Ergo dicendum est, quòd non sit mortuum cum persona. Ideo si illud non extinguitur, videtur quò directò transferatur illud in legatarium, hoc sentit Bald. in l. ex legato. in 3. 39 oppo. C. de lega. Quo ad possessionem † non est facienda vis in vtroque puncto, quod non transit, sed cum cedente: decedente, vel testatore extinguitur & amittitur. l. si is, qui pro emptore. §. pen. ff. de vsucapio. l. cum hæredes. ff. de acquir. poss.

Et inquantum. s. diximus finiri mandatum morte prelati etiam si agitur super iure Ecclesiæ competenti. Istud debet sanè intelligi, quando procurator esset constitutus a solo prælato, & solum factum suum tangeret: secus si a capitulo & prælato, & factum esset commune prælati & capituli. notat Archi. & alij post eum. in c. si duo. de procura. hoc lib. vbi Bla. Auriolus in additio. ad Guil. qui ponit casum, in quo per mortem prælati, non finitur, nec expirat mandatum: vt quando Ipse prelatus debet interesse electioni iure communi, sicut est in electione prioris minoris Ecclesiæ cathedralis regularis, cui prioratui prouidetur per electionem, vt dicit Bertran. de Clusello. in c.

in c. ne pro defectu. ſ. de elect. quia Epiſcopus debet intereſſe electioni, ſicut alij monachi, qui ſunt Epiſcopi membra, & omnes vnum corpus efficiuntur, ſeu faciũt. c. ea noſcitur. & c. quanto. ſupra de his, quæ fiunt a præla. Idem ſi debeat intereſſe priuilegio, vel alio iure ſpeciali: ratio, quia talis procurator intelligitur datus a loco. c. quoniam. ſupra de offic. delega. nec a ſucceſſore mortui forte poterit reuocari. Licet iſtud vltimum hic non approbet Guiller. quod placet.

¶ De ſupplenda negligentia Prælatorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quod negligenter eſt omiſſum, caute eſt ſupplendum.*
2 *Negligentia præſupponit ſcientiam.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Negligens dicitur quaſi non eligens.*
Negligere dicitur, qui non facit non impeditus.
2 *Negligens videtur appetere caſum fortuitum.*
3 *Qui negligens fuit in maiori præſumitur in minori.*
Negligentia dicitur vt hic.
Deſidia dicitur vt hic, prout torpor, inconſtantia, omiſſio.
4 *Negligentia conſiſtit in his, quæ ſunt facultatis, non impoſſibilitatis.*
5 *Negligentia eſt nouerca contradictionis.*
6 *Negligentia aliquando includit dolum.*
7 *Ignorans non dicitur negligens.*

VISO de creatione prælatorum per electionem. Et quia ipſi creati quandoque negligenter agunt. Et quod † negligẽter 1 eſt omiſſum, eſt caute ſupplendum. ĩ. de ſacra. non iteran. c. 1. & 3. Ideo poſt prædicta tractatur de ſupplẽ. neglig. præla.

¶ Vel dic vt continuetur hæc rubrica ad immediatam, dicto ſiquidem ſupra proximè, de renunciatione per quã ius creatum amittitur, ſed nedum per hoc, ſed per negligentiam prælatorum, quæ eſt ſupplenda, ius creatum quandoq; amittitur & in alium transfertur. ſupra eo. licet, ſeu alij committitur. ĩ. eo. grandi. & c. vlti. Ideo ſubijcitur de ſupplen. neglig prælatorum.

2 Et negligentia † præſupponit [a] ſcientiam. ar. ff. de tribu. a l. 1. §. ſcientiam. Vnde ille, qui ſcit, & non pertractat rem, vt debet, & quomodo debet, eſt negligens, hoc eſt non b eligens [b] rem ad id ad quod dirigi debet.

Et ſic intelligo, legere, & non intelligere negligere eſt. qui enim legit ſcit ſuperficialiter. Sed quando habens ſcientiam non pertractans ad vſum debitum, & ſic non intelligit, hoc eſt non intus legit, quod ſic faciendo, circa rem, quando ille negligit, hoc eſt rem non eligit, vt oportet, & quomodo oportet, & ſic negligit. ar. ſ. eod. licet. & ĩ. eo. c. fi. ĩ. de conceſ. præbend. c. quia propter. diuerſitatem.

ADDITIONES PROBI.

a PRAESVPPONIT ſcientiam. Marian. Sozin. cõſi. 31. col. fi. verſi. ſeptimo probatur. 1. vol. quod ex orditur proſequendo ordinem, dicit poſt Iſido. in ethimo. Idẽ 1 ꝙ Io. Mo. hic videlicet ꝙ negligens † dicitur quaſi nõn eligens: quod traditur per beatum Thomam ſecunda ſecundæ q. 59. Bald. vero in l. emancipata. C. qui admitti. citatq; negligere dicitur, qui non facit non impeditus. per l. cum quidam. in prin. ff. de acquit. hæred. l. Pantonius. & C. de reſti. mili. l. 1. ad idem Bald. in l. falſus. colum. vlti. C. de fur. dicit quod negligens 2 † videtur appetere caſum fortuitum, & Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimiliter. num. 8. ff. quib. ex cau. maior. in integrum reſtit. qui negligens fuit in maiori præſumitur in minori, per l. 1. C. ne fideiuſſores dot. den. quibus adde Bald. conſi. 192. in 3. vol.

¶ Latius proſequendo, dico ſecundùm Summiſtas ꝙ 3 negligentia † eſt defectus circa interiorem actum voluntatis, qui eſt electio non quidem actus, ſed circunſtantiæ. Et differt a deſidia, torpore, inconſtantia, & omiſſione. Nam deſidia eſt defectus circa continuationem boni operis a diſcedendo dicta. Torpor autem, eſt defectus circa feruorem executionis operis, dum tepide fit bonum.

¶ Inconſtantia vero eſt defectus circa ſtabilitatem voluntatis. Et omiſſio eſt defectus circa actum debitum fieri, ſicut negligentia eſt defectus circa circunſtãtiam, puta temporis, loci & aliorum huiuſmodi, largè tamen ſumendo. Negligentia eſt omiſſio alicuius, quod fieri poteſt & debet, vt hic Io. Mo. ſentit.

¶ Hinc Bal. in c. inter corporalia. ſ. de tranſla. epiſ. in fi. 4 dicit, ꝙ negligentia † conſiſtit in his, quæ ſunt facultatis, non impoſſibilitatis, vel quaſi: no. in c. fi. ſ. de elec. in antiq. Et ſic negligere eſt cum poſſis: ſecus ſi non potes, refertq; ꝙ lex xij. tabul. diuidit obligationem inter hæredes, tamen vbi conſideratur ſola facultas. Ille ſolus, qui habet facultatem rei reſtituendę conuenitur, ꝙ tu legiſta nota, prout ſingulariter notatur in l. qui fundum. §. ſi tu ex parte. ff. ad leg. Falci. Nam huiuſmodi actiones, quæ facultatem concernunt, inſtar realium prodirę ſunt, & habent (ratione contractus) vnam naturam: & ratione facultatis aliã. no. ff. cõmodati. l. ſed mihi. §. hęc res eius.

Et in propoſito, negligentia dicitur ſiue diriuatur ſecundùm Archid. 2. q. 7. c. negligere. num. 1. non curare, vel deſpicere, & componitur ex nec & lego, hinc Car. in Clemen. 2. col. 1. de ſepul. quòd quemadmodum inſtan5 tia † eſt mater omnium actuum, ita negligentia nouerca eſt conditionis. c. nihil. 83. diſtin. vbi Præpo. & Seneca in epiſtola prima ait, Turpiſſima eſt iactura, quæ per negligentiam fit. ita no. Specul. in tit. de aduoc. §. 9. verſi. Itẽ cautus: Omnia nanq; ledit ipſa negligentia vt in Authẽ. de quæſtio. §. 1. ibi, ab vniuerſa ledente negligentia. vbi gl. refert ad hoc facere. l. vt perfectius. C. de anna. exceptio. & l. 3. ff. de trãſactio. & ſic parit offenſam. c. prædixerat. de pęni. di. 1. doloque æquiparatur. Ioan. Im. in Clem. 1. num. 5. de teſta. Spec. in tit. de reſti. in integ. §. 1. verſi. vt aũt quod fatearis ſi eſt magna. l. 1. §. is quoque. ff. de actio. & obliga. gl. not. in l. impuberibus. in ver. ſi fraus. ff. de ſuſpec. tutor.

6 Et dic negligentiam † includere dolum, quando lex imponit negligenti diuerſam pœnam a delinquente. qa tunc ſub negligente includit doloſam negligẽtiam. Inn. c. ſi compromiſſarius. in princ. col. de elec. hoc li.

Aliam habemus negligentiam ſimplicem, & appellatione illius venit leuis & leuiſſima culpa. cap. de Siracuſanę. 28. di. & c. cum ex eo. in fi. & c. commiſſa. §. porro. de elec. hoc lib. Vide ſummam Syluestrinam in ver. negligentia. Et non ſolum iuribus noſtris negligentia reprobatur, verum etiam iure diuino. primę ad Thimo. cap. 4. Noli negligere gratiam, quæ tibi data eſt, & prouer. c. 19. qui cuſtodit mandatum, cuſtodit animam ſuam. Qui autem negligit viam ſuam mortificabitur. & prouer. 12. Qui negligit damnum propter amicum iuſtus eſt. iter autem impiorum decipiet eos. Eccle. vero dicit. Qui timet Deum, nihil negligit, ideſt ſecundùm glo. ordi. omnibus ſine delectu perſonarum benefacit. Pro qua expoſitione habes tex. in c. ſi quis in fine iuncto. c. ſeq. paulo ante fi. 42. d. dum ibi dicitur indifferenter quibuſcunque ſufficimus hoſpitales non exhibere debemus.

¶ Non eligens. iſta fuit ethymologia Iſidori. refert Marian. Socinus conſi. 31. colum. fina. incipiente: proſequendo quòd tam licet ignorans dicatur nihil agere, ta7 men † non dicitur negligens. Pro quo Alexand. conſil. 116. num. 2. perſpectis. volum. 5. allegat. cap. 2. & cap. quia diuerſitatem. ſ. de conceſſi. preb. not. per gloſ. in c. quàm ſit, in ver. diſtulerit. de elect. ſupra hoc lib. & in §. Item mixta in ver. diſtulerit. Inſtit. de action. ſequitur Pau. de Caſt. in l. fina. C. de dolo.

¶ Poſtremò vide quando negligentia de præterito præiudicet futuro. Signorol. de Homode. conſi. 31. in queſtione tranſmiſſa.

¶ Inno-

¶Innocentius Quartus. Cap. I.

¶Romana Ecc lesia, & infra. Edictũ vero per Remen. &c.

SVMMARIVM.

1. *Iurisdictio vnicuique seruari debet.*
   Ex negligentijs iurisdictio deuoluitur.
2. *Subditus suffraganei potest conqueri de Metropolitano.*
3. *Edictorum multa sunt genera.*
   Quod non inuenitur prohibitum, censetur concessum.
4. *Regulariter omne iuramentum est prohibitum.*
5. *Archiepiscopus in quibus casibus habet aliquid facere in diocesi suorum suffraganeorum.*
6. *Consuetudo vnius loci consuetudinem alterius non subuertit.*
7. *Metropolitanus est loco synodi.*
8. *Consuetudo dat priuato iurisdictionem ordinariam.*
9. *Culpa suffraganei non facit Metropolitanum iudicem in subditis suffraganei.*
10. *Vbi est pena canonica expressa, illa est propria canonica.*
11. *Melius est tantisper expectare, quàm iudici nouo negocium committere.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1. *Iuramentum de sui natura est personalissimum.*
   Absolutio præsupponit vinculum.
2. *Materia censetur prohibita, quando ius in ea loquitur negatiuè.*
3. *Qui se fundat in exceptione seu fallentia, debet eam probare.*
   Qui habet regulam pro se habet fundatam intentionem.
   Secundum regulam pronunciandum est: nisi contrarium probetur.
4. *Specialis consuetudo legem generalem non abrogat.*
5. *Præsumitur consuetudo irrationabilis, si sit contra ius commune.*
9. *Facilius tollitur quod valet iure speciali, quàm quod iure communi.*
7. *Per aduentum maioris officialis minor non debet desistere ab executione officij.*
8. *Fortè, aliquando ponitur assertiuè.*
   Doctor respondens per verbum fortè: an videatur decidere.

ROMANA. Hæc decretalis habet tria dicta. Primò Papa edictum Remẽ. Archiepiscopi reuocat. Secundò ver. quia causam, reuocationis assignat. Tertiò ver. sed alia antiphorisat i. tacitè quæstioni responsum dat (& ĩ.)

¶Huius decre. sunt decem partes. Prima habetur hic. Secunda ĩ. de offi. vicar. Tertia ĩ. de offi. ordinar. Quarta ĩ. de fo. compet. Quinta ĩ. de testib. Sexta. ĩ. de appell. Septima ĩ de censi. Octaua ĩ. de pęn. Nona ĩ. de pœnitẽ. & remis. Decima ĩ. de senten. excom. & omnes incipiunt, Romana. (Edictum) Archiepiscopus Remen. excommunicauit suffraganeos suos: quia eum visitantem non admittebant. Et tunc idem Archiepiscopus fecit edictum, quod mandauit per totam prouinciam publicari, vt omnes subditi suffragenorum suorum ad suam curiam liberè accederent, cum dicti suffraganei essent excommunicati, & sic non poterant ius reddere, & ideo asserebat ꝙ ad ipsum iurisdictio erat deuoluta, & hoc edictum ᵃ hic reuocatur tanquam iniquum; & causa infra redditur (libere ᵇ) non obstante cõtradictione suffraganeorum suorum (curiam) i. ad officialem ipsius Archiepiscopi (penitus ᶜ) vt non valeat, quod est actum prætextu istius edicti: sicut attentatum a non suo iudice. ĩ. de iudi. at si clerici. C. si a non compet. iudi. l. vlti. (reuocamus.) Et meritò, quia dicto edicto nedum suffraganeis, sed etiam inferioribus iurisdictionem sub ipsis exercentibus præiudicium parabatur. quod esse non debet. s̃. de consti. cognoscentes. 56. dist. satis peruersum.

¶Et iurisdictio dictorum inferiorum dicto edicto absorbatur, quæ vnicuique † seruari debet. 11. q. 1. peruenit (tenerentur) iuste. de quo tamen fides adhuc facta non erat (pro suis culpis) nam pro alienis sententia non est ferenda. 24. q. 3. si habes) ex culpis ipsis) non dicit ex negligentijs: nam ex illis iurisdictio deuolueretur. ar. s̃. eo. c. 1. & ĩ. c. fi. ĩ. hoc lib. de censib. Romana. §. notoria.

¶Vnde subditus † suffraganei potest conqueri Metropolitano, de eo quòd suus iudex non procedit: & tunc Metropolitanus potest ᵈ præfigere terminum, infra quem procedat suffraganeus: quo non procedente, ipse Metropolitanus procedere potest. ar. ĩ. de fo. compet. licet in fi. & c. ex tenore & c. transmissa, & simile nota. ĩ. de offic. deleg. cum causa (concessum) nota quòd edictorum † quędam sunt inhibitoria certarum personarum, concessoria tamen regulariter omnium, vt est edictum de procura. ff. de procura. mutus: & de matrimonijs. ĩ. de spon. cũ apud, & de testib. ff. l. 1. Et hic habet locum regula, ᵉ quod non iuenitur prohibitum, censetur esse concessum, vt dictis iuribus.

¶Item edictorum alia sunt permissoria incertis casibus, sunt tamen prohibitoria regulariter. vt hic. & s̃. de transla. episco. inter. §. sed neq; in fi. & ibi notatur ff. de colleg. illici. l. 3. §. in summa. & ĩ. de exces. præla. dilecta.

¶Sic † regulariter omne iuramentum ᶠ est prohibitum, ᵍ tamen in certis casibus ʰ est permissum. 11. q. 1. cõiurationum. s̃. de elec. significasti. ĩ. de iureiur. cap. & si Christus.

¶Sic Archiepiscopus in diocesi suffraganeorũm suorum regulariter nihil habet 9. q. 3. nullus primas, & c. sequen. Sed hoc fallit † in casibus. ĩ. de offic. ordi. pastoralis & illi casus continentur his versibus.

> Officium varium, forus, appellatio, crimen.
> Peccans, non parens, res consultatio, deses.
> Præsul, canonici tumidi, sententia nequam.
> Visitat, indulget, custos: quia Papa dat vsus.
> Permutat socijs, suspectus cunq; remittit.
> Casibus his primas subiectos, præsulis arcet.

(Officium varium) vt quando discrepant in diuinis officijs a consuetudine Metropolitanæ Ecclesiæ. 12. dis. de his & de conse. dist. 2. Institu. quod est verum vbi suffraganei non habent consuetudinem præscriptam. Nam tunc † cõsuetudo vnius loci consuetudinem alterius non subuertit. ⁱ ĩ. de sepul. certificari. 12. dist. illa, & c. illud. (Forus) vt si subditus conqueratur de suo Episcopo. 11. q. 1. si clericus aduersus. Et hoc est ius commune, cum semper actor sequatur forum rei. ĩ. de fo. compe. c. cum sit generale. 11. q. 1. experientiæ. C. vbi in rem actio. exer. debeat. l. fi. (appellatio) ĩ. de offi. ordi. c. duo. & c. pastoralis. vbi tamen vna pars appellaret ad Metropolitanum, & alia ad sedem apostolicam, tunc tene notata. ĩ. de appella. c. si duobus (crimen) vt si Episcopus accusat subditum criminaliter. & hoc casu cum non possit iri ad arbitros. ĩ. de resti. in integ. causa. §. fi. Non dedignetur laicus habere iudicem contra se Metropolitanum in defendendo, quem habet eligere in agendo C. de senten. & interloc. cum Papinianus & s̃. hoc lib. de res. dispendia. §. reus.

¶Et ideo hoc casu Metropolitanus est iudex competens. 6. q. 2. c. 1. Et hodie † Metropolitanus est loco synodi regulariter (peccans) scilicet in diocesi Archiepiscopi. ĩ. de fo. compet. c. postulasti. 7. q. 3. placuit. Et hoc est ius cõmune. C. vbi de cri. agi. opor. l. 1. Idem si contrahat, dum tamen ibi inueniatur. ĩ. hoc lib. de for. compet. Romana §. contrahentes. (non parens, ĩ. de offi. ordi. ad reprimendam (res) vt quia res est sita in diocesi Archiepiscop., & hoc est ius commune. ĩ de fo. compe. c. sanè. & c. ex parte in fi. & c. vlti. & C. de prædi. Minor. si prædum (consultatio) vt quando suffraganeus refert negocium ad superiorem in modum consultationis. 15. dist. multis (deses præsul) vt quia suffraganeus est negligens. vt s̃. eo. no. ar. Authen. de eccle. tit. §. si autem. pro redemptione. 2. Respon. col. 9. (canonici tumidi) vt ĩ. de offic. ordi. irrefragabili. §. cęterum. (sententia nequam) vt quãndo notorium est sententiam latam in subditum nullam esse. ĩ. de appella. solitudinem. §. si vero notorium. ĩ. hoc lib. de pęnis. Romana (visitat.) Nam tempore visitationis potest exercere, quæ ad visitationem pertinent. ĩ. de præscrip. cum ex officio. ĩ. de censib. sopite. & c. cũ nuper. & ĩ. hoc lib. de cẽsib. Romana (indulget) ĩ. de pœni. & remis. C. vlt. (custos) vt quia canonici episcopali sede vacante negligenter aut perperam administrant. ĩ. eo. c. vlti. 1. Respon. 9. q. 3. cõquestus. 12. q. 2. non liceat (quia Papa dat) scilicet per speciale priuilegium. ĩ. de offic. ordi. duo. Simile. s̃. hoc lib. de elec. Is cui. ĩ. eod. c. fi. in fi. Et illud habet Metropolitanus exhibere & de illo fidem facere: & subditi suffraganei secundum illud obedire, non autem vltra ĩ. de priuileg. cum capella. & c. porrò. ĩ. de offi. de dele. cum in iure. ĩ. hoc lib. de priuileg. cum personæ, in princ. ar. ff. de transac. de his

(vsus) quem poteſt habere Metropolitanus.ſ.hoc lib.de offi.ordinarij Romana.§.1.ſ.eo.lib.de fo.compe.Romana.§.1.& 2.

8 ¶Nec mirum, quia priuato † conſuetudo dat iuriſdi-k ctionem k ordinariam.ſ.de fo.comp.cum cōtingat (permutat ſocijs) vt ſi Epiſcopus vellet permutare cum capitulo ſuo, tunc fieri debet cum auctoritate ſuperioris.ſ.de rebus eccle.non alie.c.1.12.q.2.ſine exceptione (ſuſpectus) vt quando Epiſcopus recuſatur vt ſuſpectus.ſ.de appel.cum ſpeciali.§.cauſa (eumque remittit) vt quando Epiſcopus cauſam remittit ad Metropolitanum ſine conſultatione.ſ.de offi.leg.licet ſ.de appel.intimaſti.C.de rela.l.1.& 2.

¶Vel dici poteſt remittit, id eſt, permittit, & aſſentit vt ſuus Metropolitanus in dioceſi ſui ſuffraganei pro tribunali ſedeat,& iuriſdictionem exerceat.9.q.3.c.2.& alijs.c.ſequen.(caſibus his) & ſi qui alij ſint ſimiles (primas),id eſt Patriarcha vel Archiepiſcopus ſubiectos (præſulis),id eſt, ſuffraganei proprij (arcet), id eſt, diſtringit.& in eos animaduertit.Sed regulariter contra.ſ.de offi.ordi.paſtoralis.& ſ.de exceſ.præla.ſicut vnire (deuolueretur). Et ſic 9 nota quòd culpa ſuffraganei † non facit Metropolitanū iudicem in ſubditis eiuſdem ſuffraganei, ſed alia via eſt l huic morbo occurrendum.ſ.eo.in fi. (fortè l) eſt philoſophicum temperamentem.Et ideo dicitur, ſub dubio m forſan reſpondent ſepe m periti.ſ.de procura.tuæ.§.1.(illis ſcilicet culpis. Quia forſan eſt negligens in abſolutione petenda (pœna) ſcilicet arbitraria, conſiderata culpæ quantitate & qualitate perſonæ.ſ.de offi.dele.de cauſis.& c.ſanè.infra de tranſactio.c.vlti.in fi.

¶Sed contra:hæc pœna hic dicitur canonica, ergo nō erit arbitraria.

10 ¶Sol.vbi eſt † pœna canonibus expreſſa, illa eſt propriè canonica, & illa propriè dicitur pęna.ff.de verbo.ſignifi.ſi qua pœna. illa tamen quæ non eſt expreſſa datur, ſecundum declarationem canonum propriè & completiuè eſt arbitraria, vt quod deſijt canonibus expreſsè ſuppleat diſcretio præſidentis:arg.ff.de teſti.l.quæſitum.& etiam canonica in hoc quòd eſt per canones directa ſaltem inceptiuè.vt d.c.colligitur (ipſis) ſcilicet ſuffraganeis (infligi) Sed per quem? Dic quòd per Archiepiſcopum vbi poteſt infligi.Sed per ipſum ſolum pœna depoſitionis poteſt infligi, conſiderato tempore contumaciæ,quantitate & qualitate culpæ.infra de exceſ.prælato.tanta eſt.

Sed quæro quid fiet interim de reddendo ius ſubditis ſuffraganei?dic quòd ſi ſuffraganeus non eſt in mora petendi abſolutionem, nec eſt res quæ grandem dilationē 11 habeat.melius † eſt tantiſper expectare, quàm iudici nouo negocium cōmittere. C. de execu.muner.l.pen.ſ.vt lite non conte.c.1. Alias Papa deleget & prouideat caſui, in quo non eſt prouiſum. arg.ſ.eo.ſi Epiſcopus.

ADDITIONES PROBI.

a EDICTVM. Idem dicendum venit de ſtatuto.rota in antiq.843.deci.Io.And.in c.nouit.col.2.ſ.de offic.lega. Fely.in c.paſtoralis.eo.col.3.& 4.

b Liberè. glo. in c.cum plures in ver. liberè.ſ.de off.del.& in c.ordinraij.ſ.de offi.ord.in ver.liberè.

c Penitus. Vide Alex.conſi.72.vol.2.

d Poteſt. Vide Collec. in c. cum eccleſias in prin.ſ.de electio.

e Regula. Quam firmat Dec.conſi.501.in ciuitate Alex.

1 f Iuramentum.Cuius natura † eſt vt ſit perſonaliſſimū. not.in c.veritatis.ſ.de iureiur.Bar.& Doct.in l.quæ ſuperſtitis.ff de acquir.hæred.& Maria.Soc.conſi.115.colu.4.circa primum,vbi ſubdit ꝙ nō reperit iure probari quòd hæres non iurans debeat vel poſſit petere ſe a iuramento abſolui:abſolutio enim preſupponit vinculum.l.decem.ff.de ver.obliga.c.ad diſſoluendum.ſ.de deſpon.impub. Alex.conſi.129.cica fi. videntur. prima col.6.

g Prohibitum.Vide Anto.de Butr.in c.inter corporalia.col.5.de tranſla.Epiſc.vbi diſcutit quæ ſint prohibita & 2 quæ ſint permiſſa. Et vnum inter alia citat quòd † materia cenſetur prohibita,qn̄ ius in ea loquitur negatiuè.

h Certis caſibus. Quos allegans debet probare per regulam. not. in l.in exceptionibus de probatio. C.& quod not.Dy.in rub. de reg.iur.glo.& Doct.in Cle.fi.de reſcri. 2 quòd ei qui ſe † in exceptione fundat ſeu fallentia, onus incumbit probandi.notat Maria.Soci.conſi.102.colu.4.in præſenti.& ſic qui habet regulam pro ſe, habet fundatam intentionem.glo.in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur.& in rub.eo.tit.hoc lib. Et quemadmodum notorium dicitur quod conſpectu hominum nulla poteſt tergiuerſatione celari. c.cui. & c.veſtra.ſ.de cohab.cler.& mulie.ita res dicitur certa pro eo,quia regulæ innititur.Bar.in l.quotiens.ff.qui ſariſda.cog.& ſecundum regulam pronūciandum eſt: niſi contrarium probetur.Bal.in l.1.colu.2.de alien.iudi.mut.cauſa facta.notat Dec.in regu.1.no.2.ff.de reg.iur.& conſi.498.nu.5.viſo caſu.

4 i Non ſubuertit, Adde ſimile,quòd ſpecialis † conſuetudo alicuius loci vel curiæ legem generalem non abrogat etiam ſi ex certa ſcientia ſit induca licet in eodem loco ſeruetur.not.in l.venditor.§.ſi cōſtat.ff.communia prædio.quia illi qui eam inducunt,non poſſunt abrogare vel tollere legem principis. Et hæc eſt vna ratio, quam ponit Azo in ſumma, quare cōſuetudo ſpecialis per perſonam particularem in præiudicium alterius perſonæ introducta non valeat.

Secunda eſt quam ponit etiam ſub tit.quæ ſit longa cōſue.C.quia lex ſcripta tollitur per aliam legem ſcriptam, vel per conſuetudinem generalem quam princeps patitur: quæ ex certa ſcientia inducta, videtur ratio: quia ſicut princeps legem ſcriptam facere potuit, ita eam per non ſcriptam contrariam tollere poteſt.

Tertia quia antequàm conſuetudo valeat, requiritur quòd cum contradictum fuit: non eſſe conſuetudinem, reprobata contradictione, iudicatum fuit eſſe conſuetudinem:quod non intelligitur in conſuetudine ſpeciali de tali iudicio per ipſammet partem facto; ſed intelligitur de iudicio facto per ſuperiorem illorum, qui certant de conſuetudine introducenda vel repellenda.

Præmiſſa firmantur per ea quæ citat Areti.in c.cum omnes no.4.ſ.de conſtitu. vbi dicit poſt Vinc.& mode.ibi,quòd ſtatutum continens manifeſtam iniquitatem, vt quia eſt factum in præiudicium particularis perſonæ, valet, ſed poteſt caſſari per ſuperiorem via querelæ, vel appellationis.Sed Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. Panor.& Fely.in d.c.cum omnes & Ang.in l.impetrata.C.ſen.reſcin.nō poſſe, dicunt illud ſtatutum eſſe nullum mero iure: quia ſicut ſententia non valet contra non citatum.c.1.ſ.de cau.po.& proprie.& Cle.2.de re iudic.ſic particularis diſpoſitio ſtatuti præiudicans ſingulari non vocato non valet,licet procedatur extraiudicialiter.notant ſcriben.poſt glo.magnam in Cle.vna de offi.deleg. Et condere ſtatutum eſt actus extraiudicialis: ideo non tranſit in rem iudicatam,& habet grauamen continuatiuum. Ideo poteſt quandocunque appellari.c.concertationi.de appella.hoc lib.Idem in conſuetudine inducta ad alicuius particularis perſonæ incommodum & propriam vtilitatem ipſam conſuetudinem inducentis, quia non valet, vt dicit Idem Areti.in c.ſicut.col.4.ſ.de 5 probatio vbi ait quòd conſuetudo † præſumitur irrationabilis, ſi ſit contra ius poſitiuum, propter ſuſpitionem vtilitatis propriç, quæ reſultat ex inducente conſuetudinem.adducit tex.in l.1.in fi.de vendi.re.ciuita.lib.10.C.& quod ponit Hoſtien.& Anto.de Butr.in c.poſtulaſti.ſ.de fo.compe.

Iuriſdictionem. Quæ non tam facili modo eneruatur per ſtatutum,aut alias,ſicut ea quæ dantur a iure.Bar.in l.viros.de diuer.offi.lib.12.C.vbi refert, quòd ſi ſtatuto caueatur ſcholaſticum debere conueniri tantum, ſub Epiſcopo. Et tamen de conſuetudine eſt, quòd rector etiam cognoſcat,quòd per illud ſtatutum non derogatur iuriſdictioni rectoris,quam habet ex cōſuetudine. ſecus ſi eā haberet a lege. faciunt quæ no in c.1.ſ.de conſti.hoc lib. vbi ſpecialis mentio debet fieri de conſuetudine (ibi dixi latè) Alias de facili tolleretur.per no.in l.eius militis. 6 §.militia.ff.de teſta.milita. vbi dicitur ꝙ facilius † tollitur quod valet iure ſpeciali, quàm quod valet iure communi. Pro quo vide gl.no.in c.ſi ſuper gratia.ſ.de rel.hoc lib.quòd facilius via extraordinaria quàm via iuris communis tolli debet, quod comprobat Io.Mona.ibi per.§.

quia

quia vero verisimile.in Auth.de reb.eccle.non alie.col.2. facit gl.no.in c.si.16.q.4.

¶Et nota hanc doctrinam Bar.quia facit ad quæstio.in iurisdictione acquirenda priuatiuè,aut cumulatiuè.

¶Pone,ab omni æuo iurisdictio laicalis ciuitatis Bituricen.exerceri solita est per vnicum iudicem ordinarium & generalem. Modo Rex Fräciæ supremus iurisdictionū, alium constituit iudicem: tunc ille videtur constitutus accumulatiuè,non priuatiuè istud sentit in plerisq; locis Pet.de Ancha.in c.tibi qui.num.2.ſ.de res.hoc lib.vbi dicit ꝙ per officium speciale Inquisitoris non videtur derogatum officio Epi,vel Legati.Idem in l.1.C.de offi.pfe. vrb.facit quod no.in c. in Galliarum.25.q.2.& Bar.in simi.

7 in l.4.§.fi.ff.de dam.infec.vbi per aduentum † maioris officialis minor non debet ab executione officij desistere. Ad idem faciunt not.per eundem Pet.in c.per hoc quod, de hæreti.hoc lib. Papa dedit visitatorem Patriarchā Grādeñ.super omnibus monasterijs monialium suæ prouinciæ. Eps castellanus ibi volebat monasteria suæ diocesis visitare,& decidit ꝙ potest:pro quo adducit.l.ex studentibus.C.de offi præfe.vbi derogatio noui officialis nō derogat veteri,nec eius iurisdictioni. vide Bar.in l.in ,puinciali.§.si vero.ff.de no.oper.nunc. & in l.1.§.dicit aliquis. ff.de publica.

¶Et intellige hoc de visitatore in fauorem certi gñis causarum deputato, quia tunc vterq; poterit procedere ſm Io.Mon.in d.c.per hoc quod sequitur.idem Pet.ibi ad similitudinem actionum nouiter institutarum in fauorē: quia per hoc antiqua actio non tollitur, sed concurrit cū noua.l.quotiens.de act.& oblig.C.Secus de visitatore certarū personarū fauore dato,p ea,q̃ voluit plenissimè Fel. in c.pastoralis.in 3.col.versi.limita.5.ſ.de offi.ordina.

¶Et redeūdo ad ,ppositum concludemus iurisdictionē fore acquisitam accumulatiuè, nisi princeps dicat in huiusmodi constitutione,ꝙ talis iudex constitutus de nouo solus cognoscat,pp quod videtur adepta iurisdictio alij. Ang.in l.1.C.Vbi & apud quem.iuncta gl.fi.ibi. Et ex hoc Felyn.in d.c.pastoralis.col.2. ver.tertio limita, dicit olim fuisse consultum per Doct.Perusinos in fauorem capituli Ferrari.cui est indultū per priuilegiū vt habeat iurisdictionem in certis capellis cū clausula, ꝙ super illis non licet alijs iurisdictionem exercere. vt per ista verba sit adēpta iurisdictio Episcopi in illis capellis.

8 l ¶Fortè. Dic ꝙ aliqñ † ponitur assertiuè,in c.tua nos.vbi gl.quam cōiter sequunt̃ Doct.ſ.de spon. Refert in ,pposito.Soc.consi.28.col.2.in 1.vol. Adde gl.in l.in substitutione.ff.de vulga.post tex.ibi.vbi Bal.& Alex.dicunt ꝙ consilium factū per verbū fortè,nō est ambiguū, nec incertū, quibus ibi Ang.astipulatur,dū dicit,ꝙ Doct.per verbum, fortè consuluit non minus dr̃ qōnē decidere.refert Maria Soc.consi.93.col.8.circa primū.vide tex.iuncta gl.nisi forsan.in c.super literis.ſ.de rescrip.

m ¶Sæpe periti. Vltra ea, quæ in præcedenti apostilla dicū tur vide ea,quæ notat Alex.consi.19.num.9.super eo, de quo queritur vol.5.vbi dicit,ꝙ etiam iurisperiti p verbū, fortè,dicuntur decidere.vt l.si duo.cum gl.ff.de arbi. l.cū quo.in prin.Et ibi Doct.ff.ad leg. Falci.no. in c.super literis.ſ.de rescrip.& no.Bal.& Io.de Imo l.in l.in substitutione.ff.de vulg.& pupil.substitu.

¶Innocentius Quartus Baronibus & Comitibus regni Portugalliæ. Cap.II.

¶Grandi non immeritò, & infra. Mandamus &c.

SVMMARIVM.

1 *Regnum defertur per successionem,& quandoque per electionem.*
2 *Reges nedum filios,imo & fratres non possunt priuare regno,sola voluntate,licet Papa hoc possit ex causa,vel alius superior.*
3 *Qui non habet liberam administrationem non potest donare: secus in curatore Regis.*
4 *Falcem in messem alienam non debemus ponere.*
Papa in quemlibet habet iurisdictionem ratione peccati,& in spectātibus ad pacis reformationem.
5 *Potestas vicarij Christi non est limitata certo territorio, vel certis personis.*
Papa potest deponere Regem & Imperatorem.
6 *Curator debet satisdare rem saluam fore & inuentarium facere.*
Prodigis debet dari curator prout & furiosis.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Equalis diuisio iure communi fit inter liberos.*
2 *Feuda principatuum non diuiduntur.*
3 *Necesse est reipublicę per vnum consuli.*
4 *Primogenitus regis potest appellari Rex.*
5 *Pater transmittit spem ex contractu conditionali in filium.*
6 *Persona patris dicitur per filium repræsentari.*
7 *Filius est portio corporis patris.*
8 *Nepos dicitur natus ex corpore aui.*
9 *An magis expediat habere regem per electionem, quàm per generis successionem.*
10 *Ille debet esse Rex, qui melior ceteris existit.*
11 *Commune bonum communiter negligitur.*
12 *Qui alieno consilio in rebus suis egent, aliorum curam gerere non debent.*
13 *Nullus est cui sapientia magis congruat, quàm principi.*

GRANDI. Hoc cap.habet tria dicta.Primò Papa mandat Baronibus & Comitibus Regni Portugalliæ curatori dato intendi, ac sibi consilium, auxilium & fauorem impēdi. §.Secundo.versic.alioquin contrafacientes per censuram ecclesiasticam mandat cōpelli.Tertio vers. per hæc respondet tacitę quæstioni (succederet) Nota ex

1 hoc duo ꝙ † regnum deferri [a] potest per successionem:
a licet quandoque deferatur per electionem. ſ.de elect. venerabilem in fine.

2 ¶Nota etiam Reges,† nedum filios, imo & fratres priuare non possunt regno, sola voluntate: licet Papa hoc possit ex causa, vel alius superior. ĩ.de voto & voti redēp. licet.in fi. (generalem) quæ veniunt in generali & libera administratione. habetur. ff.de procurat. procurator cui

3 & talis † regulariter donare non potest ff.de donat.filius. ff.de pac.l.contra iuris §.vlt.

Sed quid ad Papam, de regibus & eorum regnis: videt̃

4 immittere falcē suam in messem alienam,quod esse † nō debet.ſ.de electio.venerabilem.in prin.

Sed dic ꝙ Papa in quemlibet habet iurisdictionem:nec est dubium ratione peccati ĩ.de iudi.nouit. & in spectantibus ad pacis reformationem. 90 dist. per totum. 11.q.1. quicunq;.2.q.6.omnis oppressus,& indistinctè.Nam sicut domini est terra & plenitudo eius, sic eius vicarij pote-

5 stas† non est limitata territorio vel certis personis,nec est dictum Petro principi Apostolorum, pasce has oues vel illas,sed indistinctè.Io.c.vlti.suam tamen iurisdictionem cuilibet reseruat. 11.q.1.peruenit.

Et sicut Papa propter delictum potest deponere Regē & Imperatorem. 15.q.6.alius,& c.iuratos.ĩ.hoc lib. de re iud.ad Apostolicę:ergo multò magis curatorem dare indigenti.Nā ex quo Rex nescit suum regnum defensare, &

b pacem [b] in eo obseruare præsertim pro religiosis & miserabilibus personis,istis curator debet dari vt hic.

Sed cōtra.8.di.quo iure.96.dist.si Imperator. 11.q.3.qui resistit.Sed dic,vt no.96.di.cum ad verum & 10.dist. qm̃.

Sed a quo petetur iste tutor?dic a superiore ,pximo, & si nō habet superiorem,Papa dare debet. ar.ĩ.qui filij sint legi.per venerabilē.ff.de tut.& cura.da.ab his.diuus.Et hoc petent illi quorum interest.argu.dictorum iurium.

6 Et iste curator † debet satisdare rem, cuius est curator saluam fore,& inuentariū facere:nec debet dari,nisi causa cognita.ff.de curato.furio.obseruare.& l.sequen. & C. de cur.fur.l.vlti.§.sed cum antiquitas: Et prodigis debet dari curator, postquàm est eis alienatio interdicta. ff.de cur.fur.Iulianus & ff.de verb.oblig.l.is cui bonus.

c Et regibus [c] & administrationem habentibus super alios datur curator: licet non sint prodigi vel furiosi, vt hic: secus in alijs quibus non datur, nisi sint furiosi vel prodigi, vt d.l.Iulianus.(Non minus) hic narrantur illa, quæ curator datus habet facere,& ĩ.eo.(debitum eis) &c. Narrantur illa, quæ fieri debent curatori dato (ecclesiasticam) quid hic importet habetur ĩ.de verb.signifi.quęrenti (remota) quid importet habetur.ĩ.de appellar. vt debitus.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a DIFFERRI poteſt: Licet de iure diuino dicatur reges aſſumi per viam electionis, & ea via ad regna inſtitutos fuiſſe.arg.c. Moyſes.8.q.1.vbi gl. Archi.& alij: tamen iure conſuetudinario introductum eſt, quod filij parentibus regibus. in regno ſuccedant: quam conſuetudinem ſcribentes hic, & Panor.in c.licet.ſ.de voto & voti redemp. & Bald.in l.cum antiquioribus.C.de iure delib.comprobant, meritò introductam conſuetudinem in hoc regno Franciæ laudabimus, qua cautum dicimus primogenitum in regno ſuccedere, dico primogenituræ, ab ipſa conſuetudine fomentato, quod quidem primogenituræ ius fuit etiam a iure diuino introductum.Gen.c.27.& 8.q.1.c.quàm periculoſum.prout latè videre licet apud Domi. le. Cirier. in ſuo tracta.de iure primogenituræ.

¶Et licet in rebus priuatis diſpoſitione iuris commu- [1] nis dictante, debeat fieri inter liberos † æqualis diuiſio: vt in Authen.ſucceſſione.C.de ſuis & legiti hære. tamen in magnis dignitatibus ſecularibus, primogenitus præfertur. [2] Doct.in d.c.licet. ratio, quia talia feuda † principatuū nō diuiduntur.l.imperialem.§.præterea.de prohi. feu. alien. per Freder.no.in c.ſi hæredes.ſ.de teſti.Bal.in Authē.Amplius.C.de fideicom.facit, quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitū.Matth.12.& Luc.25.q.2.ſi ea. Hinc Philoſ. Pluralitas principatuum mala; vnus ergo princeps.concordat iuriſcōſultus Pompo.in l.2.§.nouiſſimè.ff.de orig. [3] iur.quòd † neceſſè eſt rei publicę per vnum conſuli.facit l.3.§.quod in tutoribus, ibi.Sanè enim facilius vnꝰ tutor actiones exercet & ibi glo.ff.de admi.tuto.

¶Etiam olim gentes regni vnum ſibi eligebant.l.ex hoc iure.ff.de iuſti.& iur. vt regna non minuerentur, ſed ingenio augerentur.l.obſeruandum.ff.de offi.præfec.

¶Hanc enim cōſuetudinem latiſſimè comprobat Pet. Iaco.Gallus in ſua practica.in tit.de ſucceſſio.regni Fran. & poſt eum Nicol.Boerij contemporaneus noſter in cōſuetu.Bitur.in tit.de teſta.in §.2.

[4] ¶Et tales primogeniti † adeo habent ſpem in dignitate patris ꝙ poſſunt reges appellari, ſignanter primogenitus.tex.& ibi glo.ad literam.in c.ſi, 24.q.1.63.diſt.c.Adrianus, primo arg.ff.de fideicom.liber.l.verò.§.plerumq;.no. Bald.& Doct.in l.ſuis.ff.de lib.& poſth. & in l.quæſitum. §.ſi mihi.de leg.1. Meritò dicemus ius primogenituræ videri tranſmitti in poſteros, etiam viuente patre. Notat Oldra.conſil.224. Iſtę ſunt allegationes, vbi refert inter alia, quòd ſi primogenitus ante adoptionem regni viuente patre deceſſit, relicto filio. Iſte filius primogeniti debet ſuo auo ſuccedere in regno, & venit præferēdus patruo, videlicet filio ſecundo genito regis, prout citat Boe. vbi ſ.col.7.quod vltimum comprobo licet aliquibus videa- [5] tur durum. Nam ſicut † ſpem competentem patri ex cōtractu conditionali tranſmittit ipſe pater in filiū l.Is cui. ff.de actio.& oblig.& Inſtit.de verb.oblig.§.ex conditionali: ſic pariformiter ſpem quam habet primogenitus tranſmittit in filium: cum cenſeatur filius eadem perſona cum patre.l.fin.C.de impube.& vna caro.35.q.3.c.hac auctoritate.Soc.conſi.252.col.13.1.vol.viſis.

[6] ¶Et perſona † patris dicitur per filium repreſentari, & ibi eſſe & ſtare, de agricol.& cenſ. Cum ſcimus. lib.11.C. Etiam in ſucceſſione rerum priuatarum, proles filij præmortui tenet locum patris in ſucceſſione. Ita quòd ſuccedit in hæreditate cum patruis per ſtirpem. Inſti. de hære. quæ ab inteſta.defer.§.cum filius.vbi Ioan. Fab. de quo ꝑ Bal.in d.l.ex hoc iure. & in l.inteſtato. C.de ſuis & legi. & in d.l.cum antiquioribus.Iaſ.in conſi.159.Odoric.volu.4. Pro quo videtur caſus in d.c.Licet, de voto.vbi Docto. & glo.pragma.in proę.in ver.primogenito. & latiſſimè per Soc.d.conſi.252.Vbi in propoſito præmiſſorum dicit, ꝙ [7] filius † eſt portio corporis patris.d.l.cum ſcimus.

¶Vnde dicunt naturales, quòd pater præbet formam in creatione filij, quæ dat eſſe rei.l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio. hinc carne filij dicitur quodammodo augmētata caro patris.

¶Et in propoſito de filio primogeniti, qui præfertur patruis ſuis, quòd licet efficiatur nouus homo propter nouam animam, tamen non dicimus primum hominē omnino extinctum.argu.l.adeo.§.fin.ff.de acquir. re. domi.Quia quando vna res extinguitur, & altera loco eius ſubrogatur, prima omnino non dicitur extincta l.cum fi- [8] lius.§.hæres.ff.de legat.2. Vnde nepos dicitur † natus ex corpore aui.l.Lucius.la 2.ff.de hæred inſtit.& ibi Doc.

Igitur licet primogenitus ſit mortuus, ſi ſuperſint filij, non dicitur mortuus, ſed potius extare. Et ſic non attēditur perſona ſubrogata, ſed illa in cuius locum ſubrogatur.l.item illa.ff.de conſtitu.pecun.l.ſi eum §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.tex.in l.ſi donatio §.qui iniuriarum. ff.ſi quis cautio.tex.in l.ſi donatio.§.ſi ſponſus.ff.de donatio.inter virum & vxorem.

¶Et ſi cupis latiſſimè videre hanc quæſtionem etiam pro vtraq; parte, videlicet de nepote & patruo, attende ad ea, quæ in propoſito ipſo tradit Dec.conſil.443. quod eſt primum in ordine.4. partis, & in hac hac remiſſione plus æquo poteris bibere.

¶Nunc themate retento. Quæritur an magis expediat [9] † reipublicę regna deferri per ſucceſſionem, quàm per electionem. Pro huiuſmodi quęſiti deciſione. Pono duas concluſiones, ex quibus poteris elicere quid ſentiendū.

¶Prima eſt, quòd ſuppoſita natura debitę & rectę electionis ſimpliciter & ſecundùm ſe, magis expedit reipublicè vt Rex per electionem fiat, quàm generis ſucceſſionem: quod patet conniuentibus oculis: nā exiſtente recta electione, ille in Regem eligitur, qui melior cæteris & vtilior regno & reipublicę reperitur, ſed generis ſucceſſio non ſemper meliorem dat, vt videmus experientia rerum magiſtra, ideo habes intentum, magis expediens regem habere per electionem, quàm per generis ſucceſſionem: cum recta ratio dictet, vt melior & vtilior regno & reipublicę præferatur in rectorem.teſtatur Philoſo. in [10] 3.& 4.Ppliti.quod ille † debet eſſe Rex. qui cęteris melior extitit, vt quia cęteros præcellat in honore, cunctos etiā præcellat in virtute.c.miramur.61.diſt.vbi glo.pen.Quod ex quo quis electus eſt, alijs melior præſumitur: tum quia principes faciunt populo & ſubditis leges, quæ per ſapientes fieri debent, quod eſt dictu per ſapientiores.not.in proę.ſforum Decret.& Clem.Calca.conſi.1.colū.16.tum & ſecundò quia ſucceſſio generis non ſemper ſolet dare meliorem, ſed aliquando peſſimum, licet parentes ſint optimi: & ſæpę bonis parentibus naſcuntur mali & degeneres filij, vt viſum eſt noſtris tēpibus, in quibus parentes eos ad vitia alliciunt neſcio niſi quodā amore incenſato.

¶Item quia dum ſucceſſor ad tempus regiminis ſpectatur, quia poſt mortem patris exiſtens, qualis futurus ſit ignoratur. Et intermedio tempore aliorum regimini imminent regno damna, pericula & rebelliones: non tolliturq; obligatio horum, ad quæ tenentur reges, & eorum incumbit officio, de quibus meminit Gaymier in proę.prag.in ver.obligamus, vt puta Eccleſiam tueri, miniſtros.Eccleſiæ cuſtodire & protegere, & ſacra decreta obſeruari procurare, vt dixi in c.non putamus. de conſue. Quæ omnia (proh dolor) his diebus & temporū curriculis ſub titulo noſtro de negligentia habentur: & quaſi nobis parum prodeſt iura habere, cum executioni non mandentur, maximè in blaſphematores & lutheranos, ob quos tota ferè religio Galliæ periclitatur, & in omnibus patitur, in poſterumq; heſito, quòd grauiora patietur, paceq́ue omnimoda deſtituetur, vt patere poteſt per ea, quæ dicuntur de Roberto Rege Francorum filio Hugonis capet.orante pro pace in ciuitate Aurelianen. vbi Crucifixus reſpondit ſe non habiturum pacem in ſuo regno, donec blaſphemias & crimina notoria extirpaſſet: quibus conuenit illud quod fertur his diebus in quadam Eccleſia Galliæ accidiſſe: in qua puer chori in ſpiritu & corpore raptus, dicit mandatum a ſacrata Dei genitrice accepiſſe, quòd niſi hæreſes in Gallia pullulantes de proximo extirparentur, & mala & afflictiones a regno ipſo non tollerentur, ſed maiora acciderent.

Secunda concluſio, quod conſiderando ſtatum naturæ corruptæ & communem hominum conditionem, magis expedit Regem habere per generis ſucceſſionem q̃ ꝑ communem hominum electionem. Iſtud cōprobo, quia communiter homines ſequuntur magis proprium affectum, & quærunt propria commoda, quàm cōmune bonum, vt clarè patuit temporibus noſtris in electione pretenſa per Karolum Hiſpaniæ Regem ad imperium.

11 Hinc

11 Hinc dicimus† q̄ commune bonum communiter negligitur, & proprium diligentius quæritur. testatur Philoso.2.Politi propter quod electores frequentius exorbitant a rectitudine electionis, vt non eligant meliorem & reipublicę vtiliorem, sed magis charum & propinquum carne, beneficijs, & pecuniæ munere.

Ex parte etiā Regis sumitur ratio, q̄ magis per successionem, quàm per electionem debent principatus continuari: nam Rex solicitudini incumbit, vt filij melius in regimine se habeant, quia dum speratur infans succedere regno, curiosius nutritur, & diligentius ad actus nobiles, & virtuosos educatur & exercetur, & consultius ad prudentiam & iustitiam, prout expedit reipublicæ, edocetur, vt inde melior cęteris habeatur, & aptior ad regendum.

Suadet ratio ex parte populi, quia subditi in regno sciētes talem successorem se habituros Regē, magis ei subijciuntur & proptius obediunt.

Item quia dum dominum naturalem ex naturali propagine recognoscunt susceptum, ei naturali subiectione afficiuntur, ac eum diligunt, & ei subijciuntur: fidem seruando sicut naturali domino & patri. Et sic his mediis poteris consuetudinem Franciæ comprobare, tanquàm vtiliorem & veriorem. Pro quo vide, què latè tradit Pet.de Anch.consi.339.Pro maiori intelligentia.

b ¶Pacem, Ratione cuius plura fiunt, quæ alias non fierent, quia pro bono pacis minores impuberes possunt obligari: qui alias non obligarentur.c.2.s̄.de despon.impuber.licet enim impuberes, qui non habent consensum non possint obligari ex contractu matrimonij, tamen ex vrgentissima causa obligantur: & text.ille exemplificat, vt putà pro bono pacis & concordię: & ibi glo.& Docto. Item pro pace habenda licitum est homicidium filij: vnde Absalon filius Dauid legitur occisus propter pacem habendam.23.q.5.c.quis enim vestrum. Item si pro bono pacis aliquid est contra ius factum, debet haberi pro bene facto: dummodo non sit contra ius diuinum. Bal.in titu. de pace Constantiæ: in §.hoc quod nos:in fi.Notat latius de pace Calca.in consi.1.col.3.

c ¶Regibus. etiam puberibus, licet ante pubertatem Rex debeat administrare: intellige cum auctoritate tutoris. Sed post pubertatem finitur tutela regis. Ita q̄ non debeat habere curatorem, quo ad ea, quæ sunt iurisdictionis, quæ potest ipse exercere secundùm glo.in proę.pragm.in ver. susceptione. Ratio, quia Rex transmittendo in filium regnum videtur dare iurisdictionem minori.arg.c.cum vigesimum.s̄.de offi.delega.vbi latè Panormi.in hoc proposito. Alia autem quæ concernunt administrationem regni, exercet cum auctoritate curatoris nota.Bart.in l.quidam consulebat.num.13.ff.de re iudi. per legem spurij.§.1.ff.de cura.

Suadent enim rationes, quia indecorum est vt hi debeant rem publicam gerere, qui non nouerunt seipsos gubernare.argu.s̄.de etate & qualit. indecorum. Et qui

12 † alieno consilio in rebus suis egent, aliorum curam gerere non debent. Insti.de excusa.tutor.§.minores. & in Authen.de sanctis.Episcopis.§.1.col.9.vbi glos. q̄ ridiculum est eos velle docere, qui nondum didicerunt. Ad idem tex.& ibi gl.in c.officij.de elect.& c.quamuis.s̄.de ætate & qualitat. facit. Prouerb.22. Stultitia colligata est in corde pueri.& Esa.4.dabo pueros Principes eorum.& Eccle.10. c.Ve terræ cuius puer Rex est, & cuius principes mane comedunt. Et alibi consilium iuuenum Roboam fecit egenum.

Multa enim regibus incumbunt. testatur Bald. in c.inintellecto.s̄.de iureiuran. Primò q̄ salutem reipublicæ tueri debent.l.1.ff.de offi.præfec.vigil.ibi diuus Augustus maluit per se huic rei consuli. Item capere consilium pro republica, sicut pater pro filijs suis. Item debent habere omnes legis virtutes. Item meliores esse lege scripta.l.1. C.de his, qui ad Eccle.confug. Item esse iustos animatos. vt in Authen.de consul.in fi.col.4. Alias appellat vnum pecus, cum non seruent honorem coronæ.

Pro pręmissis, vide latè per Bertach.in tract.de episcop. in 1.pa.2.lib.col.13. Regibus profectò: & alijs principibus summe necessariam fore sapientiam aiunt scripturarum

13 dictatores. Hinc Vegetius lib.1.de re mili. Nullus† inquit est cui sapientia magis congruat, quàm principi: cuius doctrina omnibus debet ꝓdesse subiectis. Romani enim quàm diu literati fuerunt, viguerunt. Sed ex quo virtus literarum in eis languit, ex tunc manus armata infirmata est: & cecidit principatus. Quibus astipulatur illud, per me Reges regnant. Prouerb.8.facit Eccle.10.Rex.n. insipiens perdet populum suum, & sapiens multiplicabit eum. Sicut præterea, qui in tenebris ambulant luminis claritate indigent, ne pedibus offendant. Sic Reges, qui potestatem habent perpetrandi omnia peccata, & omnia sua implendi desideria, ambulant quodammodo per vias tenebrosas & difficiles, indigent lumine sapientiæ: vt habeant principiandi sapientiam: ac in cunctis agendis, publicam sciant procurare vtilitatem.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Si Episcopus a paganis, aut scismaticis capiatur &c.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum dicitur legitimus administrator in spiritualibus & temporalibus, siue Episcopus sit mortuus naturaliter, siue ciuiliter.*
2 *Loquendo de morte in genere, intelligitur de naturali & non ciuili.*
3 *Paciscentes potius se habent referre ad aliquid quod habet contingere, quàm ad aliud quod non est verisimiliter contingere.*
4 *Fauor ecclesiæ est extendendus.*

1 SI Episcopus. Nota hic † capitulum esse legitimum administratorem in spiritualibus, & temporalibus, siue Episcopus sit mortuus naturaliter, siue ciuiliter & sic

a equiparanter [a] mors naturalis & ciuilis. Simile in Authē.de nupt.§.secundum occasionem, & §.si vero decretum.col.4.

Sed contra.ff.de dona.inter vir.& vxor.cum hic status. §.si donator.

Sol.Ille.§.loquitur.in donatio.inter virum & vxorem quæ est illegitima ab initio, licet confirmari valeat ex post facto.

Sed d.§ secundum occasionem, & §.si vero decretum loquuntur. vbi pacta sunt legitima & facilius conualescit legitimum, vt conualescat in casu mortis ciuilis, q̄ conualescat in eo pacto, quod in se est illegitimum.

Item contra.ff.de verb.obliga.ex parte.§.in insulam.& ff.de leg.2.cum pater.§.hæreditatem filius

2 Sol.regulariter loquendo † de morte in genere, intelligitur de naturali, & non ciuili, quia mors dicta de duobus: de vno per prius & de alio per posterius, & ipsa sumpta simpliciter de priori debet intelligi, vt d.§.& ff. de lega.2.si ita quis in fin.Et c.de his qui veniam æta. impe.l.vlti.

3 Et est ratio, paciscentes † potius habent se referre ad aliquid quod habet cōtingere, vt mori naturaliter, quàm ad aliud, quod non est verisimile contingere: vt casum expectare & aduersam fortunā liberi hominis.ff.de verb. oblig.inter stipulan.§.sacram.

4 Sed hoc.c.inspexit fauorem† Ecclesiæ, qui est extendendus, sicut in matrimonijs, vt d.§.secundum occasionem (consulendum) nota capitulum debere casum sui prælati deferre: vt Ecclesiæ prouideatur. Simile.2.q.7. quapropter.& c.sicut.

ADDITIONES PROBI.

AEQVIPARANTVR, Adde quæ latè tradit Maria.Soci.consi.92. in princ.circa primum & Alex.consi.110. Adeo grauis vol.6.vbi dicit q̄ hæc mors ciuilis dicitur vacatio interpretatiua, seu quasi vacatio, vt quia impeditur exercere iurisdictionem, & consil.139.col.2.viso themate. vol.2. vbi dicit, q̄ quando fit mentio de morte, debet intelligi de naturali in dubio, & non de ciuili nisi in casibus, in quibus reperitur in iure expressum.glo.in c.statutum in ver.non mortc.s̄.de rescrip.hoc lib.& in c.placuit.16.q.1.

¶Bonifacius

¶Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Ecclesiæ cathedrali vacanti visitator ab alio &c.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia cathedrali vacante, capitulum administrat.*
Qui habet potestatem ordinariam, illam alij committit, quia potestatis ordinarie est iudicem dare.
2 *Archiepiscopus succedens loco capituli non plus sibi habet vendicare quàm capitulum posset.*
3 *Quis militia, aut negligentia, administratione priuatur, & in alium transfertur.*
An capitulum sede vacante visitare possit, & a visitatis procurationem recipere.
4 *Qui certum casum excipit non potest videri de alijs non sensisse.*
5 *Capitulum est conseruator bonorum episcopatus.*
6 *Capitulum, est necessarius admioistrator non voluntarius, vt discurrat de loco ad locum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quæ competunt iure speciali episcopo, non transeunt ad capitulum sede vacante.*
2 *Coadiutor & visitator quando dantur.*
3 *Papa quando vadeatur affectum apponere.*
4 *Semel affectum semper durat affectum.*
5 *Dispositum non videtur, quando dispositio suum non est sortita effectum.*

1 ECCLESIAE. Ecclesia † cathedrali vacante, capitulum administrat. s̄.c. proximo. Cumque habeat ordinariam potestatem: illam potest alij committere, quia hoc est potestatis ordinariè iudicem dare. ff.de iurisdictio.om.iudi.l.Imperium in fi.

¶Istam tamen administrationem generalem & liberam non habet, & sic eam dare non potest capitulum.s̄. hoc lib.de elec.Is cui.

¶Et hoc verum si capitulum habeat se negligenter, aut perperam. Metropolitanus secundum modificationem hic datam, potest dare visitatorem, qui non habet tantam potestatem, vt datus a Papa: vt hic.& d.c.Is cui.

2 Et est ratio, quia Archiepiscopus † succedens loco capituli non plus sibi habet vendicare quàm capitulum posset, quia beneficia conferre non potest.j̄.ne sede vacante.c.2.(non potest.) In illa plenitudine quam dat Papa, habet tamen potestatem, quod apparet, quia illa transfertur in metropolitanum ex negligentia vel malitia capituli, quod non esset si potestatem hanc non haberet c. vt infra.eo.

¶Vel dic (non potest) etiam per metropolitanum nisi &c.(malitiam) Nota, negligentia † seu malitia quem 3 priuari administratione,& alium transferri.s̄.eo.c.1.& 2.

¶Sed quæro, nunquid capitulum sede vacante, poterit visitare, & a locis visitatis procurationem recipere,& videtur quòd sic, quia potest hoc Episcopus, ergo & successor eiusdem.arg.j̄.hoc lib.de maiori.& obed.c.1.& s̄. eo.c.proxi.& j̄.eo.in fi.Nam visitator datus a Metropolitano a quo certus casus excipitur, in alijs videtur habere 4 potestatem. Qui † enim certum casum excipit, non potest videri de alijs non sensisse.ff.de fundo instruc.quæsitum.§.denique Neratius.32.q.7.domus.ergo.& capitulū hoc idem habebit, cum Metropolitanus hic nihil habeat nisi ex iure transfuso a capitulo in Metropolitanum.

5 ¶Contra dic, nam † capitulum est conseruator [a] bonorum episcopatus.12.q.2.charitatem.& c.illud vnde adadministrat in temporalibus & spiritualibus sede vacante.s̄.eo.c.proximo. Non tamen de iure visitator: sed ille qui est delegatus a Papa, vt hic & 61.dist.obitum.nam vt ibi dicitur ecclesia vacans destituitur visitatione, quæ suppletur Papæ delegatione, vt ibi.

¶Sed tu dices istud est iurisditionis, ergo hoc postea capitulum.s̄.de elec.transmissa & hic & s̄.c.proximo. Et iam contingeret vitia subditorum remanere incorrecta.

¶Sol. Capitulū propriè est administrator in cōseruando & in ius reddendo vt.d.c.& j̄.de maior.& obedi.cum olim & j̄.hoc lib.de maior.& obic.c.vno. Vnde quærela via denunciationis, vel accusationis bn̄ cadit in administratione capituli, si quis deferat, denunciet vel accuset, b non tamen visitatio [b] quæ proprie competit sede plena. Et sede plena hoc potest facere, episcopus etiam per se,& c per alium vbi est impeditus.[c] 10.q.j.episcopum, vbi tamē per alium necessaria subministratur.j̄.de offic. ord. inter cætera: sed illud cap. intellige vt est expressum infra hoc 6 lib.de offic.ordina.si episcopus. Vnde capitulum † est necessarius administrator, non voluntarius vt discurrat de loco ad locum: nec hoc habet in se capitulum vt not. infra hoc lib.de sent.excommunica. Romana in fine. Vnde quòd necessario isti administrationi non incumbit nec expresse reperio attributum, hoc capitulo: sede vacante. non ascribo.

ADDITIONES PROBI.

a CONSERVATOR, Etiam tale collegium, matricis ecclesiæ, dicitur concilium secundum Præpo.in cap.placuit.12.q.2.col.j.

b ¶Visitatio. Maria. Soci.in tract.de visitatione.col.4.cōcludit ꝙ capitulum sede va-1 cante, pōt visitare diœcesim sicut episcopus. Et ratio † qa succedit in iurisdictione tam temporalium, quàm spiritualium per notata in tex.nostro & c.seq.

¶Et dic procedere quādo ipso iure ordinario competeret visitandi potestas, secus si de iure speciali, vt quando episcopus exemptos sedi Apostolicæ immediate subiectos auctoritate Apostolica visitat. per tex. in cle. attendentes.§.j.de sta. Mona. Quia ea quæ competunt episcopo iure speciali non transeunt vacante sede, in capitulū, vt probatur in c. scriptum secundum vnum intellectum quem ibi sequitur Hostien. Io. And. & communiter alij super glo.in verbo tunc.s̄.de elec.no.Io.And.in c.ad abolendam de hæreti. tradit Alex. consi. 110. num. 4. Adeo grauis.vol.6.

c Impeditus, hanc comprobat alijs iuribus & auctoritatibus Soci.vbi s̄. extendendo ad Archiepiscopos & cæteros prælatos iurisdictionem ordinariam habentes identitate rationis, referendo Lapum.& Car.in Cle.fi. §.j.de sta. Mo.simpliciler tenere, etiam cessante ordinarii impedimento,& hæc extat in viridi obseruantia.

Præterea adde ad materiam text. nostri: quod reperimus in iure nostro coadiutorem & visitatorem. Coadiu-2 tor † enim ecclesię nō viduitatę datur,& de hoc coadiutore habetur in l.solet.ff.de tutel. vbi coadiutor habenti tutorem datur, propter ipsius tutotis aduersam valetudinem, vel senium ætatis, qui magis rerum administrator, quàm curator esse intelligitur.

Habetur etiam in c.venerabili.supr.de offic. deleg.vbi glo. in verbo, coadiutorem: refert dari etiam propter suspicionem dilapidationis.faciunt not.in c.pe.& fi.sup.de cleri.egro. & ibi sedes ad quam te remitto, cum non sit præsentis speculationis.

Sed de visitatore, qui datur ecclesiæ vacanti discutiamus oportet, de quo habes in c.quoniam.12.q.1.& in ca. obitum.61.di.ibi, visitationis.ecclesiæ destitutæ, fraternitati tuæ operam solenniter delegamus. vbi Præpo. citat, ꝙ solus Papa ecclesiæ cathedrali vacanti potest dare visitatorem.c.Is cui, & ibi Dominicus de S.Gemi.s̄.de elect. habetur etiam in c.Cathinensis.ea.dist.& ibi etiam idem Præpo.ꝙ quando datus est visitator ecclesię vacanti, electio celebrata debet mitti ad Papam cū decreto electionis & relatione visitatoris. Et sic ibi est casus secūdū eū, ꝙ qn̄ Papa apponit manum circa ecclesiā vacantem dādo ibi visitatorem, vr̄ affecta ecclesia, vt illius debeat electionē Papa & nō inferior (puta Metropolitanus) cōfirmare.

Pro hoc facit quod notat Compo.in c.cū nobis, olim s̄.de elect.col.fi.Io.An.& Arch.in d c.is cui.Roma.consf. 350.in casu propositæ consultationis.nu.10 qui infert, ꝙ 3 Papa commendando, vel administratorem, vel visitatorem beneficio dando, vr̄ super illo inducere affectum, vt inferior disponere non possit, quod quidem affectū causatur ex manus appositione Papę, quæ claudit manus cuiuscunque inferioris. Et sic continet in se quandam reseruationem etiam in corpore iuris clausam, de qua & alijs in corpore iuris clausis dico.j̄.in c.pręsenti, de offic.ordi. quas aio obtinere robur in Gallia, vt patet in titul.de reserua.in pragma.& c.1.§. quibus. hęc de elect.eo.lib.

Ioan. Monac. Card. Q ¶Et

4 ¶Et istud affectum durat, dictante regula gnali φ † semel affectum durat semper affectum. Rota in antiquio. deci.20.tit.de præben.& in antiquis.deci.617.& 553.

¶Causatur etiam ex reseruatione formata sub dicto affecto: idem de Rota deci.23.in nouis.circa med.

¶Et intelligas φ hmõi affectum & reseruatio nõ possunt, prout nec tolluntur nisi per collationem Papæ alicui dico idoneo & capaci factam: cum non censeatur di-

5 spositum † fuisse: ex quo dispositio non fuit suum sortita effectum.arg.l.si pro patre.§.versum.ff de in rem vers. l.quotiens.ff.qui satisd.cogan. vbi paria sunt aliquid non fieri vel minus legitimè.

¶Ad idem Lap.alleg.22.vbi refert paria fore non præsentatum & minus sufficienter pñtatum fuisse. Ita Dñi de Rota tenent dist.9.in tit.de præben.in antiquio.pro q. bus vide quæ notat Pet.de Ancha.consil.199. φ prouisio Papæ nulla quacunq; ratione, non extinguit reseruationem & debet intelligi ea vice id est vacatione.

¶Et ad propositum redeundo dicit Inno in c.dudum. el.2.col.2.in prin.s.de elect.in antiq.quòd ille cui ecclesia commendatur, vacationis tẽpore, visitator dicitur. Nec talis habet aliquid in ecclesia,nec fructus nisi ad colligendum,gubernandum,& erogãdum pro vtilitate ecclesię, & ad custodiendum clericos.

¶De hoc visitatore habes text.in c.constitutum.7.q.1. vbi glo.citat quòd talis visitator non potest in prælatum eligi. Istud tamen est falsum secundùm Archid. Ioan. Andr.Zenzel.Domi.& Guil.hic, quia talis non dicitur tutor, sed procurator, qui non prohibetur contrahere cum puella.C.de interitu matri.l.vlti. Alias officium esset ei damnosum, quod non licet.ff.de fur. si seruus communis. & c.peruenit.s.de fideiussori. & s.de elect. cum non deceat.

¶Poterit etiam beneficia conferre.not.in d.c.obitum. vbi glo. Priuare etiam clericos suis beneficijs. Guil.in d. c.Is cui.vbi Aureol.in additio ad eum. Oldrad.cons.208. col.2.quod exorditur quoniam ex tempore. not.in c.dilectus filius.el 1. s de resc. & ibi Panormi. & alij vbi aliam speciem visitatorum reperies, & eorum potestatem. Et per Freder.consi.145.Ioannes Episcopus, & de Pauinis in tracta.suo de visitatione. Et Marian.Soci.eodem tracta.

¶De temporibus Ordinationũ,& qualitate ordinandorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quibus diebus orthodoxi ad sacros & alios ordines debent promoueri.*
Electus confirmatus in Episcopum,habet die dominico consecrari.
2 *Vno die plures ordines sacros, nec duobus continuato ieiunio potest quis recipere.*

1 ELECTI certis temporibus sunt ordinãdi. Nam ad sacros † ordinantur in sabbatis quatuor temporum, & sabbato ante passionem Domini,& in sabbato Paschę. Minores vero diebus Dominicis & festiuis possunt conferri. Papa tamen subdiaconatus ordinem die Dominico potest conferre. s.eod. titu.c.1.& c.de eo.Si tamen alio tempore ordines (etiam sacri)conferantur,recipiens recipit caracterem s.eo.con

a sultationi: nec sacri ordines sunt conferendi ante 14.a annum.s.cod.c.non est compos. Si tamen conferantur, recipit ordinatus ordinem,& de hoc notatur.j.de cleri-

b co per saltum promo c,b vno.

Et electus in Episcopum confirmatus cõsecrari habet

2 die Dominico.75.dist quòd die nec vno † die plures ordines sacros,nec duobus continuato ieiunio, potest quis recipere s eo dilectus.& c.literas.

Item quales debeant esse ordinandi secundùm 13. capitula Apostolicę regulę,prosequitur Gratianus a 25.dis. vsq; ad 50.dist.

Qualiter autem ordinandi: sint examinandi, & super quibus, habetur 23.dist.qui Episcopus & 27.dist. quando.

Dicto igitur de electis subijcitur rub.de tempo. ordin. & qualita.ordi.

ADDITIONES PROBI.

a ANTE 14.annum. Vide Cle.fi.eo.tit.

b Vno. Vide glo.in c.vel non est compos, hic per Ioan. Monach.allegat.vbi dicit quod executio vsque ad ætatem legitimam suspenditur.

Clemens Quartus. Cap. I.

¶Sæpe contingit quod nonnulli clerici vinculo &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione Italiæ, Tuscia, Sardinia, & Scicilia continentur.*
2 *Regio cui plus vicinatur, est respicienda, vt secundùm illam indicetur.*
3 *Quis dicitur subditus & ratione originis, & ratione beneficij obtenti, & ratione domicilij.*
4 *Dictum in vno censetur concessum in simili.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Sæpe, pro duabus aut tribus vicibus ponitur.*
2 *Italia nunquàm erit in pace,& est Gallorum & Britonum sepultura.*
3 *Dictio vltra, separationem demonstrat.*
Verba debent accipi secundum subiectam materiam.
4 *Eadem ratio quomodo decidat.*
5 *Quando ratio legis est vniuersalior dicto,licet arguere a ratione, non obstante specialitate dicti.*
6 *Laicus an possit clericali militiæ ascribi a non diocœsano.*
7 *Pœna apposita vni ex correlatiuis an extendatur alteri correlatiuo.*
Clausula generalis non porrigitur ad ea,de quibus alias est specialiter prouisum.
Valet argumentum de verbis legum ad verba testatorum.
8 *Vbi lex non dicit nec nos dicere debemus.*
9 *Multa fieri prohibentur, facta tamen tenent.*
10 *Vbi non adaptantur verba legis nec eius dispositio.*
11 *Via Brocardica reprobatur.*
12 *An collatio primæ tonsuræ probari possit per testes.*
13 *An probatio possessionis clericatus sufficiat.*
14 *Forma supplicandi quo ad probationem primæ tonsuræ hic describitur duplex.*
15 *Verba prohibitiua & negatiua habent vim decreti irritantis.*

a SAEPE. a Hæc decretalis habet quatuor dicta. Et primò huius constitutionis causam impulsiuam ponit. Secundò,versiculo nos igitur, generaliter statuit. Tertiò,versiculo eos vero, contra statutum facientes punit. Quartò,versiculo omnibus ad pœnam positam inhibitionem adijcit (fugientes.) Quid si essent digni. Idem dico j.eod. eos.& c.nullus.71.dist.per totum.9.q.2.Lugdunen.

Vnde hic est causa impulsiua, non finalis.ff.de postula. l.1.§.sexum.& de hoc not.s.hoc lib.de hæreti. cap.vlti.§. cessante.& s.hoc lib.de elect.cupientes. in princ. (sacrorum.) Quid de non sacris, videtur idem: cum statutum hic positum generaliter loquatur, licet proœmium præcedens statutum loquatur de sacris.

Dic pœnam hic inflictam ordinatis, propter minores ordines susceptos non infligam, præsertim cum pœnam

b specialem reperiam inflictam.j.eod.c.fi.in fi.(Italiæ b) in hoc est localis. Hæc constitutio, quæ fuit prodita tam dura, pro eo φ hoc vitium plus incaluit id est inualuit in Italia.arg ff de abige.l.2.

1 Et appellatione † Italiæ, Tuscia, Sardinia, & Scicilia, continentur.ff de iudi.Insulæ. vnde pœnam hic positam non intelligo inflictam, si Italicus italicum, & Vltramõtanus vltramontanum promoueat.

Quid si promotus non erat propriè Vltramontanus, sed medius,vt quia in montibus habitabat. Ita φ propriè nec vltramontanus,nec citramontanus poterat dici. Di-

2 cunt quidam † respiciendam regionem,cui iste promotus plus vicinatur: vt secundùm illam istum iudicem.argu.ff.de statu homi.quæritur.

Dic contra. Nam cum hæc cõstitutio sit localis & pęnalis, non extendam, sed tenebo iura antiqua (extitit.)

Et

3 Et sic nota † quem esse subditum, & ratione originis, & ratione beneficij obtenti.arg.j.de fo. compet.c.vlti.& C. de præd.minor.si prædium.

¶Sed quæro aliquis non traxit originem de hoc episcopatu, nec est hic beneficiatus: habet tamen alias domicilium sicut potest acquirere. ff.ad municipal. l.libertus. §. præscriptio.& l.filij.§.municipes.& l.eius.§.Celsus. nunquid iste hic poterit promoueri? videtur hic tex.innuere quòd non, qui duos casus excipit. Sed contra, quia iste est subditus ar.iurium prædictorum,& ar.j.eo.eos qui inhibet promouere clericos alienæ parrochiæ, & iste non est alienæ: cum hic domicilium acquisiuit.

¶Sol.Illud idem intelligo in dictis tribus casibus, qui æquiparantur.j.eod.cum nullus.1.respon. vnde hoc suppletur per illam. Et dictum † in vno cęsetur d concessum in simili.C.de diuer.resc.l.1. ff.manda.l.fin. (condigna) hæc pœna hodie est in iure expressa.j.eo.c.proxi.nedum hoc casu, sed in omnibus ordinantibus, & cum pœna posita in c.eos sit regularis in omnib.& hæc in ordinato sit grauior, quàm alibi statuta sic,& sic ordinans est grauius puniendus hoc casu.j.de hæreti.excommunicamus.§.nullus præterea.j.de exces.præla.tanta.in fi.

ADDITIONES PROBI.

1 a SAEPE. Hæc dictio † sępe pro duabus aut tribus vicibus ponitur.glo.in Authent.de testi.§.quia vero.in prin.col.7.quam commendat Georg.Natam in Clem.sæpe.in 1. col.de verb.sign.sequuntur Arch. & Præpo.in c.longinquitatem.12.q.2.

2 ¶Italiæ, quæ † patria est guerris discordijs & depopulationibus subiecta diuina quadam, quæ sui permissione, vt nulli nisi guerram, discordiam & depopulationem non pacem nisi modicam vel alterius belli præparatiuam sperare liceat prout fertur vulgo venerabili presbytero & sancto Bedæ pro pace populi Italici orante, fuisse ab Angelo responsum. Beda Beda tace quia nunquàm Italia erit in pace, tradit Calcan.consil.24.num.7.orta. Meritò Italia dicitur, Gallorum & Britonum sepultura, quia in ea sæpe moriuntur. Bald.in titu.de duob.fratrib.in fi.

c ¶Plus incaluit. Hic verificatur vulgare quod magis frequentatum in medium adducitur, vt latè comprobat Calca.in consi.1.col.18.& sequ.pro quo gl.in Clem.1. de rescrip.in 1.gl.& alia adducit etiam comprobando quando frequenter & sæpius aliquid dicitur. Latius firmat Ias. in consi.166.col.fin. punctus.vol.4.his adde quæ in sequ. apostil.dicentur.num.5.

d ¶Dic contra. Pro hoc dicto Ioan.Mo.vide Dec.consi. 3 290.col.2.Domina Blasia, vbi per hoc firmat quod dictio † vltra, denotat superationem,& sic ponitur exclusiuè, quod tamen est contra eius propriam naturam secundùm Dec. vbi s.in vers.non obstat, vbi subdit quod verba accipiuntur secundùm subiectam materiam.l.si vno.in princ. ff.loca. vbi Bart.alleg.bonum text.in l.si stipulatus. ff.de vsur. facit text.in l.insulam.ff.de præscrip.verb.per quæ iura Alexan.consi.129.in fi. puto de iure, vol.2. dicit quòd verba debent intelligi secundùm subiectam materiam etiam impropriando. pro quo vide Ioan.de Imo, in consi.21.in princ.in casu præmisso.in cōsi.99.num.1.in quęstione.cōsi.132.num.6.in causa Taurinen.& cons.141.visis statutis. Ias.in consi.70. col.5. Spectabiles.volu.3. Calcan.consi.1. col.16.

e ¶Censetur. Adde glo.hic in ver.Italiæ, & quod Scrib. hic tradūt, vltra quos vide Dec.consi.284. col.1. & 4. vbi dicit id procedere: etiā si facta sit exceptio per dictionē taxatiuam tantum. Idem Dec.not.consil.300.num.7.in causa quæ Ferrariæ, vbi dicit quod quando in pluribus casibus est eadem † ratio, tunc illa ratio decidit omnes casus: non per extentionem, quia sicut genus comprehendit species, sic ratio generalis comprehendit diuersas species emergentium. Ad idem in proposito quod citat Roma.consi.174.in princ. Amplissimè Doctor. quòd vbi ratio † legis vniuersalior est dicto, licet arguere a ratione, non obstante specialitate dicti, vt probatur in l.regula. §.sed licet.ff.de iur.& fac.ignoran. & in c.cōstitutionem. de regu.iur. hoc lib. glo.reputata singularis.in Clem.1. in ver.eligatur.de elec.quod not.

¶Vide etiam Dec.pro præmissis.consi.372.nu.7.visis & diligenter consideratis,& Maria.Soc.consi.30 col.4.quis. per dñm meum de Ripa.lib.1.respon.c.19. bonæ memoriæ.& latè Alex.cōsi.36.col.2.viso themate & dubijs.vol. 1.Idem Alex.consi.65.in fi.qm omne datum.eod. vol.vbi dicit quod vbicunq; in aliqua dispositione est facta mentio expressa de vno puta de masculo, & expressio de ipso facta fuit rōne maioris frequentationis, tunc non vr facta mentio de illo: vt non possit fieri extensio ad casum similem non expressum.gl.in Cle.1.in ver.præsidentes. de rescrip. Pet.de Anch. in repet.c.canonum.car.mihi.14.col. 3.s.de consti.Alex.consi.89.col.2.circa primum.vol.6. & consi.113.perspectis his.eo. vol.& cōs.71.visis & cōsideratis.vol.7.Idem cōsi.17.nu.9.vol.3.& consi.68.viso.vol.eo. vbi loquitur in exorbitantib.inductis ad publicā vtilitatem.dixi in præcedenti apostilla in ver.plus incaluit.

6 ¶Præterea hic solet moueri dubiū plusquàm frequēs videlicet vtrum † laicus possit a non suo diocęsano, aut sine eius licentia, clericali militiæ ascribi, licet Docto.hic aliquo modò hunc punctum videantur tangere, tn post eos,& clarius tangam tam in praxi, quàm in puncto iuris. Et pro expeditione huius puncti quotidiani dico in eo reperiri duas opiniones sibi aduersantes: prima est, quod pro parte negatiua, quā gl.hic ver.clericū,& Franc.post eam videntur sustinere, pro quibus videntur facere notata in c.seq.iūcta gl.in ver.statuunt.& in c.cum nullus.eo. & c.1. 71.dist. fundamento tali eo quod clericatus dicitur ordo psalmistatus.23.dist.c.psalmista.notat Car.in Cle.2.§.1.de sepultur. quod verum dicas largo modo sumendo pro deputatione ad diuinum officium seu cultum, secus si loquimur de ordine inquantum est sacramentum, & imprimit caracterem,& isto modo non est ordo nec sacramentum, nec imprimit caracterem, sm B.Tho.in 4.Sent.dist.24 & quod iura non posuerunt primam tonsuram inter ordines.32.di. c.seriatim.& 77.dist.illud.& 93.dist.a subdiacono.Nota.s. de æta.& quali.cum contingat.& per Archi.hic, pro hac opinione videtur tex.in c.cum inter ibi tonsuratione, in prin.s.de re iud.hāc sustinet Aureolus in additi. ad Guil. in c. Abbates.j.de priuileg.alleg. glo. ibi in ver.quasi episcopalem, per quam dicit expressum, quod episcopus laicum non suæ iurisdictionis non pōt ordinare sine licentia sui Epi alleg.aliam gl.in c.fi.isto tit.j.& c.priuatus.71.dist.

¶His tn non obstantib. Archi.Ioan.Mo.& Guil.hic videntur sustinere partem affirmatiuam ibi, cum pœnam specialem reperiam inflictam, pro quo Domi. in c.sequē. 7 vlti.no.vt citat, quod pœna apposita † vni ex correlatiuis interuenientibus in actu non extenditur ad aliud correlatiuum, quando iura specialiter imponunt pœnam certam quod prosequere, vt hic per eundem Domi. & Fran.quibus adde quod generalis clausula posita in secundo legato, vel vniuersalis quibuscunq; verbis concepta, nunquàm refertur ad ea de quibus est specialiter dispositum. l.doli clausula.ff.de verb.oblig.l.vxorem.§.felicissimo.de leg.3. & l.cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulg.& pupil. l.alimēta. §.basilicæ.& l.Sticum nutricis.ff.de alimen.& ciba. leg. & l.sanctio legum.ff.de pœn.quia nunquàm reperitur quòd genus deroget speciei.c.dudum.circa med.& in c.quāuis tibi.de præben.j.& in c.2.s.de offi.lega. Sicut in legib. generalis dispositio legis etiam cum clausula generali non obstantib.quibuscunq; legibus non refertur ad ea, de quibus specialiter est dispositum, vt in l.in testamentis vbi Raph.ad hoc no.C.de testa.iūcta l.hac consultissima. vbi glo.& Doct.C.qui testa.facere pos. Ita tenent glo. Bart.& Doct.in l.sciendum.in prin.ff.qui satisda.cog. in Auth de hæred.ab intesta.veni.in prin.in ver.vacantibus. Quæ præmissa militant in proposito quia valet argumentum de verbis legum ad verba testatorum. l.si quis legauerit.& ibi Bar.de leg.1.& l.qui filium.§.Sabinus.vbi idē Bar. ff.ad Trebel.& l.si fuerit.§.qō hæc vbi ipse Bar.ff.de manumis. testa.& l.cum quidam.C.de verb.signifi. Nec obstant iura in contrariam allegata. Quia si ad ea attendatur intuenti patebit quod loquuntur in casu diuerso videlicet in clerico, qui se facit promoueri, a non suo Episcopo sine eius cōsensu vel licentia: nos vero in laico. Ratio diuersitatis est. Quia ille qui est clericus iam est effectus de iurisdictione Episcopi: ille vero qui est laicus stat solum sub temporali iurisdictione,& non habet Episcopum.

Item clericus non potest prorogare iurisdictionē alterius Epi nō sui.c.significasti.s.de fo.compe.glo.& Doct.in

l. 1. ff. de iudi. Fely. in c. cum accessissent versi. ad idem, nu. 5. s. de consti. Sic etiam non debet ordines a non suo prælato recipere. c. seq. & c. cum nullus. j. eo. tit.

¶ Ideo videtur potior ratio in vno quàm in alio. Et sic non idem ius venit statuendum.

¶ Item vt dixi latius stat in iurisdictione temporali solum nec est regulariter de iurisdictione Episcopi: ideo sicut potest iurisdictionem alterius iudicis temporalis prorogare sine consensu & licentia sui iudicis. d. l. 1. ff. de iudi. & l. si conuenerit. ff. de iudisdi. omnium iudi. ita videtur fatendum in proposito, ꝙ primã tonsuram potest a nõ suo Episcopo, id est, in cuius diocesi moratur suscipere; ꝙ licet reperiatur prohibitum de ordinibus sacris, non tamen de prima tonsura. Ergo si conferatur a non diocesano tenet collatio, argumento præmissorum.

8 ¶ Iuuantur hæc, quia quod lex † non dicit nec nos dicere debemus. l. si seruus. §. 2. ff. de acqui. hæred. ibi, non dicit prætor & in Authen. de non elig. secund. nuben. sin autem. ibi, quia lex hoc non dicit, coll. 1.

¶ Item quia si laicus a non suo diocesano tonsurari nõ debet, vt in prima opinione, attamen si tonsuretur, tenet collatio, per regulam vulgarem. Multa fieri † prohi-
9 bentur, facta tamẽ tenent. l. 2. § biduum. ff. quando appel. sit. l. relegatorum. §. tempus. ff. de interdic. & relega. Non enim reperio canonem annulantem talem tonsuram.

¶ Et licet in d. c. 1. 71. dist. dicatur, ꝙ talis ordinatio de clerico facta rata non habeatur & c. hoc debet intelligi in suis terminis videlicet in clerico ordinato a nõ suo Episcopo, & non in laico. Non enim licet a verbis seu canonis recedere l. non aliter. de leg. 3.

¶ Item dispositio regulatur secundum verba propterea dicimus ꝙ vbi † non adaptantur verba legis, nec eius
10 dispositio adaptari potest. l. ita aurum. ff. de admi. tuto. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. c. indemnitatibus. §. sed cum eo. s. de elec. l. 4. §. quotiens. ff. de damno infec.

¶ Vel potest dici secundum Guido. Papæ Deci. 449. in fi. ꝙ d. c. locum habet quando executio talis ordinis, est a proprio Episcopo interdicta, iuxta. c. quod trãslationẽ. s. de tempo. ordi. Alias vbi non sequeretur aliqua ordinis seu illius executionis interdicto, sed toleraret tacitè vel alias expresse ratificando vel huiusmodi tonsuræ collationem ratam habendo, vt potè cõferendo eidem sacros & alios ordines aut beneficium ecclesiasticum, tunc talis ordinatio censetur canonica, & valida ita videtur sentire gl. in c. sequen. in ver. statuunt, quam ibi Doct. sequuntur dicentes ꝙ talis non incurrit irregularitatem, donec interdicatur, vel suspendatur per proprium Episcopum.

¶ Istud comprobat Gemi. in consi. 133. istud dubium tangit, vbi hoc formaliter tenet, alleg. Io. Mo. in c. sequẽ. & Specul. in tit. de lega. §. iuxta, ver. Item irregularis, dic quòd imo est in tit. de dispen. in §. iuxta vero. versi. item ordinatus. col. 4. vbi dicit ꝙ hoc probat stilus curiæ: nam quando scribitur pro talibus dicitur sic, mandamus quatenus ipso ad tempus suspenso super hoc auctoritate nostra dispenses.

¶ Et est notandum ꝙ dicit super hoc, & non super irregularitate dispenses, de hoc stilo idem dicit Io. Mo. in c. sequen. versi. Sed contra in fi. & idem Archid. ibi, col. 2.

¶ Et ꝙ tacita voluntas Episcopi ꝓprij, sufficiat, firmat Oldr. consi. 215. nu. 9. quod exorditur puncta breuia. vbi refert, ꝙ dato ꝙ quis sit ordinatus a nõ suo Episcopo per auctoritatem ordinantis, nisi aliud probetur, præsumitur ordinatus voluntate proprij Episcopi. Inn. in c. 1. s. de cler. peregri. Dicit enim Guil. in c. sequen. ꝙ Episcopus proprius hanc ordinationem ratificando cũ talibus dispensat, & executionem dat, quam si non haberet. esset beneficiorum incapax. c. fi. s. de cleri. excommunica. minist.

¶ Et credo probari præsumptionem, eo solo ꝙ ab Episcopo proprio nõ inquietatur, aut alias ab ipsorum ordinum executione nõ suspenditur, vel tali ab eo beneficio conferuntur. Aut vt dixi. s. ad actus ordines ipsos tangentes recipit, quia tunc scire præsumitur, ꝙ ab eo non fuerit promotus, cum illum non ordinauerit, pro quo vide Guiller. in c. sequen.

Ex quibus præmissis habes colligere conclusiones duas. vtiles quidem & frequentatas. Prima quòd collatio primæ tonsuræ a non diocesano facta tenet, & ita obtinui in facti contingentia nomine cuiusdã clientuli Bisuntinen. diocesis, qui ad primam tonsuram per Archiepiscopum Bitur. fuerat admissus, non petita nec obtenta licentia ab ipso Bisuntinen. Episcopo.

Secunda conclusio quod ordinatus etiã ad sacros a nõ suo Episcopo capax est beneficiorum collatione, donec a suo Episcopo fuerit suspensus, licet in contrarium quidam iudex laicalis professionis in Bitur. ciuitate in quadam possessori causa iudicauerit, & male. Nec mirum cũ in ipsa Bitur. prouincia, iudices ipsi assueuerint discurrere negocia in campo, sine aliquali librorum reuolutione, quod mirabile est. dicit Bauer. Insti. de testa. milita. §. fi. in
11 fi. Et ita iudicant, habitis duntaxat † quibusdam vijs Brocardicis. Pro his. quippè non facit dictum Anto. de Butr. in c. per tuas in fi. s. qui filij sunt legitimi. dum dicit ꝙ experientia docuit ꝙ sepius iudices & consultores mouentur ad pronunciandũ potius per iura quæ minus faciunt: & sic nõ verentur de cõi errore facere ius. l. Pacumeuius Androstenes. ff. de hæredi. insti. Contra hos quippe brocardicis vijs vtentes, exclamat Brunellus doctor Aurelian. in tracta. de po. lega. conclu. 19. colu. 4. dicens ꝙ ex istis brocardicis quibus multi vel ingenio parum solido, aut nondũ in iure exercitati solent frequenter vti, quod non potest sumi perfecta regula neque doctrina.

Præterea in proposito attende ad vnũ quod citat Præpo in c. Lugdunensis. col. 2. 9. q. 2. quòd prohibitione clericus alienus ordinetur a non suo Episcopo sine consensu proprij Episcopi, non prouenit quòd sit ei ignotus, sed quia fit iniuria proprio Episcopo & Ecclesiæ. Ideo requiritur proprij Episcopi offensi ratificatio.

12 Continuando materiam. Quæro † an collatio primæ tonsuræ possit probari per testes. Quod si non valeat per eos aut per instrumenta, quid agendum. Quo ad primum Iac. Butr. in l. si qua per calumniam. C. de epi. & cleri. dicit per testes probari non posse: sed in hoc defecit in salutari suo, cum veritas se habeat in contrarium, quod probo, primò arg. l. statũ. C. de fide instru. vbi dicitur ꝙ per amissionem literę professionis non fit status mutatio, nec veritati præiudicatur, l. si solennibus. C. eo. vbi glo. & Bal. referens, ꝙ doctoratus non solum probatur per instrumẽtum priuilegij: sed per testes qui interfuerunt in publico examine, quod includit priuatum in se, non econtra.

Vnum tamen audio a Petr. de Ancha. in c. 1. s. de cleri. peregri. ꝙ per acquisitionem & prouectionem ad maiorem gradum, non præsumitur quæsiuisse priorem. Et sic videtur innuere quòd presbyter non solum teneatur fidem facere de literis ordinis sacerdotij, verum etiam de alijs prioribus. Et hoc nisi ordinans esset persona grauis auctoritatis, pro qua esset præsumendum. 97. dist. nobilissimus. gl. & ibi Doct. in c. cum olim. el. 1. s. de priuileg. Soci. consi. 252. col. 7. in 1. volu. dico latius in trac. de manda. apo. discutiendo de literis sacræ penitentiariæ.

Et sic ratione huius nõ videtur hesitandum quòd quis teneatur fidem facere de præceden. cum omnes Episcopi maximę sint auctoritatis, vt patet intuenti.

In proposito quòd probari possit per testes, id expresè firmat gl. communiter a Scriben. approbata in c. si iudex. laicus, in ver. fecerit. in fi. de senten. excõmunica. hoc lib. Iacob. Rauen. in suo compendio in d. tit. dicit pro hoc illam gl. venire singulariter notandam. facit. c. tuæ. de cler. peregri. firmat Guido. Papæ deci. 474. Et ista est rei veritas, imo maioris est potentiæ hæc probatio per testes, q̃ per literas, per ea quæ dixi de viua voce in c. si quis. s. de electio.

Et quo ad secundũ ꝙ nec per testes, nec per instrumenta probari valet: an sufficiat † probatio possessionis cleri-
13 catus. Inno. in c. innotuit. s. de eo. qui fur. ordi. recipit, in prin. & in c. super his in fi. s. de accu. & Io. Mo. in d. c. si iudex laicus. dicunt ꝙ sola probatio possessionis clericatus per aliqua tempora sufficit: & istam dicunt Domini de rota æquam, & seruari consuetam in antiq. Deci. 26. Pro quo Panor. in c. inter quatuor in fi. s. de cleri. peregri. & Ang. in l. 2. § diem. ff. quemadmodum testa. aperi.

Huic tamen non assentio opinioni, minusque credo hanc obseruari debere, prout nec obseruatur nostris tẽporibus, cum ex ista probatione possessionis sola resultet mera præsumptio, quo non dicitur sufficiens in beneficialibus, nisi verus titulus probetur. Rota, vbi. s. proximè. per c. 1. j. de re iudic.

¶ Et

¶Dicit enim Barba.in Cle.gratia col.5 de res.quòd si quis eligatur ad beneficium ecclesiasticum: seu dignitatẽ & sit laicus, quòd non cogitur inuitus acceptare vel cõsentire.not. Anto.in c.& si vnanimiter. de postul.præla, per no.in c cum monasterium.s.de elec.facit.l.inuito.ff. de regul.iur.Vide Præpo.in c.placuit.32.dist.vbi notabiliter distinguit quærendo an clericus coniugatus possit habere beneficium. Et dic etiam post Gemi.ibi, cuius dicta parum discrepant à dictis Anto.de Butr.Imol.& Panor. in c.Ioannes.s.de cler.coniu.& idem Imol.& c.diuersis. eo.aut videlicet quęritur an possit de iure beneficium retinere, aut in stipendium solum: vtputà quia pulsat campanas: claudit hostia: vel incendit luminaria, & similia, & tunc habere potest, vt prædixi.c.si quæ ver.32.dist.& 12.q. 1.quia tua.& hoc casu tenetur portare coronam, & sic potest intelligi.d.c.Ioãnes secundũ vnam lecturam. Aut vult retinere in titulum: & tunc clarum est ꝙ non potest laicus per iura primò allegata.& d.c.diuersis, quod patet 13 ad oculum, quia non † fuit vocatus in sortem & hæreditatem domini. Secundò, quia non potest laicus sacramenta conferre, propter quæ conferuntur ecclesiæ & beneficia. Etiam beneficia fuerunt instituta: propter diuina officia.glo.in c.fi.s.de offi.vica.& his non possunt vacare, quia non vocati iuxta illud Pauli. Quomodo pręt-14 dicabunt &c. Aut vult obtinere † beneficium ex dispensatione: & fit per Papam: & tunc valet, cum Papa possit dispensare contra ius.c.proposuit.s.de conces.præbend. Idem Præpo.in c.qui Episcopus.colu fin.23.dist.Aut dispensatio fit per inferiorem a Papa, tunc aut est bigamus, & hoc casu non potest, cum inferior a Papa non dispenset cum bigamo.83.dist.c.si quis.& de cler.coniu.sanè latius per Ioan.Montaigne, in tracta.de bigamia.q.7.colu. 13.versi.in hoc principali arti.& in q.5.Aut non est bigamus, licet sit clericus coniugatus, & vult dispensare in dignitate: vel beneficio ecclesiastico curato: non potest, & ita procedere potest.c.primum.s.de cler coniuga.& d.c.Ioães. Aut si vult dispensare in beneficio simplici: & tunc si vult viuere clericaliter: & tunc potest dispensare Episcopus secundum aliquos dummodo cõcurrant causæ legitimæ, & habiles ad dispensandum: de quibus in d. c.diuersis.

¶Panor.tamen in d.c.Ioan.tenet contra & optimè, cũ non reperiatur hæc dispensatio Episcopo permissa. Ideo in dubio vr̃ prohibita.facit gl.in c.cum decorem.de cler. coniuga & hoc dicit Imo.in d.c.Ioan.tutius esse, cui assensi o, nec vnquàm visum fuit. Et contrarium tenentes 15 defecerunt in salutari suo. Et ratio ad præmissa, quia † spiritualia spiritualibus personis sunt distribuenda, & non alijs, cum per eos rerum ecclesiasticarũ substantia soleat deperire.d.c.diuersis, & in his via regia non solent ambulare.testatur experientia rerum magistra, quod omnibus cõuenit.c.qualiter.el j s.de accu.Archi.in c.pię mẽtis.16. q.8.tum ẽt quia ecclesia vult suos famulos nõ seruos, sed liberos, vt patet in rubr.de seruis non ordinandis. Sed coniugati dicũtur serui vxorum, vt patet intuenti, & valet argu.de coniugato ad seruum l.2.ff.de sta.homi.ergo habes hic intentũ.

¶Postremo in hoc membro, idest verbum tactũ per Philippum Franc.in c.si eo tempore.s.de res.hoc libro, ꝙ 16 licet quis sit clericus tempore † acceptationis, & non tẽpore impetrationis, non sufficit.tex.& ibi gl. in d.c. ex literis.s.de transac.vbi Panor.in 5.not. Concordantes. Vide per Do.Dallerium in trac.de manda.Apostolicis.in 5. solu.col.3.Dico in cap.Eum qui.j. de præben. post Malere.in tracta.de electio.in princ.col.6. Vidi tamen Papam mandare aliquibus: videlicet Titio prouideri de beneficio vacante, cum foret ipse Titius beneficio crericalis militiæ munitus, quod est notandum. Nec tẽpore intermedio poterit beneficium hoc ab alio impetrari, cum mandatum hoc operetur præuẽtionem, ac si plenè foret prouisum tex.& ibi gl.& scribentes in c.si soli.de conces.preben.hoc lib.

¶Pro hoc facit quod citat Pau.de Cast.consi.326. De primo quæsito in prima parte, ꝙ mandari potest, seu cõferri capella, cum fuerit constructa.allegat.l.si seruitus.§. fi.ff.de serui.Vrba.prædio.& l.seruos.& quod ibi not.Bar. ff.de ali.& ciba.tega.& in c.ad audientiam supra de eccle. ædifican.

¶Et redeundo ad propositum. Contrariam sentẽtiam videtur tenere Guil.in c.j.de conces.præben.col.4.dicens ꝙ si Papa, vel ordinarius prouiderit de huiusmodi beneficio, ꝙ valet, etiam pendente conditione, quod non credo de ordinario, propter affectum & manus appositionẽ. capi.vt nostrum.s.de appella.cum similibus. Nec de Papa, nisi hæc fuerint expressa. Doctrinis vulgatis hoc resultat. Hæsito tamen de obtentione prædictæ formæ: vt nõ possit de facili obtineri, nisi in curia habeas propitios, aut distribuas capones: vel cum bibalibus conuenias. Pro hoc Bal.in c.cum adeo.num.7.s.de re.hanc tamen formã vidi expeditam, & dicitur, nos volentes dilectum filiũ Gilbertum Probum scholarem Bituric.diocesis, qui vt asserit, militiæ clericali ascribi desiderat apud nos de vitæ, & morum honestate aliisque probitatis & uirtutum meritis multipliciter commendatum horum intuitu fauore prosequi gratioso ipsumque a quibusuis excommunicationis &c. Mandamus quatenus si per diligentem examinationem eundem Gilbertum adhoc idoneum esse repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, canonicatum & præbendam prædictos, quorum fructus &c. prosequere formam communem. Eidem Gitberto postquàm clericali militiæ ritè insignitus fuerit, auctoritate nostra conferas & assignes inducẽs per te vel alium &c. vt in forma communi.

¶Vel dic & expedientius. Tibi ex nunc, prout ex tunc, & econuerso postquàm clericali caractere ritè insignitus fueris per te vsque ad 18. dictæ tuæ ætatis annum tenẽd. regend.& gubernand.ita ꝙ liceat tibi &c. prosequere formam commendæ auctoritate Apostolica, cõmẽdamus: & deinde illud ex nunc, prout extunc, & econuerso tibi conferimus, & de illo etiam prouidemus.

Etiam cum non ascripto militiæ clericali dispensatur, prout vidi. Et dicitur sic volentes te qui, vt asseris de nobili genere procreatus, & in 15.tuæ ætatis anno constitutus existis, & militiæ clericari ascribi desideras præmissorum &c. quodcumque curatum seu alias incompatibile aut presbyterale beneficium ecclesiasticum, etiam si parrochialis &c. fuerit, recipere & retinere, illudque simpliciter vel causa permutationis, quotiens tibi placuerit dimittere: & loco dimissi &c. liberè & licitè ualeas defectu ætatis præmissæ &c. dispensamus. Prouiso &c.

¶Tertium quippe membrum respicit qualitatem, ut uidelicet beneficium habeat aliquid spiritualitatis annexum, uel id, cui annectitur. hinc ut prædiximus, beneficiũ datur propter diuinum officium.c.afi.sup.de rest.hoc lib. & c.cum secundum Apostolum.sup.de præben.& 81.di. si quis sacerdotum.

17 ¶Item debet † esse perpetuum quo ad eum, cui cõfertur.70.dist.sanctorum.c.postulasti.sup.de rest.not.in c.ueniens sup.de filijs presbytero & in c.pe.de cle. ægro.Car. consi.105.nu.27.allegat.55. dist. præcepta. & 7.q.1. pastoralis.idem Car.ubi sup. nu.6. dicens ꝙ inferior à Papa nõ potest beneficium conferre ad tempus: quia nulli citra Papam competit ut possit contra cnnones aliquid facere, quod de iure teneat: etiam si sit legatus de latere. cle. nẽ Romani.de elec.de offi.Archi.c.fi.permittitur tamen

ex

ex causa concedere beneficium in commendam, vt in c.nemò.§.de elect.hoc lib quoad parrochiales Ecclesias tantum.

¶Et pro intento nostro de perpetuitate beneficij habes gl.singularem in Clem. Et si principalis.de res. in ver. per electionem, & in c.fi.§ de res.hoc lib. facit l.iurisperitos.in princ.ff.de excu.tuto.vbi est tex. ꝙ quando † dubitatur vtrum aliquid sit perpetuum vel temporale, potius iudicandum est perpetuum.l.sufficit.ff.de condit. indeb. facit.l.seruus.C.de pœn.Ias.in l.principalibus.ff.si cer.pet. text.in c.1.de capel.hoc lib.

¶Dicit tamen Bal.in l.rescripta.col.3.C.de precib.Imper.offer.ꝙ omnia † beneficia mundi sunt obedientialia & manualia respectu Papalis potestatis, quia Episcopum transfert de vno Episcopatu ad alium pro libito voluntatis. vide Collec.in c.nisi essent.§.de præben num.7.Fel. in d.c.in nostra.versi.restant multa.§.de res. Panor.in c.si constiterit.§.de accus.& Fel in c.fi.num.7.§.de iudi.

¶Quo ad quartum essentiale beneficij, est purè † sine pacto & conditione, sine commodo temporali de eo ꝓuidere,alias symonia resultaret,1.q.1.c.sanctorum.& 1 q. 2.c.quàm pio.1.q.3.si quis dator.§.de symo consuluit.Do mi.& Fran.in c.dudum.de præb.hoc lib.vbi amplè loquũtur de conditione sub qua nõ possunt conferri beneficia præterquàm a Papa.Card.in d.consi.105.gl.no.in c.ex parte.el 1.§.de offic.deleg.& ibi Panor.qui ex ea iuncto textu notat ꝙ volens licitè renunciare beneficio non suo non debet deducere in pactum, vt conferatur certæ personæ, sed debet purè & sponte renunciare in manibus superioris quia si apponatur pactum non valet renunciatio, nec collatio alteri facta. Pro quo do.meus de R pa.lib.1. interpre.in c.cum M.§.de constitu.num.174. vbi refert valere,nisi appareat ꝙ sit deductum in pactum ꝙ alteri conferatur. Panor.in c.dilecto.de præben.quod verum cum non appareat Episcopum in cuius manibus fiebat renunciatio consensisse protestationi, quòd tali conferatur, & tunc videtur valere.facit etiam pro intento principali gl. in c.ordinationes.1.q.1.in c.cum vniuersorum.de rer.permuta.glo.in c.cum pridem.in ver.illicitè.§.de pac.& in c. Saluator.1.q.3.in ver.& iudicem.& hanc doctrinam glos. & Panor.ac aliorum Doct.ibi, nota, cum causa sit admissionis mille resignationum in curia quolibet anno; quæ admitterentur coram ordinarijs, etiam legatis, de quo amplè per Boer.in tract de po.leg.in q.2.& ibi videre poteris ad saturitatem,etiam de hoc 4.quæsito,cui adde glo. in ver.temporalis,in §.& cum humanę.de elec.in pragm. quæ exclamat contra prælatos huiusce tempestatis,qui assueuerunt dare beneficia,vt eligantur ad dignitates ecclesiasticas:cui iunge glo.in ver.symoniacum,eo.titu. in §.si vero,quæ discutit de his, qui pro obtentione confirmationum electionum suarum distribuunt pecunias. De alijs vero,qui intuitu seruitiorum dãt beneficia ecclesiastica,vide Inn.in c.tuam.§.de æta.& quali.concludentem esse symoniam,quod dictum Inno.citat Ias.in l.si nõ sortem.§.libertus.col.3.ibi quintus effectus, & in l.hoc iure. num.58.ff.de iusti.& iur.Dicens ipsum Inno.ibi exclamare contra Cardinales procurantes beneficia pro suis seruitoribus,quæ verba non inuenio ibi.testatur tamẽ illud Ang.in l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæredi. & idẽ post Cy.in l.1.C.ad leg.Iul.de ambitu. & Panor.post glo. in c.cum essent,de symo. vbi latè Fely.in parte tamen cõtraria videtur text.& ibi glo. Cy. & Bald.in fi.& Paul.in 3. no.in l.iubemus.C.de sac.san.eccl.vbi in recompensationem iustorum seruitiorum potest conferri beneficium. Sed dic ibi non obstare text.nec doctrinam scribentium, cum intelligantur de seruitoribus ecclesiarum, quibus beneficia vacantia ex statuto priuilegio, aut consuetudine conferuntur, vt in pluribus ecclesijs regni Franciæ obseruatur: vtpotè in Ecclesia primatiali Bituri.vbi sunt certæ præbendæ assisiæ,quas de residentia vulgus appellat, de quibus habes in c.pen.§.de cleri. non residen. vnã quarum obtinet mihi charus Barthol.militis,a quo fui informatus super his,idem in sacra capella palatij Regis Bituri.pro hoc facit glo.in d.c.cum essent.§.de symo. quam ibi sequuntur Panor.Ioan.de Ana.& Fely. vbi dicitur ꝙ † quilibet potest seruire Episcopo,vel alij spe futuræ remunerationis. Nec symonia committitur in tali spe cũ sine pactione vel conditione seruiat. Et hoc intelligas, alias data capacitate, nec propter id principaliter seruiat, nec etiam propter id etiam principaliter conferat, sed alias tanquàm idoneo.

¶Et intellige de conditione nisi tacitè insit.testatũ post alios de Selua, in 3.par. q.20. vbi latè per eum, & hæc sufficient.

¶Vnum tamen resultat † quo ad huiusmodi præbendas Assisias notandum.Quia quis plures etiam ex Episcopi dispensatione non potest retinere. Archi.in c.clericus. num.6.11.q.1.facit glo.pragma.in titu.de colla. in §.ordinat.in ver.residentiæ, vbi dicitur ꝙ quis non potest insimul retinere duas præbendas theologales propter onus residentiæ,quòdq; etiam super talibus non potest obtineri expectatiua,aut mandatum de prouidendo.

¶Alex. VI. Pontifex maximus edicto promulgauit pontificatus sui Anno 4. sub rub.de signatura gratię: ibi, ad † seruitoria non dãt expectatiua vide Aureolũ in addi. ad Guil.in c.super eo.de præben.ꝗ.ꝙ huiusmodi præbendæ Assisiæ nõ reperiuntur de numero incompatibilium. Pet.de Ancha.consi.159.

¶Nunc adest postremò expediendo tex.& Io.Mo.doctrinam. An illiteratus † reputetur legitimis in actibus ecclesiasticis. Primò videtur ꝙ collatio etiam primæ tõsuræ illiterato facta sit pro infecta:cum in text. nostro sit dispositio negatiuè proposita, quæ continet decretum irritans per ea,quæ deduxi in c.1.in fi.§.eo.quibus adde Ias. consi.97.Statutum.vol.4.quod verum dic vbi alia pœna in constitutione non apponeretur, vt hic alias secus per ea,quæ Io.Mo. voluit in d.c.1.§.eod.tit. meritò Franc.hic testatur quòd si ordo conferatur illiterato,ꝙ character imprimitur,sed non habet executionem. Idem in minore, vt no.glo.mag.in Clem.generalem.de æta.& qualit. Igitur rectè sensuit Inno.& post eum Ioan. Andr. in c.cum nostris.de conces.præben.§ ꝙ collatio † beneficij illiterato facta est nulla: hinc Bertach. in tract.de Episcopo; in 1.par.lib.2.q.47.ꝙ ignarus literarum, non potest eligi in Episcopum,cum Episcopus debeat esse literatus & bonæ scientiæ,c.cum in cunctis.vbi glo.& Scriben.§.de elect.c. cum nobis.& c.congregato.eod.titu.& c.fin.51.dist.& in Auth.de episc.& cler.§.clericos.col.9.& in Authen.quo. opor.Episcopos.§.hoc.vbi.Ang.col.1.alias debet deponi. c.fi.§.de æta.& qualita.secundùm gl. in d.c.cum in cũctis. Et ratio resultat ex not.per Bal.in d.c.congregato.num.4. vbi citat ꝙ omnino illiteratus est nullus in Ecclesia Dei, quia vt ait Ang.non est fugiendum ad ignorantiæ tenebras,& Ecclesia Dei debet splendere,non ruere.vide quę dixi in proposito.in c.gratia.& in c.statutum.§.de res. post Io.Mo.in c.cum ex eo.§.de elec.& in c.fi.& vbique ꝑ nos. ꝗ.de verbo.signi.ꝙ asinis deferratis non indiget, sed viris literatis.refert Fely.in c.si quando.col.4. versi.stat difficultas.§.de res.indoctum Episcopum asino comparandum, in quo genere abundat Ecclesia militans, quod taceo, quia veritas odium parit,solis principibus incognita,qua sola priuantur.Oportet enim,vt qui principibus vult placere,ambulet inter laudem & placentiam,non versus Veronam.Fely.in d.c.si quando.circa fi. d.versic.stat difficultas,de huiusmodi illiteratura vide Collec.in c.cum ex eo. & ibi.additio quædam.§.de pœni.& remissio. Fely.in c.fi. §.de res.& Neuiza.in Sylua nuptiali, car. mihi. 11. vbi dicit ꝙ ignorantia † est mater omnium errorum.c.ignorantia.38.dist.Et inde est ignari, non homines sed hominum imagines dicuntur.Panor.in c.prudentiã.§.de offi. delegati, adducit illud Terentij, homine imperito nunquàm quicquàm iniustius est, quia nisi quod ipse facit nil rectum putat, nec potest inueniri fędus inter iustitiam & stultitiam. cum nunquàm possit esse iustus qui stultus est. faciunt no.Bal.in proę.Gregoria.rex pacificus.col.4. quòd ignorantia & cupiditas sunt malè naturæ.maximè in sacerdoribus Dei, cum docendi officium susceperint in populo Dei. de Selua.in 4 parte.q.7.versi.28.Accedat quod voluit Ias.in l.certi iuris.nu.3.C.de iudi.quòd illiteratus † non potest esse aduocatus, quod etiam voluit Bart.in l.1.§.aduocatus.ff.de var.& extraordi cog.& in l. 1.§.1.reprobata gl.ibi.ff.de postul,glo.in l.2.C.de postul. Panor.in rub.eo.

¶Pro intento nostro principali adde Feli.in d.c.si quãdo.quòd si Papa mandat conferri beneficium, siue confert ipse omnino illiterato, non est ei obediendum, quod

quod latius expedio in 1. par. tract. nostri de manda. Apo.

¶Facit dictum Io. And. in c. de multa. col. 4. ꝙ in dispẽsatione obtinenda ratio literaturæ magis habetur in consideratione, quàm ratio bonitatis. Hinc videmus in præludijs dispensationum, ꝙ anteponitur tamquàm magis priuilegiata. Io. Mo. in c. accusatus, de hæred. vide quæ dico in c. ne aliqui. illo titu. cum dicitur literarum scientia, vitæ ac morum honestas. &c. & per eundem Io. And. ibi, exorditur Apostolicæ sedis benignitas, sic merita personarum prouida deliberatione disponit, vt eos, qui literarum scientia morum, ac generis nobilitate præcellunt fauoris gratia, efferat amplius, & maioribus studeat beneficijs honorare, quia non indignè vni, quod sufficeret pluribus speciali prouisione conceditur &c.

¶Facit ad pręmissa, quę diximus de omnino illiterato, quia talis infanti æquiparatur. vt ex mente text. nostri resultat. quod sequitur Pet. Rebuf. in repet. c. postulastis. no. 4. num. 180. s̄. de cler. excom. mi. vbi nos & quæ hic dicimus citat quod facillimè potuit, quia tamquàm honorãdus dominus & intimus amicus scripta nostra ad libitum vidit priusquàm prælo traderentur.

¶Et intellige dictum Franc. cum grano salis inquantum dicit ꝙ si ordo conferatur penitus illiterato, ꝙ imprimitur caracter: sed habet executionem, & collatio beneficij ei facta est nulla, verum in illo instanti illiteraturæ, seu minoritatis, sed quando peruenit ad literaturam vel ętatem, tunc habet executionem ordinum. ita testatur hic Aureolus in additio. ad Guil. per no. Panor. in d. c. vel non est compos, & in c. consultationi. s̄. eod. & tunc potest fieri collatio beneficij. text. in c. post translationẽ. §. si quis, ꝑpter. s̄. de renun. Istud quod dicit de collatione non placet, quia dicitur quòd est nulla; ergo tractu temporis, nec alio adminiculo validari potest, per regulas satis vulgares, nec militat eadem ratio de collatione ordinum & collatione beneficij, quia in primo imprimitur caracter, in secundo secus.

¶Demum pro præmissis adde ea, quæ voluit Inno. in d. c. cum in cunctis. col. 1. ibi. qui autem omnino illiteratus est, omnino ordinari nõ debet ad aliquem ordinem, si tamen ordinetur, potest dici ꝙ ordinem recepit, & clericus erit: si autem sint parum scientes, & † spes sit quòd 28 possint proficere, promoueri possunt: si vero nõ sit spes, non debent promoueri. Imo. in Cle. 1. de æta. & quali. Fel. in rub. de mag. in princ. vbi alleg. glo. in ver. deuotio. in c. monachus. 77. dist. & in c. tum ex literis. in ver. instructũ. s̄. de rest. in integ. quæ dicunt ꝙ prudentia, honestas, & ingenium supplent ætatem: quibus iunge Barba. notata in j. a Basil. car. 6. col. 2. quod scholaris præstãtis ingenij potest doctorari, licet non sit sufficientis scientiæ, dummodò sit spes magnę scientię futuræ.

¶Pro præmissis vide quæ notat Fely. in c. cum omnes. col. 9. versi. hanc fallentiam. s̄. de constitu. vbi dicit quod maior pars capituli potest aliquid statuere de bonis capituli in subsidium alicuius pauperis studentis, etiam inuita minori parte si probabiliter speretur id futurum in vtilitatem Ecclesiæ, attenta qualitate studentis, & paucitate literarum.

¶De ætate & qualitate, & ordine præficiendorum. Rub.

¶Præficiendi per electionem debent esse in certa ætate. s̄. de elect. cum in cunctis: & qualitate, vt notatur. s̄. ti. proximo, in rubr. & in ordine iam habito. s̄. eo. a multis, vel in breui habituro. s̄. eo. vt Abbates, & c. ꝑterea. j̄. hoc lib. de præb. si pro pauperibus. Ideo subijcitur rubr. de ætate & qualitate &c.

¶Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶Permittimus vt Episcopi cum his, qui. &c.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum debet præcedere permissum.*
Potius implendum est permissum, quàm præceptum.
2 *Priuilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate.*
3 *Licet optimus sit eligendus, satis tamen est ne malus existat.*
4 *Largum datur, quando ius commune ex causa infringitur.*
Potius beneficijs, quàm personis debet prouideri.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Propter ingratitudinem filius emancipatus reducitur in patriam potestatem.*
2 *Laudandus est, qui de necessitate facit virtutem.*
3 *Necessitas, quæ habet excusare quod contra legem fit, debet esse summa.*
4 *Ratione necessitatis testes possunt examinari parte non citata.*
5 *Papa aut Princeps scienter conferens gratiam inhabili, eo ipso cum eo videtur dispensare.*
6 *Papæ dissimulatio ex certa scientia, habet vim dispensationis.*
Dispensatio inferioris requirit causæ cognitionem.
7 *Verba præfationis dispensationis, non sufficiunt, nisi probentur merita.*
8 *In Papa præsumitur causa, non in inferiorum dispensationibus.*
9 *Argumentum de maiori ad minus, & a paritate rationis, habet locum in dispensationibus.*
10 *Dispensatus super pluralitate beneficiorum, censetur dispensatus super non residentia.*
11 *An nobilis, vt gaudeat prærogatiua graduatorum & nominatorum teneatur studere per septennium ante licentiaturam.*
12 *In nobilibus non requiritur tanta peritia, sicut in non nobilibus.*
13 *Qualitas in vno posita, in alio non debet repeti.*
14 *In quibus casibus Episcopus dispensat.*
15 *Inferiores ab Episcopo non dispensant nisi id reperiatur expressè cautum in iure.*

PERMITTIMVS. Hic permittitur Episcopis dispensandi potestas: in certo casu hic posito, qui nõ erat diffinitus. s̄. de elec. cum in cunctis. §. inferiora. cum d. §. loquatur in personatibus & dignitatibus curam animarum habentibus.

¶Sed quæro Episcopus habet in permissum de dispensando hoc casu, habet tamen in pręcepto de conferendo dignitates ecclesiasticas. j̄. de offic. archipresbyt. vt singulę. Nunquid veniet Episcopus ad permissum, vbi potest 1 implere præceptum. Et videtur ꝙ non, quia † præceptũ debet præcedere permissum.

¶Sed contra iam hæc permissio esset inutilis, vt plerunq; solutio, videtur potius implendum præceptum q̃ permissum. ar. ff. de decur. l. generaliter. §. spurios. & l. spurij. §. minores.

¶Vel dic hic non accipi verbum, permittimus, propriè, 2 sed pro concedimus, vt hic: priuilegium † meretur amittere qui permissa: id est concessa abutitur potestate. 12. a q. 3. in prin. (priuilegium[a]) & licet optimus sit eligendus. 63. dist. Metropolitano: satis tamen est ne malus existat. 16. q. 7. si monasterium.

3 ¶Dic † meliorem eligendum, si æqua facilitate potest haberi.

¶Item debet eligi melior, quo ad id, de quo agitur (nõ b obstat) vt potè mores & scientia, quibus pollere[b] debet 4 promouendus. s̄. hoc lib. de elec. licet (dispensare) † hoc est dare: nam largum largiter datur, quando ius commune ex causa infringitur, quę vtinam respiciatur ex parte vr c gentis necessitatis,[c] vel euidentis vtilitatis beneficij, cui d rector datur, alias non est dispensatio, sed dissipatio,[d] vt 5 ait beatus Bernardus. Nam prouideri debet † beneficijs, potius quàm personis. s̄. de elec. cum nobis. olim in fi.

ADDITIONES PROBI.

a PRIVILEGIVM. Text. est in c. posteaq̃ Ecclesiæ, in fi. 25. q. 2. & c. tuarum. s̄. de priuileg. glo. fin. in c. cum & plantare. eo. Vide Maler. in tract. de elect. car. mihi. 54. vbi dicit quòd hæc est vna de causis, quare hodiernis temporibus Imperatores non eligunt Papã, prout olim data fuit potestas Carolo Magno,

¶Pro intẽto facit tex. in l. vna. C. de ingratis liberis: vbi 1 propter † ingratitudinem filius emancipatus reducitur in patriam potestatem: cui astipulatur dictum sapientis. Sapien. c. 16. in fi. ingrati enim spes tamquàm hibernalis glacies

glacies tabescet, & disperiet tanquàm aqua superuacua.

¶Hinc Bal. in l.fi.in fi.C.de lib.& eorum lib. quòd exẽptus ab omnibus, a Principe vel communitate, reuocari poterit ad pristinum statum propter ingratitudinem. Bal. in d.l.vna, dicit ꝙ quidam Philoso. Grecus qui primitus introduxit reuocationem in seruitutẽ sic ait, Esto seruus quia liber esse nescisti.

¶Vide in proposito Io.Mo.in c.volentes.in princ.j.de priuileg. Signorol.de Homede.consil. 139.col.2.paterfamil.vbi plura iura adducit.quæ vide & quæ dico in c.si tibi absenti de præben.

b ¶Pellere debet. Vide Ioan.Mona.in rubr.s.de elect.

2 ¶Necessitatis. Laudandus † est quę de necessitate facit virtutem, Hinc Terentius, quod vos ius cogit, id voluntate meret. tradit Pet.de Ancha.consi. 159.col.2.rationes.

¶Vide de necessitate quæ etiam tradit Alex.in consi. 179.in fi.visa scriptura.volu.2.& consi.35.vol.1.& consi. 58.num.5.circa primum & consi.63.col.2.viso themate eo.vol.

3 ¶Præterea hæc necessitas debet esse magna, nam † illa necessitas quæ habet excusare quod contra legem fit, debet esse summa.c.1.de consecra.dist.1.Paul.in proposito consi.403.versi.3.non obstat illa, quæ infirmari in 1.par. vide quæ dicit Soci.consi.262.col.5.in versi.confirmatur

4 in causa magnifici, quòd ratione † necessitatis possunt testes examinari, parte non citata, & faciunt fidem, licet non fuerint repetiti. adducit notata Hostien.& Io.Andr. in c.quoniam frequenter in prin.s.vt lite non contesta. & Panor.in c.2.s.de testib. Petr.de Ancha.consi.277.ex prædicta facti narratione, & consi.430.fuisset expediens, & Domi.in c.1.de homicidio hoc lib. Firmat Deci.in c. cum dilecta in fi.s.de confir.vtili.

d ¶Dissipatio. Vide quæ dixi.s.in epistola sacrosanctę.in proę.& Franci.Curt.consi.20.nu.17.& consi.35.& consi. 65.col.pen. Seriola narratione.

¶Postremo ad c.nostrum dic ꝙ licet episcopis hic permittatur iura laxare, Illud tamen intelligendũ venit causa subsistente legitima & rationabibi, alias vt dicit hic Io.Mona.esset dissipatio, & venit annullanda. Doct.in c. de multa.s.de præben. Panor.& alij in c.dudum.el 2.de elec.& sic debet fieri cũ causæ cognitione. testatur Inno. in c.diuersis.s.de cler.coniuga.in prin.& in c.veniens.s. de fil.presb.ibi, & alij dicunt, & securius, quod nota.

¶Fiet enim summaria indagatio super causis dispensationis, puta an sit necessitas, vel vtilitas, vel alia iusta causa.ff.de in ius voc.l.libertus. Ista mouet Specul.in tit. de dispen.§.qualiter autem, versi.alij dicunt. Idem Barto. in l.Barba.nu.12.ff.de offi.prætor.& ibi Imo.& Bald.col. antepe.versi.Sed quid de seruo.& latius ibi per Ias.col.3. & num.11.ibi distinguit. Aut loquimur in Papa, † vel in

5 Imperatore, & tunc eo ipso quòd scienter inhabili conferunt dignitatem, intelliguntur eum habilitare.glo.in c. statutum.in ver.canonis.s.de res.hoc lib.& in c.a nobis. s.de Deci.dico scienter, quia si princeps ignoret inhabilitatem, non valeret.c.2.s.de fil.presb.& j.eo.tit.c.2. Moderare etiam non procedere quando ille talis actus dispensationis alium effectum quantuncunque minimum posset operari, quia tunc non induceretur dispensatio.c. non potest.in fi.de præbend.hoc lib.

¶Et quod dixi de scientia, Idem dic de dissimulatione,

6 quia † Papæ dissimulatio ex certa scientia habet vim dispensationis. Notat Maleret.in tracta.de elect.car.mihi. 13.colu.3.

¶Aut loquimur in inferiores habentibus tamen dispensandi potestatem, & tunc non solum requiritur certa scientia circa defectum dispensandi, sed etiam requiritur causæ cognitio, & quòd ex causa dispenset, vt prædixi glo.& Doct.in c.2.s.de scismati.glo.in c.si s.de coniug. seruo glo.in c.literas.s.de concess. præben. Hostien. Ioan.Andr.& Panor.post alias in c.diuersis fallacijs.s.de cleri.coniuga. Inno.Hostien.Ant.& Panor.in c.veniens. s.de fil.presb.vbi Henric.Bohic.quem videas, Franc.Curti.consi.35.nu.28. Non dicas tamen quòd requiratur aliqua declaratio, nec sententia prout nec decretum secundum Inno.Ioan.Andr.& alios.in d.c.veniens. Ex dictis quorum percipio sufficere in dispensationis præfatione dicere, habita super infrascriptis matura deliberatione, & facta debita inquisitione, vel vt solet dici de stilo curiæ Romanæ in exordio ipsarum dispensationum. vitæ, ac morum honestas aliaquè laudabilia, probitatis, & virtutum merita, literarumquè scientia, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio nos inducunt, vt tibi reddamur ad gratiam liberales. Quæ verba sufficiunt & plenam fidem faciunt, vt dicatur cognitio causæ adhibita, & per hæc omnia videntur solenniter acta. Insti.de fideiussor.§.fin. Ista tamen non placent domi.meo de Ripa.2.lib. respon.c.35.nu.7.dicenti verba

7 † præfationis non sufficere, nisi probentur merita.l.qui testamentũ.ff.de probatio. Bart.in l.si fortè.ff.de castren. pecul. Et Dec. fortioribus terminis consi.20.in causa istorum fratrum, quem videas rogo.

Et attende ꝙ supradicta forma habet locum, quando prouidetur personis; secus quando principaliter prouidetur ecclesiæ, quia tunc dicitur, dum ad vniuersi orbis ecclesias iuxta pastoralis debitũ officij, cui disponente domino, præsidemus, apostolicæ diffundimus considerationis intuitum, illarum numerum propensior cura nos auget, quas suis pastoribus destitutas subiacere dispendiosę vacationis conspicimus detrimenta, vt per nostræ prouidentiæ ministerium illis præficiantur viri, secundũ cor nostrũ idonei in pastores, sub quorũ regiminibus ecclesiæ ipsæ in tẽpalibus & spiritualibus feliciter gubernẽtur.

Et in his non requiritur aliqua causæ cognitio, vt patet re ipsa, etiam si fiant ab ordinarijs, quos dicimus secũdum aliquos prouidere personis. Papam vero ecclesijs, hinc aiunt quidam hanc fore rationẽ, quare in prouisionibus ordinariorum de necessariò non fit mentio de alijs beneficijs obtentis. Cle.2.de offi ordin. secus in his quæ procedunt a Pontifice maximo, c.cum adeo.cum similibus.s.de res.his tamen de Selua.in 3.par.q.12.versic. 13.qualitas, non astipulatur, referendo contrarium, quem videas.

Ex quibus clarè rectè intuenti apertum est, episcoporum & aliorum inferiorum dispensationes nõ procedere, nisi præuia saltẽ summaria causæ cognitione, de quo latius vide per Archi. in c.licet canon.s.de elect.& in c. 1.titu.sequen.& de Selua in 3.par.q.10.colu.antepenulti. Panor.in d.c.veniẽs.& in d.c.2.de scisma. Deci.& alios in c.at si clerici.in §.de adulterijs.s.de iud.& legistas in d.l. Barbarius & in l.quidam consulebat.ff.de re iudi.& Feli. in c.præterea col.3.s.de testib.cogend.& in c.nonnulli.s. de res.

Quod dicamus procedere non solum in ordinarijs, verum etiam in legatis. testatur præfatus do.meus vbi.s. proximè post Fely.in c.postulasti.s.de res. dicens idem do.meus id valde notandum ad infringendum mille dispensationes, quas faciunt legati cum personis indignis, Firmat idem Curt.in d.consi.35.nu.29.dicendo sepenumero ita consuluisse.

Pro præmissis habeo quod not. Bald.in Margarita, in ver.iudex circa prin.quòd iudex cum causæ cognitione potest legalem terminum abbreuiare.l.qui pro tribunali.ff.de reg.iur.secus si sine causæ cognitione.gl.in c.cum sit Romana.s.de appella.quæ dicit id remanere in arbitrio iudicis: si tamen malè arbitretur sine cognitione vel sine causa, poterit appellari secundum Panor.ibi & Bar. in l.si qua pœna.ff.de verb.signifi.per glo.in c.super his in ver.arbitrium.s.de acu.

8 In † Papa autem præsumitur causa.glo.in l.relegati.ff. de pœnis. Inno.in c.cum ad monasterium.s.de sta.mo. vbi eum alij sequuntur. Etiam ea non subsistente.potest de potestate absoluta dispensare. Refert idem do.meus in c.cum.M.nu.76.s.de constitu.secus dicas in inferioribus, vt non præsumatur causa Feli.& Deci.in c.quæ in in ecclesiarum.de constitu. Et ratio, quia dispensationes regulariter sunt voluntariæ, & hac de causa nulla etiam subsistente causa, solus Papa concedit, Hostien.in summa.in tit.de fil.presb.in fi.vbi discutit de rationabili non necessaria, & de rationabili & necessaria. Et hac de causa semper consului vt obtineantur dispensationes & alia huiusmodi gratiam concernentia a Papa potius quàm legato, & ita dico amicis licet plus impendatur.

Et quia materia dispensationũ temporibus nostris frequens est. Ideo videamus oportet in ea punctum vnum

9 satis vtile & necessarium, vtrum in ea procedat † argumẽtũ a paritate rationis, & argumentũ de maiori ad minus.

nus. Dubium istud citant Domi. & Pet. de Anch. in c. fi. ͂. de filijs presbytero. & idem Petrus hic, dicẽtes ꝙ licet sit cum minore ad beneficium dispensatum, hæc tamen dispensatio non progreditur ad administrationem bonorum temporalium ipsius beneficij, nisi appareat expresse de alia Papæ, aut alterius superioris dispensantis volũtate. Io. And. in c. ex ratione. s̃. co. sequitur Fran. hic. nume. 5. vbi addit Io. And. in c. dudum. el 1. s̃. de elec. & Specu. in tit. de leg. §. fin. Vide Roma. consi. 325. num. 6. ꝙ licet hic permittatur episcopo dispẽsare posse cum his, qui 20. annum compleuerint, & dignitates vel personatus, quibus animarum cura non imminet, valeant obtinere: tamen a pari vel maiori ratione non dispensabit cum illo, qui est in 18. suæ ætatis anno constitutus, vt obtineat beneficiũ non existens dignitas & sine cura: cũ in facultate dispensandi non procedat argumentum a paritate rationis, vel maioritate ita latè concludit Freder. cons. 14. Io. And. in regul. quæ a iure. in Mercur. ꝙ licet episcopus dispenset cum monacho ad curatum beneficium, non tamẽ videtur cum eo dispensatum ad simplex beneficium. tex. in c. fi. s̃. de transla. præla. vbi dispensatio ꝙ quis ad Archiepiscopatum transire possit, non extenditur ad episcopatũ, Domi. in c. quamuis. §. j. nu. 6. ͂. de præbẽ. hoc lib. Rota in nouis deci. 136. & Dec. in c. quia. col. j. & 2. s̃. de præbẽ. vbi videtur concludere hoc verum, quando non est eadem ratio, secus si sit eadem. Oldra. tamen consi. 215. num. 7. post Hostien. in d. c. postulasti. s̃. de rescri. videtur tenere indistincte: quod ample prosequitur Feli. in c. fi. s̃. de symo. vbi dicit dictum Hostien. singu. Pro quo facit secundum eundem Fely. & Domi. consi. 20. dominus noster. tex. in c. cui de non sacerdotali. ͂. de præben. tamen istud dictum Hostien. limitat, vbi s̃. nu. 5. nisi illud minus esset inclusum inseparabiliter a maiori. ita Io. And. in add. ad Specul. in tit. de leg. § fi. ver. 4. hinc dispensatus ad diaconatum censetur ad subdiaconatum dispensatus. pro hoc

10 gl. singu. in c. si quis. 7. q. j. in ver. solẽnibus. Quæ dixit † ꝙ dispensatus super pluralitate beneficiorum censetur dispensatus super residentia. Domi. in d. c. licet canon. Fely. in d. c. postulasti. gl. & Panor. in c. quia in tantum. s̃. de preben. non tamen dispensatus ad subdiaconatum videtur dispensatus ad presbyteratum. Panor. in ca. literas. nu. 6. sup. de filijs presbyte. facit ad supra proximè dicta, quòd si concedatur illegitimo vt possit ad apicem episcopalis dignitatis ascendere, tũc de reliquis sacris ordinibus intelligitur concessum. Rota in no. 136. cap. ex literis. ad finem. sup. de exces. præla. Præpo. in cap. Nos consuetudinem. colum. 1. & 2. 12. distin. vide quæ dico. in cap. vno. in fi. de cleric. coniug.

¶ Et per hæc hoc anno 1529. respõdi in quæstione facti cuidam nobili licentiato

11 † in iure ciuili volenti gaudere prærogatiua graduatorum, qui licet solum quinque annorũ fasciculo in legali professione studuisset, ꝙ non sufficeret studium hoc, sed opportunum erat septenniũ: replicabat tamẽ ꝙ licet specifice de studio quinquennali non caueretur quo ad licentiatos, tamen quia de triennio in baccalarijs nobilibus extabat litera specifica & sic in minus de duobus annis, quàm alij in baccalareatu priuilegiabantur, ideo multòmagis de licentiatis veniebat dicendum: Cui respõdebam quia hæc breuitas trium annorum videtur quædam dispẽsatio siue iuris communis Galliæ laxatio, ideo non erat locus huic argumento de multo magis, tum etiam quia odiosum & rei publicę perniciosum, quodque non fuit mens principis disponentis eosdem nobiles munire priuilegio minoris tẽporis studij præterquàm in baccalareatu, & non in licentia. Pro quo vide quæ in simili adducit do. Boerij. in trac. de potest. lega. in 1. q. in prin. & 6. col. quòd dispẽsans super aliquo non intelligitur dispensatus super alio. cap. ex literis. sup. de testib. idem Panor. in ca. Ioannes. nu. 8. sup. de cler. coniuga. Et non eundo per mendicata suffragia, seu per ambages, vt cum Calca. loquar cõsi. 1. col. 23. habes glo. in propriis terminis in pragma. in tit. de collatio. in §. qui de prædictis in ver. fidẽ. ibi & de nobilitate. quod vltimũ sibi vendicat locum in baccalariis in theologia vel in iure nobilibus, qui per triennium tantum studuerunt.

Sed quæ potest ratio deduci vt triennium in nobilibus, quo ad baccalareatum dicatur tẽpus cõpetẽs, in alijs verò non nobilibus quinquennium requiratur. Potest

12 dicere quod † non requiritur tanta peritia in nobilibus, sicut in ignobilibus. Barba. consi. 24. sub nu. 35. præclare, & consi. 25. col. 1. sapienter. vol. 2.

¶ Ex quo infertur, ꝙ nobilitas scientiæ defectum supplere habet. quod dicere non conuenit viro, vt mea fert opinio, maximè nostris temporibus ob mores incorruptos nobilibus ipsius adherentes. Quod autem in alijs gradibus a baccalareatu non procedat, ratio est, quia

13 † qualitas in vno posita in alios non debet repeti. l. 3. §. filius. ff. de liber. & posthu. l. doli clausula. & ibi Bart. ff. de verb. oblig. Idem enim dixissent Papa & Rex christianissimus, si in alijs gradibus id voluissent. c. ad audientiam. s̃. de deci. l. vnica. ff. de caduc. tol. ideo lex stet in suis terminis, & non extendatur. facit in simili quod not. Petr. de Anch. in rub. de testa. nu. 6. s̃. quòd si statutum dicat, quòd testamentis sufficiunt quinque testes, an per consequens in codicillis sufficiant tres, vt sic videatur diminutus numerus in eis sicut in testamentis, dicit quòd non. allegat Bar. in l. sciendum. de leg. 1. ad idem militat vulgare quòd Doctor iuuenis qui nondum diu laborauit in exercitio non debet habere priuilegia dignitatis suæ.

¶ Prosequendo intentum materiæ dispensationis po-

14 stremò quæro in quibus † possit Episcopus dispensare: breuiter dic in omnibus casibus, nisi expresse dispensatio fuerit reseruata Romano pontifici. glo. habes in c. penul. vbi Panorm. s̃. de pœ. similis est in ca. postulastis. s̃. de cle. excom. mini. vbi idem Panor. citans Inno. in c. dilectus. s̃. de tempo. ordi. quòd vbi a iure exprimitur vt possit dispensari & non dicitur per quem, tunc potestas dispensandi videtur concessa episcopis. glo. in c. nuper circa finem & ibi plenè Fely. colu. 3. s̃. de senten. excom. Panor. in c. per tuas. s̃. de symo. & in c. 2. s̃. de eo. qui cogno. consang. vxo. suæ. glo. in ver. speciali. in c. excommunicamus. el 1. s̃. de hære.

15 ¶ Inferiores † autem ab Episcopo non dicas dispensare posse, nisi expresse a iure concedatur. testatur Inno. organum veritatis in c. fi. in fi. s̃. de postul. præla. & in c. 2. de eo qui fur. ordi. susc. Panor. & alij in c. at si clerici. s̃. de iudi. Et iusta suadente causa. Paul. de Cast. consi. 348. notandũ in 1. par. vbi id etiam dicit procedere in Episcopis.

¶ De filijs presbyterorum & alijs illegitimè natis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimè nati, & bigami non sunt eligibiles.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Illegitimè nati possunt etiam dici si ex veris coniugibus nati sint.*
2 *Maritus quando plus peccat commiscendo cum vxore sua, quàm cum soluta.*

1 QVIA. Illegitimè † nati, & bigami non sunt eligibiles. Ideo post tractatum de electi. subijcitur de filijs præsbyterorum &c.

¶ Sed dic, dictum est. s̃. proximo de ordine a præficiendorum, & quia prædicti illegitimi a non sunt in hoc præficiendi. Ideo de his subijcitur.

1 ILLEGITIMI qui possunt † dici etiam si nati sint ex vero marito & vxore. vt purà si a vxor & maritus se absoluant a vinculo cõiugali in casu a iure permisso, & maritus ordinetur, quamuis ipsi maritus & vxor dicantur coniuncti in vero matrimonio, si tamen commisceantur & generent, filij inde nati erunt illegitimi. 2 testis est glo. in c. ministri. 81. dist. quæ † subdit quod plus peccat cum ea, quàm cum soluta.

Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶ Is qui defectum patitur natalium, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sedes apostolica in quibus casibus raro consueuit dispensare.*
Non est verisimile Papam Episcopo concedere facultatem, vbi se reddit difficilem.

2 *Venia sunt digni, qui vitio laborant alieno.*
3 *Episcopus an possit dispensare cum illegitimo, & prouidere ei in Ecclesia, in qua est statutum, quòd illegitimus inibi non possit habere beneficium.*
4 *Vbi sunt duæ prohibitiones, quarum vna non dependet ab altera, non est satis euitare vnam. secus si dependent ab vno fonte.*
5 *Princeps non dicitur ignorare statuta & consuetudines. secundùm ius editas, quia in his nouum non constituitur, sed ius commune exequitur seu confirmatur.*
6 *Episcopus iure ligatur non Papa, cum sit supra ius.*
7 *Statuta communia in literis Papalibus posita non iustificant personã impetrantem, sed impetratarum literarum formam.*
8 *Quantò plus quis accedit ad summum, tantò illud est nobilius.*
9 *Iura specialia a iure exorbitantia sunt restringenda.*
10 *Dispensatio adepto primo beneficio suum effectum est sortita.*
Defectus in totum, non curatur per dispensationem.
11 *Verbum generale, est restringendum quãdo est concessorium alicuius gratiosi, ne in infinitum procedat.*
Generale ad minus arctatur, præsertim in odiosis.
12 *In litera dispensationis nullum ius datur ad beneficium, licet ad illud fiat capax & habilis.*
13 *Priuilegium personale, cum persona durat.*
Remissio semel facta, tolli non debet.
Spes melioris conditionis adimi non debet.
14 *Eligere negligens, vtroque priuetur sicut contemptor iuris.*
Constitutio futura respicit, non præterita.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Illegitimi, & alij ex damnato coitu nati, sibi succedunt, & matres & ipsi matribus, fratribus & alijs.*
2 *In difficilioribus princeps se reddit difficilem: vnde talia non dicuntur commissa.*
3 *Per matrimonium ex dispensatione Papæ contractum, non legitimantur incestuosi, nisi de eis fiat mentio.*
Boni Doctores se concordant cum glosa, Doctores vero diuertunt a glosa.
4 *Bar. fatetur Io. Mo. glosatorem Sexti.*
5 *Caus a priuilegij finita, finitur priuilegium.*
6 *Mors omnia soluit.*
7 *An de statuto continente idem quod ius commune, necesse sit facere mentionem in literis Principis.*
8 *Papa vel Imperator, simpliciter cassando statuta, non intelligitur cassare illa, quæ sunt iuramento firmata.*
9 *Papa licet canonibus sit solutus, secundùm tamen canones viuere debet.*
10 *Papa tollit constitutiones, & consuetudines, etiam quo ad effectus præteritos.*
Papa a lege reputatur sanctus: & præsumitur vti cælesti arbitrio.
11 *Verba posita in literis dispensatorijs, odiosis, & stricti iuris, possunt intelligi in potiori significatu, & in minori semper intelliguntur significatu.*
12 *Dispensatio super natalibus est communis iuris vulneratio, secus in legitimatione.*
13 *Dispensatio facit esse licitum id quod sine dispensatione erat illicitũ, & defendit dispensatum a pœna canonis.*

IS QVI defectum. Hæc decretalis continet.

a ¶Primum ad quos ordines illegitimos[a] promouere potest Episcopus dispensatiuè, & quod beneficium potest eis conferre.

¶Secundo §. ille vero. qualiter dispensatio in forma communi obtenta debeat interpretari (natalium) est ne hoc intelligendum de quocunque defectu? Dic quòd nõ. verbi gratia aliquis est genitus ex presbytero & soluta, seu habens maiorem defectum, vt de coniugato & soluta, seu religioso & soluta genitus. Sedes † Apostolica in his non consueuit dispensare, vel raro: vnde in his & consimilibus, dico Episcopum non posse dispensare. Vt ad ordines iste promoueatur. vel vt beneficium obtineat sine cura. Quia non est verisimile Papa concedere Episcopo facultatem, vbi ipse se reddit difficilem, [b] vt est dictum. Sed hæc [c] glo. est contra text. qui generaliter loquitur. & isti sunt † venia digni, qui vitio alieno laborant. C. de natal. lib. l. legem. & ar. 34. dist. fraternitatis. Et sic est Episcopo hic concessum in minoribus, non in maioribus. arg. s. titu. proximo. c. vno.

¶Item dato quòd quis sit genitus de diacono, subdiacono, vel soluto, & soluta, & sic habeat defectum, & cũ hoc ex alio capite repellatur, vt quia pater eius ministrauit (nullo medio) in beneficio, in quo vult Episcopus dispensare, nunquid potest in hoc? Dico Episcopo dispensationem non permissam. s. eo. dilectus. Et est ratio, quia hoc casu sunt plura iura prohibentia. Sed hic intelligitur quando est vnum solum prohibens, quod est misericordia dignum, vt dicta l. legem.[d]

3 ¶Sed quæro, † Episcopus dispensat cum illegitimo, & prouidet, & in ecclesia, in qua est statutum, quòd illegitimus non possit inibi habere beneficium, & est iuratum & per sedem Apostolicam confirmatum, & sic est consuetudine obseruatum. Nunquid potest? Simile vidi: Vnus impetrauit in Ecclesia cathedrali, cum quo erat dispensatum, vt habere posset beneficium in ecclesia cathedrali, licet esset filius Sacerdotis, & obiectum fuit eidem de statuto iurato, confirmato, & consuetudine obtento, & videtur ꝙ Episcopus hoc casu possit: Nam vbi † essent duæ[e] prohibitiones, quarum vna non dependeret ab altera, non esset satis euitare vnum. ar. j. de senten. excommunic. cum pro causa & j. eo. c. proximo. Sed vbi plures prohibitiones procedunt ab eodem fonte, principali sublato, & alia tolli videntur. ar. C. de duo. reis. l. vlti. & C. de nup. si libertatem. j. de instru. inter dilectos. circa fi. ff. de regul. iur. cum principale. Si ergo Episcopus hoc casu potest laxare ius commune, per dispensationem, sublato ipso statuto, & alia videntur sublata. Nec debet dici istum inhabilem pluribus vijs, sicut iure communi statuto, iuramento, & confirmatione sedis Apostolicæ, quia hic, vt prædixi: & si sint plura, & ab eadem radice procedunt, & principali sublato, & accessoria tolluntur.[f] & per hoc soluitur quod obijci potest. s. hoc lib. de consti. c. 6. vt dicamus istud loqui in statutis præter ius, vel contra ius, non secundùm ius. & hoc innuit ibi litera, quæ dicit † Principem ignorare statuta & consuetudines, ꝙ non potest intelligi de statutis secundùm [g] ius, in quibus nouum non statuitur, sed ius commune exequitur seu confirmatur: & hoc videtur tenendum in impetrante a Papa, qui habebat in literis gratiosis, non obstantia opportuna: sed secus in casu nostro, quia iste episcopus, si habebat potestatem ex hoc canone infringendi ius commune, non[h] tamen statuta, & consuetudines ecclesiæ suæ potest tollere. s. de consue. cum consuetudinis. Sed hæc sunt contra iura antea posita. ar. C. de codicil. l. 1. & d. c. cum consuetudinis, non loquitur hoc casu nec in consuetudine vel statuto secundùm ius, dic tamen vt prius.

Nam & si Papa tollat statutum iuratum, [i] non tamen iuramenti vel confirmationis dicti statuti præcedẽtium[k] impetrationem. s. de res. constitutus. j. de iureiur. debitores. vnde subiecta mutantur per iuramentum & confirmationem, & alia cẽsentur, vt dictis iurib. & j. de transac. c. 1. & j. de iureiur. c. cum contingat. j. hoc lib. de iureiur. licet mulieres. et j. de confirma. vtili. c. 1. Et hanc mutationem non potest facere Episcopus, † qui iure ligatur, sed Papa,[l] cum s. ius sit. j. de conces. præben. proposuit.

¶Papa tamen dixit contra, nisi expresè dictum statutum tollatur in literis Papalibus, & dicebat hanc rationem. Statuta communia † in literis Papalibus posita, nõ iustificant personam impetrantem, sed impetratarum literarum formam (dispensari) vt sunt dignitates & beneficia curata, vt j. proxi. §. & s. eo. nimis. Idem intelligo de præbenda ecclesiæ cathedralis. arg. j. hoc lib. de præbend. quàmuis. 1. §. quamquàm. & j. de præbend. extirpandæ. §. qui vero. cum enim ecclesia cum cura, accedere valeat præbendæ ecclesiæ cathedralis, vt d. §. qui vero. non econtra præbenda huius erit dignior beneficio cum cura. Quia † quantò plus quis accedit ad summum, tantò illud est nobilius ar. Authen. de defen. ciuita. §. 1. coll. 3. & 1. q. 1. vilissimus.

¶Et idem intelligo de quouis beneficio, cui est sacer ordo annexus, vt si est præbenda subdiaconalis, diaconalis, vel sacerdotalis, statuto ecclesiæ vel alias. Et hoc intelligo directè, non consecutiuè propter necessitatem ecclesiæ, s. de eta. & quali. quæris (restringi.)

Et sic nota iura † specialia, sicut a iure exorbitantia, sunt

n sunt restringenda. [n] arg.ſ.hoc lib.de priuilegijs abbate & c.auctoritate.& c.vt apostolicę.ſ.hoc lib.de præben.quāuis.1.Respon.1.& c.nō potest.primo Respon.& §.1.ſ.hoc lib.de reg.iur.odia (obtinere.)

10 ¶Et est ratio, quia † dispensatio, adepto primo benefi-
o cio, suum effectum est sortita. [o] ſ.de offi.de leg.ex par.1.ff. de verb.signifi.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.oblig.Eū qui Kalendis.ff.de iure do.stipulatio.& l.sequen.Si ergo hoc est in gratiosis, in quibus personæ non habent defectum,& in contractibus, multò magis in personis haben-
p tibus defectum, qui in totum [p] non curatur per dispensationem vt ſ.c.proximo.

¶Sed nunquid successiuè poterit habere plura? videtur quòd non argu.iurium prædictorum.& ſ.hoc lib.de præben.si clericus & c.non potest.§.1.

11 ¶Sed illa nō obstant, quia verbum † generale restringitur qñ est concessorium alicuius gratiosi, ne in infinitū procedat.arg.ff.de lega.3.fideicommissa.§.si quis 10.sicut generale ad minus arctatur.ff.de leg.3.nummis.ff.de leg. 1.apud Iulianum.§.Seio; præsertim in odiosis, vt hic, vt
12 litera non extendatur ad plura. Sed in litera † dispensa-
q tionis [q] nullum ius datur ad beneficium, licet ad illud fiat capax & habilis, saltē ad vnum: vnde vni concessa dispensationis litera non est ipsa euacuata, eo ꝙ non erat directo concessa, sed potius approbata, vno beneficio obtento. Vnde latius est priuilegium dispensationis quod effectu non erat directo singulare, rescripto quod erat effectu
13 singulare, sed verbū generale vt.d.c.ex par.Nota & † priuilegium personalę cum persona durat.ſ.hoc lib.de reg. iur.priuilegium. Et remissio semel facta tolli non debet. 23.q.4.c.si is qui in fi.& c.sequen.Nec spes melioris conditionis adimi debet.C.de nup imperiali.in prin.Et amoto impedimento quo ad vnum, etiam quo ad aliud.ff.de inoffi.testa.l.possumus.§.si quis ex his.

¶Item quæro. Iste adeptus est duo, & tenet simul, nunquid priuabitur vtroq; arg.quòd sic.ſ.de præben.de multa.s̄ hoc lib.de renuncia.c.2.Sed hæc iura loquuntur vbi primò priuatus erat facto hominis, vel iuris, quod non est hoc casu expressum, vnde dic istum compellendum, vt alterum eligat.ſ.de præben.referente.s̄.de æta,& qualita. cam te.ſ.de præben.cum singula.hoc lib.circa eos.& s̄.de
14 res.gratiæ.eo.lib.Alioquin non † eligens priuetur vtroque, sicut contemptor iuris.ar.ſ hoc lib.de præben.si tibi absenti.§.1.& s̄.de elec.cum in cunctis.§.cum autem,& c. cam te.s̄.de ætate & qualit.

¶Sed quæro ante hanc constitutionem est dispensatū mecum secundum formam hic tactam, postmodum acquiro multa beneficia, quæ possunt se compati. Nunquid habeo ius vtilia valeam retinere? Et videtur quòd
r sic, quia hæc constitutio futura [r] respicit, non præterita. s̄.de consti.c.vlti.

¶Solu. Hanc constitututinem dico non iuris noui decisiuam, vt in contrario, sed declaratoriam arg.dictorum iurium & ſ.hoc lib.de præben.si clericus.

ADDITIONES PROBI.

1 ILLEGITIMOS. vnum dic in proposito quòd illegitimi † spurij, & alij, ex dā-
a nato coitu nati, sibi succedunt & matres, & ipsi matribus, fratribus, & alijs Io.de Anania consi.95.visis & ponderatis.

¶Difficilem. Allegatur istud quòd in
2 difficilioribus † princeps se reddit difficiliorem, vnde ta-
b lia non dicuntur commissa.not.Alex.alleganda Io Mo. hic in consi 70.colu.1.magnificus.vol.6.vbi subdit ꝙ per
3 † matrimonium ex dispensatione Papæ contractum, nō legitimantur incestuosi, nisi de eis fiat mentio.allegat.l. Paulus, alias incipit eum qui, cum ibi no.per Cy ff.de sta. ho.& ibi no.Guil.Bart.& Bal.in l.& si contra.C.de nup. quod nota, quia contra opi.Hostien.& sequaces hic pro intento Io.Mo vide Alex.consi.87 col.fi.viso tit.vol.3.& latius in consi.195.nu.9.assumo.volu.2.& consi 37.colu. 3.in causa mota vol.1.

c ¶Sed hæc glo.Id non conuenit.argu.eorum quæ tradunt Neapol.deci.384.nu.10.Non ponam casum, quòd boni doctores se concordant cum glo.detractores vero diuertunt a glosis.

Vlterius dic ꝙ hic, & plerisque alijs in locis clarè ap-
4 paret ꝙ Ioan. † Mo.fuit glosator huius libri, quod fatetur Bart.in l.non solum.§.morte.nu.9.ff.de noui oper.nuncia ibi, latius tractauit Io.Mo.Car.glosator sexti.

Fuit enim primus qui super hoc volu.6.scripsit, prout habeo ab Archiuis collegij de cardineto huius ciuitatis Lutetiæ, prope ianuam sancti Victoris sito, quòd fuerit glosator (etiam ordinarius huius libri sexti apparet) quia tot quot reperiuntur exemplaria cum tex. ipso descriptæ sunt glo.hæ.

Accepi enim a senioribus nōdum vita functis, ꝙ glosæ ipsę tēporibus suis publice & in scholis vniuersitatis Aurelianen. interpretabātur prout temporibus nostris glo. Ioan.And.expeditur. Et ideo haud mediocris videtur authoritatis opinio Io.Mo.quia glo. dicitur, cōtra quā non licet de facili iuuehi, alias dicitur somnium.dicit Bal.in c. contingit.nu.21.sup.de dolo, & contu. dum ait quicquid Bart.somniauerit, quod plerūque accidit doctoribus volētibus infringere opiniones glo.quæ dicuntur naues per quas nauigamus per hoc vastum pelagus iuris ducentes nos in portum clarę veritatis, vt eleganter dicit Salyc. post Richar.de Salyc.in l.1.C.de pactis, refert Tho.Fer. cautela.17.

d L.legem. Vide Alex.in cōsi.202.perspectis [d] verbis.vol.6. vbi plura quo ad illam legem dicit.

e Due. Vide Decium.cōsi.338.in casu proposito Domi. in consi.33.

f Tolluntur. Et sic expirauit cum ipso principali. [f] facit tex.in ca.si pauper clericus.ſ.de præben.l.terminato de fruc.& lit.expen.C.l.Titia Seio.§.vsuras de leg.2.c.sugge-
5 stum.s̄.de deci.vbi † causa priuilegij finita, finitur ipsum priuilegium: quæ & alia faciunt ad quæstionem tactam per Petr.de Ancha.consi.394.dubiū est in hoc, ꝙ si contracta est societas vsque ad triēnium & vnus posuit operas, alius pecuniam, cum pacto ꝙ istud capitale quod est pecunia non possit repeti vsque ad triennium, si infra dictum tempus dissoluta fuerit societas per mortem alterius, poterit statim reppeti pecunia non expectato triennio:& ratio quia cessat causa videlicet societas, quæ fini-
6 ta est post mortē, iuxta illud, mors † oīa solut.no.in l.pe. ff.si cer.pe.nec transit ad hęredem socij.l.actione.§.morte.ff.pro socio. pro quo vulgari habes attēdere ad ea quæ tradit Ias.in consi.35.col.5.vol.3.ꝙ pronepos conceptus & natus post mortem aui, nihil ei attinet.l.si quis filio exhæredato in prin.vbi Bar.ff.de iniusto testa.

7 ¶Secundum ius hic verificari dicitur, quòd sicut † de dispositione iuris cōis nō oportet in priuilegio Papæ mētionē fieri, sic nec de statuto: quod continet ius cōe, cum concedendo primum, videatur scire s̄m: pro hoc allegatur.l.3.§.diuus s̄m vnā lecturā.ff.de sepul.viola.no.Inno. & Hostien.in c.j.de res.quod tamen nō placet, per ea quæ sequuntur hic per Io.Mo.quod latè comprobat Alex. in consi.195.col.fi.assumo.vol.2.vbi subdit in fine, quòd debet semper fieri mētio de statuto ēt disponente idē quòd ius cōe, ne impetratio de surreptione infringi possit: & ita intelligitur quod hic dicit Io.Mo.& alij post.eum.

Et sic multò magis quando statutum in totū nō est cōforme iuri cōi, sed solum pro parte tenet ius cōe, & pro parte ius speciale, qa tunc de eo debet fieri mentio, perinde ac si totaliter foret contra ius commune. ita determinat Inn.in c.veniens, cum quo alij supra, de pręscrip.

h Non tamen, Vide Frāc. Aret.in repeti.c. primi. col.antepe.post alios de rescr.supra.

8 Statutum iuratum, Licet † Papa vel Imperator casset
i consuetudinem, vel statuta, non intelligitur, tamē cassare statuta iuramento firmata, istud late firmat Alex.conf. 202.nu.11.cum statutum vol.4.pout nec est verisimile. no.Ias.in cons.173.col.antepe.circa primum.vol.4.vbi subdit quod generalis cōstitutio vel statutū disponēs cōtractus nō insinuatos officiali gabellæ esse ipso iure nullos, non extēdit ad contractus iuratos. Rom.cons.317.ad finē in casu ꝓpositæ consultationis circa celeberrimorū doctorū. latius istud deduxi in c.si in verbo indulgētiæ.s̄. de rescr.Pro quo facit qd̄ citat Domi.in cons 8..in princ. Opponit, quòd licet clausula derogatoria dispositionū contrariarum, posita in rescripto, vel priuilegijs, remoueat illas specificatas, non tamē tollit quatenus sunt iuramēto roborata.no.Doct.post tex.in c.constitutis.s̄.de res.idem

Alex. consi. 38. num. 5. visa petitione. volu. 3. & ibi latè & consi. 53. col. pen. visis. eod. vol. Et consil. 125. col. fi. vol. 1. Intellige procedere hæc, nisi adsit clausula, motu proprio, quia tunc clausula, non obstan. tollit etiam iurata, ꝓ quo Domi. hic & latius Fel. in c. cõstitutus. col. 4. s. de rescript. Refert Claud. de Seissello. in l. si quis iniquũ. col. 2. ff. quod quisq; iur. vbi ponit alios effectus clausulæ, motu ꝓprio.

k ¶Præcedentium. Vide quæ not. Alex. in proposito consi. 30. post prin. ponderatis narratis. vol. 5.

9 l ¶Non Papa.† Licet Papa canonibus sit solutus, secundùm canones, tamẽ viuere debet, ne quod alijs prohibet, sibi licere putet. Legem enim quam tuleris ipse patere. C. de legib. digna vox. quod intellige secũdùm Præpo. Alex. in c. non liceat. 12. q. 2. col. 1. quando causa vera non est, vel si vera, non sufficiens est: & tunc non licet aliquatenus a iure deuiare. d. l. digna vox. & c. si ea destruere. & c. institutionis. 25. q. 2. c. iustitiæ. 11. q. 1. peruenit.

Quando autem causa subest, licet minus sufficiens, est conclusio ꝙ non deceat, sed magis excusatur.

Caueat ergo Papa in dispensationibus faciendis: in prouisionibus beneficiorum. Caueat inquàm generaliter in gratijs faciendis, vt purè & gratis eas faciat, & ex iusta causa: de quo per eundem Præpo. in c. consequens. 11. dist.

Pro præmissis. vide quæ in simili not. Dom. in cons. 64. col. 1. pro declaratione quæsitorum.

Vlterius. Adde vnum satis & quasi penè incredibile, ꝙ 10 Papa † tantam habet potestatem circa ius positiuum, vt possit tollere constitutiones & consuetudines etiam quo ad effectus præteritos. not. Panor. in c. per venerabilem. s. qui filij sint legiti. & ideo a lege reputatur sanctus, & præsumitur vti cœlesti arbitrio. l. 1. in fi. C. de sum. Trin. & fide catho. Car. in Cle. 1. de proba.

m Non iustificant. Vide quæ in proposito tradit Alex. in consi. 195. col. fi. assumo. vol. 2.

n Sunt restringenda. Et sic in eis non habet locum extensio de vno casu ad alium, per ea quæ not. in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. & in c. quod translationem. & ibi Panor. in c. excommunicatis. de offic. legat. & per Innoc. in c. fi. s. de offic. Archid. Benedic. de Benedict. consi. 1. col. 2.

Hinc Domi. consi. 33. col. 5. pro examinatione, dicit ꝙ 11 † verba posita in literis dispensatorijs odiosis, & stricti iuris, quæ possunt intelligi in potiori significatu & in minori, semper intelliguntur in minori significatu. gl. in c. literis. s. de tempo. ordi. tex. in c. fi. de præben. & c. cum in ilsis. 1. Respon. & c quamuis. 1. eo. tit. hoc lib.

o Sortita. Idem Io. Mo. in c. cum expediat. s. de elec. Vide Pet. de Ancha. consi. 404. tria dubia. Calca. consi. 20. col. j. vbi ponit ad regulam. 4. limitationes.

p Non curatur. In proposito. Bal. in c. cum in cunctis. nu. 12 8. s. de elect. dicit ꝙ † dispensatio super natalibus est communis iuris vulneratio, & ideo ipsa non restituit quem natalibus, sed claudit defectum natalium, in eum casum tãtum super quo inuenitur dispensatum, vt in c. sequẽ. secus dic de legitimatione, vt latè dicitur per nos in tract. nro. de manda. Apo. expediendo latè materiam huius titu.

q Dispensationis. quæ dispensatio † facit esse licitum id quod sine dispensatione erat illicitum, not. gl. in ver. illicitè. in c. dudum. s. de elect. & defendit dispensatum a pœna canonis, quam incurreret sine dispensatione. cum ex eo. de elect. hoc lib. c. de multa. de præben. no. Domi. cõsi. 82. col. fi. Bonifacius.

r Futura. Vide quæ pro hoc tradit Alex. in consi. 190. nu. 9. Maturæ. digestis. vol. 2.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Si is eum quo fuit per sedem Apo. dispensatum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus non æquiparatur legitimo in omnibus.*
Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes.
Fallere qui didicit fallere semper auet.
2 *Deus est solus cognitor secretorum.*
3 *Beneficium ecclesiasticum non nisi bene natis debetur.*
Gratiosa litera subreptitia, est ipso iure nulla, & per consequens processus habitus per eam, secus in literis de iustitia.
4 *Literæ de iustitia æquiparantur contractibus stricti iuris, & literæ de gratia contractibus bonæ fidei.*
5 *Metus adhibitus in promissione regulariter non facit contractũ nullum ipso iure, sed annullandum ope exceptionis dicit.*
6 *Literæ subreptitiæ de iustitia non dant impetranti aliquid: quia per eas nihil dat committens, secus in literis de gratia.*
Dolus tertij non inficit, prout dolus proprius.
7 *Sentẽtia lata cõtra ius partis valet, secus si lata cõtra ius cõstitutionis. Sibi imputet qui potuit excipere & non excepit.*
8 *Litiscontestatio tollit dilatorias, & conclusio perẽptorias exceptiones.*
9 *Compensatio quandoque ipso iure admittitur.*
10 *Titulus habetur ex litera.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Legitimatus habetur pro legitimo ex nunc, non ex tunc.*
2 *Legitimatio dicitur quoddam diuiduum.*
3 *Dictio, iuxta, vario exponitur modo secundùm materiam subiectam.*
4 *Literæ de gratia, quando dicuntur stricti iuris.*
5 *In dubio, litera de iustitia non de gratia dicitur.*
6 *Iustitia dicitur vt hic.*
7 *Attendendum est illud quod secundùm naturam contingere potest, alias quis est in culpa.*
8 *Via quam elegisti, hæc tibi pateat.*
9 *Multa expressa vel tacita inficiunt literas Apostolicas beneficiales, quæ non vitiant collationes ordinariorum.*
10 *Simile non est idem.*
Omnis similitudo contraria est veritati, & quoddam figmentum rei, non ipsa res.
Tamquàm, multipliciter accipitur, vt hic.
11 *Nil dolosius doloso.*

SI IS. Hoc cap. loquitur de duabus dispositionibus, quarum secunda nõ facit mentionem de prima, ideo secunda est subreptitia: & est ratio, quia legitimatus† nõ æquiparatur [a] legitimo in omnibus [b] vt hic, & defectus curatus obest, vt hic, quia plus timetur de recidiuo in isto q̃ in legitimo. ar. C. de indic. vidui. tol. l. 2. iuxta [c] illud. Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes. Fallere qui didicit fallere semper auet.

Nec obstat. ff. de edili. edicto. quod ita. quia hic non est perinde, vt dixit tex. quod tamen est ibi. Nec obst. 50. dist. ferrum, quia ibi loquitur in facto animæ, in quo solus 2 † Deus est cognitor cui nil latet, cũ sit cognitor secretorum: sed hic de prima dispensatione latebat.

¶Item non obstat de natal. resti. l. quæris, quia ibi loquitur in restitutione plena, quæ non est hic.

Nec obst. Authen. quib. mod. natu. effi. sui. §. tribus. & §. adoptionis in fi. col. 7 Sed ibi quo ad temporalium bonorum successionem loquitur. ar. ff. de iusti. & iur. l. 1. §. ius naturale, & vnde liberi si scripto hærede in fi. hic autem nõ 3 sic, quia beneficium † ecclesiasticum non nisi bene natis debetur, vt per totum hunc titulum. Et est ratio propter maioritatem periculi. ar. s. de elect. vbi maius [d] secus in spiritualibus, quæ sunt digniora & præcellunt. j. de maior. & obed. solitę. 2. respon. (momenti.)

Et sic litera gratiosa subreptitia, nulla est ipso iure, [e] & ꝑ cõsequens ꝓcessus habitus ꝑ eã. s. de res. cõstitutus. & c. dilect. & c. ad audiẽtiã. 2. & ibi no. secus in literis de iustitia, 4 & est rõ, literæ de iustitia † cõparant̃ ꝯtatibus stricti [f] iuris, & literæ [g] de gratia [h] ꝯtibus bonę fidei, in quibus est bonæ fidei exuberãtia, vt no. C. de actio. & obli. bonã fidẽ, in literis de gratia debet ad esse oĩs puritas & abesse oĩs prauitas. Et sicut subreptio dãs causam ꝯtui stricti iuris, ꝯtractum nõ facit nullum ipso iure, sic vr̃ in dictis literis ad lites. Secus est in literis gratiosis. ar. ff. de dolo. Elegan-5 ter. & hoc sic ꝓbatur. Metus † adhibitus in ꝓmissione regulariter nõ facit cõtractũ nullũ ipso iure, sed annullãdũ ope exceptionis. ff. de verb. oblig. l. si quis cũ aliter. & C. de inutil. stipu. dolo. Adhibitus tñ super re, in qua debet esse exuberantia benefi. vt in voto & dote, facit ꝓmissionem nullã ipso iure. ff. quod met. causa. si mulier. §. si dos.

i 6 Itẽ ꝓbant̃ hæc alia via, literę subreptitię de iustitia, † nõ dãt impetrãdi aliqd, qa ꝑ eas nihil dat cõmittẽs, sed de iure qđ dicit se hr̃e impetrans, mandatur cognosci & decidi k per iudicem, quia nihil dat sed declarat. k ff. de rei vendi. ex diuerso. §. vbi. Sed in literis de gratia impetranti datur. Et ideo rationabilius subreptio impetranti gratiam plus inficit literas de gratia quàm de iustitia.

¶Item

¶Itē in literis de iustitia dolus iudicis nō versatur, sed tertij sicut impetrantis. Et dolus tertij nō adeo inficit in cōtractibus bonę fidei, sicut dolus proprius vt.d.l. eleganter in prin. notatur, p.p quod vr̄ literas subreptitias ad lites non esse nullas ipso iure. In p̄dictis tn̄ literis de iustitia distingue. salua tn̄ distinctione, quę est.s̄. de resc. super literis. Aut est subreptio in iurisditione, aut probatione aut ꝓcessus relatione. Primo casu literę sunt nullę & ꝓcessus ꝑ eas habit⁹ nullus.j̄. de offi. vica. tua.j̄. de offi. ord. graue. j̄. de offi. dele. cū olim abbas. C. si a nō cōpe. iudic. ꝑ totū.

¶Secundo casu nō mero iure, sed beneficio restitutionis in integrum subuenitur. ff. de re iudi. Diuus. 35. q. 9. veniam & c. sententiam. ff. de fal. si quis obrepserit, quod intellige quando illam subreptionem iudex est secutus, & propter eam pronunciauit. ff. de iudi. si prætor. C. si ex fal. 7 instru.. fuerit senten. l. falsam. Et est ratio, quia † sententia non est lata contra ius constitutionis, sed contra ius partis, quo casu valet sententiam mero iure.j̄. hoc lib. de senten. & re iudi. cum æterni. § vbi autem.

¶Tertio vero casu, literæ mero iure valent, sed possunt elidi, si excipiatur.

l ¶Et sibi imputet [l] qui potuit excipere, & non excepit, m [m] vel si non ignorat exceptiones, nihilominus propter peremptorios terminos iuris, sicut est litiscontestatio 8 † quæ tollit dilatorias, ita & cōclusio quę tollit exceptiones peremptorias, hæ siquidem sunt sublatæ, propter auctoritatem processus iudiciarij, & ob hoc omissum, iudicatum non rescinditur.j̄. de re iudic. inter monasterium, & c. suborta & s̄. de resc. cæterum & c. ex tenore. Quidam tamē excipiunt a prædicto tertiò membro casum.s̄. hoc lib. de resc. dispendia, sed hic vt ibi. Et secundum ista tria membra iura loquentia de hac materia intelliguntur.

n ¶Si vero sit subreptio [n] in literis de gratia, quæ propter tacitum vel expressum inficiat literas, dico ipsas & processum habitum per eas nullas ipso iure: quandocunque enim de subreptione cōstiterit, illa detecta, quicquid est factum per literas subreptitias declarabitur nullum, & o retractabitur, quatenus de facto [o] processit, vt.d.c. constitutus. & expressius.j̄. de re iudica. cum olim.

p ¶Simile [p] video. Compensatio [q] quandoque † ipso iu-q re admittitur, quod est intelligendum de facto hominis, 9 quandoque in hoc declarando interueniente, vt not. ff. de compen. l. si quod. C. eod. l. si constat. institu. de actio. §. in bonæfidei iudicijs. Simile video. Aliquis vxorem suam accusat de adulterio, si illa possit obijcere marito factum consimile, vel ex post facto probare, ius acquisitum per dictam accusationem perdit maritus, etiam sententia la-r ta vt notatur j̄. de diuor. ex literis.

¶Sic ius acquisitum per literas de gratia, saltem prima facie probata subreptione amitto. arg. d.c. cum olim. 10 Nec mirum cum † titulum habeam ex litera, qua probata subreptitia, totū perdo. ff. de decurio. l. Herennius hoc lib. de reg. iur. c. 1.

ADDITIONES PROBI.

a AEQVIPARATVR. Vide Neapol. Deci. 386. in causa petitionis.

b ¶In omnibus. Vide pro intento. Alex. consi. 2. visis codicillis, vol. 1. & latius per Deci. consi. 365. viso consi. & sequenti & consi. 3 9. nu. 5. conclusionem. Soci. cōsi. 226. q. præsentis cōsultationis: vbi vnum subdit notabile, quòd quando legitimatus dicitur haberi pro legitimo, il-1 lud est verum † ex nunc, videlicet a tempore ipsius legitimationis, & non retro a tempore natiuitatis, quod procedit maximè quando legitimatio est in præiudicium tertij, vt dicitur de secundo genito legitimato, quia primus genitus illegitimus non legitimatur, vt dicatur primogenit⁹, & priuilegia primogeniturę habeat. Io. And. in regula sine culpa.

¶Pro hoc. Vide etiam eundem Soci. consi. 230. col. fi. viso testamento. Adde ipsum Alex. pro themate consi. 172. visis duobus testamentis. vol. 7. vbi dicit ꝙ spurius legitimatus a comite palatino nō dicitur esse legitimus, & ex legitimo matrimonio pro creatus. c. innotuit cum ibi no.s̄ de elec. cum alijs iuribus & infinitis auctoritatibus ibi per eundem Alex. adductis, vbi subdit quòd ita communis opinio se habet.

¶Præterea ad vnū in puncto legitimationis video at-2 tendendum quia repperio † illam fore quid diuiduum, quia filius potest legitimari hoc acto, ꝙ in certa parte tm̄ succedat. no. Alex. consi. 25. nu 8. circa primum dubium. vol. 1. Ant. de But. in c. per venerabilem in ver. Sed est dubium an pater j̄. qui filij sunt legiti. vbi innuit ꝙ ita iuuenit tenere Bart. in l. quæsitum ff. de adop in rep. antiq per tex. in c. 1. de filijs na. ex matrimo. ad morga. contracto in vsib. feudo. Idem tenet Pau. de Cast. in l. pactum. C. de colla. vbi dicit se consuluisse, ꝙ valeat legitimatio facta cum hoc, ꝙ filius succedat in eo, quod patri placuerit. allegat. tex in d.c. 1. & illud quod not Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de suc. ab intesta. §. fi. in additione incipiente vbi hoc dicit Rof. & ait quòd tunc non est propria legitimatio, sed dispensatio, cum non sit legitimus quo ad omnia. Ista ratio non placet, quia contra doctrinam Io. Mo. hic tamē præmissum intentum firmat Alex. consi. 174. vltra eo. vol. 7. Vide an filius possit legitimari post mortem patris per Ias. in consi. 127. dubitatur vol. 4. & pro intento Pet. de Anch. consi. 225. videtur prima facie & Alex. consi. 187. videretur vol. 5. cum duobus sequentibus & cons. 30. col. 1. iuxta ea vol. 4. & consi. lib. viso. vol. 2. vbi ponit de clausula. Sine præiudicio venientium ab intestato.

¶Postremo dic ꝙ in legitimatione requiritur consensus illius qui legitimatur, si cōsentire possit. Et ratio quia per legitimationem intrat potestatem alterius, vt vtrunque probat Ias. in consi. 125. col. 4. pondus vol 4.

3 c ¶Iuxta, † Hæc est dictio quæ vario exponitur modo secundū materiam subiectam, vt patet in l. omnes. & l. pen. de aquæ duc. lib. 11. C. Soci. consi. 211. col. 1. breuiter. de qua dictione vide per Domi. in consi. 108.

d ¶Vbi mitius, Tex. in l. 1. §. sed & si quis. ff. de Car. edic. concor. sunt in glo. c. fi.s̄. de offi. deleg.

e ¶Ipso iure. Vide Corn. consi. 98. in his tamen non obstantibus. Quanquàm videatur in 3. par. Alex. cōsi. 95. nu. 7. requisitus vol. 7. vbi subdit id procedere siue subreptio siue obreptio fuerit causa inductiua & finalis ipsius gratiæ, siue impulsiua, adeo ꝙ ēt si concedens cessante subreptione fuisset concessurus, sed nō ita de facili seu leui, vitiatur cōcessio. c. postulasti.s̄. de rescrip. Idē Alex. cōsi. 161. in fi. visis narratis vol. 7. latè Domi. in consi. 63. dubia.

f ¶Stricti iuris, Idem Io. Mo. in c. solet de senten. excommuni. vide quæ pro comprobatione huius dicti tradit Calca. consi. 26. nu. 20. stante casu.

4 g ¶Literæ de gratia, † Id dicas verū nisi vergant in præiudicium tertij quia tunc possunt dici etiam stricti iuris, idest, strictè interpretari. per id quod citat Alex. de Imo. consi. 187. nu 16. in hac causa vol. 2. quòd bulla apostolica quatenus concernit interesse & præiudicium tertij, debet strictè interpretari c. super eo. de offi. deleg. lex ex facto. ff. de vulga. etiam secundum ius commune debet interpretari. l. si quando in prin. C. de inoffi. testa.

h ¶Gratia. Quæ dicatur gratia, vide per Alex. cōsi. 7. col. 1. volu. 7. & Io. Mo. in c. cupientes. nu. 130.j̄. de elect. Et in 5 † dubio an dicatur de gratia aut de iustitia, attende ad ad Domi. consi. 65. col. 6. discutiam. vbi concludit quòd tunc dicitur de iustitia.

6 i De iustitia quæ est † habitus bonus ius suum vnicuique tribuentes, secundum suam dignitatem. Maioribus quidem reuerentiam, Minoribus disciplinam, Deo religionem. Parentibus obedientiam. Paribus concordiam. Sibijpsi castimoniam. Miseris seu pauperibus compassionem.

k Declarat. In hoc concordant Archi Io. And & Domi. & idem Io. Mo. in c. 3. de offi. legati. & in c. super.j̄. de offi. delega.

7 l Et sibi imputet. In simili dic quòd † quotienscunque aliquid de futuro potest contingere secundum naturam prout est mors hominis, illud futurum debet cōsiderari & attendi: & qui illud non considerat, est in culpa & sibi imputatur. l. si quis domum. §. & hoc subiungi. ff. loca l. hæres meus ff. de conditio & demon. l. fi. §. sin autem auaritiæ. C. cōmunia de lega & ibi per Cy. & Bal. & per Bart. in l. inter stipulantem. § sacram. ff. de verb. oblig. & in l. si idem cum eodem. § si vna. ff. de iurisdi. omnium iudi.

8 Vlterius pro hoc vulgari habes quod citat Maria Soci. consi. 63. col. 2. via † quam elegisti hæc tibi pateat. l. si cū exceptio. in fi. ff quod me. causa.

m ¶Et non excepit. Istud facit ad quæstionem de fideiussore quæ soluit vsuras & non excepit ꝙ erant indebitæ: an eas repetat a debitore, pro cuius decisione vide Ioan. And. in mer. in c. damnum. de reg. iur. hoc lib.

n ¶Subreptio. Domi. in consi. 33. in princ. & consi. 52. circa 9 fi. vacante, dicit ꝙ multa expressa, vel tacita inficiunt literas Apostolicas beneficiales, quæ non vitiant collationes ordinariorum, cum primæ sint strictę: secundæ fauorabiles. no. in Cle. finali. de offi. ordi.

o ¶De facto processit. Vide Dom. in consi. 53. col. 3. Gre. & quæ dico. in c. licet Episcopus. de præben.

p ¶Simile. Et sic † non est idem per l. quod Nerua. ff. de 10 po. vbi dicitur, quòd nullum simile dicitur: idem facit, quia omnis similitudo est contraria veritati, & quoddam figmentum rei, non ipsa res. Maria. Soc. consil. 9. col. 8. ꝑsequendo ordinem, qui subdit solere exprimi per dictionem tamquàm, vt in Euangelio, tamquàm ad latronem existis comprehendere me, tamen legitur aliquando veritatis expressiua, vt etiam in Euangelio tamquàm vnigeniti a patre; quæquidem dictio dicitur nota improprietatis. no. in l. pecuniam. ff. si cer. pet. Bar. in l. 1. col. 3. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. Bal. in l. apud antiquos. C. de fur. gl. in ver. tamquàm. in c. solitę. s. de maio. & obed. Alexã. consi. 80. col. 2. agnati. vol. 6.

q ¶Compensatio. Vide quæ tradit de compensatione Ias. in consi. 134. col. 2. quantum. vol. 4. quòd qui iurauit soluere & actualiter numerare in ducatis auri, non potest opponere exceptionem compensationis alicuius quantitatis vel debiti, imo necesse habet soluere prout iurauit. c. ad nostram. j. de iureiur. secundùm vnam lecturam gl. 3. ibi per Doct. approbatam, quod idem Ias. latè comprobat, ad quem recurre.

r ¶Notatur. Vide text. in c. intelleximus. s. de adulter. & in l. viro atq; vxore. ff. sol. matr. facit. l. in arenam. C. de in-11 offi. testa. vbi glo. dicit. Nil † dolosius doloso, nil Catilina Cethego. Io. Mo. in c. contra. de hæret. j. an istud procedat in osculo vel tactu luxurioso. Dico latè in c. is qui. de senten. excommu. j.

¶De Bigamis. Rub.

¶Gregorius decimus in Concilio generali Lugduneñ. Cap. vnicum.

¶Altercationis antiquæ dubium præsentis &c.

S V M M A R I V M.

1 *Bigami qui dicantur verè vel interpretatiuè.*
2 *Duplex est priuilegium clericorum.*
3 *Non valet consuetudo vbicunque a iure probibetur.*
4 *Olim laici clericis dare consueuerunt nunc econtra.*
5 *Anathema non est sententia sed comminatio.*

S V M M A R I V M.

Philippi Probi.

1 *Sacerdos qui contraxit matrimonium cum vidua vel duo matrimonia successiuè an possit puniri per iudicem secularem.*

ALTERCATIONIS. Hæc altercatio antiqua fuit, vtrum bigami essent nudati vel nudandi priuilegio canonis si quis suadẽte. 17. q. 4. vt not. 84. dist. quisquis quæ deciditur hic.

a ¶Et intelligo [a] hoc c. quisquis. de cler. in minoribus ordinibus cõstitutis, non de constitutis in sacris. s. co. c. vltimo. (oraculo). 1. responso. C. de diuer. resc. l. fina. 1 (bigamos) verè vel interpretatiuè: verè† quia duas habuit vxores. 26. dist. vna tantum. & c. deinde. & c. accusatus. C. de diuer. resc. l. fin. interpretatiuè, quia contraxit cum corb rupta [b] s. eod. de biga. 32. dist. seriatim. 33. dist. Maritum. 2 (priuilegio.) Duplex † est priuilegium clericorum præcipuum inter alia, quæ habent, vnum est ne vexetur in personis, vel in rebus C. de epis. & cler. l. 1. & 2. hoc priuilegiũ perdit coniugatus, siue sit bigamus, siue non, & etiam post trinam monitionem, licet non sit coniugatus. j. de vita & honest. cler. c. vlt. & de cler. cõiuga. Ioãnes. & c. ex parte.

Hodie de hoc tene quod scribitur. j. de cler. cõiug. hoc lib. c. vno.

¶Et est aliud priuilegium, quod habent per canonem. 17. q. 4. si quis suadente, & hoc priuilegium amittit bigamus, vt d. c. quisquis. quod videtur ferendæ sententiæ, & hic dicitur omni priuilegio clericali esse nudatos, quod est latè (addictos). i. astrictos. C. de appel. addictos, & C. de epi. audi. addictos, (non obstante). Nota casum vbi non valet 3 † consuetudo, & vbicunque expresse a iure prohibetur, & alijs modis non valet, vt not. s. hoc lib. de consuetudi. sub rubr.

c ¶Et mirum [c] est hic reprobari consuetudinem, cũ ecclesia villam, castrum siue ciuitatem põt consuetudine vel præscriptione obtinere, quare quod fuit suum, & sine peccato sui amisit, non poterit consuetudine acquirere.

4 Forsan olim † laici clericis dare consueuerant, nunc econtra, ne clerici suis iuribus se spolient, & illa dent potestati seculari.

Vel dic consuetudinem tolli, quæ oriretur ex sequela prioris iuris. ar. s. hoc lib. de elect. quia sæpe. quia tunc in sequela huius haberent clerici malam fidem, & sic non præscriberent. ar. s. de præscrip. veniens. secus si ortũ aliun-5 de haberet (anathemate) Non † est sententia, sed potius comminatio. C. commi. epist. per totum, & ideo contrarium faciens, nõ est excommunicatus. j. de sagita. c. vno.

ADDITIONES PROBI.

a INTELLIGO. Adde glo. ibi sic intelligere, quam sequuntur Archid. Domi. & Præpo. qui subdunt quòd talis excommunicari debet vsqueque eã dimittat, & intellectum ẽt Io. Mo. hic sequuntur Archi. Io. And. Domi. & Pet. de Ancha. & hęc verior ſm de Claua: in summa tñ Bonaguida dicit ꝙ sacer-1 dos † qui contraxit cum vidua, vel duo matrimonia successiuè, & postea commisit homicidium poterit puniri per iudicem secularem, per tex. nostrum, qui indistinctè loquitur de bigamis, quod placet Chassa. in consuet. Burgun. in titu. des iustices. versi. 13. fallit in §. 5. cui non astipulor, sed communi. Cum talis solum dicatur bigamus, quo ad quid, scilicet executionem officij, non vt perdat priuilegium clericale, vt hic.

b Corrupta. Vide quæ late tradit Petr. de Anch. cõs. 124. Circa bigamos: & Montaigne in suo tract. de bigamis. Tãgam in praxi. in tract. de mand. Aposto.

c Mirum. Et admirabile & pauendum, vt in simili dicit gl. pragma. in titu. de colla. in §. cui rei. in vers. mirum.

¶De officio vicarij. Rub.

¶Dicto de electis qui quandoque per alium administrant, & isti dicuntur vicarij, quia vices agunt aliorum. Ideo hic subiditur de officio vicarij.

¶Innocentius Quartus. Cap. I.

¶Romana Ecclesia. & j. Cũ Remen. Archiepiscopus &c.

S V M M A R I V M.

1 *Officialis idem consistorium cum Episcopo habet.*
2 *Officialis Episcopi si facit aliquid tanquam priuatus, in eum non habet se intromittere Archiepiscopus, plusquàm de alijs subditis suffraganei sui.*
3 *Excommunicationis sententia non est ferenda sine causa.*
4 *Officialis qui commisit & post commissionem est excommunicatus.*
5 *Quando Episcopus est excomunicatus, nullus cognoscit præter Papã.*
6 *Fons plusquàm riuulus debet attendi.*
7 *Excommunicatus non habet exercitium iurisdictionis, nec per se, nec per alium, nec potest excommunicare, nec iudicare, nec procurator constitui, nec constituere, nec legitimum actum exercere.*

S V M M A R I V M.

Philippi Probi.

1 *Quando dicitur Episcopum & officialem idem consistorium habere quomodo intelligatur.*

2 De

2 *De non dubio non fit lex.*
3 *Excluso ascendente, satis dicuntur exclusi descendentes.*
4 *Mortificata radix non potest stipitem aut ramum vllum virentem, & fructiferum facere seu producere.*
5 *Committens in officio, & ea ratione ab eo remotus, aut a dignitate, nunquàm ad illud aspirare potest.*
6 *Episcopus subijcitur iuribus quæ dicunt pœnam iuris mutari non debere sine causa.*
7 *Verbum, vicarius & officialis pro vno & eodem significatu aliquando sumuntur.*
8 *Vicarius & officialis non possunt se intromittere de his omnibus, quæ sunt merè gratiæ sine speciali mandato.*
9 *Laicus patronus constituens vicarium ad præsentandum, occurrente beneficiorum vacatione.*
10 *Vicarius dicitur alicuius personæ ecclesiasticę vicegerens.*
11 *Laicus non potest esse vicarius prælati ecclesiastici, maximè in spiritualibus, & spiritualibus annexis.*
11 *Causæ spirituales, laicis (etiam tanquàm delegatis per Episcopum) non possunt committi.*
13 *Laicus vicarius Episcopi creari potest.*
14 *Verba aliquando debent impropriari.*
15 *Verba debent habere aliquam conformitatem.*
16 *Nuullus citra Papam potest laicum ad ius spirituale reddere capacē. Rex conferens beneficia ex priuilegio Papæ, nihil spiritualitatis dat ex se, sed a Papa.*

ROMANA. Hæc decretalis habet tria dicta, Primò statuit, secundò, versicu [cum non] statuti ponit rationem, tertiò, versic. [ea tamen], Respondet tacitę quæstioni, [officialem] Qui † cum Episcopo habet idem ª consistorium. ĵ. hoc lib. de appel. Romana 1. respon. Ideo exercendo iurisditionem Episcopalem officiales in hoc subsunt immediate archiepiscopis, vnde a sententijs eorundem ad archiepiscopos appellatur, vt. d. c. Romana.

Et ideo archiepiscopi animaduertere possunt in eosdem, sicut in episcopos, verbi gratia, si non seruant priuilegia sedis apostolicæ. ĵ. de priuileg. quanto, vel si sententiam proferant per pecuniam, & per gratiam vel per sordes. ĵ. hoc lib. de senten. & re iud. cum ęterni. §. si quis, vel si excommunicat sine scriptis. ĵ. hoc lib. de senten. excōmunica. cum medicinalis. & in alijs casibus. ĵ. hoc lib. de senten. excommunica. Romana. §. pen. & fi. & ĵ. hoc lib. de pe. Romana.

2 ¶Si vero officialis † episcopi possidet, vel facit aliquid tanquàm priuatus, nō habet archiepiscopus se intromittere plusquàm de alijs subditis suffraganei sui. ĵ. hoc lib. de for. compe. Romana. §. nec etiam & § fi. Et ideo ad inueniendum hanc prēmissam distinctionem subijcitur (ex aliqua rationabili causa) vt quia deliquit circa officium 3 cōmissum, vt est superius declaratum (causa) aliter † non est ferenda excommunicationis sententia. notatur. ĵ. hoc lib. de senten. excommunica. cum medicinalis. (vices) in iudicando, citando, vel administrando, vel vices officialatus quē consueuit officialibus exercere committendo, vtpotè quando aliquē ponit loco sui, sicut hic habet consuetudo communis (ipsius) scilicet officialis (gerunt) ex cōmissione episcopi, nō officialis, videns enim episcopus officialem suum excōicatum, vices suas alijs committit, ᵇ sed hic casus non esset dubius, ᵇ & quia tunc non gereret vicarius iste vices officialis sed Episcopi. Et ideo dic gerunt ex commissione officialis facta, antequàm esset excommunicatus, secus si postea, quia tunc non valeret iurisditionis commissio, nec processus, vt dicit hic in fi.

4 ¶Sed pone, officialis † commisit, & post commissionē est excommunicatus, qualiter valet processus istius delegati, cum non habeat iurisditionem, sed alienam exequatur. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. l. 1. §. qui mandatū. ĵ. de offi. delega. sanè. il 2. Et intellige hoc verū si excōicetur officialis re integra, cum tunc officialis non haberet exercitum iurisditionis. ĵ. de re iudic. ad probandū.

¶Secus si litiscontestatio vel ēt citatio præcessisset excōmunicationē, quia tunc perpetuata fuisset iurisditio, vnde potest delegatus vicarius postea ipsam exercere. arg ĵ. de offi. deleg. gratum & c. licet & de offi. leg. c. vlti.

¶Sed quæritur quid fiet de alijs causis, in quibus citatio non præcessit? dic ad episcopum recurrendum, quando ipse non est excommunicatus.

5 ¶Sed pone, in casu conuerso † putà, episcopus est excommunicatus, dic ꝙ nullus cognoscit præter Papā qui hoc casu habet prouidere, vt. s. hoc lib. de sup. neglig. prę la. Romana. Nec distinguo hoc casu, aut fuerunt causæ cęptæ vel non, cum officialis personam episcopi repræsentet, non econtra.

¶Et quod dicitur idem cōsistorium est episcopi & officialis: pinguius tamē habet ius episcopus in iurisdictione quàm officialis. Nam episcopus caput est & fons iurisditionis: Officialis vero riuulus, qui a fonte procedit. Et c ideo ᶜ fons † plusquam riuulus, debet attendi. ar. 76. dist. c. 6 ieiunium. vnde episcopus officialem, non econtra, mutare pōt. & ideo principali deficiente, deficit & accessoriū non econtra ff. de regul. iur. cū principale. s. de elec. qualiter. ĵ. de offi. deleg prudentiā. §. pen. & vlt. (propter hoc) scilicet quod gerunt vices officialis, procedendo in causis sibi commissis ante excommunicationem, vt est permissum (excommunicationis) maioris vel minoris, nisi aliter cum ipsis participent.

Sed si ab officiali reciperent commissionem isti vicarij, non propter hoc ligātur maiori, sed minori, nisi in crimine participent, criminoso, vt statim subijcit. ĵ. de sent. excom. nuper, & c. si concubinę. 11. q. 3. quoniam multos (ob id) ꝙ tantum vices eius gerunt (qui) sic construe: qui scilicet officialis (non arctatur) districtione censurę ecclesiasticæ (pro eo) & c. sed propter aliam causam: ergo a cōtratio, si esset excōicatus, pro eo ꝙ suum exercet officiū, accipiens tunc causas ab eo scienter, tunc participaret in crimine dānato: & sic maiori ligaretur, vt est præmissum.

Sed qualiter potest excommunicari pro ꝙ suum exercet officium? Dic ꝙ si Archiepiscopus excommunicauit episcopum, & sic debet cessare officialis, vt est dictum: & ipse officialis audit nihilominus causas, & monitus per Archiepiscopum nō abstinet: Archiepiscopus potest ipsum excōmunicare, quia de facto contra iura: suū officiū d exercet, vel alias committit ᵈ in officio sibi commisso, ut dictum est (ea tamen causa.)

Ex præmissis uideretur, ꝙ uicarius non ligatus posset iurisdictionem sibi commissam per officialem exercere: sed hic respondetur ꝙ non: sed hoc nō est, quia sit excōmunicatus vicarius, sed propter excōmunicationē officialis, quæ existēs in cōmittente, facit defectum in vicario, cui cōmittitur, & hic subijcit (ipsi) scilicet vicarij officialium (agant) recipiendo vices ab officiali (taliter) id est propter aliam causam, & non propter officialitatem, quàm exercet, vel dic taliter, si citatio nō præcessisset excommunicationem, vt est dictū (eodem) officiali de fa- 7 cto, cum sint excōmunicati, quia excōmunicatus † non habet exercitium iurisdictionis, nec per se, nec per alium, nec potest excōmunicare nec iudicare, nec procurator constitui, nec constituere: nec aliquem actum legitimū exercere. 24 q. 1. audi uimus. inf de re iudic. ad probandū. inf. de procur. consulti. inf. de probatio. post cessionē. s. de ordi. ab episcopo qui epi. re. c. 2. s. de elec. cum inter. R. s. de æta. & qualita. cum bonæ. inf. de dolo & contuma. veritatis §. vlt. & inf de excef. præla. tanta (vigorem) quia officialis excommunicatus non potuit alij committere e cum ᵉ effectu. 1. q. 7. Daibertum.

ADDITIONES PROBI.

IDEM consistorium. Casum, qn̄ idem consistorium nō dr̄, & ab officiali episcopi seu uicario: ad ipsum episcopum appellatur, notat Collec. in c. postulastis. col. fin. s. de concef. præben. Et 1 quomodo † intelligatur hoc thema, attende ad doctrinā Domi. cōsi. 112. col. fi. si procurator. ubi dicit, illud uerum habendo consideratione de minori & maiori tribunali: quia tunc censetur idem. & sic loquitur tex. in c. Non putamus. s. de consue. & c. Romana. de appel. hoc lib. Sed si habeatur consideratio personarum, etiā prout iudicant, istud nō est uerū: quia tunc aliud est eps, & aliud uicarius: unde de suspitione uicarij cognoscit eps, ut patet de offi. delega. c. si cōtra unum. hoc lib. & tn̄ de sua nō posset cognoscere suspitione. c. cū speciali. s. de appella. unde licèt ius fingat in illis casibus idē esse tribunal: nō tn̄ sequitur, ergo quo ad alia idem erit, & hoc expresè uoluit glo. fi. in d. c. non putamus. & in d. c. si contra unum.

2 Non esset dubius, quo in casu † non fit lex. l. ancillæ. C. de fur. & l. quod Labeo. ff. de Carbo. edicto.

c ¶Et ideo fons, istud videtur facere ad quæsitum Gallorum, ꝙ masculus filiæ regis, in Regno non succedit, cũ 3 excluso † ascendente, satis dicantur exclusi descendentes. l. fi. C. de natur. lib. & l. si viua matre. C. de bon. quę ma. facit, quia nõ potest in causato plus virtutis esse, quàm ab influenti potentia causæ procedat. § hoc autem. qui feu. da. po. Mortua enim censetur filia regis Galliæ, quo ad regni & coronæ successionem, teste lege salica, ex quo 4 succedit illud vulgare, quòd † mortificata radix non potest stipitem, aut ramum vllum virentem & fructiferum facere seu producere. Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. prę. & exhereda. refert Raphael Fulgo. cons. 12. col. 1. quod sumit initium ad id, de quo quæritur. vide quæ dico. in c. 2. de sen. ex communi. ʃ.

5 ¶Committit in officio †. Committens in officio, & ea d ratione ab eo remotus, aut a dignitate, & id procedit rõne vitij personæ, nunquàm ad illud aspirare potest. Bald. singulariter in c. 1. §. si duo, de pace tenenda, ibi, perpetua macula ei obsistente: quod est verum nisi ex principis dispensatiõne. l. illud. de suscept. & archa. lib. 10. C. & l. 1. C. si rector prouin.

¶Ex quo infero ꝙ notarius ab officio depositus non potest iterum per comitem Palatinum creari tabellio, ẽt si per principẽ sit restitutus ad famã, & non ad officiũ. Ita dicit singulariter Bal. in l. si nihil de manu vindic. ff. tangit Fely. in c. ex literis. col. 8. sub nu. 11. s. de constitu.

c ¶Cum effectu. Quia non habebat, hinc sumpta occasione Paul. de Cast. consil. 348. notandum. in 1. par. dicit ꝙ episcopus ex gñali commissione non vr̃ dedisse suo officiali potestatem mutandi causam priuationis beneficij ex crimine adulterij resultantem, in pœnam pecuniariam, quia id importat dispensationem, quę solum videtur data causa rationabili subsistente, & non aliter; quia eam non habet episcopus, qui subest iuribus, quæ dicunt 6 pęnam † iuris mutari non debere sine causa. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui no. infa. & C. eo. l. & si seuerior. Facit quod notatur in c. innotuit. s. de elec. vbi dicitur ꝙ dispẽsatio debet fieri cum aliqua iusta causa, alias peccat qui sine causa dispensat. Inno. in c. cum diuersis. s. de coniuga. & c. veniens. s. de fil. presb.

¶Et in proposito Io. Mo. hic adde ꝙ ex quo nõ habuit exerciũ iurisditionis, sententia ab eo lata est nulla, nec possunt facere partes eorum consensu ꝙ sit valida. l. obseruare. §. fi. ff. de offi. procon. & lega. not. Ias. in consi. 44. col. 2. Ex sola inspectione. vol. 3.

¶Postremo, ad materiã tex. nostri dic ꝙ hmõi voca- 7 bula vicarius & officialis, aliquando † pro vno & eodem significatu sumuntur, maximè in partibus Italiæ, & prouincia prouinciæ ac alijs plerisq; orbis partibus, in Gallia tñ secus. testatur gl. pragmatice in tit. de colla. in §. statuit in ver. vicario. Ibi, pręsertim nos Parisienses, & Citramõtani alios appellamus officiales, alios vicarios. no. Ioan. Andr. in addi. ad Spec. hoc tit. & Freder. consi. 32. col. fi. in his tñ resultat discrepantia, quam aliquantulum aggreditur Guil. in Cle. vna. eo. tit. dicens primò, officialem & vicarium gñalem episcopi conuenire, quia in officialẽ est transfusa cognitio causarum totius diocesis gñaliter. no. in c. seq. Nõ autem inquisitio, correctio, & similia, vt ibi, & pro hoc comprehende ea quæ dicuntur in duobus c. sequen. igitur se resoluendo dicit, ꝙ nec vicarius, nec of- 8 ficialis † possunt se intromittere de his omnibus, quæ sunt meræ gratiæ sine speciali mandato c. fi. isto tit. ʃ. Domi consi. 38. versi. sed non apparet, dicit ꝙ in mandato gñali nõ venit potestas dispensandi gl. in c. q̃ de causa. 2. q. 4. Idẽ Guil. in d. Cle. vna. isto tit. Ant. de But. consi. 62. Et a contrario sensu illius. c. fi. vicarius potest se intromittere de omnibus, quæ sunt iustitiæ tantum. d. c. fi.

¶Ista firmantur per Pau. de Cast. cons. 348. notandum. in 1. par. vbi dicit, ꝙ attento, ꝙ ex dispositione iuris resultat, ꝙ adulter venit beneficio priuandus, vicarius Epi ex gñali cõmissione hanc pęnã non põt mutare in pecuniariã, qa id continet dispensationẽ, & sic gratiã & libertatẽ. c. fi. s. de transac. q̃ liberalitas non vr̃ sibi concessa, vt in c. sequen. Sed in proposito rubri. mouetur dubium Quid, 9 si † laicus patronus volens progredi ad longinquas partes, constituit vicariũ ad pręsentandũ, occurrente beneficiorũ de eius patronatu existentiũ vacatione. An procedat de iure hmõi vicarij creatio, q̃ritur, pro huius dubij decisione. venio ad doctrinam Doct. in c. fin. s. de conces. præbend. Et primò ad doctrinam Io. And. post. antiquos pro parte negatiua opponentis, tandem pro affirmatiua concludentis, qui concludendo dicit laicum patronum hoc posse, per modum creationis & constitutionis procuratoris generalis omnium suorum negociorũ, vel ad præsentandum in omnibus ecclesijs, in quibus habet ius patronatus, per no. in c. constitutus. s. de conce. præbend. & in c. fi. isto tit. infra. quod verum dicit, vbi habet iustã causam constituendi, fortè aliò necessariò profecturus. Notat Lapus allega. 8. vbi subdit fortius laicos (etiã si sint præsentes vel non impediti) hoc posse.

¶Hanc decisionem ibi tanquam verã insequuntur Car. Panor. & Pet. de Anch. intelligẽdo ꝙ hoc fiat per modũ 10 procuratoris, non vicarij: quia propriè † vicarius dicitur alicuius ecclesiasticæ personæ vicegerẽs, vt est videre per hunc totum titulum.

¶Hanc conclusionem etiam prosequũtur Io. de Imo. in d. c. fi. & Pau. de Citadinis in trac. de iure patro. in 6. parte. q. 41. & 42. & Curtius eo. trac. in ver. honorificum. nu. 25. & Panor. in cap. quoniam in plerisque. vbi addi. supra de offic. ordi.

¶Præmissis adde Lapum allega. 5. col. 2. vbi dicit ꝙ licet in paucis locis mentio fiat de varijs inferiorum prælatorum, tamen identitate rationis idem est dicendum. de eorum creatione, sicut episcoporũ, & hęc est veritas. & sic approbauit vsus, qui est optimus iurium interpres. c. cum dilectus supra de consue.

Et quemadmodũ viribus non subsistitit creatio vica- 11 rij quo ad laicũ, ita nec etiam passiua: cũ laicus † non possit esse vicarius prælati ecclesiastici, maximè in spiritualibus, & spiritualibus annexis, quod comprobant Io. And. Domi. & Franc. in c. vno. ʃ. de cle. coniuga. & Panor. in c. sanè. el j. s. hoc tit. in j. no. dicens ꝙ cum clericus coniugatus non gaudeat priuilegio ecclesiastico, nisi in duobus. Ioan. Mo. in c. vno. in prin. s. de biga. Inter quæ non reperitur istud, ergo non poterit assumi ad uicariatus officiũ. Idem Collec. in c. decernimus. in prin. s. de iudi. & Panor. 12 ibid. nu. 12. & ante eos glo. ibi citat in proposito † causas spirituales laicis non posse committi etiam tanquam delegatis per episcopum, quem hac ratione potissima episcopus ipse illum non posset creare vicarium vt haberet iurisdictionem ordinariam super spiritualibus. not. in c. sua nobis. sup. hoc titu.

Et licet clericus coniugatus non desinat esse clericus, quia retinet caracterem. not. Panor. in c. Ioannes. sup. de cler. coniuga. tamen à iure reputatur non clericus, & pro laico habetur, & per huiusmodi cõiugium obumbratur clericatus, & ab executione illius suspenditur, nisi in casibus notatis in c. 1. de cler. coniuga.

Hinc Petr. de Ancha. ibi citat post Inno. & Hostien. ꝙ laici nec iurisdictionẽ, nec generalem administrationẽ, in spiritualibus habere possunt, etiam super clericos.

Ex quibus concludimus laicum creari minime posse episcopi vicarium: & ista est cõmunis, & cõiter a schola pontificij iuris approbata, quam insequuntur. Bal. Felyn. Areti. & Deci. in d. c. decernimus.

Quod limitant nisi episcopus iurisdictionẽ temporalẽ 13 haberet, quia tunc † laicus vicarius episcopi creari posset. c. fi. ne cler. vel mo. hoc lib. Barba tamen in d. c. decernimus. videtur tenere contrarium per tex. in c. iudicatum. 89. dis. & in c. in noua, vbi generaliter dicit, indecorũ fore laicum vicarium episcopi esse: quod videtur etiam cõprobare Areti. ibi. Dec. tamen exclamat rationem generalem adesse, ergo generaliter venit intelligenda, dicendo vlterius quòd hoc casu episcopus in tali iurisdictione potius fungitur vice laici quàm clerici, siue prælati ecclesiastici, & hoc respectu, potius laicus quàm ecclesiasticus reputatur.

Præmissis subiunge quod voluit Bal. & post eum Feli. in d. c. decernimus. nu. 6. ꝙ si episcopus laicũ faceret eius 14 vicarium in spiritualibus, quòd verba debẽt † impropriari, & debet exponi vicarium suum, id est assessorem. arg. l. si pater seuerinã. §. conditionũ. ff. de conditio. & demõ. facit. l. diuus Adrianus. ff. de vsu. & habita. ubi dicitur ꝙ si contingat testatorem legare usum nemoris, tamen intelligitur de vsufructu; cum usus propriè non possit stare, quem tex. ad simile ponderant Scriben. quòd quando actus

actus non potest sortiri effectum, in quo est impositus, potest tamen in alio, tunc ad illum extenditur, vt potius res valeat, quàm pereat, & sic extenditur ad nō expressū. Pro hoc facit.l.si tam angusti.ff.de seruitu.

15 Et intellige hæc dummodo † habeant aliquam conformitatem in se. Fely. in c.1.s̄.de res. prout in simili dicimus de magistris, siue licentiatis in artibus, qui debent studuisse per quinquennium in ipsa facultate, vel alia superiori, aut altiori facultate, intellige quæ habeat cōformitatem, & conuenientiam cum illa, vt purà theologia, vel medicina, non de alijs censeas. Pro hoc vide Panor. in c.sedes. col. 3.& 4.s̄.de res.

16 ¶Facit ad præmissa, quia † nullus citra Papam potest laicum ad ius spirituale reddere capacem. Nota s̄. in c.2. de iudi.& c.bene quidem 96.dist. & 32.dist.§.verum.gl.in c.nobis.s̄.de iu. patro. Panor. in c. sacrosancta. s̄. de elect. Et Maler. in tract. de elect. car. mihi. 17. & 39. in plerisque alijs, quem videas, si luminaria habeas.

¶Inquantum dico iura nostra innuere laicos, quo ad spirituales & ecclesiasticos actus fore incapaces, nec ipsa spiritualia attingere, intellige vbi ipse laicus nomine suo nihil spiritualitatis faceret, sed vt nudus minister actum exerceret, & ita procedit dictum Ioan. And.& aliorum, in c.accedens.s̄.de præben. dum dicitur ꝙ laicus vt procurator potest acceptare beneficium pro clerico, in quo nihil agit noīæ proprio, neque deducit actū de nō esse ad esse. Ita declarat Paul. in Clem.1.de concess. præben. cum quo transit Domi. in c.1. in princ. j̄.de procura. vbi peroptimè distinguit. Pro hoc do. de Rota in antiq. decis. 104.& 418. dum dicunt permutationem beneficiorum per procuratorem laicum factam valere, quia nihil agit hoc in casu, quod concernat fundamentum iurium spiritualium in persona ipsius: sed tamquàm nudus minister vel nuncius.

¶Non obstat si velles dicere, quòd quando procurator laicus acceptat beneficium, videtur rem integrare, & deducere de non esse ad esse, ac complere ius spirituale, quod acceptatione perficitur. c.si tibi, ibi vt tuum dici valeat de præben. hoc lib. in hoc stat breuis responsio. Quia hoc facit vt nudus minister & organum clerici, vt in simili citat Ioan. de Lign. in c. Dilectus. col. 3. in fi. s̄. de præbend.

17 vbi vult ꝙ † si Rex confert beneficia ex priuilegio Papæ, nihil tamen spiritualitatis dat ex se, sed a Papa. & per ipsum Regem transit spiritualitas, sicut aqua per canale lapideum, iuxta not. in c.si iustus fuerit prima.q.1. ibi, in canali lapideo nihil generatur. vbi Præpo. ait. quòd sicut dicimus, ꝙ corpus medici (quod est instrumentum animæ habentis artem medicinæ) est indifferēs respectu effectus artis medicinæ, ꝙ sit sanum vel infirmum, vel fistula, per quam transit aquas, indifferens est, quòd sit argentea, vel plumbea, aut lapidea, ita in proposito quòd sit clericus, vel laicus, ita declarat Fely. in c. Apostolicæ. col. 4. num. 6. s̄. de exceptio. concludendo per prædicta (absque tamen temeraria assertione) laicum posse nomine procuratorio clerici eligere prælatum, quia per ipsum laicum transit vox illius clerici, vt per organum, quod tamen intelligit idem Fely. ibi, quando laicus habet mandatum de certa persona eligenda, quia alias requireretur aliud, a simplici ministerio, videlicet exercitium sui iudicij, ad quod dicitur inhabilis, quia tunc videtur deducere suo iudicio rē de non esse ad esse, quod non concedas, his tamen prima fronte videtur obstare, quia Rex vel alius laicus conferēs beneficia ex Papæ priuilegio vtitur suo iudicio in cōferendo, ideo idem de procuratore, cui non est declarata persona eligēda. Dic ꝙ in casu præmisso laicus abilitatur ex priuilegio Apostolico ad tale arbitrium, quod inferior non potest. vt s̄. deduxi.

¶Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Licet in officialē Episcopi per cōmissionem officij, &c.

SVMMARIVM.

1 *Specialis commissio non plus valet in singulis, quàm generalis in omnibus.*
Multa sunt quæ non transeunt in commissione generali.

2 *Officialis an possit inquirere de crimine vsurarum vel consimili sine speciali commissione Episcopi, Verbum, seu, an dicatur ampliatiuum.*

3 *Vicarius seu officialis ex officio potest cognoscere de omnibus, de quibus posset Episcopus ad partis instantiam.*

4 *Vicarius beneficium conferre non potest sine speciali commissione, ita nec a beneficio amouere.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Amotionis causa, siue a beneficijs siue ab officijs dicitur grauis & de maiori Imperio.*
Amotio a beneficijs non dicitur necessaria.

2 *Non parcit populus breue Regimen.*

3 *Dece a principe concessum beneficium esse mansurum.*

4 *Beneficium Principis neminem permittit beneficio decipi.*

5 *Contra iuramentum fidelitatis Rex interuenire non potest nec ius petendi habet secus in inferioribus.*

1 a LICET in officialem. Cameracen. officialis amouit[a] Abbatem S. Andreæ de Castello Cameracen. diocesis, a regimine Abbatiæ, fuit appellatum ad sedem Metropolitanam, officialis sedis eiusdem, sententiam amotionis confirmauit, a qua confirmatione fuit appellatum ad sedem Apostolicam. Alexan. Papa IIII. sententias dictorum officialium infirmauit, & Abbatem ad possessionem sui monasterij reduxit. Et erat ante hanc compilationem extrauagans, quæ incipiebat dudum, de qua est sumpta ista, ex qua notantur, quæ committuntur officialibus ex generali commissione eis facta, notatur etiam specialem commissionem plus valere in singulis quàm generalem in omnibus, licet sit arg. contra. ff. de admi. tuto. si duo. C. de quadr. pręscrip. l.2. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l.oēs. Nam sunt multa, quę non transeunt in generali commissione, vt in c. proximo. & ff. de offi eius cui manda. est iurisdi. l.1.1. respon. (excessus.)

2 ¶Sed nunquid officialis † inquiret de crimine vsurarū vel consimili, sine Episcopi speciali cōmissione, & videt ꝙ non, vt hic, vbi statim subijcitur disiuncta, dic contra, & verbum seu, quod sequitur est ampliatiuum, & sic copulatiuū, propter quod oportet vtranq; partē esse verā. ff. de reb. dub. si is, qui ducenta. §. vtrum. ar. ff. de aur. & argē. lega. l. si quis. ita vel expositiuū præcedentium, vt hic intellectus colligitur ex antiqua, vt s̄. eo. in casu no.

3 b Vnde dic ꝙ vicarius † seu officialis, ex officio pōt cognoscere[b] de omnibus, de quibus posset Episcopus ad partis instantiam: cum regulariter Episcopi & officialis idem sit auditorium s̄. hoc lib. de consuetu. c.2. j̄. de appel. Romana. 1. respon. & constat ꝙ hoc pōt Episcopus. j̄. de offi. ordi. c.1. ergo & eius officialis vel vicarius.

4 c Et quia † officialis. seu vicarius beneficium non potest conferre, sine speciali commissione. j̄. eo. c. proximo. Ita nec ad instantiam partis, vel ex officio pōt officialis beneficiatum ab administratione sine speciali commissione amouere,[c] vt inde veniat curæ priuatio,[d] vnde & datio. Auth. de defen. ciuita. §. non habente. col. 3.

ADDITIONES PROBI.

1 a AMOVIT. Dic ꝙ amotionis † causa, siue a beneficijs, siue ab officijs grauis dicitur, & de maiori imperio videtur. Et quia hic per Scrib. plerisq; alijs in locis de amotione a beneficijs ecclesiasticisq; dignitatib⁹ latè discutitur, subijciamus oportet tanq̄ de cōtinentia causæ, de amotione ab officijs secularibus, siue de mutatione officiariorum. Et declinando breuiter amotionem siue mutationem minimè fore necessariam, adduco primo, ꝙ Tiberius Imperator quibusdā principibus rn̄disse fert suadētib⁹ mutationē officialiū. Vidi (inq̄t) quedā muscas vulnerib. insidētes fugare, quę egrotus culpauit, dicēs, qm̄ vēturę sunt sitibūdę, vt suggāt, illę m̄ (q plenę sunt) locū occupāt, quasi diceret. Cōsulit⁹ esse locupletes retinere officiarios, & plenę impinguatos, q̄ illis amotis, de nouo tenues & pauperes ditare: vt igit Ioseph⁹ refert) pcuratores suos vix aut nunq̄ mutabat. In hoc n. dicebat, se plebi parcere. Nā pcuratores sciētes ad modicū (vt ita dicā) se habere potestatē, quicquid possunt rapiunt

His astipulatur Sueto.lib.2.de 12.Cesaribus, quia inter conditiones & mores boni principis videtur suos officiales frequenter non mutare. Ratio alia suadet, quia vlterius attrahuntur, & alliciuntur veteres officiarij videntes se in suo statu firmatos ad melius seruiendum.& fidelitatem seruandam principi, cuius officio potiuntur, atque duriora pro ipso patiendum, & odia fortè concepta deponendum: & commutandum in ardorem feruentis amoris & dilectionis, & ad fauorem non solum principis, verum etiam bonum publicum tangere.quia 2 † non parcit populis breue regimen.testatur gl.in c.hinc est.16.q.1.In ver.detrimenti, imo & plurium noui officiales onerosi existunt partibus,& causis damnosi. Hinc tex.in l.prætor.§ fi.de vaca. & excu.muner. tollerabilius esse iudices, qui semel cognouerunt retinere. Imo si impediti forent vel absentes tantisper expectare, quàm nouos committere:his enim de causis & alijs subiungendis,in hoc regno Galliæ viridi obseruantia cautum dicitur,officiarios regios (etiam si creati forēt qualificate scilicet quàm diu creanti placuerit principi) perpetuos fore,cum principi sine causa rationabili concessio ipsa displicere non possit. testatur Bal.in l.iurisperitos.ff.de exc. tutor.facit text.in l.Thais.§.sorore.ff.de fideicom. liber. Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.nu.12.& ibi Alex. ff.de no.oper.nunc.Cyn.& Bal.in l.quisquis C.si cert.pet. Panor.in c.fi.s̄.de præca.Bal.in Authen.omnes peregrini. C.communia.de suc.facit tex.in l.si præsidis.ff.si cer.pet.

3 ¶Suadet ratio ipsa:quia † decet a Principe concessum beneficium esse mansurum.c.decet.de reg.iur.j̄.

¶Item quia sub confidentia officij vnusquisque statu suo derelicto quibuscunque cæteris modis viuendi seruitio principis se dedicat, & dū viuere inciperet supplantaretur in sui honoris, & totius familię denigrationem & perditionem. Et sic beneficium principis & mandatum sibi foret illusorium,prout & derisorium, contra omnē 4 iustitiæ æquitatem, quæ neminem † permittit beneficio decipi, sed potius iuuari.l.in commodato.§.sicut in fi.ff. commoda.& s̄.eo.c.1.in fi.not.Calca.consil.2.meritò in hoc regno Franciæ,officia ipsa regia, non dicuntur vacare, nisi in duobus præcipuè casibus, morte scilicet naturali,& ciuili.Ciuili quidem, puta renunciatione vel forefacto,vel aliter,ex quo priuari officio mereantur.vt patet in multis ordinationibus regijs, quod comprobat iura- 5 mentum fidelitatis. Contra quod contrauenire † non potest Rex, nec ius penitendi habet, quandiu officium tenens fidelitatem & iuramentum seruat.Bal.singulariter in c.peruenit.el 2 s̄.de iureiur.quod est menti tenendum secundum Fel.ibi in fi.Secus dic in alijs inferioribus a Rege, quia tales pro libito suos officiarios destituunt. Bal.in l.iudicium.ff.de iudi.

b ¶Pōt cognoscere,Hæc opinio fuit p Do. de Rota admissa, vt patet in nouis Deci.66.Quod licet officialis iudex, ex sua generali potestate non possit punire crimina & delicta, seu pœnam ordinariam imponere, potest tamen inquirere & cognoscere de eisdem ex suo mero & implorato officio, & si inuenerit talem criminosum, remittet eum ad episcopum puniendum.c.ad hæc.s̄.de offi. Archid.

c ¶A mouere, Etiam ratione non ostensionis tituli, secundum c.ordinarij j̄.de offi.ordi.quia ille text.loquitur cum quis possidet contra ius commune plura curata, vel dignitates, quo casu præsumitur contra ipsum possessorem. Non mirum ergo si ordinarius potest ipsum arctare vt ostendat,quia præsumitur illicitè possidere. Nos vero hic loquimur, cum secundum ius commune possidet beneficia simplicia, quod potest.c.cum iam dudum.s̄.de præben.quo casu postquàm ordinarius passus est eum semel possidere, nisi ostendat quòd minus canonicè possideat, non potest eum per titulum non exhibitum spoliare.c.ex ore.s̄.de his quę fi.a ma.par.ca.c.diuersis de cler. coniuga.ita tenet Zen.in d.c.ordinari, prout refert & sequitur Petr.de Ancha.consi.60.quod exorditur duplici ratione.

d Priuatio. Dic quòd etiam vicarius non potest ex sua generali commissione pœnam priuationis in pecuniariam mutare, quia id esset dispensatio, & sic liberalitas quæ ei non conceditur sub verbis generalib us.not.Paul. de Cast.consi.348.notandum in 1.par.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Cum in generali concessione nequaquam &c.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi generalis non potest conferre beneficia nisi hoc specialiter eidem sit commissum.*
Conferre beneficia non est liberalitas in dando, sed in cui dando.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Consensus Episcopi ad validitatem statuti canonicorum requisitus non potest præstari per vicarium.*
2 *Qui non potest conferre, non potest collationi consentire.*
3 *Significatus specialis potior est quàm generalis.*
Virtus specialis commissionis maior est quo ad speciem, quàm sit generalis simpliciter.
4 *Institutio, patroni præsentationem sequitur.*
Instituere est quid necessarium.
5 *Vicarius potest ea, quæ sunt necessitatis & iustitiæ.*
Mors & absentia æquiparantur.

1 CVM in generali. officialis seu vicarius † Episcopi generalis non potest conferre beneficia, nisi hoc specialiter eidem sit cōmissum. Et ad hoc hic duæ rationes adducuntur (concessurus) no.de hoc.j̄.hoc lib.de reg.iur.in generali (con- 2 cessa).ff.de donatio.filiusfa.1.respon.nec in hoc† casu est a liberalitas in dando, licet sit liberalitas in cui adando.arg. ff.de lega.2.vnum ex familia.§.1.

ADDITIONES PROBI.

a IN cui dando. Firmat glo.in c.relatum.s̄.de præben.Vlterius habemus hic regulam firmam, quod vicarius generalis (ex commissione etiam generali) non confert beneficia ad dispositionem domini pertinentia, quæ licet sit hic ipsa regula per scribentes plenè discussa, attamen pro ampliori comprobatione adde quæ voluit Fely.in c.pen.colu.3.versi.an autem absente.s̄.de consti. 1 quòd † consensus Episcopi requisitus ad validitatem statuti canonicorū non potest præstari per vicariū. arg.tex. nostri.Istud reassumit.Maler.in trac.de elec. car.mihi.75. col.4.quòd si capitulum teneatur præbendas conferre cū episcopi consensu, & Episcopus ipse sit absens a diocęsi, non sufficiet consensus sui vicarij, nisi habeat speciale mandatum de conferendis beneficijs: sic intelligas Freder.consi.264.quod exorditur si canonici.Ratio sumitur 2 ex tex.nostro,quia † si nō potest conferre, ergo nec collationi consentire. Igitur vt collatio valeat debet expectari episcopus, quod idem Maler.firmat per regulam iuris. Nam quando in actu requiritur consensus alterius, omnino ille est habendus.testatur Fely.in d.c.pen.text.& ibi glo.in ver.assensus, in c.si pro te.s̄.de ref.hoc lib.& in l.fi.de contrah empt.ff.quod procedit etiam si imminèret periculum.Fely.vbi.s̄.col.4.ad idem gl.in ver.cōsilio. in c.vnico.j̄.ne sede vacan.Et hoc procedere dicas, quādo consensus est præstandus per viam substantiæ, secus si per modum accessionis, hoc enim in casu si periculum esset in mora, posset actus expediri non expectato absentis consensu, cuius alias consensus requiritur, & ita procedit.l.si longius.§.1.ibi, nedum pater expectatur.ff.de iudi.per quæ possumus firmare illud vulgare in iure relatum per Calca.consi.20.nu.11.Ista quæstio habet tria 3 dubia, videlicet quòd significatus † specialis, potior est quàm generalis, quia per primum res magis declaratur. Hinc Cald.consi.4.tit.de præben.citat virtutem specialis commissionis maiorem fore quo ad speciem, quàm sit generalis simpliciter sumpta.c.studuisti.s̄.de offi.delega.

¶Licet ideo vicarius generalis, sine alia speciali nota, beneficia conferre non possit. Ratio, vt in simili placet Claud.de Seissello, in spe.feudo.in Rub.qui feu.da.po.§. secundo principaliter.col.9.quia magis confidit lex de prælato vero, cui oues sunt pprię q̄ de œconomo, qui est mercenarius, iuxta verbū euāgelij.Io.10.Mercenarius aūt fugit,

fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus. Attamē præsentatos instituit. c. ex frequētibus. s. de insti. vbi latè per Scriben. quòd etiam licet collatio, & institutio, sæpe pro eodem sumi dicantur, veritas tamen rei id non patitur. Imo discrepant. testatur Panor. in c. au thoritate. s. de institu. & latè per Scrib. in c. cum in illis. de 4 præbend. hoc lib. Nam propriè institutio † sequitur patroni præsentationem, ex quo dicimus illam quandam fore collationem, non liberam. testatur Panor. in d. c. ex frequentibus: cum præsentatus idoneus institui debeat per superiorem. c. decernimus. 16. q. 7. vbi Archi. citat contra non admittentem agi posse.

¶Et sic instituere est quid necessarium, non includens aliquam liberalitatem, imo meram necessitatem, occasione cuius resultat ex generali commissione vicario facta, prout dicitur de capitulo, sede vacante, quod instituit, non tamen cōfert. c. vnico. j. ne sede vacante. Nec mirū, quia necessitas multum operatur circa ea, quæ alias non licerent: ob eam enim infringitur ius commune, vt videre licet ex his, quæ cumulat Fely. in c. querelam. circa fin. s. de iureiur.

¶Hinc dicimus insinuationes mandatorum apostolicorum de prouidendo, ac nominationum vniuersitatū, & graduum ipsis vicarijs ritè & rectè factas, vt beneficia dicantur affecta, quæ contingeret per obitum vacare in turno ipsorum mandatariorum, nominatorum, & graduatorum, perinde ac ipsis ordinarijs factæ forent, ratione necessitudinis. est text. in §. statuit. iuncta gloss. in ver. vicarijs. in titu. de collat. pragma. quod latè deduco in tract. de manda. apost. expediendo materiam insinuationis.

¶Ex quibus infero, ꝙ licet Episcopus absens a diocesi, contulerit ignorans insinuationem ipsam eius vicario factam, non valet ipsa collatio in præiudicium prædictorū, & sic vicarius ipse hoc in casu poterit absq; alio speciali mandato exercere huiusmodi necessitudinem. argu. not. 5 per Guillel. in Cle. 1. eo. vbi dicit quòd vicarius † potest ea quæ sunt necessitatis & iustitiæ, maximè episcopo absente. quo casu dicitur generaliter translata potestas (sicut in cap. Episcopo mortuo. Mors enim & absentia æquiparātur. no. Inno. & Scriben. in c. ad abolendum. de hæreti. Facit l. mulieris. §. fi. ff. de verb. signifi. & c. si delegatus. de offi. delega. c. quamuis. de procura. c. fin. de sepul. hoc lib. Io. And. in c. si contra vnum. de offic. delegat. hoc eod. lib. & Domi. hic.

¶Pro præmissis quòd vicarius his qualificatis conferat, vide quæ digerit glo. Pragma. in titu. de collat. in §. & quia in ipso decreto. in ver. vicario.

¶Idem dic de capitulo, sede vacante, quia collatio est necessaria.

¶Et attende ad vnum, quod in hoc casu vicarij & Episcopi non dicitur idem consistorium, seu verius auditorium, quia imo diuersum. cum a vicario ad episcopum appelletur, ratio quia vicario ex iure delegato id fit. notat latè Bartho. de Chassā. consi. 44. num. 4. vide quæ dixi in c. nullus. super ver. me operante. de elect. s.

¶Postremò pro intento tex. nostri vide quæ citat Stepha. Bertrand. consil. 132. dubitatur quis finalem, par. 2. consil. sequen.

¶De officio & potestate iudicis delegati. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Potestas delegati dicitur extraordinaria, quia extrahitur de ordinaria.*
2 *Omnis potestas ordinaria, maior est seipsa delegata.*
3 *Vicarius dicitur ad vniuersitatem causarum delegatus ad vnum negotium.*
Quantò aliquid communius, tantò dignius, & sic maius.

1 DICTVM est s. de potesta. ordina. Sequitur videre de extraordinaria vtpotè delegata. Et ꝙ † potestas delegati dicatur extraordinaria, est ar. ff. de nego. gest. l. actio. & j. de ꝓbatio. c. quoniam contra. Et meritò potestas delegata dicitur extraordinaria. quia potestas delegata extrahitur de ordinaria, & ob hoc † omnis potestas ordinaria maior est seipsa delegata.

¶Et quòd vicarius sit ordinatus, seu officialis, qui pro eodem reputantur. s. titu. proxi. c. vlti. videtur expressum. C. de offi. eius qui vices. alt. ger. l. 2. & j. hoc lib. de appella. Romana. 1. Respon.

3 ¶Vel dic quòd vicarius sit delegatus, & ipse † est ad causarum vniuersitatem: sed delegatus propriè ad vnū negotium. Et quantò aliquid communius secundùm Philosophum, tantò dignius, & sic maius, & sic iste titu. sequitur præcedentem.

¶Innocentius Quartus. Cap. I.

¶Statuimus vt conseruatores quos plerunque &c.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores dicuntur, contra notorias iniurias seruatores.*
2 *Ad officium Papæ pertinet occurrere litigiis & violentijs, & quemlibet in sua iusta possessione tueri.*
3 *Tuitio viduarum, & orphanorum, ac aliarum miserabilium personarum, ad ecclesiam pertinet.*
4 *Conseruator non habet potestatem defendendi iniuriam simplicem, sed qualificatam, seu specificatam.*
5 *In confitentem nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo, seu inquirendo, sed in exequendo.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Forma supplicationis pro conseruatoria particularis personæ, in forma militantis Ecclesiæ hic scribitur.*
2 *Forma eadem pro capitulo hic inseritur.*
5 *Formas conseruatoriarum sub forma bullæ obtenta hic vide.*

a STATVIMVS. a Qui possunt dici conseruatores, j. quas metas habeant suam potestatem exercere, & quibus vices suas committere, & in quibus non, & qua pœna puniantur ipsi transgredientes suam potestatem, & quando officium eorum expiret obitu concedentis, & circa munera, expensas, assessores, & notarios, ac personas testimonij causa vocandas, per conseruatores huius statuitur. j. eo. c. vltimo.

1 ¶Et dicuntur † conseruatores cōtra notorias iniurias seruatores. Et isti dantur quandoq; ad defensionem cōtra raptorum seu prædonum audaciam & aliquando ad priuilegiorum tuitionem. Aliquando generalius conceduntur, vt defendant ab iniurijs, & de omnibus offensis (concedimus.)

2 ¶Nam ad officium † Papæ pertinet occurrere litigijs & violentijs, & quemlibet in sua iusta possessione tueri. arg. ff. de vsufruc. l. æquissimum. ff. ne vis fiat ei, qui in poss. mit. l. 1. §. 1. & j. de symo. querelam. in fi. Et hoc præsertim est prouidendum circa viduas, & orphanos, & alias perso3 nas miserabiles, quarum tuitio † ad ecclesiam spectat. 87. dist. c. 1. & 2. & 23. q. 5. administratores. j. de fo. compet. ex parte. & c. ex tenore. s. eod. significantibus (a manifestis) id est, notorijs seu patentibus, quòd non sit locus inficiationi. Nec egeant examinatione. j. de cohab. cler. & mulier. c. nostra. c. tua. & c. vlti. & s. de elec. bonæ memoriæ. §. contra. j. de accu. euidentia.

¶Sed quid si iniuriator vocatus neget se hoc fecisse. Nunquid poterit conseruator, inquirere an factum sit notorium? Et dic quòd sic. arg. ff. de iudi. si quis ex aliena. Et si nouerit factum non notorium desistet, cum de facto non notorio se non habeat intromittere. Et est ratio, 4 quia conseruator non habet potestatem defendendi iniuriam simplicem, sed qualificatam, seu specificatam, vtpotè notoriam, quæ si non sit talis, nihil agit. j. eo. c. vlti. in fine.

¶Sed quid si iniuriator confitetur factum, quod de se est iniustum, sed asserit se hoc iure fecisse, videtur res fieri dubia, & sic non notoria. C. quib. ad liber. procla. non licet. l. 3. ff. de fide instru. plures. tu dic vt est permissum, conseruatorem inquirere posse an factum sit notorium. vt d. c. bonæ. Nec hic ꝓpriè efficitur res dubia negatione, vt in

vt in contrarijs; quibus quis præsumitur solutus, nisi probetur ligatus. Sed iam factum hic erat confessatum, & sic notorium, quod ex circunstantijs & indagatione conseruatoris apparebit iustum (hoc probante conuento) alias præsumetur iniustum.

5 ¶Et sicut † in confitentem nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo seu inquirēdo, sed in exequendo. ff. ad leg. Aquil. l. prouide, sic hoc casu vbi factum est cōfessatum, quia ad hoc nō est nisi hic exequi, quia tamen confitens adijcit aliquid, quo retardari debet executio, & de quo debet cognosci. arg. ff. de re. iudi. a diuo Pio. §. si super, & quo ad hoc conseruator habet causæ cognitionem. arg. d. §. si super, & quo ad hoc ponitur competenter hæc decre. sub hoc tit.

¶Sed quid si iste conseruator excommunicet? dic sententiam tenere vbi habet potestatē, alias non, vt ʃ. c. vlti. §. vt autē, & §. fi. (deffendendos) id est iniuriatores ad satisfaciendū læsis, per censurā ecclesiasticā distrigendos.

¶Sed quid si iniuriari volentes, parati sunt manu armata inuadere hos quos conseruator habet tueri: nunquid potest eos excommunicare? & dic quòd sic, quia in mora monitionis & dilationis imminet periculum. argu. ʃ. hoc lib. de senten. excommunica. Romana. §. caueant (ad alia) scilicet dubia siue non notoria, in quibus procedendum non est per istos conseruatores, vt hic (quæ scilicet dubia iudicialē indaginem), id est, causę cognitionē, seu ipsius examinatione super ipso facto, quod dubiū est.

ADDITIONES PROBI.

STATVIMVS. Pro intento text. vide Petr. de Anch. consi. 87. Omisso. 1. dubio, & cons. 132. in 1. dubio. Et Ias. in cons. 145. circa duo vol. 4.

¶Et quia hic per scribentes, ac plerisq; in locis subijcitur de potestate conseruatorum, nihil tamen cautum reperio de forma illos obtinendi & supplicandi stilo, ideo hic tam de conseruatoribus particularis supplicantis quàm de conseruatoribus capituli & vniuersitatis, subijciamus oportet. Primò de conseruatoria in forma militantis ecclesiæ ad vitam pro particulari. Secundò pro capitulo singulisque illius personis, & eorum familiaribus & seruitoribus.

1 Beatissime pater, † Supplicat humiliter. S. V. deuo. orator vester Romulus de Grossis, archidiaconus ecclesię Vintinelien. S. V. familaris, continuus commensalis, quatenus sibi cōseruatoriam iuxta formā militantis ecclesiæ, in quinterno cancellariæ apostolicæ annotatā & descriptam, contra omnes & singulos, iniurias, molestias, & perturbationes, sibi inferentes super bonis & rebus ad prædictum archidiaconatū & præposituram beatæ Mariæ de fontibus ecclesiæ Albucen. ac omnia & singula beneficia ecclesiastica per eundē oratorem obtenta, ac alias ad ipsum oratorem pertinentem. quàm diu præfatus orator vixerit, & dicta beneficia obtinuerit duntaxat duraturam, cōcedere & indulgere dignemini de gratia speciali, non obstantibus cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis in dicta forma concessis non obstare, cæterisque in contrarium faciētibus quibuscunque cum clausulis opportunis.

¶Alia subsequitur forma.

2 ¶Beatissime pater. † Vt deuoti oratores vestri Decanus, capitulū, canonici, vicarii, & personę ecclesię Tornacen. ab indebitis molestationibus, releuentur. Supplicant humiliter S. V. Decanus & capitulū, canonici & personæ præfati, quatenus eorū statui & indemnitati opportune consulentes, ipsosq; specialibus fauoribus & gratijs prosequentes, Eis conseruatoriam contra omnes, & singulos etiā Archiepiscopos & episcopos &c. eorumq; vicarios & officiales ac alios exemptos & non exemptos, ēt Cluniacen. Cistercien. Præmonstraten. S. Benedicti. S. Augustini, Hierosolymitani, & aliorum ordinū & militariū religiosos inferentes iniurias, molestias, grauamina, vel dāna, eisdem omnibus ac eorū familiaribus & seruitoribus cuiuscunq; dignitatis excellentiæ &c. Ex eorum singulos super bonis debitis iuribus ēt patronatus ecclesiastici iurisdictionibus, pensionibus, annuis fructibus, pecuniarum summis, & rebus alijs, ēt rōne personarū suarū ac mensæ prædictæ, necnon quorumuis aliorū beneficiorū cū cura vel sine cura ꝑ eos quomodolibet pro tpe obtentorū, & alias cōiunctim vel diuisim pertinen. necnon priuilegijs & indultis eis tā per Romanos Pontifices & Imperatores Reges seu alios & alias cōcessis, cū potestate citandi, monendi, requirendi, ēt ꝑ edictū publicū, cōstito summariè de non tuto accessu, ac ēt inhibendi sub censuris & pęnis (etiam pecuniarijs) declarandi &c. ac aggrauandi & reaggrauandi &c. & alias in forma militantis ecclesiæ in quinterno cancellariæ apostolicæ annotata, cōcedere dignemini de gratia speciali, nō obstantibus Feli. recor. Bonifacij Papæ 8. S. V. ꝑdecessoris, de vna, & concilij gñalis de duabus dietis, & quibus & alijs cōstitutionibus & ordinationibus apostolicis, necnon quibusuis priuilegijs, & indultis quibusuis cathedralibus ēt Metropolitanis vel collegiatis & alijs monasterijs domibus hospitalibus & pijs locis: necnon omnibus militijs, ciuitatibus, terris, castris, villis, oppidis & locis cōuentualibus, & ꝑsonis ecclesiasticis, & secularibus, ac regularibus cuiuscunq; dignitatis, status, gradus, & etiā archiepiscopali, Episcopali &c. Necnon laicis ēt ducibus, comitibus, marchionibus principibus tpalibus: ēt per modū statuti ꝑpetui motu ꝑprio & ex certa scientia ac de potestatis apostolicę, plenitudine, ēt de nō trahendis illis, aut eorū subditis extra eorum loca seu dominia, vel corā eis & eorū iudicibus & cōseruatoribus ēt vigore quarumcunq; literarū apostolicarū ad ius commune reducen. & alijs quibusuis modis & sub quibusuis verborum formis & clausulis etiam per. S. V. & sedem apostolicam concessis & confirmatis & in posterum concedendis & confirmandis, quibusuis omnibus etiam si de illis tenores &c. placeat hac vice derogare cęterisq; contrarijs cum clausulis opportunis & consuetis.

¶Nunc subijcio formas conseruatoriarum. Et primò formam alicuius particularis nominē qualificato prout & aliquando obtinuit Io. Mo. existens cardinalis, quod ipse testatur in c. in generali. de reg. iur.

3 ¶Clemens &c. † ꝓ parte venerabilis fratris nostri Ioannis epi Prę nestinen. Et Guillermi sancti Stephani in celio monte ꝑsbyteri Cardinalis, & aliorū executorū testamenti bonæ memoriæ. N. tituli sancti Clementis ꝑsbyteri Cardinalis, nobis fuit expositū cū qrela ꝙ licet idē. N. Cardinalis dū viueret plures & diuersos debitores haberet, qui tā rōne prioratuū, dignitatū, ꝑsonatuū, officiorū, canonicorū, & ꝑbendarū & aliorū beneficiorū ecclesiasticorū seculariū & regulariū, q̄ idē. N. Cardinalis ex cōcessione & dispensatione sedis apostolicæ, dū viueret obtinebat, q̄ alias ex diuersis pecuniarū summis, quantitatibus & rebus ac bonis alijs tenebantur. quas quidē pecuniarū quantitates ipse Cardinalis habens a sede apostolica testandi & disponendi de bonis suis eccclesiasticis & alijs vndecunq; ꝑ eū licitè acquisitis liberam potestatē, in pios & alios licitos vsus conuertere, in testamento suo per manus dictorum executorū erogari ꝑcepit, dicti tñ debitores ꝑdictis executoribus satisfacere de ipsarum pecuniarum quantitatibus & rebus ac bonis prædictis indebitè contradicunt, propter quòd dicti. N. Cardinalis dispositio impeditur.

¶Quare pro parte dictorū executorū nobis fuit humiliter supplicatū, vt prouidere eis super præmissis paterna diligentia curaremus. Nos igitur volentes vt ꝑfati. N. voluntas vltima impleatur, discretioni vestrę ꝑ apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut vnus vestrū per vos vel aliū seu alios, vocatis, qui fuerint euocandi, q super ꝑmissis & ea tangē. & dependen. & cōnexis & emergentibus ex eisdē in his q̄ iudicialē requirunt indaginem, simpliciter & de plano, sine strepitu & figura iudicij, in alijs verò prout qualitas eorū exegerit, cū ab eisdem executoribus vel procuratoribus eorum vel ipsorum aliquo fueritis requisiti, auctoritate nostra plenū exhibentis iustitiæ complementum contradictores, cuiuscunq; status dignitatis, vel cōditionis existant ꝑ censurā ecclesiasticā appellatione postposita conpescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. testes autem &c.

¶Clemens Episcopus, &c.

Piū esse dignoscit, vt q gloriat̄ in malitia, ꝑ nos totaliter eis obsistat, ꝙ oppressi eorū īsultib. vacātes diuino cultui liberius possint in obseruantia mandatorū dñi delectari.

¶Sanè

¶Sanè petitio dilectorum filiorum capituli Ecclesiæ Briuaten. Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectæ sancti Flori diocœsis nobis nuper exhibita continebat, quòd ipsi & eorum ecclesia, ac ipsius ecclesiæ membra a nonnullis, qui nomen domini in vanum recipere non formidant contra tenores priuilegiorum per nonnullus prædecessores nostros Romanos Pontifices eis concessorũ multiplices patiuntur molestias.

¶Quare ꝑ parte dictorũ capituli nobis fuit humiliter supplicatũ, vt in p̃missis eorũ ꝓuidere quieti malignãtiũ molestijs obuiare de benignitate Ap̃lica dignaremur.

¶Nos ita huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus quatenus vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel alium seu alios. eisdem capitulo & ecclesiæ, atq; membris, efficacis defensionis præsidio assistentes, non permittatis eosdem capitulum, ac ecclesiam & membra indebitè molestari, molestatores huiusmodi & contradictores quoslibet & rebelles, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita cõpescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, brachio seculari. Non obstan. &c. vt in 2. supplicatione.

¶Cæterum volumus & auctoritate Apostolica concedimus, quòd quilibet vestrum valeat prosequi articulum etiam per alium inchoatum, quàmuis idem inchoãs nullo fuerit impedimento canonico præpeditus, quodq; a data præsentiũ sit vobis, & vnicuiq; vestrũ in præmissis oĩbus & eorum singulis ceptus, præsentibus & futuris perpetuata potestas & iurisdictio attributa, vt eo vigore eaq; firmitate possitis in præmissis omnibus etiã non ceptis præsentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac si prædicta omnia & singula coram nobis cepta fuissent, & iurisdictio vestra & cuiuslibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis per citationẽ, vel modũ aliũ ꝑpetuata legitimè extitisse. Præsentibus post 20. annos minimè valituris.

¶Datum Romę &c. Postremò subsequitur conseruatoria studij.

¶Clemens episcopus &c. Iustis petẽtium desiderijs illis præsertim, quæ prauorum hominum malitijs obuiari debeat, & quæ vacare volentium studio literarum commoda respiciunt libenter annuimus, illaq; fauore prosequimur opportuno.

Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vniuersorum Doctorum, magistrorum, scholarium studij Tholosani petitio continebat ꝙ nonnulli ex eis contra priuilegia, libertates & immunitates etiam ecclesiasticatam a iure q̃ ab homine cõcessa indebitè molestantur, & ẽt iniuriant.

4 ¶Quare pro parte ipsorum nobis extitit † humiliter supplicatum vt prouidere eis super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur cupientes huiusmodi obuiare malitijs ac personis eisdem, vt melius vacare valeant studio literarum, prouidere, huiusmodi supplicationibus inclinati &c. mandamus quatenus vos vel duo &c. priuilegia libertates & immunitates, prout iusta & rationabilia fuerit, faciatis auctoritate nostra inuiolabiliter obseruari. Non permittentes eos, seu eorum aliquem contra priuilegia, libertates, & immunitates huiusmodi ab aliquib. indebitæ molestari, vel eis grauamina, vel iniurias irrogari: molestatores & iniuriatores huiusmodi, necnon cõtradictores quoslibet & rebelles cuiuscunquè dignitatis gradus ordinis status conditionis extiterint, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, inuocato &c.

¶Alexander Quartus. Cap. II.

¶Quia Pontificali dignitate præditis ob reuerẽtiam &c.

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Proteruitas dicitur superbia, vel improbitas, vel violentia.*

1 QVIA Pontificali. Quod hic dicitur explicitè, habetur. s̃. eod. sanè implicitè. Et ordo hic tactus habet locum regulariter, licet quandoquè
a fallat propter proteruitatem a nimiam b contumacis, vt j. eo. in fi. & j. vt lite non contesta. in fi.

ADDITIONES PROBI.

1 PROTERVITATEM. Archi. hic in fi. ci-
a tat quòd † proteruitas dicitur superbia, vel improbitas, vel violentia. Hinc text. in l. iubemus. el 2. §. sanè. 1. C. de sacrosanc. eccles. dicit proteruo ausu. Et istud verbum ponitur in Clem. 1. §. pen. circa fin. de pœn. in c. quoniam. in fi. s̃. vt lite non contest. & in l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber esse iussus fuer.

b ¶Nimiam. Sic succedit regula, de qua in c. cum non ab homine. s̃. de iudic. quod crescente contumacia debet crescere & pœna.

¶Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶SI duo ex tribus a sede Apostoli. &c.

SVMMARIVM.

1 *A subdelegato non in totum, non appellatur ad delegantem, sed delegatum.*
2 *Eligendum est quod minus habet captionis.*
3 *Vbi in facto vno, aduersa diuersis respectibus emergunt, illud, quod est magis attendendum, præualet.*
4 *Tenebo regulam, si eam expressè non inuenero vitiatam.*
5 *Non est satis de inferioni ad superiorem appellare, nisi sit ille inferioris superior.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Regulæ tamquàm carotio standum est.*
2 *Paria sunt non habere tutorem, vel habere, & talem, qui autorari & gerere non possit.*

a SI duo. a Ratio huius decretalis colligitur ex diuersitate casuum. Nam constat ꝙ a
1 subdelegato † non in totum, non appellatur ad delegantem, sed delegatum. s̃. eod. super quæstionum. § porrò. Idem de pari ad parem non appellatur. ff. de appel. l. 1. §. si quis. & iam contingerit appellari ad parem, si a tertio delegato cum duobus subdelegatis non totaliter appellaretur ad duos delegatos, saltem quo ad tertium delegatum.

Et ideo est locus regulæ iuris. ff. de reg. iur. quotiens, vt
2 eligatur † quod minus b habet captionis, vt ad delegantem appelletur, cum appellationum causæ maiores iudices requirant, vt in d. §. si quis.
3 Et sic nota. vbi † in facto vno aduersa, diuersis respectibus emergunt, illud quod est magis attendendum, seu principalius, aut minus recedit a iusto, præualet. ff. de authoritate præstan. l. 1. ff. de sta. ho. quæritur. Item cum hoc casu sim extra. §. porro. qui est exceptio a regula. 2. q. 6. ad
4 Romanam. tenebo c † regulam, si eam non inuenero ex-
c presse vitiatam. ff. de reg. iur. l. 1.

Sed quæro, duo subdelegati processerunt, tertio non simpliciter, sed ad tempus se excusante, cum esset clausu-
d la in rescripto, quod si non d omnes &c. appellatur. Nũquid ad delegatos vel delegantem appellari debebit? Dic quod ad delegãtem: alias priuaretur tertius delegatus iurisdictione, quàm habet in re, vel spe, quod esse non debet. ff. vsusfruct. quemad. cauea. si vsusfructus. in prin. ff. de ven. inspi. l. 1. §. publicè. & arg. iurium prædictorum.
5 ¶Item non † est satis, de inferiori ad superiorem appel-
e lare, nisi est e ille inferioris superior, vnde tertius delegatus est maior subdelegatis collegarum, nõ tamen subdelegatorum superior. Et sic ad ipsum cum alijs appellari non poterit. vt d. §. si quis. Et si ad eum non appelletur, sua iurisdictione priuari contingeret, quod esse non debet,
f & ideo ad delegantem est appellandum. f

ADDITIONES PROBI.

e SI duo. Doctrina Io. Mo. hic in omnibus videtur placere Io. And. tam in glo. quàm in nouela. etiã Guil. de Montè lauduno. Archi. Domi. & Franc.

¶Quod minus. Dic in simili quod in minus quàm potest ius commune debet ledi hinc est quod Bald. in l. obseruare.

obseruare.ff.de offi.procon.dicit stante statuto ꝙ potestas teneatur pro delicto familiæ, intelligitur pœna pecuniaria, & non corporali, vt ius commune minus lædatur, quàm possit.l.fina.§.in computatione. C.de iure deliber. secundùm glo.in l.2.C.de noxa & in c.cum dilectus. s̃.de consuetudi.

c ¶Tenebo. Faciunt ea, quæ notantur per Petr.de Ancha.consi.59. in publicis relaxationibus. Et Cuma.consil. 190.post med.& 179.in fi.1.col.& 129.in med.2.col.ac.117.ad

1 fi.ꝙ † regulæ tanquàm carotio standum est.

d ¶Quod si non omnes.Clausula hæc apponi est solita, in literis iustitiæ, maximè quando non datur forma humilibus,quia si datur,ponitur clausula, videlicet quaten⁹ vos,vel duo,aut vnus vestrum.

¶Et attende quia cum hac clausula, ꝙ non omnes,ordinarius committit etiam delegatus, equidem cum illius adiectione compromittitur,secundùm Guil.in c.sequen.

e ¶Nisi sit. In simili vide quæ notat Areti.in consil.26.

2 col.5.factum ꝙ † paria sunt non habere tutorem, vel habere & talem,qui auctorari & gerere non possit.l.1. circa medium.ff.quod fal.tu.aucto.

f ¶Est appellandum.Et meritò,quod rationibus sequentibus liquere videtur,& sic id fatendum.Prima assignatur ratio hic per Io. Mo. quia causæ appellationum maiores requirunt iudices,etsi appellaretur ad delegatos Papæ,nō esset appellare ad maiores,sed ad pares respectu delegati, qui non subdelegauit,& in hoc esset captiosum, & in casu captionis inspicimus quod est minus.

Secunda ratio, hic concurrit diuersorum simplicium mixtura, quo in casu cōsideratur natura simplicis dignioris:quod comprobatur hic p Io.Mo.dū dicit.vbi in facto vno &c. quod placet Doct.hic, hanc rationem mixturæ latè comprobare possumus per ea, quæ tradūtur in l.præcipimus.C.de appel.vbi si illustris & non illustris de causa cognoscunt, appellabitur ab eorum sententia ad Imperatorem,habito respectu ad illustrem.

¶Vide Alex.consil.113.col.1.perspectis.vol.6. & Dec. 589.col.1.in causa.

¶Procedit etiam si dignior non fulciatur maiori numero,quia hoc in casu non attenditur numerus, vt hic p Pet.& Domi.in vlti.no.vbi ponit duo exempla de mixtura aquæ non sacræ cum sacra,licet sint duæ partes non sacræ,& vnica sacra, quia totum est sacrum.

Tertia ratio, quia diuersa est iurisdictio delegati Papæ, ab illa subdelegati,tum quo ad potestatem subdelegādi, tum quo ad potestatem appellandi,vt hic per Pet.latius deducentem.

Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Si contra vnum ex duobus iudicibus &c.

S V M M A R I V M.

1 *Causa suspitionis est coram arbitris tractanda.*
2 *Pendente recusationis iudicio recusatus procedere nequit.*
Esse iudicem est habere honorem.
3 *Maius est habere honorem solus, quàm cum alio.*
4 *Dantur iudices partibus, non propter iudices, sed propter partes, vt prouideatur negocijs,non personis.*
5 *Firmius est quod plurimorum sententijs est firmatum.*
Legitimæ exceptiones semper remanent saluæ.

SI CONTRA. Regulare est, ꝙ causa † suspitionis coram arbitris est tractanda a ĩ.eo.§.vbi.& s̃.eo.suspitionis.ĩ.de appella.cum speciali. in princ. sed hoc fallit in tribus casibus,vt hic(non ambo)negatio debet præcedere non subsequi. Nam si subsequeretur, ęquipolleret vniuersali negatiuę. vt hic. Omnis homo non:ergo nullus,sic ambo non, ergo neuter,quod est contra mentem b literæ (coniudice.) Nam pendente † recusationis iudicio recusatus procedere nequit, c vt dictis iuribus. & ĩ.hoc lib. de appella. legitima. Et sic est locus dictæ clausulæ,quòd si non ambo. Sed videtur iniquum.Nam esse iudicem, est habere honorem d vt C.quando prouoca.non est nec.l.omnem. ĩ.de appel. vt debitus. Et maius † est habere honorem solus, quàm cum alio.Et sic non recusatus iudex verisimiliter, vt totū penes se remaneat iudicabit, & nullus sibi iudex esse debet.ff.de iurisdict. omn. iudi.qui iurisdictioni.

4 ¶Sol.dantur iudices † partibus, non propter iudices, sed propter partes,vt prouideatur negocijs,non personis s̃.eod.quoniam apostolica.1.Respon.vnde dati iudices habent directè respicere partes quibus suū officium habent impendere & officiū huius † est firmius:quod plu-e rimorum e sententijs est firmatum.s̃.eo.prudentiam.§.1.

¶Et est ratio huius literæ Papa sic scribit, quòd legitimę exceptiones semp remaneāt saluæ.s̃.eo.ex parte.il 2. vult tamen ipsas sic saluare, vt parcatur partium laboribus & expen.ĩ.de dolo & contuma.finem. vnde si fieri potest per iudicem datum, leuius est vt hic, vt vitetur circuitus.ff.de condi.indeb. Dominus. Alioquin recurratur ad arbitros, ne legitima exceptio tollatur.& est eadem ratio.ĩ.§.pen.& vlt.assignari potest(appellari) ĩ.hoc lib.de appella.Romana. 1.Respon.Nec hoc casu consuetudo prodest.s̃.hoc lib.de consuetu.non putamus.

ADDITIONES PROBI.

a TRACTANDA. Et ratio, quia qui ratione est in principali suspectus, etiam est suspectus in accessorio tangente suā personam: vnde de exceptione excommunicationis infamiæ, & simili oppositione contra iudicem, non cognoscit ipse iudex.not.Bar.in l.quidam consulebat.ff.de re iudica.Secus si oppositio concernat iurisditionem & non personam iudicis, vt.l.si quis.ff.de iudi.& c.ex literis.s̃.de restitu.spo.

b ¶Contra mentem literæ. Ioan.Mona.hic videtur fateri tex.malè formatum, quia negatiua debet præcedere, tamen Archi.hic quem Ioan.And.& Franc.sequuntur dicit quod contra dicit.Ioan.Mona.est tex.hic,& in c. prudentiam.§.adijcimus.& in c.coràm.s̃.hoc.titu.& in c. dilecti.s̃.de emp.& vendi.Et subdit hic Do.quòd regula tradita per Ioan.Moan.hic procedit secundum laicos, secus secundum iuristas,maximè vbi de mente contraria apparet, vt hic quæ est verbis præponenda.

c ¶Nequit.Istud placet Ant.de Butr.in c.cum super col. fi.s̃.eo.dicenti.Et si non propter recusationis causam saltem propter recusationis pendentiam,quòd si contingat eum procedere ante finitum recusationis iudicium, dependebit ex futuro litis euentu, quia si dicatur malè recusatum,valebit processus, si autem benè, non valebit. no.in simili Domi.in c.sequen.col.2.versi.sed pone quòd delegatur.in fi.

d ¶Honorem. Verum dic respectu habitus iurisditionis, sed respectu exercitij est onus. facit quòd dicit Ioan. Mona.in c.quamuis.ĩ.hoc tit.tex.in c.pastoralis.s̃.eo & l. munerum.§.iudicandi.ff.de muner.& hono.

e ¶Plurimorum.Vide quæ dico.in c.super.eo.de hæret. quibus adde Calca.in consi.1.col.3.intellige plurimorū, non stultorum,sed sapientium iuxta illud quod a pluribus quæritur sapientibus facilius inuenitur.20.distin.de quibus.

f ¶Appellari.Ratio differentię quare Episcopus cognoscit de causa recusationis, & non de causa appellationis sui vicarij, videtur secundum Petrum hic in 5.no.quia appellatio concernit iurisditionem, quæ eadem videtur persona vicarij & Episcopi: ideo de vno ad alium non recurritur: recusatio vero coheret personæ, & eam concernit, non iurisditionem, ideo dicitur personalis, quæ personam non exit, vt.l.exceptiones.ff.de excep.Meritò venit dicendum nō transire ad successorem, vt comprobat Domi.in c.sequen.in prin.

¶Et dic coherere personæ, nisi fiat recusatio ratione dignitatis, vt quia erat suffraganeus, vel impetrantis subditus.c.accedens.1.s̃.vt lite non contesta.quia tunc recusatur successor.not.idem Domi.in d.c.sequen.col.2.

Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Iudex ab apo.sede datus quamuis legitimè &c.

S V M M A R I V M.

1 *Licet recusationis causa pendente, iudex de negocio commisso cognitionem*

tionem non habeat, habet tamen poteſtatem terminum præfigendi arbitris, vt in negocio recuſationis procedant.

2 *Citatio habet recuſationem præcedere.*

3 *Fons iuriſditionis eſt in delegante, & exercitum eiuſdem in ſubdelegato.*

4 *Recuſatione legitima infici poteſt iuriſditio delegata.*

5 *Paria non ſunt probatum eſſe & iudicatum ſecundum probata.*

6 *Ante ſententiam eſt confligere, ſed in ſententia eſt conflictum eſſe.*

Sublata iuriſditione, conſenſus partium eam dare iudici non poteſt.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ordinarius alijs committendo, ſibi iuriſdictionem ſemper retinet.*

2 *Recuſatio legitima, an per Principem tolli poſſit.*

3 *Legitima recuſatio quæ dicatur.*

IVDEX. Hic tractatur de iudice, qui, poteſt legitimè recuſari. Et quia legitima recuſationis cauſa poteſt eſſe adhuc nõ propoſita, vel eſſe propoſita, & non probata, vel eſſe probata & ſuper hoc ſententia lata, hos tres caſus hic decidit per ordinem; vbi autem non eſſet probata, tũc iudex vti poſſet ſua iuriſditione. ĵ. de appella. c. cum ſpeciali. §. cauſa.

1 ¶Et licet recuſationis † cauſa pendente, iudex cognitionem de negocio commiſſo non habeat, habet tamen poteſtatem triennium præfigendi arbitris, vt in negocio recuſationis procedant. vt ĵ. hoc lib. de appella. legitima. (reſeruaſſet) Sed nunquid ſemper videtur reſeruare, cũ ſubdelegatus vti non cepit iuriſdictione. vti. ĵ. c. proxi. Dic intelligi hanc ſecundum illam, vt hic, niſi ſubdelegatus in toto, ante propoſitionem recuſationis citaſſet. Nam 2 citatio † recuſationem habet præcedere, vt apparet ex ordine: vt. ĵ. de proba. quoniam & C. de iudic. cum ſpecialis. C. de non nu. pecu. in contractibus. § fi.

¶Sed quæro cur hic ſecus, ꝙ ſ. c. proximo. §. pen. & vlt. Sol. hic loquitur in delegato committente, qui alienam iuriſditionem exequitur, non propriam ff. de offi. eius, cui manda. eſt iuriſdi. l. 1. §. qui mãdatam. Et ideo hoc caſu, cepto negocio coram ſubdelegato, nihil remanet, Cũ 3 fons † iuriſditionis ſit in delegante, & exercitium eiuſ- a dem ſit in ſubdelegato, non ſic [a] in d. §. cum ſemper iuriſdirio penes delegantem remaneant, & ideo quod ſuũ eſt, reuocat, cum vult ff. de iudi. l. iudicium.

¶Sed quæro, delegatus qui poteſt recuſari, commiſit vices ſuas non in totum, coram quo proponetur iſta recuſatio? Et videtur quòd coram ſubdelegato, qui citat & procedit. Sed contra; iam contingeret cognoſcere arbitros de facto delegati, ex conuentione minoris ſecundum formam traditam. ĵ. de appella. cum ſpeciali.

¶Sol. hæc recuſatio habet notificari & proteſtari coram ſubdelegato, & dixi coram eo in litibus, in quibus eſt ſine ſuſpitione procedendum. C. de iudi. apertiſſimi. & quod dictam cauſam eſt paratus recuſans proponere coram delegato, & ad hoc petat ſibi terminum aſſignari, qui ſi denegetur, locus eſt appellationi, cum hæc recuſatio ante citationem proponi nõ valeat, vt d. c. quoniam. Et ſi det terminum ſubdelegatus coram delegato, recuſatio proponatur, vt in 1. Reſpon. huius. c. & procedetur, vt not. ſ. in c. proximo.

¶Sed contra; commiſſio ſubdelegati, vbi in totum cõmiſit, impugnari non poteſt facta ante recuſationẽ propoſitam, quæ tamen poteſt, vbi delegatus aliquid ſibi de iuriſditione reſeruauit, vt hic, ergo impugnabitur commiſſio coram ſubdelegato, quod dicit verum eſſe, vt eſt. 4 ſ. notatum. Nam recuſatione † legitima [b] infici poteſt iub riſditio delegata, & quia nedum eſt in ſubdelegato hoc caſu, ſed in delegato. Et potius in delegato, ne citatus videatur contemnere citantem ſubdelegatum, eſt notificanda recuſatio coram ipſo ſubdelegato, & proſequenda in conuentione arbitrorum coram delegato, ſiue aliter, vt præmiſi (non poteſt) ergo delegatus poteſt re integra, quod non poſſet re non integra. argu. ĵ. de appella. 5 interpoſita. §. ille (probata.) Et ſic non ſunt † paria probatum eſſe, & iudicatum ſecundum probata. in. ĵ. proximo (dummodo) licet ſit notatum contra. C. de adulter. l. quamuis. & ff. de dam. infec. l. damni. §. ſabini.

Et eſt ratio, iuriſdictio delegata poteſt per recuſationem legitimam tolli. vnde antequam ſit pronunciatum, non eſt ſublata, ſed auferri poteſt, ſicut video in peremptoria exceptione, qua probata iudex per ſuum iudica- 6 tum tollit effectum petitionis, vnde ante † ſententiam eſt confligere, ſed in ſententia eſt conflictum eſſe. Inſti. de actio. in prin. Et ideo ſententia lata, iuriſdictio eſt ſublata, adeo vt poſtmodum conſenſu partium eam non c [c] poſſit dare iudici. vt. ĵ. ſequitur & eſt expreſſum. ſ. eo. ſignificantibus.

ADDITIONES PROBI.

1 NON SIC. Adde quòd † ordinarius alijs a committendo, ſibi iuriſditionem ſemper retinet, ſed delegatus nõ. Naturalis enim iuriſdictio ordinarij a lege eſt, ſecus in delegato, quia eſt accidentalis a ſolo voto principis commiſſa.

¶Ex quo habeo quòd minoris efficaciȩ & virtutis ſunt ſunt ea, quæ princeps facit legem condendo, quam viua voce ordinando.

b ¶Legitima, Quæ; an per principem tolli poſſit, Domi. hic in 3. dicit quòd non, cum ſit quædam defenſio, quæ de iure naturali procedit, quam princeps non tollit, nec aufert. Et ideo non poteſt committere, recuſatione remota, niſi intelligas de recuſatione friuola, prout in ſimili dicitur de appellatione.

2 ¶Si autem aufert ſpecialiter aliquam ſuſpitionis cauſam, de qua eſt dubium an ſit legitima in iure, tunc poteſt, quia ad principem ſpectat iuris dubia declarare. c. per venerabilem. ſ. qui filij ſint legi. & illam excludendo videtur declarare cauſam recuſationis fore minimè legitimam. Secus ſi eſt certum, per ea quæ primo loco ſunt dicta, meritò dicit tex. quem reputat ſingul. Areti. conſi. 29. colu. pen. diligenter & maturè conſideratis in c. cum inter. ſ. de excep. quòd ſedes apoſtolica ex certa ſcientia cauſam iudicibus ſuſpectis non committit.

3 ¶Et dicitur † legitima, quando eſt in iure expreſſa, quod ſi nõ reperitur, proceditur de ſimilibus ad ſimilia, vt not. Areti. vbi ſ. col. fi. vtputa quando cauſa eſt probabilis.

¶Non poteſt, Quia eſt functus officio ſuo, vt in ſimili dicit Alex. conſi. 65. col. 6. quoniam omne datum vol. 6.

¶Poſtremo, adde ad thema tex. noſtri quid dicendũ, ſi non obſtante recuſatione facta, ante ſententiam, iudex pronunciauit diffinitiuè, & ab eius ſententia eſt appellatum per recuſantem. An iudex appellationis poſſit dictã ſententiam conformare, ſi ſibi liqueat ex actis ſententiã fuiſſe iuſtam, Et breuiter omiſſa diſputatione, dic quod etiam poſito quod illa ſententia fuiſſet nulla, iudex appellationis vel etiam nullitatis, poteſt dictam ſententiã confirmare ex actis ante recuſationem factis, poſtquàm præceſſerunt acta ſubſtantialia iudicij, & in prima ſententia non fuit expreſſus aliquis error, qui dictam ſentẽtiam redderet ipſo iure nullam. Ita firmant Inno. Ioan. And. & communiter alij in c. 1. ſ. de confir. vlti. vel inut. Bar. & alij in l. ſi expreſſum. ff. de c. & Bart. in l. ſi vt propoſis la 1. C. quo & quando iudex vbi allegat, no. Inno. in c. cum contingat. ſ. de offi. deleg. & Bal. idem in l. 1. in verſi. 4. quæro. vtrũ iudex. C. quando prouoca. vbi Saly. ad hoc ponderauit not. per glo. ibi. Facit quia videmus ꝙ etiam poſſeſſio poteſt mutari de nulla ad aliquam. l. cum nemo. de acquir. poſſeſ. C. Et iſtam opinionem, quæ eſt communis, tenet Ant. de Butr. in c. dilector. ſ. de appel. refert & ſequitur Alex. conſi. 67. viſo themate. vol. 6.

¶Bonifacius Octauus. Cap. VI.

¶Quamuis alicui vices tuas in cauſa tibi &c.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus vices ſuas in totum committens, commiſſionem poteſt reſumere antequàm ſubdelegatus vti iuriſdictione ceperit, vel re integra, ſubdelegato a rebus humanis exempto.*

2 *Iudicare eſt actus honoris, ſed procurare eſt actus oneris & vtilitatis.*

3 *Veri-*

3 *Verisimilius est quòd homo velit a se discutere onera & vilia quàm honores, licet onera adiuncta honoribus recusari non debeant.*
4 *Citius discutitur vnum quàm duo; & difficilius vnum transit, quam duo.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Vt dicatur quis vsus iurisdictione, requiritur citatio.*
2 *Ex illegitima citatione non perpetuatur iurisdictio.*
3 *Generale recipit restrictionem de habilitate, & verba sunt ciuiliter intelligenda.*
4 *Delegatus an teneatur in sua citatione inserere tenorem rescripti sui delegatorij.*

1 QVAMVIS. Delegatus † vices suas in totum committens, cōmissionem pōt resumere antequàm subdelegatus vti iurisdictione ceperit,ª vel re integra subdelegato rebus humanis exempto: cum his casibus iurisdictio efficaciter non transiuerit in subdelegatum [eum]. i. subdelegatum [poteris] cōtra. ꝭ. de procur. c. is qui. Sol. casus est diuersus non aduersus.

2 Sed cur tam varie? Sol. iudicare † est actus honoris, sed ꝓcurare est actus oneris & vtilitatis. C. de dec. l. si quis procuratio. lib. 10.

3 ¶Et est verisimilis † ꝙ homo velit citius a se excutere onera & vilia, q̄ honores, licet onera adiuncta honoribus recusari non debeant. C. de caduc. tol. l. 1. §. pro secundo. & ff. de regu. iur. secundùm naturam.

¶Item etiam delegatus habet onus exercitij, & habet honorem iudicandi a committente. Sed procurator tantum onus, & ideo † citius vnum excutitur, quàm duo, & difficilius vnum transit, quàm duo.

4

ADDITIONES PROBI.

a CEPERIT. qualitercunq; dicit gl. hic, dic tamen ꝙ requiritur citatio, † vt dicatur vsus & cepisse vti iurisdictione, & hæc est communis secūdùm Franc. hic. pro quo est tex. formalis. i. c. fi. de offi. leg. ꝭ. vbi gl. quod procedit in solo decreto, quia non requiritur ꝙ citatio ipsa peruenerit ad notitiam partium secundùm Panor. & Docto. in c. gratum. ꝭ. hoc titu.

1

2 ¶Et dic citationem legitimā, quia ex † illegitima citatione non perpetuatur iurisdictio, cum ex actu non legitimo non firmetur iurisdictio, iuxta regulam, ꝙ ex inordinabiliter habitis non pōt ad ordinabiliter agi. c. qualiter. 1. ꝭ. de accu. pro quo vide Io. And. in c. cum plures. in fi. ꝭ. hoc tit. & ibi Pet. Domi. & Franc & Card. in c. bonæ. 2. nu. 2. de elec. vbi dicit ꝙ citatio legitimè non facta nō valet, & habetur pro non facta, vt ibi comprobat.

Vide Dec. in consi. 463. nu. 5. in causa. quæ nomine cameræ Lap. alleg. 67. col. 2. Alex. in consi. 114. post prin. pōderatis his. vol. 1. & consil. 138. col. 4. opportunè. eod. vol. Rota in antiq. dec. 283. & dec. 273. Pet. de Anch. cōsi. 399. num. 3. intentio dominæ Constantiæ. Alex. consi. 73. col. 3. viso themate & scriptis vol. 2.

Et in hac residet Archi. hic & Guil. quorum opinio firmatur per ea quæ not. Io. Mo. in c. si pro te. in fi. de rescriptis. ꝭ. & quæ tradūt Doct. pręfati, quæ videre licet, & istud vr̄ sentire idem Io. Mo. in c. seq. ibi saltem citando quod licet non dicat legitime, ciuiliter tamen est intelligendū, prout dicit in d. c. si pro te. tum etiam quia † omne etiam gn̄ale recipit restrictionē de habilitate. no. in l. 1. C. de sac. sanc. eccle. & verba ciuiliter debēt intelligi. l. si cui. ff. de seru. Pone exēplū, vt per Archi. in c. seq. in fi. dū dicit ꝙ gradatim appellationes sunt interponēdæ, & ideo si medio ꝑtermisso ad aliū appellet, & ꝓcedat, non vr̄ quod teneat ꝓcessus, q̄uis de hoc nō fuerit exceptū, tamq̄ factus ab eo, qui non est iudex cōpetēs, vnde si quis dicat appllo, nulla facta mētione de eo, ad quē appellat, intelligit appellare ad ꝓximū superiorē, nō ad Papā, licet de iure cōi (non tn̄ Gallicano) ad eū omisso medio possit appellari; qđ nō ꝓcedit, quo ad alios supiores, iurib. vulgatis hoc cōprobat.

3

Pone aliud exemplum, quia qn̄ Papa dispensat cū Episcopo, vel alio prælato, vt non obstante promotione sua, possit priora beneficia retinere, intelligitur dispensasse super beneficijs sibi canonicè collatis. Nam Papa per hāc dispensationē non intendit nouū ius conferre, sed solū conseruare ius quæsitum, quod erat perdendum per nouam promotionem not. in c. si gratiosè. ꝭ. de resc. hoc lib. ꝓ quo vide Aret. cōsi. 7. procedendum. vbi hoc videtur moderari, nisi Papa defectū & inhabilitatem sciret, quia tunc videretur de nouo prouidere, seu tacitè dispensare.

4 Et in proposito, primo loco dictorum dic † ꝙ delegatus tenetur in citatione sua inserere tenorem rescripti sui delegatorij, alias citatio non arctat citatum ad comparēdum, & processus videret̄ reddi nullus. Are. post text. in c. præterea. ꝭ. de dila. & in c. prudentiam. ꝭ. isto tit. cōprobat latè Ias. in cōs. 145. in prin. circa duo. volu. 4. vbi subdit id debere ita fieri, quia iurisdictio delegata procedit ex ꝓductione rescripti. Bald. in l. falsus. C. de fur. tum etiam quia est odiosa. c. cum in iure. & ibi. gl. no. & Doct. ꝭ. hoc tit.

¶Bonifacius Octauus. Cap. VII.

¶Si delegatus quoties eum abesse contigerit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus exercitium iurisdictionis non habet, nisi ea vti cæperit, saltem citando mandatore viuente.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Duplex reperitur absentia, perpetua & temporalis.*
Ad esse hominis duo semel vnita requiruntur.
2 *Parificantur abesse vel adesse, & nolle consentire.*
3 *Delegatus ab inferiore ordinario, potest deputari cum potestate delegandi.*
4 *Subdelegatus a delegato Principis, non potest subdelegari cum potestate subdelegandi.*
Commissarius ad examen testium, potest alteri committere illud.

a SI delegatus. Hæc decretalis ponit tres formas subdelegationis [abesseª]. ff. de verbo. signifi. mulieris §. abest. (illo). s. delegato. Nam sicut † delegatus exercitiū iurisdictionis non habet, nisi ea vti cęperit saltem citando ᵇ mandatore viuente. ꝭ. eo. licet. hic nec subdelegatus habet exercitium iurisdictionis, si vti non ceperit iurisdictione, delegato viuente.

1

b

Et est ratio in vtrisq;, delegatus habet a delegante, & c subdelegatus habet a delegato ᶜ iurisdictionem, & re integra. ergo iurisdictione morte extincta (vt præmisi) non habetur exercitium in delegato vel subdelegato (prolatio committi), quod est ꝭ. nisi. &c. Et antea de hoc fuit dubitatum, vt no. Inno. ꝭ. eo. si pro debilitate (cō mittentis) i. delegati qui commisit, & hoc casu & præcedenti supponitur de vita delegantis, sed his duobus casibus agitur de morte delegati (appellandū.) Super hoc antiquitus multum fuit dubitatum, & multi erāt in sententia contraria, & propter hoc dubium Doctorum fuit hic decisum.

ADDITIONES PROBI.

a ABESSE. Quomodo & quando aliquid dicatur abesse vide hic ꝑ Archi. Io. And. in nouella. Guil. Pet. Domi. & Franc. Et dic addendo tamen ad eos, quòd duplex † reperitur absentia, perpetua & temporalis: perpetua causat̄ morte naturali, quia mortuum esse constat necvbi esse, ergo dicitur absens, quia ad esse hoīs, duo simul vnita requnt̄. s. hō inferior, & exterior, & licet quæ in reb. humanis est, possit adesse, & abesse, tamen mortuus semper abest.

1

Tpalis aūt causat̄ per mortē ciuilē, putà per excōicationē, suspēsionē, bānū, furorē, quia furiosus dr̄ absens, ꝑp defectū cōsensus, prout dr̄, de eo, qui nō vult cōsentire, q̄a ille dr̄ abesse. quia s̄m Fely. in c. qm̄ vero. col. fi. ꝭ. vt lite nō contest. ista æquiparantur † de iure ciuili aliquem abesse, vel ad esse, & nolle consentire. Nam qui monitus

2

a prætore

a prætore non vult consentire, habetur pro latinitate. l. non tamen. §. si non iusta. ff. de fideicom. liber. propriè dicitur tamen abesse qui non est in ciuitate, secundum eundem Fely. s. vbi multa subdit quando quis dicitur præsens vel absens, & quòd in omni casu non potest dari vnica doctrina, quia secundum diuersam materiam vario modo quis dicitur præsens vel absens.

¶Citando. intellige legitimè vt dixi in c. præcedenti.

b ¶A delegato. Et sic non potest receptionem testium
c committere alteri. c. cum cau. de appel. c. super. §. si vero
3 s. hoc tit. Et adeo hoc est verum quòd licet delegatus † ab inferiore ordinario possit deputari cum potestate subdelegandi, glo in c. is cui hoc tit. & lib. quam sequitur Bart. in l. more. ff. de iurisditio. omnium iudi. Panor. in c. cum Bertoldus. col. 6. in fi. s. de re iudi. & in c. cum causam. s. de appella. Et sic subdelegare Bar. in d. l. more. quem ibi. col. 6. comprobat Claudius de Seissel. tamen videtur specia-
4 le in † subdelegato a delegato Principis, quòd non possit subdelegari cum hac potestate, ita videtur tenere glo. in d. c. super in §. por ò. quam Panor. dicit esse singularem & approbat in d. c. cum Bertholdus. refert Areti. consi. 13. col. 8. viso. vbi intelligit prædicta quando subdelegato commissum est solum nudum ministerium, & sine iurisditione alias secus. vt ibi per eum colu. pen. tamen. refert ꝙ ille, cui committitur nudum ministerium receptionis testium, potest illud alteri committere. Hostien. in c. ex literis. s. hoc tit. & Anto. in d. c. cum causam. quod videtur satis durum a praxi hodierna quia videtur electa personæ industria. pro quo vide Claudi. de Seissel. in d l. more. vbi dcit, ꝙ iste punctus est apud eum difficilis. Sed potest dici quod quando committitur a principio nudum ministerium sine iurisdictione, bene censetur electa industria personæ. Sed vbi committitur actus iurisditionalis, licet incidenter expediatur in executione iurisditionis aliquis actus nudi ministerij, tamen quia non venit principaliter & quo ad iurisdictionem non censetur electa industria personæ, non debet etiam censeri electa quo ad accessorium; quod latius ibi comprobat.

Bonifacius Octauus. Cap. VIII.

¶Cum plures sub illa forma vt omnes, aut duo &c.

SVMMARIVM.

1 *Disiuncta aliquando est ordinis aliquando præstationis.*
2 *Occupatio vnius excludit alium.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Aut, est disiuncta simplex, & seu, est disiuncta duplex.*

CVM plures. Hic agitur de potestate clau-
a sulæ in literis apostolicis positæ, vos, a aut
b b duo, seu vnus vestrum, & sic tota conuerti posse sub alternatione, sicut hoc cōtingit in compromissione. ff. de arbi. l. Itē si vnus. §. Idem Pomponius (mandata) Et
1 sic dicta disiuncta † non est ordinis, vt quidam dixerunt, sed præstationis de quibus notatur. s. hoc lib de regu. iur. in alternatiuis. ff. de iur. dot. plerunque in fi. & habetur de præben. mandato (iusta causa) de quibus habetur. s. hoc lib. de procur. quamuis. & c. si duo. §. post occupationem (recusaret) argu. ff. de offi procon l. vna. s. hoc lib. de procur. si duo. 2. respon. (ad omnes.) arg. ff. de seru. rusti. præd.
2 vna est via. C. de duo. reis. l. vlti. Sed contra † occupatio
c c vnius excludit alium, vt s. §. proxi. ergo alter nihil potest agere, quod est verum regulariter. Sed in casibus exceptis secus, & sic loquitur hic, vt iste. §. non intelligatur nisi in exceptione posita. s. §. proxi.

ADDITIONES PROBI.

a VOS, aut duo. Vide Alex. consi. 93. vol. 7.
1 ¶Aut. Quę † est disiuncta simplex. Disiun-
b cta autem seu duplex, & ista importat ampliationē de sui natura, vt l. si quis ita. ff. de auro & argen. lega. ſm Pet. hic in 2. oppo.

¶Occupatio. Vide hic quæ tradunt Doct. de præuētione, quia punctus est quotidianus.

Bonifacius Octauus. Cap. IX.

¶Si super gratia cuiquam ab Apostolica &c.

SVMMARIVM.

1 *Sicut gratia non perit morte concedentis, sic nec executio data executoribus morte perit.*
Rescriptum habens causæ cognitionem perit morte.
2 *Leuius tolluntur iura specialia quàm communia.*
In rescripto iure communi dato nihil datur de nouo, sed de iure impetrantis, vt narratur cognosci & exequi mandatur.
3 *Quilibet in sua prouincia iudicem adire potest.*
4 *Priuilegium ex quo est concessum & acceptatum, statim habet suum effectum; & ex eo agi & excipi potest secundum formam concessionis.*
5 *Facilius impediuntur promouenda, quàm tollantur promota.*

1 SI super, sicut † gratia non perit morte cōcedentis, sic nec eius executio data executoribus morte perit: & huius, ratio duplex subijcitur (potestas) contra, rescriptū habens causæ cognitionem perit morte. s. eo. licet & c. gratum licet procedat via iuris communis, ergo multò magis executio gratiæ: quia
2 sicut leuius † tollūtur iura specialia, quàm communia. a
a Authen. de reb. eccl. nō alie. §. quia vero verisimile. col. 2. ergo facilius tolletur executio gratiæ quam iustitiæ.

¶Sol. in rescripto iure communi dato, nihil datur de nouo, sed de iur impetrātis, vt narratur cognosci & exequi mandatur. sed hic datur & datum exequi mandatur, & iam vt dicit litera, gratia redderetur inutilis, quod non est in contrario vbi potest haberi recursus ad ordinariū. Sed tu dices ita ad Papam, sed non est simile, quia quilibet † in sua prouincia iudicem suum adire potest. Nō sic ita leuiter ad Papam, & hæc est causa quare regulariter appellatio non habet tractari coram Papa. C. de appella. cum post.

Item contra s. eo. c. vlt. §. officium. Sol. vbi priuilegia sunt antiqua, & conseruatio noua, non est verisimile Papam velle conseruationē tenere post obitum concedentis re integra, sicut est vbi hæc sunt coniuncta & simul data, & quasi inutilia redderentur vt prædixi, si separarētur.
4 Et priuilegium, † ex quo est concessum & acceptatum: statim habet suum effectum. s. hoc libro de concessione præbend. ca. quia cunctis: & ex eo agi potest, & excipi, secundum formam concessionis quod non est in hoc casu.

Item contra. inf. hoc lib. de præbend. si cui. in fi. Solu. hic erat gratia facta non facienda. Et ideo ibidem citius executio extinguitur, quia ibi totum erat in faciendo: hic
5 aliquid iam factum, vt gratia: & facilius † impediuntur promouenda, quàm tollantur promota ar. inf. de iureiur. quemadmodum.

ADDITIONES PROBI.

QVAM communia. Vide eundem Ioan. Mona. in capit. priuilegium. infr. de verbo. significatio. & ibi dico ego.

Bonifacius Octauus. Cap. X.

¶Si is cui causa &c.

SI is. Nota hic casus in quibus propter vtilitatē litigātium potest omisso medio, ad delegantem appellari. & inf. eo. c. pen. consimiles casus adducūtur (appellari) nota ius commune immutari propter præiudiciū quod timetur verisimiliter litigantibus imminere. s. hoc libro de re iudic. Abbate circa fi.

Boni-

¶Bonifacius Octauus. Cap. XI.

¶Ab arbitris, qui secundùm formam iuris, &c.

a A B ARBITRIS. Ab arbitris in duobus casibus hic tactis potest ad sedem Apostolicam appellari a (cognoscant.s.eod. suspicionis. & c.si contra.& c.seq.& j.de appella. cum speciali notatur. (literarũ) s. de rel.pastoralis.in princ. & c.cum contingat.(appellandum)]Et est ratio, quia isti funguntur iuris potestate loco delegatorum a quibus erat ad sedem Apostolicam appellandum.arg.C.de iudic.apertissimi. circa fin. Nec hic loquitur de arbitris ex conuentione partiũ sumptis a quibus non appellatur.C.de arbi.l.1.

ADDITIONES PROBI.

a APPELLARI. Hoc comprobant hic Doc. ꝙ licet ab arbitris appellare:quibus adde Barto.in l.fi.C.de iudi.Bald.in l.diem proferre.§.stare.ff.de arbi.& in l.quid ergo.§.ex compromisso.ff.de his,qui nota.infa.& in l.1.de peri.& commo.rei vend.& in l.si dictum.§.si compromisero.ff.de euictio.& in c.Quintauallis.de iureiuran.s.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XII.

¶Is cui ab Apostolica sede committitur certę psonę,&c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando delegatus ab ordinario subdelegat sciente & patiẽte ordinario, videtur delegatio facta de mandato ordinarij, & valent facta per eum.*
2 *Quando necessaria & præsentia vera, non sufficit ficta.*
3 *Commissus ad faciendum declarationem illam per se, non per alium faciat.*

IS CVI. Sopitur hic antiqua dubitatio, quæ tangebatur.s.eo. quoniam.§.penultimo.Et hoc idem vidi decidi in forma pauperum, vt prouisio & personæ examinatio posset subdelegari,a vt hic. 1. respon. Secus in secundò vbi personæ industria b electa videtur,vt d.c.quoniam.(alium j.eo.c.vlt. §.vices.

ADDITIONES PROBI.

a SVBDELEGARI. Vide glos.in ver. iudices.in Cle.vna.de offic.deleg.& Alex. in consil.157.num.11. & seq. viso instrumento.vol.2.Vbi vnum dicit, quod asserit fore Guil.de Cun.in l.1. §.magistrum. ff.de exercito.ꝙ † si delegatus ab ordinario aliquam causam subdelegauit specialiter, sciente & patiente iudice ordinario,ꝙ licet delegatus ab ordinario non posset subdelegare regulariter.l.a iudice.C.de iudic. l.more.cum l.seq.ff.de iurisdi.omn.iudic. tamen cum illa delegatio sit facta sciente & patiente ordinario, videtur facta de mandato suo,meritò valebit,attento quòd delegato potest per delegantem dari potestas subdelegandi, vt concludunt magis communiter Doct.in d.l.a iudice. & in d.l.more.& glo.magna hic.istud comprobatur in simili per ea,quæ tradit Inno.in c.ex parte decani.s.de rescrip.vbi voluit,quod si dominus scit causam suam agi a falso procuratore,videtur ei consentire & mandare.ar.l. sæpe.ff.de re iudic.cum alijs iuribus & auctoritatibus ibi per Alex.alegatis.

b Industria.Iste text.facit ad decisionem quæstionis. Pone, statuto cauetur quod mulier non possit contrahere sine cõsensu duorum propinquorũ,modo accidit, quod vult contrahere,& requirit duos propinquos,dico proximiores,qui verisimiliter sunt in rebus diligentiores, qui dicunt non posse interesse præsentialiter. Et ideo ipsi cõstituunt procuratorem ad actum, qui cõsentit an valeat talis consensus:breuiter dic ꝙ non;ita determinat in terminis.Bald.in l.1.in fi. quem alij in hoc communiter sequuntur.C qui admi.ad bo.po.quia requiritur† præsentia vera,non ficta.alleg.l.2.C.de his, qui veniam ætat.impet. text. est singularis in l.minorum. C.de prad.minor.facit text.in c.fin isto titu hoc lib. quia videtur electa industria personæ. Et decis.Bald.placet Alex consi.189. in prin.viso statuto.vol.7.iuuat quod not.Dec.in consl.492.in prin. 3 testator vxori,vbi dicit ꝙ si quis† est commissus ad faciẽdum aliquam declarationem, debet illam facere per se, & non per alium, quia videtur electa personæ industria. Allegat text.nostrum.& c.si cui nulla de præbẽd.hoc lib. & l.inter artifices.ff.de solu.& c.fi.s.hoc tit. Vide quæ diximus.s.hoc tit.in c.si delegatus.& in tract.de manda.Aposto.expediendo signaturam tertiam,quæ fit per Cardinalem in præsentia Papæ.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIII.

¶Statuimus vt is per quem ab Apostolica sede &c.

SVMMARIVM.

1 *Si non possum exequi quod mandantur, vicinum, seu æquipollens mandato possum exequi.*
2 *Quod non potest fieri vt mandatur, fieri debet vt iuris est.*

STATVIMVS. Mandatum certo loco faciendum, ex causa rationabili, alio loco expleri potest (securum.)

1 Et sic nota,si † non possum exequi quod mandatur,vicinum,seu æquipollens mandato possum exequi.argu. ff. manda.l.vlti.§.fi.ff.iudi.solui.iam tamen.§. quod tamen.
2 Idem quod † non potest fieri vt mandatur, fieri debet vt iuris est,vt hic,& ff.de conditio.& substitu.l.quidem in testamento.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIIII.

¶Si a subdelegato, cui delegatus non in totum &c.

SI A SVBDELEGATO.Hic tãguntur casus plures,in quibus omisso medio contra tenorem.§.porrò.s. eod.c.super quæstionum. potest ad delegantem appellari.s.eod.si is (negetur) vt quia est excommunicatus delegatus.s.hoc lib.de resc.j.seu alias non capax iurisdictionis, tunc enim ad delegantem appellabitur. Et est ratio horum, ne iste appellans sibipsi cõtrarius videatur,vt hic & C.de fur.l.j.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XV.

¶Hac constitutione perpetuo valitura sancimus,&c.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem habere non valeo, cui imperare possum, seu subditum meum.*
2 *In notorijs est necessaria in ius vocatio.*
3 *Metus penę, facit obseruari præcepta.*
4 *Beneficium datur propter officium.*

HAC constitutione. Hac decretali multa Doctorum dubia hic determinantur.Et tota hæc decretalis loquitur in conseruatoribus,de quibus est dictum.s.eo.statuimus.& ex 1.Respon.apparet qui possunt esse cõseruatores,qui ita largè nõ dãtur vt iudices causæ cognitionem habentes.s.hoc lib.de res.statutum. §.1. (conseruator) vt ego tibi,& tu mihi. nec est hic reciprocatio vt dicebat decre. Alex.IIII.sed potius retransitio (consistit.)

1 Et est ratio,quia iudicem † habere non valeo cui imperare possum, seu subditum meum.j.vt lite non contesta.accedens.1. & 2. respon.licet hoc fallat in Regibus & Reginis, vt hic (trahere.)

Sed qualiter trahent. dic in casibus in quibus habent cognitionem, vt not.s.eod. statuimus. & j.eod. §.circa.

2 Item etiam in notorijs † est necessaria in ius vocatio.j.de diuor.porrò.& 2.q.5.manifesta (expresè.)s.eo.1.Respon. simile.

simile.s.hoc lib.de ref statutum.§.in nullo. (pęnæ.) Nam
3 † metus pęnæ facit obseruari præcepta,iuxta illud Horatij. Oderunt peccare mali formidine pęnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore.(eo ipso).i.ipso iure no.s.hoc li. de elect.quàm sit in fi.(ab officio.)

¶Et sic per consequens a beneficio: cum beneficium
4 † detur propter [a] officium s.hoc lib.de ref.c.vlt.& j.de appel. pastoralis. in fi. Et cessante causa cessat effectus.j.de appel.cum cessante (excommunicationis)

¶Sed quis poterit ab hac excommunicatione absoluere? Dico, proprius Episcopus.j de senten.excommu.nuper.in fi. nisi Papa absolutionẽ sibi specialiter reseruasset. j.hoc lib.de censi.ex quacunq;.in fi.[de expensis.]quæ debent dari ab excommunicato antequàm absoluatur.j.de iudi.c.1.& j.hoc lib. de senten. excommu.ceterum.§.secus.& ibi no.[expirare) contra.s.eo.si super.dic vt ibi (decreuit,)s.hoc lib.de ref.statutũ.§.insuper.& §.sequ.& seq. (inane,)vt d.c.statutum.in fi.

ADDITIONES PROBI.

a PROPTER officium. Præpo. in c. nulli dubium.col.pen.12.q.5.dicit quòd ratione huius,clerici non adimplentes officia sua,nec per se, nec per alios, sed qui ocio vacant,aut voluptatibus,vel lasciuiam vitam ducunt,nihil iuris habẽt in rebus Ecclesiæ,imo ipsas percipiendo spoliant ecclesias, & tenentur ad restitutionem omnium perceptorum.Istud latius prosequitur idem Prępo.in c.1.44.dist.col.1.dicens quòd bona sunt oblata ecclesijs a fidelibus ob causam, videlicet vt oretur pro eis,& vt inde pauperes alantur. Qui ergo hoc non facit & fructus recipit, infidelis est necator, nisi aliqua iusta causa sit impeditus c.qui oblationes.& c. seq.13 q.2. Item committit furtum, quia subtrahit amico quod obtulit, scilicet Christo, cui seruitium suum obtulit, & cuius pauperibus bona debentur. committit etiam sacrilegium, quia defraudat totam ecclesiam, cui deberet prodesse in orationibus. Et hæc adde ad ea, quæ dixi contra sententiam Alciati.in c.Nemo.s.de elect.

¶De officio legati. Rub.

¶Delegatus est potior legato, in re specialiter sibi cõmissa s.eod.studuisti, & ob hoc hic titulus sequitur præcedentem.

¶Innocentius Quartus. Cap.I.

¶Officij nostri debitũ remedijs inuigilat subditorũ &c.

SVMMARIVM.

1 *Papa est constitutus in totam solicitudinem.*
2 *Scandalum est semper vitandum,dummodo Deus qui est via,vita,& veritas non offendatur.*
Imperator voluntarios labores appetit,vt subditis quies paretur.
3 *Legatorum quidam sunt ratione ecclesiarum suarum, quidam a sede Apostolica missi dupliciter.*
4 *Legatus de latere absoluit excommunicatos, propter violentam manuum inectionem.*
5 *Proconsul iurisdictionem contentiosam antequàm ingressus sit prouinciam sibi decretam,regulariter exercere nequit,sic nec legatus.*
6 *Legatio est dignitas,cuius ratione ipse legatus præest omnibus de prouincia sibi commissa.*
7 *Tenor priuilegij est strictè obseruandus.*
8 *Honori maiori authoritas maior debetur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Vt vitetur maius scandalum, Papa & Princeps tolerant in ciuitatibus meretrices.*
Propter bonum quod ex aliquo male gesto sequitur, ipsum malum toleratur.
2 *Qui veritatem sequitur, Deum sequitur.*
3 *Potius debet tolerari scandalum,quàm veritas relinquatur.*
Veritas nihil aliud est,quàm adæquatio rei ad intellectum.
4 *Veritas sæpius examinata,magis splendescit in lucem.*
Ille cui de veritate committitur,debet sequi legem fori non legẽ poli.
5 *Collationes debent dependere a mera collatoris liberalitate.*
Resignatio facta medio procuratorij, in quo est descripta clausula, in fauorem, an valeat.
6 *Romanus Pontifex se habet erga ordinarios in Ecclesijs,quemadmodum Sol in planetis.*
7 *Præludium facultatis legati de latere hic describitur.*
8 *Legatus de latere,an possit conferre beneficia vel sedem Apostolicam deuoluta.*
9 *Quod originaliter non potest legatus,nec iure deuoluto.*
10 *Legatus de latere an conferat beneficia vacantia,in curia vel apud sedem.*
11 *Beneficia quæ dicuntur vacare in curia.*
12 *An legatus conferat beneficia vacantia in sua prouincia quorum collatio spectat ad prælatum alterius prouinciæ.*
13 *Legatus in sua prouincia censetur ordinarius.*
14 *Collatio Episcopi facta spreto patrono, est irrita non idem dicas de collatione legati.*
15 *Legatus ad iuris obseruantiam tenetur.*
16 *Facilius derogari potest iuri speciali quàm communi.*
17 *Dispensatio non est temporalis,nec localis, nec coarctata tempore, vbique & omni tempore suum habet vigorem.*
18 *Decretum a quo debet interponi.*

OFFICII nostri. Hæc decretalis tria dicit. Primò proęmium ad dicenda ponit. Secundò,versi.proinde, statuit. Tertiò versi.nisi, duos casus a dicto statuto excipit(debitum)
1 quod est generale,cum Papa sit constitutus in totam solicitudinem.2.q.6.decreto: vnde potestatem habet super omnes (etiam Reges & Principes) supra de iudi.nouit.j.qui filij sint legiti. per venerabilem. 23.q.5. administratores.s.hoc lib.de suppl negli. præla. grandi.j.
a de fo.compe.ex tenore (scandalum[a]) quod † semper est
2 vitandum:dummodo Deus qui est via, veritas, [b] & vita, nõ offendatur.s.de renun.nisi cum pridem.§.pro graui.j. de præscrip.nihil (s.hoc lib.in prin.j.hoc lib.de resti.spol. c.frequens.Et Imperator voluntarios labores appetit, vt subditis quies paretur,Auth.vt diuinæ iussio.col.8.& Authen.vt iudi.sine quoquo suffra.in prin.col.2.(legati) not.
3 legatorum † quidam sunt ratione ecclesiarum suarũ, vt Eboracen.& Cantuaricen.s.eo.c.1.j.de appell.c.1.& hos vocat Hosti.natos,quia nascuntur dum prælati Ecclesijs prædictis præficiuntur. Et quidam sunt a sede apostolica missi,& hi dicuntur dati,& quidam a sede Apostolica missi,sed de latere,& isti appellãtur legati a latere,vt sunt Cardinales,& hi dicuntur de latere Principis deriuati,seu collaterales.ꝙq; isti alijs habent ampliorem potestatem
c tam in collatione [c] beneficiorum,& reseruatione eorundem,q̃ in absolutione excommunicatorum propter violentam manuum iniectionem,vt hic & j.eo.præsenti.& s.eo.volentes.& c.excommunicatis.& c.quod translationem.& j.de sent.excommunica.ad eminentiam. Et Cardinales legati dicuntur de latere missi,quia assistunt Principi & lateri eius,in consilijs dandis.s.de elect. in Genesi.
d in fi.& c.Ecclesia.2.in fi.Et sunt [d] pars corporis Principis, vt patricij Imperatoris.6.q.1.§.verum.& l.si quis.cum militibus.C.ad leg.Iul.maie.l.quisquis. Insti.quibus mod.ius pa.po.solui.§.filiusfami.

Et ob hoc dicit Bernardus ad Eugenium Papã loquẽs de Cardinalibus,non dico te sanum dolentem latera.
4 Sed quęro, legatus de latere q̃ citò † exit vrbem, põt absoluere excõicatos pp violentam manuũ iniectionẽ. vt d.iuribus.& ar.ff.de offi.pcon.& lega.l.1.& 2.& existẽs extra occurrit sibi talis excõicatus, læsus statim dat sibi libellum, petens sibi satisfieri pecuniariter sicut põt.j.de senten.excõica.parrochianos,& c.ea noscitur, primò rñ. 17.q.4.si quis deinceps:nunquid põt,dicit Hosti. ꝙ legatus hoc non potest diffinire,sed hæc habet ordinario excõicati cõmittere,vt vice legati excõicatum absoluat iuxta formam Ecclesiæ. Dicit etiam,ꝙ ipsum põt absoluere,si periculũ est in mora.ar.j.de senten.excõica.sacro.§. 1.& tunc mandabit ꝙ nisi satisfaciat in eandem sentẽtiã
e reducatur, [e] & de hoc not j hoc lib de sent.excõic.eos iudic legatum istum posse absoluere.s.eo.quod translatio-
5 nẽ,quia licet proconsul † iurisditionẽ cõtẽtiosam anteq̃ ingressus sit ꝓuinciam sibi decretã, regulariter exercere nequeat.ff.de offic. proconsul.l.4. ad fin. Sic nec legatus

regulariter.Sed hoc fallit hoc caſu,in quo eius territoriũ habetur,ſeu verius poteſtas,q̃ cito exit vrbem,vt dictis iuribus ob fauorem liberationis animę,&;ob auctoritatem miſſi,qui eſt de latere illius, cuius territoriũ ſiue poteſtas eſt vbiquè. Nec obſtat quod no.s̃.eo.nouit.Nam abſoluore eſt iuriſditionis contentioſè,quæ exerceri nõ poteſt niſi iudice ſedente pro tribunali, quod non eſt niſi in territorio ſibi commiſſo.Sed hoc caſu eſt legati territorium ſeu verius poteſtas fauorabilis, vt præmiſi, quæ prorogatur ad alia per indirectum.arg.C.de iudi.l.quotiens (plenam) hoc tamen ad omnia ſe extendit, cum plura excipiantur,vt no.d.c.quod tranſlationem (miſſi.) Non Cardinales (eccleſiarum) ſicut Cantuarien.& Eboracen.Archiepiſcopi (dignitatem.) Nota ꝙ legatio † eſt dignitas,
6 f cuius ratione ipſe legatus præeſt omnibus de prouincia ſibi commiſſa.ff.de offi.procon. ſi in aliam.§ fi.& l.ſeq.& ſeq.& inde eſt officium,& vicarios epiſcoporũ dari poſſe iudices, vt no.s̃.hoc lib.de reſ.ſtatutum.§.1.(munere generali) poteſt tñ hoc habere ex ſpeciali conceſſione.vt.j̃.ſequitur (beneficia) etiam vacantia.s̃.hoc lib.de offi.vica.c.vlti.(Poteſtatem.) Contra.s̃ hoc lib.de elec.Is cui.& s̃.hoc lib.de ſuppl.negl.pręla.c.vlti.Sol.Eſt diuerſus caſus.non aduerſus.& ſpecialius ibi datur adminiſtratio q̃ hic ((ſpecialiter) id eſt ſpeciali priuilegio;quo ad conſequentiam trahendum non eſt.7.q.1.petiſti.j̃.hoc lib.de regu.iur.quod alicui.Et hoc caſu iſte, cui prouidetur per iſtam ſpecialem conceſſionem non habet ius ex iuribus legationis,ſed delegationis.j̃ hoc lib.de præb.hi qui,in fi.(indulgendum.)
7 Non extendendum,cum tenor† priuilegij ſit ſtrictè obſeruandus.j̃.de priuileg.porrò.& c.cũ capella & j̃.hoc lib.de præb.quamuis,primo,ſicut a iure exorbitantia.s̃.hoc lib.de fil.presby.c.1.in fi.(quod tamen) ſcilicet quòd non poſſint conferri beneficia per legatos (fratribus noſtris) Cardinalibus (nolumus) ſed contrarium, ſcilicet quòd beneficia vacantia conferre poſſint.
8 Et ratio ſtatim ſubijcitur. Nam † honori maiori auctoritas maior debetur.

ADDITIONES PROBI.

1 a SCANDALVM. Propter quod † vitandum maius, Papa & alij Principes tolerant in ciuitatibus meretrices,iuxta dictum gl.c.inter opera.s̃.de ſponſ.not.Iaſ.in l.1.nu.57.in 1.lect.C.de ſum.Trini.& fi.Catholi. Alex.in conſi.107.Nũ.12.pro inueſtigatione.vol.2.vbi adducit illud vulgare,quòd propter bonum,quod ex aliquo malè geſto ſequitur, ipſum malum toleratur,vt patet.13.diſt.c.nerui.

2 ¶Veritas. Hinc dicitur † Qui veritatem ſequitur,Deũ ſequitur.faciunt pro hoc in arg.no.c.quiſquis.11.q.3.

¶Item potius debet quis quodlibet ſcandalum tolerare, quàm quòd veritas relinquatur.c.3.s̃.de reg.iur.facit dictum Philoſo.quòd etiam ambobus exiſtentibus ſuperioribus,vt de communibus amicis legitur, ſanctum eſt præhonorare veritatem.

¶Item melius eſt pati ſupplicum q̃ pro adulatione beneficium.præmiſſa firmat Deci.conſi.368.in fi.in cauſa matrimoniali, vbi dicit hæc, videlicet
3 † quòd potius ſcandalum debet tolerari,q̃ veritas relinquatur,procedere in iudice.vel teſte.Inno.in c.officij, & ibi Panor.de pęni.& remiſſio.Et ideo fiat ius,& pereat mundus.

Et dic ꝙ veritas,nihil aliud eſt q̃ adequatio rei ad intellectum ſecundùm Philo.quia manent immutata, quæ ſunt, quæ fuerunt, & futura ſunt, quæ in lucem deducta ſemper viuant.

Eſt enim virtus,qua quis timore omni vel fraude ſepoſita cũ quadam ſpecie libertatis, quæ rectè ſentit,effatur,
4 quæ † ſepius examinata magis ſplendeſcit in lucem.glo.in c.cum Io.heremita.in ver.poſtquàm.s̃.de fide inſtru.Calca.in conſi.2.in prin.Et eſt notitia rectę rei,maximè ꝑ viſum,& ille cui de veritate cõmittitur, debet ſequi legẽ fori,non legẽ poli.Bal.in l.iuſtitia.ff.de iuſtiti.& iur.tradit Alex.in conſi.56.in prin.in præſenti conſultatione.vol.4.

c In collatione beneficiorum, Id verum dic dummodo beneficia non vacent per reſignationem, cum clauſula, in fauorem tamen &c.quia ſi legatus admittat & cõferat, collatio tanq̃ ſymoniaca erit nulla,tenent Doct.poſt gl. & tex.in c.ex parte.el 1.de off.deleg.s̃.gl.in verbo,illicitè, in c.cum pridem de pac.gl.in c.ſaluatur.j.q.3. Panor.in c.cum vniuerſorum de rerum permuta.Innocen.c.tua nos in fi.de ſymo.

5 ¶Et ratio ſuadet,quia † collationes debent dependere a mera collatoris liberalitate.gl.poſt tex. in c.relatum depræhend.s̃.not.in c.cum olim s̃.de maior. & obedi.Et licet teneatur conferre, tamen non plus aſtringitur vni, quàm alteri conferre:& in hoc eſt liberalitas.not.glo.in d.c.relatum.

¶Sit igitur pura,& ſimplex ipſa reſignatio,vt eius natura expoſtulat.gl.in l.illa autem inſtitutio ff. de hæred. inſtitu.Doc in c.pactiones.s̃.de pac. ne detur occaſio eligẽdi ſucceſſorem in beneficialibus.gl.in c.Apoſtolica.8.q.j.quia ſi daretur,eſſet deferri carni & ſanguini per auunculos,qui dicuntur cęci erga nepotes.notat glo.fi.in c.antepe.1.q.3.& ſic illaquearentur animæ reſignantium. dicit Archi.in c.non liceat.12.q.2.vbi ait Papam mortaliter peccare, ſi vult res eccleſiaſticas cõſumere in turpes vſus, vel dare conſanguineis, vt eos diuites præ alijs faciat, vel vt ipſi inde conſtruant palatia.

¶Sed pone,contingit quòd legatus de latere talem reſignationem in fauorem admiſit, & alicui idoneo & benemerito beneficium cõtulit,an talis ſit tutus, ſaltem in foro animę?Breuiter videtur quòd ſic,moueor ſic,verba debent operari & potius impropriari,quàm pereant. dixi & latè in c.ſi ſententia.de ſent.excòmunic.hoc lib.poſt Io.Mo.ibi. & ſic illa verba in fauorem debent intelligi in fauorem benemeritorum:& iſtud tacitè ineſt.Igitur ſi dicitur,talis renunciat beneficio, dũ tamen cõferatur Philippo Probo:& non aliter,nec alias, intelligitur ſi Philippus Probus ſit benemeritus, & alias ad beneficium idoneus & capax,alias ſecus:quia ſi non reperiatur idoneus, nihilominus poterit admitti reſignatio pure & ſimpliciter, perinde ac ſi nihil dictum fuiſſet de Philippo Probo, & alteri conferri: Et illa videtur mens reſignantis, alias præſumeretur pro delicto quod dicere non cònuenit viro.l.meritò.ff.pro ſoc.cum ſimil.

¶Facit quia licet obligatio renũciatoria ſit potens ad inducendum ſymoniã.c.ſunt nonnulli.prima.q.1.tamen ſi res donetur non principaliter propter obſequium, ſed propter benemeritum, per hoc non committitur ſymonia,& valet promotio.text.in c.cum eſſent de ſymo.s̃.in c.tua de æta.& quali.glo.in d.c.ſunt nonnulli. Ange.in l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæred. Pro hac opinione habeo deciſionem formalem.Archi.in ca.2.1.q.2.vbi dicit non ſufficit voluntas ad introducendum peccatũ renunciandi beneficio ad opus alterius etiam ſi progrediatur ad actum renunciãdi: niſi progrediatur ad actum paciſcendi, quia non eſt peccatum alicui,ſi renunciet beneficio ad opus alterius, dum tamen idoneus ſit, & pactum non intercedat.

Et per hoc habes hãc opinionem ſatis comprobatam, etiam vt obtineat vires in foro contradictorio, prout & in foro animæ: nõ enim videtur procurator virtute procuratorij hac clauſula,in fauorem,&c. muniti renunciãdo beneficio pure & ſimpliciter à finibus mandati receſſiſſe: quia conditio tacitè inerat,vt renunciaret in fauorẽ Philippi Probi, ſi idoneus foret,alioquin in fauorem alterius capacis principalis. intentio reſignãtis fuit reſignare,quæ attẽditur & in fauorem idonei. Ergo in omnibus eſt ſatisfactum:& in nullo receſſum.

Conditio equidem,quæ tacitè ineſt,etiam in ſpiritualibus de nihilo operatur, maximè vt modum afferat,quæ actum vitiet.Notant ſcribentes poſt tex.in l.2.de leg.1.

Quia ſi cupis reſpõdere ad ea quæ primo dicta ſunt loco,videlicet ne detur occaſio ſuccedendi in eccleſia Dei. Dic quòd is in cuius fauorem eſt renunciatum, ius ſuum à reſignante non capit: ſed mediante noua collatione eidem per ſuperiorem facta. Dixi etiã remiſſiuè poſt Io.Mo.in c.fi.vt lite penden.hoc lib.Notat idem Io.Mo.in c.ſi tibi abſenti.de præben.inf.Etiam non obſtat tex.in d.ca.ex parte,el 1.de offi.deleg.quia fatendum videtur omnino,id eſt ſine pactione, vel tractatu præcedente, quæ ſi accedant,reſignatio & illius admiſſio ac collatio ſunt ipſo iure nullæ. Non tamen, ſi non ſubſequantur per hanc clauſulam, in fauorem tamen &c. cum beneplacito &c. inducitur ſymonia: ita intelligas quæ ipſo primo dicta

ſunt

sunt loco. Et quod est maius, non videtur absurdum ꝙ si qua pactio secreta præcesserit, ꝙ auctoritas legati debet purgare omne vitium, quia missus est in prouinciam instar Hieremiæ Prophetæ, vt euellat, extirpet, plantet, & ædificet, vt in c. sequen. Hæc enim symonia vera non est, nec naturalis, quia pretium nō est datū, vt in lege veteri.

d ¶Et sunt pars. Vide quæ latè dixi in c. super eo. de hæreti. ỹ.

e ¶Reducatur. Vide quæ in proposito dixi in c. venerabilibus. ỹ. de senten. excommunica.

f ¶Præest omnibus. Tex. in c. mandata. de præsump. ratio

6 videtur, Quia sic † Romanus Pontifex se habet erga ordinarios in ecclesijs, quemadmodum sol in planetis. Bal. in c. bonæ memoriæ, el 2. s̄. de postul. prælat. Ita venit dicendum in legato subrogato in locum Pontificis, per regulam. l. si eum. §. qui iniuriatū. ff. si quis cautio. & hoc nedum in beneficijs, sed in omni iurisditione & honore. c. volentes. s̄. hoc tit. pro hoc vide glo. in c. qua de causa. 2. q. 5. quæ dicit ꝙ honor exhibendus est legato sicut Papę.

¶Præterea Tractaturus hic aliqua materiam rubri concernentia. Primò inserā præludium facultatis, siue, potestatis vicarij Papæ & legati de latere, apponi assuetam. Deinde subijcientur quæstiones perutiles, ideo adsit præludium verbis sequentibus contextum.

7 ¶Licet † potestatis plenitudo desuper nobis commissa sit, & vniuersi gregis dominici diuina disponente clementia curam habeamus. Fines tamē humanæ possibilitatis excedere non valentes, & cōsiderantes, ꝙ singula per nos ipsos Apostolicæ seruitutis debitū absoluere non possumus. Nonnunquàm fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales viros ex pluribus electos, scientia & virtute præditos, in quibus timor dñi sanctus permanet, in solicitudinis partem assumimus, quibus vires nostras supplentibus, & eorum cooperatione laudabili, nostri oneris grauitatem alleuiantibus, ministerium nobis commissum fauente gratia diuina facilius & efficacius exequimur, & quàmuis ad cunctorū Christi fidelium prouincias, ciuitates, terras, castra, & loca intentæ mentis nostræ extendamus, prouincias tamen ciuitates, terras, loca, & castra tam spiritualiter q̄ temporaliter nobis & ecclesiæ Romanæ subiecta ciuesquè & incolas eorundem tanquàm peculiares filios, & deuotos, præcipua diligentia & solerti cura intuemur, ac eorum felici regimine pacifico & tranquillo statui desideramus speciali prouidere. Attendentes itaq; ꝙ tu in magnis expertus, & arduis comprobatus eximia fęlicitate, probitate, consilio, integritate vitæ, ac bonorum actuum institutione, alijsquè virtutū donis, quibus illarum largitor te dominus insigniuit, plurimum vales, ac opere quidē potens es & sermone, & in quibus affectibus geritur, prout indubitanter tenemus, & fluctuantiū turbines sedare, iustitiæ terminos colere, humiliare superbos, & rebelles ac inobedientes compescere scies, & poteris errantes reducere ad viam veritatis, & quod nos absentes, repugnante natura, non possumus assistere, tibi diuina gratia diligenter prudenterquè & fideliter exequeris &c.

8 Nunc † quæro an legatus de latere possit ex generali potestate a iure sibi data conferre beneficia, quæ tanto tempore vacauerint, ꝙ eorum collatio secundū statuta Lateranen. concilij est ad sedem apostolicam deuoluta.

Et breuiter dico ꝙ sic, pro quo c. venerabilis. s̄. de præben. vbi Panormita. citat fore textum ibi expressum, cum non cauillando. tenet Bald. in l. aliquando. ff. de offi. pcōsul. gl. in Cle. si de beneficio, de præbend. in ver. siue ad nos, & ibi Scriben. Collec. in c. 1. s̄. eod. Archi. in c. deliberatione. isto tit. col. 2. Brunel. in loco statum allegando conclu. 21.

Idem dic de reseruatis sedi Apostolicę & affectis ratione letigij. iuxta c. 2. ỹ. vt lite pend. d. glo. siue ad nos, firmat deci. Tholo. 434.

Quod intellige de deuolutis in sua prouincia, secus si extra eam, quia de his & alijs nullatenus se intromittit.

9 no. Brunel. in trac. de po. lega. conclu. 26. durum † quippè esset quod iure deuoluto conferret quod originaliter facere non posset. Testatur idem Brunel. vbi s̄. conclu. 19. colu. 3. Vide glo. in ver. relegatorum, in §. Item circa. de colla. in pragma. sanctio. ista quippè est communis.

¶Vnum tamen video apud curiales, quod hanc habeant pro titubanti opinione cum viderim in facultatibus legati Auinionen. istud specialiter dari & exprimi sub his verbis. Etiam si tanto tempore vacauerint, quod eorum collatio iuxta Lateranen. statuta concilij ad sedē Apostolicam legitimè est deuoluta, istud sentit hic Ioan. Andr. in fi. & post eum Fran.

10 ¶Sed quid sentiendum † de beneficijs vacantibus in curia, vel apud sedem, quæ idem sunt, dic conferre non posse, etiam si cautum reperiatur in facultate quod possit conferre beneficia vacantia & vacatura qualitercunquè & vbicunquè & qualiacunquè, etiam de quo oporteret facere mentionem specialem & expressam, quia nihil est, nisi expresse dicatur, ꝙ conferre possit beneficia vacantia in curia. testis est Fran. in c. licet ecclesiarū, in prin. de præben. hoc lib. Tholo. decis. 434. & ibi Auffre. vide in arg. quæ citat Alex. in consi. 106. col. 2. perspectis volu. 2. & rotam in no. deci. 119. legatus vel nuncius.

11 ¶Quæ autem † dicantur vacare in curia, & quomodo, vide extrauagan. ex debito. de elec. & Domi. in d. c. licet rotam in antiq. deci. 293 glo. in Cle. 1. in ver. collato. & ibi scribentes, vt lite. penden. Brunel. d. conclu. 21. dixi latissimè in d. c. licet.

Et ideo multò minus poterit spectantia ad ordinariā collationem Papæ, putà quæ ex fundatione ecclesiæ vel alias alium non habent collatorem ordinarium, vt plura dicuntur fore in vrbe & plerisquè orbis partibus.

Idem dicito de vacantibus per constitutionem, execrabilis, vel de generaliter aut specialiter reseruatis, ita concludit Rota in antiq. deci. 460. & d. deci. 119. legatus, quod non admittas in Gallia prout dico latius in c. præsenti. ỹ. isto titu.

12 Sed pone † legatus de latere contulit beneficia in sua prouincia vacantia, & in ea consistentia, quorum collatio ordinaria solet exerceri per prælatum non suæ prouinciæ: quæritur an collationes viribus subsistant; istud quæsitum non minus arduum dicitur quàm quotidianū, videturquè dependere ab alio quæsito, videlicet an legatus de latere sufficienti facultate munitus ad dispensandum in genere cum quibuscunque sub sua legatione cōstitutis aut non constitutis (familiaribus tamen, & suis continuis commensalibus) ad duo aut tria incompatibilia secularia, vel quorumuis ordinum regularia beneficia ecclesiastica, possit mecum dispensare, ita vt vigore huiusmodi dispensationis valeam assequi, & canonicè obtinere beneficia extra ipsam prouinciam constituta.

Quo ad primum dico prouisionem ciuilem & canonicam, moueor sequentibus. Primò ratione rei sitæ in alterius territorio sortitur quis subiectionem sub eo, qui pręsidet territorio, cuius res est. tex. est & ibi gl. & in c. fi. s̄. de fo. comp. & l. fi. C. vbi in rem actio, cum multis similibus.

Item & qua ratione legatus de latere conferre potest, beneficia, quorum præsentatio spectat ad clericos suę legationi subditos, sic præiudicare clericis in præsentatione & habenti instituere in institutione. c. cum dilectus. s̄. de iur. patro. & c. dilectus. s̄. hoc tit. Ea etiam ratione, imo multò maiori potest legatus conferre beneficia vacantia in sua prouincia existentia, licet collatio ad prælatos alterius non suæ prouinciæ spectet, in ea enim prouincia

13 legatus de latare censetur † ordinarius, vt in c sequen. ibi, ordinarios reputantes, concurrit cum ordinario in sua prouincia qualiscunquè sit ipse ordinarius, siue sit abbas siue sit episcopus, Archiepiscopus, vel Patriarcha, dixi. in c. fi. in versi. tertium quæsitum. s̄. de constitu. vnde potest exercere ea, quæ per istos exercentur ratione ordinariæ potestatis, & conferre beneficia ad eos spectantia. Panor. in c. 1. in 3. no. s̄. isto tit. & in c. fi. s̄. de confirma. vtil. & inutil. nu. 5. Zachar. in addi. ad eum dixit hoc putare verum de legato de latere, per ea quæ not. Barto. in l. fi. ff. de offi. procon. & lega. maiusquè ius habet in collatione beneficiorū ipse legatus, quàm episcopus: quod ostendo ocu-

14 lariter, nam † collatio episcopi facta patrono est irrita. tex. est in c. decernimus. 16. q. 7. Panor. in c. illud. nu. 2. s̄. de iurepat. & in c. cum Bertholdus & post eum Fely. c. 3. s̄. de re iudi. Guido Papa deci. 374.

Poterit tamen ratificari per patronum secūdum Scriben. quæ ratificatio valebit ex nunc, non ex tunc. Inno. & Panor. in c. cura pastoralis. s̄. de iure patro. pro quo. l. per

fundum.ff.de serui.rusti.prædio.Istud tenet Brunellus in trac.de po.lega.conclu.24.col.11.quem copiosè videas in limitationibus.Et Deci.consi.367.nu.4.

¶Alex.cōsi.78.vol.5.intentum firmat ꝙ actus valeat ex nunc.Deci.d.consi.367.nu.4.viso puncto.quod prosequere vt per Alex.d.consi.78.viso & diligenter ponderato,vol.5.tamen redeundo ad propositum collatio legati spreto patrono,erit valida.casus est.s̃.isto titu.in d.c.dilectus,& in d.c.cum dilectus de iur.pa.

¶Huic tamen vltimo dicto videntur obstare ea quæ not.per glo.in c.pro illorum.in ver.recepisse, ibi quid si venissent.s̃.de præben.& ibi Panor.& in c.venerabilem. s̃.de elec.in 1.not.vbi citatur legatum (etiam de latere) non posse alteri præiudicare in iure sibi competenti ex priuilegio vel alias,& ideo non poterit beneficia conferre.Ad hoc respondeo, quia si legatus semel vel bis cōfert beneficium in prouincia sibi decreta existens, non propter hoc censetur patrono præiudicare in iure conferendi,cum apud eum semper remaneat iuris conferendi ꝓprietas.Quod declaro ampliori stilo, in dubiū enim minimè reuocatur, ꝙ legatus possit priuare patronū perpetuo iure præsentandi,nec habentem instituere priuare ēt perpetuo iure instituendi, eo ꝙ non potest tollere ius alterius,cum † vt alius ad iuris cōis obseruantiam ligetur. not.in c.fi.de hære.hoc lib.Alex.de Imo.consi.34.vol.6. Et omnia quæ tendunt ad violationem iuris cōis sunt ei interdicta.traditur latè per de Selua.in 2.par.q.3.col.2.in trac.benefi.tamen non est dubium eum conferre posse beneficium suæ prouinciæ, spectans ad præsentationem & institutionem aliquorum,illis inuitis & spretis.d.c.dilectus. Qua enim ratione potest præuenire ordinariū maiorem scilicet episcopum in collatione beneficiorū prouinciæ suæ, vt ex tex.nostro resultat.& c.si a sede de præben.hoc lib.ita pariformiter imo maiori potest præuenire inferiorem,cui beneficij collatio priuilegio consuetudine,vel alias, competit,non aliter.c.omnes basilicæ.16. q.7.cum similibus.

15

16 ¶Item non est dubium, quin † facilius derogari possit iuri speciali q̃ cōi.dicit tex.in l.eius militis.§.si militia missus.ff.de testa.mili.glo.in c.fi.16.q 4.glo.in c.si super gratia in ver.principalis,ibi,cum facilius via extraordinaria, q̃ via iuris cōis tolli debeat.& ibi Io.Mo.in prin.s̃.de offi.deleg.probat tex.in Auth.de nō alie.col.2.cui adde Lancel.Deci.in l.2.§.1.in fi.ff.de iudi.& ibi ponit rationem. vide quæ dico in c.priuilegium.ĩ.de verb.signifi.

¶Item habemus pro constanti in iure, ꝙ in collatione beneficiorum non attenditur locus,vnde est is ad quē beneficij spectat collatio,sed locus, vbi situm est beneficium.Pro hoc habes text.expressum in Cle.1.de supplen. neg.præla.vbi deuolutio ratione negligentiæ procedens fit ad episcopum, in cuius diocesi est situm beneficium, non ad episcopū,in cuius diocesi morem gerit collator.

¶Præmissis etiam non obstant quę voluit Ant.de But. in c.2.s̃.de conce.præb.vbi citat ꝙ ex negligentia inferioris,ad quem spectat collatio beneficij existentis in prouincia, non deuoluitur conferendi potestas ad legatum, sed ad ordinarium. Ad hoc poteris respondere illud esse ex eo,ꝙ facultas conferendi beneficium proueniens ex negligentia inferioris causat deuolutionem gradatim ad superiorem, vt patet intuenti. Quia si spectat collatio ad capitulum ex eius negligentia,fit primò deuolutio ad episcopum.c.licet.s̃.de supplen.negl.præla.quo negligente deuoluitur ad Metropolitanum.vt in c.2.de conce.ꝑben.in quo data negligentia deuoluitur potestas ad Patriarcham, si s̃.se habeat metropolitanus. Alias vero ad Papam.d.c.licet,& Cle.si de beneficio.de præb.quod etiā patet ex gl.in ver.dispositionem in Cle.1.de supplen.negli.præla.quam reputat pro singul.ibi Car.& Panor.in d. c.2.col.fi.s̃.de conce.præb.& in c.cum in cunctis.§.fi.col. vlt.de elec.s̃.& in c.cum vos de offi.ordi.Fran.in c.2.s̃.de consti.vbi dicitur ꝙ vbi habentes ius eligendi vel præsentandi,sunt negligentes,potestas deuoluitur ad confirmantem & instituentem,dato ꝙ non sit episcopus,tamē nihil est, cum vt prædixi, legatus de latere in prouincia sibi decreta concurrat cum quocunq; ordinario, maiorquè sit diocesano & Metropolitano.d.c.si a sede de præben.hoc lib.& c.volentes isto tit.& c.si abbatem de ele. co.lib.Et sic in casu nostro non iuuat dicere ꝙ facultas conferendi beneficium ob negligentiam causata,deuoluitur gradatim,& sic primò ad diocęsanum. Secundò ad Metropolitanum,demum ad alium superiorem,puta legatum, qui maior omnibus est post Romanum Pontificem, cū in prouincia sibi decreta censeatur imperiū habere.dicit tex.in d.c.si abbatem.§.huiusmodi,per quā tex. Barba.consi.44.nu.12.dicit legatum fore Principem in prouincia sibi decreta. Et Bal.in rubr.s̃ eo.dicit fore imaginem Principis. Idem Bal.in c.adhæc.s̃.de postul.præla. nu.16.ꝙ interpretatur dictum Papæ,& potius parendum est ei q̃ Regi. Idem Bal.in c.cōsuluit.s̃.de appella.in prin.

¶Et redeundo de diuerticulo ad viam, concludamus oportet, quòd si legatus de latere potest præuenire diocęsanum, ad quem de iure communi beneficiorum spectat collatio,multò magis poterit pręuenire inferiorem a diocęsano,ad quem,vt diximus,non spectat beneficiorum prouisio, nisi de iure speciali. Bellam.consi.10.factū tale. Et sic habes clarum intentum ad.q.nostram primo loco propositam.

¶Quo vero ad beneficia de iurepatro.laicorum existentia,nulli est dubium ꝙ non potest conferre,notatur in c.dilectus.s̃.hoc tit.& in c.cum dilectus.s̃.de iurepatro. Et sic nec huic derogare.notat latè Arch.in c.hortamur. 71.dist.Ista enim est conclusio communis, quam intelligas procedere in iure pa.laicorum, quod esset iure communi acquisitum, fundatione, vel dotatione. Secus si ex priuilegio,vel pręscriptione, quia tūc cessat ratio ne laici &c.firmat Deci.post alios consi.149.in causa iurispa. quod latius expedio in tracta.de manda.apo.in ea parte, quæ beneficia sint mandatarijs affecta.

¶Quo ad secundum quæsitum, quod patitur diuersarum opinionum conflictum,tamen resoluendo punctū pro parte affirmatiua in præsentiarum tamqàm veriori rationibus iuribus,& auctoritatibus cōcludere conabor.

¶Primò stat in consideratione, ꝙ huiusmodi dispensatio est generalis generaliter facta,& simpliciter non respectu alicuius particularis beneficij. Item cum nemini noceat, videtur extendi extra territorium dispensantis. argu.l.2.§.si quis a Principe.ff.ne quid in loco pub.fiat.ita in simili citat Io.Mo.in c.ordinarij.ĩ.de offi.ordina.probat Ang.consi.182.in fi.ibi dispensatio † non localis est, nec temporalis, non coarctata tempore, vbiq; & omni tempore suum habet vigorem,cū quo ad spiritualia omnia loca etiā principi subdita aut alijs subsint Papæ, & beneficia sunt interpretanda largissimè,iura sunt in aperto.

17

Item ille qui habet beneficiū cōpetens aut sufficiens non dicitur idoneus ad aliud.c.is cui de præben.hoc lib. vbi Do.in 3.not.(dixi.s̃ post.Io.Mo in c.gratia de resc.) Et ista idoneitas videtur respicere personam, ideo dispensatio facta in tali casu etiam extra territoriū videtur habere locum.Sustentaẽ per ea quæ voluit Bart.in simili in l.legitimos.nu.5.ff.de legi.tutor.vbi concludit ꝙ quando decretum principaliter †personam respicit,interponi debet a iudice, qui personā habet subiectam, licet res sit extra territorium. allegat.l.magis puto.§ illud.ff.de reb. eorum,ex quo infert,ꝙ iudex,sub quo pupillus reperitur, potest decretum interponere, quod extenditur ad bona vbicunquè posita. idem tenet Bar.post Di.in l.pupillo,de tutor.& curato.datis ab his.ff.vbi allegat text.ad hoc expressum in l.propter litem.§.licet.ff.de tutor.faciunt ad propositum quæ copiosè adducit Roma.consi.39.quod exordiẽ, in ꝓposita qōne. vbi inter alia citat ꝙ qn̄ dispositio principaliter respectū habet ad personam in consequentiam ad bona,porrigitur etiam ad extra territorium consistentia.l.si fideicommissum.§.tractatuum.ff.de iud.

18

Ideo ex præmissis videris habere intentum firmatum, cum dispensatio hoc casu principaliter concernat habilitationem personæ,ideo non mireris extendi ad beneficia extra legationem dispensantis consistentia.

Item infamatus in vno loco, in quocunq; alio reputatur infamis,cū concernat ipsa infamia personam. Panor. in c.testimonium, nu.2.versi.vnum nolo omittere.s̃.de testi.Pro quo vide Freder.consi.23.quod exorditur,Titius electus.faciunt equidem notata per Inno.in c.per venerabilē.s̃.qui filij sint legitimi.vbi citat de illegitimo dispensato ab episcopo vt ad minores ordines promoueri possit, iuxta dispositionem.c.primi.s̃.de filijs presbytero. hoc lib.licet hęc dispēsatio sit facta in loco & diocęsi originis.

ginis.iuxta c.cum nullus.§.de temp.ordi.eod.lib.operabitur tamen ꝙ ipse sic dispensatus in alio loco puta domicilij,poterit hos ordines recipere,& ad eos per diocęsanũ domicilij promoueri.

¶Adduco prætcrea,quę in simili per Panor.& Imo.cõcluduntur per illum tex.in c.cum olim.§.de cler.coniug. ꝙ clericus Græcus, qui in Græcia est natus ex matrimonio clerici inter latinos toleratur,& legitimus reputat̃,& promoueri potest,licet legitimatio sit restricta in Gręcia, illius tamen effectus extra Græciam porrigitur.

¶Item habilitatus per dispensationem,habetur perinde,ac si esset habilis de iure cõi.Bal.per illum tex.in l.liberos.C.de colla.ergo extra legationem poterit beneficiũ recipere,sicut si nullum haberet obstaculum, ridiculum enim esset dicere,ꝙ dispensatus ab Episcopo,in casibus,in quibus dispensandi habet facultatem,prout in d.c.1.de filijs presbyto.& in c.1.de æta.& qualita.ordi.hoc lib.extra eius diocęsim non deberet habilis reputari, cum per dispensationem omnis macula, siue defectus purgetur & eradicetur, perinde habetur, ac si nunquàm maculatus fuisset.Bald.per illum text.in l.imperialis.§.si miles.C.de nup.facit text.in l.quæris.ff.de natura.resti.& gl.2.in c.ferrum.50.dist.remoto enim obstaculo subintrat dispositio iuris ex passiua interpretatione, ꝙ absolutè habilis reputatur.ar.l.1.lex Falcidia.& quod ibi not.per Bart.ff.ad leg. Falcid.Idem Bar.in l.si quis suo persuaserit.C.de fur.& in l.1.ff.de muner.& honor.

¶Et ita habes quæsitum hoc firmatum. Pro quo vide quæ latius deducunt Roma.in d.consil.39.& Dec.consil. 207.pulchrum est dubium,quod tacere nolui,ne viderer fur alienæ laudis.vide post Dec.Bartho.de Chassa.cõs.31. col.2.factum tale est.

¶Clemens IIII.S.titu.sanctæ Cæciliæ presbytero Cardinali Aposto.sedis legato. Cap. II.

¶Legatos, quibus in certis prouincijs &c.

SVMMARIVM.

1 *Legatorum potestas est ordinaria, & sic morte committentis non expirat.*
2 *Proconsul qui dicitur.*
3 *Præsidum est nomen generale.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Potestas legati est ordinaria,tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
2 *Clausula quòd non expiret legatio,licet legatus exeat fines legationis hic inseritur.*
3 *Legatus habet iurisdictionem extraordinariam in conferendis beneficijs.*
4 *Collatio ordinariorum est naturalis & fauorabilis.*
5 *Legati possunt adiri per viam querelæ.*
6 *Quando reus habet plures iudices,actori datur optio.*
7 *Tamquàm,multipliciter signat.*
8 *Quando duę potestates inuicem concurrunt, & vna est maior,& altera minor quid dicendum.*
9 *Concurrentibus pluribus causis non cessat dispositio, altera instante.*
10 *Ratio multa operatur, vt hic.*
11 *Legatus missus, datus perinde,ac si esset legatus de latere.*

LEGATOS. Hæc fuit Clem.IIII.cuius mens hic ponitur non verba,quæ dicit,ꝙ legatorũ † ptãs est ordinaria vt not.7.q.1.sicut vir,& sic morte cõmittẽtis nõ expirat(dissipẽt) vitia(plãtẽt) virtutes (ꝓcõsulũ)ꝓcõsul.i.loco cõsulis subrogat⁹, vel dic ꝓcõsul †.i. cõsul ad regimen ꝓuincię ꝓcul missus.Et sic erat iste Cardinalis legat⁹,cui dirigit̃ hæc decretalis.Nã erat Principis cõsul missus ꝓcul ad regẽdũ certã ꝓuinciã(ꝑsidũ)†qđ est nomẽ gñale.ff.de offi ꝑsid.l.j.(expirasse.) Secus in delegata ſm distinctionẽ habitã.§.de offi. deleg.gratũ.Sed quæ est ratio diuersitatis.no.§.hoc lib.de hæreti.ne aliqui.

ADDITIONES PROBI.

ORDINARIA. Quod firma † vt per Scriben.hic licet satis leui & Sicco transeant pede,ideo vide vltra eos Archid.& Præpo. post gl.in ver.vt legatum.7.q.1.gl.in ver.vt legatum.25.q.2.gl.in §.statuit.in ver.finiatur.col.fi.in tit.de causis.in pragma.& hoc tam in ciuilibus q̃ in criminalibus.l.nequicquàm.ff.de offi.procon.& lega.

¶Et dicuntur ordinarij,eo quia est eis decreta cura ꝑsonarum,respectu territorij,quod prosequere, vt hic per Petr.de Anchar.proponentem quomodo cognoscatur vtrum sit ordinaria vel delegata.

¶Et in proposito ꝙ sit ordinaria,firmat idem Archid. in c.seq.adducẽs vnum,quod ex quo habet ordinariam, durum foret dicere,ꝙ legatus ipse egrediendo prouinciã sibi destinatam faceret eius legationem cessare, quod nõ concedit ibi Archi.vt videre poteris per eum & alios ita dicentes,legatum nec expresſe nec tacitè renunciare posse.Quicquid tamen dicant Archi.& alij, dic hanc opinionem nõ fore receptam in curia,cum viderim ego bullam Sixti IIII.Iuliano Auinionen.de latere legato directam sub datum, Romæ millesimo quadringentesimo octogesimo in se continentem clausulam.

¶Quod † liceat tibi limites dictæ legationis postquàm illos intraueris, quotiens tibi placuerit exire,vt nihilominus possis illos reintrare,& officium legationis huiusmodi cũ omnibus & singulis cõmissis indultis & facultatibus generalibus & specialib. per nos tibi quouis modo concessis & concedendis in illis partibus exercere,ita ꝙ propterea dicta tua legatio donec omnia & singula fuerint adimpleta, minimè finiat̃. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis cęterisq; contrarijs quibuscunque. Ac bullam Leonis X anno 1519.pridie nonas Iulij Pontificatus anno 7.Adriano titulo sanctæ Sabinę presbytero Cardinali in regno Frãciæ legato cõcessam,sub hac etiam clausula.

¶Necnon legationem ipsam,per annũ(etiã si de finibus dictæ legationis tibi concessę cum dicto Rege,seu alia de causa exire contingeret) minimè expirare, sed illam etiam tpe quo a dicta legatione absẽns fueris durare,perinde ac si limites illius non exires,sed intra illos existeres & in ea præsens esses, ac absentiæ tuæ huiusmodi tempore facultatibus prædictis per deputatum tuum, vti liberè & licitè posse auctoritate apostolica & tenore præmissis decernimus, non obstantibus &c. Et sic videtur opinio hæc tenenda, quia in dubio stat per ea,quæ notat Panor.in c.illud.§.de præscr. quod habeo extendere in c.cum in illis.de præben.§.

Et redeũdo ad thema propositum,intellige ipsum habere ordinariã in his quæ sunt iurisdictionis,vt hic,pone facere statuta, quia hic est iurisdictionis. Calca.cõs.2.nu. 15.secus in beneficijs † conferendis,qa tũc habet extraordinariã,cũ ex ꝓprio non veniat cũ legati(non ordinales) nõ cõferant beneficia ꝙ habeat extraordinariã.habes gl. singularẽ in Cle.2.in ver.nolumus.de offi.ordi.q̃ dicit ꝙ per factũ legatorũ fit ꝑiudicium illis ad quos collatio ptinet,& tunc dicuntur grauari secundũ Franc. post alios in c.seq.§.cæterũ ꝑ c.mandatum.§.de resc.in antiq.Ergo ipsorũ legatorũ collatio,vt extraordinaria supinducta & collatoribus præiudicans est restringenda. Sequitur Card.& post eũ Panor.ibi & in c.si quis.§.de foro compe.

Ordinariorum † vero collatio vt naturalis & fauorabilis amplianda.Pro quo de Selua in 3.par.q.66.in fi.glo.in §.Item ꝙ vniuersitates.in ver.qualitates.in fi.in tit.de colla.in pragma.

Item ad præmissa faciunt, quia † legati possunt adiri per viam querelæ. testis est glo.ampla in § statuit in ver. quæcunque in titu.de causis in pragma.glo.in c.1.§.hoc tit.in antiq.quam approbant Io.And.Car.Pet.de Ancha. Imo.& Panor.qui dicit hanc fore communem. Sequitur eam ibi Bald.dicens etiam adiri posse per simplicem querelam nullitatis sententiæ, scilicet quando aditur iure metropolitico,& vitium pronunciantis transiert iurisdictionem.l.absentem.C.de accu.

¶Dicit in propo. Car.consi.65.num.6.quod exorditur, thema tale est,nullam differentiam fore inter au-

ctoritatem ordinariam & auctoritatem legationis, nam etiam legatus non potest ius alicuius auferre simpliciter, quia subijcitur iuri.de præbendis.dilectus primo.hinc dicimus quòd ecclesiam conferre non potest inuito patrono laico.not glo.& Doct.in c.cum dilectus.§.de iure patro.& alijs plerisque locis.

¶Et adhuc redeundo ad thema.Cōtrarium tamen tenuit glo.in c.si quis vestrum.2.q.6.& in c.conquestus.9.q.3.& gl.in c.Galliarum.25.q.2.cuius opinionem voluit tenere Barb.in d.c.1.& malè ratio,quia vt iam discussum est,legatus in his, quæ sunt iurisditionis,habet ordinariā. Sed ordinarius a subditis suis potest adiri per viam querelę probat Deci.d.c.1. per cuius rationē ampliatur hoc in quocunque legato.vt hic per gl.quam sequuntur scriben.facit tex.d.c.1.ibi,in prouincia sua vices nostras agere comprobantur.

¶Et si volueris opponere in eo quòd tex.noster dirigitur ad cardinalem presbyterū titu.sanctæ Ceciliæ apostolicæ sedis legatum, ideo in consequentiam trahitur quod ad alios legatos non extenditur. Tu dic ex his quæ ibi inseruntur instar proconsulum cæterorumque præsidum, ꝙ per hoc satis tex.concludit Idem in omnibus legatis, ꝙ habeant iurisdictionem ordinariam. in §.scriptione vero text.nostri pro tanto de cardinali facta est mentio,quia super dubio ibi deciso consultationē fecit.

¶Secundo si opponas quòd legatus gerit vices Papæ, quod repugnat iurisdictioni ordinariæ,quæ competit iure proprio, & est radicata in persona ordinarij. Ad hoc dic post Panor.in d.c.1.quòd licet legatus habeat ordinariam,tamē cum hæc potestas (vt prædixi) sit odiosa & extraordinario numero inducta, & ei a iure non est deputatus certus locus quare dicatur gerere vices Papę,vel dic & melius quia sicut consules quibus certa erat prouincia cōmissa,proconsules dicebantur, & hi habebant iurisditionem ordinariam, ita cardinales legati proconsulibus præfectis prætorio & alijs præsidibus comparantur,non tamen in fęminis retinendis.dicit glo.in l.vna.ff. de offi.præfec.prætorio.per.l.eum qui.C.de epi.& cler.

¶Et sic habent instar eorum iurisdictionem ordinariam.ita intellige glo.tex.nostri.

¶Vel dic tertiò ꝙ illa verba vices nostras, non tollunt legatis iurisdictionem iure proprio, sed debent intelligi secundum qualitatem personæ, cui diriguntur,arg.l.plenum.§ æquitij.ff.de vsu & hab.Nam cum ad delegatum diriguntur,important ꝙ habeant iurisdictionē iure alieno.c.sanè.el 2.§.de offi deleg.in antiq.in ver.vices nostras.ꝙ si legato diriguntur, important ꝙ gerat vices Papæ iure proprio.ita Barba.in d.c.1.

¶Et vt melius elucescat veritas, occurrit responsio ad ea, quæ proponuntur per glo.& Barb.primò non obstat inquantum glo.ipsa dicit tex.d.c.1.specialiter procedere, quando Archiepiscopus deputatur legatus. Nam tunc ne inutile sit sibi officium legationis, potest adiri per viam querelæ, quæ responsio non est bona secundum Panor.Non enim fundat se ille text.super iure speciali, sed simpliciter super officio legationis.

¶Item non obstat, quòd gl.inducit pro se tex in c.peruenit.11.q.3.quia ad hoc respondent Doct. dupliciter. Primò vt loquatur in defensore non legato.Secundò tenendo quòd etiam ille tex.loquatur in legato,dicit quòd volebat compellere actorem præcisè ad litigandum coram se:quod non per regulam, quòd † quotiens reus habet plures iudices, actori datur optio coram quo agere velit.glo.in l.fi.C.vbi in rem actio.glo.in c.dilecti.§.de fo.compet.quam ibi sequuntur Panor.& Fely.Et idem Panor.in c.cum sit.eo.titu.glos.in c.statutum.§.cum vero.§.de res.hoc lib.

¶Et quo ad fundamenta Barb.Dic ea non obstare, primò dum ponderat rationem tex.d.c.peruenit,confunderetur ordo &c.sequeretur ꝙ si tam præcisè ponderetur illa ratio, quòd nulla esset legatorum iurisdictio, quod foret valde absurdum. Nam semper per iurisdictionem quæ eis attribuitur minuitur potestas ordinariorum. Secundò dum idem Barb.dicit quòd ad legatum non appellatur omisso medio, & secundum eum appellatio, & quærela a pari passu procedunt.non placet hæc ratio, cū ipsemet in 6.no.d.c.1.fateatur quærelam & appellatiouē esse diuersa. Pro quo videtur facere id quot notat Bal.in d.c.1.in prin.vbi dicit quòd adire aliquem per simplicem querelam,est adire sine medio.i.per appellationem. Adire autem per appellationem est adire gradatim. Ideo facti sunt iurisdictionum gradus,vt seruentur,ne quid præpostere fiat,vt in Auth.vt ab illustribus.col. 5. Item secūdo falsum est,ꝙ omisso medio non appelletur ad legatū, quia imo appellatur.gl.2.in d.c.1.Et ratio secundum Panor.ibi, nam si concurrit cum quolibet ordinario, ergo non est dare superiorem immediatū.Vnde eo casu quo a prælato inferiore episcopo appallaretur ad episcopū, similiter ad legatū appellari posset ad legatū epō omisso. Et etiam casu quo appellaretur ad Archiepiscopum, poterit appellari ad legatum illius Prouinciæ.

¶Tertiò non obstat quod idē Barb.intelligebat. d. c. j. in quo præcipuè fundatur opinio de querela inter duos epōs,quia hoc est falsum.Nam apertè ille tex.loquitur de suffraganeis, qui contendebant cū Archiepō Cātuariensi:quòd non haberet iurisdictionem in subditos suos nisi per appellationem.Et pro maiori informatione rei ponderare habes tria circa illum tex.Primò quòd in persona Cantuariensis Archiepiscopi illæ duo qualitates occurrebant. Prima quia erat Metropolitanus, qui non poterat adiri per viam querelæ: sed solū per viam appellationis: & ad eum recurrebatur via querelæ, sic iure legationis necessariæ hoc fiebat.facit quod notat Bar.in l.si quando de appel. C. de eo qui potest esse rex & dux & de episcopo,qui potest esse in capitulo tanquā canonicus.c. à collatio.j.de appel.Pro his gl.in §.censuit in verbo,promouendum de elec.in pragma.

Vlterius pondera quòd cū in aliquem Archiepiscopū cōcurrūt duæ qualitates Metropoli, & legati, tunc dicit Bal.in d.c.j. procedere libellū qn̄ dicit, coram vobis dn̄o Archiepiscopo, nec dicit legato, quia tacitè intelligitur ex perpetua annexione legationis.ar.l. 3.ff.de testa.milita. Secus si in libello diceretur tanquam Archiepiscopo, quia tunc nō procederet libellus per simplicem querelam,quia intenta esset iurisdictio incompetens: & incō-7 petenter.Et sic dictio tanquā,† debet considerari.ff.quod cuiusque vniuer.l.item eorum.in princ.quæ interdū ampliat & interdum restringit,vt l.j.§.solet.ff. quādo appellandum sit.interdum veritatem signat.l.sæpe.ff. de verb. sign.l. item Mela.§.si plures.ff.ad l.A quil.& l.si familię.ff. de iurisd.omnium iudi.refert Bald.cons.492.in parte prima,dū dicitur,quòd certi fecerunt insultum.Sed Barbat. sequitur contrarium cum Archiepiscopus non possit adiri per viam querelæ, videtur aditus tamquam legatus, vt actus potius valeat, quàm pereat.ar.l. quotiens.ff.de reb. dubijs.Item libellus secundū eundem Barba.est large interpretandus,vt procedat secundum intentionē libellantis.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi. Item secundū eundem Barbat.qn̄ concurrunt inuicem duæ potestates, quarum vna est maior,altera minor,maior non confundit minorem,ex quo ex diuersis causis concurrūt: quod dicit esse notandum pro plurib.epis,qui vocantur episcopi & principes, vt Bonno.& Placent. & in Gallia Colon. Magunt.Treueren.Leodicen.qui sunt episcopi & principes Remen. Laudun. Lingonen. Nouionen.Beluac.Cathalanen.quorum tres primi sunt duces,tres vltimi comites & omnes pares Francię,qui ministrant in sacratissima Vnctione Christianissimi Regis Francorum, in cuius regno prædicta duo firmata obtinet robur & facti obseruātiam, nec eis obuiat decretū de causis in pragma.& concorda. ita dicit gloss.in §. statuit in verbo,finiantur.in fine,in tit. de causis in prag.licet secus sit in Papa, qui non aditur per viam querelæ, obstāte dicto decreto,quod remouet formam rescriptorum conquestus (dixi in c.cum in multis.supr.de rescript.) Idem etiam dic de eius iudice delegato in partib.existente,quia licet partes non videantur grauari,iudex tamen ordinarius sit, in cuius fauorem 9 fuit introductum. Et sic succedit regula, quòd † concurrentibus plurib. causis, nō cessat dispositio,altera instante Instit. de nupt.§.affinitatis.l.liberorum.§.in bonis.ff.de his qui not. infam. Bartol.in l. ita stipulatus, nume.15.ff. de verbor. obligat.

10 His cōuenit id qđ in iure dicim⁹,qđ ratio est†quę ampliat,restringit, & regulat dispositionē ad ipsius rationis terminos.gl.in Cle.1,in verbo eligitur.de elec.probat tex. in l.pater filium.§.fundum.de legat.3.l. cum pater.§.dulcissimis

cillmis. de lega.2.hinc Bar.in l.regula. §.ſi quis.ff.de iur.& fac.igno.ꝙ ratio intantum regulat dictum,ꝙ ſi dictum ſui natura eſſet ſpeciale,ſi tamen ſit generalis,dictum erit generale. firmat Gemi.in c.2.ſ.de reſ.alias cõcordan.cumulat.Bartho.de Chaſſan.conſi.1.§.contrarium tamẽ mihi videtur.num.37.

¶Et inquantum.ſ.deduxi Legatos non Cardinales nõ poſſe conferre beneficia,vt c.1.ſ.eo.ibi.quantumcunque 11 plenam legationem,ꝙ dic † procedere,niſi talis adequetur legato Cardinali,quia tunc omnes vices competentes legato Cardinali debent huic competere,licet aliqui p d. c.primum. in hoc timeant:quod tamen non obſtat,quia quando legato non Cardinali conceditur facultas legati Cardinalis de latere, ꝙ tunc perinde eſt:ac ſi eſſet Cardinalis,& ſic gaudet iſta prærogatiua.Et iſta eſt.mens Papę. ita firmat nouiſſimè Iac.de Nigris aduocatus conſiſtorialis in repeti.l.1.col.18.de leg.1.

¶Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Præſenti declaramus ædicto reſeruationes &c.

SVMMARIVM.

1 *Legati (non de latere) beneficia conferre non poſſunt & ea minus reſeruare vacantia.*
2 *Conſtitutiones legatorum ſunt perpetuæ.*
3 *Per literas Papales conſtituitur ius ad beneficium vacaturum non idem de literis Legati eſt dicendum.*
4 *Litera de iuſtitia nihil dat, ſed ex iure iam creato per ipſam cognoſcitur, & per ſententiam declaratur.*
5 *In literis Papalibus habentibus executionem eſt ius creatum in re, vel ad rem, ſed per reſeruationem non eſt ius creatum, ſed creandum.*
Quædam eſt conſtitutio ſtatutaria, quædam firmatoria.
6 *Legatus habet poteſtatem ordinariam & ampliorem omnibus poſt Papam.*
Miſſus formam ſeruat quam mittens obſeruare habet.
7 *In dubio pro poſſeſſore & habẽte maiorem actoritatem præſumitur.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Quilibet præſumitur ſcire legem municipalem.*
2 *Reſeruationes Papæ & Apoſtolicæ ſedis legatorum, iure Gallicano dicuntur odioſæ & damnatæ.*
3 *Reſeruationes quando non dicuntur odioſæ.*
4 *Multæ leguntur reſeruationes in corpore iuris clauſæ.*
5 *Reſeruationes in corpore iuris clauſæ tacite excipiuntur.*
6 *Priuilegia in corpore iuris clauſa, non tolluntur per verba generalia.*
7 *In reſcriptis licet non debeat fieri mentio de iure, bene tamen de priuilegio in corpore iuris clauſo.*
8 *Ius ſingulare dicitur ſemper eſſe introductum propter aliquam vtilitatem.*
Priuilegia in corpore iuris clauſa ſunt proprio motu emanata.
9 *Deterioris eſt conditionis, qui habet mandatum ab homine, quàm a lege.*
10 *Tranſlatio epiſcoporum dicitur prima reſeruatio in corpore iuris clauſa.*
11 *Forma quando ſeruetur per æquipollens.*
12 *Iudex cauſæ præparatæ, eſt iudex cauſæ præparantis.*
13 *Permutatio, dicitur reſeruatio in corpore iuris clauſa.*
14 *Beneficia vacantia cauſa permutationis ſimplicis reſignationis non faciunt turnum.*
15 *Litigioſa res quando dicitur.*
Beneficia litigioſa quando dicuntur reſeruata.
16 *Confirmatio ſuper attentatis, eſt ipſo iure nulla, niſi ſit facta ex certa ſcientia.*
17 *Formæ ſupplicandi pro ſubrogatione obtinenda tam pro collitigante, quàm pro non collitigante hic deſcribuntur.*
18 *Subrogatus an teneatur ad fructuum reſtitutionem perceptorum per prædeceſſorem.*
19 *In beneficialibus ius vnius non continuatur in alium, niſi ſola lis incepta.*
Ius beneficiale, dicitur perſonale.
Exterus, cedens regnicolæ.
20 *Succeſſor in beneficio, an teneatur ſoluere onera, quæ prædeceſſorem contingebat.*
21 *Subrogatus quando ſapiat naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.*
22 *Inſtantia tranſit in ſucceſſorem.*
23 *In beneficialibus ſufficit excludere petitorem per exceptionem iuris non ſui.*
24 *Clauſula apponi conſueta in promiſſionibus propter delictum, vt delinquens pendente lite non poſſit reſignare hic inſeritur.*
25 *Quando ſubeſt per omnia ratio legis ſaltem tacita, ille caſus intelligitur incluſus.*
26 *Lex eſt omne quod ratione conſiſtit.*
27 *Præſentatio dicitur aliquando electio.*
28 *Reſeruatio in corpore iuris clauſa, dicitur quando ſcienter canonicę elegerunt indignum.*
29 *Quando dicatur eligi indignus, & quando canonici eligendo dicuntur negligentes.*
30 *Monachi compromittentes in ſummum Pontificem.*
Non arabis cum boue & aſino.
Diuerſitas habitus ſcandalum generat.
31 *Qui aliter facit, quam prædicat, præceptis ſuis detrahit pondus.*
Coniungi non poßunt, quibus ſunt diuerſa vota.
32 *Deus non voluit contractus eſſe in manu Principum.*
Licet Papa non ſit ſub lege, eſt tamen in lege.
33 *Princeps non habet neceßitatem præciſam, ſed neceſſitatem honeſtatis.*
34 *Electores habentes ſcienter ratam electionem contra formam.*
35 *Quando lex non loquitur, nos tacere conuenit.*
36 *Electiua dignitas propter eligentium negligentiam fit prouiſiua.*
37 *Inhabilis ſcienter admiſſus ad electionem celebrandam cum habilibus, facit electionem nullam.*
38 *Diſpoſitio augmentatiua quid contineat de diſpoſitione augmentatiua.*
39 *Clauſula poſita in diſpoſitione legis præcedentis intelligitur tacitè repetita in diſpoſitione ſequentis legis.*
40 *Actus in quo deſideratur forma, dicitur indiuiduus.*
41 *Inutilis manus appoſitio Papæ non afficit.*
42 *Papa priuat aliquem beneficio ſine cauſa.*
43 *Pro nobilibus ſemper præſumitur.*
44 *Euidens cauſa quæ dicatur.*
45 *Forma ſignaturæ reſeruationis hic inſeritur.*

a PRAESENTI. ᵃPrimo hic dubium Doctorum poſitum.ĩ.de iur.patro. cum dilectus.declaratur. Secundò & tertiò poteſtas legatorum reſtringitur.Quartò quicquid fieri continget contra reſtrictiones huius irritat̃, & hæc decretalis & ſequẽs 1 loquuntur in legatis de latere. Nam † alij beneficia vacãtia conferre non poſſunt, ergo minus reſeruare eadem vacatura [vacuari] cõtra.ſ.eo.c.nemini. Nã ibi citatio p literas Legati facta in contentioſis & cauſæ cognitione habentes perpetuat iuriſdictionem,ergo magis in literis beneficialibus,notificatio,inhibitio,reſeruatio,p̃cedẽtes exitũ legati perpetuabunt. decretum eſt conſtitutio, & 2 cõſtitutiones † legatorum ſunt perpetuę.vt d.c.nemini.

¶Sol. Vbi aliquis non aſſumit partes iudicis, nec facit cum cauſæ cognitione, illud vires non habet poſt receſſum iudicis facientis. ff.de pœn.l. vlti.cum ſua gl.nec eſt 3 ſimile de literis Papalibus, per † quas conſtitui poteſt ius ad beneficium vacaturum.ĩ.de conceſ.præb. propoſuit. Sed legatus ad vacaturum ius dare nõ poteſt,licet ligare poſſit manus illius,ad quem ſpectat collatio ne conferat. ĩ.de iu.patr.cum dilectus.& hic.

4 ¶Item litera de iuſtitia † nihil[b] dat,ſed ex iure iam crea- b to per ipſam cognoſcitur,& per ſnĩam ipſum declaratur. ff.de rei vendic.ex diuerſo.§.vbi.& ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ſed ſi quæritur.Et ideo non eſt mirum ſi in talibus literis cognitio cepta,mandatore viuente,perduret.

¶Sed in litera legati de gratia,ſecus ante prouiſionem factam.ar.ĩ.hoc lib.de præben.ſi cui in fi.& hic. Et eſt ratio cum res in eodem ſtatu nõ perſeueret extinguit̃ ceptum. ar.ff.de ſolu.cum quis.in prin.ff.de ſeruitu.pro parte. Nã inhibitio Legato recedẽte de ꝓuincia ſua,non habet vbi figat ſe,& ideo corrumpitur quod eſt factũ,quod non eſt in litera Papali,ſeu in litera de iuſtitia.Itẽ(vt prædixi)reſeruatio,inhibitio & horũ notificatio non dat ius in beneficio vacaturo,cum hoc ſit Pepale ſolũ:vnde ſicut auctoritas corrumpitur,legato recedente, ſic ea quæ fiunt auctoritate eiuſdem firmantia reſeruationem,expirant. ar.ff.ſi

quis cautio. l. si eum. §. 1. ff. vt lega. nomi. cauea. l. 1. § si quis sub conditione. ff. de iureiur. l. duobus. §. exceptio. quod intelligo ante compleionem, secus si post, vt hic & hoc lib. de reg. iur. factum legitimè.

5 ¶Item in † literis de iustitia, seu Papalibus habẽtibus executionem est ius creatum in re vel ad rem. Sed per reseruationem non est ius creatum, sed creandum, quod facilius perditur cum his quæ propter hoc interponuntur.

¶Item non obstat quod dicitur de constitutione, quia q̃-c dam est constitutio statutaria, c & hęc perit, sublato eo q̃d confirmatur. ſ. de instru. inter dilectos. & ſ. de re iud. cum inter. & similis distinctio not. ſ. de præscrip. veniens (pendente) in Ecclesia, in qua facta est reseruatio, vt hic, seu in alia. vt ſ. §. proximo. (eo ipso) .i. ipso iure. s̃. hoc lib. de elect. quàm fit.

Sed quid si non pẽdeat? Dic quòd potest, quia potestas legati habita ſ. de iure patro. cum dilectus. non est hic extincta, sed moderata.

Sed quæro legatus facit secundam post primam expletam, nunquid tenetur impetrans facere mentionem de prima. arg. ꝙ sic. ſ. eo. c. fi. s̃. de res. mandatum. & c. sequ. & sequ. vt doctrinam quam obseruat superior in d. c. mandarũ. legatus sequatur. s̃. de res. super literis. in fi.

6 ¶Vnde licet legatus † habeat potestatem ordinariã. s̃. eo. legatos & sic latissimam. ff. de iur. om. iud. l. 1. & ampliorem omnibus post Papam. ff. de offi. procõ. l. si in alia. §. vlti. & l. seq. s̃. hoc lib. de elect. si Abbatem. 2. Respõ. ipse tamen missus formam quam seruat mittens habet seruare, vt præmissi, non tamen dicit non obstante vt Papa. vt d. c. mandatum. Sed sic etiam si pro alio fecimus reseruationem & hęc sunt vera in vacaturo, secus in vacante. s̃. eo. officij: quia in vacante est potior illo, quæ præuenit

7 tempore vbi plures habent potestatem: & in dubio † pro possessore & habente maiorem auctoritatem præsumitur. ſ. eo. de præben. si a sede.

ADDITIONES PROBI.

a PRAESENTI. Pro intellectu huius tex. vide Franc. Areti. in c. mandatum. s̃. de res.

b ¶Nihil dat. Idem Io. Mo in c. 2. de filijs presbyt. & in c. si super de offic. de leg. s̃.

c ¶Statutaria. Quæ vocatur lex munici-1 palis † quam quilibet scire præsumitur & creditur, quia secundùm eam viuit quilibet prouincialis & ciuis Maria. Soci. consi. 90. col. 2. abunde & subtiliter, vbi alleg. Domi. in c. 1. in 6. no. s̃. de constitu. hoc lib.

2 ¶Pręterea. Pro intento. Adde ꝙ reseruationes † tam Papæ q̃ sedis Apostolicę Legatorum, de iure Gallicano dicuntur nõ solum odiosæ, verum equidem damnatæ. Damnatæ quippe, resultat ex verbis decreti de electionibus & reseruationibus in pragma. vbi habes glo. in ver. causa. in fi. & in titu. de reseruatio. eo. lib. in ver. exceptis, & in titu. de colla. eod. etiam lib. in §. item voluit dicta congregatio. in ver. Romanus Pontifex. vbi dicit. Non puto quod hodie legatus de latere possit reseruare beneficia etiam in casibus Papæ permissis per Concilium Basiliẽ. qui sub numero trino enumerari dicuntur, quos etiam trino numine fauente, longo stilo pertractabo proximè, licet ipsa materia videatur difficilis, dignaq; sit claro & præstanti doctore. vt in simili dicit Barba. in Clem. causam. in princi. de elect. quia habet vtilem & practicabilem viam.

¶Odiosę præterea extant. testis est text. noster ibi, per quas interdum prælati & ecclesiæ nimium onerantur, latè comprobat glo. in d. tit. de elect. & reserua. in ver. impediri. col. 2. dicens per eas dari viam ad vacatura, & præiudicari ordinarię potestati, quæ est primordialis. ratio in puncto nostro. Idem testatur Domi. consil. 136. super 1. dubio. & consil. 93. Clemens VII. Refert & sequitur do. & præceptor meus Franc. de Ripa. 1. respon. lib. c. 15. circa medium. & 2. lib. respon. c. 17. num. 4.

3 ¶Nisi dicas † quòd fiunt ipsę reseruationes de beneficijs ad meram & naturalem dispositionem Papæ (dico priuatiuè) spectantibus. putà ratione fundationis, vt dixi s̃. c. 1. hoc titu. in versi. Et ideo. quia tunc non dicuntur odiosè, cum cesset primordialis ratio, quòd ordinariè potestati præiudicet.

¶Dominus Brunellus Doctor Aurelianen. adhuc in humanis vitam agens in tracta. de potestate legati. conclu. 20. & restrictione. 8. suscitando primum dictum nostrum testatur, nedum expectatiuas, verum etiam reseruationes damnatas fore per ipsum Basilien. decretum ab ecclesia quidem Gallicana receptum, propter occurrentiam inconuenientium ex reseruationum & expectatiuarum concursu progredientium. Ea certe ex præfatione pragma. & cõcordatorum & discursu cuiuslibet apertè & rectè intuenti resultant.

¶Condescendo ideo ad promissum, quia primum moderamen & temperamentum iurium Gallicanorum extat, vt reseruationes in corpore iuris clausæ excipiãtur

4 quas lego sub multiplici numero, contra doctrinam glo. regulæ cancel. 33. col. 4. quæ citat quòd 24. annis voluit & reuoluit ius canonicum & ciuile, quorum 22. practicauit in curia, & legit hic quinque annis & in partibus tribus nunquam tamen reperit reseruationem in corpore iuris clausam, nisi vnicam tantum, videlicet in vacantibus in curia: & hoc casu curia extenditur ad dietas. c. 2. & c. præsenti. ſ. de præben.

¶Et pro præludio dicendorum præmitto huiusmodi reseruationes (dico in corpore iuris clausas) adeo fauo-

5 rabiles, vt etiam si expresè † non excipiantur, tamen tacitè & de iure intelliguntur exceptæ. facit glos. in Authen. qua in prouincia. in ver. omni priuilegio. ibi, dic ergo. C. vbi de crimi. agi oportet. & in l. 1. C. de condict. indebi. per quas Scribentes vbique dicunt. Quod priuile-

6 gia † in corpore iuris clausa, non tolluntur per verba generalia. sed semper intelliguntur excepta, quod comprobat nouissimè Iaco. de Nigris in repeti. l. 1. colum. 12. de legat. 1. allegat Ias. in l. 1. colum. penult. ff. de constitu. princ. quod militat in reseruationibus per nos memoratis.

7 ¶Hinc dicimus ꝙ licet † de iure communi non sit facienda mentio in rescriptis, eo quia princeps omnia iura in scrinio pectoris censetur habere. c. 1. de cõsti. s̃. hoc lib. Secus tamen de priuilegio in corpore iuris clauso. tenet Panor. in c. s̃. de rescri. faciunt notata. in c. cum ordinem. eod. tit.

¶Item sunt quædam priuilegia sedis Apostolicæ, putà reseruationes propter magnam vtilitatem emanata, prærogatiuas ipsius sedis duntaxat concernentia. d. c. 2. fa-

8 cit quia ius † singulare semper dicitur fore introductum propter aliquã vtilitatem. l. ius singulare. ff. de legi. quodquè iura singularia, idest priuilegia in corpore iuris clausa sunt, proprio motu emanata dicit glo. in l. 2. de pe. bo. subla. lib. 10. C. quam ibi sequitur & commendat Bart. tenuit glo. in l. 1. §. fina. C. de nouo codice compo. Quam quidem vtilitatem proprius motus præsupponit præcedere, & vrgere. glo. est in iure vnica. in c. 2. in ver. fuerat. ſ. de accus.

Hinc est quòd eidem vtilitati & iuri tertij non intelligitur derogatum. c. quàmuis. de res. hoc lib. & c. super eo. de offic. deleg. in antiq. & in l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo. pub. Ideo ipsæ reseruationes tamquàm fauorabiles, veniunt interpretandæ. c. si pluribus. de præbend. hoc lib. & regula decet a principe. eod. lib. de regul. iur. Secus de reseruationibus hominis, idest Papæ vel Legati, quia sunt contra ius commune, & procedunt a mera Romani Pontificis voluntate duntaxat, & sine causa etiam in iure expressa, per consequens odiosę, vt prædixi. multum enim hæc discrepant. testis est glo. in c. is qui. de

9 procur. hoc lib. in ver. aliud. vbi Domi. refert ꝙ † deterioris conditionis est, qui habet mandatum ab homine, q̃ a lege, quod iuuat in proposito, vt potius tollantur reseruationes hominis quàm iuris.

10 ¶Primam. Igitur legito † reseruationem in corpore iuris clausam fore in episcoporum translatione, quæ pro communi personarũ & ecclesiarum vtilitate, atq; necessitudine & ꝓ propria voluntate cuiusq; fit. tex. in c. scias. & in c. mutationes. 7. q. 1. vbi citatur Petrum Apostolorum principem & Pontificem maximũ translatũ de ciuitate Antiochena, vtilitatis causa Romã. facit. c. quantò. de transla. præla. in qua quidẽ translatione licet dicamus sufficere maioris partis capituli consensum siue eligere debentium. c. cum omnes. s̃. de de constitu. vbi gl. prima. circa finem tenet Io. de Imola, in Cle.

in Cle.vnica.nu.14 de rerum permuta.tamen in casu in quo eligere debentes noluerint consentire, sufficit auctoritas vel Papæ præsentia.facit theorica.Nam quotiens publica vtilitas & necessitas inest alicui actui explicando,& forma iuris requisita non potest in ea seruari,tunc, ne talis publica vtilitas & necessitas impediantur, sufficit 11 † quòd talis forma seruetur per equipollens. Bald.in l. vnica.C.vt quæ desunt aduoc.post glosam, ibi commendat & sequitur Alex.in l.1.ff.de liber.& posthu.

¶Facit præterea quia auctoritas & præsentia superioris signanter Romani Pontificis, omne vitium omnemque dolum atque fraudis præsumptionem purgat.quod vide per nos comprobatum in trac.de manda.apo.expediendo punctum signaturæ Cardinalis signantis in præsentia domini nostri Papæ.

¶Item in simili iussus iudicis facit licitum quod alias licitum non esset.facit. c.nisi.s̄.de præben.& l.1.de prædijs curial.lib.10. C.omnemq; iuris formam & solemnitatem superare videtur.l.omnium.C.de testa.

¶Et non intelligas solū in trāslationibus,verum etiā in translatione vnius Episcopi duntaxat,quia non solum Papa poterit transferre Episcopos, verum etiam episcopum, causa publicæ vtilitatis & necessitatis occurrente.

¶Dicas præterea procedere in translatione abbatum causa vtilitatis publicæ & necessitatis ecclesiarum facta, abbatum quidem Romanæ ecclesiæ immediate subiectorum, quos accidit in episcopos aut Archiepiscopos eligi, suadente ipsa causa, quibus nullus potest dare licentiam deserendi sua monasteria, nisi solus Papa aut legatus de latere in prouincia existens.probat text.in c.si abbatem de elec.hoc lib.per quorum translationem fit abbatiarum vacatio.c.cum in cunctis.§.cum verò.s̄.de elec.& per dationem huius licentiæ, Papam seu verius ius commune dicimus manum apposuisse, ratione cuius abbatiæ sic vacanti per sedem apostolicam prouidetur, & non per electionem.arg.c.vt nostrum de appella.

¶Quod si dicamus contrarium,accedet non minimū inconueniens, cum verisimiliter licentiam deserendi monasterium non tribuet.quamobrem ipsa publica vtilitas & ecclesiarum & personarum necessitas impedietur.quod non venit dicendum.

¶Sed quis dijudicabit an in ipsis translationibus adsit publica vtilitas & ecclesiarum ac personarum necessitas? Dicas breuiter quòd ipse solus Romanus pontifex: 12 quia † sicut est iudex causæ præparatæ, ita & præparantis. probat text.in c.si iudex laicus.de senten.excommunica. hoc lib.

¶Facit quia sicut iudex ecclesiasticus solus cognoscit de rebus clerici, in concernentibus indemnitatem illius, ita cognoscit de dubio præparatorio an res sit de priuilegiatis vel non.tenet Car.in Cle.præsenti.in 6.q.de censi.

¶Comprobatur, quia sicut iurisdictio quæ super principali exercetur, ita & in connexis.glo.in hoc singularis in c.accusatus.in ver. iudicari. de hæret. hoc lib. quam commendant Ang.& Alex.in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff.de verb.oblig.probat tex.in Cle.dispendiosam.de iudi. ibi,& eas quoquomodo tangentibus. probat regula trita in iure, concessa potestate in certo casu, censetur etiam concessa in alijs casibus,sine quibus illa exerceri non potest.c.1.& c.præterea.s̄.de offi.deleg.& l.2.ff.de iurisdi.omnium iudic.& ibi scribentes.

¶Ideo in proposito, si soli Papæ data est potestas (vt ita dicam) translatādi episcopos, Archiepiscopos,vel abbates & dandi licentiam, deserendi sedes episcopales vel abbatiales propter permissam causam, sequitur in consequentiam, quòd ipsi soli videtur concessa facultas iudicandi de ipsa vtilitate & necessitate.

13 ¶ **Secunda reseruatio** † in corpore iuris clausa dicitur permutatio, quia beneficia permutata alijs quàm compermutantibus conferri non possunt.c.vno.s̄.de rerum permutatio.& Clemen.vnica eodem tit.rota in nouis.deci.22.comprobat concludendo,quòd illorum collatio est necessaria.idem in deci.sequenti quòd beneficia resignantium etiam ex causa permutationis in curia & & in manibus episcopi ibidem degentis resignata & vacantia, ac alias non reseruata, solus Papa confert.c.2.de præbend.hoc lib.quod etiam procedit iuribus Gallicanis.probat tex.in §.item quòd vniuersitates in tit.de colla.in pragma.& in concordatis in tit.de elec.in §.quæ ve-14 rò,vbi dicitur quòd beneficia vacātia causa permutationis, & simplicis resignationis, non faciunt turnum quo ad graduatos & nominatos, quod verum nisi permutatio fiat in fraudem, quia tunc secus.d.c.1.de rerum permuta.& glo.in d.Cle. vna in ver. vtentibus. vbi Car.& Bonifa.citant resignationem tunc ratam manere & beneficia expectantibus aut alijs conferri debere. firmantur hæc per glo.in tit.de colla.in d.§.item quòd vniuersitates in ver.permutationis. Olim enim & ante tempora huius libri,beneficia resignata causa permutationis tacitę vel expressę, vacabant,& de iuris rigore expectantes auctoritate apostolica poterant illa acceptare,nisi per ius nouum fuisset prouisum.d.c.vno.& quanuis sint resignata ex causa permutationis, liberè tamen dicuntur resignata, vt ibi, & ideo olim si episcopus conferebat alij, valebat collatio,supra de præben.Inter cæteras. Ista sunt verba Freder.consi.156.punctus talis est in prin.

¶ **Tertiam** reseruationem in corpore iuris clausam, dico describi in c.2.vt lite penden. hoc lib. vbi habetur beneficium litigiosum conferri non posse per quempiam a Pontifice maximo, meritò dicas reseruationem fore in corpore iuris clausam,intellige tu cum grano sinapis, si super viribus tituli & coram iudice ecclesiastico in petitorio litigetur. arg. aut. litigiosa. C.de litigio. vbi dicitur quod res liti-15 giosa † est, quando de dominio quæritur & disputatur, & sic quando agitur petitoriè, secus si possessoriè, quia tunc dicitur molestia quædam, quæ non facit rem litigiosam. Pro quibus vide deducta per deci.Tholo.434. Rota in antiq.433.quòd subrogatus per ordinarium non potest dare obiectus de iure tertij, cum non habeat fundamentum alicuius possessionis coloratę vel detentationis, imo eius detentatio adeo est affecta & nulla, quòd carere debet iuris adminiculis propter decretum appositum in d.c.2.prout alibi in simili dicitur de possessione beneficij reseruati, quod non habet aliquam possessionem, nec detentationem, nec iuris adminiculum.Inno. in d.c.vt nostrum.s̄.de app.& sic iste subrogatus repellitur a limine litis, & remouetur a possessione seu detentatione, & omnia acta per eum tanquam attentata lite pendente sunt reuocanda. Ad idem Rota in antiq.deci. 400.Vbi refertur quòd permutatio beneficij litigiosi lite pendente facta, per viam attentati reuocatur, etiam mortuo permutante, iuuant etiam citata in antiquio.vt lite pendente, deci.2.quòd decisio.d.c.2.etiam impedit executores gratiarum, quominus conferre possint beneficia litigiosa. Adde Rotam in nouis deci.311.& in nouis etiam.16.in 2.addi. cuius motiuis intentum nostrum sustentatur.

¶Iuuat præterea regula Cancel.17.quòd si collitigans moriatur vel decedat, tertius non poterit subrogari,etiā per Pontificem maximum infra mensem a tempore cessionis vel decessus, nisi huic regulæ per eum derogetur verbis specificis.Imo subrogatio collitigantis in data posteriori illius mensis præualebit.

¶Dicit enim ibi gl.quòd de iure, quando vnus ex collitigantibus moritur, tunc non potest fieri collatio vel prouisio de hoc beneficio alteri, donec finita fuerit primalis, aliter non valet.d.c.2.& præcedenti,& Clemen.1. §.si vero eo.tit.

Ex quibus resultat quòd cum in d.c.2.ponatur decretum irritans, & sic comprehendit Papam, si ponitur in iure vel alias quo ad ordinariam potestatem. notat Domi.in c.quodam, de concess.præbend.quòd collatio etiā Papæ non valet,per d.c.2.iuncto.d.§.si vero.& d.c.quodam.

Quod moderari habes secundò, nisi per Papam fieret mentio de lite, quia tunc videretur facere ex certa scientia subrogationem, & ex plenitudine potestatis, pro hoc habes text.ad Rumbum in d.Clemen.1.ibi,salua tamen, vt lite penden.pro his adduco ea quæ voluit 16 Areti.in c.ex par.num.8.s̄.de testi.quòd † confirmatio obtenta a sede apostolica super attentatis est ipso iure nulla, nisi sit facta ex certa scientia.

Vnum tamen dicas quòd huiusmodi reseruatio non habet

habet locum, quando proceditur per modum priuationis, propter homicidiū vel aliquid aliud simile, quando non extat priuatio ipso iure, quia licet accusatus lite pendente moriatur, tamen ordinarius prouidere poterit, secus si ipso iure foret priuatus, vt quia beneficium symoniace acquisiuerat, & sic solum petat ipsum amoueri, dicendo beneficiū fore suum. Ita decidit deci. Tholo. 436. & ibi Aufrerius, quem videas, ex cuius visione percipies, an licitū sit accusato pendente lite, beneficio suo renunciare. vide quæ dicam. ī. in versi. Alex. 6.

¶Vt enim habeas cognitionem materiæ subrogationis in curia fieri assuetæ, tam pro tertio quàm pro collitigante, in præsentiarum tibi duas optimum putaui inserere supplicationis formas: Prima pro collitigante.

17 ¶Beatissimè† pater, cum lite & causa in Romana curia coram certo auditore, seu eius locum tenente inter deuotum oratorem vestrum Ioannem Dagan. clericum Nanneten. diocęsis actorem ex vna. Et quondam Iuonem Ducassertum clericum aduersarium intrusum, super parrochiali ecclesia de Concreux dictæ diocęsis, rebusque alijs in actis causæ huiusmodi latius expressis, & illarum occasione reū partibus ex altera in prima instantia indecisa pendente, & in illa ad aliquorum & forsan omnium terminorum substantialium obseruationem, citra tamen conclusionem processio præfatus suo extra Romanam curiam fuerit vita functus.

¶Supplicat eidem. S. v. dictus Ioan. Dagan orator quatenus litis & causæ huiusmodi statum, verumque modū & locum vltimæ vacationis dictæ ecclesiæ etiam si exinde quæuis generales reseruationes etiam ex vacatione apud sedem apostolicā resultent pro expressis habentes, eundem oratorem in iure & ad ius, ac ad possessionem dicti Iuonis subrogare, ac ipsum ius conferre eidem, cumque ad illud eiusque possessionem in qua ipse Iuo tempore dicti obitus obtinebat admittere.

¶Et nihilominus ecclesiam prædictam, cuius fructus &c. 40. duca. &c. non excedunt vel alias quouis modo &c. (extende vt in forma subsequenti) eidem oratori conferre & prouidere, seu conferri & prouideri mandare, ac subrogari, & admitti dignemini de gratia speciali. Constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cęterisque contrarijs, non obstantibus quibuscunque.

¶Et attende ad hæc verba, eiusque possessionem, propterea quæ dicit Bellamera deci. 351. eadem die vbi excitat quod subrogatus in iure & ad omne ius quod decedenti & litiganti quomodolibet competebat, non propterea videtur subrogatus in possessione, etiā si decedens fuerit possessor vel ei cōpetit interdictum, nisi de possessione vel iudicio possessorio habita fuerit mentio, cum de his non fuerit cogitatum.

¶Subsequitur subrogatio pro non collitigante cum derogatione regulæ de nō subrogādis nō collitigātibus.

¶Beatissimè pater Cum lite & causa in Romana curia coram certo sacri palatij apostolici causarū auditore inter quosdam Georgium de Vlmo & Ioannem de Bosco ac Guillermum Iohet intrusos, assertos clericos respectiuè aduersarios, de & super parrochiali ecclesia de Thiersant Redonen. diocęsis & illius occasione in prima instantia indecisa pendente, pręfatus Georgius in Romana curia sicut Deo placuit, diem vitæ suæ clausit extremum.

¶Et propterea omne ius eidem Georgio in dicta ecclesia seu ad illam tempore obitus sui huiusmodi competebat, (seu quomodolibet cōpetere poterat), vacauerit & vacet ad præsens.

¶Supplicat igitur S. V. deuota creatura vestra Felinus episcopus Lucanus. e. S. V. referendarius domesticus, cui alias E. S. V. dictam parrochialem ecclesiā, tunc per obitū quondam Francisci Fonque tenet, in dicta curia etiam defuncti, qui eiusdem creaturæ obsequijs insistendo S. V. familiaris continuus commensalis existens eandem ecclesiam cuiusdam gratiæ expectatiuæ per e. S. V. sibi gratiosè concessę vigore, acceptauerat, & de illa sibi prouideri obtinuerat vacan. certo modo, in forma commendari concesserat, quique Felinus episcopus gratiæ cōcessione huiusmodi literis apostolicis super ea non confectis, & omni iuri sibi in eadem competenti in manibus. S. V. in fauorem dicti quondam Georgij cesserat. Et de qua parrochiali ecclesia tanquàm per huiusmo cessionē vacan. ipsa. S. V. præfato quondam Georgio (regulæ cancellariæ apostolicæ de non subrogandis non collitigantibus derogando) prouiderat, seu prouideri mandauerat, necnon deuotus orator vester Ioannes caprilli clericus Redonen. diocęsis, eiusdem vestrę creaturæ obsequijs similiter insistendo. S. V. familiaris continuus, commensalis, quatenus ne lis huiusmodi legitimo careat defensore, qui tueatur eandem, prouidentes, ac ipsius creaturæ intuitu & contemplatione eidem Ioanni specialem gratiam facientes, ac litis & causæ huiusmodi statum que illius pro expresso habentes causamquè huiusmodi quo ad ipsum Georgium aduocantes, & litem ipsam penitus extinguentes, dignetur. E. S. V. eidem domino auditori seu eius locum tenenti committere & mandare, vt eundem Ioannem oratorem in omni iure, & ad omne ius, quod eidem quondam Georgio tempore sui obitus huiusmodi in dicta parrochiali ecclesia, seu ad illam quomodolibet cōpetebat, seu competere poterat subroget, dictumque ius sibi conferat ac prouideat etiam de eodē, necnon de parrochiali ecclesia prædicta, cuius fructus &c. 24. duca. & cætera. non excedunt, siue vt præmittitur siue alias quouis modo aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam cuiusuis de illa in Romana curia vel extra eam, etiam coram notario publico & testibus sponte factam resignationem aut similem iuris cessionem, seu cōstitutionem, execrabilis, vel capitulo de multa, vacet, & deuoluta, affecta, specialiter vel ex familiaritate prædicta & vacatione, aut ex alia quauis causa in literis exprimenda generaliter reseruata, aut alias litigiosa, cuius litis statum & c. existat, eidem oratori prouideat de gratia speciali, constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque in contrarium facientibus nō obstantibus quibuscunque, & cum derogatione dictæ regulæ de non subrogandis nō collitigantibus latissimè extendenda in literis, ad hoc vt illi sufficienter derogetur. Attento maximè ꝙ iam semel in fauorem dicti Georgij illi derogatum extitit. Et quòd nunc contemplatione dictæ creaturæ Felini episcopi referendarij, & pro eo ac. S. v. familiari continuo commensali.

¶In hac quidam subrogationis materia venit per Gallos attendendum, cum in Francia huiusmodi formæ nō sint in grandi obseruantia, eo maximè quòd litium beneficialiumquè causarum anfractus, coram iudicibus laicis, sub quæstione possessoria finē suscipiant, coram quibus (vt prædixi) non fit litigium, imo molestia. testatur Domi. consi. 78. col. 3. Contra tamen Domi. in hoc videtur text. in l. vnica. C. de nundinis, sufficit nempe obtinere titulum aut ab ordinario, aut a legato, vel Pontifice maximo, in forma generali (etiam tacita huiusmodi molestia) illiusque vigore ingredi possessionem & postremo obtentis literis regijs in forma subrogationis directis iudici, coram quo ventilatur processus, & concludere vt vigore tituli, possessionis, & literarum ipsarum, in locum defuncti subrogetur & admittatur.

In hoc subrogationis puncto vnum non pręteermitto, 18 ꝙ si præcessor † vel prædecessor in beneficio percepit fructus, & subrogatus succumbat, non tamen, ille tenebitur ad restitutionē fructuum per possessorem, aut perdecessorem perceptorum. (Remanebit tamen ipse pręcessor in processu pro damnis interesse & expensis, & ista est praxis æquitati consona) quia licet ille habeat ius, quod ipse præcessor habebat, non tamen illud ab eo, sed a collatore obtinet. testatur. Io. Mo. in c. si tibi absenti. ī. de præben. & c. 2. vt lite penden. & in c. indemnitatibus, & ibi dixi. s. de elec. Concordat Io. And. in c. ex parte. s. de arbi. & Guiller. in extrauagā. suscepti regiminis. in verbo, vacantium. Ne sede vacan. Vbi dicit ꝙ in beneficialibus 19 † ius vnius, non continuatur in alium, nisi sola lis incepta, & hoc de quadam ęquitate. non de rigore. d. c. 2. hinc Inn. in c. quia. Guil. s. de iudi. refert quòd olim non fiebat translatio litis vel instantiæ in beneficialibus de vno ad alium. Idem Inno. in c. dilectus filius. s. de res. quod hodie dicas correctum de æquitate secundum Franc. & alios in d. c. 2.

¶In proposito dico ius beneficiale adeo esse personale, vt personam non egrediatur, & sic in successore per omnia

omnia ius nouum creatur. Et ideo ꝙ licet dicamus alienigenam in regno Franciæ beneficium ecclesiasticum sine permissione Regis obtinere non posse, citat post alios Maleret. in tract. de electio. & potestate regia car. 28. col. 2. quod latè comprobo in tracta. de manda. Aposto. discutiendo punctum pro quibus non mandatur: tamen si cedat in fauorem regnicolæ, amplius nō refragabitur illud, tamquàm defectus personalis. l. quia personale. ff. sol. matrimo. cum vulgaribus. Nec de eo ipsi regnicolæ ius in beneficio medio incapacis habenti excipietur. facit in arg. glo. fi. in c. 1. ȷ. de iure patr. quod no. Accedat dictum Dy. in regula possessor. de reg. iur. ȷ. ꝙ vitium prælati non nocet successori in præscriptione cum non cēseatur eadem persona in beneficio cum prædecessore, a quo vt prædixi non causat ius suum, sed a superiore. Meritò Guiller. in extrauagan. Execrabilis in ver. pluralitatem dicit, ꝙ in titulis beneficiorū, qui omnino sunt singulares, possessio vnius non iuuat alium, cum in talibus non cadat successor iuris, vel facti, licet in casu cadat successio litis causæ, vel instantiæ inceptæ. d. c. 2. de æquitate, duntaxat, vt malitijs occurratur, litesq; beneficiales citius finiantur. Comprobat dominus meus de Ripa. in 1. lib. respon. c. 17. Et sic ex hac noua collatione, noua etiam possessio oritur, cū sit eius accessorium. notatur in l. interdictorum. §. quædam. ff. de interdict.

¶ In summa quo ad punctum vide tu glo. pragma. in ver. possedit. de pacifi. po.

¶ Continuando propositum de successore priusquàm alia dicenda aggrediar, & pro comprobatione præmissorum ampliori. Quæro an † successor in beneficio teneatur soluere onera, quæ contingebat prædecessorem expedire. Dic ꝙ non, nisi sint realia beneficiumq; perpetuò contingentia. Franc. in c. præsenti. ȷ. de offic. ordina. Ioan. Imol. in l. filiofamil. §. si viro. ff. sol. matrim. Iacob. de Belvisu in Authen. vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus. col. 9. vbi latissimè tractat an successor teneatur ex facto prędecessoris facit id quod notatur in l. 2. C. de repu. vel abst. hæredi. Vbi licet filius reperiatur bonorum paternorum possessor, non tamen tenetur creditoribus paternis soluere, si nō possideat illa bona ex patris successione, sed alio titulo putà empti.

¶ Sed contrarium videtur per regulam vulgatam in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. qui satisd. cogan. & c. ecclesia. s̄. vt lite penden. no. ample Maler. vbi s̄. car. mihi. 47. col. 3. & 4. ꝙ subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. Dic † id verum circa substantialem naturam, glo. est notatu digna, quam summę commendat Bart. ibi in l. certi conditio. in prin. ff. si cer. pet. Ita dicit Ludo. Bolog. consi. 58. in fi. vt in præsenti consultatione. alleg. Pau. de Cast. consi. 235. licet ista domina Lisia, quod subrogatus sapit naturam, si potest & non contrariatur naturæ suæ. Alias autem non, posuit Rapha. Cuma. consil. 35. circa prin. Frācifcus. instituit & consi. 123. quod exordit Bartholo. instituit Antonium. Item subrogatio requirit duo extrema. Bal. cons. 452. statuto ciuitatis Mantuæ. in 2. col. in 1. vol. videlicet quod subrogatur, & ad quod subrogatur hic non reperitur per prædicta, ideo cessat in omnibus huiusmodi argumentum.

¶ Et inquantum supra proximè deduxi ꝙ instantia id est petitio (secundùm D. Anto. de Butr. in c. cum M. col. 6. in princi. s̄. de constitu. & Fely. ibi. col. 1.) transit in successorem, † intellige si is successor siue subrogatus ad eā, ȷ. annum a die eius tituli computandum admitti se petierit, quo ad possessorium, & infra triēnium quo ad petitorium. Alias obstabunt regulæ cancella. & decretum de pacificis possessoribus, quo causat exceptionem præscriptionis, quæ est exclusiua intentionis subrogati, iuuat regula ꝙ in † beneficialibus sufficit excludere petitorem ꝑ exceptionem iuris non sui. notant Compost. & Io. And. in c. mandatum. s̄. de resc. in antiqu. dummodo excludens sit munitus titulo colorato. refert dominus meus, vbi supra proximè.

Pro præmissis adde secutiuè notata in l. 1. C. qui admitti. vbi si bonorum possessio delata non petatur ȷ. annum, hæc amittitur tempore transacto: & hæc procedunt siue talis excludens possideat beneficium, siue illud si iussu iudicis sequestratum, cum talis sequestratio necessaria non priuet quem a possessione sua. not. in l. interesse puto. vbi Bar. & communiter Scriben. ff. de acquir. possess. Henri. Bohic in c. examinata. supra de iudi. Bart. in l. si oleum. ff. de dolo. dixi s̄. in c. nullus. de tempo. ordi.

Alex. VI. sub rubr. de signatura gratiæ, quo ad huiusmodi subrogationes in modum, qui sequitur statuit, non datur subrogatio, vbi lis est super priuatione, quia tunc beneficium non est litigiosum, ex quo non disputatur super titulo, sed super persona. dixi supra proximè. ver. vnū tamen scias, de quibus quidem beneficijs per priuationē vacaturis. Idem Alex. in rub. de deroga. iurisp. edicto supposito hoc verborum contextu, non datur prouisio Apostolica de beneficio vacaturo per priuationem, per ordinarium, faciendam pendente lite. Quamobrem obtineatur rescriptum a Papa, vt procedatur ad eam & eodem contextu iudicibus ipsis delegatis mandetur quòd † in euentum ipsius priuationis prouideatur oratori, adiecto decreto, & declaratione, ꝙ si N. metu priuationis ductus postquàm citatus fuerit, beneficia ipsa in alterius, quàm dicti oratoris fauorem, etiam in manibus vestris resignauerit. Resignatio huiusmodi in fauorem oratoris facta sit, & esse censeatur, post primam priuationis sententiam. Et sic per quoscunque iudices iudicari, sublatis eis &c. Alias posset in fauorem cuiuscunq; resignare. c. per tuas. s̄. de symo. in c. dudum. 2. in fi. de elect. s̄. glo. in regul. cancel. 27. col. 5.

Alias clausulas necessarias in materia priuationis, vide per eundem Alex. in rub. de priuatio.

Pro præmissis vide etiam quæ dico in c. ad Apostolicę. in ver. dispositioni. de re iudic.

Nunc de diuerticulo ad viam regrediendo, dic in proposito idem fatendum si alter ex duobus, aut vnus ex pluribus electis collitigantibus decedat, renunciet, cedat vel a prosecutione causæ secludatur, aut ius suum non prosequatur, vel pro derelicto habeat, quia tunc si lite pendente cum aliquo fuerit alio celebrata electio, quæ tamen dicetur ipso iure nulla. d. c. 1. vt lite penden. ȷ. c. ex parte. s̄. de arbi. Etiam si eligatur ipse superstes & eademmet persona. c. vt qui duas. s̄. de elec. Domi. post Io. And. in d. c. 1. ibi quæro quid si vno mortuo: cum prius debeat discuti validitas primæ electionis, cuius validitate data, secunda non valet. c. considerauimus. s̄. de elect. & di. cap. ex parte. in fi. in tali casu erit locus prouisioni. i. per solam sedem Apostolicam, loco decedentis, cedentis, renunciantis, vel ius suum prosequentis, alius subrogabitur. d. c. 1. & c. ex parte. Et deinde ius omnium sic contendētium per iudicem competentem, putà eum qui ius infirmandi vel confirmandi iure ordinario habet. iuxta formam. c. fi. s̄. de elect. hoc lib. & decretum Basilien. in titu. de elect. in §. facta autem electione discutietur & examinabitur, qui subrogatus admittetur in statu occurrenti, tunc & prout status litis contigerit, & sic de nouo non exordietur lis. d. c. 2. in fi.

Dico præterea. d. c. primum & secundum in præsentatione locum habere. Ita ꝙ patronus non poterit præsentare. Firmat Cald. consi. 1. eod. titu. Vide Bellame. conclu. 35. nec per hoc dicitur constitutio extendi vel prorogari cum legis interpretatio procedat secundùm ipsius rationem. c. nuptiarum. 27. q. 1. & 28. q. 1. sic enim. & c. debitum. s̄. de bigam. Ideo habeo quòd in casu in quo subest † per omnia ratio legis saltem tacita, ille intelligitur inclusus. Accedat. l. quidam. §. nummularios. ff. de edendo. & ff. de adulte. l. si postulauerit. §. ratio. Et sic non est nouum addere casum, quod primo in ratione etiam legis includebatur secundùm æquitatem detegere siue declarare. facit. c. si postquàm. s̄. de elect. hoc lib. & c. nouit. s̄. de appel. Nam casus in quo similis adest ratio pro expresso habetur. vulgata. l. Gallus. §. nunc de lege. versic. vt non solum iuncta glo. in ver. qui eo, ibi. Sed potest dici ꝙ vtrobique habent locum verba & sententia quod approbant ibi Bal. Pau. Areti. Alex. & Ias.

Nec mirum cum † lex sit omne quod ratione consistit c. consuetudo. 1. dist.

Et in ꝓposito ꝙ rō. d. c. 1. locum habeat in p̄ntatione facta lite pendente, apparet aperte cuilibet intuenti. Nam vera rō illius iuris dr̄ ne propter litium prorogationem, Ecclesiæ dispendia patiantur. Et sumunt ista dispēdia qn̄ est adhuc quærendū de iure defuncti, vt cognoscatur de iure superstitis, vt ibi, & d. c. 2. & in dicta regula. 27.

Planum

¶Planum enim est quòd per omnia in præsentationibus habet locum ista ratio: cum non obstante præsentatione facta adhuc de nouo de iure defuncti sit quærendum. Constat equidem quòd respectu secundi posset superstes ius habere, & non respectu primi.

¶Item non potest dici per mortem competitoris litem finitam, cum per eam non habeat superstes institutionem vel confirmationem. Item postremo largo sumpto vocabulo † præsentatio dicitur electio.c.quærelam. §.de elec.de iure patrona.c.2.& eo.tit.c.nobis.glo.in c.si. in ver.electione.de electio.hoc lib.firmat Lap.alleg.22. & Ioan.Andr.Petr.de Ancha.Domi.& Franc.in d.c.1.

27

¶Quarta reseruatio in corpore iuris clausa dicit quàdo † canonici ecclesiæ cathedralis sunt hac vice priuati potestate eligendi, vt quia scienter elegerunt indignum, puta criminosum vel patientem in ętate defectũ, aut scientia, aut in ordine, vel natalibus, prout describitur in c.cum in cunctis.§.sanè, & in c.dudum, el 2.§.de elec.in antiq.quod extende siue simul, aut separatim elegerint.c.bonæ.& ibi glo.pen.eod.titu.de elec.quam glo. ibi comprobat Panormi.per c.quanquàm.§.de elec.hoc lib.vbi etiam glo.ampla, per quam & notata Innocen.in c.cum nostris.§.de concef. præb. dicunt ibi Ioan. And. & Domi.quòd si canonici † eligant talem in quo non possit esse, nec cadere ius dignitatis, puta homicidam irregularem, vel illegitimum, tunc dicuntur eligere indignum, meritò fit deuolutio ad Pontificem maximum.

28

29

Si vero eligunt in capacem dignitatis, vtpotè infantem, mulierem, vel penitus illiteratum, tunc dicuntur negligentes: & hoc casu ad immediatum superiorum fit deuolutio: Præmissis iunge relata per Inno.in c.quia diuersitatem.§.de conce.præben.& Car.in Cle.si de beneficio de præbend.

¶In proposito idem dicas quando compromissarius (qui iure compromittentis confert, non proprio.c.si diligenti.§.de res.Car.in d.Cle.si de benefieio, in 3.q.) scienter eligit indignum, & ipsi compromittentes talem electionem ratam habent.c.si compromissarius.§.si vero.§. de elect.hoc lib.quod comprobatur per ea quæ perpulchrè in quæstione facti per domi.meum de Ripa discussa fuere. Pone, monachi Cluniacen.nolentes eligere illũ quem Rex Francorum iusserat, occasione cuius in Romanum † Pontificem compromiserunt, qui in hac parte exequendo cõpromissum quendam in abbatem Cluniacen.secularem Cardinalem quidam elegit, dubitabatur an electo ipsa iure subsisteret. Et quod non subsistat probatur, lege enim diuina prohibetur, dum dicitur nõ arabis cum bouę & asino, id est, homines diuersę professionis in eodem officio non sociabis.Deutero.22.c.translatiuè in c.cum causam.§.de elec.

Secundò ratione scandali, diuersitas enim professionis & habitus scandalum solet generare.c.illa.12.dist.vbi Præpo.post alios adducit illud apostoli ad Corinth.8. Si scandalizauero fratrem meum non manducabo carnem in æternum, quod nota pro declaratione eorum, quæ dicit per illum text.Car.in Cle.2.q.2.de celebra.missa.quod cathaloni existentes in studio Tholosano peccant si iuxta consuetudinem cathaloniæ comedunt carnes in sabbato. Et econtra non peccant Tholossani si in cathalonia iuxta consuetudinem patriæ Cathalonicæ comedunt carnes in sabbato, quod insequitur Imo.ibi, colu.1.Faciunt notata per eundem Præpo.81.distin.c.dictum, dum dicit quòd quandoque ratione scandali fit aliquid indispensabile, vel habetur pro damnabili, quãdo tamen de se alias non erat tale, & econtra, secundum eundem Præpo.l.d.in summa quod scandali viiandi causa inhabilis reddetur habilis, dixi.§.in proęmio sacrosancta, ibi, relaxatio: Igitur sisto, sed in casu supposito non solum scandalizatur religionis status, sed etiã abbatis persona qui dum inuitus recipitur aut contemnitur aut odio habetur, etiam sanctissimi domini nostri Papæ maiestas læditur, dum omnia ad suum trahit molendinum, hinc detractationis causa, hinc periclitationis timor, hinc origo fit scandali, hinc principum litis, hinc omnis mali labes, vt perpulchrè dicit Ludo. Roma.consi.380.num.5.q.est.Tertio mali exempli, Abbas enim qui vult prout tenetur instruere monachos ad obseruandam regulam exemplo Domini, prius debet facere, quàm docere: sed quomodo alterius professionis abbas regulam obseruabit monachalem: nec enim utranque secularem & monasticam vtpotè repugnantes, potest implere si talis secularis electus etiam Cardinalis vitam sequatur secularem, non poterit honeste monachos solicitudinem fugientes reprehendere cum tacitus sibi respondeat: eadem quæ corrigo ipse committo, prout in simili dicitur. 26. dist.cap. vna tantum. quomodo autem potest esse hortator virginitatis, qui & ipse cõiugia frequentauerit? Et qui aliter † facit quàm prædicat (Lactantio teste) præceptis suis detrahit pondus: & si aliena peccata corrigere voluerimus necesse est, quòd ea ipsi non committamus: alioquin non veritatis discipuli, sed quod dolentes dicimus erimus erroris magistri: canos si incompetenter.2.q.7.

30

31

¶Quarto ratione impossibilitatis: cohęrere enim & coniungi non possunt quibus sunt diuersa vota. c.in noua actione.16.q.7. ibi, in vno eodemque officio nõ debet esse dispar professio.ar.etiam clé.j.de elec.

¶Quintò ratione confusionis: ordo enim ecclesiæ cõfunditur, dum sua vnicuique ecclesiastico ordini iurisdictio non seruatur.c.peruenit.11.q.1.

¶Sextò ratione authoritatis Pontificis maximi cõseruandę. Inquit enim Stephanus quintus, loci nostri consideratio nos admonet, quæ ab antecessoribus nostris statuta vtiliter fuerunt non infringere.c.loci nostri. 35. q. 9. Nimis enim asperum & bonis sacerdotum moribus inimicum, quæ bene sunt ordinata rescindere & exemplo docere cæteros, sua quandoque posse dissolui statuta c.institutiones nostræ.25.q.2.Papa enim destruens, quæ antecessores iustè statuerunt non constructor, sed deuersor fore comprobatur.

¶Septimo ratione condecẽtiæ: decet enim priuilegiũ a principe concessum perpetuo esse mansurum iuribus vulgatis.sufficiat tex in Authen. vt constit. quæ de digni. §.fin.col.6. Nam priuilegia monasteriorum & ecclesiarũ sanctorum patrum authoritate instituta, nulla possunt improbitate euelli nullave nouitate moueri c.j.& secundo.25.q.2.

¶Octauò, ratione variationis vitandę: quæ maxime in prælatis reprobatur.cle.cum illusio de renuncia. & Greg. 25.q.2. iniuriam facio si fratrum meorum priuilegia perturbo. Omnis enim ratio & ciuilis & naturalis dictat, vt quod semel placuit amplius displicere non debeat.

¶Nonò ratione periculi animarum ipsorum Monachorum, Scriptum enim est, quòd absente pastore antiquus hostis oues insidiando dilaniat. l.postquàm.faciunt notata per Card.cõsi.123.col.5.nu.6. factum sic se habet. Secularis enim (maximè Cardinalis) in monasterio residere non potest, cum sit vocatus ad maius tribunal. ca. por venerabilem.sup.qui filij sint legiti. Imò tenetur (nisi velit deponi) residentiam facere in suo Cardinalatus titu.c.ex gestis.sup.de cleri. non residen. In quibus vice ordinariorum funguntur, iurisdictionem episcopalem habẽt, dico post Ioan.Mo.j̃.in c.1.de maiori. & obedientia. Dicit quippe text.in cap.presbyteros.16 q.1. qui ecclesijs quoquomodo militãt Abbates per monasteria eligi non permittant. Statui enim incongruum si cum vnum pro sui magnitudine non possis explere officium ad vtrũque velle videri idoneus hac potissima ratione: sanctè statuit Concilium Lateranen.quòd conferentes dignitatem ecclesiasticam non valenti residentiam facere, sint ea vice priuati potestate conferendi, text.est aureus: qui vtinam obseruaretur semota omni dispensatione. in c.quia nonnulli.sup.de cler.non residen.

Decimo ratione detrimenti & ratione monasterij euitandæ. Solent enim domini Cardinales & Episcopi Abbatias regentes ad varios vsus vtilitate monasterij non pensata bona monasterij dispergere.ca.hinc est.16.quęst. 1. vbi Grego. loquens de quodam monasterio sito in regno Franciæ, ne Abbas ad episcopatũ promoueri posset. Ne ratione episcopatus abbatia aliquid detrimenti pateretur: facit in simili glo.ampla.in pragma.in tit.de colla. §.cui rei in verbo, pluralitatis. col.penul. dixi latè.sup. de elec.in c.nemo.

Vndecimò ratione acceptari compromissi & fidei datæ monachis. Nam acceptando compromissum sanctissimus

simus dominus noster censetur promisisse electionem facere nomine conuentus: compromissarius enim vti procurator & nomine compromittentium electionem facit.c.in causis. de elect.& d.c.si compromissarius. facit in simili de Archiepiscopo, aut alio superiore ad quem est facta deuolutio, vt teneatur prouidere his quibus teneatur inferior, a quo fit deuolutio.dixi latè.s̄.c.perpetuò.de postula.præla.num.11. Non enim debuit, vt Papa eligere, & monachos præuenire, quia non debent decipi, qui eũ vti virum bonum disceptatorem elegerunt.teste iuriscõsulto in l.3.§.1.ff.de arbit.Nec debet inde iniuria nasci: vnde iura nascuntur.l.meminerint.C.vnde vi.

¶Duodecimò ratione conuentorum & concordatorum cum Ecclesia Gallicana, vt regularia regularibus, secularia secularibus conferantur, vt per tenorem ipsorum concordatorum testimonium datur in titu. de elec. in §. quo verò.facit.d.gl.in ver.pluralitatis.col.pen.cum beneficia ipsa regularia sint religiosis destinata, qui regulam sciant, & obseruẽt, non debent ad secularium vsus transferri, qui sunt disciplinæ regularis expertes.facit.l.1.cum ibi not.ff.de admini.rerum ad ciuita.pertinen.Ita in simili dicitur per Guil.in c.cum de beneficio.col.2.ĩ.de præb. Et hoc magis naturæ conuenit, vt pacta seruentur.l.1. ff. de pact. quibus etiam ligatur Papa.cap.1. de probat. Deus 32 † enim non voluit contractus esse in manu Principum. testatur Bal.in l.2.C.de serui.& aqua.

¶Ex quibus constat clarè Papam non debuisse Cardinalem eligere in Abbatem Cluniacen.Nec iuuat pro cõtraria ꝙ Papa sit legibus solutus & s̄ ius positiuum, quia licet non sit sub lege est, tamen in lege. Nam ea ratione astringitur. Patere legem quam ipse tuleris. c.cum omnes.s̄.de constit.Præterea Bald.in d.l.2.col.8. dicit Papam non esse solutum dictamine rationis, quia nemo potest facere ꝙ non sit animal rationale. Hinc idem Bald.in c.1. Si de feu.fuer.controuer.ꝙ Papa est verum pecus si contra rationem dispenset. Accedat Bart.in l.imperium.col. 33 2.ff.de iur.om.iud. ꝙ † Princeps non habet necessitatem præcisam, sed necessitatem honestatis cum profiteatur se legibus alligatum.l.digna vox. C.de leg. Vide glos.in pragma.in titu.de elect. & reseruat. in ver.reseruationes. Hinc subdit beatus Thomas in 1.2.q.96.artic.6.ꝙ Papa respectu virtutis directiuę ad bonum, ligatur legibus & canonibus.probatur in d.c.nos si incompetenter.2.q.7.

¶Et per hæc sit firmata præsens quæstio iũctis his, quæ copiosius idem domi.meus deducit.2.lib.respõ.c.19.quæ videntur intuenti facere ad prædicta. Quia si compromittentes huic electioni consentiant, amplius nõ poterunt querelare. Et si alias reperiatur nulla, Papa ipse non tamquam compromissarius, sed tamquam Põtifex maximus prouidebit, & non compromittentes ipsi qui per talem ratihabitionem a iure suo recesserunt: secus si non cõsenserint, quia tunc habebunt locum s̄.proximè discussa.

¶Continuando propositum idem dicito quando ele-34 ctores † scienter habuerunt ratam electionem factam cõtra formam.c.sicut.s̄.de elect.hoc lib. & c.cum ab vno. s̄. de re iudic.eod.lib. vel quia non seruauerunt formam.c. quia propter.ĩ.de elect.in antiq.Nam hę sunt reseruationes in corpore iuris clausæ, & per consequens suadentibus præmissis veris ad Papam priuatiuè pertinet de prælato prouidere.d.c.quàmquàm.vbi datur regula generalis, ꝙ in omni casu a negligentia deuoluitur potestas de capitulo Ecclesiæ cathedralis ad Papam. In casu verò negligentiæ ad immediatum deuoluitur superiorem potestas, intellige accumulatiuè cum concurrat cum quocũcunq; inferiore.dixi.s̄.in c.fi.in ver.tertium quæsitum.de constitu.facit in propo.quod notat glo.pragma.in tit.de coll.in §.statuit autem.in ver.irrita.in fin.vbi citat ꝙ non graduati nõ sunt simpliciter incapaces beneficiorum curatorum, villarum muratarum, sed accumulatiuè videlicet concurrentibus graduatis, quasi non concurrant.tenet collatio eis facta, in proposito quando sunt plures habentes potestatem conferendi, dico insolidũ, si vnus pręuenerit, alius nihil poterit.c.dudum.c.si a sede. & c.statutum.el 1.ĩ.de præb.

¶Et dic per huiusmodi reseruationes medio iuris deuoluti factas non infringi iura Gallicana per Concilium Basilien.introducta, cum per illud rectè tam ad verba, q̃ ad mentem illius (dico intuenti) non appareat voluisse ius deuolutum ad immediatum superiorem priuatiuè pertinere. Ideo tamquàm casus omissus remanebit in iuris communis dispositione.c.susceptum.de res.hoc lib.facit l.si cum dotem.in princ.vbi glo.& Docto.ff.solu.matrim. text.in l.si extraneus.vbi Ias.post alios.in princ.ff.de condict.ob causam. Docto.in l.commodissimè. ff.de liber.& posthum.

¶Idcirco occurrit conclusio ꝙ accumulatiuè ad Romanum Pontificem concurrentem (vt dixi) cum quocũque inferiore pertinebit prouidere.

¶Præmissa comprobando addo theoricam ꝙ in casu 35 in quo † lex vel priuilegium, aut quęuis alia dispositio nõ loquitur, ita & nos tacere conuenit.text.in l.furiosi.C.de nup.& in l.si seruum.de acquir.hæred.ff.quæ allegatur ꝙ non licet glo.& Docto.addere ad text.facit quod in proposito simili citat Barba. cons.82. sub nu.6. vol.4. qđ nõ dicit Papa non dicemus nos.probat istud idem Barba.cõsi.83.num.5.eodem.vol.vbi adducit illud Euangelij.Mulier vbi sunt qui te accusant? quæ respondit nemo, qui ẽt respondit, nec ego te condemno. not.etiam in proęmio Cle.in §.nos etiam. & in c.inter corporalia s̄.de transla. epis.ita & econtra vbi loquitur prout ipsum Concilium Basilien.de iure confirmandi vel infirmandi electiones, pariformiter loqui debemus.l.1. §.quod autẽ ff.de aleator. hinc est ꝙ cum ius confirmandi vel infirmandi electiones & ius prouidendi propter electorum negligentiam sint distincta & separata.c.cum in illis.ĩ.de præben. & in d.Cle.si de beneficio.eod.tit. & ex quibus tamquàm ex separatis.nulla fit illatio.d.c.susceptum.& l.fin.ff.de calum.igitur.

36 Secutiuè.& vrgentius comprobo: quia cum † electiua dignitas, propter eligẽtium negligentiam sit effecta prouisiua, c.ne pro defectu.s̄.de elect.tenet gl.in ver.prouisionem.in c.1.s̄.de elect.hoc lib.& in c.in synodo.61.distin. Docto.in c.nihil.de elect. Basilien. Concilium loquatur de electiuis dignitatibus duntaxat, ideo habeo intentũ, ꝙ in prouisionibus non habebit locum.

Et per hæc poterimus extendere.c.2.de præb. hoc lib. ad casum, quo electiua dignitas ex negligentia eligere debentium fuerit effecta prouisiua, vt saltem in prouidendo ille concurrat cum immediato & proximo superiore, vt inter eos locus sit præuentioni, & sic limitari c.mãdatum.s̄.de res.in eo quod loquitur de grauamine Ecclesiæ illato per rescriptum Apostolicum in forma mandati de prouidendo, quia illud procedit quando mandatum emanat principaliter, secus si auctoritate Apostolica successiua, putà iure deuoluto etiam accumulatiuè, quia in tali casu etiam si mile reperiantur, nunquam per hæc dicetur Ecclesia grauata. facit c.si cui nulla.de præb. hoc lib.

Procedere etiam dicas hanc quartam reseruationem, si electio per symoniacam prauitatem sit celebrata, quia cum tunc electio sit ipso iure nulla, irrita, & inanis, vt patet in pragma.in titu.de elec.in §.deinde eligant.cũ sequ. vbi per glosam concordantiæ iuris communis adducuntur, ꝙq; ibi præter alias pęnas ab ipso iure communi statutas sunt ipso facto eligentes potestate eligendi priuati. Et sic in tali casu erit locus prouisioni per sedem Apostolicam.glo.in ver.priuati.in d.§.seq. Quod verum dicas nisi ipsa symonia foret commissa in fraudem illius, qui sperabatur eligi.text.in c.nobis.s̄.de symo.vbi Car.Io. And. Pet.de Anch.& Panor.videntur dicere, etiam si alias esset electuri eundem, quam fraudem dicas non habere locũ, si eo inscio data fuerit pecunia, aut quid aliud simile: tamen id postea ratum habeat, esto quòd primò malitiose data foret. Sufficit enim quod vni soli data fuerit, cum hoc casu corruptio vnius inficiat totam electionem.arg. c.ad sacras.60.dist.& s̄.de elec.c.per inquisitionem. Idem de sola promissione, quia hoc casu promissio & solutio pari passu ambulant.l.fi.C.ad leg.Falcid.

Et licet regulariter promissio facta ob turpem causam sit nulla, tamen nocet & vitiat electionem, & sic incidit quis in pœnam, licet non teneat quod gessit.facit l.ea qui dem.& ibi Cy.C.si mancip.fuerit alie.

Idem dic si pecunia electionis confirmatori data sit, quia etiam non valet, cum in hoc a pari passu procedãt electio & cõfirmatio, quia non videtur ratio diuersitatis. Pro his vide glo. pragma. in titu. de elect. in §.si verò. in ver.

ver.symoniam. Faciunt notata per Petr.de Anchar. in c. tuam.s̃. de æta.& qualita.in fi.vbi dicit procedere,nedum si detur confirmatori , verum si familiari , vel collaterali collatoris, vel confirmatoris. Dic etiam procedere si electus ante cõfirmationem administrauit per se vel per alium , in totum vel in partem, sub quouis colore , etiam permittentibus & electoribus consentientibus, quia cũ hoc casu electus sit ipso iure priuatus.c. Auaritiæ cecitas. s̃.de elect. hoc lib. Ideo hoc casu erit locus prouisioni & non electioni.d.c.quàmquàm.per regulam cuius, possumus firmiter dicere , ꝙ quotiens † aliquis inhabilis putà

37 excommunicatus vel laicus , est scienter admissus ad electionem celebrandam vnà cum habilibus, ꝙ talis electio est nulla ipso iure.c. Massana.s̃.de elec.tenuit Panor. in c.fi.de procura.Innoc.in c.illa.s̃. de elect.& in tali casu ius prouidẽdi deuoluitur ad Papam priuatiuè.d.c.quàmquàm.secus si ignoranter. Quia tunc esto ꝙ vnicus reperiatur habilis,electio erit valida : ratio diuersitatis secundùm Scriben.est, quia quando scienter videntur hi , ad quos pertinet ius eligendi , non velle sine eo procedere, sed potius ꝙ actus vim & efficaciam sumat ab omnibus, sed quando ignoranter , videntur habiles velle eligere meliori modo quo possunt , & sic non inficitur eorum potestas propter inhabilium connexionem . Item pro comprobatione ampliori , quia licet in scrutinio interueniant singulorum consensus, electio tamen fit postmodum per vnum nomine vniuersitatis . Nec exprimuntur inhabiles.c.in Genesi.s̃.de elect.& in d.c.sicut.eo.titu. hoc lib.

Facit , quia si non existens in sacris , seu alias inhabilis admittatur ignoranter ad eligendum, ꝙ propter illius vocem electio non inficitur .

¶Vnum tamen est, ꝙ vox illius non computatur in numero. Ita tenet Ioan.And.in regula, quod alicui in Mercur.quem refert & sequitur Panor.in d.c.fi.col.2.num.6. quem videas pro ampliori animi informatione.

¶Amplia præterea huiusmodi reseruationem habere locũ in eo casu, in quo nõ fuit seruata forma decreti Basilien. Concilij , descripta in c.1. §.& cum humane. de elect. in pragma. vtpotè . quia electores non audiuerunt Missam de sancto Spiritu , nec confessi fuerunt , & cętera quæ ibi continentur , omiserunt : quia tunc electio est nulla,cum illa fuerint a Concilio data pro forma : cuius omissio vitiat . Est enim additio quædam ad formam , iuris communis dispositione introductam,quæ regulatur secundùm principale per regulam positam per Ioã.Mon. in c.quàmquàm.in fi.s̃.de elect.ꝙ eadem est ratio principalis & additamenti .

38 ¶Item dispositio quæcunq; † augmentatiua dispositionis præcedentis , etiam si sit stricti iuris , ex tacita iuris repetitione in se continet omnes eius qualitates , conditiones , & limitationes quæ continentur in dispositione augmentata.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pact. dotal.& l.si conuenerit.§.si nuda.de pignor.actio.& in l.etiã. C.de iur.do.facit.c.quia circa.de priuileg.& c.cum in tua. s̃.de deci.

¶Sed dispositio augmentata, videlicet c.quia propter. s̃.de elect. recipit limitationem , ꝙ in casu quo in forma electionis fuerit peccatum,deuoluatur potestas prouidẽdi ad sedem Apostolicam.d.c.quàmquàm. Ergo habes intentum,idem fore dicendum in forma addita per dispositionem augmentatiuam,vt si sit peccatum in ea, ꝙ deuoluatur potestas prouidendi ad sedem Apostolicam.

¶Item pro ampliori comprobatione determinatio adiecta determinationi legali,cui fit additio, intelligitur tacitè repetita in alia dispositione addente , casus est rotundus in l.mariti lenocinium.§.hoc quinquennium.ff. de adulter.

39 ¶Item regula siue † clausula posita in dispositione præcedentis legis , intelligitur tacitè repetita in dispositione sequentis legis de eadem materia loquentis.l.regula est . circa finem.ff.de iur.& facti ignor.per quam Bart.tradit hanc theoricam in l.prætor ait. §.eritque differentia. colum.fina.ff.vi bon.rapt.vel quando repetitionem fieri suadet identitas rationis concurrens in vtroque casu , vt in l.nemo. §.hoc edictum. ff.de testam. tutel. & in l nihil . ff.de coniugen. cum emanci. lib. & in cap.2. s̃.de transla.epi.

Vel quando eandem repetitionem fieri suadet absurditas,quæ sequeretur,si non fieret repetitio, vt in l.quemadmodum.§.fi.ff.ad leg. Aquil.Or.in d.c.quàmquàm,Papa dat generalem regulam, quod in omni casu deuoluatur potestas de capitulo Ecclesiæ cathedralis ad ipsum Papam(dempto casu,negligentiæ dũtaxat) ergo eadem regula habebit locum in forma addita & tradita per Concilium Basilien.vt in ea repetita inelligatur.

¶Et per hæc patet solutio ad obiectum , quod posset adduci de Basiliensi Concilio excipiente a regula duntaxat reseruationes in corpore iuris clausas, quia cũ forma d.Conclij Basilien.non sit in corpore iuris clausa , ꝙq; licet sit peccatum in ea per electores , non tamen videtur deuolui ius prouidendi ad Apostolicam sedem, dic illud habere locum quando esset noua & diuersa forma:secus si esset eadem , putà quia addita,& hoc per prædicta,cum

40 † in omni actu vbi forma desideratur,talis dicĩt quid indiuiduum.gl.post text.in c.quorundam.23. dist. & in d.c. quia propter:meritò dicitur ꝙ quotiens aliquid requiritur,illud (etiam ex interuallo) potest interuenire, nõ dr̃ tunc pro forma requisitum.No.Bar.Bal.Paul.Saly.& Ias. post gl.in l.vniuersa.in ver.valeant.C.de precib. Impera. offer.vbi citant quòd quando lex iubet aliquid fieri post actum iam perfectum (etiam si dicat quòd aliter non valeat) intelligitur in effectu & non ipso iure , secus si post actum perfectum,lex nihil iuberet fieri,quia tunc intelligitur ꝙ non valeat ipso iure, quod secus in forma addita per Concilium Basilien.

¶Quinta reseruatio in corpore iuris clausa describitur in d.c.2.de præben.hoc lib.scilicet de beneficijs vacantibus in curia , quam semper inter alias solent referendarij & abbreuiatores excipere , per hæc verba , præterquàm per modum vacationis in curia , & maximè per obitum,cum de hoc modo vacandi curiales velint sibi prouideri præcipuè , quod habent officiarij curiæ & regentes cameræ & cancellariæ in mandatis a Papa , prout aliquando hac nostra tempestate dictum est (abusiuè tamen) per curiales legationis Franciæ de beneficijs vacantibus per obitum hic Parisijs .

¶Et licet aliquando in signatura concedatur is modus , tamen in confectione bullarum potentissimè per officiarios renuitur,experto crede Probo , qui bina vice eãdem materiam hoc medio ad curiam misit. Postremò mediantibus caponibus bibalibus traditis , hunc ipsum modũ in ipsis bullis describi obtinuit . de hac reseruatione dico in d.c.2.Ideo in præsentiarum non insisto : interim videas deci.Tholo.434.& quæ dixi in c.quia per ambitionem.s̃.de res. vers.Adde vlterius ꝙ beneficia. & Lapum alleg.84.col.2.

¶Sextam reseruationẽ in corpore iuris clausam reperio descriptam . in Clemẽ. in plerisquè.de elect. vbi dicitur quòd quando Ecclesia cathedralis populo & clero caret , huius Ecclesiæ dispositio priuatiuè ad Papam spectare dignoscitur , ad quas solent mendicantes aspirare , docet experientia rerum magistra , prout ex priscis temporibus dicit text.ibi , religiosis ad quem . vbi Guiller. supplendo citat tales velle dissoluere ligamen , quo religati sunt, spontè cupiunt nempè psallere cum Propheta, laqueus contritus est & nos liberati sumus: inuehit quippe contra hos mendicãtes.Bellam.consi.32.col.3.quem videas .

¶Septima reseruatio stat in c.si Episcopus.s̃. de supplen.negli.prælato. hoc lib. cui iunge glo.fi.ibi aliter prouidendo & cap.vnicum.§.si autem Episcopus.j̃.de cler.egro.istud causatur ex necessitate,quæ id & alia operatur.

¶Octauam dicemus ex manus Papæ appositione causari.vulgato.c.vt nostrum.s̃.de appella.facit.c.executor.in fi.j̃.de conces.prębend.intelligas de vtili † & valida , quia inutilis non

41 afficit . notat Roman. consil.335.quod ex orditur, circa primum consultationis . num.11. Petrus de Anchar.consil. 399. Intentio dominæ Constantiæ. Decilio capel. Tholos.436. Aliquid dico in cap.cum personæ . de priuileg.

¶Per hanc videtur firmata quæstio notabilis . Pone, vacat Archiepiscopatus Bituricen. occasione cuius subsequitur

sequitur de eo prouisio plurium Męuio, videlicet Gaio, & Sempronio, qui procedente tempore in litigijs maximis sibijpsis aduersantur coram certis iudicibus, tandem conueniunt, ꝙ medio Gaij de quibusdam beneficijs Męuio prouidetur, Sempronio vero, eiusdem etiam Gaij medio per Romanum Pontificem pensio annua, mille ducatorum auri de camera super fructibus redditibus & prouentibus ipsius Archiepiscopatus constituitur & assignatur percipienda. Modo his sic peractis occurrit contingentia mortis ipsi Gaio. Nunc disceptatur, an locus sit electioni, an Apostolicæ prouisioni, breuiter videtur dicendum, ꝙ ratione dictæ manus appositionis sit locus ꝓuisioni & non electioni: quod comprobo. Papa enim ꝓpter bonum pacis & concordiæ manum apposuit pensionem creando, expresso partium interueniente assensu, & sic propter instantem rationabilem causam, & non meram voluntatem. c. nisi essent. s̄. de præb. c. sicut. de elect. Ideo hoc capite habes intentum firmum per ea quæ s̄. deduxi in prima reseruatione. Fuit enim hæc concordia rationabilis & vtilis, vt patet de sui natura, & fortè toti ꝓuinciæ necessaria, & sic bonum pacis ex ea causatum dignoscitur, propter quod transgrediuntur canonum præcepta. c. 2. in fi. de despon. impub.

¶Istud enim multum posset persuaderi, & veritate fulciri, si in huius pensionis creatione capituli accessisset cōsensus, hoc tamen non obstare dicas, quia immo non requiritur hoc casu consensus capituli, sed sufficit hæc necessitas concordiæ cum præsentia & auctoritate Papæ, q̄ purgare dicitur omne vitium, omnemq; dolum & fraudem prout alias latè. s̄. deduxi.

¶Hanc tamen non teneas in Gallia, per ea quæ non not. in pragma. in titu. de elect. & reseruatio. & in c. licet. in ver. causa. in fi. quam refert & sequitur de Selua, Gallus in tract. benefi. in 3. par. q. 33. in fi. videlicet ꝙ licet de iure communi dicamus ꝙ per commedam videtur facta tacita reseruatio, adeo ꝙ post mortem commendatarij ordinarius de beneficio sic olim commendato non poterit prouidere. dixi latè in c. nemo s̄. de elec. quod Galli nō admittuntur, quia alias diutissimè hoc medio eligentes, & alij ordinarij possent iure eligendi & prouidendi facillimè fraudari, cum posset contingere Papam frequētius beneficia ipsa commendari & nō intitulari: quod posset etiam in casu supposito contingere, vt pensiones ratione concordiæ crearentur, & sic eligentes via electionum fraudarentur, quod habet multum æquitatis, cui assentio, contra regulam, quòd rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ.

¶Postremò dic in proposito ꝙ licet ipsi ordinarij in prædictis beneficijs reseruatis non possint intromittere vices suas in conferendo, bene tamen in administratores idoneos in eis deputando, donec per Papam prouisum fuerit. testatur d. glo. in ver. causa. circa fi. arg. c. regenda. 10. q. 1. Idem dicas de cap. sede vacante, in beneficijs ad collationem Episcopi spectantibus. no. Io. And. in c. 1. ne sede vacan. hoc lib. concordat Panor. in c. cum vos. s̄. de offi. ordi. & in c. cum olim. de maior. & obed.

¶Ius autem Gallorum quasdam etiam introduxit reseruationes, vtpotè circa præbendas quasdam, quas vocamus theologales, quæ certis in theologia qualificatis & graduatis conferuntur personis, circa etiam tertiam partem beneficiorum, quæ viris nominatis & graduatis debentur (cumulatiuè dico) non priuatiuè. Idem de parrochialibus villarum muratarum, vt prædixi. Et de his recordatus est idem de Selua in 2. par. q. 1. col. mihi. 20. quæ solum operatur effectum circa ordinarios, quia his Papa nō ligatur, cum his & alijs iuribus non subsit, nec astringatur ad obseruandas qualificationes & ordinem graduatorum. glo. in titu. de colla. in §. vt vero. in ver. cæteri. in pragma. dicens idem in eius legato, quod non admitto iure nostro nouissimo concorda. quod comprobo in tracta. de manda. Apost.

¶Introduxit etiam aliam reseruationem specialiter in fauorem Papæ (idem ius Gallorum) inquantum dicit Romanos Pontifices tempore Pontificatus sui posse modo conuenienti & honesto de vno beneficio ad collationē eius, qui habet x. & de duobus, qui habet quinquaginta ꝓuidere per formam mandati de prouidendo, de qua reseruatione & ipsorum mandatorum insinuatione vide Brunellum in tract. de pote. lega. con col. 20. in fi. & quæ abū de diximus. in d. tract.

¶Subsequenter Idem Basilien. Cōciliū aliam & nouā citat in viridi obseruantia fore reseruationem, vtpotè quādo magna, rationabilis & euidens causa suadet, atq; subest, quia tunc Romanus Pontifex (eam in literis Apostolicis nominatim exprimendam) à somno excitare potest. testatur text. in d. c. licet. in pragma. de elec. & reserua. Magnā quippe dices causam eam, propter quam vt prædixi, canonum præcepta relaxantur & transgrediuntur, putà bonū pacis iuribus prædictis, quibus adde notata per glo. post text. in c. cum inter. R. s̄. de elect. vbi Panor. refert Papam posse compellere partes, in his maximè, quæ dependent à sua voluntate, vtputà in beneficialibus & alijs iuribus ecclesiasticis, in quibus habet potestatis plenitudinē & omnimodam potestatem, & contrarium dicens crimine sacrilegij notari dicitur. vulgato. c. si quis suadente. §. committunt. 17. q. 4. & l. 2. C. de cri. sacri. hinc † dicimus ꝙ de potestate absoluta & sine causa quemcunquè beneficijs eidem collatis priuare potest. citat Anto. de Butr. in c. cōstitutus. s̄. de religi. do mi. quod putat verum domi. meus de Ripa. in 2. lib. Respon. c. 19. nume. 6. Et sic argumento de multò magis procedet reseruatio, subsistente magna rationabili, & euidenti causa, quod comprobat Rom. cō si. 332. Quo ad primum consultationis articulum, col. fin. dicens rōne pacis inducendæ, & scandali extinguendi iuris præcepta relaxari. alleg. 28. q. 1. §. iam nostris. 63. dist. si fortè, cum multis alijs ibi per eum coadunatis.

42

¶Dicitur etiam magna rationabilis & euidens causa, si subsit personarū literatura. c. de multa. s̄. de præb. facit. c. cum ex eo hoc lib. de elect. & c. licet vobis. j̄. de præb. & c. si. de mag. & Cle. ne in agro. §. sanè prioratus. de statu mo. ibi, causa studiorū. ad idem auth. habita. C. ne fil. pro pa.

¶In propo. dicit Fely. in c. ad audientiam. el 2. col. 5. ver si. omnia autem, ꝙ si Papa mandet alicui ꝙ dispenset cū aliquo super pluralitate beneficiorum non valet dispensatio, nisi sit sublimis vel literata persona cum mandatū Papæ & potestas dispensandi sint ad talem referenda. d. c. de multa. Secus dicas si Papa dispēset directè, nullo alio hominis ministerio interueniente, quia de factis illius nemini licet iudicare. 17. q. 4. nemini quod prosequere, vt ibi per eundem Fely.

Item sublimitas. i. alta nobilitas personarum (cum pro eis † nobilibus semper præsumi dicamus, maximè in his quæ spectant ad nobilitatem. glo. in c. illud. 40. dist. licet in sui prin. dixerit contrarium. Præpo. tamen in concordando dicit, ꝙ solum habitare in loco nobili, non facit quem virtuosum, nisi quis virtutibus se exerceat, pro eo tamen potius præsumimus, quàm pro eo, qui vilem locum habitat. Et hæc sumit vires in Regibus, Reginis, eorumq; liberis. c. ne aliqui. de priuileg. j̄. vbi glo. concord. adducit.

43

Ex quibus apparet ꝙ sola voluntas non facit, nec operatur hanc magnam rationabilem & euidentem causam. text. in Clem. vna. circa princ. ibi, absque rationabili causa pro libito voluntatis. de conces. præb. Et talis subiacet probationi per iudicem recipiendæ. c. venerabilibus. s̄. sed si ex causa. cum §. seq. de sentē. excom. hoc lib. & c. vnico. circa prin. de sta. regul. j̄. text. & ibi glo. fi. in Clem. vna. de in integ. resti. Et hæc probatio fiet per testes & instrumenta, nec soli Papæ in hoc credetur licet eius intentio sit super his fundata. probat text. in pragma. & cōcor. in tit. de subla. Cle. literis.

Euidentem autem causam dic hanc, † quæ in iure expressa est. l. non possunt. ff. de legi. & c. pastoralis. in princ. s̄. de appel. & in c. nisi cum pridem. §. verum. s̄. de renunc. probat glo. notabi. in c. Romana. §. quod si obijciatur. in ver. minus legitima. de appell. hoc lib. glo. in c. monasteria. s̄. de vita & honesta. cler. hinc dicimus ꝙ negans causam in iure expressam & probatam non esse euidentem, minimè audiendus est, & onus probādi ei incumbit. l. ab ea parte. ff. de proba.

44

Postremò ꝙ licet materia reseruationum plerisq; in locis per Scribentes sit tractata, tamen in præsentiarum procedendi modum describere curaui. Subsequuntur ideo formæ supplicationis, seu & verius signaturæ cum motu proprio proceditur, dico respectu numeri beneficiorum,

ciorum & vsque ad certam pecuniæ summam & in fauorem certarum personarũ nomine expresso designatarũ.

45 **Cupientes,** †de vno vel duobus beneficijs vel pluribus ecclesiasticis, cum cura vel sine cura secularibus etiã si parochiales ecclesiæ vel earum perpetuæ vicariæ, canonicatus & præbendæ personatus, & administrationes, vel officia etiam curata & electiua, in collegiatis ecclesijs fuerint, quorum tamen insimul. 200. duca. auri de ca. secũdum communem æstima. val. an. non excedunt. Ad collationem, præsentationem institutionem, seu quamuis aliam dispositionem, & prouisionem dilectorum filiorum Abbatis & cõuentus maioris monasterij Propeturonis, ordinis Sãcti. B. Et præpositi decani & capituli singulorumq; canonicorũ & personarum Sancti Florentij prope Salumerũ dicti ordinis. S. B. Andegauen. diocęsis & episcopi Redonen. etiam ratione dignitatum &c. cõmuniter vel diuisum pertinen. quæ primo per cessum vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, illa obtinen. seu alias quomodolibet etiam in mensibus ordinariorum collatorum, per constitutiones nostras alternatiuas priuilegia, & indulta vel alias quouis modo concessa vel in posterum concedenda simul vel successiue vacare contigerit. Etiam si dispositioni Apostolicæ alias specialiter vel ex quauis causa de necessitate generaliter reseruata fuerint, nostrę & Apostolicæ sedis collationi & dispositioni, hac vice duntaxat specialiter & expresse reseruamus districtius inhibentes venerabili fratri nostro episcopo Redonen. & præfatis Abbati & conuentui præposito decano & capitulo canonicisque & personis: necnon quibuscunq; personis cuiuscunque dignitatis præeminentiæ cõditionis & excellentiæ, etiam si Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales aut Romanæ curiæ officiales etiam officia sua actu exercentes quascunque gratias expectatiuas speciales vel generales reseruationes vniones annexiones incorporationes, suppretiones, extinctiones, ampliationes, nominationes, & quæuis alia mandata facultates, priuilegia, coadiutoria etiam cum prouisionibus etiam in nullius aut quaruncunque personarum etiam Imperatoris Regum: Reginarum, Ducum, Principum & aliorum Dominorum temporalium fauorem considerationem ac intuitum. Et sub quibusuis verborum formis. Etiam si in eis caueatur, ꝙ illis nunquàm: aut nisi de Apostolicę potestatis plenitudine derogari possit per nos & sedem eandem: hactenus concessa, ac in posterum conceden. prosequen. quæ omnia & singula eorumque vim formã & tenorem illorũq; ac nomina cognomina qualitates illorumque quibusuis concessa sunt & in posterum concedentur pro expressis habentes omnino suspendimus, ac pro nullis ac prorsus infectis volumus: ne illorum prætextu beneficia huiusmodi vt præferetur vacabunt acceptare conferre aut aliàs de illis disponere quo quomodo præsumant, ac decernentes omnes & singulas reseruationes, expectatiuas, nominationes &c. absque consensu coadiutorum vnionum &c. huiusmodi ad hunc effectum suspenden. & in beneficij seu beneficiorũ huiusmodi sic per nos reseruati seu reseruatorũ vacationis euentum effectum sortiri nõ posse nec debere & quascunque prouisiones acceptationes, & aliàs dispositiones ac totum id & quicquid seu super his à quoquàm quauis auctoritate etiam per nos in alternis fauorem & quomodocunque fieri contigerit irrita & inania nulliusque roboris vel momenti concedimus Ioanni militi authoritate Apostolica quàm primũ beneficium seu beneficia huiusmodi vacabunt constitutionibus & ordinationibus Apostolicis &c. non obstantibus quibuscunque. Sequitur alia forma.

Cupientes, De parrochiali ecclesia de Sancto Arnugelo Redonen. dioce. quàm primum per cessum vel decessum, seu quamuis aliam dimissionem, dilecti filij Ioannis, N. illius rectoris vacare contigerit personæ idoneæ nobis gratę & acceptæ prouidere ecclesiam prædictam quàm primum per cessum vel decessum, aut quàmuis aliam dimissionem huiusmodi, etiam in manibus nostris, etiam in mensibus ordinarijs collatoribus etiam per constitutiones nostras vel alternatim concessas vel concedendas in posterum vacare contigerit nostræ & Sedis Apostolicæ collationi & dispositioni hac vice duntaxat, motu proprio & ex certa scientia specialiter & expresse reseruamus inhiben. quibuscunquè personis etiam cuiuscunque dignitatis status gradus vel præeminentię existant quascunquè gratias expectatiuas speciales vel generales reseruationes vniones nominationes sub quibuscunquè verborum formis & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs fortioribus efficacioribus & insolitis per nos & sedem prædictã concessis & concedendis in posterum haben. & pro tempore habiturum ne ecclesiam prædictam acceptare & de illa se prouideri facere ac locorum ordinarijs & alijs collatoribus, ne de illa disponere & ordinare quoquo modo præsumant ac decernentes &c.

¶Et nihilominus volen. dilecto filio Ioanni Bidaud. clerico Biturien. diocęsis, in decretis licen. gratiam facere specialem, ecclesiam prædictam cuius fructus &c. 40. duc. auri de camera &c. vt accepimus, non excedunt vt cum vacauerit vt profertur, etiam si actu quouismodo vacet & ex quauis causa in literis exprimenda generaliter reseruata existat, ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc eidem Ioanni motu simili conferimus & de illa etiam prouidemus non obstantibus præmissis ac constitu. & ordinationibus apostolicis ac specialibus vel generalibus reseruationibus necnon regulis cancellariæ etiam per nos in contrarium editis & edendis in literis latissimè extendendis, quibus hac vice derogamus, cæterisquè contrarijs quibuscunque cũ clausulis opportunis.

¶Reliquum est an legatus possit facere huiusmodi reseruationes. Et quia Brunel. in trac. de po. lega. conclu. 20. latè digerit & congerit. Ideo ad eum qui punctum hunc funditus & radicitus extirpauit, puto recurrẽdum: cui adde Aufrer. in addi. ad deci. capel. Tholo. 4306. in fi. vbi inter alia citat quòd si non valet collatio facta in fauorem illius cui est facta reseruatio, quòd potestas redit ad ordinarium, cum Papa tantum intendebat expressè illi certæ personæ prouidere. Et sic ex quo ille beneficium non potest obtinere, propter eius indignitatem, aut alias, meritò potestas redit ad ordinarium, quia cessante causa cessat effectus. c. cum cessante. ſ. de appel. cum similibus. Pro hoc vide glo. amplam in d. titu. de elec. & reserua. in c. licet in ver. causa in pragma. Ista latius deduco. in c. 2. ſ. de præbend. in versi. licet præmissa.

¶Latius enim hunc punctũ discussissem, nisi oppressus onere insupportabili solicitationis processuum ecclesiæ Patriarchalis Bituricen. fuissem.

¶Et quia vt citat Fely. in c. causam quæ. in versi. non obstante sub nu. 25. ſ. de res. opus esset maiori ocio quàm mihi concedatur a quotidianis lectionibus, in quibus sequens stimulat præcedentem, & materia materiam abbreuiat, vt fiat processus ab omnibus desideratus. Idem Deci. consi. 274. in prin. viso decreto & consi. 333. in prin. licet propositi mei, quibus conuenit dictum Lapi alleg. 58. in fi. ad seruandam conscientiam illi, sed strepitus nos vocat & vnda clientulorum latas mihi pertraxit edes, indulge precor arti molestissimę quæ nec somno parcit neque quieti. Si tu fortè videlicet dices in tuorum negociorum ministerio iuxta illud Oratij, Impiger extremos currit mercator ad Indos: Per mare pauperiem fugiens per saxa, per ignes, vallis. Ad idem quod citat Deci. consi. 408. in fi. in præsenti consultatione quòd aduersa corporis valitudo me in scribendo longiorem esse non finit. Et Ias. in consi. 32. in fi. placet volu. 3. non fuit mihi tempus super hoc benè cogitandi prout desiderabam &c.

¶Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Deliberatione prouida duximus inhibendum &c.

SVMMARIVM.

1 *Verisimilius est, quòd capitulum non ita exorbitet in eligendo, sicut vna persona.*

2 *Io. Mo. pronunciauit de mandato Papæ quod causã dedit huic edictio.*

DELIBERATIONE. Hæc decretalis continet duas restrictiones potestatis legatorum (assumi) ratio fortè quia est † verisimilius ꝙ capitulum non ita exorbitet [a] in eligendo, sicut vna sola persona. Et ideo hic casus subtrahitur de potestate

testate legati.arg.j.hoc lib.de præb. cum in illis.§.1. [Nec de ipsis.] 1.respon. inhibuit reseruationem legati de vacaturis in certis casibus, nunc idem inhibet in eisdem vacantibus & in ceteris tene quod dicitur.s.eo.c.1.& hic 2 [personis.] Et sic † pronunciaui de mandato b Papæ, quæ b causam dedit huic edicto. Nam quidam legatus de latere in partibus Alemaniæ dedit consimilem potestatem in duabus prnuincijs,& contulit secundùm istam formã delegatus. Cunq; quæstio super hoc esset mihi commissa pronunciaui prout hic continetur. Et hoc not.Inno.s. de offi.delega.ex parte.1.[Concilium.] j.de conce.præb. c.nulla. & contra hoc Concilium via aperitur.j.de iure patr.cum dilectus.& j.de conce.præb.accedens, quæ hodie tollitur.j.hoc lib. de conce.præb.derestanda. Et regulariter via clauditur contra dictum Concilium faciendi. Vt hic & j.de conce.præbrc.vltimo.

a NON exorbitet. Vide Cald.in tit.de præb. consi.12.& Ioan.Mon.in simili.in c.in generali.de reg.iur.hoc lib.

b ¶De mandato. Idem Io.Mona.in c.cũ aliquibus.s.de rescript. testatur etiam de mandato Papæ pronunciasse.

¶Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Collatio beneficij per Legatum se.Apo.&c.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas beneficij, reddit rescriptum nullum.*
Licet Legatus conferat motu proprio prout Papa, tenetur tamen facere mentionem de beneficijs obtentis.
2 *Legatus est iuribus astrictus, non Papa.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Io.Mon.fuit Auditor Rotæ, Cardinalis, & Vicecancellarius.*
2 *Motus proprius quare excludat surreptionem.*
3 *Quælibet res non debet excedere effectum suum,& transire ad alias personas.*
Motus proprius cadit in inferiorem a Papa.
4 *Ordinarij originales, intelliguntur prouidere Ecclesiæ motu proprio & Papa & Legatus personis.*
5 *Gratia motu proprio dicitur beneficium, impetrata verò sonat ambitionem.*
5 *Priuilegium motu proprio concessum, solet fauorabilius interpretari, quàm concessum ad postulationem.*
7 *Clausula motu proprio,non probatur per testes.*
8 *Minimè probatur, quòd non motu proprio, si fuerit ille descriptus in prouisione.*
9 *Taciturnitas etiam minimi beneficj, operatur literarum subreptionem.*
10 *Clausula,vt euitetur subreptio ratione taciturnitatis beneficij hic describitur.*
11 *Papa ad vtilitatem actus a se gesti,potest fingere expressum,quod nõ est expressum,& quod habeatur pro expresso.*
12 *Ad quod fit relatio, perinde censetur ac si expressum foret specificè in scriptura quæ ad aliam refertur.*
13 *Solus Papa tacitum pro expresso habere potest.*
14 *Quando dicitur fieri ex certa scientia.*
15 *Miserabilis persona quæ dicatur.*
16 *Difficilius dispensatur contra id, quod est maiori auctoritate roboratum.*
17 *Princeps præsumitur habere notitiam de priuilegio vulgari, sicut de iure communi.*

COLLATIO. Si Legatus conferat iure legationis sic loquitur hic. Si ex vi delegante potestatis loquitur.j.hoc lib. de præben. hi qui. in 1 fi. quo casu † taciturnitas beneficij reddit rescriptum nullum s.de res. postulasti.& c.ad audientiam, & c. si proponente.& j.hoc lib. de præben.is cui conceditur.

¶Sed quæro Legatus confert motu proprio, vt Papa. j.hoc lib.de præben.si motu.& c.sequẽ. Nunquid teneatur facere mentionem de beneficio? Dic a quòd sic,quia 2 † Legatus est iuribus, & iuri astrictus, non sic Papa.j.de concess. præb. proposuit. Et ideo dicta capitula in legato locum sibi non vendicant.

ADDITIONES PROBI.

a DIC q sic. Hoc sequitur Archi.hic & latius in d.c.si motu. Idẽ Zenzel.& Matth. in Clem.2.de offic. ordin. Deficiunt tamen in salutari suo, non tamen dicam ptout Azo in summa, referente Bart.in l.cogi.C.de peti.hæred. q Glosator propter aliquod malè dictum fuit dignus inuolui ceno, absit a memoria & labijs tanta dicere de Ioan.Mo.Card.viro vtiq; famatissimo, cui communiter & eius relationi tamquàm magno viro standum est, prout in simili citat Soc.consi.252.col.7.in 1.vol.visis instrumẽtis. Antiquus 1 enim est maximeq; auctoritatis Ioan.Mona. Quia † Auditor Rotæ.c.cum in illis.j.de præben.Romanæ Ecclesię Cardinalis.testatur idem in c.in generali.de reg.iur.Et vicecancellarius idem.in c.is cui.in fi.de sentẽ. excommu. Ideo magna veneratione præstantior Modernis, etiam pondere numero & mensura. Pro quo facit quod citat Præpo.in c.literæ.col.2.ibi not.pro antiquis magistris, vt eis credendum sit,& contra nouos magistros & Doct.est præsumendum.non dubites q antiquus,quia primus legitur,qui scripsit super hoc lib.decre.sexto, prout habeo a cronicis.Merito Io.And.Franc.Petr.de Ancha.& Guil. contrarium tenent hic insequendo gl. hic & in d. Clem. 2.cui astipulãtur ibi Paul.Steph.Io.de Lignia.Pet.de Anchar. Card.& Imo.dicentes nihil debere imputari recipienti dum Legatus proprio motu facit collationem Nã 2 ratio † propter quam cessat subreptio dicit text. quia de mera liberalitate processit. Ideo non erit imputandum impetranti. Quæ ratio etiam concludit in inferiore qui de sua etiam mera liberalite contulit. Et sic idem ius. c.1.s.de transla.prælato. Et per hoc cessat argumentum Io.Mon.& sequacium,q Legatus nõ est solutus legibus. Item in huiusmodi collatione non potest notari aliqua subreptio vel ambitio. Et sic citra culpam, non debet in aliquo puniri.ar.c.quæsiuit s.de his quæ fiunt a maio.par. capitu.vbi gl.ampla.Panor consi.99.col.pen.in qõne quę 3 ad præsens.vol.2.vbi citat q † quælibet res nõ debet excedere effectum suum & transire ad alias personas. hanc opinionem comproba per ea quæ voluit Anto.de Butr. in c.tuam.s.de æta.& qualiia.7.no.vbi dicit q motus proprius cadit in inferiorem a Papa. Firmat Cal. consil.3. in tit.de præben.hinc gl.regul.cancellarię.15.q si vnus haberet ꝓuisionẽ legati motu ꝓprio, & alius eodẽ die a Papa ad supplicationẽ,q præfeit hñs motu proprio a legato.Et idẽ credere de motu ꝓprio ordinarij, de quo motu vide gl.in c.si Apostolicę.de pb.hoc lib.vbi recordat̃ de motu ꝓprio capituli.Ad idẽ gl.regulæ cãcel.20.de motu ꝓprio ipsius ordinarij.Nõ.n.inuenio prohibitũ q ordinarius nõ possit cõferre motu proprio,& se vocare seruũ seruorum Dei,prout & Papa. Quo ad prouisionem Legati motu ꝓprio factã firmat Nic.Boer.in tract.de po.lega.in 4.prælu dio.col.4. Et quo ad motũ propriũ ordinarij dicit Card. 4 notab.in d.Cle.2.in fi.q ordinarij † originales intelligũtur prouidere ecclesię motu ꝓprio,cũ ad hoc teneantur. Nec debent beneficiũ cõferre nisi persona sit bene nota. Sed Papa & legati prouident personis & non ecclesijs principaliter. Pro hoc habeo doctrinẽ Io.Mo.in c.statutum.sub nu.12.ibi.Sic delegatus noscens partes vr̃ potius cõmittere personæ q̃ dignitati.s.de res.Ideo iu eorũ pludijs dr̃ volentes tibi gratiam facere specialem. Ordinarij vero inter incumbentia onera illos nõ magis solicitant vt ad ecclesias vacantes personas idoneas præficiamus. Ideo aduertentes talẽ ecclesiam vacare, & talẽ esse idoneũ &c.Quod idẽ dic in Papa in his in quibus iure ordinario & Principali ꝓuidet qui exorditur, dũ ad vniuersi orbis ecclesias iuxta pastoralis debitũ officij,cui disponẽte dño,ꝓsidemus,apostolicæ diffundimus cõsiderationis intuitũ illarũ nimirũ ꝓpensiori cura nos auger,quas suis pastoribus destitutas subiacere dispendiolę vacationis cõspicimns detrimento vt per nostræ prouidentiæ ministeriũ illis ꝓficiantur viri fm cor nostrũ idonei in pasto-

res, sub quorũ regiminibus ecclesiæ ipsę in spiritualibus & temporalibus fęliciter gubernentur &c.

¶ Ex quibus verbis prohemialibus colligi tur intentio scribentis. vide auctoritates quas posui.s.in proęmio in ver.proęmium. Et ibi latè & in rub.de reg.iur.

¶ Et vt clariorem in puncto hoc habeas mentem, responde ad iura per Ioan.Mona. & sequaces adducta. Primò dum tex.nostrum allegant & d.Cle.2.ꝙ nihil est cõcludere quia debent intelligi de ea collatione legati quæ fit ad impetrantis instantiam non de ea quæ fit motu ꝓprio, quæ in aliquo non ambit sicut alia.testatur Io.And. in c.duobus.s̃.de res.hoc lib.ꝙ † gratia motu proprio cõcessa dicitur beneficium, impetrata verò sonat ambitionem.c.quàmuis.j.de præben.eo.lib. probat.d.c.si motu, ibi quę de nostra mera liberalitate processit. Beneficium † enim siue priuilegium (motu proprio concessum) solet fauorabilius interpretari q̃ illud quod est concessum ad postulationem partis, secundum glo.fi.in fi.in c.2.s̃.de mut. petitio.Panor.in c.cum in cunctis.§.qui verò.num. 7.& 8.s̃.de elec.Io.Mo.in c.is cui de præben.Deci.consi. 168.col.1.ver.modo in casu reuerende pater.Roma.cõsi. 327.col.2.in fi.dixi in d.c.is cui. Secundò dicere fore speciale in Papa, qui non est ligatus iuribus: ideo secus in legato: consequentia non quadrat, cum (vt prædixi) ratio quæ militat in prouisione Papæ militet etiam in legato. Et propter hanc clausulam, motus proprij, cessat in vtraquè ambitio, ad quod aduertere summoperè debent superiores. Item videmus collationes aliorum non vitiari propter taciturnitatē d.Cle.2.quia præsumitur scire qualitates eorum quibus beneficia cõferunt, & etiam beneficiorum, de Selua.12.q.in 13.qualitate, in 3.par. Aliud adducunt pro comprobatione eorum opinionis, videlicet qua ratione impetrās debet, de beneficio quod habet facere mentionē, ita & legatus cõcedens. Dic ꝙ in impetrante potest notari ambitio, in legato nō, qui concedit motu proprio. Et modificandò prædicta intellige secundum Franc.hic in legato conferente motu proprio illi qui iustè detinebat beneficium, vel cum dispensatione legitima. Secus si cõtulit iniustè detinenti vel detinenti iustè, aut cum dispensatione, quia tunc nō valet collatio nisi seruetur quod habetur in c.ordinarij.j̃.ibi, nō autem conferre præsumāt, quòd eis super obtentis dispensatio euidentur sufficiens ostendatur.j̃.de offi.ord.quod malè ad praxim hodiernis temporibus deducitur, & malè, cũ ibi sit decretum irritans: ideo aliter gestum videtur nullum. dico in d.c.ordinarij. Et quo ad eum cui iniustè alia tenenti contulit, vide Bonifa.in Cle.si plures nu.43. de præben. Et adde ad propositum quòd clausula motu proprio vt tollat subreptionem & suum operetur effectum, debet exprimi in gratia, cum non possit per testes † probari.glo.in d.c.si motu.in ver.expressè. Ias.in l.nec damnosa. nu.4.de præcib.Imp.offer. C.& in l.si quis.ff.si quis cautio rota deci.332.in nouis. Alex.in l.3.ff.quod quisquè iur. Istud potest suaderi rationibus duabus. Prima quia possibile est ꝙ Papa aut legatus ad cõferendum fuit inductus motu proprio, esto ꝙ præcesserit impetratio & non habito respectu ad impetrationem, prout in simili refert Car.consi.142.in fi. Vnde cum hoc pendeat ex animo, voluit Papa non probari posse per testes. hinc glo.in Cle.si Romanus de præben.citat non intelligi nisi exprimatur (maximè dicit ibi Car).in impetrationibus quæ sunt odiosę, secus dic de certa scientia, quia hæc probatur per testes. de Selua.d.q.12.ibi fallit istud primò.

¶ Item quemadmodum hæc clausula, motu proprio, non potest probari per testes, ita † cum est expressa in literis non potest probari contrarium, vt quòd ad prouisi vel alterius supplicationem, Papa vel legatus aut ordinarius id fecerit.ita firmant. Domi.& Franc.post gl.fi.in d.c.si motu cum id esset arguere Papam, & alios de mendacio, quod non licet iuxta notata per glo.magnam in Cle.vna de probatio. Ad vnum in proposito attende, quòd legati clausula huiusmodi, motu proprio, non solent vti, prout vidi, quia in legatione Auinionen.trium annorum spacio fteri: tamē aliquam expeditionem etiā in quauis materia sub hac clausula formari non vidi, licet ad omnia quæ in ibi expedirentur tamquàm cupidus ferè à cunabulis circa stilum curiæ Romanæ studiosè attenderim.

9 Nunc venio ad discussionem, quod taciturnitas † beneficij quantumcunque modici (etiam 20.solidorũ testatur Archi.in c.non potest.inf.de prębē.) reddit alterius beneficij impetrationem à Papa aut legato obtentam, subreptitiam ipsoque iure nullā. istud apparet infinitis iuribus & auctoritatibus comprobatũ. Probat tex.& ibi Scriben. in c.si proponētur, in c. ad audientiam.el 2. c.nonnulli.c. super literis. sup. de res.in antiq.tex.& ibi glo. Card. Petr. de Ancha.Bonifa.Io.de Imo. & alij in d. Cle.2.de offi. ordi.ad idem tex.in d.c.si motu proprio, vbi etiā Archi.Io. And.domi.Guil.Francus.Zenzel. & alij postremo probat tex. noster. Modo expediamus antidotũ huic morbo salubre & necessarium.

Tu dic insequendo stilum in curia tritissimum, quòd conuenit formando supplicationem addere in clausulis post corpus illius descriptis hæc.

10 Et ꝙ † obstantiæ beneficiales oratoris habeantur pro expressis seu exprimi possint in confectione literarum, ut oratori videbitur, opportunumq; fuerit, cuius vigore (dico clausulę) officiarij cancellariæ aut cameræ extendent eandem clausulam secũdum modificationes, restrictiones, & ampliationes stili curiæ: vt in simili citat Prouincialis car. mihi. 45.col.2. impressis Romę 1513.videlicet sub hoc verborum contextu.

Necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura, quæ ex quibusuis dispēsationibus apostolicis obtines & expectas, ac in quibus & ad quæ ius tibi quomodolibet competit, quæcunque quotcunque & qualiacunq; sint eorumq; fructuum reddituũ & prouentuũ certos & annuos valores ac huiusmodi dispēsationũ tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes.

Et per hæc nō obstabit, non expressio cum clausula ꝓ expressis habentes, operet in hoc maximũ iuris effectum in obūbratione huiusmodi subreptionis & illius eneruationis. Pro quo habes vulgarē doctrinā Feli. in d.c.nõnulli per diuersas columnas sparsam. Et post eũ per de Selua. in 3.par.trac.bene.q.13. Probat tex.in l.omnes, vulgata ibi tanquàm per hanc legē specialiter & nominatim fuissēt enumeratę quàm ad hoc dicunt singul. ibi Bal.& Ange. firmando hoc dictum tanquam verum, idem Bal.de pace Constan.in verbo non obstante. Idem Ang. in l.diuus. §.licet.ff.de iur.condicil.& in l.si quis.§.quæsitũ. in fi. ff.si quis cautio.& ibi Alex.& Ias.in l.actione.nu.7.C.de transac. Istud latè firmat (prout dixi) Feli.in d.c.nõnulli in ver, fallit.2.post Ant.de But.in cõs.2.& 49.ibi, ꝙ si gratia Papę signatur hoc modo, fiat vt petitur. Et in supplicatione petebatur ꝙ certa concessio quæ debebat exprimi haberetur pro expressa, certè ex tali signatura, perinde est acsi fuisset expressè specificata. Potest † enim Papa ad vtilitatē actus a se gesti fingere expressum quod non est expressum & habeatur pro expresso. Allegat idem Ant. c.1. de transac.& Cle.pastoralis de re iudi.& d.c.si motu.vide Ias. in consi.29.col.pen.& in consi.121. vol.4. Iuuat stilus curiæ, qui in confirmationibus apponit clausulas has, vel illis similes, videlicet cuius tenorem haberi volumus pro expresso.facit præterea. Nam † ad quem fit relatio, perinde censetur ac si expressum foret specificè in scriptura, quę ad aliam reefertur.l.aut prætor.§.si iudex ibi, sic accipiendum est quasi quantitatem nominauerit.ff.de re iudi.& ff.de hæred.insti.l.asse.& ff.de conditio.& demon.l.si ita scripsero.& de condi.insti.l.illa institutio & c.cum venerabilis.s̃.de excep.& c.cõstitutus.s̃.de religi.domi. istud latius comprobo in trac.de manda. Apostolicis expediēdo signaturam Papæ.

¶ Item ex quo vult Papa haberi pro expresso, fingitur expressum: licet expressum nō sit.d.Cle.vna de probatio. Comprobatur per ipsum stilum curiæ Romanæ, dum dicitur non obstantibus priuilegijs, etiam si essent talia, de quibus deberet fieri mentio de verbo ad verbũ: quia hæc æquipollent expressioni.

¶ Pro ampliori comprobatione habes id quod voluit Ang.consi.270.ꝙ si Papa commemorat quandam suam concessionem.& dicit. Sub dicta forma, & quauis alia forma sub quacunque cõceptione verborum per hæc: perinde est acsi sigillatim esset extensum in literis, quicquid continebatur in alia concessione.ar.d.l.si ita scripsero.& d.l.asse. Item licet in commissione per quam reuocatur cõmissio alteri facta, sit facienda mentio de processu primi iu-

mi iudicis.c.inter.s̃.de re iudic.latè Fely.in c.cęterum.s̃. de ref.fallit tamen si in commissione petebatur certam causam cōmitti alteri auditori, dicendo ꝙ per prius fuit alteri commissa,subdendo clausulam assuetam,videlicet cuius causæ statum dignemini habere pro expresso,quia tunc committendo alteri, videtur Papa ex certa scientia cōmittere, & habere statum causæ pro expresso. pro his facit glo.in ver.personatus in extraua.Execrabilis.& per hæc est responsum ad c.2.s̃.de dolo.& contu.& ad d.c.inter.& c.dilectus,vt lite penden.Quia intelliguntur nisi in supplicatione petatur & concedatur, ꝙ pro expresso habeatur, alias secus.

¶Modifica hanc doctrinam vt solum procedat in Papa,quia ille † solus tantum pro expresso habere potest,& 13 hac clausula vti.testatur.Fely.in d.c.nonnulli.ver.hæc.& similia,allegat Ang.in d.§.quęsitum per illum tex.in ver. specialiter dicentem ꝙ si partes dicant, ꝙ volunt haberi pro expressis & specificatis omnes casus fortuitos,qui occurrere,possent non sufficit, pro quo ibi Alex.dicit esse bonū text.in c.qui ad agendum.ĩ.de procura.Alia vide ꝑ Fel.ibi. Et fortius idē Fely.in c.postulasti.col.15.nu.13. ver.quattus casus.s̃.de re.post Inn.in c.cum ad monasterium col.1.s̃.de sta.mo.& in c.veniens.in 1.gl.de fil.presb. & Panor.in c.at si clerici.§.de adulterijs.s̃.de iudi.dicit ꝙ vicegerens Papæ non potest dispensare sine causa,licet Papa posset.dixi.s̃.in proemio,sacrosanctæ. Quod si non fuerit apposita hæc clausula,officiarij & regentes curię illam apponere non poterunt in confectione formę bullarum, cū si inscio Papa apponerentur verba ipsius clausulæ,duo absurda & insustentabilia sequerentur. Primū ꝙ sine certa scientia Papæ expedirentur ea quæ ex illius certa scientia expedienda sunt:informatur enim Papa ex supplicatione de petitis & non aliunde,dicit Fely.d.c.postulasti.Ideo si clausula ipsa nō fuerit in signatura posita, non videtur Papa petita concessisse ex certa scientia. Secundum,quia alias officiarij possent tacitum habere pro expresso,quod nō legitur de ampliationibus stili fore, & 14 dicitur fieri † ex certa scientia, quando superior habuit notitiam facti, & parte contradicente apposuit superior illam clausulam ex certa sciētia, ita dicit Io.And.in c.pastoralis.de offi.dele.s̃ refert Barb.cōsi.49.sub nu.6.vol.4. quod verum dicerem vbi extat materia in qua de eius natura adest pars aduersa, secus in alia vt in proposito: dic tamen in distinctè,quia illa est Papæ potestas etiam parte non vocata,quę eo modo contradicere nō potuit: quod potest multipliciter cōprobari per sanū cerebrum.

¶Ex quibus resultat firmatum forè in iure nostro,hoc soli Papæ competere,nisi dicas ꝙ legatis aut alijs speciali facultate fuerit cōcessum,prout vidi datum a Sixto IIII. Iuliano legato Franciæ. Scotiæ.& Auinionen.dū describeretur,illorumq; fructus redditus & prouentus ac qualitates,etiā si curata & electiua sint, exprimēdo,seu illa ꝑ expressis habendo. Et hoc sub datum Romæ.1480.4.Kalend. Maij Anno nono Pontificatus eiusdem Sixti.

Redeundo quippè vnde digressi sumus,inquantū concernit dictum ipsius clausulę, pro expressis habētes, vide Car.consi.136.factum sic se habet,vbi inter alia refert.nu. 19.post Inn.in c.significantibus.s̃.de offi.deleg.ꝙ rescri-15 ptum impetratum † cōtra miserabilem personam, quod est dicere secundū Io.And.in d c.significantibus in prinsuper quam natura mouetur ad miserandū, vt quia diuturno morbo grauata vel fatigata & debilis repetitur,dico debilem ex parte bonorum,vt in casu supposito, non valet,nisi expressè de miseria ipsius mentionem fecerit.l. vna.C.qn̄ imper.inter pupil.& viduas.vbi Cy.adducit, ꝙ si monialibus cōcessum est priuilegium, ꝙ nō teneantur ad collectas, tunc nō tenentur ad procurationes Cardinalium,esto ꝙ habeant priuilegium,ꝙ possint imponere collectas,non obstante aliquo priuilegio,etiamsi dicatur, ꝙ Papa velit derogare cuicunquè priuilegio in contrarium reperto, quāmquàm de eo deberet fieri mentio specialis,quia hoc casu talis mentio nō sufficit,quod verum secundum eundem Car.si monialibus ipsis fuit concessum tamquàm personis miserabilibus.arg. d.l.vnice quando Imperator &c.Sequitur Deci.cōsi.165.nu.5.viso tenore quod ibi dilatat,idem forè in priuilegio pię causę concesso.c.si propter.s̃.de rel.hoc lib.& priuilegio cōcesso causa alimentorum.l.libertus.§.posthumus.ff.de alimen.& cibar.lega.Roma.per illum tex.consi.439.nu.20. quod exorditur,quod indultum per.Prędictis iungere poteris notata per Freder.consi.233.casus talis est.

¶Et per hæc habes limitationem ad regulam, cui adhæreas,& ad eam confugias, tanq̄ nautę ad anchoram, maximè si dicatur, non obstantibus priuilegijs in cōtrarium facientibus, etiam si de illis oporteret facere mentionem, quorum tenores de verbo ad verbū haberi volumus pro expressis. istud monet dn̄s meus dn̄s de Ripa. 2.interprę.c.1.de resc.nu.8.per tex.in c.fi.de senten.excōi. ĩ.& in Cle.1.de sepultur.firmat idem Freder.cōsi.47.habita.alias sequeretur absurdum secūdum eum, ꝙ si Papa vellet omnibus priuilegijs derogare quibuscunq; cōcessis,haberet exprimere infinitorum priuilegiorū tenores tam per se q̄ illius prędecessores:& subdit ꝙ ita cōmuniter tenetur. ita tenet Io.de Anania.cōsi.56.quod exorditur,his quæ in facto proponuntur, vbi dicit hanc esse communem.sequitur ibi Bolog.in addi.ad eum,alias sequeretur inconueniens, ꝙ Papa posset sibi imponere legem,a qua nō posset recedere, quod est falsum, vt dixi in c.1.s̃.de consti.& in c.fi.de reb.ecclesiæ nō alienan.cōtra Io.Mo.vbiq; & istud est de mente & verbis Pau.de Cast. consi.3.colu.2.in 1.par.& sic ratione impossibilitatis ista opinio habet locum,alias si non adsit secus.Pau.de Cast. consi.357.col.1.dicendum videtur in 1.par:

¶Prædictam cōmunem in alio casu moderari habes, videlicet in testamentis, vbi non videtur quadrare identitas,cum reuocatio testamentorum sit fauorabilis iuribus tritis,secus in priuilegijs quę dicuntur odiosa.testatur Deci.d.cōsi.165.col.2.dicens ꝙ per hanc clausulam non est sufficienter derogatū quicquid dicatur,addens ꝙ pro ea concurrunt plures Docto.nu.& ponderè maiores. & per hæc habes opinionem s̃.defensatam in titubanti stare,& maximum ciuile bellum inter iurium professores, pro quo sedando dominus meus de Ripa vbi s̃ post Dec. d.cōsi.165.distinguit, aut Princeps per viam legis generalis derogat omnibus priuilegijs, etiam si de illis oporteret facere mentionem specialem, & tunc tolluntur priuilegia habentia clausulam derogatoriam ad futura rescripta,& ita loqui dicit iura per Io.And.in c.vno.ĩ.de excess.præla.in hoc puncto adducta, ita firmat Fely.in d. c.nonnulli.col.6.& sequen.s̃.de res.tamen talis generalis reuocatio non se extendit ad priuilegia in corpore iuris clausa, nisi ex alijs coniecturis appareat de mente Principis.ita latè Roma.consi.498.in casu quo quæritur, dicens ꝙ ex eo ꝙ priuilegia Cardinalium in corpore iuris (saltem pro illorum maiori parte) inclusa videntur, ꝙ dispositio quantumcunq; pęnalis,seu reuocatoria,priuilegiorum alias cōcessorum quantumcunq; generalissima non includit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nisi de ipsis fuerit specialis mentio habita.hæc est cōclu. Io.Mo.quem ibi sequitur Io.And.in nouel.per illū text. in c.vno de scisma. Idem do.de Ripa.1.Respon.c.15.vbi multas adducit concordantias.

¶Et quòd huiusmodi priuilegia difficilius tolllantur (dico in corpore iuris clausa) aut facilius, probat latè Monferrat.in 3.par.trac.super pragma. vbi cumulat.20. differentias inter ius commune & priuilegium in corpore iuris clausum & quasdam conuenientias.

¶Aut derogatur omnibus priuilegijs per viā alterius priuilegij vel rescripti:& tunc est animaduertendum ante omnia qualiter clausulę derogatorię vtriusquè priuilegij sint conceptæ quia præualent ille,quæ sunt maiores efficaciæ. Car.d.consi.136.col.fin.sicut in simili dicimus 16 ꝙ difficilius † dispensatur contra id quod est maiori auctoritate roboratum. Roma.consi.327.istę sunt rationes. num.3.Fely.in d.c.nonnulli in prin.4 col.s̃.de re.Si vero sunt æqualis efficacię, tunc si secundum priuilegium sit concessum motu proprio, procedit prima opinio, ꝙ potens sit dicta clausula, si ad postulationem partis supplicantis,tunc procedit secunda opinio cōtraria.ita testatur idem Roma.d.cōsi.327.in fi.2.col.Et est de mente Cald. d.cōsi.11.in tit.de priui.Tu tamen sublimita,vt non procedat quotiens insertum est speciale,& secundum nō insertum est generale. probat.l.non est nouum & l.nam & posteriores.ff.de legi.& ibi Bart. facit text.in l.3.de silentia.lib.12.C.limitatur etiam vbi priuilegium esset subreptitium.vel alias nullum,quia tunc in secundo non est

necessariò facienda mentio. Domi.in c.quoniam. 8.dist. firmat glo.in c.in nostra.& in c.ex tenore.s.de res.in antiq.etiam si primum est elidibile per exceptiones, quod sequitur ibi Panor.& post eum Fely.vbi etiam disputant, an hoc habeat locum in literis beneficialibus.

Item etiam nisi priuilegium primum esset multũ vulgare,quia valeret secundùm,& primò licet non mentionato derogaret, quia † præsumitur ꝙ de eo princeps habeat notitiam,sicut de iure communi.testis est.Bal.in l.2. in fi.C.quæ sit longa consuetudo.Latius Felyn.in c.1.in 3. amplia.s.de re iud. Pone exemplum in priuilegio ordini Cluniacen.a Pontificibus concesso,cum sit notorium & vulgare in curia idem Cistercien.& alijs de quibus & eorum derogatione.s.in c.cum in tua.de cõsuet.fecimus mentionem:in his tamen votum tuum ne statuas, dic ꝙ licet dicantur notoria, consueuit tamen illis specialiter & specificè,vt prædixi in d.c.cum in tua. derogari, prout vidi in praxi iuxta opinionem Dec. & Cal.in d.consil.11. Et hæc est tutior & de iure sustentabiliorum,cum per eã euitetur omne periculum.

Vnum tamen dico ꝙ ratione huiusmodi specialitatis derogationis, maiores exponuntur pecuniæ, quia additur taxa, vna, siue illa augetur de x.& etiam ex parte scriptoris bullarum.

Et additur ex abundanti cautela post huiusmodi specialem derogationem clausula hæc,quibus omnibus & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumquè totis tenoribus specifica, expressa indiuidua,ac de verbo ad verbum,non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quæuis alia expressio habenda,aut quæuis alia exquisita forma seruanda foret,tenores omnium & singulorum,ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice specialiter & expresse derogamus.

Et per hæc vtraq; opinio remanet iuris suffragio fomẽtata,vltimam tamen puto,vt dixi in praxi,tutiorem,licet prima multum placeat.

¶De officio ordinarij. Rub.

LEGATI potestas,ordinaria est.s.titu.pxi.legatos. Et ideo de ea est præmissum, sicut de maiori.arti.ff.de offi.procon. l.& ideo.& l.seq.in princ.vnde dicto de quodam ordinario, in quo est magna potestas, & multa specialitas saltem in legato de latere. vt s.titu.praxi. c.1. Ideo specialiter præmittitur de offic.lega. ne videatur neglectum. ff.de iureiur.l.item apud.§.hoc edictum. Et tandem generaliter sequitur de offi.ordi.

¶Innocentius Quartus in Concilio Lugdunensi. Cap. I.

¶Romana Ecclesia, & infra. &c.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet suffraganeus potest officiales in sua diocesi constituere foraneos.*
2 *Foranei vnde dicantur.*
Metropolitani nihil habent in diocœsi suorum suffraganeorum, nisi hoc ius specialiter tribuat, vel prisca consuetudo ab antiquo.
3 *Officialis in quibus habeat potestatem.*
4 *Promissio potest esse in pendenti, & contractus, non iudicia.*
5 *Subdelegare non est actus iudicialis.*
6 *Tractus futuri iudicij non spectat ad iudicem.*
7 *Quod per me non possum, nec per alios valeo exercere.*
8 *Iurisdictio quæ non est, committi non potest.*
Dignitas quæ non est vacare non potest.
9 *De eo quod non est, iudicium accipi non potest.*
10 *Circiter refertur ad numerum, circa ad locum, & circum ad tempus.*
11 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tamen tenent.*
Faciens contra ius priuilegiatum, totum amittit.
12 *Iudex agens supra potestatem sibi datam, nihil iudiciale agit, sed est irritum quod facit.*
13 *Electus confirmatus habet illa quæ sunt Pontificis, quo ad ea quæ iurisdictionis sunt.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Producens instrumentum legitimationis, confitetur se non fuisse legitimum.*
2 *Per instrumentum emancipationis, probatur emancipationem, filiationem, & paternam potestatem præcessisse.*
3 *Qui agit pœnitentiam, videtur fateri delictum.*
4 *Petens se absolui, non fatetur se excommunicatum.*
5 *Dictio, nisi, est aduersatiua, & alia facit vt hic.*
6 *Officialis quis dicatur.*

ROMANA. Hæc decretalis habet quinq; dicta. Nam primò quandã prohibitionem ponit. Secundò, versi.[nec pro eo] quandam oppositionem, quæ fieri posset cõtra dictam prohibitionem,dissoluit. Tertiò,versi.[quia in causis] rationem dictæ solutionis subijcit. Quartò.§. [officiales] quandam moderationem officialibus Remẽ. iniũgit. Quintò.§.[& hic] dictam moderationem ad officiales aliorum Metropolitanorum extendit. Ecce ergo casus [suffraganeorum.] Ergo a cõtrario in diocœsi propria,potest officiales foraneos cõstituere, & † quilibet suffraganeus in sua diocesi,pari ratione.s.de offi.Archi. c.1. & fi.35.q.6.Episcopus in synodo.j.de accus. sicut olim.j. de testib.cogen.c.præterea.

Sed quæro,ad quem appellabitur ab isto officiali foraneo? Dic ad delegantem.arg.s.de offi.delega. super quæstionum.§.porrò.ff.de appella.Imperatores.2.respon.

Nec obst.j.hoc lib.de appell. Romana.1.Respon.quia ibi loquitur vbi est vtriusq; idem consistorium, quod nõ est hic [foraneos] † Sic nominati,quia foras iurisdictionẽ Archiepi exercẽtes sunt cõstituti. Cũ regulariter Metropolitani nihil habeant in diocœsi suffraganeorum,nisi hoc ius specialiter eis tribuat. vel prisca consuetudo ab antiquo.9.q.3.nullus primas,&c.conquestus.& s.hoc lib. de supp.neg.præla.Romana.Tales officiales citabant partes in causis appellationum ad curiam Remen.emissarũ; & inhibebant iudicibus, a quibus appellatum erat, ne in causis ꝓcederent,appellatione pendente.Alioquin in rebelles excommunicationis sententiam fulminabant. Et quia isti constituebantur antequàm appellationes essent emissę.ob hoc reprobantur,cum instituens tempore institutionis nõ haberet iurisdictionem in diocœsi suffraganei sui regulariter. Nec exercitium iurisdictionis.Si autẽ haberet iurisdictionem,tũc valeret,licet exercitium iurisdictionis nõ haberet saltem pro tũc, sed nõ pro nũc.ff. de offi.procõ.obseruare.§.vltimo.

Ex quo vř.Si ego Eps cõsueui dari iudex in multis causis,verbi † gr̃a in forma pauperũ,& in vno negocio mihi pñtato & alijs q̃ cõtingeret mihi cõmitti in posterũ,deinde officialẽ meũ subdelegatũ cõstitui,iste officialis in negocijs nõdũ cõmissis nec receptis a me Epo nõ habebit ptãtẽ.j.de appel.sup eo.in fi.j.de resti.spolia.audita.

¶Sed cõtra.pmissio † pt esse in pẽdẽti.ff.de ver.obli.si stipulatus fuerim.§.1.& l.si a colono.in fi.ergo cõmissio.

¶Sol.secus in cõtractibus,qui possunt esse in pendenti. ff.de vsufruc.l.sed & si quis stipulatus.§.1.vbi de hoc. Secus in iudicijs,quę nõ possunt pendere.ff.de iudi.nõ quẽadmodum.

¶Sed contra subdelegare † non est actus iudicialis,vt not.Inno.j.de probatio.c.quoniam.& colligitur.s.de offi.deleg.licet.

Sol.Licet subdelegare nõ sit actus iudicialis,ab ipsa tñ delegatione & subdelegatione procedunt,sicut ab origine ꝓcessus iudiciarij.ar.s.de offi.del.cum in iure.

Cõmissiones igitur ex tractu tpis nõ cõualescũt ex post facto,cum apud cõmittentem nõ sit iurisdictio tpe commissionis.s.de offic.deleg.venerabili.in fi.& s.de res.quia nonnulli.cum † tractus futuri tpis non spectet ad iudicẽ. ff.de vsur.l.1.& de hoc not.j.hoc lib.de sent. excom. Romana.§.caueant.

¶Consi-

¶Consimilis q.no.s. hoc lib.de elec.si confirmationē [vt in eis] quasi dicat, non prohibentur quin possint ingredi & morari, vel transire sicut extranei [propria] quasi dicat auctoritate Papę vel de consensu suffraganei hoc posset facere Archiepiscopus.j. hoc lib. de foro cōpe. Romana.j. Respon [iudicem] sedendo pro tribunali [aliud] quantumcunque sit illud spectans ad iudicia, exceptis casibus a iure permissis.s. eo pastoralis [agant] per se [instituta] 9.q.2.c.1.& 3.q.3.saluo,& c.null⁹.primas [per alios]
7 Quia quod per † me nō possum, nec per alios valeo exercere.j.hoc lib.de reg.iur.quod alicui.ff.de admi.rerum ad ciuita.pertinen.l.2.§.1.46.dist.c.sicut non suo [delegare] hodie hoc recepit modificationem factam ob vtilitatē litigantium.j.eo.vt litigantes, & iure antiquo etiam poterat subdelegare aliquibus in diocęsi suffraganeorum volentibus recipere. Nolentes tamen nō compelluntur. j.hoc lib.de fo comp.Romana. 2.Resp.s.eo.pastoralis.ii Respon. Et ratio diuersitatis hic tacta ex prædictis patet [officiales] foraneos [instituere] quo ad futuras appellationes [qui] officiales foranei [eorum] scilicet Metropolitanorum [appellantur], id est, appellari continget. Nam si est, appellatum, posset committere Metropolitanus, vt prædixi [citationes] quo ad partes [inhibitiones] quo ad iudices a quibus appellatur [compescatur] per censuram ecclesiasticam.j.de verb.sign.quærenti [rebelles] scilicet partes si citatę ad curiam Remen.non irent, vel iudices si post inhibitionē eis factam a dictis officialibus in aliquo procederent [appellatum] seu alias delatum vel relatum [extitit] cum adhuc non spectaret ad ipsum iurisditio, & ab hoc subaudito infertur quod sequi-
8 tur statim, idcirco &c.[in futuris] quia iurisdictio † quæ non est, committi non potest.arg.1.q.7.Daibertum.s.de ref.pastoralis.§.pe. Et dignitas quæ non est, vacare nō potest.s.de constitu.cum accessissent. Et collegio quod non est, priuilegium dari nō potest.j.de eccle.edifican.ad au-
a dientiam.2.Et nimirum quod non est, accusari non [a] potest.j.de despon.impub.ad dissoluendum, & arg.ff.de cōtrah.emp.l.& gradus qui non est, rumpi non potest.ff.de iniusto rup.& irri.testa.l.nam & si sub conditione.§.rumpendo, & personæ, quæ nōn est, ratio reddi non potest.ff. de iur.codi.quidam referunt circa medium, & non pōt minui capite, carens eodem.ff. de cap.diminu.l.liberos
b in fi.nec vsusfructus amitti antequàm [b] ceperit.ff.quib. mod.vsufruct.amit.l.1.j.in fi.

¶Sed contra posthumus potest & debet institui.ff.de liber.& posthumis.l.placet.& l.commodissime.

¶Sol.ff.de sta.ho.qui in vtero sunt, ex quibus cōcludi-
9 tur de eo † quod nō est, iudicium accipi non potest.ff.de iudi.non potest.s.de ref.ad hæc sumus: & ideo benè dicit [in futuris] nam in præsentibus potest vt est dictum [ni-
c si] hoc enisi, est exceptiuum a ver.constituere, quod est. s.& hoc colligitur ex sequentibus, vbi dicit institutionē non iurisditionē seu exercitiū eiusdem: quia quo ad hoc non prodesset consuetudo, vt j.eo.versi.a quibus [cōsuetudine] quæ etiā dat iurisditionē.C de emancipa.liber.l. 1.j.de foro comp.cum contingat [a quibus] Metropolitanis [cōstituti] scilicet officiales foranei [inhibitiones] scilicet generales, quas faciebant isti officiales foranei, ædictum generale promulgando, per quod inhibebant isti officiales omnibus iudicibus de prouincia, ne de causis in quibus ad Remen.curiam appellari contingeret, se intromitterent, secus facientes excommunicando; quod hic reprobatur, & meritò, quia hoc facere nō debent, & quādo hoc faciunt, in causa iam nata hoc facere debent & partibus vocatis.j.de appella.hoc lib.Romana.§.fin-
10 autem, [circa] secundum † Hysidorum circiter refertur ad numerum, circa ad locū, & circum ad tempus: Hugo tñ dicit, ꝙ circa, refertur ad locum, vt iste moratur circa ecclesiam, & ad tempus, vt cū dicitur, iste habet circa.20. annos. Et sic posset hic intelligi vt dicatur, vel circa, hoc est propè, vt dicat locū, vel circa hoc est in breui, vt quia speratur in breui reuersio Metropolitani, & hoc totum referat ad arbitrium boni viri.ff.de iur.delib.l.1.in fi.ff.de verb.oblig.continuus.§.cum ita ff de verb.sign.hæc adiectio [extiterit] Archiepiscopus [non attentent] secus ta-
11 men faciendo, tenet sententia. Nam multa fieri † prohibentur, quæ facta tamen tenent.ff.quando appellan.sit.l. 1.§.biduum.j.de reg.ad apostolicam.

¶Dic contra quia per hunc.§.datur suffraganeis priui-
d legium, vt officiales [d] Metropolitani non ferāt dictas sententias, & sic hoc priuilegium statim habet suum effectū. ar.hoc lib.de conce.præbend.quia cunctis.

¶Item faciens contra ius priuilegiatum totū amittit. C.de his qui ve.ęta.impe.l.2.in fine. Item est hic quædam inhibitio, vnde attentatum cōtra eā non tenet.j. hoc lib. de app Romana.§.finaurē post. & c.non solum.§.illa. Itē
12 Papa hic iurisdictionem officialis limitat, & supra † potestatem sibi datā iudex agens nihil iudiciale agit, sed est irritū quod facit.s.de off.deleg.quoniā Abbas. Simile nota.contra gl.j.hoc lib.de pęn.& remissio.c.vlt. Item inhibitio ista iuribus alijs iuuatur.s.hoc lib.de off.dele.quia.j. hoc lib.de sent.excōic.quia periculosum. Et ob hoc factū contra ius adiutum per alia fortius infringitur. Nec obstat quod in contrarium obijcitur, quia illa iura loquuntur vbi in prohibitione non sistit, sed vltra procedit. Nec obstat.j.de matrimo.contra inter.eccl.cōtracto.c.2.quia hoc operatur vinculum maius superueniens, & quod sit maius est expressum.j.hoc lib.de voto, & vo.redē.c.vno.

¶Et hoc idem [suffraganeos] ne ipsos s.interdicere, suspendere, aut excōicare attentet, dū Archiepiscopus est infra metas suę Prouincię, vel circa [quibus] suffraganeis [Pontificalis] Idem de electis arg s.de trāsla.epi.inter cor
13 poralia. §. 1. Nam † electus confirmatus habet illa, quæ sunt Pontificis quo ad ea quę sunt iurisdictionis.s.de ele. transmissa. Et ratio redditur.j. hoc lib. de sent. excomm. quia periculosum [volumus] cū eadem sit ratio in alijs, quæ in Remen. ergo idem ius debet statui.s. de constitu. translato.C.ad leg.Falci.l.vlti.

ADDITIONES PROBI.

a NON potest. Vide quæ dico.in c.nemo j.de reg.iur. & Richardū de media villa. in 4. sent.dist.49.ar.2.q.6. Ad sextum dictum, vbi citat, ꝙ quando de non ente non est scientia, extenditur ens non tārum ad esse in re extra, nec ad esse in intellectu tantum, sed etiam ad repræsentata intellectui, quòd propriè potest dici ens rationis. Vide etiam Ioan.Mona.in c.1.de conse.infra, quòd non entis non sunt species, nec differentiæ, seu qualitates.l.eius.ff.si cert. pet.l.si seruum.§.fin.ff de actio.emp l.2.vbi Bar.ff.de vsufruct.refert Dec.cons. 147. in fine. Et sic non ex ente non fit ens. Philo.primo Phisic. cap.ad audientiam.sup.de eccle.ędifi.Barba. in Clem.literas. col.27.de re.

b ¶Antequam cœperit. In proposito dic quòd etiam qualitas non potest esse sine subiecto.l. eius qui in prouincia.ff. si cert. pet. & l.si seruum.in fine.ff.de actio.emptio. Et non moritur, qui non vixit.32.q.2.cap.quod vero. vbi glo. in ver. si animam. facit.cap. sicut ex tuarum. supr.de homi. cum priuatio præsupponat habitum. l. remittit. ff. de iureiurand. & cap.ad dissoluendum. de despon. impuber. s.& l. decem. ff.de verbor. obligat. vbi Bartol. Soc. consil. 163. versic. 2. ratio. Et hæc & similia adducta hic per Ioan. Monac. faciunt ad dictum Bald.in l.3.C.de iure
1 Aure.annul. quòd producens † instrumentum legitimationis probat, & confitetur se non fuisse legitimum, cum omnis dispēsatio præsupponat in contrarium veritatem esse secundum eundem. Ad idem quòd per instrumen-
2 tum † emancipationis probatur filiationem, & patriam potestatem præcessisse. Bald. in l.moueor.C.de seruis ex-
3 por.& in l.fina.C.de sen.passis. Et qui † agit pœnitentiam videtur confiteri delictum. Bald. post glos. in cap.literas. colum.2.supr.de præsump.licet ibi Fel.colum.penult.ver. Adde tamen, videatur tenere contrarium, quòd petens veniam non videtur confiteri se deliquisse, sed signum humilitatis. dicit gloss. in capi. exhibita. in ver. postulauit. supr. de homi. quam reputat singul. Alexand.in l. prima.ff. de nou.oper. nuncia ad hoc, quòd quando quis petit veniam à principe, aut alio, ratione alicuius delicti, de quo ab aliquibus suspicatur accusari, non propter hoc illud videtur confiteri: nec potest procedi contra eum, tanquàm contra confessum: secus dicunt Doct. ibi, si petitio hæc fieret in iudicio, quod nota: hanc etiam glo.dicit singulariter notandam Car. in repet.ca.perpen-
4 dimus: in fine. supr. de sent.excommu.ad hoc † quòd pe-

tens se absolui non fatetur se excommunicatum siue simpliciter siue ad cauteiam.

c ¶Hoc nisi. Ang.cons.83.col.2. subtiliter dicit ꝙ dictio, 5 † nisi, est aduersatiua, cuius sensus est negare praecedentia habere locum in sequentibus. firmat Ias.in l.actione administrate.sub nu.3.C.de transa. ꝙ cum dictio, nisi, sit exceptiua necessariò significat oppositum antecedẽtis, cui immediatè aduersatur vnde si praecedat oratio negatiua, dictio nisi, ponit & affirmat, si verò ecõtra praecedit oratio affirmatiua, negat & priuat. Idem Ias.in l.cũ te.nu.9. C.de transact. vide eundem in l.si eum.§.qui iniuriarum. num.29 ff.si quis cautio.

d ¶Officiales. Dic † quòd ille dicitur officialis, cui Episcopus vices suas committit. glo.post text.in c.ex frequentibus.§.de institut.similis.in c.Odoardus.§.de solu.vbi Panor. & Imo. dicunt idem de alio praelato inferiore vices suas alicui etiam committente, quia ille dicitur officialis, prout custodes Ecclesiae Bitur.habentes iurisdictionẽ in parrochia de Fargijs dicuntur habere officialem, cuius nunc officium gero, vel alio modo dr̃ officialis s̃m Petr. de Anch.consi.110.j facie, cuius ministerio & opera quis vtitur, & in solicitudinis partẽ vocatur: cui astipulat̃ Anto.de Butr.in consi.74.col.2.visis statutis.

¶Gregorius Decimus in generali Concilio Lugdu. Cap. II.

¶Si canonici a diuinis cessare voluerint, &c.

SVMMARIVM.

1 *AEquiparantur publicum instrumentum & litera sigillata sigillo authentico.*
2 *Sigillum capituli an dicatur authenticum.*
3 *Quis non potest sibi imperare, nec ius dicere.*
Nomen actionis, necesse non habet exprimi in libello.
4 *Si datur actio, multò fortius exceptio.*
5 *Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.*
Imagines honorare debemus, propter reuerentiam illorum quos repraesentant.
Scriptura quod facit legentibus, hoc facit pictura ydiotis cernentibus.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Similia dicuntur, quorum sunt diuersi termini, & vna est ratio.*
2 *Illa dicuntur in iure similia, quae regulantur per vnius, & eiusdem rationis identitatem.*
3 *Ad tollendum argumentum a simili, non sufficit dare dissimilitudinẽ, quia satis est quòd sit similitudo in eo de quo agitur,*
4 *Illud est simile quod in aliquo habet differentiam, sed vt plurimum habet conuenientiam.*
5 *Consensus partium non operatur, vt quis sit iudex in propria causa.*
An quis possit cognoscere vtrum sit sua iurisdictio vel non.

SI CANONICI. Cessatio administrationis, de qua hic agitur est arcta.§.eo.irrefragabili.§.ceterum. [arctior] vt hic, & arctissima, vt j.eod.quàmuis. & haec decretalis habet quatuor dicta. Nam primò formam cessationis ponit. Secundò, ver. [sciturí] formam hic traditam non seruantes punit. Tertiò, versi. [Si autem] illos contra quos canonicè est cessatum, poenis multiplicibus subijcit. Quartò.§.ceterum. quendam abusum reprobans contrafacientes puniendos decreuit, adeo ꝙ alij cum similibus compescantur [a diuinis] scilicet officijs [cessare.] Sed nunquid tempore huius cessationis, est Ecclesia interdicta? videtur ꝙ sic.j. de appel.dilectis.in princip. vbi solus decanus supposuit Ecclesiam interdicto: ergo magis omnes canonici hoc poterunt.argu.contra.j.de his quae fiunt a maio.par.cap. quaesiuit dic Ecclesiam medio tempore non esse interdictam. Nec eam canonici interdicto ecclesiasti co supponunt, sed tantum cessant a diuinis in ea, vt d.c.irrefragabili.§.ceterum. Et vbi sic cessatur medio tẽpore submissa voce officiatur, & celebratur, quod non fieret si Ecclesia esset interdicta. j.de cler. excommu. mi. postulasti. Nec obst. c.dilectis. quia ibi vel factum narrat, seu loquitur de iure speciali, quod decano competebat [Consuetudine] vt in Remen & Carnoten.ecclesijs. [Alias] vt ex priuilegio [publico.] Nota casum vbi necessaria est scriptura. Alium habes [a] §.hoc lib.de electio. vt circa. Regulariter contra.C.de fide instrum.in exercendis [literis.] No. 1 hic haec duo † aequiparari, scilicet instrumentum publicum & literam sigillo authentico sigillatam.simile. [b] j. de senten. excommu.cum medicinalis.§.1. j.de fide instrum.c.2. [authentici] dicunt quidem sigillum capituli authẽticum esse ex vi relationis verbi alterius. Sed dic contra. Nam etiam si sigillum capituli sit authenticum contra se, vt fidem faciat contra se. argu.ff.de procura. si procuratorem, non tamen pro se.C.de liber. causa. cum precum. Et quod sigillum dicatur authenticum, & quòd non, no. j.de probat. c.post cessionem. [causam] scilicet notoriam.§.eod.irrefragabili.§. ceterum. Nam si non esset notoria, tunc consuetudo non prodesset, quia esset ecclesijs onerosa.§.de consuetud.c.1. & c.cum venerabilis. Iam enim causae possent falsę fingi & cessari.

¶Alij distinguunt.dicẽdo praedicta verba, quãdo cessatur contra Episcopum, secus si contra alium, & tunc dicũt sufficere ꝙ sit rationalis, sed indistinctè dic. vt prius, vt in §.ceterum.& j.eod.quàmuis.quia ille contra quem cessatur non debet conuinci ex probandis, sed ex apertis & notorijs, praesertim in cultu diuino tollendo.arg.C.de actio.& oblig. Negantes sed quomodo canonici possunt 2 seipsos suspendere, qui in hoc videntur † sibi imperare. c quod esse [c] non potest.ff.de arbi.l.pen.

d ¶Item videntur sibi ius dicere, quod est prohibitum [d] C.ne quis in sua causa ius sibi dicat. dic ꝙ seipsos non suspendunt, nec sententiam sibi dicunt, sua tamen organa & sonum campanarum suspendunt & sic cessant [illud] scilicet instrumentum [illas] scilicet literas authenticas.

¶Sciturí [praetermisso] i.causa non expressa in literis patentibus, vel instrumento publico [restituent] & dic conditione ex isto canone, cum enim per legem nouam inducitur obligatio, datur condictio ex lege.ff.de condi. 3 ex lege.l. vna. sic dico in canone, nec dico † necessè nomen actionis exprimi in libello. j.de iudi.dilecti. [percipient.] Nam cum contra eos datur actio ad repetẽdum, multò fortius exceptio ad non soluendum.ff.de superfi.l. 2.§.quod ait. [contra quem] no. ꝙ qui cessat ab eo quod facere debet, quasi ob culpam alterius, iniuriam illi facit, cuius occasione cessat, si culpa non suberat [occasionẽ.] 4 Nota † qui occasionem damni dat, damnum dedisse vr̃. ff.ad leg. Aquil.qui occidit.§.in hac.& j.de homi. de cetero [canonicis] scilicet, condemnetur quod est j. [Ecclesiae] scilicet condemnetur & ita dupliciter condemnabitur, quia canonicis ad interesse, & Ecclesiae ad certam quantitam superioris arbitrio taxandam: nam hoc casu & superiori duo sunt lęsi, & ob hoc duobus est satisfaciẽdum [augmẽtum] nam cum cultus diuinus, culpa istius fuerit diminutus, decet ipsum de illius pecunia augmentari.arg. j.de cler.non resi.c.vlti. [indeuotionis] nam ima 5 gines † honorare debemus propter reuerẽtiam illorum, quos figurant. Quod enim facit scriptura legentibus, hoc facit pictura ydiotis cernentibus de consecra.dist.3. praelatum [reprobantes] & ita non valet in talibus consuetudo, cum potius sit abusus. authen. vt nulli iudi.§.1.col.9. & §.de consue.cum venerabilis [compescat.] ar.C.ad legem Iul.repetun.l.1.& C.de poen.si operis.

ADDITIONES PROBI.

a HABES. Vide accumulatos casus, in quibus requiritur scriptura. per glo.in ver.in scriptis.in c.vno. j.de censi.vbi Ioã.Mon. ante glo.ipsam quibus adde text.in c.1.in fi.de elect.hoc lib.

1 ¶Simile, † Similia dici quorum diuersi sunt termini, & vna est ratio. Bald.in l.neq;.ff.de leg. & in l illud.col.2.C.de sacrosanc.& in l.1.col.pen.C.de fur. Ad idem Petr.de Anch.consi.350.post princ.in quaestione praedicta arguitur, vbi dicit ꝙ illa dicuntur in iure similia, quae regulantur per vnius & eiusdem rationis idẽtitatem.l.non possunt.ff.de legib.l.fideicommissario.§.fi. 2 di.de legat.3. Et ad tollendum argu. a simili non sufficit dare dissimilitudinem, quia satis est ꝙ sit similitudo in eo de quo

de quo agitur. Panor.in c.tranſlato.ſ.de conſtit. & c.quẽadmodum.ſ.de iureiur. Et dicit Bald.in l.curationis.col. 2.C.de nego.geſt. ꝙ illud † eſt ſimile quod in aliquo habet differentiam, ſed vt plurimum habet cõuenientiam, & etiam data diſſimilitudine aliqua in eo, de quo agitur non tollitur argumentum. Panor.in c.conſtitutus.nu.5.ſ.de appella. Dec.in conſi.429.col.2.pro defenſione.vide Paul.de Caſt.conſi.73.in fi.licet iſta domina Liſa.par.1.

c ¶Non poteſt. Vide pro hoc quæ citat Marian.Socin.conſi.87.col.2.cum ſeq.in præſenti.

4 Prohibitum. Adeo † fore prohibitum dic ꝙ etiam voluntas partis nihil operatur, vt quis poſſit eſſe iudex in propria cauſa. not.Panor.in c.in Geneſi.in 3.not.ſ.de elect.per l.pen.ff.de arbit. Et hoc procedit etiam ſi quis regia præfulgeat dignitate.Maria Soci.conſi.96.col.4.viſo proceſſu. Vide Oldra.conſi.24.l.quod remiſſio.

5 An autem † quis poſſit cognoſcere vtrum ſit ſua iuriſdictio vel non,attende ad ea,quæ tradit Alexan.conſi.1.col.3.vol.5.vbi optimè diſtinguit, videlicet ꝙ vbi poteſt ſeparari cauſa iuriſdictionis a cauſa principali,& tunc cognoſcit. Si autem non poſſit ſeparari, ſecus, quia tunc videtur tamquàm iudex in propria cauſa.l.1.C.ne quis in ſua cauſa.& l.qui iuriſdictioni.ff.de iuriſd.omn.iudi.

Idem dicendum vbi aliquod commodum vltra iuriſdictionis exercitium iudicanti applicatur, vt quia nõ eſt dubium de ſolo exercitio iuriſdictionis,ſed de proprietate alicuius iuris,vel cauſæ deferentis iuriſdictionem, tũc propter dubium iuriſdictionis non cognoſcet iudex an ſua ſit iuriſdictio. Notat Anton.de Butr.in c.cæterum.ſ.de iudi.

¶Gregorius Decimus. Cap. III.

¶Ordinarij locorũ ſubditos ſuos plures dignitates,&c.

SVMMARIVM.

1 *Prælati inferiores an habeant in clericos coertionem in text. contentam.*
2 *Ordinarij locorum vocantur illi, qui conferunt beneficia, & tales poſſunt eſſe alij ab epiſcopis.*
Ordinare clericos,& admittere ordinandos, eſt proprium Epiſcopi, non alterius prælati.
Pluralitas beneficiorum eſt canonibus inimica,& ideo tãquàm odioſa eſt reſtringenda.
3 *Idem iudicium eſt habendum de perſonatibus, quod de beneficijs curam animarum habentibus.*
In diſpenſationibus tamquàm in ambitioſis eſt ſtricta interpretatio facienda,idem in reſcriptis ad beneficia impetratis.
4 *In illis, quæ iure communi poſſideri poſſunt,non eſt aliquis compellendus edere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſecus de his quæ iure communi non poſſunt poſſideri.*
Poſſeſſio,& bona fides quando non ſufficiant.
5 *Qui ſuam defenſionem in termino aſſignato non oſtendit, ius non præſumitur habere.*
Literæ quæ non apparent non cenſentur eſſe.
Idem in exceptionibus idoneitas tacitè intelligitur.
6 *Qui non habet poteſtatem in acceſſorijs non habet in principali.*
7 *Eius eſt interpretari,cuius eſt condere.*
In dubio eſt recurrendum ad conditorem,non in certo.
Dubia diſpenſationum,& priuilegia ſedis Apoſtolicæ, per eãdem ſedem debent terminari.
8 *Habens plura beneficia curata, vel eis ſimilia, alio conſimili obtento habet primitus illa reſignare, ſi vult tertium cano nic obtinere.*
9 *Promptum eſt iura iuribus concordare, & ipſorum correctio eſt vitanda.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Defenſio naturalis ſæpiſſimè ex cauſa tollitur.*
2 *Contumaci denegatur audientia.*
3 *Verbum,defenſio, eſt generale multa importans.*
Defenſio quando excipitur, non comprehenditur iudicis officium.
4 *Interpretatio non poteſt melior inueniri, quàm ea, quæ a Romano Pontifice procedit.*
5 *Omnia quæ ſunt in termino,ad quem fit relatio cum qualitatibus ſuis, cenſentur ineſſe in termino referente.*
6 *Omnes interpretationes,quas lex recipit interpretata, recipit etiam lex interpretans.*
7 *Omnis interpretatio deſiderat omnem æquitatem.*
8 *Quando non poteſt adiri conditor legis, interpretatio fit in benigniorem partem.*
9 *Beneficium curatum dicitur vt hic.*
10 *Titularius beneficij an fidem facere teneatur de titulo ſuo ordinario vel parti aduerſæ.*
11 *Quaſi poſſeſſio non releuat ab onere probandi.*
12 *Prælatus qui tacitè vel expreſsè conſentit in beneficiatum, non compellit oſtendere titulum.*
13 *Tacitus vel expreſſus conſenſus prælati quando nihil operatur ad nõ oſtenſionem tituli.*
14 *Beneficiatus non admittitur appellans, quàmuis fidem faciat de titulo ſuo loci ordinario.*
15 *Quaſi poſſeſſio non poteſt haberi in matrimonio,ſine vero titulo.*
16 *Quando factum eſt antiquum, an quis teneatur oſtendere titulum.*
17 *Præſumendum eſt pro eis,qui longo tempore miniſtrauerunt.*
18 *An ſit facienda fides de titulo prædeceſſoris.*
19 *In beneficialibus nihil præſcribi poteſt.*
20 *Vbi ad acquirendum titulum requiritur poſitiuus actus, tollerantia non habetur loco tituli.*
21 *Quid dicatur factum antiquum & recens.*
22 *Patronus & parrochianus an poſſint cogere beneficiatum, vt oſtendat titulum.*
Quare fuit introducta regula cancellariæ de publicandis reſignationibus.
23 *Quilibet poteſt proſequi iniuriam Eccleſiæ factam.*
Curatus dicitur prælatus.
24 *An vaſſallus teneatur oſtendere titulum.*
25 *Solennitatem allegans, illam probet.*
26 *Aduerſario an debeat fides fieri de titulo.*
27 *Qui agunt nomine alieno,debent docere antequàm admittantur ſe legitimè ordinatos.*
28 *Soluens non prælato, non liberatur, prout nec acta cum eo valent.*
29 *Ingens eſt commodum poſſeſſionis*
Durante litigio beneficij, an ſit ſoluendum.
30 *Solennitas præſumitur ex tempore xxx.annorum.*
31 *Titulus eſt ſemper neceſſarius in corporalibus rebus eccleſiaſticis præſcribendis,& etiam bona fides.*
32 *Quaſi poſſeſſio pacifica prælati,tabellionis,aut matrimonij tuetur tertias perſonas, quæ cum talibus contraxerunt.*
33 *Ex ſola poſſeſſione quis non poteſt adminiſtrare.*
34 *Quando agitur de beneficio petitoriè vel poſſeſſoriè, an quis teneatur fidem facere de titulo.*
35 *In materia beneficiali quilibet dicitur actor & reus.*
36 *In beneficialibus non defertur iuramentum.*
37 *An in iudicio poſſeſſorio recuperandæ ſit fides facienda de titulo.*
38 *Confeſſio in beneficialibus quando operatur.*
Titulus probetur per literam.
39 *Quando apparet de non iure agentis,non fit reſtitutio.*
40 *Caſus ſaiſinę & nouitatis quam habeat naturam,& infra quod tempus debeat intentari.*
Citatio debet emanare a iudice competente, vt fiat præſcriptionis interruptio.
41 *Curiæ parlamentariæ vicem præfecti prętorio obtinent.*
42 *In poſſeſſorio quare non admittatur erroris propoſitio.*
Cauſa poſſeſſionis dicitur parui præiudicij, nec dicitur magna, licet de re magna agatur.
43 *Duo aut tria beneficia obtinens canonicè, & quartum acceptans non legitimè,quid faciat.*
44 *Priuatio præſupponit habitum.*
45 *Qui binos lepores vna ſectabitur hora.*
46 *Quilibet debet corrigere errorem ſuum.*
47 *Prouiſus duobus beneficijs incompatibilibus canonicè,ſi prouideatur de tertio ſine diſpenſatione.*
48 *Quando collatio valet ex nunc, non ex tunc.*
49 *Ordinarius nihil poteſt, ſuper vitio diſpenſationis.*

ORDINARII. Græegorius Decimus attendens ambitionem clericorum plura beneficia contra Concilium generale obtinentium ſ.de præb.de multa.hoc c.excitat officiũ ordinariorũ eos dirigẽdo.qualiter ſit circa iſtos procedendum,tam in dictis beneficijs iam collatis,ꝙ ẽt deinceps conferendis.

¶Et secundùm hæc hoc c. habet duas partes. Primò, tractat quod sit officium ordinarij in pluribus talibus iã collatis.

Secundò. §. [in conferendis] qualiter se habeant prælati in conferendo consimile beneficium, habentibus duo beneficia, quæ de iure cõmuni se compati nõ possunt.

¶Prima in quatuor. Primò, mandat dispensationem certum ĩ. tempus præfigendum exhiberi.

¶Secundò vers. [ꝙ si fortè] dispensatione non exhibita, impedimento cessante, mandat bñficia cõferri liberè.

¶Tertio versi. [cęterum.] Si dispensatio sit euidenter sufficiens, mandat tenentem non molestari, prouideat tamen ordinarius ne beneficia debitis obsequijs defraudentur.

¶Quartò versi. [si verò] si de dispensatione dubitetur, sedes Apostolica consulatur [locorum] id est Episcopi & superiores, qui sunt ordinarij in suis locis iure cõmuni. 11. q. 1. c. de persona.

1 ¶Sed quid † de alijs prælatis inferioribus. Nunquid habent istam compulsionem? vt sunt Abbates, Archidiaconi, Decani, & Archipresbyteri: videtur ꝙ sic, quia sunt ordinarij. s. eod. cum ab ecclesiarum. ĩ. de excess. præla. ad hæc. Dic ꝙ si sunt tales, qui habent institutionem & destitutionem de consuetudine, seu alias, ipsi habent compulsionem. ĩ. de insti. cum venissent. s. de offi. deleg. super eo. 63. dist. si in plebibus. ĩ. de præben. referente, cum enim possunt eos priuare in beneficijs, & per istam compulsionem ad priuationem deueniatur: ergo illam poterunt facere. s. de offi. delega. præterea. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. &

2 hoc tollitur. ĩ. eo. §. in conferendis. vbi ordinarij † locorũ vocantur illi, qui conferunt beneficia, & tales possunt esse alij ab Episcopis.

¶Sed contra. s. hoc lib. de tempo. ordi. cum nullus. 1. Respon. vbi ordinarius interpretatur Episcopus, sed non est mirum, quo ad casum, qui ibi ponitur, cum ordinare clericos, & admittere ordinandos sit proprium Episcopi, non alterius prælati, vt d. c. §. 1. [plures] pluralitas beneficiorum est canonibus inimica. ĩ. de præbend. quia in tantum. ĩ. de cler. non resid. quia nonnulli. 21. q. 1. per totum. & ideo est restringenda tamquàm odiosa. s. hoc lib. de filijs presbyt. c. 1. in fi. hoc lib. de præben. non potest. in princ. & c. quàmuis. 1. in princi. ff. de liber. & posthu. cum quidam [imminet.]

¶Et sic hęc tota decretalis loquitur in dignitatibus, seu

3 beneficijs curatis, non alijs [personatum] de † quo idem iudicium est habendum, quod de beneficijs curam animarum habẽtibus. s. de elec. dudum. 2. [similis] i. animarum [dispensationes] in quibus tamquàm in ambitiosis est stricta interpretatio facienda. s. de elect. d. c. dudum. §. insuper. Idem in rescriptis ad beneficia obtinenda impetratis. vt d. c. quàmuis. 1. & s. de præb. c. fi.

¶Nec obst. ff. de consti. prin. l. vlt. ĩ. de dona. c. cum dilecti. ĩ. de verb. signi. olim quia ambitio & odiũ faciunt hæc restringi, vt d. iuribus. & ĩ. de consangui. & affi. ꝙ dilecto. & d. lex intelligitur. de beneficio principis non odioso, nec præiudiciali. ar. ff. ne quid in loco publ. fiat. l. 2. §. si quis, a principe. & §. meritò. [Ecclesias] s. curam animarũ habentes, [qualitate] vt si dispensationes haberi dicantur in remotis: maius tempus est indulgendum [exhibere]

4 contra. C. de peti. hæred. l. cogi. dic † in illis, quæ de iure communi possideri possunt, non est aliquis compellendus edere titulum suæ possessionis, secus de his, quæ iure cõi possideri nõ possunt, vt hic, in qbus nõ sufficit possessio, nec bona fides, nisi titu. ostendatur. vt hic. ĩ. de deci. dudum. ĩ. de præscrip. causam quæ. & ĩ. hoc lib. de reg. iur. c. 1. 2. q. 1. legum. Sunt ẽt alij casus in quib. quis tenetur titu. exprimere. not. 2. q. 1. in summa. ĩ. hoc lib. de præscrip. Episcopum. & c. causam. [quod si ĩ. idem tempus] quod fue

5 rit ordinarius moderatus [eo ipso.] Et sic not. qui † suam

a defensionem [a] in termino assignato non ostendit, ius præsumitur non habere, vt hic. & c. dist. contra morem; vnde literæ, quæ non apparent, non censentur esse. ar. ff. de contrah. emp. Rutilia Pola. & l. in l. in lege. de cõsecra. dis. 1. solemnitates. & idem in exceptionibus. ĩ. de exce. pastoralis. [idoneis] hoc subintelligitur etiam si non apponeretur. ff. de muner. & hono. vt gradatim. 2. Responso. s. de elect. causam [euidenter] secus si esset dubiũ. Nã tunc ad sedem Apostolicã recurreret, vt ĩ. sequitur [negligatur.]

Nota ꝙ in dispensationibus istis, semper intelligitur ꝙ animarum cura non negligatur, cuius prouisio ad ordinarium spectat. vt hic, & ĩ. de appella. peruenit. 2. vnde in hoc casu sequenti ordinarius habet potestatem, licet nõ habeat in principali propter dispensationem.

6 Sed qualiter † habebit in accessorijs, qui non habet in principali?

Sol. dispensatio semper datur vel intelligitur dari s͠m dictas duas modificationes, & ideo quod non est ordinarijs expresśe sublatum, firmum manet eisdem. ar. C. de appel. præcipimus. in fi [recurrendum.]

7 Nota † ergo, eius est interpretatio, [b] cuius est condere.

b C. de legib. l. vlt. 11. q. 1. §. ex his. ff. de prætor. stipul. l. in prętorijs. ĩ. de sentent. excommunica. inter alia igitur in du-

c bio est recurrendum ad conditorem. [c] non in certo. ff. de verbo. obliga. l. continuus. §. cum ita. in fine. ff. de legat. 3. ille [velit.]

Nota, dubia dispensationum & priuilegiorum sedis Apostolicæ, per sedem eandem terminari debere. s. de iud. cum venissent. & hæc verba sunt. ff. de regul. iur. Neratius [ostendatur.] Et est ratio, quia iam iste merò iure apparet inhabilis per Concilium generale. ĩ. de præbẽ. de

8 multa [ea quæ.] Et sic no. ꝙ habens † plura beneficia cu-

d rata, [d] vel eis similia, alio consimili obtento, habet primitus illa resignare, si vult tertium canonicę obtinere, & data ꝙ tertium adipisceretur, statim vacarent duo prima. ĩ. hoc lib. de præb. non potest. §. 1. [aliter]. i. non ostensa dispensatione, vel ostensa, si non renunciauerit habitis, cũ dispensatio se ad tot beneficia non extendat [talibus]. i. habentibus plura beneficia curata, seu dignitates, vel personatus [momenti] contra. ĩ. de præb. de multa. & ĩ. hoc lib. eo. tit. non potest. §. 1.

Sol. casus sunt diuersi, non aduersi, nam si habeo vnũ beneficium curatum, & mihi aliud confertur, consimile loquitur. d. c. de multa. sed si habeam duo, quæ compati se non possunt, vt hoc. c. & ordinarius hoc sciẽs, habet tenere hoc c. Et est ratio, iste reducitur ad ius commune, & illi innitit̃ in tertij beneficij adeptione, & ideo iuri speciali quo antea initebatur, habet renunciare, & dato ꝙ ignoret ordinarius, tunc loquitur. d. c. non põt. Nec debet esse melioris conditionis iste retinens celando quod

9 debuit prodire. ĩ. hoc lib. de præb. cum qui. Et † promptũ est iura iuribus concordare, & ipsorum correctio est vitanda. C. de inoffi. dona. l. vna. & hoc lib. de electio. cum expediat.

ADDITIONES PROBI.

a DEFENSIONEM. Quæ de iure naturali dicitur, ideo tolli non põt regulariter, vt probatur in locis vulgatis: tu ta-

1 men dic ꝙ sepissimè † ex causa tollitur, pro quo habeo, quod no. Bal. in l. vt vim. in 1. col. ff. de iusti. & iur. vbi dicit, ꝙ licet non valeat statutum per quod simpliciter tollitur defensio, per id quod habetur in Cle. pastoralis. de re iud. tamen bene valet, quando ratione contumaciæ auferret def-

2 fensionem, † quia potest contumaci denegari audientia. l. sed si per prætorem. §. sed si. ff. ex quibus cau. maio. Ad idem quod not. Angel. in l. si sic. in princip. de lega. 1. quòd licet defensio non possit tollere per statutum, tamen fallit quando statutum ex causa defensionem tolleret. l. si seruus. C. de his qui ad Eccles. confugi. & in l. 1. & 2. C. quando liceat sine iudi. vindi. Pro comprobatione huius attende ad ea, quæ tradit latius Alex. de Imo. in consil. 105. col. 2. ponderatis narratis. volu. 5. vbi tractat de præclusione dicendi de nullitate.

3 ¶Præterea hoc verbum, defensio, est † verbum generale aptum comprehendere quamcunq; tuitionem, aut conseruationem rerum vel iurium, siue petendo & agendo in iudicio, vel accusando siue excipiendo, siue retinendo, siue extra iudicium, & siue fieret defensio iuris, siue facti. not. Alexan. in consi. 163. num. 3. alias cõsultus. vol. 5.

Postremò dic quòd quando excipitur defensio, non comprehenditur iudicis officium. l. planè. & l. fi. ff. de peti. hæred. Paul. de Cast. consil. 257. nume. 5. in causa. parte secunda.

¶In-

b ¶Interpretari. Istud firmat Soci.consi.188.col.3.versi. 1.allegatur, visa bulla, allegat no.per Bart.post tex.in l.ab executore.ff.de appella.& text.vbi Doct.in c.cum venissent.ſ.de iudi.& in l.fi.C.de legib.& ibi subdit, quòd † non
4 potest melior interpretatio inueniri quàm ea quæ a Romano Pontifice procedit, per regulam nostram. Ratio est euidens, quia nulla melior interpretatio est quàm illius, qui nominis vel orationis fuit auctor.l.si seruus plurium.§.fa.de leg.1.l.hæres palam.§.sed si nomina.ff.de te-
5 sta. Quodque † omnia quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, cum qualitatibus suis censetur inesse in termino referente.l.a filio.§.pater.ff.de alimen.& ciba.lega.& per Bar.in l.sanctio legum.ff.de pœnis.& in l.si ita scripsero. & ibi Bar.& moderni.ff.de conditio.& demonstra.
6 ¶Facit in proposito alia regula, quæ habet quòd † omnes interpretationes quas lex recipit interpretata, recipit etiam lex interpretans, in Authen.de filijs ante instru.dota.na.post prin.& in l.nihil.& ibi Bar.de coniungen.cum emancip.liber.ff.
7 ¶Vlterius pro themate, dic quòd † omnis interpretatio desiderat omnem æquitatem.l.in his.ff.de conditio. & demon.quam ad hoc pro no.allegat Bal.in l.cum allegat ad fi.& in Auth.ad hæc.col.2.C.de vsur.tradit Sozi. consi.159.colu.7.in præsenti, non tamen debet valere vt melior sensu existat.l.3.ad fi.C.de liber.præteri. Meminit Ias.consi.21.col.3.vol.3.
8 ¶Ad conditorem. Quod si † ad eum non possint recurri, vt quia conditor est quidam testator, qui mortuus est, & fecit sibi legem iuxta vulgare in §.disponat.in Authen.de nup.colu.4.de quo per nos in c.si pro te.ſ.de rescrip. Et hæc lex reperitur obscura, tunc debet interpretari in benigniorem partem; iuxta regulam a maioribus nostris traditam, videlicet quòd quotienscunque agitur de interpretanda dispositione alicuius testatoris, etiam circunscripta iuris fictione, aut præsumptione iuris, & de iure, ita quòd debeamus esse solum in simplici coniectura aut præsumptione, semper debemus interpretari in benigniorem partem, vt l.Gallus.§.& quid si ex his.ff. de lib.& posthumis & l.cum apud.C.de communi seruo. ma.& l.fi.C.qui bo.cede.po.facit.l.Titius.ff.de conditio. & demon.vnde si aliquis potest esse spurius & legitimus, interpretamur quòd sit legitimus.l.miles.§.defuncto.ff. de adul.Istud latius prosequitur Maria.Sozin.consi.23. colu.7.versi.18.probatur circa prædictam, vbi vnum addit in proposito, quòd etiam debemus interpretari in benigniorem & humaniorem partem, quæ magis conueniat naturali rationi.secundum no.in c.fi.ſ.de transac.Pro quo vide Petr.de Anch.in repeti.c.canonū statuta char. mihi.8.ſ.de constitutio.
9 ¶Curata. Beneficium † dicitur curatum id, de quo cōstitutum est, quòd habeat potestatem fori penitentialis, etiam si actu non habeat curam quo ad factum, vt quia abierunt parrochiani, vt no.per Io.Mo.& alios in c.licet canon.ſ.de elec.Bart.consi.48.quidam nobiles. Probus, qui aliquantulum tractaturus materiam text.nostri in præsentiarum citando scribentes hic, ad eos tamen addendo, quia etiam latius explicandam censuimus illam animaduersione dignam esse iudicantes. Et pro introdu-
10 ctione quæritur. An † titularius beneficij fidem facere teneatur de titulo suo ordinario videlicet & parti sibi aduersanti, & litem in foro contradictorio mouenti. Quo ad primum: Archi.hic refert quòd licet quis præsumatur canonicus, ex quo inter alios apparet, vt canonicus in stallo, & capitulo in præbenda & alijs, nisi probatur cōtrarium.c.quem progenitores.20.q.1.argu.l.si vicinus C. de nup.& l.si quis maior.ff.ad senatusconsul.Sila.tene.gl. in c.contra morem.c.dist.quam ibi idem Arch.& Propo. insequuntur. Dictum Arch.refert Freder.consi.61.dicens eundum Arch.idem tenere in c.nemo de consecra.dist. 1.in simili istud probatur, quia si apparet oratorium in forma ecclesiæ, nec constat ꝙ de licentia episcopi fuerit institutum, ꝙ præsumitur auctoritate episcopi erectum.

¶Tamen cum agitur de institutione clerici, speciale est quòd detinens habeat probare suam institutionem per instrumentum ipsam institutionem continens, facit in argu.c.legū.2.q.1.Sicut dicimus speciale in eo, qui pro hærede possidet, vel pro possessore.l.cogi vbi Bald.in 4. oppo.C.de peti.hæredi.idem Bald.in l.ciuile est.C.de fur. & etiam in liberto ecclesiæ, qui licet sit in quasi possessione libertatis, nihilominus suam tenetur probare manumissionem.c.longinquitate & c.liberti.12.q.1.Idem dic secundum Petr.de Anch.in priuilegijs, vt si quis se exemptum prætendat (dico ab ordinario ex priuilegio) tenetur priuilegium.ſ.terminum ab ipso ordinario præfigendum ostendere, tex.ad literam in c.cum personæ.de priuileg.hoc lib.vtrobiquè enim & in beneficijs, & in priuilegijs ordinarijs intentio de iure communi fundata radicitus dicitur, & qui contra illud nituntur ostendere titulum tenentur.vt hic, & in d.c.cū personæ; vbi pro hoc tex.singularis secundùm Franc.ibi.in fi.ibi.in sua funda-
11 ta iurisditio adeo quod quasi possessio † non releuat ab onere probandi ipsam exemptionem, vel priuilegium, quod hic idem Petrus comprobat fore in quasi possessione militiæ, doctoratus, tabellionatus, & similiū, pro quo vide Cy.in l.si solennibus.C.de fide instrumen.

¶Ex quibus videtur intentum propositum apprime verificatum, in eo tamen videtur distinguendum, aut factum est recens, aut antiquum. Primò casu quia paruo tempore stetit in beneficij possessione, & tunc aut prælatus visus est in eum concessisse tacitè vel expresè, quia
12 † fecit aliquid per quod videtur eum approbasse, vtpotè secundùm Petr.de Ancha.in regu.1.nu.10.ſ.de regu.iur. quia eum visitauit, vel ad actus communes admisit, aut procurationem ab eo exegit, vel ipsum ad titulum illius ecclesiæ ordinauit.per not.Inno.in c.veniens.ſ.de fil.presby.& hoc in casu non tenetur docere de suo tit.argu.c. dilecto.ſ.de præben.& c.ex ore, de his quæ fiunt a maiori parte capituli, sequuntur hic Archid.Domi.& Franc.idē Archid.in d.c.contra morem.c.dist.& Ioan.Audr.in d. reg.1.& Panor.post Io.And.Petr.de Anch.& alios in c.licet Hely.de symo.vbi Io.de Anania.nu.27.citat hanc fore in iure nostro communem conclusionem. Idem Panor.in c.nihil.nu.14.ſ.de elec.Vide Car.consi.33.& eundem, & Panor.in c.ex insinuatione ſ.de procura.collec. in c.olim nu.20.ſ.de accusatio.& in c.dilectus, nu.4.ſ.isto tit. Hoc tamen in casu describentium sententia tacet, ꝙ superior in se assumere poterit onus probandi tit.defectum & collationem huius contra ius fuisse factam.d.c. dilecto.de præben.vbi eum receperit cum alijs clericis ad osculum in eius aduentu. Panor.in d.c.licet Hely.in fi.& Henri.Boic.in c.cum venissent.ſ.de institutic.Fely. in d.c.licet Hely.nume.8.dicens, vt quia ordinarius vult ostendere se fuisse deceptum, aut circunuentum in collatione.Hostien.in c.de symoniace.illo tit.

¶Idem dicto, quando superior constituit se aduersarium, puta quando pro hoc agit coram superiore.Io.de Anania in d.c.licet.Nu.5.p.quod sentit Io.And.in c.ex insinuatione.ſ.de procur.in fi.
13 Intellige præterea † tacitum aut expressum consensum nihil in hoc operari, quando ius commune resistit ipsi possidenti, vt quia plura beneficia possidet incompatibilia, vel est incapax ad beneficium, & allegat secum dispensatum, & dispensationē perdidisse, quod non sufficit per text.nostrum hic & extrauagan.vt quos virtutis isto titu.vbi omnibus iniungitur ordinarijs sub formidabili pœna (quòd subditis suis plura incompatibilia obtinentibus iniungere habeant afferre dispen.vigore quarū huiusmodi beneficia obtinent. Necnon titulos illorum eis exhibere procurent.

Aut non consentijt superior in eum, tunc enim potest compellere ad faciendam plenam fidem de tit.arg.c.ex
14 frequentibus de institu. Nec admittitur appellatio † ab hac compulsione, sicut dicimus in correctione, a quo nō licet appellare.c.ad nostrum.& c.reprehensibilis.ſ.de appella.Ita nec ab hac compulsione, quæ explicatur ratione correctionis, quia si non habet titulum, tenet beneficium cum peccato, & decipit animas parrochianorum. c.dudum, el.2.ſ.de elec.Ita firmat Panor.in d.c.Licet Hely.nu.22.& Archi.in d.c.contra morem.& Ioan.de Anania.nu.28.post Hostien.in d.c.licet.vbi idem de Anania testatur, quòd ista est inquisitio iudicis, quæ potest generaliter fieri ex offi.c.graue.cum similibus.ſ.de præben.
15 Et sicut dicimus in † matrimonio carnali quòd quasi possessio non potest haberi sine verò titulo matrimonij, quia alias est concubinatus.c.ex transmissa.ſ.de restitu. spolia.Ita venit dicendum in matrimonio spirituali, alias est

est intrusio cum a pari procedant, hæc duo matrimonia, vt perpulchrè probat Calca.in consi.3.

16 ¶Aut factum † est antiquum, & hic punctus longioris est disputationis. Aut quia diu stetit in possessione beneficij. Et tunc, aut superior requirens titulum nunquàm ei consensit tacitè vel expressè, vtpotè quia de nouo adeptus est episcopatū, vel diu stetit in captiuitate, quia tunc cogendus est docere aliquomodo de titulo, & in hoc casu dicunt Docto. post Hostien. in d.c.licet. ꝙ propter antiquitatem si non possit fieri literatoriè, admittetur probatio tituli per iuramentum.arg.l.si arbiter.ff de probatio.tū quia tacendo videtur consentijsse.arg.d.c.ex ore. & c.1.s̄.de frigidi.& malefi.tum etiam, quia probationes de facili non possunt haberi, cum sepè pereant tituli ex antiquitate temporis, meritò recurritur ad iuramentum. arg.l.hac consultissima.C.de testa.notant Domi.& Fran. hic, & Panor.in d.c.licet.& Petr.de Anch.in d.regu.1.post Gaspar.Cal.col.6.Idem Ioan.de Anania.in d.c.licet.nu. 29.vbi citat quòd pro antiqua possessione præsumitur, & leuior probatio sumitur, per ea, quæ not.Bal.in Authen. quas actiones.C.de sacrosan.eccle.& in c.1.Si de feudo fuerit contro.Anto.in c.ea noscitur.s̄.de his, quæ fi.a præla.& Io.Mo.in c.si iudex.nu.4.de senten.excommunica. hoc lib.Idem Petr.in d.regu.1.Innoc.in c.super his.s̄.de accu.& Hostien.post eum in c.innotuit.s̄.de eo qui fur. ordi.recepit.& in c.illud.de præsump.Henri.Bohic.in c. si diligenti.s̄.de præscrip.vbi dicunt quòd præsumendum

17 † est pro his, qui longo tempore ministrarunt.Idem Hostien.in c.1.col.3.s̄.de præbend.Soci.consi.153.colu.2.Et ex his dico ministrarunt, in aliquo ordine, vel possederunt aliquod beneficium, ad quod ritè fuerunt ordinati & promoti, & sufficit eis probare quòd pro talibus communiter habiti sunt.argu.l.Barbarius ff.de offi.prætor.faciunt notata per Areti.in c.ex parte.A.s̄.de testib.in prin. quòd diuturnitas possessionis, videlicet.30.annorum facit præsumi titulum in beneficio. firmant hæc Hostien. Anto.de Butr.& Panor.post alios, in c.illud.s̄.de præsum. Bal.in l.siue possidetis.in 4.oppo.C.de proba.& latè per Deci.consi.118.colu.2.viso instrumento promissionis. Deci.consi.152.nu.3.in causa exemptionis, secus in alijs possessionibus. Et ratio diuersitatis redditur per Hostien. vbi.s̄.col.3.quia iudices non multum consueuerunt inquirere, an vnus subditorum in re, quam alius subditus tenet, ius habeat, in ecclesia verò & vxore superiores iudices ecclesiastici ex officio sæpe inquirunt qualiter teneantur.vt pateat in eo quod legitur.& no.in c.3.s̄.de insti.& de symo.c.licet Hely.§.1.§.pen.& de offi.ord.c.1.& de cland.desponsa.cum inhibitio.firmat Domi.in cons. 87.colum.3.apparet. vide Lap. allega.89.factum &c.vbi

18 etiam disputat † an sit facienda fides de titulo prædecessoris.

¶Difficillimum enim esset ordinato aut beneficiato, labuntur fortè.40.anni, qui propter guerras (vt ita dicā) aut aliud fortuitum casum, ignis vel aquæ, literas suę collationis vel ordinationis perdidit, probare nunc se fuisse ordinatum aut promotum. faciunt no.in l.filiusfa.C.de petitio.hæred.vbi Bal.ꝙ si electus diu possedit beneficiū, sciente & patiente eo, ad quem spectat confirmatio, præsumitur confirmatio præcessisse possessionem, per illam. l.licet qualitas extrinseca non præsumatur, quod verum nisi ex possessione diutina.l.qui in aliena.§.1.vbi Bald.& Ang.ff.de acqui.hæred.Ang.in l.sciendum.ff.de verbo. oblig.vbi Alex col.5.in versi.item fallit secundum Ang. vbi dicit istam esse communem, pro qua est tex.in l.si filius.C.de peti.hæredi.quem ad hoc reputat singularem idem Alex.in consi.79.nu.10.circa primū vol.1.vbi istud latissimè probat etiā in terminis quæsiti, vt videre licet, & Deci.consi.486.nu.10.& sequen.visis & consideratis.

¶Non tamen intelligas quod longum tempus inducat titulum, sed solū præsumptionem tituli. notant scriben.in d.c.illud. de præsump. Bald.in d.c.ex par. A.in prin.dicens quòd in † beneficialibus nihil præscribi potest.per tex.nostrum & in c.1.de re iudica.hoc lib.

¶Et ideo fictio legis de in rem verso.ff.de vsur.non habet locum in spiritualibus. ad idem Bald.in d.l.siue possidetis.in prin.C.de probatio.

¶Moderare tamen præmissa, ꝙ quàmuis pro tali præsumatur, si tamen cōstaret de intrusione vel alio vitioso ingressu, poterit ipse talis expelli, non obstante ꝙ longo tempore detinuerit ecclesiam, & habitus fuerit in communi pro vero rectore.ita testatur Panor.in d.c.illud in fi.4.colu.nu.7.Et idem Domi.in d.consi.87.col.pen.vbi dicit ita procedere.c.dilecto.s̄.de præbend.& de insti.c.3. & de supplen.negli.præla.c.pen.quod ppetuo nota, quia limitat prædicta: quibus adde Car.consi.108.vacantibus

19 canonicatu, vbi dicit ꝙ vbi † ad acquirendum titulum requiritur actus positiuus, tolerantia non habetur loco tituli, quod apertè habes probatum in Cle.fi.de senten. excommunica.vbi si Papa ex certa scientia aliquem tractet pro instituto in aliquo beneficio, non per hoc aliquem huic cōfert titulum, nisi id exprimat.glo.fi.ibi, hoc testimonium perhibet.

Et de via, ad diuerticulum eundo, ad propositū tamen præmissorum, dicas factum antiquum † & recens, secun-

20 dùm Hostien.in c.cum inter vos.s̄.de re iudic.quem alij sequuntur, referente de Ana. in d.c.licet. num.35.quando lapsum est decennium, recens vero quando non possedit per trienniū: alij dicunt fore in iudicantis arbitrio: quod firmat Hostien.in d.c.illud col.pen.per ea quæ not. in c.de causis.s̄.de offi.delega.& de transactio.c.fi.Ad idē quod in simili notat Domi.in consi.85.col.pen.super dubio in casu isto.etiā firmat idē Domi.in d.cōsi.87.col.pe.

21 Continuando propositum idem dico † de patrono & parrochiano, aut alio, cuius interest specialiter, quia si nō fuit visus consentire, poterit instare, vt is compellatur ostendere titulum sui beneficij. Quo ad parrochianum istud est liquidum, per ea quæ amplè deducit Freder.cōsi. 103.quod exorditur, parrochianus cuiusdam ecclesiæ curatæ.sua enim interest bonum habere curatum & pastorem, qui per hostium intrauerit & non aliunde, & qui possit eum soluere & ligare.8.q.1.c.licet. Et his & similibus causis dico forè meritò introductam regulam de publicandis resignationibus, de qua & publicationis forma vide per Do. consil.75. Aureol. in additio. ad Guil. in c. 2.s̄.de fil.presb.hoc lib.& Maler.in trac.de elec.car.mihi. 80.col.3:& glo.pragm. in tit.de paci.possess. in ver.triennio.in fi.& in ver.publicata.Ro.consi.433.quo ad primū.

Pro præmissis Adde (quę optimè faciunt) discussa per Archi.in c.1.s̄.de elec.in princ.hoc lib.ꝙ laici admittuntur contra personam electam, quando agitur ciuiliter, & etiam fęmina.c.tam literis.s̄.de testib.& ratio, quia talis apud eos qui foris sunt, bonam debet habere famā. d.c. licet. & de cōsecra.dist.1.c.iubemus vbi Archi.refert, ꝙ Bonaguida Aretinus in Romana curia aduocatus dicit Papam dixisse, quòd licet hoc non intenderet diffinire, tamen quicunquè volebat se opponere contra aliquem electum, non solum ad curam animarum, sed etiam ad

22 simplex beneficium, erat admittendus; cum † quilibet iniuriam factam ecclesiæ prosequi possit, & eodem iure se opponere, ne malus assumatur, interest enim ecclesiæ bonos seruitores habere, dico in rub.de præben.ſ.

Pro comprobatione dic. Quia si laicus parrochianus potest agere contra prelatum videlicet curatum, testatur Io.Mo.ſ.de foro compe.Romana.vt remoueatur propter crimen dilapidationis, vel aliud, quod est odiosum. c.quoniam.s̄.de testi.multòmagis potest agere contra eum, vt remoueatur, ex eo ꝙ nunquàm habuit titulum, & per consequens negat matrimonium spirituale interuenisse, iuuat tex.in c.ex par.A.s̄.de testib.vbi miles agebat de crimine ciuiliter, & negabat canonicam institutionem interuenisse propter irregularitatem; & fuit auditus de iure, si parrochianus erat.vt ibi glo.1.in fi.testatur, quod firmat hic Franc.col.2.in fi.dicens post alios idē dicendum in emphitheota & vassallo, licet videatur cōtra doctrinam Bar.in l.1.de conduc.& procur.prædio.fisca.lib.11.C.quòd si rex † faceret citari aliquem baronē suum, vt ostendat iura, quæ habet in castris, quæ possidet, alioquin ea sibi aufert, ꝙ talis citatio ipso iure est nulla, eo quia talis baro non cogitur dicere titulum, aut illum ostendere; quo dictum pro singula.no.secundum Ias.in §.actionum nu.225.Insti.de actio.hęc procedunt in temporalibus secus in spiritualibus vt prædixi.

Cui autem incumbat probatio dic ꝙ si constat eū institutū aut instellatū per epm, tūc pręsumitur canonicè

23 institutus, qui † enim solēnitatē negat interuenisse, hoc probat, ex quo de facto cōstat, l.ab ea.ff.de proba.glo.no. in c.

in c.bonæ,el 1.de electio.in ver.naturam. Si autem non apparet de institutione, & factum negetur, ille tunc qui dicit se institutum, se talem probet, non dico ad peritionem cuiuscunque, sed solum cuius interest, putà parrochiani, vel qui pro parrochiano admissus est. Qui autem docuerit se institutum per alium quàm per episcopum præsumitur non canonice institutus, nisi probet canonicam institutionem, cum de iure communi ad aliquem non pertineat beneficiorũ institutio, nisi ad Papam, eius legatum de latere, & episcopũ. no.in c.si a sede.ſ.de præb.

¶A diuersis enim poterit cogi, si in diuersis diocesibus plura habeat beneficia etiam non curata probat hic Archi.per.c.quia diuersitatem.s.de conce.præb.& c.dilecto. s.de præb.& de insti.c.ex frequentibus.

26 ¶Nunc venio ad secundum membrum † An videlicet aduersario teneatur docere, & fidem facere de tit. Distingue. Aut agit ipse titularius pro iuribus beneficij, aut pro ipso beneficio. Si pro iuribus, & tunc aut non est in possessione beneficij, aut equidem est, sed de recenti. Aut habet aliquam possessionem. Primo casu, puta quando non est in possessione, tunc plenè tenetur titulum probare, cum non habeat pro se præsumptionem, quæ in aliũ transferat probationem; vt dicitur de natura ipsius. Pan.

27 in dic.c.nihil.nu.14.s.de elec. Nam qui † agunt nomine alieno, debent docere antequàm admittantur se legitimè ordinatos, vt dicimus de procuratore.ff.de procura.l.1.Io Mo.in c.si tibi absenti ſ.de præb. idem de tutoribus & curatoribus.l fi.C.de cura.quem satis dederunt & l.veteris.arbi.tutelæ.Ide in syndico actore & similibus.l.nulli.ff.quod cuiusq; vniuer. Et hoc si petatur a parte aduersa, quia alias non tenetur.gl.in Cle.fi.in ver.annis de religio.do.Alex.consi.96.volu.4.Cor.consi.69.in fi.de duobus,& consi.55.in 3.volu.poterunt tamen facta per dominum ratificari, vt putà si soluat expensas; per ea quæ tradit Deci.consi.262.nu.9.in causa magnifici.

¶Etiam interest illorum, qui conueniuntur, quia alias si non esset prælatus, non liberarentur † sibi soluendo. 16.q.5.si quis episcoporum.facit.ff.de conditio.indeb.l.si vrbana.& l.qui hominem.§.si nullo.ff.de solutio.Comp. in c.transmissa vbi addi.quædam.s.de elec.Paul.de Cast. consi.368.nu.3.Iste processus est nullus in 1.par.vbi reddit aliam rationem, quia si iste non est verus rector, sententia lata pro reo non afferret sibi fructum aduersus verum rectorem.l.si tibi.§.cũ possessor.ff.de pac.& de procura.l.Ponponius.§.sed ex his de procura.ff.Nam gesta per eum, qui se gerebat vt prælatus, & non erat etiam in possessione dignitatis. non valent.argu.c.consultationibus.s.de iu.patr.Nec in tali casu error communis sufficit. ad hoc not.in c.cum dilectus.s.de religio.domi.Inn.in c.2.de in integ.resti.Bar.& alij.in l.Barbarius.ff.de offi prætor.Panor.in c.dudum el 2.s.de elec.moderare tamen nõ teneri æque plenè probare, acsi de beneficio ageretur principaliter. Pro hoc adduco Do.de Rota in antiq.deci.467.& not.per Inno.in c.veniens.col.pen.in ver.signi.& in c.in literis.s.de resti.spoli.vbi amplè Doct.ista reperies longo verborum stilo discussa per Bald.in l.2.versi.nunc de quinto.col.11.C.de seruitu.& aqua.

¶Et quod teneatur, tenuit idem Bal.in contingentia facti consi.250.viso isto processu in prin.in 4.par.vbi citat quod quando aliquis tanquàm rector vel curatus alicuius ecclesiæ vel altaris agit contra debitores ecclesiæ vel altaris, docere debet ante omnia de suo titulo vel cura, alioquin debitores ei soluere non tenentur, nisi conueniantur ex contractu secum celebrato, quia isti administratores sunt similes procuratoribus, qui de suo mandato habent ante omnia docere. text.est in l.si quis inficiatus.ff.de postul. Præmissa videtur probare Alex.in consi.103.nu.11.visis scriptis.volu.2.& ibi vide de eo qui soluit intruso secum contrahenti.

28 Secundo vero casu quando est in recenti possessione, probat obstante præsumptione ex recenti possessione causata, maximè si controuersia moueri speratur. not. Spec.in tit.de actore.§.1.versi.item contra prælatum col.24.& ibi Io.And.in addi.ad eum, exclamans contra eundem Spec.quòd ibi furtum patens fecerit, cum verba illa a Cõpo.in d.c.nihil. in fi ad calamum sumpserit: quod eidem Io.And.etiam in ipsis addi.sepius contigit signanter in consilijs Oldra.prout per ea cumulata videre poteris.apud eundem Specu.in quadam additio. non quidem Ioan. Andr. in titu.de conces. præb.ibi, quòd quàm insignis fur aliorum laborum Ioan. And. fuerit: Ideo de alijs non mireris maximè modernis, qui excitant aliquos intellectus ad iura nostra (asserentibus quidem) horum se fore auctores.non est qui se abscondat a calore eius.

¶Et redeundo ad propositum, faciũt pro intento nostro no.per Bald.in d.l.2.col.11.C.de seruitu.& aqua: & in l.2.post glo.C.de eo.qui pro tutor.Ioan.Mo.in c.si tibi

29 concesso.de præben.vbi dicit † ingens fore commodum possessionis.ff.de rei vendi.l.is qui & eo.titu.c.si a sede adeo quòd possessor habens controuersiam super re possessa censetur non possessor, quo ad multa.l.nemo.C.de acquir.poss.

¶In proposito vnum notandum dicit Bald.in d.consi. proximè alleg. ꝙ si duo contendunt de titulo beneficij: ita quòd non sit vnus magis in possessione, quàm alter, pendente lite neutro est soluendum.ff.de post.l.1.§.apud Iulianum, bene tamen sequestro, qui habetur loco pacifici possessoris.

¶Et dic ꝙ in casu primo huius puncti non ita plene probat, prout in casu præcedenti.testatur Io. And.in reg. non licet.in Mercurial.& hoc casu quando dubitatur de prælatura, admittitur cum cautione de rato: instar procu curatoris.l.j.C.de procurato.Ange.in l.tutores. C. de admin.tutor.

¶Tertiò vero casu quando habet antiquam, tunc sufficit probare possessionem & communem reputationẽ, arg.d.l.Barbarius. nec obstat exceptio defectus tituli, ex eo quòd superior illius longo tempore in possessione sustinuit, putà.30.ann. Aret.in d.c.ex parte A.s.de testi.per

30 quorum † lapsum omnis solemnitas indubitanter in præiudicium tertij præsumitur, prout est casus in c.peruenit quem ibi ad hoc ponderat Io.de Imo.s.de emp. & vend. sequitur Alex.in l.sciendum ff.de verb.oblig.& Soci.cõs.270.col.pe. consideratis his. Præsumitur equidem ꝙ habuerit titulum: & sic transfunditur in aduersarium onus probationis, vt iam prædixi.c.vnico vt eccl. bene. Panor. in d.c.nihil. nu. 14. quodque in his authoritas superioris multum operatur, cum communi errore. d. l. Barbarius: hinc dicimus quòd præmissis cõcurrentibus, non faciunt alia, quominus gesta per prælatum putatiuum, seu illum qui postea fuit pronunciatus non prælatus, non valeant. pro quibus Barto.& Doct.in l.Barbarius. Panor.in d.c.nihil & in c.dilecta.s.de excep.Bal.post gloss.in l.si tutor. C. vbi in integ. resti. non est neces. Vide Dec. consi. 135. in prin. Alex.consi.vlti.nu.14.vol.4.

Istud membrum firmat Dec.consi.222.nu.9.viso puncto, vbi latè discutit de diuturnitate temporis, & illam in multis operari etiam circa solennitates, intellige extrinsecas, quę ex temporis diuturnitate præsumuntur. firmat Maria.Soci.cõsi.153.col.2.pulchra & subtilis: vbi firmat etiam intentum nostrum, pro quo allegat Antonium in c.illud.s.de præsumptio. Adde eundem Soci.d.consi.270. colum.pen.consideratis his.

Dicit tamẽ Io.de Ana.in d.c.licèt Hely. nu.32. quòd si huic pacifico possessori per debitores obijcitur mala fides tanquàm intruso, tunc si de hoc cõstat, repelletur, per no.Inno.in c.si diligenti, sup.de præsump.quem refert, & sequi videtur Bal. in Marga. in ver. titulus, vbi citat ꝙ

31 titulus † est semper necessarius in corporalibus rebus ecclesiasticis præscribendis, & etiam bona fides, secus in rebus laicorum. Ideo his cessantibus non teneri soluere, ꝙ si soluant non liberari notat Inno.in d.c.literis.colum.2. de restitu.spolia.Io.And.& Panor.in d.c.nihil, qui limitãt vt prædixi nisi ageretur ex contractu inito per eum cum talibus debitoribus, quia tunc talis exceptio non esset admittenda.d.l.si vrbana.ff.de cõditio.indebi. Istud dictum pro singulari firmat Rauen. in compendio in titu. de elec.versi. Et not. vnum pulchrum dictum car. mihi 65. col.3.allegat pro hoc glo.& Doct.in c.nihil.sup.de elec.& quod notant Bar.& Bal.in l.si tutor. C. ex quibus cau. in integ.resti.non est nec.

Aut non objicitur, vel abiectum non probatur, tunc ex quo est in pacifica possessione, non potest repelli tali exceptione, eo quòd ex possessione titulus præsumatur, & dominium, cum incidenter deducatur. notant Doct. in l.cum quidam.ff.de conditio.insti.7.q.4. nonne, & soluen-

uentes tutos dicito; per no. in d.c.nihil.& c.transmissam. s.de elec.& c.cum in iure.de offi.deleg.in quibus iuribus tenetur ꝙ † quasi possessio pacifica alicuius prælati tabellionis, aut matrimonij tuetur tertias personas, quæ cum talibus contraxerunt, pro quibus vide Innoc. in d.c.veniens.s.de verbo.signific.Archi.in c.eum qui.de præben. hoc lib.vbi mouet.An subditi ab intruso requisiti teneantur ei obedientiam & reuerentiam exhibere, & nunquid debitores teneantur ei debito respondere.

Secus dicit Panor. in d.c.nihil.num.11.si fuissent pensionarij Ecclesiæ ex contractu prius inhibito cum prædecessoribus,quia tunc non liberarentur soluendo intruso. Inno.in d.c.in literis.cum dignitati teneantur. ar.c.eā te. de iureiur.nec tunc etiam communis error iuuat, quia deest superioris auctoritas. Quis † enim ex sola possessione administrare non potest, nisi habeat auctoritatem superioris.c.ex frequentibus.s.de insti.c.1.de regul.iur. hoc lib.no.latè Freder. consil.61. vacante quodam prioratu. A quo superiore titulus recipitur, & receptio iuris, per quem titulum nomen officij acquiritur, vel dignitatis, non per receptionem facti, quæ dicitur possessio. notat Card.consi.79.col.3. quod exorditur Ioannes de Tonar.

Præmissis iungere poteris notata per Anto. de Butr.in d.c.in literis.ꝙ ex quo non apparet auctoritas superioris, est quis euidenter iniustus possessor, cui non competit possessorium,ideo multò minus actio contra debitores, nisi fortè ille superior cum eo actum expressum fecisset, per quem illum approbasset.d.c.ex ore.de maio. & obed. & tunc non iuuat debitores recalcitrare.

Aggredior præterea aliud membrum principale, vt † quando agitur principaliter pro beneficio. & tunc sub distinguo. Aut agitur petitorie, aut possessorie. Primò casu tenet docere de titulo.l.actor C de prob.& c.1.vt ecc le.bene.sine dimi.confer.notant Inno.& Henric.in d.c. illud.s.de præsump.instar illius, qui agit rei vendi. ad aliquam rem prophanam.l.in rem actio.ff.de rei vendi. Dicit tamen Inn.(referente Io.de Ana.in d.c.licet.num.33. Quod si quis vt Rector vel Canonicus diu stetit in aliqua Ecclesia, & famam viciniæ habet, ꝙ talis non solum in possessorio, verum etiam in petitorio tuendus: de quo per Scriben.in c.ex parte.s.de restitu.spolia. vbi citant de vxore si ad ipsam agatur. His adde Dec.consil.118.col.2. vbi opinionem per Io.de Ana.relatam iuribus & plerisq; auctoritatibus comprobat, moderando ꝙ huiusmodi p̄sumptio ex diutina possessione descendens,non excludit probationem in contrarium.probant Hostiē.& Panor.in d.c.illud. Etenim sola & mera præsumptio iuris & non de iure, contra quam probatio ipsa admittitur iuribus vulgatis.

Docet etiam si quis petat suam ratam haberi possessionem, aut suam institutionem canonicam declarari.c.ex insinuatione.de procur.vbi Inno.paulò post medium refert ꝙ si talis non potuerit probare institutionem suam canonicam,iudex eam pronunciabit non canonicam,& eam ratam non debere permanere. Pro hoc vide eūdem Inn.in c.1.s.de confir.vti.vel inuti.

Idem dicito in reo conuento super petitorio beneficij, si non stet in meris terminis defensionis,vt putà quia suā petit institutionem canonicam pronunciari sicut actor, quia tunc si iudicanti constiterit de nullitate vtriusq; institutionis rei & actoris,vtranq; pronunciabit inualidam excludendo vtrunquē a beneficio.c.cum super. de causa posses.& propri.cum reus † hoc in casu sustineat & amplectatur vices actoris secundùm naturam materiæ beneficialis,in qua quilibet actor dicitur & reus. arg.c.licet. de probat. c.ex literis.s.de causa posses. & propri. meritò non dicito fore incongruum minusq; inconueniens, ꝙ reus & actor.i.qui primò conuenit non possit se iuuare cumulatione diuersorum titulorum,ita notabil.contra opinionem quorundam aduocatorum huiusce tempestatis, concludit Lapus allega.vltima,quod firmaui in c.vt quis duas.s.de elect.dico in c.dilecto.de senten.excommu.

Procedit etiam quando quis suam petit electionem cō firmari. Quia tunc tenetur titulum ostendere. testatur idem Inno in d.c.ex insinuatione,quam ibi sequitur Ioā And.col.1.& in c.cum contingat.s.de offi. dele. & latius in c.cum Bertoldus.s.de re iud. Et in eo ꝙ s.proximè deduxi iudicem excludere debere vtrunq; a beneficio intellige cum grano salis, videlicet nisi fuisset facta probatio semiplena per alterum, vel vtrunq;, quia primò, si per alterum, talis non venit repellendus. Secundò si per vtrunq;. Quia tunc talis ab impetitione alterius absoluetur,cum remanere non possit possessor de beneficio, eo ꝙ alter possidet. Ista vidētur comprobare Dom.de Rota deci.15.in no.facit quod no.Io.Mo.in c.exceptionis.ver. sed qualiter formabitur sententia.j.de lit.contesta. Si verò neuter possidet,& vterq; petit sibi beneficium adiudicari,ac etiam vterq;, seu aliter semplenè probat altero plenè non probante,tunc non est pro aliquo iudicandū, ex quo dubiè plenè probatur. Nec † est locus in hoc casu delationi iuramenti, ex quo agitur de titulo beneficij. notatur in c.mulieri.& in c.fi.s.de iureiur. & in c.in præsentia.s.de proba.firmat Io.And.in c.eum qui.in princ.de eo qui mit.in pos.hoc lib.Rota in antiq.deci.245. Panor. in c.cum super.num.11.s.de causa poss.& propri. sequitur Domi.in d.c.eum qui.in fi.& in his fundari posset forma. Si neutri,de cuius natura vide per Card.consi.79.

Secundò casu, quando agitur possessorio, & tunc aut adipiscendæ,aut recuperandæ,vel retinendæ. Si adipiscendæ, etiam docet, sicut in præcedenti non tamen æquè plenè, sed prima fronte validum.arg.l.2.& fi.C.de edict. diui Adria.tol.vbi Io.Fab.hoc pro praxi Gallorum citat, cuius dictum aduocati non obliuiscuntur. In hoc enim possessorio exceptio defectus proprietatis admittitur,dū modo probationes offerantur incontinenti.l.3.§.ibidē. ff.ad exhib.no.in c.1.& in c.literas.s.de res.spoli. Anto. & Panor.in d.c.in literis.eod.titu.num.27.Io.Mo.in c.exceptionis.j.vt lite non contesta.iuuat quod refert Panorm. vbi s.proxi.ꝙ in beneficialibus obstat exceptio criminis cum infamia,de quo in c.accedens.de accus.& in c.cum olim.de causa poss.& proprie.

Si recuperando, dicito † etiam possessionem ex titu. iustificari teneri, licet Panor.in d.c.literis.nu.12.colligat in puncto fore quatuor opiniones, quas in præsentiarū post Brunel.in tracta. de spon. conclu.12. col.5. ad duas & breuioribus verbis, quibus poterit reducere conabimur, ad illius tamen doctrinam (vt videtur) addendo. Prima erit (quæ communis reputatur) vt possessio ipsa sit iustificanda ex titulo saltem colorato, ita firmat glo. fin.in fi.in Clem.vna.de cau.pos.& propr.quam vt nostri dicunt totus obseruat orbis. ad propositum Car.ibi.col. 4.versic.9.oppono. dicit fore singularem, cui concordat Lanfran.in Clem.2.col.2.de iud & Arch.in c.1. col.2.de eo qui mitti.in po.causa rei seruand.hoc lib. dicens curiā ita seruare,quod verificatur per ea quæ volunt do.de Rota in antiq.deci.65.& 679.vbi allegant Inno.in c.constitutus.s.de filijs presbyte.Idem de Rota in nouis decis.16. Specu.in titu.de testa.§.nunc videndum. versic.sed pone ago. Oldra.consi.1.col.1.per c.significasti.s.de diuor.& illud Inno.in d.c.cōstitutus.Hyppoli.singul. 11.alleg.Ang. in l.Paulus.§.1.ff.quib.mod. pignus vel hypo.solui. quem videas pro limitatione huius vulgati, spoliatus ante omnia est restituendus.sing.199.Latius distinguit Io.And.in addi.ad Spe.d.§.nunc videndum.versi.sed pone. vbi dicit do. de Rota tenere ꝙ in hoc casu † confessio aduersarij titulum confitentis, sufficit ad restitutionem in odium spoliantis. Pro quo Rota in antiq.deci.245.ꝙ confessio sufficit ad imponendum silentium confitēti. Pro quibus adduco quæ referuntur per Aureol.in addi. ad Guil.in d. c.1.j.de reg.iur.ꝙ canonica institutio debet probari per literam vel instrumentum collatoris,nec sufficit probare præscriptionem.s.ꝙ longo tempore beneficium possederit. dicit glo.in c.contingit.s.de dolo & contuma. vbi citatur titulum prælaturæ non præscribi,sine præscriptione quæri quocunque occupauerit tempore. gl.in c.ex frequentibus.s.de insti.Litera enim collationis est necessaria.d.c.legum.2.q.1.c.dilecto.s.de præb.

¶Attende ideo ad conseruationem instrumenti institutionis tuæ. testantur Hostiens. & Henri. in d.c.dilecto. tamen si allegaretur perditio literæ collationis, & probaretur casus perditionis & tenor literæ,sufficeret, per cap. cum olim essemus.s.de priuileg.& l.sicut iniquum. C.de fide instrum.

¶Pro præmissis vide tu Io.Mo.in c.si iudex laicus.j.de senten.excomm.Et per hæc resultat firma conclusio ꝙ spoliatus beneficio fidē faceret de titulo colorato in hoc possessorio

possessorio recuperandæ tenetur, quod firmat Paul. de Cast. consi. 253. ver. super tertio ad confirmationem eorum in prima parte, vbi dicit quòd quando agitur de restitutione possessionis beneficij, debet docere de titulo, & canonica institutione. Et si doceat de institutione tali, quæ si esset vera, esset canonica prima facie, tunc spoliatus non potest opponere quòd non sit canonica & ipsum impugnare quousque restituerit. & tunc procedit quod dicitur in c. literis de resti. spolia. quòd etiam prædo restituendus est, id est, ille qui habet institutionem & titulum prima facie canonicum, licet non sit, non tamen apparet manifestè de ipsius iniustitia. Si vero, aut ex confessione petentis restitutionem, aut ex processu manifeste † apparet de nō iure agentis, in ꝓprietate nō debet restitutio fieri, quia nutriret peccatum. Et ista est vera. Lapus allega. 52. in fi. letatus. Secus in prophanis, in quibus militat opinio conclusioni nostræ contraria, quam tamen plurimi in beneficialibus etiam procedere voluerunt. refert glo. pragm. in tit. de paci. po. in ver. inquirant, & idem Brunel. vbi. s. ad quos te remitto.

39

In puncto optimè video dicendum prout Cal. dicebat, referente Lapo, al le. 24. quòd Io. Cal. solebat in scholis dicere in c. ex parte. s. de resti. spolia & pro cōclusione vera firmare, quòd ad petitionem spoliantis non est exigendus titulus a spoliato ante restitutionem. Nec ipse spoliator potest de hoc refricare quæstionem, iudex tamen antequàm restituat, suo ex officio tenetur se informare, quòd si titulo legitimè constiterit saltem per probabiles probationes, eum restituet, alias secus, quod nota perpetuò, quia videtur sibi opiniones aduersantes cōcordare, quod placuit, & apprime lętatus est animus, cum id reperij, propter vrgentes vtriusque lateris opiniones, a quibus non potuit facile recedi. Pro confirmatione vide Do. de Rota in antiq deci. 625. vbi citatur, quòd quando agitur possessorio in causa beneficiali, & apparet de notorio non iure agentis, impeditur restitutio.

¶ Pro his habes etiam Paul. de Cast. 401. consi. in fi. viso processu in 1. par. vbi in proposito ponit regulam, ꝙ vbi quis non potest sine peccato possidere, sine titulo, vel sine causa, ibi spoliatus non restituitur, nisi titulum vel causam probet. Hoc patet in eo qui dicit se spoliatū ab vxore. Nam non restituitur, nisi probet cum illa matrimonium contraxisse, & in possessionem fuisse, & sic probet duo, vt in c. ex transmissa. c. literas & c. ex parte. & ibi no. s. de resti. spo. pro quo vide quæ nouissimè tradit Arnul. Rufe. in trac. de iure regali or. in 6. priuilegio, quia non potest esse in possessione mulieris sine peccato, nisi cum illa matrimonium contraxerit. Ideo qui petit restitutionem beneficij, non auditur nisi probet titulum, sine quo canonice possidere non potest. iuribus tritis. Pro quo vide quæ tradit Bertrand. Imber. in Cle. fi. in fi. de sen. excommunica. vbi subdit quòd iste punctus egeret declaratione Papæ.

¶ Et per hęc idem dicito in possessorio retinendę, quia etiam fidem facere tenetur de titulo, quod prosequere, vt per. d. glo. pragma. col. antepe. quod nota cum hoc sit in maxima frequentia apud Gallos in materijs beneficialibus, quod appellant interdictum, vti possidetis, † vel casum saisine, & nouitatis & verius nouitatis, de quo ver. saisina, meminit Bellam. consi. 44. decanus & capitulum. vide Cassa. consil. 19. in 12. dubio & consil. 30. nume 18. viso processu, qui intentari debet j. annum a die adeptionis possessionis aduersantis, pro quo vide in simili quæ tradit Ias. in consi. 159. nu. 4. super facto vol. 2. & cōsi. 7. col. 4. vol. 3. alias non auditur. licet hæc præscriptio sit odiosa & iniqua. Ias. in consi. 117. col. pen. vol. 4.

40

Ideo attende vt in ipsum aduersariū j. ipsum tempus fiat executionis citatio, quæ procedat a iudice competente, alias si ab incompetente, nihil est, cum citatio secundum Bald. in cap. si clericus. in tit. de pace ten. sit fundatio totius processus, ita quòd si a iudice incompetente emanauerit, est nulla, & omnia decreta & acta corruunt. glo. in l. 4. C. de accusatio. in ver. eundem. Pro hoc Paul. de Cast. in l. 2. ff. de iudi. Ex quo habes quòd per citationē nullam & aliorum actorum litis ordinariorum nullitatem nulla præscriptio interrumpi potest, nec mala fides introduci. glo. in l. pen. C. ne de sta. defuncto. glo. 2. post tex. in c. vt debitus. s. de appel. Roma. cōsi. 412. nu. 5. & sequen. pro habenda substantia veritatis Bar. in l. naturaliter. ff. de vsucapio. Ias. in l. licet. C. de procura. facit quod dicit de actu nullo Calca. consil. 8. nu. 22. in causa. Nec etiam iurisdictio perpetuari potest nec præueniri. Panor. in c. proposuisti. col. 1. nu. 6. s. de foro compet. & ibi scribentes post eum. Panor. consi. 19. in prin. par. 2. Nec huic morbo assueuit Rex Christianissimus per suas literas dare antidotum, saltem vt accipio, vt ex eo sequatur integratio, siue literarum ipsarum interminatio. ita testor in facti contingentia vidisse hic Parisijs in curia suprema (quæ & alia parlamenta † vicem præfecti prætorio obtinent. dicit Neuiza. in consi. 12. col. 15. apud Albert. Brunt patres comederunt) & hoc in quæstione mota inter R. dñm dominū meum Franciscum de Claramonte legatum Auinionē. & quendam alium sibi aduersantem ratione cuiusdam abbatiæ eidem. R. per Papam collatæ, licet ipse. R. allegaret eo anno durante tamquàm protector regni Franciæ in curia Romana mansisse, non tamē fuit auditus, licet obtinuisset literas restitutionis. Et hoc, vt putò, ne traheretur in consequentiam, potuit tamē audiri in petitorio, & hæc videtur ratio prout in simili dicit Rebuf. in repeti. solenni. l. quod iussit in 2. no. nu. 32. de re iudic. quòd † in possessorio nō admittitur erroris propositio, & sic supplicatio, cum possit in petitorio grauamen reparari. c. cum dilectus & c. pastoralis. vbi scribentes s. de causa po. & ꝓprie. ordinatio Regis Ludo. 12. arti. 88. in publicatis. 1499. facit quod notat Deci. consi. 252. in vers. restat igitur causa, vbi dicit quòd causa possessionis dicitur parui præiudicij, quia tractari poterit in petitorio. Bar. in l. 1. col. 2. C quo. bo. & in l. 2. §. fi. in prin C. vbi in rē actio. Et subdit quòd causa possessorij non reputatur causa magna, licet de re magna respectu proprietatis agatur. Bart. in l. admonendi. col. pen. ff. de iureiur. Alex. cōsi. 103. col. 2. super eo dubio. vol. 7.

41

42

¶ Et per hæc sum expeditus de Principali intento.

43

¶ Subsequenter intro dubium † aliud fortius textui nostro conueniens. Pone, tria habenti beneficia (ex dispensatione tamen opportuna) confertur quartum incompatibile, an eo ipso vacent possessa, & nihilominus non valeat quarti collatio, in hoc varij varia sentiunt hic, & in Cle. si plures de præben. hic primo Io. Mo. tenet quòd habet talis duo prima siue tria resignare, si velit tertium, aut quartum retinere canonice, dum data tertij aut quarti adeptione vacent priora. allegat. c. non potest de præb. quod. c. Archi. hic in fi. dicit in argumen. parum facere. Et soluendo punctum hunc. in d. c. non potest, quòd si habens duo beneficia cum cura vel personatus duos, si tertium recipiat non obtenta noua dispensatione, vacant eo ipso duo. prima par. c. de multa. s. de pręben. rationem suadere ait eo, quia illa duo primò habita, loco vnius haberi dicuntur propter vigorem dispensationis prius obtentę, & collationem tertij nullam ipso iure censeri. per text. nostrum, nisi vt prætactum est prius duobus primis expresse (dico in manibus eius qui ex causa in iudicio inuitum posset destituere) renunciauerit. testatur ipse Archi. in c. deliberatione. col. fi. s. de offi. lega. Cal. consi. 2. 3. & 5. in tit. de renun. vbi dicit optimū, quòd si impetrans gratiam ad beneficia offert se dimissurum aliam & similem gratiam quam iam obtinuerat, si consequatur beneficium per secūdā, sufficit sibi verbo exprimere ꝙ habuit & habet primam pro derelicta. hic tamen est casus diuersus, quia ius ad rem, in themate vero nostro ius in re; ob quod expressum dicim⁹ requiri. Vide de Anania & alios in c. ex insinuatione. s. de symo. vbi concluditur hoc in casu, tacitam non sufficere renunciationem. prout in d. c. de multa, ex quo dicimus collationem ipsius, aut quarti, aut tertij nullam inquantum eius, qui fit, concernit fauorem, sed non quantum ad ambitionis pęnam impositam per. c. de multa & text. nostrum; in cuius facto maior est ambitio q̃ in c. de multa; ideo dignum videri vt vtrunq; perdat. d. Cle. si pures vbi Car. in 1. oppo. & sic vacant duo prima. & ita per magnum virum sacri palatij auditorem refert pronunciatum fuisse. ista sunt de mente Io. Andr. hic & Domi. in fi. referentis distinctionem Paul. quam videas, licet in omnibus non placeat Scriben.

¶ Petr. de Anch. hic etiam col. 2. fatetur collationem vltimi nullam, nec mirum, quia licet dicamus in c. de multa ꝙ collatio vltimi valeat, in casu autē nostro secus,

quia

quia ibi loquimur cum primum possidebat iure communi suffragante, hic verò iure speciali, vtputà dispensatione, cum plures obtinere dignitates sit contra ius cõmune, & vnam secundùm ius commune. testatur Guil. in d. Clem. si plures in prin. vbi Imo. circa fin. Et sic facilius tollitur quod competit iure speciali, videlicet priuilegio, q̃ quod de iure cõmuni. l. eius militis. §. militia. ff. de testa. milita. quod dictum latè videas examinatum per Guil. de Montfer. in commento pragm. in 3. par. colũ. 28. facit in proposito, quia non est magis fauendum possidenti plura ex dispensatione, quàm habenti vnum de iure cõmuni, nam huic ius commune assistit, illi verò resistit, si ergo ille perdit, qui possidet secundùm ius commune, fortius, qui contra illud, & ex priuilegio possidet, sit ergo fortius ius commune, q̃ priuilegium. l. sed & milites. ff. de excus. tutor. Huic etiam opinioni Franc. hic per tex. nostrũ post gl. in fin. astipulatur. non tamen fatetur vacationem priorum, cum non dicatur hic, prout nec in d. Cle. si plures. vbi nõ disponitur ꝙ vacent prima per collationem, sed possessionem pacificam, ꝙ si non renunciauit ante adeptam ipsam possessionem, tunc benè videtur ꝙ vacẽt ipsa prima, & similiter tertium aut quartum secundùm Paul. colligentem casum vnum in eo ꝙ beneficium cuius collatio nõ tenet, facit alia vacare. pro quo. c. eum q. de præb. hoc lib. quod destruit opi. Fran. qui dicit oppositum, ꝙ ex quo collatio tertij erat nulla, ex consequenti priora non vacare, quia nõ præstat impedimentum &c. & nõ dicitur factum quod nõ durat factum, & verba sunt intelligenda cum effectu, ista sunt in iure tritissima.

¶ Et inquantum Philip. Franc. hic dicit quod vacat tertium per possessionem pacificam, hoc nõ placet per text. nostrum, qui dicit collationem nullam: ergo nõ põt vacare saltem per factum illius, quia priuatio † præsupponit habitum. l. manumissiones. ff. de iusti. & iur. l. decem. ff. de verb. oblig. c. ad dissoluendũ. s̃. de despõ. impub. Dec. in l. non videtur. ff. de reg. iur. Soc. cõsi. 163. col. 4.

44

¶ Quia iste nunquàm habuit de eo collationem validam quidem, igitur nõ posse dici vacare, & dictum illud confundi per id quod adducit de Paulo ibi, cuius collatio non tenet.

¶ Et latius prosequendo intentum nostrum eandem gl. & Doct. in d. Clem. si plures. reassumunt. Et præcipuè quando vacent priora, & quod ministerium exigatur. gl. magna ibi, in fi. voluit distinguere amplè quidem citando ꝙ si ante collationem vltimi non dimisit priora (vt prædixi) in manibus superiorum, collatio vltimi nõ valuit, tamen per acceptionem vltimi non perdit prima. Sed insequendo Doct. Ioan. Mon. hic sano vsus consilio videns collationem vltimi non valere, ipsius possessionem non apprehendat, vt sic humanitas iustè plenitudinis non auferatur. 2. q. 6. si quis libellos. & de appel. cum cessante. no. de cler. coniug. c. diuersis.

¶ Si verò possessionem apprehendat, illa facit vacare. Nam hoc casu cum ex tali vitiosa possessione vacaret, vnicum vacabunt, & illa. hanc glo. pro notab. sequitur Pan. ibi dicens induci nullitatem collationis vltimi per text. nostrum & fortius nullam, si prouisus iniustè plura curata dignitatesve, vel personatus, vel alterũ cum altero obtinet, cum eadem sit ratio. Cumq; tunc sit inhabilis ad beneficium cõsequendum; per text. nostrum & clarius per extrauagan. execrabilis. vbi statuitur, ꝙ etiam habens vnum solum, si recipiat secundùm simile curatum & primum, quo priuatus est sine moræ dispẽdio verbo & facto in manibus ordinarij sub testimonio publico dimittat, alias priuatus est etiam secundo, & fit inhabilis ad sacros, & alia quæuis etiam simplicia beneficia ecclesiastica. Sequuntur Zenzel. Petr. de Ancha. Ioan. de Imo. & Card. dicentes ꝙ si apprehendat possessionem illius vltimi, tunc vacabunt prima, licet possessio sit vitiosa, & hoc propter defectum tituli, sicut vacaret vnum si aliud tantum haberet, per d. c. eum qui. Et sic remanebit sine beneficijs. iuxta vulgare, inter duo scamna sedebit. dñi est terra Et † qui binos lepores vna sectabitur hora, vno, quandoquè carebit vtroque. Bald. in l. si duobus. col. 2. versic. pone, testator. C. communia delega. & illud. Card. in c. referente. in fi. s̃. de præben. ꝙ si cõtendit vtrunq; retinere carebit vtroq; vide not. Panor. in c. ex transmissa. in fi. s̃. de renun.

45

¶ Præmissis adde Rotam in antiq. 366. ꝙ impetranti beneficium per assecutionem alterius sufficit probare assecutionem etiam de facto. Et intelligas præmissa locum habere, siue conferatur beneficium hoc per Papam, vel eius legatum aut ordinarium, quia semper collatio vltimi est nulla, & illius adeptio facit vacare priora, secundùm Imo. Et est de mente Card. & aliorum in d. Clem. si plures.

Et ꝙ per solam impetrationem prima non vacent, verificatur secundùm Petr. & Card. per l. vulgaris. § qui fur. ff. de fur. vbi ad pœnam similem non sufficit delictum attentatum, nisi facto sit consummatum. De quo per eundem Card. in c. 1. s̃. de eo. qui mit. in pos. & Fely. in tracta. quando conatus puniatur &c. Pet. de Bella. pertica. q. 293. Quia sumus in terminis pœnæ ciuilis, quæ possessione pacifica consumitur, cum aliæ rationes putà ambitionis & huiusmodi cessarent. Igitur habes intentum clarissimum. Non enim dicas in puncto nostro regulam, quòd sufficit ꝙ per eum stet, quominus possessionem nanciscatur. de elect. s̃. hoc lib. c. commissa. & c. licet Episcopus, habere locum, quia verum vbi collatio vltimi tenet, vt in d. c. de multa. secus vbi non tenet, vt in text. nostro: quod admittunt Scriben. vbiq;, cum iure non caueatur; ideo restringendum. regula, in pœnis.

Ex quibus concludimus ꝙ licet collatio vltimi nõ teneat, nihilominus ipso facto vacant priora, postquàm adeptus fuerit possessionem vltimi pacificam, alias secus, quia tunc non vacant priora, cessante ratione ambitionis, etiam si per eũ stetit. huic conclusioni videtur obiectum paratum per Lap. in d. Clem. si plures. referente Petro ibi, in eo quod dicit. Ego dico ꝙ eo casu quando nõ tenet collatio si antequàm adeptus fuerit possessionem pacificam, vel adipisci possit si velit, ita ꝙ nõ stet nisi per eum quominus eam adipiscatur, non renunciauerit tali collationi minus legitimè eidem factæ, tunc priora vacabunt beneficia, & neutrum habebit. adducit. d. c. eum qui. & c. licet Episcopus. & c. si beneficia. s̃. de præben. hoc lib. & d. constitu. execrabilis. § qui vero. & sic varius videtur a prædictis, quia ad euitationem priuationis priorũ requirit renunciationem non morosam vltimi dico iniustè & minus canonicè collati. Communis autem habet ꝙ ad euitandam pęnam sufficit ab apprehensione possessionis vltimi abstinere. istud videtur probabile obiectum Lapi & satis fortè ꝙ renunciare teneatur, vt ipse corrigat † quod præsumpsit illicitè. c. qualiter & quando. el 1. ibi, non pudeat vos errorem vestrum corrigere. s̃. de accusa. vbi Io. de Ana. col. 1. Quod quælibet discreta persona debet corrigere errorem suum. vnde Augusti. Magnæ sapiẽtiæ est hominem reuocare quod malè locutus est. 22. q. 4. c. magnæ. vbi glo. reuocare. i. non adimplere. Nec dicitur fallax, si ad rei veritatem reuertitur. 32. q. 1. c. apud. quod militat contra eos, qui volendo defendere errorem, incidunt in magna inconuenientia; iuxta illud vno dato inconuenienti, multa contingere. l. ratas. C. de rescinden. vẽdi. Et talis dicitur pertinax & non sapiens. Panor. ibi. Et hoc medio facere poterit ꝙ hæc collatio sic de facto præsumpta possit aliam legitimam impedire. Nam quæ de de facto attentata nocent, debent facto contrario tolli. Clem. pastoralis. ad fin. de re iudica. l. si minor. ff. de euictio. de actio. empti. & vendi. l. exempto. §. si quis virginem. & sequen. Durum enim est contra communem cũ solo Lapo sentire, ꝙ sola mora in renunciando huic tertio aut quarto malè collato, postquàm potuit illius habere possessionem, inducat priorum vacationem. Istud tamen posset teneri prout tenet ibidem Petrus, cum videlicet contenderet super hoc & requisitus per ordinarium renunciare recusaret. arg. d. c. de multa. alias his nõ interueniẽtibus communi adhæret opinioni, per d. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de fur.

46

Postremò attende ad vnum in materia hac quo ad adeptionem possessionis ꝙ electus & confirmatus in Episcopum ante inductionem in possessionem non potest congregare synodum, si alius sit in quasi possessione prælaturæ, licet iniustè. Si autem alius non sit in quasi possessione prælaturæ, quia prælatura est vacans, tunc potest, dummodo non sit consuetudo ꝙ prælatus non administret ante installationem. arg. c. in his rebus. 11. distinct. Istam distinctionem firmat Anfre. in Decis. Tholos. 443. An habens cano-

canonicum titulum & post eum Do. meus. 2. lib. respon. c. 31. in 1. col. Vide Panor. in c. transmissam. col. 3. versicu. ego pro cōcordia. s. de elect. quem sequitur Roch. de Cur. in tract. benefi. in ver. ius. q. 5. & latius per do. de Selua in tract. car. mihi. 65. col. 4. in vers. & nota quæstionem.

¶Quod licet. s. proximè dixerim postremò attendendum, habeo tamen reliquum pro intento eorum, quæ s. 47 deducta fuere. Pone, † Meuio duo obtinenti incompatibilia beneficia ecclesiastica, ex dispensatione tamen apostolica prouisum est per Papam de tertio simili, cū adiectione clausulæ, volumus autem ꝙ quàmprimum ecclesiam beatæ Mariæ prædictam vigore literarum nostrarū fueris pacificè assecutus. S. Pōtij, & S Martini ecclesias pdictas, quas ex nunc, nisi interim ad id tecum sufficiēter dispensatum fuerit, vacare decernimus, dimittere omnino tenearis. modo quæritur an collatio huius tertij valeat, cum non esset dispensatus Meuius, nisi ad duo, & nō ad tertium. Prima facie videtur ꝙ non valeat. per tex. nostrum. & gl. in Clem. si plures & vbiq; Scriben. de præbē. vbi per acceptationem tertij, ad quod non reperitur dispensatus, vacant duo prima, & collatio tertij est nulla.

¶Tu tamen in proposito thematis aliud dicito, videlicet ꝙ valeat prouisio tertij, licet non sit dispensatus ad illud, & istud operatur virtus clausulæ prædictæ, quod cōprobo triplici ratione. Primò voluntate Papæ inspecta, q. non intendit conferre tertium, nisi dimittat duo prima pacifica possessione adepta: quæ verba important ius cōmune, secundùm Domi. & Franc. hic & Ioan. de Im. in d. Clem. si plures. igitur si nō habet pacificam possessionē, nō dicitur nulla. cum secundùm Lap. in d. Cle. si plures. ad hoc, vt ille, cui confertur tertium, teneatur dimittere duo prima, vt cōsequi possit tertium, requiritur ꝙ sit possessor pacificus de tertio. no. in c. si beneficia. & in c. licet Episcopus. de præb. hoc lib. Car. & Imo & cōmuniter alij in d. Clem. si plures. Item Papa intendit cōferre tertium, si fuerit dispēsatus tempore pacificę possessionis. Ideo nō pōt impugnari de nullitate, ꝙ si dicas ꝙ actus collationis & prouisionis est actus legitimus, qui non recipit diem nec cōditionem, nec pōt vagari sub incerto, regula est, actus legitimi. de reg. iur. hoc lib. Et sic cum huiusmodi puisio cōtineat in se cōditionem, videlicet ꝙ Papa nō intēdit prouidere, nisi duo prima dimittantur: tamen vera iuris decisio est in cōtrarium, quia quàmuis prouisio ipsa videatur habere in se cōditionem, attamen dicta cōditio reijcitur, quia prouisio nō sumit effectum, nec summus Pōtifex intendit prouidere ex tunc tpe datæ prouisionis, sed ex nunc tempore, quo Meuius erit pacificus possessor de tertio, & facta dimissione de duobus primis, aut cum eo dispensatum fuerit de huiusmodi tertio.

¶Præmissa comprobo per ea, quæ not. in Clem. vnica. 48 de cōce. præben. vbi valet † collatio facta per ordinariū j. mensem datum mandatorio ad acceptandum, quia si mandatarius nō acceptet j. mensem, valet collatio ordinarij nō ex tunc tempore collationis datæ, sed ex nunc elapso mense. ad idem text. & ibi Inn. & Pan. in c. cura pastoralis. s. de iur. patr. vbi præsentatio facta per vnum ex cōpatronis, alijs sprætis & nō vocatis, si postea hi nō vocati cōsentiant, valebit præsentatio non ex tunc, sed ex nunc tempore cōsensus præstiti. Sic in pposito huiusmodi puisio nō valet neq; sumit effectum ex tempore datæ puisionis, sed ex nūc facta dimissione de duobus primis, & sic a futuro euentu pendet.

¶Item Papa faciendo mentionem de duobus obtētis ex dispensatione Apostolica, prouidet de tertio cū clausula, ꝙ priora vacent, adepta pacifica possessione, & nō ante, nisi interim ad id fuerit dispensatus, videtur (saltē quo ad vsq; deuentum fuerit ad conditionem) dispensare vt prouisio tertij valeat. iuxta no. in l. quidam consulebat. ff. de re iudic. notant etiam Cano. in c. nōnulli. de resc. nec obstat gl. in d. Clem. si plures. nec etiam tex. noster, qa 49 loquuntur in collatione ordinarij, † qui nihil potest super vitio dispensationis, sicut Romanus Pōtifex, qui super hoc pōt dispensare. Et ad hoc benefacit. c. nō pōt. de præben. si bene pōderetur. §. fi. Nam dicit ibi tex. ꝙ expressio operatur vt nō possit gratia subreptitia reputari, ex quo solo vitio pōt tunc puisio Papæ impugnari. operatur etiā vt puisio valeat, nō ꝙ inducat dispensationem. Et ad tollendum hoc dubium expressè declarat ꝙ priora vacent a tempore adeptæ pacificæ possessionis, in qua expressione videtur Papa velle ꝙ puisio vltimi valeat, alias dicta puisio non posset dicto Meuio in aliquo suffragari, quod esset cōtra tex. in d. c. nō potest. & intentionem Ro. Pontificis.

¶Et sic cōcludo ꝙ ad inualidandum dictā puisionem tria requiruntur. Primò ꝙ dictus Meuius fuerit pacificus de tertiò. Secundo ꝙ adepta pacifica possessione, non dimiserit duo prima. Tertiò ꝙ nō fuerit dispensatus, quod perpetuò nota, quia fortè alibi non reperies sic in praxi deductum.

Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Quia plerique prælati non sine multa temeritatis &c.

SVMMARIVM.

1 *Celando veritatem, ira Dei incurritur.*

2 *Sicut quod mandatur non tenet, sic nec firmantia illud, habent firmitatem.*

QVIA. Hoc c. 1. impedimenta per prælatos data, ne veritas in inquisitionibus, correctionibus, & reformationibus in suis locis pateat, inhibitione præcedente, & decreto subsequente, tolluntur. [2. §. præsumptores] talia agentes pœna condigna castigari mandantur. Dic ergo casum [proferentes] sed iste sententiæ nullæ sunt, vt j. sequitur. Nam sicut prædicta 1 mandari nō possunt, sed sunt iuri aduersa: vt celare † veritatem, quo ira Dei Incurritur. 11. q. 3. quisquis, sic nec hæc firmantia valent. Et ratio horum notatur. j. hoc lib. 2 de regul. iur. nō est obligatorium. vnde † sicut quod mādatur hic, nō tenet, sic nec firmantia illud habent firmitatem. ff. de reg. iur. cum principale. & j. hoc lib. de regu. iur. accessorium. & ff. vt lega nomine caueatur. l. 1. §. si quis sub cōditione. & j. de symo. nemo [castigari.] ff. de fideiusso. l. si a reo. §. vlti. & C. de pœ. l. si operis.

Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Vt litigantes releuentur a laboribus & expensis. &c.

SVMMARIVM.

1 *Multa sunt statuta iura, vt litigantes releuentur a laboribus & expensis.*

2 *Melius potest cognosci vbi res ipsæ consistunt, quando agitur actione reali,*

Ius scriptum præcedentem consuetudinem non tollit, nisi de ipsa specialis mentio habeatur.

VT litigantes. Hic arctantur iura antiqua. s. eod. pastoralis. 1. Respō. & c. Romana. §. 1. Et hoc factum est fauore litigantium, vt 1 releuentur † a laboribus & expensis, propter quod sunt multa in iure statuta. j. de dolo & cōtuma. c. finem. & s. hoc lib. de resc. statutum [eis] ciuitatibus vel diocœsibus [cōsistere] 2 vt quia agebatur reali, & sic † melius pōt cognosci vbi res ipsæ cōsistunt. C. de præd. min. l. si prædium. [cōnsuetudine] scilicet præscripta, & obtenta, ante istam cōstitutionem, & sic hic ad cautelam adijcitur hæc clausula, cū ius scriptum cōsuetudinem præcedentem nō tollat, nisi de ipsa specialis mentio habeatur. s. hoc lib. de cōstitu. c. 1. & hoc lib. de biga. altercationis.

Bonifacius Octauus. Cap. VI.

¶Si Episcopus suā diocęsim, vbi ei a iure permittitur &c.

SI Episcopus. Hic declaratur decretalis s. eo. inter cętera. [visitari. 10. q. 1. Episcopū [necessarius.] s. eo. inter cetera [seminantur.] j. Corin. 9. [debebit.] cum enim sit hic procuratio accessoria visitationi j. de præscrip. cum ex officij. si non visitat, nihil pro se de procuratione accipere potest. Si autem per alium visitet Episcopus, tene quod hic dicitur. Nec allegare

allegare debet se plus expendisse, si personaliter visitasset, vt illud excessiuum ad manus suas trahat. arg. ff. mandati. si quis alicui. §. impendia.

¶Bonifacius Octauus. Cap. VII.

¶Cum Episcopus in tota sua dioecesi iurisdictionem &c.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus in tota sua dioecesi, cum inibi sit ordinarius, potest suum officium exercere.*
2. *AEquitas decreuit nō sufficere praesides, sed esse voluit ciuitatum defensores.*
Generalis prouisio non se extendit ad specialem casum.
Damnum sentit qui commodum solitum amittit.
3. *Vbi quis territorium in aliquo loco non habet, ibi pro tribunali sedere non potest.*

1 CVM Episcopus. † Episcopus in tota sua dioecesi (cum inibi sit ordinarius) potest suum officium exercere [habere]. 11. q. 1. c. de persona [loco] honesto. ff. de iusti. & iur. l. pen. §. fi.

¶Sed quero, Archidiaconus in loco illo habet iurisditionem, in qua cōcurrit Episcopus cum eo, Nunquid poterit ibi constituere officialem, qui ibi resideat in graue detrimentum Archidiaconi? arg hic quòd sic. ff de damno infec. l. 1. §. denique. ff. de iniur. iniuriarū. §. 1. Item † aequitas rerum de defensoribus ciuitatum hoc habet, quae decreuit non sufficere praesides prouinciarū, sed esse voluit ciuitatum defensores. Auth. de defen. ciui. §. 1. colu. 3. arg. s. hoc lib. de consue. c. fi. ff. ne quid in loco publico. l. 2. § si quis a Principe. Ita cum in dicto loco sit prouisum de iudice specialiter, generalis prouisio huius. c. ad hunc casum se non extendet. arg. C de pac. conuen. super do. l. fi. Et damnum † sentit qui commodum solitum amittit. d. l. 2. §. meritò [non exempto] secus si esset exemptus vel a iure communi, vt sunt monasteria. 18. q. 2. luminoso, vel speciali, vt loca exempta, & est ratio, quia ibi territorium non habet, & ideo pro tribunali ibi sedere non potest. no. s. de offi. lega. nouit.

¶Sed pone, in loco exempto certo casu habet iurisditionem. j. de haereti. ad abolendam, nunquid in eo casu poterit in loco exempto iurisditionem suam exercere? dic quòd sic, quia quo ad hoc est iudex, & de hoc not. j. hoc lib. de priuileg. Episcoporum. & s. hoc lib. de offi. lega. c. 1. [forum] de cōsuetudine seu de iure s. eo. conquerente [carceri] & latius potest hoc facere tam Episcopus quàm abbas, seu inferior praelatus. j. de senten. excommunicatio. vniuersitatis, & j. hoc lib eo. tit. si clericos. Et quādo per fideiussoriam cautionē isti liberari valeant a carcere, & quando non, est expressum in d. c. si clericos in fi.

¶Bonifacius Octauus. Cap. VIII.

¶Quamuis super cessationibus a diuinis &c.

SVMMARIVM.

1. *Partes componere possunt, licet de crimine agatur.*
2. *Maior culpa maiorem poenam exigit.*

QVAMVIS. Hic adijcitur ad formā cessationis a diuinis tactam. s. eo. irrefragabili. §. ceterum, & c. si canonici.

¶Et haec decretalis habet quatuor partes, nam primò factum & iura praedicta recitando praemittit.

Secundò verò nos ad modum cessationis statuit.

Tertiò. § [si vero praemissis] quod incumbat partibus formam praedictam seruantibus subiungit.

¶Quartò. §. [partes] partem cessantem a diuinis non seruantem huius formam punit [tertiò] vt d. c. irrefragabili [decimò] vt d. c. si canonici [consilio] quid importent [a] haec verba, no. j. hoc lib. de haereti. super eo. [laico] Sed quomodo Papa habet iurisditionem in laicum, imo habet. s. eo. perniciosam & s. hoc lib. de offi. lega. c. 1. notatur. [concordia] Et sic nota † partes componere posse: licet agatur de crimine: & ratio redditur. ff. de no. oper. nuncia. l. 1. § & post operis & no. C. de transac. transigere. Contrarium tamen quādoque seruatur, vt maledicti iudices emungantur [veniēdi] Et in hoc aequiparatur haec decreta. [alteri] s. hoc lib. de elec. statuimus [poterūt] vnde cum hic certum tempus statui non possit, fuit hoc relictum arbitrio boni viri. ff. de iure delib. l. j. fi. ar. de testib. quaesitum. s. eo. ordinarij primo Respōso. [expedire] nec 2 hic etiam certa poena potuit apponi, cum † maior culpa maiorem poenam exigat. de exces. praela. tāta: circa finem [celebretur] Et meritò, nec mirum, quia maior cōtumacia censetur in cessante non seruante formam huius cōstitutionis, quàm in eo, contra quem cessatur. j. hoc lib. de dolo & contuma. Actor.

ADDITIONES PROBI.

a IMPORTENT, dic honestatē, nō necessitatem. Alberi. in rub. de legib. C. dico latissimè in cap. super eo. de haereti.

Bonifacius Octauus. Cap. IX.

Praesenti prohibemus edicto, ne episcopi, &c.

SVMMARIVM.

1. *Beneficiati aliquando gaudent de fructibus post obitum suum certo tempore.*
2. *Priuilegium seu consuetudo tendens ad illicitum arctatur.*
3. *Morbus capitis maior est morbo membrorum.*
4. *Commendati prioratus propriè non vacant: secus in intitulatis.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1. *An beneficiatus dicatur vsusfructuarius vel vsuarius.*
2. *In Gallia parentes succedunt beneficiatis, non autem Monachi.*
Desijt esse miles seculi, qui factus est miles Christi.

PRAESENTI. Haec decretalis habet tres partes. Primò prohibitionem, & à prohibitione exceptionem, ac poenam non obseruanti prohibitionem ponit.

¶ Secundò. §. [porrò] moderationem ad dictam exceptionem adijcit.

¶Tertiò. § sanè. Responsionem ad tacitam quaestionē adiungit [eorūdem] prioratuum, dignitatum, vel ecclesiarum [reseruari] sup. eo. cum nos.

1 ¶Sed nunquid tollitur hic consuetudo beneficiatorū a †qui gaudēt de fructibus [a] post obitum suum certo tempore? Dic quod non. Nam haec decretalis loquitur de superioribus, qui fructus dignitatū inferiorum sibi vendicant post obitum rectorum: qui debent thesaurizare filijs. ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. Et cum in istis etiam b consuetudo [b] seruetur cum moderatione infra scripta, magis etiam in quaestione proposita. Et dico dictam moderationem non extendi, cum maior sit ratio in hoc textu quàm in casu quaesito. Pro quo est ar. C. de aduoca. diuer. iudic. post duos. & C. de dome. & protec. l. vlt. lib. 12. [dignoscatur] vt j. vt eccle. bene. ca. vno §. vlti. [debitis.] Sic intelligitur bona. ff. de iure do. mulier [superest] hoc enim dictat ratio quae dicit fructus respicere totum annū. ff. solu. matri. diuortio. §. non solum.

2 ¶Et nota † quod priuilegium seu consuetudo tendens ad illicitum arctatur. ar. j. de deci. suggestū j. hoc lib. de priuileg. vt Apostolicae. ff. de vulga. & pupil. substi. ex facto. §. 1. [constitutioni] sup. hoc lib. de elec. quia saepe.

¶Et ratio diuersitatis inter haec liquet ex textu. Nā ibi infertur morbus in ipso capite vacante, hic in membris vacantibus.

3 ¶Et † morbus capitis maior [c] est morbo membrorū. c ar. j. de accu. qualiter. 2. ibi, ne concussis calumnijs. & 2. q. 7. sicut inquit [prioratibus] est ne intelligendum hoc indistinctè? ar. quod sic. 19. dist. si Romanorum. Dic cōtra, quia hic & in prin. loquitur de vacantibus.

4 ¶Sed prioratus † commendati propriè non [d] vacant, d secus in intitulatis. j. de statu regal. c. 2. §. fi. & c. cum ad monasterium. §. tales.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a DE FRVCTIBVS. Vide Steph. Bertrã. consil. 258. viso consultationis themate. par. 2. Et ibi videbis opiniones in hac materia. & Cardin. consi. 79. thema tale est. & cõsi. 110. quidam prælatus. Ias. in cons. 75. venerabilis. vol. 3.

¶Consuetudo seruetur. Hic & alibi Docto. insistunt. 1 † An beneficiatus dicatur vsusfructuarius aut vsuarius bonorum ratione beneficij procedentium, circa hoc nõ insistam, quia satis insistit Ias. in cons. 75. venerabilis. vol. 3. sed solum quo iure vtantur Galli, breuiter dic ꝙ consuetudo inoleuit in Gallia, ꝙ beneficiati fructus beneficiorum suorum perceptos, ab intestato ad suos proximiores parentes faciunt transmittere, pro quo habeo. gl. in l. 1. de anno. ciuilibus. lib. 11. C. quam singul. dicit Barba. in c. fin. s. de pecul. cler. ad hoc quòd fructus beneficij transeunt in hæredes, & hic Franc. col. 4. num. 8. de consuetud Franciæ recordatur. Pro ea adducit text. in c. cum tibi. s. de verb. significa. qui secundùm vnum intellectum videtur probare, quòd valeat consuetudo in partibus Franciæ, quòd clerico decedenti ab intestato consanguinei succedant in fructibus & alijs redditibus Ecclesiæ. & quòd in his clericus liberè possit disponere. quod comprobat Ludo. Bolog. in additio. consil. 87. Ioan. de Anan. col. 2. quem videas pro hoc puncto & quomodò possit disponere beneficiatus de fructibus beneficij, & ibi dicit hanc consuetudinem procedere, dummodo non sit nimis onerosa Ecclesijs. c. 1. s. de consuetu. & ita debet limitari consuetudo Galliæ.

¶Consuetudine huius Galliæ recordatus est post Ioã. Fab. in §. is verò. Institu. de rerum diuisio. gl. pragma. in tit. de annatis. in §. item ꝙ si Ecclesia. in ver. acquisitos. quæ dicit hanc fore consuetudinem generalem in regno Frãciæ, ꝙ fructus ecclesiastici acquisiti transmittuntur ad hę redes, ratione cuius dicimus beneficiatos posse de fructibus suarum dignitatum & beneficiorum, ac de bonis per eos nomine proprio & non nomine Ecclesiæ acquisitis, etiam de pretio ex fructibus beneficiorum redacto testari, & alias inter viuos, vel causa mortis, sicut laici de suis bonis liberè disponere, prout dietim faciunt contra iuris communis dispositionẽ cui consuetudo ipsa obuiat, quæ valida dicitur secundùm Cald. consi. 2. in titu. de pecul. cler. quem videas pro materia text. nostri. Ius enim commune non fuit in Gallia in hoc receptum, inquantũ dicit beneficiatos fore fructuum beneficiorum solum vsuarios, nec dicas inconueniens & absurdum quod hoc iure consuetudinario Galli contra ius commune vtantur, propter ipsam non receptionem, prout dicimus de 2 alia consuetudine generali Galliæ, quod † monachus parentibus suis ab intestato non succedit, sicut ei non succeditur per parentes. Et sic non habet locum. l. fin. C. de episcop. & cler. cessatq; dispositio. Auth. ingressi. C. de sacrosan. eccles. quia leges Imperatoris sunt. cui non subest Rex, & vbi subesset, quod non, vt not. per Scriben. in cap. per venerabilem. s. qui filij sint legiti. tamen ex quo non fuerunt recepti, minimè ligant per ea, quæ dico in c. veniens, de verbo. signific. Quam consuetudinem pluribus fundamentis possumus dicere æquitati consonam: Primò, quia consuetudo dicitur eorum voto cõformis, quo ad articulum paupertatis, sufficit enim quod viuant, & quod non ab intestato succedant, & propinquos laicos depauperent, siue aporiare (vt cum apostolo loquar) faciant, qui tot & tantis beneficijs hodie, & Ecclesiæ redditibus abundant: pro hac consuetudine facit illud Deuterono. cap. 18. in princip. Non habebunt sacerdotes & leuitæ, & omnes, qui de eadem tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo populo Israel, quia sacrificia domini & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum: dominus enim ipse est hæreditas eorum. Et sic consuetudo hæc dicitur conformis iuri diuino: meritò dici non potest quod sit contra Ecclesiæ libertatem, quia nihil ipsis monachis nec eorum monasterijs aufert, quibus bona adhuc tempore consuetudinis quæsita non erant. ideo non potest dici consuetudo præiudiciabilis monasterijs, nec contra libertatem Ecclesiæ. Vt videre congruit per ea, quæ tradit Calcan. in consi. 7. dominus Nicolaus.

¶Pro hoc habeo. Barto. consi. 37. quidam Cola Pauli. vbi concludit valere statutum, quo cauetur, quòd monachus non succedat, & præteritus testamentum non rumpat testamentum, licet ibi Apo. multum in opin. Barto. instet, cuius opinioni non adhæreo propter absurda. Quia si ius istud commune fuisset receptum in Gallia, iamque ferè perijsset exhaustaque fuisset, & in nudis posita regni Galliæ vniuersalis machina secularis, adeo quòd hodie monasteria omnia pene bona temporalia possiderent, Cæsare in puris & nudis relicto. Et sic regni meliores possessiones a manibus laicorum iam diu exulassent, & tota laicorum armata & pecuniæ subsidiaria potentia reipublicæ alumna ipsiusquè Ecclesiæ tutrix vacua remansisset.

¶Item in regno Galliæ bona ferè omnia immobilia sunt feudalia emphyteuticaria, aut tributaria, & sic in manus mortuas & priuilegiatas transire non possunt. Scriben. post glo. in l. humanum. & in l. cum de nouo iure. C. de legib. facit text. in cap. 1. de mili. qui ar. belli depo. & in §. qui clericus. si de feu. fuerit controuer. vbi ex vsu feudorum obtentum est, quòd monachi non succedant, nec conuentus, quod fundatur ratione naturali, quia 3 † desijt esse miles sęculi, qui factus est miles Christi. Beneficium enim non pertinet ad eum, qui gerere non potest, nec debet officium. d. c. 1. Ange. consi. 110 colum. 2. Sanctissima. Mortui enim sunt & vita eorum abscondita est cum Christo in Deo: cum autem Christus apparuerit, & ipsi apparebunt cum ipso in gloria, vt dicitur ad Colosen. 3. Quoniam, qui mortuus hic fuerit mundi voluptatibus non vtendo, & corporis stimulos obterendo, consepultus esse videtur cum Christo, & consequenter tamquàm mortuus & sepultus succedere non potest, nec debet, & si præteritus aut exhæredatus in testamento parentum fuerit, omni remedio carebit, cum repudiatam semel propter Deum hæreditatem requirere non possit. Pro quo vide diuinum Hierony. in 3. parte epi. tracta. 8. episto. 36. cuncti mei sensus. Vide quæ pro præmissis tradit Alexan. in consil. 13. circa primum. vol. 3.

c Maior est. Vide quæ dico in c. accusatus. de hæreti. Ioã. Mo. in c. vbi. s. de elec. & ibi dixi.

d Non vacent. Vide ad intellectum huius dicti, quæ latè dixi. s. de elec. in c. nemo.

¶ De maioritate & obedientia. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Maioritas est status excellens, eos quibus præest, dirigens, quia qui prouehitur a minori, ad maius progreditur.*

2 *Prælatus non debet quærere prædam in subditis, sed eis præesse vt prosit.*

3 *Maioritas habet certum ordinem ad subditos, cuius excessus parit tyrannidem, & eius neglectus coarctationem, & discretio rectum ordinem.*

Quædam est maioritas ordinis, consecrationis, dispensationis, seu potestatis & antiquitatis ac respectu ordinantis.

4 *Obedientia hominis ad Deum quæ sit.*

Deo est obediendum sicut summo, quicquid alter impetret.

5 *Obedientia hominis ad hominem est debita, minoris ad maiorem reuerentia.*

Obedientia quid sit.

DICTO de electione præficiendorum, & officijs electorum, ex quibus habetur quædã maioritas, cui habent inferiores impendere obedientiam. 89. distin. singula, & c. ad hoc. 93. distin. legimus, in fi. Ideo post prædicta annectit de maior. & obedien.

¶Et notandum quòd † maioritas est status excellens eos, quibus pręest dirigens. Nam qui prouehitur a minori, ad maius progreditur. d. c. legimus. in fi.

2 ¶Et quia † prælatus nõ debet quærere prædam in subditis, sed eis pręesse, vt prosit. 93. distin. diaconi, versi.

Ioan. Mona. Card. V nunc

nunc autem. Et dicitur ad electum, rectorem præposuerunt te, noli extolli, sed esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam eorum habe. Eccle.32.

3 ¶Et ita maioritas † habet certum ordinem ad subditos, cuius excessus parit tyrannidem, & eius neglectus coarctationem, & discreti o rectum ordinem.s̄.de offi.custo.c.1.

Et no. ꝙ quædam maioritas est ordinis, vt qui est maior in ordine maior censeatur.s̄.eo.statuimus.

Item est maioritas consecrationis, & sic Episcopus maior est simplici sacerdote.95.dist.olim.

Item est maioritas dispensationis, seu potestatis, sic Archidiaconus maior est Archipresbytero.s̄.de offic.archi.c.1.& de offi.archipresby.c.1.

Item est maioritas antiquitatis, cui decreta sanctorum Patrum reuerētiā exhibēdam iusserunt. ff.de iur. immunita.super.s̄.eo.c.1.& 75.dist.c.fi.ff.de albo scrib.l.1.

Item est maioritas respectu ordinantis s̄.eo.per tuas.

4 ¶Notandum est etiam quòd est obedientia † hominis ad Deum, & hæc obedientia secundùm Anselmum est affectio voluntatis Deo coniunctæ, sic econtrario inobedientia est affectio voluntatis diabolo instrumentaliter copulatę.

Nam sicut homo per instrumentum operatur, sic diabolus per inobedientiam operatur separationem hominis a Deo, vt Gene.3.

¶Et ideo Deo semper est obediendum sicut summo quicquid alter imperet.11.q.3.si dominus. & c.Iulianus. & c.qui resistit.

5 Et nota quòd obedientia † hominis ad hominem est a debita minoris ad maiorem a reuerentia, vnde si mandatur iustum, est obediendum, & si iniustum, nequaquàm. si dubium, propter bonum obedientiæ est expēdum.23.q.1.quid culpatur, de hoc j̄.hoc lib. de senten. excommunica. c.cęterum. §.potest. Vnde Ber. quædam sunt purè bona, quædam purè mala, & in his nullam debet homo hominibus obedietiā, quia nec prima omittēda sunt, etiam cum prohibentur, nec alia etiam cōmittenda, si iubentur.

Quædam sunt inter hæc media, quæ pro loco temporeq́; , seu persona possunt esse bona & mala, & in his lex obedientiæ est posita, in his etiam fas non est nostrum sensum sententiæ præscribere magistrorum, in his omnino prælatorum nec iussio, nec prohibitio est contemnenda nec etiam condemnanda.

¶Vel dic secundum Hugonem de sancto Victore, ꝙ 6 obedientia † est salus omnium fidelium genitrix regni cęlorum cęlum aperiens, hominem de terra eleuans, cohabitatrix Angelorum, & cibus omnium sanctorum.

¶Et obedientia diuiditur in obedientiam reuerentiæ & præcepti.

¶Et obedientia reuerentię est respectu maioritatis ordinis & consecrationis, antiquitatis & etiam ordinantis.

¶Sed obedientia præcepti est respectu maioritatis dispensationis, seu potestatis, de quibus est præmissum.

ADDITIONES PROBI.

a AD maiorem reuerentia. Hinc dicitur quod in vxore est annexa reuerentia erga virum. not. Bertran. consil. 19. nume. 14. ponitur in facto par.3.

¶Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶Episcopali sede vacante potest capitulum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum succedit Episcopo sede vacante,*
2 *Regulariter sede vacante, capitulum in omnibus prælatum repræsentat.*
3 *Maior est alienatio personarum quàm rerum.*
Capitulum sede vacante facit ea, quæ sunt de iustitia, non de gratia.
4 *In collegium cadit iurisdictio.*
In Ecclesia Ambianensi duo Archidiaconi sede vacante in suis territorijs iurisdictionem episcopalem exercent.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Cardinales an debeant eligi vel postulari ad ecclesias inferiores.*
2 *Data contrarietate canonum est tenendum id quod seruat curia.*
3 *Tituli Cardinalium comparantur ecclesijs episcopalibus.*
4 *Institutio beneficiorum spectat ad diocæsanum de iure communi.*
5 *Cardinales sunt pars corporis Papæ.*
6 *Non est maior dignitas Cardinalatu, excepta Papali.*
Cardinales appellantur Papæ fratres & filij.
7 *Cardinales non præstant iuramentum obedientiæ Papæ.*
8 *Cardinales percipiunt fructus in absentia suorum beneficiorum.*
9 *Ad translationem faciendam requiritur potestas specialis.*
10 *Generalis dispositio ad quæ referatur.*
11 *Ioan. Mona. erat diocæsis Ambianensis.*

Philippi Probi.

1 *Suppoſita habilitate extremorum, non videtur curandum de medio.*
2 *Caſus diuerſus non eſt contrarius.*
3 *Mandatum non habet probari per teſtes.*
4 *Quando in mandato, aut in inſtrumento reperitur verbũ ambiguum, per quem fiet interpretatio.*

NON indiſcrete. Hæc decre. habet tria dicta. Primum &c. [reputari.]

1 ¶Nota, † edictum de procuratoribus eſt prohibitorium, in quo omnis admittitur qui nõ reperitur prohibitus vt hic, & ff. eo. titu. l. mutus. §. 1. & quid ſit hoc dictu, notatur. ſ. hoc lib. de ſup. neg. præla. c. 1.

2 ¶Eſt & alia ratio, quia † laicus procurator in ſpiritualibus, ſicut in alijs non habet emolumentum vel damnum: ſed dumtaxat exercitium.[a] arg. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. in propria.

¶Et ideo non eſt mirum ſi in ſpiritualibus (quæ non acquirit) poſſit eſſe procurator. contra tamen poterat argui ante hanc conſtitutionem. arg. ĩ. de iudi. decernimus. [Effectus] vt hic. & ff. de appel. ab executore. §. vlt. & ff. de excep. do. ſi procurator egit. §. 1. C. eo. tit. procuratoribus. & l. nulla [non poteſt]. C. eo. tit. quòd quis & l. neq; ſuam. C. de dona. l. illam [non expreſſa] contra. ff. de arb. Item ſi vnus. § ſi in diuerſos. Solu. eſt caſus diuerſus, [b] non aduerſus, & ratio diuerſitatis tangitur. d. §. quia duo arbitri poſſent in aſſumendo diſſentire, quod nõ eſt in caſu noſtro, in quo eſt vnus ſolus conſtitutus.

¶Sed quid ſi eſſent duo, non in ſolidum dati? ĩ. eo titu. ſi duo. 1. Reſpon. Dic ſi diſcordent, ſibi imputet conſtituens. ſ. hoc lib. de elec. ſi quis iuſtè. §. ſi autẽ nullus [poteſtas]. argu. ff. de man. vindic. pater ex prouincia. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. cum eſſent. §. per plurium. licet enim Dominus cauſæ vel litis, habeat procuratorem conſtituere, vt hic & dictis iuribus, non fit conſtitutio a non domino, ſed fit a domino miniſterio alterius [deputare] fallit tamen in caſibus qui mandatum [c] exigunt ſpeciale [d] ĩ. eo. qui generaliter. & c. procurator. 1. & 2. Reſpon.

ADDITIONES PROBI.

a EXERCITIVM. Pro intento attende ad ea quæ citat Ioan. Imol. in c. accedens. col. 5. ver. 2. tangit. Io. Andr. ſ. de præbend. dum quærit. An per laicum poſſit acceptari beneficium, qui dicit inter alia, quòd ſuppoſita † habilitate extremorum, non videtur curandum de medio, quãdo acquirendum non habet facere moram in perſona media, nec cõſequenter habet medium diſpoſitiuè operari, ſed ſolũ miniſterialiter operari, non impeditur actus propter inhabilitatem medij. Secus eſt ſi concluderet etiam ad impediendum miniſterialiter operari, quia tunc impediretur actus, per ea quæ habentur in c. 2. ſ. de hæreti. iſtud reperio placere Steph. Bertran. cõſi. 226. quæſitum. par. 3. quod adducit pro eo. An Monachus poſſit conſtitui procurator ſine licentia ſui abbatis, Ad acceptandum beneficium. Vltra hæc vide quæ tradit Alex. in conſi. 90. col. fi. viſo Inſtrumento vol. 3.

2 ¶Diuerſus, Et ſic caſus † diuerſus non eſt contrarius c. apoſtolica. ſ. de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu. c. no. Præpo. 20. diſt. in ſumma.

3 Mandatum, Quod non habet † probari per teſtes. Pau. de Caſt. in l. 1. C. eo. Io. And. in addi. ad Specu. in §. ratione autem formæ, in additione, quæ incipit, videtur autẽ. iſto tit. vbi dicit, quod iſta de conſuetudine obſeruantur, ne detur materia protelandi materiam principalem. refert Bar. de Chaſſa. conſi. 1. ver. præterea arguendo. num. 12. vbi hoc nõ firmat, ſed ſe remittit ad Iaſ. in d. l. e. 1. col. 3.

4 Item ſi in mandato reperiatur † verbum ambiguum & obſcurum, ſtatur (iuxta regulam, eius eſt interpretari cuius eſt condere) interpretationi conſtituentis. glo. cõmuniter approbata in c. petitio. ſ. iſto tit & Specu. eo. tit. §. ratione autem formæ, verſi. vbi autem. iuncta aditio Io. And. facit quod notat Ang. in l. Imperator. col. 2. ff. de ſtaho. vbi dicit, quòd quando in inſtrumento continetur aliquod verbum adeo obſcurum, ꝙ nullum habet intellectum, notarius qui illud ſcripſit, poteſt illud declarare, prout dicitur in teſte. c. cum clamor. ſ. de teſtib. no. Alex. conſi. 146. nu. 16. in cauſa & lite. volu. 5. quem vide conſi. 89. viſo themate. volu. 3. vbi diſcutit an notarius poſſit ſuum corrigere inſtrumentum, poſtquam parti eſt expeditum. Quod autem dicimus de interpreta. notarij, non id dicas procedere in parte producente inſtrumentum, per ea quæ tradit Alex. in conſi. 81. nu. 4. lecto. vol. 3.

d ¶Exigunt ſpeciale. Pone inſtantiam in impetratione reſcripti, in quo requiritur mandatum ſpeciale. notat amplè Alex. conſi. 135. ponderatis. vol. 2. vide Deci. cõſi. 493. viſo tenore. aliquos alios caſus requirentes ſpeciale mandatum vide per nos in c. qui ad agendum iſto tit.

Item ſi in procuratorio ſit clauſula appoſita, promiſit habere ratum & firmum quicquid & omne per eius procuratorem factum fuerit, an includat ſpeciale mandatũ, dic, quòd non, vt latè probat Iaſ. in conſi. 134. nu. 2. colu. 3. vol. 4. quantum.

Bonifacius Octauus Cap. II.

¶Quamuis procurator poſſit ante litem conteſt. &c.

a QVAMVIS. [a] Hæc decretalis ſumitur. ff. eo. filiusfa. §. procuratorem cum ll. ſequen. & l. ante lite, cum ll. ſeq. Et. 2. pars huius. c. ver. verum, ſumitur. ff. eo. tit. Paulus reſpondet.

Sed quæ erit illa cauſa, dico illa quæ pari æquitate, vel maiori innititur cum aliqua de expreſſis, arg. eius quod notatur. C. de fur. & ſeruo corru. ſi quis ſeruo [timeat]. ff. de teſt. inoffi. ſi ſuſpecta. & d. l. Paul.

ADDITIONES PROBI.

a QVAMVIS pro hoc. c. vide quæ tradit Iaſ. in cõſi. 139. reuocatur in dubium. vol. 3.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Is qui a procuratore ſuper hoc a dño poteſtatem &c.

SVMMARIVM.

1 *Quod in alium translatum eſt, quomodo poteſt reuocari.*
2 *In non connexis proſecutio vel negligentia in vno, non obeſt in alio, ſecus, in eodem facto.*

SVMMARIVM

Philippi Probi.

1 *Procurator ignorans quomodo poteſt reuocari.*
2 *Clerici, tanquam lapis, debent eſſe ſtabiles in eorum factis.*
3 *Iurans non reuocare, & poſtea reuocans, an incurrat periurium.*
3 *Quæ de voluntate vnius dependent, de facili tolluntur.*
5 *Verba generaliter prolata, intelliguntur ſecundum ſubiectam materiam, quodquè reducuntur ad ea, quæ ſunt de natura actus.*
6 *Promittens non reuocare donationem cauſa mortis, an poſſit reuocare.*
7 *In iuramento intelligitur excepta ſuperioris auctoritas.*
8 *Ex ſeparatis non ſit illatio.*
9 *Si vni priuilegio renunciatur, alterum ſubeſt.*
Iurans ſuper facto, videtur iurare ſuper omni iure deſcendente ex illo facto.

IS qui. Hæc decretalis habet duo dicta, ecce primum [nõ fuerit] contra ſ. de offi. deleg. quãmuis. Sol. vt ibi [cenſeatur] vt d. c. quãmuis [reuocandi.] [a]

Sed quomodo † quod quis in alium tranſtulit poteſt reuocare?

reuocare? Dic quòd non potest ex se, nec a se, vt hic, sed ex potestate tradita a domino, ex qua potest dominus reuocare, vt.s.cap.proximo. [exercere.] Et est ratio in † non connexis, prosecutio, vel negligentia in vno, non b obest in alio, secus in c eodem facto.s.hoc lib. de offic. de lega. cum plures.

ADDITIONES PROBI.

a REVOCANDI. In materia reuocationis procuratoris vide doctrinam, quã tradunt Di.Pet.Iaco.& Cyn.in l.mandato.C. manda.(referente Paul. de Cast.in consi. 361.versi.4.quæritur,venerabilis vir,in prima parte) quod quandoque concurrunt quatuor, videlicet quod sit constitutus ad actus extraiudiciales. Item quod actus qui geritur per procuratorem vel vicarium sit talis, quòd geri non posset sine expressa voluntate domini: Item quòd reuocatio non redundet in damnum pecuniarium alterius tertij, nec ipsius procuratoris. Item, quòd sit talis actus, quem dominus non habebat de necessitate facere.tunc his quatuor cõcurrẽtibus potest quis † ignorans reuocari: nec valet quicquid facit post reuocationem licet ignorans: ecce exemplum, nam si cõstituo procuratorem ad manumittendum seruum meum: deinde ipsum ignorantem reuoco, nõ valet manumissio facta per eum.l.si pater.ff.de manumiss. vind.c.hic enim illa quatuor concurrunt. Nam iste actus est extraiudicialis, nec potest seruus meus manumitti sine voluntate mea. Item posito quòd non valeat manumissio, non tamen damnificatur tertius, nec procurator nec ego habebam necesse manumittere. Item dicit lex si rem aliquam procuratori meo tradidi, vt ibi donaret, deinde ipsum reuoco licet ignorantem, licet ignorans postea tradat, nõ transfert in te dominiũ. l.2. §.sed & si quis donaturus.ff.de dona.nam & hic omnia cõcurrunt prædicta. Secus si deficeret alterum istorum, puta quia cõstitutus esset ad iudicia: tunc enim non solum in suam notitiam debet deuenire reuocatio, sed etiã iudicis, vel aduersarij, vt hic per gl. & scriben. & latè per Ioan.de Ana. consi.25.vtrum præsentatio, & ibi vide latè. dico idem si poterat geri sine voluntate domini, puta si mando alicui quòd talem rem emat pro me, quod potest facere sine mandato. Nam tunc est necesse reuocationem sibi notificari, alias si emat, teneor sibi, sicut si non reuocasset, ne in damno versetur.ff.mandati.l.si mandasset. Idem si reuocatio redundaret in damnum alterius tertij, quia tunc est necesse illi intimare vel notificare, puta si constituo procuratorem ad exigendum debita, redundaret enim in damnum soluentium reuocatio, si valeret.l.si verò procuratori.§.1.ff.de solu.Insti.manda.§.rectè.l.sed & si pupillus.§.proscribere.ff.de exerci.

¶Idem si tenebatur dominus illũ actum facere.l.fundi.ff.de acquir.po.de publici.l.si quis prohibuerit.

¶Excipitur tamen a doctrina prædicta casus specialis in Cle.cum illusio.de renunciatio.in qua præmissa concurrunt: hoc tamen fit in odium inconstantiæ & variationis clericorũ, † qui tanquàm lapis debent esse stabiles in eorum factis, vt prius cogitent quæ sunt facturi, ne postea eos pœniteat.

¶Vide quæ de reuocatione tradit Alex.consi.29.nu. 9.& 10.perspectis & consideratis.vol.5.vbi ait de reuocãte, qui per † prius iurauerat non reuocare, si reuocet an valeat reuocatio, & incidat in periuriũ aut pœnã: qui distinguit, aut reuocat sine causa, & tenet reuocatio, reuocans tamẽ incidit in pœnam seu periurium. Si autem cum causa, & tunc non solum non tenet reuocatio, sed etiam euitatur periurium, seu pœna.per not.in c.cum dilecto.s. de præbend.& Ioann.Andr. in regula, quod semel. hoc lib. Istud firmat idem Alexan. consi.18. colum.fina. visis capitulis.volum.2.per not.Anto.de Butr.in c.penul.s.de offic.vica.

¶Et sic secundum primum membrum intelligitur gl. in ver.reuocatus.in c.fi.isto titu.hoc lib. Ita etiam venit intelligendum, quod dicitur, si testator iurauerit nõ reuocare testamentum, illud mutare potest, sed de æquitate canonica est periurus, vt tenet Alex.in l.stipulatio hoc modo concepta.col.fi.ff.de verb.obliga. Idem dic de donatione causa mortis, vt latè per Ias.consi.60.colu.5. magnifici.vol.3.

¶De reuocatione, vide eundem Alex.in consi.7.videretur prima fronte.volu.4. Ista enim quæ dependent † a voluntate vnius solum, de facili tolluntur. Hinc est quòd licet dicamus in iure, quòd quando protestatio cõtraria actui fit, non procedit, vt videre licet per id quod tradit Calca.in consi. 18.num.19.casus. hoc tamen fallitur in casu isto; per ea quæ tradit idem Alex.in d.consi. 7.nu.9.vbi dicit quòd quando fit actus protestationi contrarius & dependet solum a facto & voluntate ipsius protestantis, vt condere testamentum, hæreditatem adire, & similia, tunc per actum contrarium non tollitur protestatio. Sed per protestationem tollitur ille actus nisi de protestatione tollenda expressa & specifica mentio fieret.l.qui in aliena.§.fi.& ibi Bart.& Doct.ff.de acquir. hæred.l.pro hærede, circa prin.eo.tit.& l.si ita scriptum, de leg.1.

¶Præmissis adde quæ tradit Alex.in consi.16.colu.1. ponderatis narratis.vol.3.vbi tractat de patrono qui per iuramentum protestatus fuerat se alium non præsentaturum, postea tamen præsentauit, & valet præsentatio, prout in simili dicitur in c.sicut ex literis.s. de spon.quod ibi latè comprobat.

¶Etiam istud habet locum in alijs actibus spiritualibus, vt deducit amplè gl.pragma.in titu.de elec.in §.ego. N.in ver.vtiliorem.colu.3.quibus adde quæ tradit Deci. consi.475.in causa quæ Mantiuę.& consi.542. nume.9. præsupposita, vbi etiam loquitur de patrono & procuratore.

¶Et per præmissa possumus dicere quòd verba † generaliter prolata intelliguntur secũdùm subiectam materiam.l.si stipulatus.ff.de vsur.l.da mni infecti quidem. in princ.ff.de damno infec.l.si vno in princi.vbi Bart.ff. loca.quodquè etiam reducuntur ad ea, quæ sunt de natura actus.Bald.in l.a procuratore.C.manda.facit quod idem Bald.not.in l.cum quis.versi.sed pone.ff.de conditio.ob causam. quem sequitur Alex.in l.quæ dotis.colu. 4.versi.sed iuxta hoc cadit dubium.ff.solu.matri.vbi cõcludit † quòd ille qui facit donationem causa mortis, & promittit illam non reuocare, potest tamen reuocare, quia illa promissio de non reuocando intelligitur, rebus sic extantibus, prout latè comprobamus in c.statutum. versicu.cum perseuerantia.s.de hæreti.quibus adde Ias. in consi.6.colu.8.volu.3.& Calca.in consi.33. nume.5. quidam Bonomus per.l.quod seruitus.ff.de conditio.ob causam.& l.fi.ff.de conditio.indebi.l.Paulo Calimacho. §.Pomponius de lega.3. Secus si illum pœniteat secundùm naturam donationis, quæ per pœnitentiam reuocatur. Ista latius comprobat Deci.in consi.521.nume. 13.consultus. facit in simili quod dicitur de iuramento, quòd † in eo intelligitur excepta superioris auctoritas. capit.veniens.& capit.venientes.s.de iureiuran. Hinc est quod si scholaris iurauit creditori suo non exire aliquem districtum ante solutionem, sine creditoris licentia, demum iste scholaris, qui erat filiusfamilias fuit ex iusta causa a patre in patriam, vel si erat clericus beneficiatus, fuit ex iusta causa reuocatus ab Episcopo ad residentiam, an excusetur a periurio, si recessit & non satisfecit? dic quòd non, si procurauit reuocari a patre, vel Episcopo, alias secus. notat Alexan.in consi. 124.col.2.Omissis.volu.1.

¶Vlterius dic quòd iuramentum semper habet in se illam tacitam conditionem, quam habet promissio cui iuramentum inheret vt comprobat Angel.consi.305. Statuto.

b ¶Non obest. Istud potest comprobari per id quod trito sermone dicimus, quòd † ex separatis non fit illatio. Idem dic de pluribus remedijs, quia si vni renunciatur, alterum tamen subest. Maria.Soci.consi.24.colu.3. visis.

c ¶In eodem facto. Simile est quod citat Alexã.consil. 14.nu.18.visis vol.6.quòd si † quis iurat super facto, videtur iurare super omni iure descendente ex illo facto.l. duobus.§.si quis iurauerit.ff.de iniur.quod latè ibi comprobat auctoritatibus.

¶Bonifacius

¶Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Quid ad agendum & defendendum, &c.

SVMMMARIVM.

1 *Vbi nihil eſt expreſſum ſpeciale, totum eſt generale.*
Clauſula generalis conſimilia includit.
2 *Si concedo poteſtatem in vno, ſatis videtur in ſimili per clauſulam generalem eſſe conceſſum.*
3 *Dignus archiepiſcopatu, non eſt propter hoc dignus Patriarchatu.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Specialiter dictum videtur, quod eſt a qualitate verborum abſtractum.*
2 *Quando agitur de graui præiudicio alterius, requiritur ſpecialis expreſſio.*
3 *Quando lex requirat aliquid fieri expreſſè.*
4 *Quæ verba ſolent ampliare & extendere diſpoſitionem ad maiora expreſſis.*
5 *Clauſula generalis appoſita immediatè & ſimpliciter, generaliter intelligitur, ſecus ſi apponatur poſt expreſſionem, alicuius rei ſpecialis.*
6 *Generalis clauſula non extenditur ad caſus, quibus ſpecialiter eſt prouiſum.*
7 *Similia non dicuntur illa quæ non ſunt idem formaliter, ſed in effectu.*
8 *Natura dictionis, aliorum, eſt includere, niſi iungatur dictio quæuis.*
9 *Dictio alius, alterius, & ſimilia non ſemper implicant, imo ampliant.*
10 *Eſt enim natura legis vel ſtatutorum volentium aliquid diſponere, exprimere verba generis, ſub quibus breui ſermone multi caſus includantur.*
Bona eſt lex quæ dum vnum prohibet, omnia prohibet.
11 *Dictio alia de ſui natura, in materia larga eſt apta comprehendere omnia vſque in infinitum, proportionabiliter materiæ, in qua fit expreſſio.*
12 *Dictio, alia, eſt relatiua & repreſentatiua eiuſdem qualitatis, cuius erat ille, de quo eſt facta mentio.*
13 *Conſtituens procuratorem ad agendum contra omnem perſonam mũdi, an videatur conſtituiſſe ad agendum contra collegium, vniuerſitatem, vel rempublicam.*
14 *Patria eſt cuiquè dulciſſima.*

a QVI ad agendum. a Hic 1. & 2. Reſpon. deciditur opinio notata ff. ſi quis cautio. l. ſed & ſi quis rei. §. quæſitum ſaltem quantum ad materiam procuratorum.

1 ¶Sed quæ eſt ratio iſtorum dictorum? b Dic vbi † nihil eſt expreſſum b ſpeciale, vt c in primo dicto, totum eſt generale. Sed in 2. reſpon. ali- d qua ſunt ſpecialia, & clauſula c generalis commiſſa d in- e cludit. e

¶Sed nunquid longè maiora expreſſis? vt eſt caſus. j. eod. c. vlti. 1. reſpon. Dic illum caſum non contineri, 2 quia ſi concedo poteſtatem in vno, ſatis videtur in ſimili per clauſulam generalem eſſe conceſſum. arg. C. de diuer. f re. l. 1. ſed maius notabiliter non videtur conceſſum. s̃. de reſ. ſedes. & ff. de vino triti. & oleo lega. l. fin. in fi. arg. s̃. 3 de elect. ſcriptũ eſt. circa fi. Nam ibi dignus Archiepiſcopatu, non eſt propter hoc dignus Patriarchatu.

[Procurator] hic §. ſumit. ff. eo. tit. ꝓcurator. cui gñaliter. & l. mandato. & ff. de iureiur. l. iuſiurandũ quod. §. vlt.

ADDITIONES PROBI.

a QVI ad agendum. Vide Lap. alleg. 69. & alleg. 82. in electione non poteſt.

b ¶Expreſſum ſpeciale. Adde † ſpecia- 1 liter dictum fore, quod eſt a qualitate verborum abſtractum. l. Item apud. §. hoc edictum. ff. de iniur. l. vxorem. §. fęliciſſimo. de leg. 3. & l. 1. §. vnde qeæritur. & §. dixerit aliquis. ff. de publi. & l. ſeruis vrbanis. §. fi. de lega. 3. facit tex. noſter. not. Alex. conſi. 7. num. 4. videretur prima fronte. vol. 4. & conſi. 134. num. 2. Præuiſo themate. volu. 1. vbi vnum 2 notandum ſubdit. num. 10. ꝙ † quando agitur de graui p̃iudicio alterius, requiritur ſpecialis expreſſio, ponit exẽplum, in procuratorio ad contrahendum matrimonium. c. fi. hoc titu. & lib. quod not. pro his, quæ diximus. s̃. in c. cum tua. de conſuet.

¶Præterea adde ad præmiſſa ea, de quibus recordati ſunt. Neapolita. deci. 44. num. 14. & ſequ. de tribus, quòd 3 † vbi lex requirit aliquid fieri expreſſè pro eo, quia factũ ſimpliciter eſt contra diſpoſitionem iuris communis, tũc illud videtur fieri expreſſè quod fit per verba ſpecialia hæc importantia. Sed vbi per legem aliquid requiritur fieri expreſſè, non ex eo ꝙ fiat contra diſpoſitionem iuris communis, ſed quia lex ſic mãdat quod fiat expreſſè, tũc expreſſè dicitur fieri, etiam ſi ex coniecturis apparet. Iſta ſunt verba notanda. Ang. in Auth. de hæredi. & fal. in §. ſi verò expreſſum. col. 1.

c ¶Clauſula generalis. Venit hoc intelligendum, niſi ap- 4 ponatur hoc verbum, cuiuſcunq; , vtpotè † cuiuſcunq; ſtatus vel conditionis, quia hæc ſolent ampliare & extendere diſpoſitionem ad maiora expreſſis. gl. in Clem. non poteſt. de re iud. & in Clem. ne Romani. in ver. quouiſmodo. de elect. & in Clem. 2. in gl. fin. de reb. eccle. non alie. comprobat Dec. conſil. 486. num. 2. viſis & conſideratis. idem de hac clauſula, plenam & liberam poteſtatem. no. Iaſ. in conſi. 125. col. fi. pondus. vol. 4.

5 ¶Præterea adde ꝙ † clauſula generalis appoſita immediatè & ſimpliciter, generaliter intelligitur. l. emptor. §. Lucius. cum gl. ff. de pact. ſecus ſi apponatur poſt expreſſionem alicuius rei ſpecialis, quia tunc illa generalitas reſtringitur ſecundùm cauſam præcedentẽ. Ang. in l. obligatione generali. in glo. in ver. non fuiſſe. ff. de pigno. ſeqtur Dec. conſi. 379. num. 12. requiſitus.

6 ¶Attende inſuper quod † generalis clauſula non extenditur ad caſus, quibus ſpecialiter eſt prouiſum. l. libertis, quos. ff. de alimen. & ciba. lega. no. Alexã. conſi. 49. col. fi. paucis vtar. volu. 4. latius. in conſi. 95. in fi. & ſi vt puto. eo. volum. vbi dicit, ꝙ vbi eſt vna prouiſio ſpecialis in certo caſu, & poſtea fit prouiſio generalis, partes non videntur conſentire, ꝙ illa generalis trahatur ad ſpecialem, vt l. vxorem. §. fęliciſſimo. de leg. 3. l. cohæredi. §. patrem. ff. de vulga.

d Conſimilia. Dic ꝙ ſimilia non dicuntur illa, quæ non ſunt idem formaliter, ſed in effectu Bal. in l. qui liberis. in prin. per illum tex. ff. de vulga. vbi Alex. vide Dec. in c. tranſlata. s̃. de conſtitu. & ibi latè.

e Includit. Iſta † eſt natura huius dictionis aliorum. no- 8 tat Soc. conſi. 285. col. 2. reuerendiſſimus dñs Cardinalis. alleg. c. ſedes. s̃. de reſcrip. & l. fina. §. dubia. de vino, triti. & oleo lega. ff. Idem Soc. conſi. 247. col. 2. viſo priuilegio. & Alex. conſi. 70. col. 1. num. 3. magnificus. vol. 6. alle. etiam gl. Clem. non poteſt. eod. titu. & l. ſi fugitiui. cum gl. C. de ſeru. fugiti. ſequitur Alexã. conſil. 135. num. 6. Anto. lib. 6. alleg. equidem. l. quidam. ff. de reb. dub. & l. fi. C. de his, qa non domi. & ibi Bald. Idem Alex. conſi. 95. num. 3. requiſitus. vol. 7. vbi ſubdit, id verum niſi cum hac dictione iungatur dictio, quęuis. Vide Ant. de Butr. conſi. 30. col. 2. du- 9 bium ingerit, vbi dicit quod dictio † alius, alterius, & ſimilia non ſemper implicant, immo ampliant. Et eſt relatiuum diuerſitatis. ff. de do. l. 1. & l. non ſolum. §. quæritur. ff. iſto titu. iuxta illud Euangelij, Crucifixi ſunt Chriſtus & duo alij latrones. ad hoc de mandat. princ. in authen. ibi, milites & ſeruos alios cum alijs ibi per eum allega. Bonifa. in Clem. 1. num. 6. de reſcr.

Et pro his quæ. s̃. diximus in exordio vide Alex. conſi. 76. num. 6. viſo themate. vol. 4. vbi dicit ꝙ natura huius dictionis, alius, eſt (quàmuis indifinite ſit poſita) vt referatur & reſtringatur ad ſimilia. probat text. in l. pen. C. qui admitti ad bon. poſ. poſſunt, & eſt bona gl. in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fugiti. & gl. in l. illud. C. de ſacroſanc. eccleſ. Idẽ no. Alex. conſi. 77. num. 8. quia per ſupraſcriptos. eo. vol. 4. & conſi. 119. col. 2. quæritur. vol. 2. & conſil. 204. num. 3. quod incipit, conſideratis. vol. 2. no. Neapol. deciſ. 244. illuſtriſſimus. pro hoc videtur facere. quod citat Domi. in 10 conſi. 6. poſt princ. quia diffusè ibi. Eſt enim † natura legis & ſtatutorum volentium aliquid diſponere, exprimere verba generis, ſub quibus breui ſermone multi caſus includantur, vt patet. 14. q. 5. pęnale. & 32. q. 4. c. meretrices.

Et ideo dicitur ꝙ bona eſt lex, quæ dum vnum ꝓhibet, omnia prohibet. c. nam concupiſcentiam. s̃. de cõſtit. Ad idem quod notat idem Domi. conſ. 13. colum. 1. punctus

quæſtionis,

11 quæstionis, ꝙ dictio † alia, de sui natura in materia larga, est apta comprehendere omnia vsquè in in finitum proportionabiliter materiæ, in qua fit expressio. not. Inno. & Io. Andr. in c. sedes. ṡ. de rescrip. Ideo dic secundum prædicta, quòd est † de sui natura dictio relatiua & repræsen- 12 tatiua eiusdem qualitatis, cuius erat ille, de quo facta est mentio, quod per alia comprobat ipse Alex. in d. consi. 204. quē ꝓ hoc hoc vide in consi. 34. col. 1. viso themate. vol. 1. vbi dicit quòd hæc dictio, alius, implicat de suo primo significato. vide etiam Deci. consi. 502. nu. 9. ex duobus.

¶Preterea ad cognoscendum qui casus requirant speciale mandatum, vltra communes passus & tritos adde 13 vnum, quod si † constituo te procuratorem ad agendum contra omnem personam mundi, non videor te constituisse ad agendum contra collegium, vniuersitatem, vel rem publicam. Ita dicit Bal. in rubri. C. ad Trebel. nequè contra communitates, cum non veniant appellatione personarum, quia dicuntur habere rem publicam, saltem largè. l. sed & his circa princ. ff. de publi. not. in Auth. de hæredi. & Falci. in princ. & l. cum vectigal. ff. de verbo. signifi. Doct. in l. res publica. C. ex quibus causis maio. & in rubr. de iure fisci. lib. 10. C. latissimè & vltra alis. Calca. consi. 1.

¶Istud poteris modificare prout not. Alexan. in consi. 216. col. pen. nec arguendi. vol. 2. quem vide consi. 78. nu. 11. cum sequen. viso & diligenter vol. 5. vbi discutit quare in aliquibus casibus requiratur speciale mandatum.

f ¶Maius notabiliter. Pone casum prout Petr. de Anch. ponit consi. 75. viso diligenter de procuratore cōstituto ad concordiam faciendam, vt nō possit pacisci qdod dominus & eius filij non morentur in ciuitate, quia dicerentur media capitis diminutione diminuti & amitterent 14 patriam, † quæ cuilibet dulcissima est. l. qui habeat. de leg. 3. iuxta illud poetæ. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. de quo meminit Alex. in consi. fi. colu. 2. vol. 4. vbi subdit quòd vnicuiquè patria sua videtur esse præstantior alia patria, vt l. moueor. C. de seruis expor. latè per Calca. consi. 2. nu. 4. & 31.

¶Finaliter vide in proposito. Io. Mona hic Ias. in cōsi. 165. hæredibus. vol. 4. vbi tractat de clausula. Etiam si talia forent quæ mandatum exigerent specialius, & quos casus comprehendat.

¶Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Qui gñaliter cōstituitur ad negocia procurator. &c.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias potest dare procuratorem, & dari procurator.*
2 *Procurator constitutus ad negocia generaliter, intelligitur etiam constitutus ad iudicia.*
Dictio negocium, est multiplex.
3 *Procurator tam ad negocia quàm ad iudicia generaliter datus, illa quæ mandatum speciale exigunt in ius deducere non potest.*
4 *Maior etas requiritur in iudicijs, quàm in contractibus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Tutores per se possunt constituere procuratores ad negocia pupilli.*
2 *Quando procurator debet in pluribus & diuersis iudicijs & locis cōparere, & habet vnicum procuratorium, quid habet agere.*
3 *Delegatus non solum habet iurisditionem super principali causa, sed etiam super accessorijs & incidentibus.*
4 *In casibus requirentibus speciale mandatum, sufficit generale cum libera.*
5 *Clausula quæ procurator possit ea quod constituens poterat, & quæ exigunt speciale mandatum.*
6 *Quod licet fines mandati diligenter sint obseruandi. prout & eius qualitas, tamen mandatum extenditur ad causas similes.*
7 *Quando mandatum generale includit specialia.*
8 *Detractio in quibusdam operatur inclusionem aliorum.*
9 *Exceptio facta de casu non comprehenso sub regula, videtur facta ad abundantem cautelam.*

QVI generaliter. Hæc decre. habet tria dicta. Ecce primum [patris] filiusfa. † potest dare 1 procuratorem, & dari procurator. ff. eo. tit. filiusfa. in princ. & §. ipse quoque, & ff. de in integ. resti. cum mandata.

¶Sed an tunc esset necessarius consensus patris, cum daretur procurator, not. C. de bo. quæ liber. cum non solum. §. necessitate, & hoc est nunc in hoc §. expeditum.

¶Nec dicta nota obest, quæ cessat hodie: quia loquitur vbi negocium tangebat patrem & filium, sed hic nō tangit patrem. arg. ff. ad Trebel. ille à quo. §. fi. cum l. sequen. & ar. d. l. cum mandata, in fi. & ĵ. hoc lib. de iudi. c. fi. in fi.

a [ad negocia [a]].

2 ¶Nota † procurator constitutus ad negocia generali- b ter, intelligitur etiam constitutus ad iudicia. [b] sup. eo. dilectus. Et hoc importat significatum huius dictionis negocium, quod est multiplex. ĵ. de verbo. significat. forus. §. negocium [speciale.]

3 ¶Et sic nota † ꝙ tam procurator ad negotia quàm ad iudicia generaliter datus illa quæ mādatum speciale exi- c gunt, in ius deducere non potest, [c] vt hic & sup. eo. c. proximo. j. responso. [17. annum] Insti. quib. ex causis ma. §. iustè [25.] ff. eo. tit. minor. & C. eo. exigendi.

4 ¶Et nota hic quòd † maior ætas requiritur in iudicijs quā in contractibus.

ADDIT. PROBI.

a AD negotia. Vide quæ pro hoc not. Petr. de Ancha. consi. 348. pro deci.

1 ¶Et dic † tutores per se posse cōstituere procuratores ad negocia pupilli. l. ita autem. §. gessisse. ff. de admi. tutor. l. si procurarorem. §. 1. ff. manda. Doct. in l. quod quis. C. hoc titu. Notat latè Alexan. consi. 162. in princip. visis narratis. vol. 5.

2 ¶Ad iudicia. Licèt † talis procurator ad talia agēdum habeat vnicum procuratorium, quòd oporteat in pluribus iudicijs & alijs locis exhibere & producere, hoc in casu procurare habet erga iudices ꝙ illud publicetur, exēpletur, & in publicam formam redigatur: & postea quòd pronunciet (partibus præsentibus & non contradicentibus) fidem adhibendam illi sumpto sicut authentico & originali. Ita dicit se pluries hoc fecisse Innoc. in c. Alber. ca medium. ṡ. de testi. in causis coram se ventilatis, quod placet Domi. in consi. 4. col. j. in causa domini Philippi, 3 per quod comprobat ꝙ delegatus † non solum habet iurisdictionem super principali causa: sed etiā super accessorijs & incidentibus in causa. c. prudētiam in fi. ṡ. de off. deleg. & c. præterea. eo. tit.

c ¶Non potest. Nisi talis procurator reperiatur constitutus cum libera. Bald. in l. illud in fi. ff. de minor. vbi dicit 4 ꝙ † in casibus requirentibus speciale mandatum, si sufficit generale cum libera. l. procurator cui libera. ff. de procur. ¦Pau. de Cast. in l. per procuratorē, alias incipit Paul. ff. de acquir. hæred. & post eos Alex. consi. 133. col. 1. circa executionem. vol. 6. vbi subdit idem dicendum, si in pro- 5 curatorio sit apposita clausula † ꝙ procurator possit ea, quæ constituens poterat, ꝙ etiam possit expedire ea, quæ exigunt speciale mandatum. Panor. & Io. de Imo. in c. fi. in fi. de dilatio. ṡ. post Bar. in d. l. procurator cui libera. per tex. in l. creditor. §. Lucius. ff. mād. Tu tamē in hoc pūcto vide quæ notat idem Alex. consi. 21. nu. 6. cōsideratis his. vol. 7. latè Dec. in consi. 493. viso tenore, vbi vnum sub- 6 dit: ꝙ licet † fines mandati diligenter sint obseruandi. l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta. ṡ. de rescrip. & etiam ipsius mandati qualitas. c. cum venissent. vbi Bal. ṡ. de eo qui mit. in po. tamē mandatum extenditur ad casus similes. l. fi. §. fi. ff. manda. l. si quis mihi bona. §. sed si quis mandauit. ff. de acqui. hæred. vbi Bal. not. Dec. consi. 493. nu. 3. viso tenore.

¶Præterea adde dictum Io. Mo. hic posse limitari per ea quæ tradit Lap. in §. j. c. qui ad agendum. ṡ. hoc tit. dum 7 dicit quod † si in instrumento datur mandatum generale, & in dicto mandata excipiuntur aliqui casus, in quibus erat necessarium speciale mandatum, certè propter talē exceptionem declaratur quod constituens voluit illum procuratorē posse expedire alios casus, qui speciale mādatum

datum requirerent propter illos exceptos, quia exceptio debet eſſe de regula, alias non eſſet exceptio; per not. in proœmio regularum ĩ. per Ioan. And. quod nota. quia placet Domi. in c. 2. in fi. de offi. vica. hoc lib. vbi alios dicit id firmare, pro hoc facit l. tribunus. §. fi. ff. de teſta. milita. ſm Alex. conſ. 36. col. 1. viſo themate & dubijs. vol. 6. vbi hoc latiſſimè rationibus & auctoritatibus comprobat, & conſi. 14. abunde & eleganter. vol. 7. pro quo facit, quia detra-8 ctio † in quibuſdam, operatur incluſionem aliorum. l. ſi tribunus. ff. de teſtam. milita. ſecundùm Pet. de Ancha. in rub. de reg. iur. 14. q. hoc lib. vbi refert tenere cõtra Lap. & ſequaces, inquantum in ſimili dicunt, ꝙ ſi Epiſcopus vicario ſuo commiſit omnia, quæ ipſe Epiſcopus poteſt excepta collatione beneficiorum, quę requirebat ſpeciale mãdatum. c. fi. de offi. vica. hoc lib. & in d. c. 2. in fi quod videtur placere Alex. in d. conſi. 14. vbi dicit facere pro Petro, licet non alleget gl. iuncto text. l. fin. quod quiſq; iur. ff. vbi 9 † exceptio facta de caſu non comprehenſo ſub regula, videtur facta ad abundantem cautelam, & ſic illud nõ operatur. facit l. qui mutuam. ff. manda. Et nihilominus aliter reſpondet ad deciſionem Lapi & ſequacium, ſ. ꝙ in caſu ſuo verba regulæ erant taliter prolata, ꝙ erant apta comprehendere caſus ſpeciale mandatum requirentes. patet quia dictum fuit ꝙ poſſes facere omnia, quę ego poſſem, non mirum ſi propter dictam exceptionem factam de caſu requirente ſpeciale mandatum, ſub dicta regula comprehenduntur caſus ſpeciale mandatum requirentes. ſ. illi, qui non fuerunt excepti.

¶Vide quæ in propoſito tradit Dec. in c. cum dilecta. ſub num. 6. ſ. de confirma. vtili. & conſi 493. viſo tenore.

¶Poſtremo dic cauendum a generalibus verbis, pro quo vide quæ dicit Iaſ. in conſi. 124. col. antep. volu. 4. ꝙ nemo debet effundere verba ſua, ita latè ſicut Capra. firmat idem Iaſ. in conſi. 173. col. 8. circa primum. vol. 4.

¶Bonifacius Octauus. Cap. VI.

¶Si duo procuratores ſimul non adiecto inſolidum &c.

SVMMARIVM.

1 *Duo procuratores conſtituti ſimpliciter, loco vnius funguntur.*
2 *Occupare procurator cenſetur, qui primò ad litem conteſtatam peruenit vel ad ſententiam.*
Occupatio aliquando nihil operatur.
3 *In peculio & noxalibus actionibus, non videtur quis aſtrictus ante ſententiam, cum præſumatur liber.*
4 *Plures loco vnius admitti non debent.*
Quis videtur agere cum eſt litem conteſtatus.
Litem conteſtando procurator dominus litis efficitur.
5 *Actio noxalis & de peculio ſapiunt (in quibuſdam) naturam realis actionis.*
6 *Clauſula quòd non ſit melior conditio occupantis, non operatur quin ius faciat occupantem melioris conditionis.*
Vbi ius non prouidet, locum habet hominis prouiſio.
7 *Subſtitutus vicem obtinet potioris conſtituti.*
8 *Occupante impedito alius occupare poteſt.*
9 *Natum eſt fauorabilius quàm naſciturum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Duo procuratores conſtituti inſolidum ad præſentandum, operantur vt hic.*
2 *Aduocatus promittens duobus, & inuicem litigant, cui debeat patrocinium præſtare.*
3 *Quis non præſumitur ligatus, niſi probetur talis.*
4 *Dictio ſimiliter, includit modi & facti ſimilitudinem, & denotat identitatem.*
5 *Paria ſunt dicere quilibet & inſolidum.*
Duo notarij a partibus rogati inſolidum aut ſimpliciter.
6 *Vbi duo diſparis poteſtatis concurrunt ad idem, minus poterit confundi a maiori.*
Lex ſiue ſtatutum, potentius operatur quàm iudex.
Quicquid facit iudex debet virtute legis agere.
7 *Ius commune reſiſtens acquiſitioni.*
8 *Potentior eſt prohibitio teſtatoris & legis, quàm ſit prohibitio contrahentium.*
9 *Regulariter prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*
10 *Excluſio legis eſt fortior quàm excluſio hominis.*
11 *Quando quis ad aliquid faciendum tenetur ex diſpoſitione hominis, non tenetur facere contra ſe, ſecus ſi ex diſpoſitione legis.*
12 *Diſpoſitio legis eſt excellentior & potentior quàm diſpoſitio hominis.*
13 *Diſpoſitio hominis in primo verificatur, ſecus in diſpoſitione legis.*
Facilius lex denegat contrahentibus illud quod procedit a prouiſione legis, quàm illud quod procedit immediate a prouiſione contrahentium.
14 *Prouiſio hominis non tollit prouiſionem iuris communis in eodem caſu.*
15 *Vnus ſyndicus officium gerit ſine alio, licet ſint ipſi duo conſtituti ſimpliciter.*
16 *Syndici gerunt publicam perſonam.*
17 *Tutores & curatores habent adminiſtrationem inſolidum.*
18 *In officijs publicis auctoritate & vtilitate priuatis, vnuſquiſque habet auctoritatem in ſolidum.*
19 *An ſyndici parrochiæ præiudicare poſſint fabricæ.*
Dubius eſt litis euentus.
20 *Iura pupilli quando ſunt obſcura, tutor tranſigit & compromittit.*
21 *Confeſſio procuratoris vel ſyndici nocet domino.*
22 *An poſſit capitulum conſtituere ſyndicum ſine ſuo ſuperiore.*

SI DVO. Hæc decretalis habet ſex dicta, quatuor prima loquuntur in factis non ſpiritualibus, duo alia ĩ. eod. c. §. ſanè, loquuntur in ſpiritualibus. Ecce ergo [admitti] & eſt ratio † quia iſti loco vnius 1 funguntur. ff. de condi. & demon. cui fundus. ſ. hoc lib. de elect. ſi quis iuſto. §. verum. & §. ſi autem. & contrarium no. ſ. eo. non iniuſtè.

Et fallit hæc regula in ſpiritualibus ĩ. eo. §. ſanè.

Item in tutoribus. ff. de adminiſt. turo. decreto. in fi.

Item in executoribus. ĩ. hoc lib. de teſtam. c. 2. in fi. [occupabit.] ff. eo. tit. pluribus.

2 Sed quæ † eſt ratio quod occupare [a] cenſetur in hac materia, qui primo [b] ad litem conteſtatam peruenit? vt hic & in legato pluribus relicto. ff. de lega. 1. ſi pluribus. §. vltimo.

Sed ille dicitur occupare quandoque qui primò ad ſententiam peruenit, vt in actione de peculio ex noxali, vt ff. de pecul. ſi is. & ff. de noxa ſi quis a multis. & aliquando occupatio nil operatur. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. Iulianus. ff. vt in po. lega. Is cui. §. qui prior.

3 Solu. In † peculio & noxalibus actionibus non videtur quis aſtrictus ante ſententiam, cũ quis præſumatur [c] liber. Et ideo ante ſententiam appellatione non ſuſpenſam, nullus propriè occupare cenſetur. arg. C. de actio. & oblig. negantes.

Nec obſtat. l. ſi pluribus. in qua eſt occupatio per litis conteſtationem, quo ad electionem duntaxat. Similiter [d] de dam. infec. & in miſſione in poſſeſſionem legatorum omnes æqualiter in poſſeſſionem mittuntur, licet partem ſibi faciat per concurſum, vt d. §. quæ prior. & d. l. ſi finita. §. cum autem plures.

Sed in propoſito. & in d. l. pluribus. procurator vicem 4 domini ſuſtinet, & plures † loco vnius admitti non debent. vt d. c. ſi quis iuſto. & ĩ. eod. §. ſanè. & arg. ff. de exerci. actio. in plures. Et tunc demum videtur quis agere, cum litem eſt conteſtatus. ff. rem ra. habe. l. amplius.

Item litem conteſtando dominus litis efficitur. ĩ. c. p. xi. ſ. eo. c. 1. §. licet. & ſic tam habens mandatum a domino par alteri, quàm factus dominus inſtantiæ, ſeu litis, aliò erit potior, vt plus habens altero. arg. ff. eo. qui duos. ar. ſ. hoc lib. de reſ. duobus. §. ſi verò.

Et vt liqueat iſte articulus, ſic diſtingue. Nam aut agitur de exercitio cauſæ, ſeu inſtantiæ, & tunc inſpicitur tempus litis conteſtationis, vt hic. Aut res in iudicium eſt deducta, per illum, qui habet actionem, & tunc agitur actione reali, vel quaſi, vt quia non eſt in rem ſcripta, & tunc inſpicitur tempus diffinitiuæ ſententiæ. ff. de rei vẽdic. Is a quo. & d. l. ſi verò. & l. ſi quis a multis. Actio 5 † enim noxalis & de peculio, ſapiunt in quibuſdam naturam realis actionis. ff. de noxali. electio. in princip. ff. de peculio eo tempore. Iſte enim actiones ſequũtur poſſeſſorem. Aut agitur de perſonali. Et hoc dupliciter, aut a pluribus petitur idem numero, & tunc inſpicitur tempus litis conteſtatę. vt d. l. ſi pluribus, aut ad diuerſa numero,

mero,& tunc inſpicitur tempus diffinitiuè arg.ff.de re iudic.cum inter eos [occupantis].

¶Nota hic quod eſt valde aduertendum. Dominus conſtituit duos inſolidum, cum clauſula ꝙ non ſit melior conditio occupantis. Ius tamen † occupantem † melioris conditionis facit, vt.s.§.proximo, tamen verba domini conſtituentis referuntur, vt ius non impugnent, ſed locum habeant in eo caſu, quo valere poſſunt, vt vbi ius non prouidet, locum habeat hominis prouiſio. Et ſic ſi non valet, vt ago contra iuris intentionem, valeat tamen eo caſu quo valere poteſt.j.hoc lib.de deſpon.impub.c.1.§.1.[ſubſtitutus].

¶Nam cum ſubſtitutus † vicem obtineat potioris cõſtituti, alium nõ potiorem excludit.ff.de iudi.per maiorem.s.de offic.lega.volentes.ff.de albo ſcriben.l.2.C.de aduocatis diuer.iudic.reſtituendi.in fi.j.hoc lib.de præb.hi.qui in fi. [ipſum] negocium [nequibit]. Mirabilis virtus clauſulæ huius, quòd non ſit melior conditio occupantis, quæ propter impedimentum alterius qui occupauerat, in altero non occupante habet locum.s.eo.§.proximo. Et † poſtquàm ſecundus occupauit (ipſo ſecũdo impedito) primus occupare poteſt [valeat.]

¶Nota quòd fauor cauſæ inducit cõtra ius commune poſitum.s.eodem.1.Reſpon.

¶Sed contra.s.hoc lib.de elect.ſi quis iuſto.§.1.Solu. Illa loquitur † in negocio ſpirituali naſcituro, hic in nato, quod eſt fauorabilius. Et hæc diſtinctio in tex.allegatis colligitur.

¶Vel dic.hæc concordat illi & pinguius prouidet in caſu aduerſo, vt ibi liquet Nam ibi capitulum vel maior pars eligit, & hæc æquiparantur.C.de lega.lib.10.ſi quod extra. Et vbi iſti non concordant, ille canon primò nominatum (in literis) eligit [admittendum].s.eo.§.poſt.& §.ſequenti.

ADDITIONES PROBI.

OCCVPARE. Vide quæ de occupatione dicit Lapus allega.22.vbi mouet quæſtionem de duobus † procuratoribus datis inſolidum ad præſentandum, & vnus præſentat, & præſentatus ab eo renunciat præſentationi, præſentatio ſecundi procuratoris non valet, quia præſentationis actus fuit præoccupatus per primum.

¶Qui primo. Habes ſimile † quòd ſi vnus aduocatus promiſit duobus præſtare in genere officium aduocationis, & poſtea contingit ꝙ illi duo adinuicem litigant, & vnuſquiſquè illorum dicit illum aduocatum ſibi teneri, ꝙ præferetur ille, cui primo promiſſum fuit, idẽ in vaſſallo duobus dominis obligato. not. Alex.in cõſi.18.in caſu.vol.5.poſt Io.And.in regula contractus hoc lib.

¶Præſumitur. Et ſic † quis præſumitur non ligatus, niſi probetur talis, cum omnes homines ſint naturaliter non ſerui, nec obnoxij.Io.Mo.in c.cum ſunt.j.de reg.iur. Item quęlibet res libera præſumitur.comprobat Iaſ.cõſi.102.Caſtrum.

¶Similiter. † Hanc dictionem dic includere modi & facti ſimilitudinem, quod ſentit Inn.in c.ex reſcripto.s.de iureiur.

¶Item, denotat æqualitatem ſeu identitatem.Inſti.de excu.tuto.§.ſimiliter.l.non omnis in prin.ff.de re milita.& in Auth.de teſtib.§.venient, & in l.demens.ff.de hęred.inſtitu.

¶Inſolidum. Quæ diſtribuitur per hãc dictionem cuilibet.not.plenè Maria.Soci.conſi.50.colu.1.viſo.& latius conſi.87.in præſenti, & dicit Alex.conſi.92.volu.7.quòd paria † ſunt, dicere quilibet, & dicere inſolidum.l.ſi pluribus in princip. cum glo.de lega.2.quem videas pro hoc intento.& latius conſi.ſequen.vbi tractat de duobus notarijs a partibus rogatis inſolidũ, aut ſimpliciter, & conſi.124.nu.3.eo.vol.& conſi.135.in prin.videretur volu.5.& quæ not.per eum conſi.30.nu.8.quoniam vol.1.

¶Non prouidet. Adde ꝙ vbi vterque prouidet, videlicet ius & homo, & diuerſimodè, tunc ſuccedit regula, ꝙ vbi duo † diſparis poteſtatis concurrunt ad idem, minus poterit confundi a maiori.l.generaliter.ff.de fideicommiſ.no.Petr.de Anch.conſi.182.col.2.videretur prima facie.

vbi ſubdit quod lex ſiue ſtatutum potentius operatur q̃ iudex, qui eſt ſecundarius agens, & quicquid facit debet virtute legis agere, nec debet eſſe clementior lege. Et quod potentius agat circa idẽ lex q̃ homo, ſiue eius miniſter, patet in immixtione ſui & neceſſarij & additione extranei. Nam in prima non eſt medium inter ipſam & mortem, in ſecunda ſic.l.& ſi poſt mortem.§.1.de lega.1.& l.ſi optio.ff.de optio.lega. Ad id facit quod not. Idem Petr. de Anch. conſi.199.in fi. Primum dubium ꝙ † ſi ius commune reſiſtit acquiſitioni, debemus conſcientiam noſtram conformare cum iure, non cum homine aliter diſponente, alias inter legem conſciẽtiæ & ius ſcriptum eſſet quædam repugnantia & perplexitas. Et ſic ſi immobilia relinquantur fratribus minoribus, hæres, ſalua conſcientia, poteſt illa retinere, quia nõ ſunt capaces talium. Cle.exiui.de verb.ſignifi.

¶Item potentior † eſt prohibitio teſtatoris & legis, q̃ ſit prohibitio cõtrahentium, quia prima impedit tranſlationem dominij, alia non.not.Io.de Ana.conſi.97.col.2. illud præſupponitur. vide quæ dico in c.ſi tibi abſenti, in ver.acquiritur dominium de præb.

Hominis prouiſio, Quæ † regulariter facit ceſſare prouiſionem legis.l.maritus.C.de procura.l.fi.C.de pac.cõuen.quod firmat Maria.Soci.cõſ.48.col.3.vbi dicit quod diſpoſitio hominis, (qui poteſt in re ſua quaſcunq; cõditiones adijcere) facit ceſſare diſpoſitionem legis.vt in l.fi.C.de pac.Cy.& Doct.in l.fi.C.de iure emphi.& Canoni.in c.potuit de locato.& eſt tex.in c.1.de ꝓhibi.feudi alie. Iuuat dictum vulgarium, quod pactum rumpit leges.gl.Io.And.in regula, cõtractus. hoc lib. Vide Bar.de Caſſan.conſi.11.nu.63.quod exorditur, lecas eſt tel, vbi dicit, quę præmiſſa ſunt habent locum, maximè quando prouiſio eſt extraordinaria & extra terminos conſuetos, vel vt placet Cal.in conſi.24.colu.4.quando prouiſio hominis eſt ſpecialis.l.2.& hi.§.hi quoquè.ff.ad Sila.quod multipliciter cõprobat maximè de æquo accommodato, quia cui accomodatur, tenetur de periculo, niſi dominus miſerit ſeruũ ſuum pro eo cõſtituendo, quia tunc per hanc miſſionẽ vr̃ p ſpecialẽ ꝓuiſionẽ in ſe ſuſcepiſſe periculũ.

In excluſione † legis tamen non ſic procedere dicas, quia illa dicitur fortior, quàm excluſio hominis.firmat Maria Soci.conſi.50.col.4.verſi, ſed ad hanc rationẽ.vide Deci.conſi.505.nu.6.copioſè.

Et de diſpoſitione idem Soci.conſi.206.colu.2.in præſenti conſultatione, dicit ꝙ quando † quis ad aliquid faciendum tenetur ex diſpoſitione hominis, non tenetur facere contra ſe.l.inquiſitio generalis.C.de ſolu.ſecus ſi ex diſpoſitione legis.caſus eſt, & ibi. Bald.& moderni ita diſtingunt in l.frater a fratre.ff.de condi.inde. Aliam differentiam diſpoſitionis hominis & iuris ponit Iaſ.in cõſ.128.in fi.verba permutationis.vol.4.& idem Soci.conſi.117.viſa. quem citabo in c.non poteſt. de præben.& ſic per præmiſſa apparet † quòd diſpoſitio legis eſt excellentior & potentior, q̃ diſpoſitio hominis.quod probo per id quod idem Soci.conſi.226.col.pen. verſi.confirmatur quæſtio, ꝙ licet diſpoſitio inducatur facto hominis, ſi tamen immediatè inducitur a lege, dicitur diſpoſitio legis & non hominis.caſus eſt not.in l.interdum.§.paterfamilias.ff.de hęredib.inſti.in ver.poteſtate iuris, quem tex.ad hoc allegat Areti.in l.filius a patre.§.1.ff.de liber.& poſthu.faciunt no.in l.ſi in teſtamento.ff.de vulgar.& pupil. id de quo meminit Iaſ.in conſi.85.in fi.volu.3. Quod factum legis potentius eſt facto hominis, & magis immediatè operatur. no.Inno.in c.præterea requiſiti.s.de appella.

Vide eundem Soci.conſi.291.colu.5.viſis literis vbi concludit † diſpoſitionem hominis in primo verificari, ſecus in diſpoſitione legis, vt id ibi latè comprobat.

Item aliud in propoſito quod citat Alex.conſi.204.in fi.volu.7.quòd facilius lex denegat contrahentibus illud quod procedit ex prouiſione legis, quàm illud quòd procedit immediatè ex prouiſione ipſorum cõtrahentium. not.gl.magna in l.aſſiduis.C.qui po.in pigno.habe.& in l.1.C.ſi aduerſus venditio. Hinc Petr.de Ancha.conſi.81.prima facie, quòd † prouiſio hominis non tollit prouiſionem iuris communis in eodem caſu.l.ſi cũ dotem in princ.ff.ſolu.matrimo.l.ſi extraneus.ff.de conditio.ob cauſam.

¶Quod

¶ Quod autem dicimus prouisionem hominis facere cessare dispositionem legis, intellige secundùm Alexan. consi. 118. in fin. in casu de quo vol. 5. vbi dicit, q̃ expressa prouisio hominis non facit cessare ordinariam prouisionem legis, ne resultet q̃ illud quod est adiectum in contractu ad fauorem & ad ius augendũ, redundet in diminutionem, sed bene per prouisionem hominis receditur ab extraordinaria prouisione legis inducta in priuilegiũ contra ius commune. Ita loquitur. d. l. fi. C. de pac. cõuentis. vide eundem Alexan. consi. 132. num. 3. vol. 4. & Dec. consi. 512. nu. 7. cum reuerendis.

¶ Postremò adde q̃ text. noster in princ. loquitur de duobus procuratoribus constitutis simpliciter, vt tunc vnus sine altero aliquid non possit agere: secus si constituantur cum adiectione dictionis insolidum, non tamen

15 aperitur an † idem veniat dicendum in duobus vel tribus syndicis alicuius collegij vel vniuersitatis. Et breuiter dic q̃ non: quia vnus sine alio officium gerit, quia est officiũ publicum, nõ solum auctoritate, sed etiam vtilitate. l. 1. §. quibus. ff. quod cuiusque vniuersi. Quo casu in officijs publicis auctoritate & vtilitate, quæ competũt pluribus: vt singulis: quilibet videtur habere potestatem insolidũ, vt no. per Bar. & alios post glo. in verb. proferre, in l. si vni. ff. de re iudica. vbi Alex. fatetur hanc fore communẽ. no. Bal. in l. fi. C. de autoritate præstan. & Saly. in l. cum magistratus. col. 1. C. quando prouoc. non est nec. latè Domi. in c. vt quæstionibus. col. penul. de arbi. hoc lib.

16 ¶ Item syndici † gerunt publicam personam. Bal. in c. 1. in §. hoc quod nos. col. 2. versi. Et si plures. in titu. de pace Constã. allegat. l. decreto. §. fi. ff. de admi. tutor. vbi loquit̃ in pluribus tutoribus, qui videntur dati insolidum: ad idẽ tex. in l. 3. in princ. ff. eo. tit. no. Bald. in l. fi. in 2. no. C. de autoritate præstan. Bar. in l. 1. §. si plures. col. 2. de exerci. ff. firmat Ang. cons. 56. circa fin. quidam non suppositus, alias

17 quæ reformatio. vbi dicit q̃ tutores † & curatores habẽt administrationem insolidum, nisi diuisa sit administrandi potentia à lege, testatore, iudice, aut ab ipsis. l. & si pluribus. ff. de auctoritate tutor. coniuncta. l. fi. C. eo. quia sic legislator potestatem concessit. Ad idem Areti. consi. 56. col. 4. viso pũcto. Et Archi. hic in princ. & cõmuniter alij.

¶ Ergo idem videtur dicendum in pluribus syndicis, quos Bal. ęquiparat in loco. s̃. alleg. dũ alleg. d. l. decreto.

¶ Et pro hac ęquiparatione habes gl. in l. iurisiurandũ & ad pecunias. §. defensor. ff. de iureiur. vbi Bar. & alij. Ad idem Ias. latè in l. præses. C. de transactio. facit tex. in l. j. in prin. §. defensores. ff. de mu. & honor. tenet Alex. cõsi. 22. nu. 11. viso instrumento. vol. j.

18 ¶ Et est communis conclusio quòd in officijs † publicis auctoritate & vtilitate, priuatis, vt in tutoribus & curatoribus, vnusquisque habet authoritatem insolidum. l. j. C. si vnus ex plurib. tutori. not. Panor. in c. prudentiam in prin. s̃. de offici. delega. Et sic multò fortius in syndicis, quorum officium dicitur publicum, non solum autoritate, sed etiam vtilitate vt supra diximus.

¶ Et quibus omnibus habemus conclusiue quòd syndici ęquiparantur tutoribus. Ideo videntur habere potestatem cum libera. gl. in l. mandato generali. ff. de procur. ex quo capite dicuntur constituti insolidum. Bal. in rubr. C. de exerci. col. fi. versi. iuxta prædicta.

19 ¶ Hinc sumpta occasione mouetur dubiũ. Pone, † inter rectorẽ Parrochialis ecclesiæ. S. Petri ex vna, & syndicos fabricę eiusdem parrochialis partibus ex alia, mouet̃ quæstio: tandem omnibus per syndicos scrutatis stant super re, de qua inter eos quæritur sacramento dicti rectoris, qui iurat ad eum rem spectare, an hæc delatio poterit præiudicare ipsis parrochianis? Breuiter vt ad rũbũ veniamus, dic quòd sic, quia primò dubius est litis euẽtus. l. q̃d debetur. ff. de pecul. Pro hoc facit quod citat Bar. in cõs.

¶Vel dic, Dicto de restitutionibus, quæ maioribus competunt, vt quæ fiunt vi metusve causa, hic sequitur de restitutionibus, quæ minoribus competunt & ecclesijs, quæ vice minorum funguntur. s̃. eod. cap. 1.

1 Et dic ꝙ in † integrum restitutio [c] est prioris status, vel iuris reintegratio, vnde restituere, est rem in statum pristinum ponere. C. de senten. pas. & restit. l. 1. ff. de minor. quod si minor. §. restitutio.

2 Nec competit hoc † suffragium, dum ordinarium superest. ff. eo. titu. in causæ. 2. in prin.

¶Sed hoc fallit in actione famosa.ff.de resti.in integ. diuus in fi.

¶Item coram quibus iudicibus habeat causa restitutionis d in integrum tractari habetur.s.eo.causa.

ADDITIONES PROBI.

1 a IN integrum. †Verbum hoc intelligitur sine diminutione. comprobat Alex. in cōsi.141.in fi.viso testamento vol.2.Neapol.deci.258.postquàm. hinc dicimus ꝙ qui est in alterius potestate,nō habet personam integrā,quia est capite minutus. gl.in l.cum nō solum.§.necessitatem.C.de bonis quæ lib. Idem Neapol.deci.259.nu.5.Nunquid.

2 b ¶Restituuntur.Etiam † ex clausula generali, si qua iusta causa mihi videbitur,quæ competit etiam vniuersitati.Notat Maria.Soci.cōsi.86.in fi.in causa.

c ¶Restitutio.Cum Io.Mo.conuenit Calca,cōsi.3.in fi. & allegat.l.2.§.hoc interdictū.ff.ne quid fiat in loco pu-

3 blico.Et dic ꝙ restitutio † tollitur per verba.l.citantia,hoc verbum, inuiolabiliter. sicut hoc verbum,omnino,excludit dispensationem.testatur Maria.Soci.cōsi.115.circa primam quæstionem.

¶Item alio modo tollitur, quia quotienscunque lex seu statutum facit expressam & specialem mentionē de absente vel minore, vel de alia persona,cum a iure communi cōceditur restitutio, stante speciali mentione statuti,aduersus dispositionem statuti poterit concedi restitutio.Notat Alex.consi.165.nu.5.dubitatur.vol.6.

4 ¶Item † petens restitutionem in integrum debet probare saltem summarie de iure suo.not.Domi.in consi. 144.col.1.Opponitur.tamen beneficium restitutionis in integrum excluditur per iuramentum,etiam absq; eo ꝙ aliter appareat talem fuisse certioratum de beneficio restitutionis.Bart.in l.si duo patroni.§ idem Iulianus.ff.de iureiuran.Latius Alex.cōsi.antepe.col.1.vol.2.

5 ¶Item restitutio † a Principe concessa intelligitur sine præiudicio tertij, comprobat latè Calca.in consi.36. nu.29.Casus in facto proponitur, vbi subdit ꝙ intelligitur ex nunc,id est tempore quo cōceditur.l.1.§.si pendet. ff.ad Macedo.not.Dec.cōsi.525.nu.8.visis his.extenditur tamen ad socios, quia restitutio facta vni consocio, intelligitur etiam facta alteri & prodest.Inno.in c.auditis. eo.ti.Calca.in d.cōs.3.in fi.quē vide in cōs.51.nu.13.Licet his quæ pro intento ꝙ restitutio intelligitur ex nunc, & sine præiudicio tertij.

¶Et quod diximus de iuramento, adde modificandū secundum quod tradit Io. de Imo. in cōsi.81.quòd vbicunq; qs dicit se enormiter lesum,non habet sibi nocere iuramentum comprobando intentum dictaminis.Ioan. Mo.hic vltra præmissa dic ꝙ verbum restitutio seu resti-

6 tuo † ex sua propria significatione significat repositionē in pristinum statum omnino.tex.in l.2.§.fi.ibi,restituere autem videtur qui omnia remittit in pristinum statum. ff.ne quid in loco pub.tex.in l.videamus.§.in Fauiana.ff. de vsur.facit.l.quod si minor.§.restitutio.ff.de minor.tex. in l.1.in fi.C.de senten.pas.resti.& in l.princees.ff.de verb. signifi.& in §.restituti.Insti.quib.mo.ius patri.po.tol.& in l.2.ff.de nata.resti. & in l.1.C.de iur.aureo.anullo.Notat Ant.de Butr.in consi.19.col.1.quia hic agitur.Bart.in l.fi. C.de senten.pa.

¶Bald.in l.imperialis.C.de nup.sentit quòd restitutio

7 † purgat omnem maculam, eo quòd omnia reponat in pristinum statum.

¶Attende ad præmissa quæ sepè faciunt ad quæstiones quotidianas: Pone,Titius cōmisit crimen lesę maiestatis,ratione cuius bona sua fuerunt cōfiscata, & sic perdidit dominium illorum, postea fuit per Principem restitutus, quæritur an debeantur per eum laudimia, ex eo quia de nouo illa bona habuit. Breuiter videtur respondendum per præmissa quod non, quia restitutio, est in pristinum statum repositio, & sic est non nouum, sed antiquum dominium. Ideo nō debentur laudimia,quia non est mutatum dominium, prout dicitur de filio succedente patri. not. Calca.in d.consi.3.nu.24.quia nō dicitur aliquid acquirere de nouo.l.in suis.ff.de libe.& posthu.idem Calca.in consi.4.col.2.

¶Vltra prædicta habeo sequētia.Primò,quia restitutio æquiparatē fictioni postliminij, & retrotrahitur, & perinde haberi debet,ac si nunquàm felonia esset commissa.l. si quis filio exhæredato.§.penul.ff.de institu.testamen.

¶Quòd autem restitutio retrotrahatur,firmāt Ang.& Imol.in l.si alienam.§.in extraneis.ff.de hæredi.insti.& ibi clarius Paul.de Cast.post Bal.vbi dicunt, ꝙ quando restitutus bona recuperat simpliciter, restitutio retrotrahit, nisi agatur de præiudicio tertij,licèt Bar. senserit contrarium in d.§.pe. tamē ꝙ retrotrahatur, firmat Carol.Ruy. in repet.§.& quod si tātum.l.Gallus. ff.de libe. & posthu. firmat apud Bal.in consi.64.punctus paulo altius.par.5.ꝙ restitutus ciuis semper fingitur fuisse retro ciuis, eo ꝙ restitutio retrotrahatur.l.Aristo.ff.de manumissis testa.

¶Secundò,fideicommissum extinctum per confiscationem suscitatur per restitutionē.probat Roma.in cōsi. 247.nu.4.primo dici potest.

¶Tertiò,quia iura in aliū translata quæ fuerunt ablata condemnato, ministerio iuris duntaxat, secuta restitutione,recuperantē.l.siue patronus.in princ.ff.de iur.patro. & l.fi.C.de senten.pas.Bald.& alij in d.§. & quid sit tantū.

8 ¶Causa restitutionis,† An restitutio in integrum cōpetat ei,cōtra quem sententia est lata, vide in l. cū minores.C.si aduersus rē iudi. & in c.suscitata. s.hoc tit.tractat Soci. consi. 242. col.1. circa primum.vbi mouet aliud,ꝙ quādo de iure communi denegatur appellatio, potest in integrum restitutio peti. glo. communiter approbata. in l.vnica.C.ne liceat tertio prouoc.Bart.in l.minor.§.sed & si.ff.de minor.Firmat Alex.cōsi.69.col.2.in causa.vol.3.

¶Et dic ꝙ natura restitutionis est per omnia in pristinam causam reponere,& statum.l. quod si minor. §.restitutio.ff.de minor. quòd latiùs comprobat Anto.de Butr. in cōsi.19. col.1. Quia hic agitur de auctoritate episcopali,& hoc vult Io.Mo.hic. quòd intellige, vt in præceden. apostil.diximus videlicet sine præiudicio tertij.

¶Et attende, quia in petendo restitutionē in integrū

9 debet concludi † per minorem se non solum minorē & lesum.l nā & postea. §. si minor. ff.de iureiur. sed etiā debet concludi se lesum sui facilitate,not. Io.de Anan.cōsi. 48.in princ.circa præsentem.vbi dicit,quòd si quis minor fuit lesus prout fuisset diligens paterfa.nō posset restitui. Bar.in l.nō vī circumscriptus. C.de in integ. resti.minor. tit.generali.Et Ludouic.Bolog.ibi,additio ad eundē Ioā. de Ana.idem tenere ipsum Bart.ait in l.verbum. §.sciendum per illū text.ff.de minor. & in l. minor autem magistratus.ff.eo.tit.& Anto. de Butr.in c.constituit. s.isto tit. & Bar.in l.1.ante fin.C.si aduersus rem iudic.

¶Vide Alex.in proposito consi.21.nu.9. viso processu satis vol.1.Pro hoc facit doctrina Bal. in l.ordinarij. C.de

10 rei vendi. vbi dicit † quòd quando intentatur interdictū vti possidetis,nō sufficit dicere se turbatum,nisi in libello exprimat causas turbationis. facit quod not.idem Alex. in consi.71.clarissime Domine iudex. vol.3. & Dec.cōsi. 562.nu.12.viso puncto. ad idem Bal. in l. interpositas. C. de transactio quòd non sufficit dicere in libello se passū metum, nisi dicat per quem modum fuit illatus metus. Facit etiam doctrina eiusdem Bal. in l.1. C. de his quæ pęnę nomine,quòd quādo petitur recursus, non sufficit dicere se grauatū iniustè, nisi exprimat causas grauaminis: idem dicit quādo appellatur ab interlocutoria in l. eos in fi.C.de appella.

¶Vide quæ in proposito expressionis qualitatis dico in c.pia.in prima apo.de exceptio.Pro quo habes attendere ad regulam citatam ab Alexā.consi.82. col.4. viso processu.vol.3.& consi.172. nu.5. viso & opportune.vol.2.& & consi.fi. col.1. viso processu. eo. vol. quòd quando ali-

11 quid † profertur à lege cum aliqua qualitate, vtrunque debet probari scilicet illud: & qualitas eius.Not.Bar.in l. 1.ff.ne quid in flu.pub.per l.prætor.§.docere. ff.vi.bo. rap. Vide Dec.consi.593.nu.3.viso pūcto. & Alex. consi. 100. nu.3.super 1.vol.1.& consi.nu.5.viso processu,eo.vol.

Et subdit idē Alexan. in d.consi. 82. de dictione,postea prolata à teste, vt dicat incontinenti, vel ex interuallo, cum ad vtrunque possit adaptari. & aliquādo requiritur, quod accedat interuallum alicuius temporis, extra tamē proprium significatum. Idem de dictione postea,quæ aliquando ad longum interuallum refertur. l. nā & postea. ff.de iureiur.

Pro

Pro intento attende ad vnum quod tradit Alex. in cõ-
12 si. 82. num. 8. in causa vertente. vol. 1. † ꝙ vbi lex vel statutum requirunt testes optimę opinionis, est articulandũ & probandum, ꝙ optimę opinionis. Et ideo si statutum disponat, ꝙ ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium dicatur decessisse, interueniat probatio per tres testes optimę opinionis deponentes de forma, ꝙ non erit probata mors, nisi probetur illos deponentes esse optimę opinionis & famæ.

¶Gregorius Nonus. Cap. I.

¶Ecclesia quæ ad retractandam sententiam, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia vice minoris fungitur.*
2 *Non est opus restitutione, nisi quando contractus mero iure tenent.*
Infra quadriennium debet peti restitutio per minorem, & ecclesiam.
3 *Qualiter quis in agendo dicatur negligens.*
Prævaricatio est præ cæteris variatio, ponit exemplum hic.
4 *Fraus nedum ex consilio, sed etiam ex euentu consideratur.*
Dolus culpæ præponderat.
Quando vterque est in dolo, dolus dolo compensatur.
5 *Commentum deriuatur vt hic.*
6 *Tempore prælati ledentis ecclesiam suam, non currit quadriennium ecclesiæ, sicut nec tempore prælati malè alienantis currit præscriptio.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Duo requiruntur, vt ecclesia consequatur restitutionem in integrum.*
2 *Ecclesia & alij quantumcunque à iure priuilegiati, tenentur in eo ꝙ facti sunt locupletiores.*
Quando aliqui dicantur facti locupletiores.
3 *Ad decipiendum minorem, natura humana est multum prona.*
Subuentio minorum est inducta naturali æquitate.
4 *Minor non habet restitutionem in delictis.*
Priuilegium restitutionis, tamquàm reale transit in hæredem etiam annis maiorem.
5 *Minor quando non vtatur iure suo.*
Consorti minoris quando subueniatur.
6 *Ætas minoris, est fauorabilior ad restitutionem, quàm sit absentia etiam causa rei publicæ.*
7 *Quid sit necessarium, vt beneficium restitutionis transmittatur.*
Hæres non petit absolutionem a iuramento, vt tenebatur defunctus, tum quia iuramentum est personale.
8 *Quadriennium quando incipit currere.*
9 *Contra præscriptionem quadriennij datur restitutio in integrum.*
10 *Ecclesia quando petat restitutionem, post quadriennium.*
11 *Damnum graue seu grauissimum potest dupliciter considerari.*
12 *Quando quis habet probabilem ignoranliam læsionis, nunquàm sibi currit tempus petendi restitutionem in integrum.*
13 *Enormiter dicitur lædi minor, quando priuatur ædibus maiorum & prædecessorum suorum.*
Læsus iurans, an restituatur.
14 *Iurans non venire contra contractum, quid importet iuramentum.*
15 *Mulier enormiter est læsa, in eo quòd pro vna dote renunciauit omnibus bonis patris, matris, & fratrum.*
Sicut quis est facilis ad renunciandum, ita & ad iurandum.
Restitutio an detur contra transactionem, in qua interuenit læsio.
16 *An minori currat præscriptio consuetudinaria.*
17 *Dictio, ex, denotat causam immediatam.*
18 *Ad rescissionem contractus idem operatur dolus re ipsa, & dolus ex proposito.*
19 *Prælatus quando præiudicet ecclesiæ.*
20 *Contractus factus per prælatum tenet ipso viuente, secus post.*
21 *Prælatus contrahens venit contra contractum, qui est ipso iure nullus.*
22 *Filiosfa. non currit tempus, patria potestate durante.*
23 *Consuetudo an liget minores.*
24 *Emptor debet censeri malæ fidei, quando scit contractum posse rescindi, adeo quòd non præscribitur.*
25 *Locatio facta de nouennio in nouennium dicitur alienatio.*

ECCLESIA. Hæc decretalis decidit dubiũ notatum. s̃. eo. cap. Quia licet Doctores dixerint ecclesiam lęsam, semper restitui debere, dubitarunt an ad semper restituatur, vnde hæc decretalis primò ponit dictum.

¶Secundò, vers. [nisi] exceptionem adijcit [admitti]
1 vnde † cum ecclesia vice minoris fungatur, sicut minor contra sententiam vel contractum potest restitui, vt C. si aduer. rem iudi. l. 1. & si aduer. venditio. l. 1. sic etiam eccle
a sia restitui potest.[a] Et hæc sunt vera quando † indicatum
2 & contractus mero iure tenent, alias non est opus restitutione. C. si aduer. rem iudi. l. nam & minores. Et eccle-
b sia[b] fungitur loco minoris,[c] qui factus maior ĩ. quadriennium continuum habet petere restitutionem in integrũ, super læsione facta in minori ætate, vel in maiori, ex sequela tamen maioris ætatis. C. de in integ. resti. minor. l. vlti. ff. de minor. 25. an. l. 3. §. Scio. Sic & Ecclesia ĩ. quadrien
d nium[d] post læsionem potest restitui, vt hic [quadrien-
e nij[e]] hoc est regulare. C. de tempo. in integ. resti. l. vlti. & hic: secus si ius minus tempus ad restituendum indulgeret, quo casu ĩ. illud deberet restitutio peti. notatur ex quibus cau. maior. sed & si per prætorem §. quotiens. & l. nec non. §. si quis sæpius. & no. ff. de resti in integ. diuus. ad fi.
3 & ĩ. de præscrip. c. 1. [negligenter] qualiter † quis in agendo dicitur negligens, hr̃. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. 1. [pũaricationis] C. de sent. aduer. fiscũ latis. l. vna lib. 10.
f Et est præuaricatio præ cęteris variatior, [f] vt qñ quis se tenet cum vna parte verbo, & cũ alia re ipsa, prodita parte sua. ff. de his qui not. infa. athletas. §. item præuaricator. Et est præuaricari vera crimina abscondere. ff. ad Turpil. l. 1. 2. Responso [fraudis.] ĩ. de resti. cog. peruenit. 1. Et dic fraudis. i. deceptionis.
g Et fraus[g] nedum ex[h] consilio sed etiam ex euentu cõ-
h sideratur. ff. de reg. iur. fraudis [probetur] per petẽtem restitutionem super hoc. s. ne beneficium restitutionis peteretur ĩ. quadriennium, quo casu etiam si petens etiam huius beneficium restitutionis sit in culpa, ille tamen contra quem petitur, est in dolo: & dolus culpæ præpõderat. ff. ad l. Aquil. Item si obstetrix in fi. [interuenisse] per eũ contra quem petitur restitutio.
i Sed quid si vterq; sit in dolo,[i] dic dolum dolo cõpensandum. ff. de compen. si ambo ff de contrahen. emp. l. domum. in fi. & ff. de dolo. si duo.
Sed pone, vterq; est seductus, s. per tertium, dic ꝙ quilibet aget contra suum seductorem
Sed pone, qui seduxit ecclesiam est non soluendo, tũc dabitur beneficium restitutionis in integrũ. ff. de eo per quem factum est. l. si. 2. Responso. §. si stipulator. & §. præcedenti. in prin. [commentum]
5 Et hoc verbum, deriuatur † a comminiscor, & secundùm ꝙ habet diuersas significationes & deriuatũ ab eo, & in vno sensu idem est quod cõmemorari. Et sic commentum est compositio iuncturã non considerans, sed. sententiã vel sensum, non literalem expositionem, vt gl
Alio modo dr̃ comminiscor. i. adinuenio, fingo vel cõpono. Et sic dr̃ hic commentum. i. adinuentio, fictio, seu compositio, vel machinatio [subsit] quæ potest subesse ex multis causis. s̃. eo. tum ex literis. §. nos igitur.
k Vel pone, ecclesia in modico[k] tempore multos habuit prælatos, qui propter nouam administrationem cõmode omnia iura ecclesiæ non poterant rimari.
l Sed pone,[l] prælatus per suum contractum,[m] seu sententiam habitam contra eum læsit ecclesiam, vixit, ponamus 6. annis post læsionem, nunquid successor eius poterit petere restitutionem? videtur ꝙ non, vt hic.
6 Dic contra, quia toto tempore †[n] prælati lędentis suã
n ecclesiam non currit hoc quadriennium ecclesiæ, sicut
o nec tp̃e p̃lati malæ alienãtis[o] currit p̃scriptio. 16. q. 3. si sacerdotes. Et sic not. Inn. in d. c. tum ex literis. s̃.

ADDITIONES PROBI.

1 POTEST. † Ad hoc vt ecclesia cõsequatur restitutionem in Integ. duo requiruntur. Primò, ꝙ Ecclesia sit læsa. Secundò, ꝙ hoc manifeste appareat. c. pen. s̃. de reb. eccles. non alie. ad quod manifestum ostendendum, vide quæ tradit Ias. copiose. consi. 133. præsupponitur. vol. 4. Notat Dec. in consi. 564. circa fi. in causa magnificorum.

2 ¶Et Ecclesia. † Quæ & alij quantumcunquè a iure priuilegiati, tenẽtur in eo ꝙ facti sunt locupletiores. Firmat Dec.consi.282.col.2.viso puncto.dicuntur autem facti locupletiores eo ipso ꝙ pretium receperunt, nec apparet consumptum in pupillo.ff.de solu.no.Pet.de Anch.cõsi.5.col.1.pro parte nobilis.& latius.cõsi.49.de iuribus professionis,& Card.cõsi.134.col.2.B.& A.Germani.

3 ¶Minoris. Ad † quem decipiendum natura humana est multum prona, ideo magna suadet æquitas eis subueniri.dicit tex.ĩ l.1.ff.de minor.Not.Pet.de Anch.cõs.330. col fi.4.visis facti. qui dicit cõsi.338.visa copia.per d.l.1.ꝙ subuentio minorum est inducta naturali æquitate.facit.l.in pupillo.ff.de solu.Vide Dec.cõsi.556.viso cõsilio.

4 Et dicas † minorem non habere restitutionem in delictis.l.si ex causa.§.nunc videndum.ff.de mino & l.auxilium.in prin.eo.tit.Firmat Dec.in cõsi.521.nu.18.cõsult⁹. Et dic ꝙ priuilegium hoc restitutionis,tamq̃ reale transit ad hęredem,etiam annis maiorem,qñ causa restitutionis est deceptio siue læsio.no.Bar.in l.interdum.ff.de minor.& in l.nõ solum.ff.de in integ.rest.mino.& in l.quia tale.ff.sol.mat.quod placet Neap.deci.211.pupillus litigabat, quos vide decis.seq.quo ad minorem maiori succedentẽ,

5 dico latius in sequentib.qui dicunt ꝙ minor † non vtitur iure suo, quãdo succedit defuncto cui nõ cõpetebat restitutio in integr.pp aliquam probationem non factam.

¶Si autem sint consortes litis cum minore, an restitutio quæ competit minori, extendatur ad minores litis consortes,dic non in diuiduis, secus in indiuiduis secundùm eosdem Neapol.decis.seq.

6 ¶Vlterius adde, ꝙ minoris ætas † fauorabilior est ad obtinendam restitutionem in integrum,q̃ absentia (etiã causa reipublicę)casus est clarus,& ibi Bald.in l.fi.de resti.in integ.titu.generali.ff.vbi patet ꝙ absens legitimè deffensus restituitur ad appellandum, sed minor restituitur ad totam causam, & ita tenet gl.in l.necnon.§.quod eis.ff.ex quib.cau.maior.tradit & latius Maria.Soci.cõsi.153.col.9.vers.cõsequenter.Pulchra & subtilis. Et hoc beneficium restitutionis in integr.cõpetens minori est (vt s̃.diximus) tantę virtutis priuilegiatæ, ꝙ transmitti videtur ad hæredes,iuxta id quod no.Bar.in l.qui duos.ff.de reb.dub.videtur.text.in l.non solum.ff.hoc titu.& per Bart.& Doct.in l.Pantonius.ff.de acquiren.hæred.& per Bald.in l.si pupillorum.C.de repud.hæred.traditur in l.si infanti.C.de iure delib.sequitur Soc.cõsi.207.col.3. in causa dominę,vbi mouet,quid de hærede infantis dicendum, an ad eum transmittatur ipsum beneficium resti.in integ & subdit ibi.col.4.vnum notandum, in materia rubr. quòd

7 †ad hoc vt beneficium restitutionis trãsmittatur,est necessè ꝙ cõpetat in vita,& ꝙ possit intẽtari.d.l.nõ solum.

¶Et attende,quia licet defunctus qui iurauit(in cõtractu teneatur (petendo restitutionem in integrum)obtinere relaxationem a iuramento,nõ habet tamen eam necesse petere hęres eius.no.Inn.Host.Io.And.ĩ c.veritatis.de iureiu.& Host.& Io.And.in c.fi.s̃.de sepul.tradit & sequitur Alex.cõsi.129.col.fi.videretur.vol.6.ratio.qa vinculum iuramenti est personale,& sic nõ transit ad hæredem.vide quæ pro hoc dico in c.si is cui.de accus.

¶Et ꝙ ecclesia & minor æquiparantur,not. Bertran.in 3.par.cõsi.240.nu.2.Allegata.

¶Item prælatus Ecclesię & tutor. Neapo.deci.169.nu.5.in dicta causa.

8 Quadriennium. † Quod incipit currere a die notitiæ siue sciẽtiæ,quo ad sui initium,& est vtile,licet postquàm incepit currere sit cõtinuum,vt probatur in l.fi.C.de tempo.in integ.resti.pe.Firmat latè Alex.in cõsil.89.nu.11.& seq.viso puncto.vol.2.& cõsil.169.in fi.viso themate.eo.vol.2.quod placet Dec.in cõsi.564.in fi.in causa magnificorum.Alex.cõsi.84.col.2.in causa vertente.vol.1.

¶Et ideo si lęsus staret per centum annos ꝙ nõ peteret se restitui in integrum, nunquàm sibi ignoranti factũ & læsionem,curreret tempus petendi resti.in integ.Bald.in l.falsi.C.si fal.instru.refert & sequitur Alex.cõsi.169.in

9 fi.viso themate.vol.2.vbi etiam sentit,ꝙ † cõtra præscriptionem quadriennij datur restitutio in integrum, & sic multò magis cõtra præscriptionem xl.annorum.gl.Bart.& Doct.in auth.quas actiones.C.de sac.sanc.eccle. Card.Panor.& Imo.in Clem.1.eod.titu.Panor.in c.1.s̃.eo.& cõsi.32.videtur primò dicendum.par.1.Firmat Roma.cõsi.166.col.fi.viso diligenter propositi thematis consultatione. Vide Alex.cõsi.71.col.2.videretur.vol.1.& in col.fi.& latè Neapoli.decis.329.num.6.dictat. Firmat thema nostrum Dec.consi.303.sub num.7.versi.nõ obstat in casu occurrenti,& latè cõsi.328.col.2.in casu proposito. tangit idem Alex.cõsi.150.num.3.viso themate. & his.vol.7.& cõsi.31.ponderatis his.vol.5.vbi alleg.pro hoc Paul.de Cast.in l.fi.C.de dolo.& cõsi.81.col.2.reuocatur in dubium.eo.vol.5.idem Alex.cõsi.116.in prin. perspectis põderatisq;. vol.5.vbi etiam loquitur de præscriptione cõtra pupillum.idem Alex.cõsi.69.col.2.in causa.vol.3. vbi cõcludit hoc tempus non currere probabiliter ignorãti.

10 Præterea,dic ꝙ (etiam post † quadriennium) ecclesia petit restitutionem,quãdo est læsio enormissima,& pręiudicium siue damnum ecclesiæ est grauissimum,seu eminentissimum,quod comprobat Soci.cõsil.266.col.10.in causa quæ vertitur.istud sentit Io.Mon.hic in fi.& glo.fi.post eum:not.Anto.Panor.& Imo.in c.pen.s̃.de reb.eccle.nõ alie. Ita intelligas quod dicit Ias.cõsi.27.col.fi.Ad eruendum veritatem.vol.1. vbi dicit ꝙ ecclesia restituatur ĩ.quadriennium tantum, & non vltra.c.contingit.s̃.de transact.& c.1.s̃.de præscrip.Inn.in c.1.s̃.isto titu. vide eundem Ias.in cõs.54.quia ibi latè tractat punctum hũc.& in consi.seq.& Calca.in cõsi.76.col.pen. casus.do.Catalanus.

¶Et pro intelligentia puncti huiusmodi Soci. vbi s̃.di-

11 cit ꝙ damnum † graue seu grauissimum potest dupliciter considerari, vno modo respectu vnius rei, seu causæ ad ipsam causam, seu rem puta si est damnum in tertia, vel dimidia, vel in tota re, vel causa, iuxta no.per Bald.in l.pen.C.de arbi.& Bart.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.Secundò accipitur damnum grauissimum habito respectu ipsius rei ad qualitatem personæ,& quantitatem patrimonij illius, qui patitur hoc damnum Bart.in l.admonendi.in pen.col.versic. Sed animaduertendum.ff.de iureiur.glo.& Doct.post text.in l.sed & si susceperit.ff.de iudi.latè discutit Ias.in consi.133.volu.4. præsupponitur.

12 ¶Et dic vnum in proposito,quòd quando † quis habet probabilem ignorantiam læsionis, nunquàm currit sibi tempus petendi restitutionem in integtum. Bald.in l.falsam.C.si ex fal.instru.Alex.sequitur in consi.39. num.21.Stantibus.vol.6.dixi.s̃.latius in præcedentibus. Ratio,qa permittendo labi tempus restitutionis, videtur renunciare: sed quis non intelligitur renunciare quod sibi ignorat competere.l.mater.de inoffi.testa.ff.imo nec iuri, de quo dubitat an sibi competat.Bart.& Docto.in l.manifestissimi.per illum tex.C.de fur.

Et quo ad damnũ grauissimũ & eminẽtissimũ, vide q̃ ẽt dicit Alex.cõs.150.nu.3.& 4.viso themate.& his.vol.7. Et de quorũ lęsione,dic ꝙ multum iuuat in restitutione, nec impediatur per gñalem renũciationẽ. Not.Ioan.de Ana.cõsi.16.in fi.viso puncto.& his quæ abunde.

Itẽ ꝙ dãnũ dicat̃ grauissimũ attenta qualitate personarũ,firmat latè ẽt (quod est arbitrandum iudicis arbitrio) Alex.cõsi.67.nu.3.videret̃ stantibus his.vol.5. vbi subdit post Bal.in l.si in emptione.in prin.ff.de mune per illum

13 tex.ꝙ enormiter dicitur lędi † minor,qñ priuatur edib⁹, quæ fuerunt maiorum & prædecessorum suorũ, ad hoc quod no.gl.in l.nam quod.§.1.in ver.pupillũ.ff.ad Trebel. vide tu pro intento Alex.cõs.127.viso processu.vol.2.vbi ẽt tractat de lęso qui iurauit an restituatur, ꝓ quo vide q̃ latissimè tradit idem Alex.in cõs.27.viso libello,vol.1.vbi vnum notandum subdit,ꝙ ad hoc vt quis sibi præiudicet per iur̃m,nõ requiritur ꝙ sciat particulariter & in specie omne ius dependens a facto super quo iurat, sed satis est ꝙ iuret super facto,quia videtur iurare super omni iure descendente ex illo facto.l.si duo patroni.§.Iulianus.& l.duobus.§.si quis iurauerit.cum l.seq.ff.de iureiur.vnde iu-

14 rando † nõ venire cõtra cõtractũ,vr̃ in gñe cogitare de oĩ remedio per quod venire põt contra contractum, ideo esto ꝙ specialiter non habuerit scientiam de omni iure, quod sibi competere posset ad rescindendum cõtractũ, & sic de beneficio restitutionis in integrum,tamen satis est ꝙ in genere cogitauerit de omni remedio quod sibi competere posset.l.qui iure militari.ff.de testa.milita.

¶Præmissis adde Dec.consil.551.plenè & subtiliter, vbi (in simili quæ diximus de minore enormiter lęso) ait

†mulierem

15 † mulierẽ enormiter lesam quæ pro vna dote renunciauit hæreditati patris, matris, fratrum, & sororum, not. Petr. de Anch. consi. 59. pro clatiori. Et subdit idem Deci. ibi nu. 4. post Bald. in rubri. C. de rerum permuta. quòd in contractu damnoso, in muliere & minore simplicitas præsumitur, & iuramentum est captiosum & iniustum & quod debet per episcopum relaxari, quia sicut sunt faciles ad renunciandũ, ita etiam ad iurandum. l. si mulier. C. ad Velleia. l. doli. §. diuersum. ff. de nouatio. Calca. in consi. 25. nu. 47. Titius nobilis. Vide quæ tradit latissimè Alex. in consi. 125. visis volu. 1. & Ias. in consi. 160. colu. 3. vol. 2. quidam nobilis.

¶Si autem quæras, an restitutio detur contra transactionem, in qua interuenit lesio vltra dimidiam iusti pretij. Vide Neapol deci. 220. col. 1. vbi concludunt quòd non, & hæc est communis sententia.

¶Ad eorum, tamen dicta attende ibi, quia etiam nu. 6. approbant id quod. s. proximè dictum est de facilitate.

16 ¶Quod si quæras, an minori currat præscriptio cõsuetudinaria. vide Neapol. deci. 370. tria dubia, vbi dicunt, quòd sic, sed datur restitutio integ. Bal. in l. fi. C. in quibus cau. in integ. resti. non est nec. Car. flo. in Cle. vnica in 9. q. hoc titu.

¶Et hoc remedium restitutionis, transit ad successorem minoris per tex. in l. minor. autem magistratus. § fi. ff. de minor. & in l. ea cõtra. § quod si maioris. C. de tempo. in integr. resti. vbi Bar. & Bal. Sicut efficacia iuramenti. not. Calc. cõsi. 79. col. 2. per Auth. sacramenta puberũ. C. si aduer. vend.

¶Postremo, in puncto hoc dic vnum, quòd quando aliquid potest se habere ad lucrum & damnum, licet casualiter contingat damnum, nõ per hoc quis dicitur ledi; & si sit minor, per hoc non debet tanquàm lesus restitui in integr. text. not. in l. fideicommisso., vbi Paul. Alex. & alij. C. de transactio. Bal. in l. cum alchimedorum. C. vt in pos. lega. Ias. in cõsi. 131. col. 3. Nicolaus. vol. 4.

e ¶Quadriennij. Vide Neapol. deci. 175. vniuersitatis, & deci. 390. vbi multa tractant quando ecclesia non restituitur.

f ¶Variatio. Adde idem quod dicitur de seditione quasi intuito dico in c. decet. de immunita. eccle.

g ¶Fraus. De fraude obuianda, vide quæ dicit Maria Soci. cõsi. 108. col. 6. versi. Nec etiam obstat, in hac consultatione. & Ant. de Butr. cõsi. 42. viso puncto.

¶Attende etiam pro puncto Rub. ad Calca. in cõsi. 25. vbi discutit de. l. 2. C. de resc. vendi.

17 ¶Ex Dictio † est quæ denotat causam immediatam. h l. 1. §. ex incendio, & ibi Bar. ff. de incendio, rui. & naufra. Soci. cõsi. 265. col. antepe. Præsentis. Alex. consi. 61. nu. 5. viso processu. vol. 5. allegat. l. 1. C. si seruum exterius. l. nõ dubium. C. de legi. l. eo tempore de peculio. Bart. in l. 1. §. emancipatus de coniun. cum eman. libe. Idem Alex. cõsi. 56. nu. 6. Aldronandus eo. volu. Deci. in cõsi. 639. nu. 7. in inclyta ciuitate Ianne.

18 In dolo. Ad † rescissionem contractus, dic quòd idem i operatur dolus reipsa, & dolus ex proposito. l. 2. ff. de excep. doli. l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. Notat & latè comprobando Deci. cõsi. 551. nu. 4. plenè. Ias. in consi. 133. col. 6. præsupponitur. vol. 4. vbi declarat quando dolus dicitur inesse re ipsa; quẽ vide pro filiabus renunciantibus successionibus parentum. & Calca. in cõsi. 25. Titius nobilis. & consi. 74. nu. 97. Statuimus, vbi vnum in simili dicit, quòd ad paria iudicantur dolus & quando quis locupletatur cũ aliena iactura. l. 1. §. an in pupillum ff. depo.

Tamen dic, quòd a dolo quælibet causali (etiam iniusta) excusat. l. igitur. ff. de libe. causa. not. idem Deci. cõsi. 565. nu. 7, clarissima. Alex. in consi. 125. in prin. visis. vol. 1.

k Non modico. Vide quæ dicimus in c. 2. in ver. modicũ de reb. eccle. non alie.

l Sed Pone. Pro intento Io. Mo. vide quæ citat Alex. de Imo. cõsi. 5. Si vera sunt ea. vol. 5. & cõsi. 47. col. pen. versi. Nec obstat ad hoc, ponderatis his. eo. vol. & Car. cõsi. 134.

19 B. & A germani, vbi ponit †: quando prælatus in omittendo & committendo, aut in iudicio vel extra, præiudicet ecclesiæ, quibus iunge eundem Alex. in cõsi. 105. col. 4. magnifice pretor. vol. 3. dum dicit post gl. communiter approbatam in c. potuit. s. de loca. quòd prælatus ecclesiæ priuilegiate, licet recipiat pensionem (postquàm emphiteota potuit expelli ratione pensionis non solutæ) nõ potest præiudicare ecclesiæ, vt ibi per Ioan. de Imo. Ratio quia istud videtur factum in quæsito, in quo nõ præiudicat, secus in quærendo: vt latè comprobat Deci. in consi. 588. nu. 15. viso puncto. & latius Ias. in cõsi. 108. col. pen. Absolui, ad quẽ attende in cõsi. 46. col. 3. pro fisco regio. volu. 3. quia ibi discutit pro theorica, quòd quis plus peccat in cõmittendo, quàm in omittendo, vide etiam Calca. consi. 7. nu. 20. dominus Nicolaus vbi idem subdit de procura. minoris, vt præiudicet in quærendo, vide quæ tradunt in proposito (etiam remissiuè) Neapoli. decisio. 168. vtrum quietatio.

20 Suum cõtractum. Qui tenet † eo viuente. not. Neapol. m in simili. deci. 380. Vincentius Cardi. cõsi. 146. Notum sit vniuersis & singulis. Et sic in eius præiudicium instar vasali qui in præiudicium sui & suorum hæred. constituit in re feudali seruitutem sine consensu domini, non quo ad preiudicium directi domini. not. Ias. consi. 122. col. 2. viso testamento. vol. 4. quem ibi vide. col. 3.

Secus post decessum, etiam si confessio interuenerit, ꝙ contractus conuersus est in vtilitatem ecclesiæ. Notat Alex. cõsi. 4. col. 2. vol. 3. & latius in consi. 23. col. 2. opporne. volu. 1. quem etiam vide in cõsi. 93. col. 1. visis & ponderatis. volu. 2. vbi dicit vnum, videlicet quòd quando

21 † contractus est nullus ipso iure, potest prælatus venire contra ipsum, quàmuis ipsemet fuerit ille qui ipsum contractum fecerit, vt in c. si quis presbyterorum. s. de rebus eccle. nõ alie. c. nostri. & ibi plenè not. s. de elec. & in l. post mortem. ff. de adop. & in l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanc. eccle. & est ratio, quia est actus factus contra legem, quo in casu licitum est venire cõtra factũ suum. l. quemadmodum de agricol. & censi. lib. 11. C. iunctis not. per. Bar. in d. l. post mortem quod placet Ias. in consi. 154. ver. Quarto principaliter. volu. 2. Prædicta firmat idem Alex. in cõsi. 103. nu. 9 visis scriptis. eo. vol. vide quæ tradit Deci. in consi. 364. viso instrumento, quia discutit quando prælatus, & capitulum nocere possunt ecclesiæ.

Idem Ias. consi. 19. col. 1. vol. 3. quem vide cõsi. 45. colu. 1. eo. vol. vbi dicit quòd contractus ab initio sunt voluntatis, sed ex post facto reducuntur ad necessitatem, quæ regula nunquàm fallit secundum Bart. in l. si pecuniam. ff. de conditio. ob causam, illam doctrinam Bar. intelligas si contractus sunt validi, alias secus per prædicta.

Et secundum præmissa intelligas dictum Calca. in cõsi. 125. col. 1. primo vbi dicit quòd quis contra factum proprium venire non potest etiam si sit nullum de iure. arg. l. per fundum, vbi gl. ff. de serui. rusti. prædio. cum alijs ibi per eum allega.

n Tempore prælati. Idem venit dicendum paritate rationis de patre alienante bona aduentitia filijfamilias, cũ a pari procedant, ecclesia, & minor, seu filiusfa. vt hic, pro quo habeo quod not. Bald. in Auth. nisi in prin. C. de bo. quæ mater. vbi dicit quòd si statutum disponit quòd omnibus currat præscriptio qui sua debita non exegerint. ĩ. 10. annos, tale statutum non comprehendit filiosfam. non exigentes contra eos, qui a patre acquisiuerint

22 eorum bona aduentitia ipsorum filiorum, † quibus de iure communi non currit præscriptio durante patria potestate, cum agere non valeant sine consensu patris, & sic statutum isto casu recipit interpretationem a iure communi. l. si serui vestri. C. de noxa. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff. de muner. & hono. l. fina. §. in computatione. C. de iure delib. c. dilectus. s. de consuetu. videlicet quòd nõ valenti agere non currit præscriptio. firmat Calcane. in consi. 42. col. pen. Philippus, & consi. 74. num. 77. Statuimus vbi subdit regulam in proposito quòd vbi tempus currit ex negligentia & cursus limitantur ad certum tempus semper subauditur si talia sint in personam illius cui currere debet ꝙ sit negligens. l. 1. ff. de calumniato. Bar. in l. genero. ff. de his qui not. infa. no. in c. quia diuersitatem. s. de conces. præbend.

23 Possumus adducere pro intento. q. quam firmat Guil. de Cuno in l. ingenuum. ff. de sta. ho. vbi quærit † an consuetudo liget minores & concludit. Aut loquimur in actibus, in quibus minores admittuntur vt maiores, vt si consuetudo habeat quod muliere præcedente, maritus lucretur dotem, certè mulieres (etiam minores) comprehendentur & obligabuntur sub dicta consuetudine,

quia

quia minor obligatur ex matrimonio, & habetur in talibus pro maiore.c.fi.de iudi.hoc lib.no.glo.in prin.in ver. aliud.ff.de minor. Ergo in hoc non debet minus ligari, quàm maior.per.no.in d.l.ait prætor.allegat.l.Emilius.ff. de minor.& l.apud Iulianum in prin.ff.quibus ex causis. in po.eatur.

¶Aut est actus in quo minores nõ habentur vt maiores,vt si sit consuetudo ꝙ si aliquis vendit rem, non possit venditionẽ rescindere occasione minoris præcij, certè minor secundum eum, tali consuetudine non ligatur propter restitutionẽ. allegat.l.1.ff.de minor.& ideo quia minores non sunt apti talibus actibus,nõ ligantur, quod prosequitur Alex.consi.65.col.2.quoniam omne datum vol.6.quem videas pro ampliori informatione intenti.

¶Et si quæras de restitutione super transactione,& ꝓponatur deceptio vltra dimidiam iusti precij, attende ad ea quæ notabiliter discutit Deci.consi.479.in controuersia,& consi.551.col.2.plenè, vbi concludit fore communem, ꝙ restitutio habet locum,& l.2.C.de rescind.vendi. firmat idem Deci.consi.597.in fi.superiori anno.

o ¶Malè alienantis. Vide Paul.de Cast.consi.437.col.4. quod incipit primo quæritur.1.par.pro hoc suadet quod no.Alex.cõsi.54.col.fi.circa primum dubium.vol.6.quòd 24 † emptor debet censeri malæ fidei,quando scit contractũ posse rescindi,adeo ꝙ non præscribatur.ita signanter Io. de Imo.decidit.in c.apostolicæ.s̃.de dona.super gl.in ver. præscriptione, & ad hoc inducit.l.in causæ.la 1.§ interdũ cum sequen.ff.de minor.licet Ant.de Butr.in d.c.apostolicæ,dicat se non recordari vbi hoc sit decisum in iure,& non decidit.

¶Præterea dictum Io.Mo.hic placet Alex.in consi.9.in fi.vol.3.quem ibi vide de alienatione rei ecclesiasticæ, & cõsi.165.visis duobus vol.2.vbi etiam tractat de locatio- 25 ne † facta de nouennio in nouennium,an dicatur alienatio,& an vigore illius transferatur dominium vtile,quod dicitur de iure ciuili.Bart.in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure.Deci.cõsi.588.nu.13.viso puncto, & eneruare directũ si illi contrarietur. glo.in a uth.nisi tricennalis.C.de bo. quæ ma.Cy.in l.ab hostibus.C.ex qui.cau.maior.not.Calca consi.115.col.1.in causa domini.

¶Pro dicto Ioan. Imo.vide eundem Alex.in cõsi.125. nu.3.in versi.& dicit Ant.visis vol.1.vbi in simili dicit, ꝙ licet cõtractus sit validus, & etiam iuramentum, tamen intentio contrahentis non est absquè fraude & dolo,vnde cum fraus sit ex parte recipientis, iura canonica non assistunt talibus iuramentis.

De locatione autẽ facta per prędecessorem an ei successor teneatur stare vide quæ latè tradit Calca.in consi. 124.in causa.

¶Et de emptore an etiã teneatur stare locationi venditoris, Raph.Cuma.consi.20.magister.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Si aduersus confessionem in iudicio a se factam &c.

SVMMARIVM.

1 *Exclusus a beneficio restitutionis, non excluditur propter hoc, a via iuris communis, si competat, & sic vna via aliam non excludit.*
2 *Exclusus per ius speciale,nõ propter hoc excluditur a iure communi.*
3 *Post conclusionem, non est cognoscere,sed est cognitum, ex quo est conclusum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Beneficium restitutionis competit aduersus præscriptionem.40.annorum.*
2 *Probabilis ignorantia, dicitur iustum impedimentum.*
3 *Præscriptio longissimi temporis est magis odiosa, quàm præscriptio longi temporis.*
In præscriptione longissimi temporis nullus requiritur titulus.
4 *Competit remedium restitutionis alienantibus, non alienationi consentientibus.*
5 *Appellatione iuris communis,intelligitur de iure Romanorum.*
6 *Vnius inclusio, alterius est exclusio, & vnius exclusio videtur alterius inclusio, etiam in statutis.*
7 *Quando vna persona prohibetur succedere, ita & ex ea descendentes excluduntur.*
8 *Clausula generalis non porrigitur ad specialiter expressa.*
Expressum facit cessare tacitum.
9 *In causa matrimoniali quando admittatur probatio post conclusionẽ.*
10 *Postquàm conclusum est in causa,nõ est amplius causa facti sed iuris.*
Postquàm est conclusum, omnia sunt victoris.
Postquàm est conclusum in causa, dicitur res esse notoria & liquida, & constare iudici notoriè & manifestè.
11 *Postquàm conclusum est in causa, non potest probari error, sed benè reuocari.*

1 a b SI aduersus. Exclusus † a beneficio ᵃ restitutionis. vt. s̃. proximo, non excluditur propter hoc a via iuris ᵇ cõmunis si cõpetat.

c ¶Et ᶜ sic not.ꝙ vna via aliam non ex- 2 cludit, præsertim hoc casu,quia † exclu- d sus per ius speciale ᵈ non propter hoc excluditur a iure communi, vbi tamen via generalis cõtinet viam specialem actu,& a speciali quis esset exclusus,per cõsequens a e ᵉ generali.ff.de iureiu.duobus.§. exceptio.& ff.de excep. doli.l.2.§.Item quæritur.& § sequen.[factam] idẽ si per procuratorẽ.j̃.de appella.suborta [admittenda].s̃.c.proximo [finitum] transactione vel sententia,& de hoc habetur.j̃.de confe.c.vlti.C.de iur.& facti ignoran.error.

¶Idem credo si est conclusum.s̃.de procu.auditis,& j̃. de cau.po.& proprie.pastoralis.& C.de adulte.quàmuis vbi notatur.

2 ¶Item post † conclusionem non est cognoscere, sed f est ᶠ cognitum ex quo est cõclusum. Et ideo probatio refutanda, quæ est necessaria in probatione erroris.

ADDITIONES PROBI.

a 1 A BENEFICIO restitutionis. Quod etiã † competit aduersus præscriptionem.40. annorum & ista est communis scribentium in c.1.s̃.isto tit.quæ placere videtur Hostien.in c.contingit in fi.s̃.de transac. & in summa hoc tit.in §.vtrum præscriptiones, & Car.post alios ibi in Cle.1.eo.tit.per tex.illius Cle.1.vbi generaliter dicitur quòd etiã aduersus lapsum temporis restituitur.

¶Hanc sententiam latius vide comprobatã per Alex. consi.169.col.fi.viso themate.vol.2.vbi dicit id maximè 2 procedere, si probabilis † ignorantia interuenerit, quia tunc dicitur iustum impedimentum, propter quod subuenitur, per notata in l.qui in alterius.ff.de reg.iur.c.1.s̃. de constitu.

Et pro hac sententia communi habes,quia si conceditur restitutio in integrum aduersus præscriptionem longi temporis, quantò magis concedi debet aduersus præ- 3 scriptionem longissimi.attento † quòd præscriptio longissimi temporis est magis odiosa quàm pręscriptio longi temporis, iuxta not.in l.fi.C.de edil.edic.Et in præscriptione longi temporis præscribens præscribit cum tit.sed in præscriptione longissimi temporis nullus requiritur titulus.

4 Et dic competere † hoc remedium alienantibus,non autem alienationi consentientibus, prout in simili dicitur de remedio.l.2.C.de rescin. vendi.not. Deci. consi.475. Nurx.in causa quæ Mantuæ.

5 b Iuris communis.Quod † intelligitur de iure Romanorum.Insti.de iur.na.§.quotiens Deci.consi.469.in fi.visa inquisitione.

c 6 Et sic no.Istud not.potest comprobari a contrario huius dicti vulgaris,ꝙ † vnius inclusio alterius est exclusio. l.maritus.C.de procura.l.cum prætor.ff.de iudi.Bart.in l. 2.§.fi.col.fi.ff.ad Tertu.latius per Soci.consi.207.colu.4. ver.1.ex capite.in causa domine.

Et econtra,quia vnius exclusio videtur alterius inclusio, etiam in statutis, vt probat Deci.consi.451.viso eleganti.

Istud intellige sanè ſm quod tradit idem Deci.consi. 471.nu.7.iuridicam.ꝙ regula generalis est ꝙ qñ vna † persona prohibetur succedere, etiam descendentes ex ea excluduntur. Ange. in §. reliquum in versi. ex diuerso in

in Auth. de hæred. & fal. Bal. in l. fi. col. 1. C. de liber. præte. facit tex. in l. si viua matre. C. de bo. quæ ma. Et dic hoc procedere ratione infectæ radicis.

¶Vide quæ Alex. tradit pro comprobatione primi dicti in consi. 121. num. 6. viso processu. vol. 1.

d ¶Speciale. Vide Dec. consi. 516. nume. 18. quoniam. & consi. seq. num. 6.

e ¶An generali. Pro hoc vide quod citat Dec. cōsil. 171.
8 num. 3. in causa venerabilium, ꝙ clausula† generalis non porrigitur ad specialiter expressa. l. doli clausula. ff. de verbo. oblig. & l. sanctio legum. ff. de penis.

Et ideo masculinum non concipit fęmininum quādo de fœminino sexu exprimitur, quia expressum facit cessare tacitum. Bal. in l. in multis. ff. de sta. ho.

f Est cognitum. Licet in causa matrimoniali multa reperiantur fauorabilia, tamen post conclusionē non admittitur probatio per hāc regulam. Io. Mo. & sequacium hic.
9 † quod verum dicas ad partis instantiam, secus ex iudicis officio. ita firmat Calca. consi. 64. nu. 22. præclarè & Ang. de Castellione. Areti. in quodam consi. reperto inter cōsi. Pet. de Ancha. sub nu. 212. quod exorditur. Ego Angelus de Castellione. vbi subdit verbum notandum pro aduocatis nostræ tempestatis in Gallia, ꝙ sui moris non est in consilijs a se requisitis per iudices causarum aliquas allegationes apponere, motiua, vel causas exprimere. iuxta no. per Doct. in c. sicut. s̄. de re iud. & in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudi.

Vide quę dico in c. Romana. in ver. aduocatorum. j̄. de foro compe.

Et in pposito. Io. Mo. hic, quod est cognitū. adde ꝙ Bal. auth. at qui semel. in fi. C. de proba. dicit hoc dictum fore Archi. hic, quem in hoc sequitur Alex. consi. 182. in fi. in causa & lite vertente inter tutorem. vol. 6.

Sed in hoc errant, quia imo est dictū originale Io. mo. hic, quem hic in nouella refert & sequitur Io. And.

Hoc dictum reducit ad memoriam idem Alex. consi. 62. num. 5. in causa & lite veter inter Christophorū. vol. 7. per quod firmat dictum vnum, videlicet quod postquàm
10 † conclusum est in causa, non est quæstio facti, sed iuris, subdens ꝙ postquàm est conclusum, omnia dicūtur esse victoris, vt no. gl. & Doct. in c. significauerunt. s̄. de testib. in ver. liquere. quam gl. Doc. ibi & ipse Alex. in l. generaliter. §. nihil commune. in 31. col. ff. de acquir. possess. reputāt singularem ad hoc, ꝙ post conclusum in causa dicitur res esse notoria & liquida, & constare iudici notorie & manifeste, vt ibi per eos.

Præmissis adde quæ tradunt Neapol. decis. 44. nume. 2.
11 de tribus mihi occurrit, ꝙ post † conclusum in causa non potest probari error, vt dicunt Archi. & Ioan. And. hic in nouel. quod præcedit Io. Mo. hic. Sed benè potest reuocari, quando nihil venit probandum, & constat de errore: & talis eror in libello non nocet secundùm Bar. & Bal. in l. errores. C. de erro. aduocato. & Bal. in l. 1. C. de fal. causa adiecta lega. & Inno. in c. 1. de confes.

¶Et quando erratum est in nomine, & corrigitur, non dicitur mutatio sed declaratio, vt dixit Ang. in l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testa.

Et illud quod dicitur ꝙ post litem contestatam error in libello non potest corrigi secundùm Bald. in l. edicta. C. de eden. & in l. ex his. C. de testa. milita. non loquitur de errore nominis in libello, sed de alio errore.

Et dicitur constare de errore, quando cōstat de contrario eius, quod fuit confessus. Bart. in l. non fatetur. de confes. ff. & in l. de ætate. §. ex causa. & §. qui iusto. ff. de interroga. actio.

¶De Arbitris. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri sunt similes iudicibus.*
2 *Iudicia nonnullas moras habent.*
Arbiter est nomen æquiuocum.
3 *Sibi imputet qui compromisit in eum, qui iniquam sententiam tulit.*
Coram arbitro non fit reconuentio.
De maioribus causis non potest arbiter assumi.
Arbiter vnde dicitur.
4 *Arbitrorum duo sunt genera.*
5 *Forma est indiuisibilis.*
Arbitria sunt reducta instar iudiciorum.
6 *Vbi partes sibi malè prouident, ius partibus non prouidet, & factum illegitimè cassat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Confessio facta in iudicio sine causa valet.*
Confessio facta coram arbitro non dicitur facta in iudicio.
2 *Sententia arbitri emologata parit actionem.*
Præsumitur pro laudo, vt ritè & rectè latum dicatur.
Confessio facta coram arbitro, facit fidem coram iudice.
3 *Arbitramentum magis accommodatur naturæ contractuum, quàm iudiciorum.*
Compromissum dicitur esse transactio.
4 *Compromissum non fit super re decisa per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam.*
5 *Clausula ad arbitrium boni viri importat verbum, discrete, non autem liberam potestatem, prout verbum iudicium, quia talis debet seruare omnes regulas iuris communis.*
Non potest fieri quominus reductio petatur, data magna iniquitate.
6 *Quis iudex debeat adiri, quando petitur reductio ad arbitrium boni viri.*
7 *An petitioni reductionis ad arbitrium boni viri, pacto possit renunciari.*
8 *Appellationi futuræ interponendæ quis renunciare potest.*
9 *Promissio de stando laudo & ordinationi arbitrorum habet in se tacitam conditionem, si eque fuerit arbitratum.*
10 *Non est recurrendum ad arbitrium, cum apparet de clara voluntate & dispositione testatoris.*
Vbi est glo. hominis, cessat glo. legis.
11 *Reductio ad arbitrium boni viri potest peti durante spacio xxx. annorum.*
Additus tamquàm arbitrium boni viri, succedit loco iudicis appellationis.
12 *Reductione pendente sententia non exequitur, nec aliquid innouatur, sicut in appellatione dicitur.*
13 *Reductio potest peti quando pars existimat se grauiter læsam.*
Reductio est quædam species appellationis.
14 *Arbitrium boni viri est arbitrium iudicis.*
15 *Arbitrator rem vnius partis auferre potest, & concedere alteri parti.*
16 *Arbitrator debet pronunciare secundùm æquitatem.*
17 *Abbates possunt esse arbitratores & arbitri & etiam monachi de licentia sui Abbatis, & sine licentia si habeant administrationem.*
18 *Arbitratores nihil habent commune in actibus iudicialibus.*
19 *Differentia inter arbitrum & arbitratorem, principaliter consistit penes finem sententiandi.*
20 *Compromittens in aliquem, videtur compromittere tamquàm in arbitrum.*
21 *In dubio quis videtur velle facere actum validum iure communi ordinario, non autem speciali, vel extraordinario.*
92 *Arbitrator non obseruat iuris solennitates, quo ad strepitum.*
23 *Non omnibus est permissum compromittere, quia quibus est prohibitum alienare est prohibitum compromittere.*
24 *Compromissum est transactio.*
25 *Arbitramenta sunt redacta instar transactionum.*
26 *Non præsumitur pro sententia arbitratoris, a qua pendet reclamatio.*
27 *Iudex cui data est in pęnalibus potestas arbitrandi non potest arbitrari de pœna mortis.*

1 ARBITRI. † sunt similes a iudicib
a ff. eod. l. 1. 2. q. 6. c. a iudicibus.

¶Dicto ergo de iudicibus sequitur videre de arbitris.

¶Vel dic cum iudicia nōnulles moras habeāt. ff. vt leg. no. cau. l. etiam. 1. Respon. Et metu iudiciorum ad arbitros recurritur ideo ante titu. de iudi. præmittit de arbi.

2 ¶Et dic ꝙ † arbiter est nomen æquiuocum, b aliquando enim accipitur pro iudice delegato, vt ff. qui satisd. cogan. ab arbitris. & l. sequen.

Aliquando

Aliquando accipitur pro arbitro sumpto in causa suspitionis, & ab istis appellatur. s. hoc lib. de offi. delega. ab arbitris.

¶ Aliquando accipitur pro reuelatore consiliorum, vnde Salustius, procul arbitris omnibus remotis.

¶ Aliquando accipitur arbiter in quem ex mera volūtate contractantium est conuentum [c] sic accipitur hic. & ff. & C. eo. titu. l. 1. & a tali non appellatur. C. eo. l. 1. cuius 3 † sententia siue æqua siue iniqua est tenenda, & sibi imputet qui compromisit. ff. eo. l. diem. §. stari. & 2. q. 7. arbitrarij, & coram tali arbitro non potest fieri reconuentio, nec de maioribus causis potest arbiter assumi. s. eo. cum dilectus. s. de in integ. resti. causa, in fi.

¶ Et dictus est arbiter ab arbitrando, & arbitrari est æstimare, nam arbiter estimat inter partes, & dicitur arbiter quasi arcens bis iter, nam iter bilis, hoc est iræ quæ habetur ex anfractibus iudiciorum, per arbitros arctatur.

4 ¶ Et notandū q̄ arbitrorum † duo sunt genera ff. pro socio. l. si societatem. §. arbitrorū vnde nullus est arbiter cuius dictum non redigitur ad arbitrium [d] boni viri. vt. d. §. stari, alter cuius dictum redigitur ad arbitrium boni viri. arg. s. de iureiur. Quintaualis. & c. veniens. ff. de oper. liber. si libertus. Ita & in primo genere arbitrorum si cōpromittatur in duos, & de tertio assumendo in certo sit compromissum, non tenet vt. ff. eo. item si vnus. §. si in duos.

¶ Et dato q̄ ex clausula indeterminata assumatur tertius, non valet, vt. d. §. & s. eo. innotuit.

¶ Et est ratio, quia hæc forma est a iure reprobata, & ob hoc materiæ vniri non potest, hoc est quæstioni decidendæ. Et forma † secundùm Philoso. est indiuisibilis, & hoc habetur in hac materia. ff. eo. tit. parui. in fi.

¶ Et arbitria ad instar iudiciorum sunt reducta. ff. eod. titu. l. 1.

¶ Et sicut iudicium est actus qui vult rectè nunciari. C. qui dar. tuto. vel cura. po. l. vniuersis, ergo & arbitriū. vnde vbi partes sibi nō prouident de tertio quoquomodo, ius partibus prouidet. ff. eo. item si vnus. §. principaliter.

¶ Sed vbi † partes sibi malè prouident vt. d. §. si inter duos, ius partibus non prouidet & factum illegitimum cassat.

6 ¶ Sed in secundo arbitrio dico secus, nec mirum, quia iste secundus laxiorem habet potestatem, quę reduci potest ad arbitrium boni viri, & est casus. s. eo. cum a nobis.

e ¶ Et iste propriè dicitur arbitrator [e] qd in dubio. ff. de iudi. l. 1. in suo simili notatur. Et no. Inno. in d. c. Quintauallis.

ADDITIONES PROBI.

a 1 SIMILES iudicibus. Habeo tamē quòd † licet confessio facta in iudicio sine causa valeat. Bar. & Doc. in l. 1. ff. de inter. actio gl. & Doct. in c. fi. s. de confes. tamen confessio facta coram arbitrio, nō dicitur facta in iudicio. not. Pter. & Cyn. in lib. C. de confes. in l. 1. C. isto titu. tradit & sequitur Alex. consi. 19. nu. 9. in his quæ in themate. vol. 4. vbi subdit, quòd licet quandoquè † sententia arbitri (puta emologata pariat actionem, sicut sententia iudicis. l. cum antea. C. isto titu. tamen in cōfessione sola facta coram arbitro non reperitur aliquid immutatum, quòd latè ibi comprobat.

¶ Et quod præsumatur pro laudo quod ritè & rectè latum est, probat Deci. cousi. 587. in prin. coram magnificis.

¶ Quod si quæras, An confessio facta coram arbitris faciat fidem, coram iudice. Dic q̄ sic per. l. pen. C. hoc tit. Panor. Io. And. & Ant. in c. p̄sentrata. s. de testi. id firmant, vbi Io. de Imo. dicit, q̄ valet vt iudicialis. Notant Neapo. deci. 178. nu. 10. in causa filiorum.

b Aequiuocum. In simili dicit ipse Io. Mo. de ver. possessio, in c. si tibi de præben. & de ver. publice Calca. in cō si. 79. nu. 30. casus. d Catalanus.

3 c ¶ Est conuentum. Et dicitur tunc quòd † arbitramentum magis accomodatur naturæ contractuum quàm iudiciorum Alexan. consi. 135. in fin. Antonius. vol. 6.

¶ Et compromissum dicitur esse transactio. no. in Authen. vt disse. iudi. in prin. Alex. consi. 40. nu. 10. circa primum vol. 5. & dic transactio in arbitrium boni viri eius arbitrio moderanda ideo dicit Calca. in cons. 79. in prin. spectabilis quando minor compromittit requiritur decretum tempore compromissi. Bald. in l. j. per glo. ibi. C. si aduersus transactio. & ibi Bar. latius dico in sequentibus.

4 ¶ Et dic † compromissum fieri non posse super re decisa per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam. Bar. in l. post rem per illum tex. & ibi clarius Bal. ff. de transa. idem Bar. & Bal. in l. eleganter in prin. ff. de condi. indeb. & Bal. in l. si diuersa. C. de trāsac. quod placet Alex. in cōsi. 94. nu. 4. in causa. vol. 2. vbi subdit id verum nisi expresse per eum, qui obtinuit sententiam renunciatum esset sententiæ, facit. l. fi. C. de noua. l. 4. §. si ex conuentione cū ibi not. ff. de re iudi. no. in c. exposita. s. isto titu. præmissa firmat idem Alexand. in consi. sequen. ibi tamen adducit. glo. repu. sing. in l. si diuersa. C. de transac. quæ vult cōsensum partium in hoc nihil operari.

5 ¶ Ad arbitrium boni viri. † Illud importat verbum discrete, non autem liberam potestatem not. Alex. in cōsi. 33. nu. 4. viso themate: vol. j. vbi idem dicit de hoc verbo iudicio. l. Tais. §. Lucius in verbo, arbitrium. ff. de fidei com. liber. secundum verum intellectum quem posuit. Bar. in extrauaganti. ad reprimendam, in verbo videbatur & Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in cap. j. s. de constitu. probatur in cap. illud in verbo iudicium. s. de cler. excommunica. ministran. & c. inter corporalia ante finem. supra de transla. præla.

¶ Et vbicunque committitur aliquid alicui per verba importantia arbitrium boni viri, tunc debet seruare omnes regulas iuris communis. ar. l. j. ff. isto. tit.

¶ Et sic sententiare secundum quod est petitum & nō vltra cōmissum, alias esset nullum, quia omnis potestas arbitrorum vel arbitratorum a tenore commissionis & compromissi dependet, cum arbitri vel arbitratores tantam potestatem habeant, quātam sibi partes & non plus dant. l. non distinguemus. §. de officio: & l. si cum dies. §. plenum. ff. eo. tit. c. cum dilectus. s. eo. tit. not. Ias. in cons. 62. inter cæteras. vol. 3.

¶ Hinc est quòd si relinquatur executio per verba denotantia boni viri arbitrium alicui certè non poterit eligere indignum, & si eligat, talis electio erit nulla, & habet pro non facta. Secus si ad liberam voluntatem. Calca. consi. 8. nu. 30. in causa quem vide cons. 51. col. 3. Item sententiare super rebus dubijs & non decisis. Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. vbi ait quòd si datur potestas vel arbitrium alicui, illud intelligitur ī dubijs indecisis, non autem decisis, & sic non poterit vltra quàm lex decidat. ar. l. fi. C. de insti. & substi. sub conditio. fac. facit. l. tutor. & l. quamquam. de ritu nup. ff. not. Calca. cons. 50. col. 3. Reuerendissimus.

¶ Et in proposito vnum subdit Dec. in consi. 587. nu. 11. coram, quòd per nullam cautelam verborum appositorum in compromisso potest fieri quominus reductio petatur, data magna iniquitate, quia de ea non cogitauerunt contrahentes. Angel. consi. 305. Statuto. & ita practicant aduocati inquit Bald. in l. vnus. §. illud. ff. de pact.

6 ¶ Et pro habenda reductione ad arbitrium boni uiri, debet † adiri iudex laudum pronunciantis, nō partium, quia boni uiri arbitrium habet se instar appellationis. d. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. hoc. tit.

¶ Sed cum appellatur a sententia iudicis, recurritur ad superiorem iudicantis. l. præcipimus. C. de appel. & sic nō respiciuntur in hoc personæ litigātes, sed persona a quo, not. Rom. consi. 365. in casu proposito. Neapol. decis. 51. Item fuit dubitatum.

7 Præterea si quæras an † petitioni reductionis, pacto renunciari possit. Io. de Anania. cōsi. 50. in q. Eustachij, mouet hoc dubium citando plures scribentes, & tādem dicit q̄ communis dactrina uidetur esse, q̄ ubi interuenit iuramentum, nec apparet dolus sordes uel gratia arbitratoris, nec est læsio enormissima siue maxima, dato q̄ fuerit parua, uel mangna, enormis, uel enormior, tunc peti non potest & ualet renunciatio, & ita uidetur intelligenda doctrina, quam ipse de Anania citat ibi in prin q̄ † ap 8 pellationi futurę interponendæ potest quis renunciare, nec

nec auditur volens postea appellare, pet ea quæ habentur in l.1.§.si quis ante.ff.a quibus appellare nō licet.& in l.fi.§.fi.C.de temp.appel.& per Bart.in l.tale pactū.§.qui prouocauit.ff.de pact.iuuat quod dicit Ang.in d.cō.305. vbi subdit non posse peti reduc. quando laudum est approbatum per partem, vt quia soluit id ad quod est condemnata. Et etiam quando partes dederunt arbitro potestatem auferendi de iure vnius, & alteri cōcedendi in magna quantitate; quia tunc nō infertur iniuria, aut dolus, ideo est seclusa via hæc.

¶Et pro ipso intento vide eundem Io.de Ana.cōs.80. visis & intellectis. Et Bertran.consi.8.in fi.etiam si sententia, par.1.vbi dicit ꝙ quemadmodum † promissio de standolaudo, & ordinationi arbitrorum simpliciter facta, habet in se tacitam cōditionem, si ęquè fuerit arbitratū. l.si libertus.ff.de oper.liber.c.veniens.& c.Quintauallis.s. de iureiur.Firmat idem Bertran.in cōsi.235.num.6.adeo plenè.eadem par.1.facit quod not Io.Mo.in c.nō solum. de regul.& Alex.in cōsi.32.opportune. vol.2.& d.meus de Ripa.1.lib.interpreta.de cōsti.col.fi.idem Alex.in cōsi.218.col.2.visis.volu.2. Bertran.Hymber.in Clem.sæpe. de verb.signific. Ita etiam habet renunciatio recursus ad arbitrium boni viri, tacitam conditionem, scilicet nisi renuncians immoderate læsus extiterit.arg.l.quæro.§.inter locatorem.ff.loca.

9

Præterea dic ꝙ secundùm Bertran.cōsil.268.num.5. ponitur in facto.par.2.non † est recurrendum cum apparet de clara voluntate & dispositione testatoris. Ratio quia vbi est gl.hominis, cessat gl.legis.ideo dicit Alexan. cōsi.52.num.31.circa hanc.vol.4.ꝙ vbi est manifestissimus sensus testatoris, nusquàm interpretatio verborum est facienda, sic interpretatio cadit super dubio, & actus actiuorum sunt in patiente benè disposito. Io.Mo.in c. Romana.& ibi dico.de sent.excom.ſ.

10

Item ad arbitrium boni viri reductio †(secundùm cōmunem opinionem nostrorum. in c.Quintauallis.s.de iureiur.) potest peti, spacio xxx. annorum durante. quod firmat Bald.in l.fi.C.de cōtrahen.empt.Idem Bal.& Ang. in l.sicut.C.de præscrip.xxx.annorum. sequitur Alexā.in cōsi.183.col.2.in causa & lite vertente inter Franciscū. volu.6. Et sic hoc ius petendi dicitur personale.Angel.in d.consil.305.

11

Et talis bonus vir aditus, succedit loco iudicis appellationis.dicit Petr.de Ancha.consil.35. apud intelligentes. vide si cupis, quæ de ipsa reductione latè tradit Anto.de Butr.cōsi.24.qō hæc.addendo ꝙ hęc clausula ad arbitriū boni viri habet locum etiam si dictum fuerit ꝙ arbitraretur secundùm suam cōscientiam, per ea quæ latè tradit Io.de Ana.& ibi Bolog.in addi. consil.34. visis & diligenter.

12 Præterea dic ꝙ reductione † pendente sententia non exequitur, nec aliquid innouatur, sicut in appellatione dicitur, quia assimilatur huic.not. Pet.de Ancha.cōs.85. col.fi.Ex theoricis. ad idem Lud.Bolog.in additio. ad cōsi.Io de Ana.d.cōsi.50.in quæstione Eustachij.

¶Et de causa reductionis ad arbitrium boni viri, vide Alex.cōsi.66.num.3.visis dubitationibus.vol.5.

Cui autem incumbat onus probādi in causa reductionis vide Car.consi.139.factum.

13 Item reductio † potest peti, quando pars existimat se grauiter læsam.not.plenè Soc.cōsi.220.col.3.versi.circa secundam, visis cōpromisso.& ibi ponit ſ.quod tempus possit peti reductio, quam dicit fore quandam speciem appellationis.d.l.nō distinguemus.§.cum quidam.ff.hoc tit.quod ita ibi.col.fi.latius cōprobat, prout Calca.cōs.fi. vbi discutit coram quo iudice debeat peti reductio, si cōpromissum fuerit inter clericum & laicum.

Vide quæ latè tradit Alexan.cōsi.139.viso puncto.vol. 7.& Dec.cōs.587.in fi.coram. vbi quærit.ſ.quod tempus petatur reductio huiusmodi.Neap.decis.132.

14 Postremò dic ꝙ arbitrium † boni viri nō est arbitriū iudicis.l.cōtinuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.l.vir bonus. ff.iudi.solu.in ꝓposita.& ibi not.ff.ꝓ soc.Alex.cōs.2.in fi. vol.1.

15 Arbitrator. † Qui de iure rem vnius partis auferre potest, & cōcedere alteri parti. gl.in l.si de meis.§.recepisse. & in l sed & si seruum.§.si quis iudex. ff.hoc tit.Bar.in l.si societatem.§.arbitrorum.ff.pro soc.Inno.Pan.& alij in c. Quintauallis.s.de iureiur.Calca.in cōsi.1.col.30.& Socin. cōsi.220.col.1.visis compromisso, vbi subdit, id verum, dummodò nō extendat manus ad res comprehensas in cōpromisso. Barto.in l.cum Aquiliana.ff.de transact. vbi vult ꝙ si est cōtentio inter me & te, de quodam fundo, & compromisimus in aliquem & dedimus ei plenam potestatem arbitrādi, (dummodò etiam enormiter nō lędat. Calca.in d.cōsi.1.col.30.) nō tamen poterit arbitrator cogere alteram partem, vt det alteri aliquam aliam rem, de qua nō erat cōtētio.ar.§.de officio.in l.nō distinguemus. ff.isto tit.quia tunc plus debito arbitratur.quo in casu dicitur in dolo, & sic enormiter lędit, vt probat Ias.in cōsi. 133.col.8.præsupponitur.vol.4.

Sicut etiam in simili iudex in iudicio communi diuidundo, nō potest ratione rei communis ponere manum in aliam rem non communem, vt l.arbor.§.de vestibulo. ff.cōi diuidun.quam opi.Bar.sequitur.ibi Bal.& Ang.in l. de his.ff.de transact.dicens ita obtinuisse de facto.ꝓsequitur Ant.in c.nisi essent.s.de præbē.& in d.c.Quintauallis. vbi Panor.& alij.vide Alexā.cōsi.113.num.14.perspectis his.vol.6.vbi dicit ꝙ † arbitrator debet pronunciare nō secundùm ius, sed secundùm ęquitatem, idest ꝙ cōpositioni & transactioni conueniat. & istud est de natura arbitrorum, ꝙ non teneatur pronunciare secundùm ius.

16

Et istud est ita verum, adeo ꝙ si fuerit cōpromissum in arbitratorem, cum hoc, ꝙ deberet pronunciare secundùm ius, quod illud pactum reddit compromissum nullum, quia est appositum contra naturam & substantiam actus secundùm Ioan.de Lignia.quem alleg.& sequitur Imo.in d.c.Quintauallis.s.in q. Quid autem si est compromissum tamquàm in arbitratorem. Et finaliter dicit ꝙ dicitur esse contra substantiam actus, quando cogeretur pronunciare de iure, cum substantia actus sit vt possit prætermittere ius positiuum, & possit contra ius pronunciare. ideo dicunt Docto. tale pactum esse nullum per l.cum precario.ff.de preca.& per l.propter seruum.§. 1.ff.de vsu.& habita.

Et in hoc differt a iudice. Io.de Imo.in d.c.Quintauallis.in quarta differentia, qui iudicare habet secundùm iustitiam.i.secundùm ius.c.ius dictum.s.de verb.significa. Nam iudex semper debet habere æquitatē ante oculos. l.quod si ephesi.ff.de eo quod cer.loco.

Hinc idem Alex.consi.135.post princi.versic.accedit. Anto.vol.eo.dicit (contra tamen præmissa) post Bald.in l.si super possessione.C.de transac.arg.illius legis ꝙ arbitrator potest apponere conditiones & modos cōgruos & adiacentes: vnde si super fundo vertebatur lis, de qua factum est compromissum in arbitratorem, qui condēnauit possessorem ad restituendum actori fundum, hoc addito ꝙ actor.x.daret possessori, valebit sententia, licet de x.nulla in compromisso facta fuerit mentio, ita dicit. Specul.in titu.de arbi.§.excipitur.ver. Sed pone ꝙ litigātes.vide quæ de arbitratore tradit Pet.de Anch.cōsi.269. pro declaratione. Et consi.fi.col.4. Vbi dicit † ꝙ nedum arbitri esse possunt Abbates, sed etiam arbitratores, quia non sunt simplices monachi, sed prælati in dignitate positi, igitur multò magis monachi facti Episcopi. Bal.Pet. Cyn.& Guil.in l.si qui ex consensu.C.de epis.& cler.Bertran.cōsi.5.in fi.in compromisso.par.1.

17

De fratre minore vide Dec.in cōsi.494.quod s.& cōsi. 499.in causa quæ Parmiani.

Et etiam simplex monachus de licētia sui Abbatis potest esse arbitrator, & amicabilis compositor. Alex.in cōsi.80.col.1.visis themate.vol.5. etiam sine licentia si haberet administrationem, seu prioratum extra monasterium, quia videtur quasi manumissus.

De iudice autem an possit esse arbitrator, vide Calc.in consi.75.nu.63.in causa communis.

Item habes ad vnum attendere in iure nostro, quòd vbicunquè iura faciunt mentionem de arbitratore, semper loquuntur super contractibus, putà societatis locationis, emptionis, & similium, vt patet rectè intuenti, quasi velint quòd † nihil habeant commune cum actibus iudicialibus.

18

Et licet quandoque reperiatur assumptus esse super lite: iuxta no.in l.si de meis.§.recepisse.ff.hoc titu.& l.1.§. & post operis.ff.de no.oper.nuncia.tamen dicitur assumptus super contractu transactionis, vt declarat Bar.in l.si societatem.

societatem.§.arbitrorum.ff.pro socio.ista sunt verba Io. de Ana.consi.16.colū.1.viso puncto & his quæ abunde. Dicit enim Alex.cōsi.22.nu.10.viso titu.quæstionis,vol. 19 5.ꝙ differentia † inter arbitrum & arbitratorem, principaliter cōsistit penes finem sententiandi, quia arbiter habet iudicare de iure sicut iudex.l.fi.ff.hoc tit.Secus in arbitratore.l.si de meis.§.recepisse.ff.eo.tit.cum ibi no.& in Auth.vt differ.iudi.§.1.

20 ¶Item vbi† aliquis compromittit in aliquem,videtur compromittere, vt in arbitrum,non vt in arbitratorem, quia coram arbitro proceditur ordinarie , sicut coram iudice, non autem coram arbitratore.l.1.C.isto tit.& l.rē non nouam.C.de iudi.l.pen.C.isto tit.& ibi Bal.vlt.col.

¶Et quod videatur in dubio factum esse compromissum,vt in arbitrum.no.Specu.§.fi.isto tit.& clarius Ioan. Imo.in l.1.§.& post operis.ff.de no.oper. nuncia.tradit Alex.cōsi.55.nu.9.quoniam causa.vol.5.vbi subdit.nu.7. 21 quòd in dubio † videtur quis velle facere actum validū iure communi ordinorio, non autem speciali vel extraordinario.l.quàmquàm.C.de testa.mili.

¶Et sic,si quis potest procedere vt ordinarius & delegatus,præsumitur in dubio vti potestate ordinaria,prout in simili dicitur, ꝙ vbicunquè quis potest facere actum legitimè nomine suo & nomine communi, videtur facere & negotiari nomine suo tantum, & nō communi, vt est bonus tex.in l.Titium & Meuium.§.præfectus ff.de admi.tutor.etiam si gerens fuisset tutor pupilli & cū pecunijs pupilli negociatus esset,quia non videbatur gessisse nomine suo & pupilli, sed suo nomine tantum, quod fortius est vt ꝓbatur in d.§.præfectus. benè facit.l.& magis.ff.de solu.quod placet Alex.consi.132.col.3.perlectis. vol.5.& cōsi.134.in prin.circa ea de quibus eo.vol.& cōsi. 137.discussis eo.vol.5.

22 ¶Item † coram arbitratore nō porrigitur libellus,nec procedit vt iudex in aliquo de necessitate,nec oportet vt iudicando sedeat pro tribunali, & valet eius sententia etiam lata die feriata in honorem Dei, sicut transactio. C.de fer.l.fi.& ibi per Iacob.Butr.& Bal.qui plenius no. in l.1.C.hoc tit.tradit Card.consi.29.nu.23.punctus quęstionis, quem vide in consi.139.factum.vbi latè discutit de dolo arbitratoris, & Alex.in consi.5.col.fi.volu.1.vbi etiam discutit. An habens potestatem arbitrandi possit arbitrari vltra ius commune & consuetudinem. Quodq; an arbitrator possit ferre laudum partibus non citatis,vide latissimè per Raph.Cuma.consi.7.

23 ¶Et dic † non omnibus fore permissum compromittere, quia his quibus est prohibitum alienare, prohibitū est compromittere,quod latè Deci.comprobat cōsi.445. nu.24.in casu.Tangit idem in consi.479.nu.4.in controuersia,& consi.502.col.1.Ex duobus. pone instantiam in prælato, quia prælatus & tanto minus ecclesiæ procurator non possunt compromittere super rebus ecclesiæ inconsulto ipso superiore.c.veniens & c.de cętero & vtrobiq; not.Doct.s.de transac.& etiam in c.contingit eo.tit. vbi pręlatus in talibus rebus ecclesię,quę sine auctoritate possunt alienari, non possunt transigere, ergo nec pari 24 ratione compromittere,quia † compromissum est transactio,in Auth.vt differ.iudi.in prin.& ibi not.& in Auth. Si vero contigerit.C.de iudi.& plenè in d.c.Quintauallis. Bald.in l.1.C.si aduer.transac.vbi dicit ꝙ sicut tutor, vel prælatus, non possunt transigere nec alienare sine decreto superioris,ita nec compromissum in arbitratorem facere, quia compromissum in arbitratorem dicitur transactio. no.Alex.in consi.82 in fi.in causa vol.1.firmat idē Alex.in consi.62.in fi.visa facti.vol.2.Et sic si de facto laudum est latum, & sic nullum non potest nec tacitè nec expresse emologari nec ratificari, quia nō potest emologari laudum,super quo non procedit compromissum.c. examinata.s.de cōfirm.vtil.quia nō ꝓcedit notio vbi nō procedit sententia,nequè valet auctoritate partium ordine prætermisso. l.prolatam.C.de senten.& interlo.om. iud.Bal.in §.finiæ.in tit.de pace cōstan.Calc.cōsi.1.col.28.

¶Vnum tamen in proposito dic ꝙ licet in laicum (vbi de causa spirituali agitur) non possit de iure compromitti.c.contingit.s.isto titu.tamen illud procedit in arbitro 25 non in arbitratore, quia arbitramenta † sunt redacta instar transactionū.no.Doct.in d.c.Quintauallis.quod placet Alex.in cōsi.91.nu.4.visis actis.vol.2.& cōsi.40.nu.10. circa primum.vol.5.quem vide cōsi.119.col.1.& sequen. eo.vol.2.quæritur ergo, cuius dictum etiam non tradas obliuioni.& quod tradit in proposito thematis in consi. 26 124.col.pen.in causa.eo.vol.quòd † non præsumitur pro sententia arbitratoris, a qua pendet reclamatio, quod cōprobat vt videre licet, & Deci.in alio casu fallentiali. consi.475.nu.13.in causa.

¶Et si cupis videre aliqualem differentiam inter iudicem arbitrum, & arbitratorem,attende ad Alex.in cōsi. 13.nu.6.ex his vol.1.

¶Et ad id quod.s.proximè diximus de prælato,vt non possit transigere, intellige sanè secundū quod tradit Deci. in consi.474.viso instrumento.videlicet qn̄ ius est valde dubium & incertum.quod optimè cōprobat,& cōsi.564. in causa magnificorū comitum,& cōsi.587.nu.8.coram.

¶Item si prohibeatur prelato alienare,ita videtur prohibitum alienationi consentire, per ea quæ tradit idem Deci.in cōsi.543.nu.2.in casu proposito. vbi idem subdit fore a contrario,quando eadem est ratio, alias secus Bal. in l.fi.col.2.versi.collige ergo.C.de pac.

¶Et quando datur in solutū. Vide quæ latissimè tradit Deci.cōsi.586.in causa quæ Mantuę,& cōsi.sequen.nu.5.

27 ¶Item postremò iudex † cui data est in pęnalibus potestas arbitrandi, non potest arbitrari de pęna mortis, vt comprobat Alex.in consi.111.nu.4.& sequen.ponderatis verbis.vol.1.pro quo vide eundem Alex.in cōsi.104.col. 1.statutum loquens.eo.vol.& Neapol.deci.276.nu.6.Serenissimus Rex.allegant glo.in c.inquisitionis de accu.& Ant.de But.in c.de causis.s.de offi.deleg.Bal.in l.quicunquè.C.de seruis fugiti.

Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Si ex tribus arbitris, te duo in decem, &c.

SI ex tribus. Hac decretali obuiatur opinioni fraudulentę, quæ habebat argumētum.ff.eo.tit.diem.§.si plures.

¶Et est ratio huius decretalis, vbi duo arbitri omnino essent cōcordes in vnam sententiam,& tertius omnino aduersus, a valeret [a] duorum sententia.vt.d.§.si plures. & ff.de re iudi.duo ex tribus, ergo multò magis, vbi tertius (in alib quo [b] saltem) concordat, secus vt hic, vbi tres in summa discordant.ff.de re iudi.inter pares in fi.

ADDITIONES PROBI.

a VALERET. Adde Ioan.Imo.in cōsi.130.

¶In aliquo. Vide Io.de Ana.& ibi Ludo. Bolog.cōsi.77.visis & consideratis.

b ¶Et adde ꝙ hic per scribentes tractatur, quòd in maiori summa minor inest. quæ regula secundum Neapol.nō procedit in contractu facto ex causa onerosa.deci.72.Nardus: vbi dicunt,ꝙ si vnus testis deponit ꝙ res fuit vendita, vel concessa pro.10.alius dicit, ꝙ fuit pro.15.sunt singulares & non probant,quia agitur de probando certum actum,& nō agitur de probando aliquid in vniuersali, vel aliquid in genere.istud idem Neapol.reassumpserunt deci.240. nu.3.in causa,& ibi videbis pro parte contra.& deci.362. fuit maximè.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Vt qōnibus (quæ plerunq; ꝑ arbitrorū volūtariā &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudices maiori maturitate creantur quàm arbitri.*

In iudicibus attenditur rigor, qui non habent esse clementiores lege.

2 *Duo iudices ex tribus commißum non poßunt expedire, secus in arbitris.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

A sententia arbitrorum appellatur.

Clausula, vos vel duo, in quibus literis describatur.

Vt

VT QVAESTIONIBVS. Hæc decretalis immutat de iure ciuili aliquid, vt lites facilius finiantur. ff. eod. si in tres alias sub lege. Item si vnus, simile. s. hoc lib. de offi. ordi. litigantes.

¶Et hæc decretalis tres arbitros reducit ad tres iudices cum clausula, quod si non.

Et quod hic dicitur sumitur ex doctrina. gl. s. de offic. delega. cum causa.

Et hæc decretalis habet tria dicta. Primò, ad dicenda procemium ponit. Secundò, vers. [statuimus] ius nouum statuit. Tertiò, vers. [circa] respondet tacitæ quæstioni [celerius] quod habent desiderare iudices. ff. si cer. pet. l. quidam. s. de dolo & contuma. finem [videatur] vt

a d. l. si in tres [repleta][a] hæc verba sumuntur. C. de iud. properandum. §. cum autem hæremo. [imitari.)

¶Sed quæ est ratio? Dic quod arbitri a partibus eliguntur, & ius quod est minus datum a partibus supplet, vt & alias. ff. eod. Item si vnus. §. principaliter. quæ ratio non habet

1 locum in iudicibus † qui maiori maturitate creantur, & ideo ius ita non habet curare, supple in eo quod præsumitur factum firmius.

¶Item in iudicibus attenditur rigor, cum iudices non debeant esse clementiores lege. Authent. de iudi. §. oportet. col. 6.

2 ¶Et de iuris rigore. factum † tribus iudicibus commissum, duo non possunt expedire, vt ff. de re iudic. duo ex

b tribus. Secus in arbitris, [b] qui prout visum est eis pronun-

c ciant. [c]

Dic ergo nihil esse immutatum in iudicibus. Nam aut sunt ordinarij, aut delegati. Si ordinarij, quilibet procedere potest. ff. de offi. consulis. l. 1. si delegati, aut simpliciter. Et tunc vnus non potest sine altero. ff. de re iudic. duo ex tribus, aut non simpliciter & hoc dupliciter. Aut

d cum clausula [d] vos, vel duo, aut vnus vestrum, & tunc quilibet potest occupare. s. hoc lib. de offi. deleg. cum plures. 1. Respon. Nec mirum, qnia hoc casu duo ordinarij & delegati æquiparantur. no. ff. de re iudi. Pomponius. alias incipit si vni.

¶Aut est clausula, quòd non omnes &c. Et tunc tene. s. de offic. delega. prudentiam. § adijcimus. & c. causam matrimonij.

ADDITIONES PROBI.

a REPLETA. Pro hoc vide Alexã. consi. 22. viso processu. vol. 2.

b ¶Secus in arbitris. Istud limitandum venit, nisi actum foret in cõpromisso, quod concorditer pronunciarent, quia verba debent aliquid operari. l. si quando. in princi. de lega. 1. l. 1. in fi. ff. ad municip. l. si stipulatus. in prin. ff. de vsur. hãc sentẽtiam sequitur hic gl. in ver. pro præsente. tex. in c. fi. j. de testa. hoc lib.

¶Istud latius vide comprobatum per Alex. in cõs. 124. col. 1. in causa. vol. 2. vbi latè videbis de hoc ver. concorditer, de quo diximus. s. de elect. in c. vbi periculum. num. 10. in ver. concorditer.

1 ¶Pronuncient. An † a tali pronunciatione liceat de iure appellare, tractant Doct. in c. ab arbitris. s. de offi. deleg. hoc lib. vbi dixi: quibus adde gl. Prag. in tit. de causis, in ver. iudice. in §. statuit autem. vbi subdit. quod de consuetudine regni Franciæ in patria consuetudinaria, in foro seculari appellatur a sententia arbitrorum, & si malè fuerint arbitrati, emendant: tamen pro hac pronunciatione præsumitur, prout latè comprobat Dec. consil. 491. circa fi. in casu proposito. dummodò fuerit facta partibus citatis, alias est nulla, vt probat Ias. in cõsi. 48. col. 2. totus. vol. 3. Et quod possit appellari, intellige nisi modica esset læsio, quia propter modicam læsionem non potest appellari, vel de sententia conqueri, per ea quæ habentur in l. si de mea. §. recepisse. ff. isto titu. quia possunt lædere arbitri in modica quantitate, vt latè comprobat Calca. in consi. 1. col. 3. quod fit maximè pro bono pacis, ratione cuius multa fiunt, quæ alias non fierent, vt ibi latè probat ipse Calcan.

¶De iure autem communi coram quo proponi possit nullitas laudi. vide Ioan. Imo. in consil. 130. vbi dicit quod coram iudice ordinario.

d Clausula, vos vel duo. Hæc clausula solum ponitur in literis gratiæ. Clausula verò, quod si non omnes, in literis iustitiæ, habeo tamen quòd de stilo cancellariæ Romanæ in rescriptis sub forma humilibus confectis, clausula ipsa, vos vel duo &c. ponitur, & hac de causa plus taxatur, eo etiam quia habet aliquid gratiæ. testatut Prouincialis car. mihi. 22. & 29. in impres. Romæ. 1514.

¶Postremò dic quod si sint duo arbitri qui pronunciauerunt & vnus erat tempore pronunciationis laudi excommunicatus, seruus, aut alias a iure damnatus quo ad actus ciuiles, quod laudum erit nullum, ponit exemplum de seruo cum libero. tex. in l. si in seruum. §. si iudex. ff. isto titu. pro quo vide Ang. in l. consensisse. ff. de iudic. & in l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. qui ita tenuit in repeti. l. falsus. in vlt. q. C. de fur. hinc dicimus quod sententia lata per incompetentes cum iudicibus competẽtibus sociatos, sentẽtia est nulla ratione defectus iurisdictionis, quod enim potuerunt competẽtes sine incompetentibus noluerũt: & quod voluerunt non potuerunt. c. cum super. de offic. delega. s. vbi si in electione facta per collegium interuenerit aliquis excommunicatus, illa electio est nulla, ratione defectus iurisdictionis illius solius excommunicati, pro his accedat tex. in c. ex par. s. de conce. præben. vbi qui poterat procedere vno iure competente, si procedit prouidendo ex iure incompetente, non sustentatur prouisio ex iure competente. not. in l. 1. C. de fur. Pro his vide quæ tradit Calca. consil. 91. num. 4. in causa domini & in consi. 86. Statuto Brixiensi. vbi vnum subdit quod capaces & habiles, admittendo secum inhabiles & incapaces etiam ipsi efficiuntur inhabiles & incapaces. l. diuus Traianus. ff. de testa. mili. & l. non ignorat. C. qui accu. non possunt. no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam.

FINIT LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

¶De Iudicijs. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudicum eſt diligenter inquirere.*
2 *Iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum, iudicis, actoris & rei.*
Iudicium deriuari dicitur, vt hic.
3 *Primò eſt inquirenda perſona.*
Parum eſſet condere iura, niſi eſſent perſonæ, quæ ipſa redderent.
4 *Iudicium habet 15. ſignificationes.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Si proceſſus ſit nullus, per conſequens ex eo ſententia procedens eſt nulla.*
2 *Non intereſt non eße, vel eſſe inhabilem.*
3 *Maior eſt defectus circa inhabilitatem perſonæ, quàm in iure agẽdi.*
4 *Qui gerit officium eius cuius executio eſt ſibi interdicta, nihil agit.*
5 *Iudicium tres partes habet, principium, medium & finem.*
6 *Iudex dicitur potiſſima pars, ac Dux & Imperator iudicij.*
7 *Libellus de ſubſtantia requirit expreſſionem talis cauſæ, ex qua oriatur obligatio & actio.*
8 *Facta iudicum reputantur facta partium, idem de factis arbitrorum vt dicantur facta partium.*
9 *Primò de perſonis, quàm de iuris ratione quærendum eſt.*
10 *Sicut equus regitur per militem, tamquàm per auctorem, & frenũ, ita per executores & iudices ius ciuile.*
Eſſe iudex, & habere iuriſdictionem eſt honor, quem quis de facili non præſumitur abijcere.
11 *Apparitor dicitur curſor, vel nuncius curiæ, qui parat homines ad lites.*
12 *Sententia eſt ipſo iure nulla, ſi perempta inſtantia, feratur.*
13 *Satiſdatio expirat, inſtantia perempta.*
14 *Sententiam qua dicitur peremptam fore inſtantiam, an dicatur interlocutoria.*
15 *Appellatione deſerta non valet ſententia in fauorem appellantis lata.*
16 *Tempus inſtantiæ an poſſit partium conſenſu prorogari.*
17 *Per deſertionem appellationis prima ſententia tranſiuit in rem iudicatam.*
In dubio eſt pronunciandum appellationem non eße deſertam.
Minus præiudiciale debet ſemper attendi,
18 *Aliud eſt iudicium auctoritatis, aliud miniſterij, & aliud approbationis, ac aliud comparationis.*

HABITO Primo lib. de offic. iudicum † & quia ipſorum eſt diligenter inquirere. [a] de offic. ord. c. 1. 86. diſt. ſi quid verò. 30. q. v. iudicantem. & ſic p conſequens iudicare, ſubijcit de iudi. i. de iuris diſquiſitione, ſeu diſcuſſione. Nam cauſa eſt dum proponitur iudicium, dum diſcutitur iuſtitia, dum finitur. j. de verb. ſignific. c. forus. Et ſic iudicium † eſt actus legitimus trium [b] perſonarum, iudicis, actoris, & rei, & redditur in inuitum. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantem. §. 1. Sed contra. d. c. forus. §. in omni. Sed dic ꝙ teſtes nõ ſemper ſunt neceſſarij, ſed quando eſt factum negatum, vel aliæ probationes deſunt. vt d. §. in omni. & 4. q. 4. cap. 1. Et ex hoc ſoluitur quæſtio tentatiua, qua quæritur, quare magis dicatur iudicium a iudice, quàm ab actore, vel reo. Nam non a iudice, ſed a iuris diſquiſitione, ſeu diſcuſſione iudicum deriuatur.

c ¶Vel dic. ſi vis ſuſtinere primum ꝙ iudicium a iudice [c] dicitur ſicut a perſona principaliori. argu. C. de accuſatio. qui explicandi.

d ¶Vel [d] ſic continua, dicto prius de perſonis iudicum. 1. libi. ſequitur hic videre de factis [e] iudicum. i. de proceſſu iudiciario. Nam primò † eſt inquirenda, perſona. [f] ff. de iuriſd. om. iud. quidam referunt. Inſti. de iure natura. gen. & ciui. in fi. Et parum eſſet condere iura niſi [g] eſſent perſonæ, quæ iura redderẽt. ff. de orig. iur. l. 1. §. poſt originem. ſ. hoc lib. de electio. vbi §. præterea. j. hoc lib. de ſtatu regula. c. 1. §. & quoniam. vnde ſequitur de iudic. hoc eſt de proceſſibus iudiciarijs, de quibus hoc lib. tractatur, & enumerantur iſti proceſſus. j. de proba. quoniam ſic accipitur. C. de iudic. l. ſancimus. j. hoc lib. de except. c. pia. in princip. ſ. de reſcrip. nonnulli. ff. vt lega. no. cauea. etiam in princip.

4 ¶Et nota, † iudiciũ habet. 15. ſignificationes [h] contentas his verſibus. Actio, lis auctoritas, forus arbiter, vltima velle. Quomodo, diſcretio, ſententia, inſtantia, diſcuſſio poſſe, Pernicies, pœna proceſſus iudicialis [actio.] ff. de iudic. l. in tribus j. de procu. c. ex literis. [lis] ff. de pecul. quod debetur. ff. ad Trebel. l. 1. 2. reſpon. [auctoritas.] j. eo. decernimus. [forus] j. eo. quanto [arbiter] quanto [arbiter]. 2. q. 6. a iudicibus. & ff. qui ſatiſd. cogan. ab arbitro. ſ. hoc lib. de offic. delega. ab arbitris. Si enim arbiter eſt iudex, ergo arbitrium eſt iudicium [vltima velle.] C. de ſacroſanc. eccle. habeat. j. hoc lib. de ſepultur. licet in fi. [Quæſtio] C. de ordi. iudic. l. quæſtionum. 1. qui fil. ſint legiti. per venerabilem. §. non debet alias rationibus [diſcretio.] [i] ff. de iudic. cũ prætor j. de præben. graue [ſententia.] ſ. de offi. deleg. de cauſis. j. de appel. ſi duobus. circa fi. j. de preſcrip. c. fi. ff. de lega. 3. qui concubinã §. ſi hæres. & Eccleſiaſt. 18. c. ibi, ante iudicium iuſtitiã tibi [k] para [inſtantia.] [l] C. de iudi. properandum. §. 1. j. eo. venerabilis [diſcuſſio] vt hic. & C. & ff. eo tit. & j. de ver. ſigni. forus. in princ. [poſſe]. ff. de iudic. l. iudicium ſoluitur. i. poteſtas iudicandi [pernicies] [m] vnde Apoſt. 1. ad Cor. 11. ibi. Qui manducat & bibit indigne, corpus & ſanguinem Domini iudicium, ideſt, perniciem ſibi manducat & bibit. ſic exponitur 4. Senten. diſtin. 9. in fi [pœna] 3. cap. Matthæi. Qui occiderit, reus erit iudicio, ideſt pœna] ſicut 3. Ioan. qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in reſurrectionem iudicij, hoc eſt pœnæ æternæ [proceſſus iudicialis.] j. eod. c. 1. & hoc lib. de excep. c. pia. in prin.

n De diuiſione [n] autem iudiciorum & partibus eorundem in ſuis locis & titulis dicetur.

ADDITIONES PROBI.

a INQVIRERE. Petr. de Ancha. conſil. 208. in princi. iudex de iure dicit ꝙ iudex debet eſſe medius & vt quoddam animatum, iuſtum partis vtriuſque iura æquè perpendere, & quod medium & iuſtum fuerit iudicare. pro quo vide, quæ in ſimili citat Maria. Soci. conſi. 160. col. fi in præſenti.

b Trium perſonarum. Habilium dico, quia vna exiſtente inhabili, iudicium dicitur nullum, cum hæc copulatiuè requirantur, ad cuius copulatiuę veritatem requiritur vtrunq; verum iuribus vulgatis.

1 ¶Pone exemplum, † ſtylo, aut ſtatuto cauetur quod bannitus in iudicio non audiatur tamquam actor, modò accidit quod bannitus ille conuenit Titium in iudicio, in quo vſque ad ſententiam eſt proceſſum, quam pro ſe reportauit, modò Titius in executione dicit ſententiam ipſam fore nullam, quia deſcendit a proceſſu ipſo iure nullo, quæritur an ſit verum. Breuiter dic quod ſic, quia proceſſus eſt ipſo iure nullus, & ex conſequenti ſententia ab eo deſcendens per regulas vulgares. intentum comprobo per ea quæ in propoſito thematis citat Ioan. Andr. in addit. ad Specula. in titu. de ſententia. in §. 2 Iuxta propoſitionis ſeriem. col. 3. ꝙ non † intereſt nõ eſſe vel eſſe inhabilem. ff. ꝙ cuiuſque vniuerſita. l. 1. §. fi. Item eſt factum contra legem ſiue ſtatutum, vel ſtylum, & ſic irritum. l. non dubium. C. de legib.

¶Item quia hic deficit, qui fungatur vice actoris, & ſic iudicium non eſt perfectum. c. forus. ſ. de verbo. ſignifi. l. 2. circa prin. C. de iura. calum. l. vnica. C. de litis cont. Neapoli. deciſ. 85. diu eſt, igitur ſi talis non habuit executionem officij actoris, quod fecit viribus caret. l. qui furen. ff. de ſta. homi. l. nec mandante. §. 1. ff. de tutor. & cura. datis ab his. pro hoc alleg. Iaco. de Are. in quadam ſua quæſtione, quæ incipit, queſtio ſi ſententia lata eſt pro bannito actore, vbi in pœna prohibitiua iuriſdictionis, quod

ius

ius non redditur, quòd quis non audiatur, concludit ꝙ ipso iure intelligatur, & non valet iudicium si contra fiat, sequitur Imo. in l. 1. §. sublata. ff. ad Trebel. vbi Alex. dicit istam magis communem opinionem fore, ꝙ idem firmat consi. 37. nu. 2. viso. & opportunè discusso. volu. 2. Areti. consi. 85. num. 6. quod incipit considerata diligenter (quia vt dicit) deficit persona, in quo substantietur iudicium. Secus si non deficeret persona, sed quidam defectus, qui non personam sed causam respiceret, vel si adesset quædam deformitas in iudicio, quia tunc valet processus nisi opponatur, vt ibi latè concludit.

Intentum nostrum amplectitur. Bald. plerisq; in locis, videlicet in l. 1. col. fi. versic. quintò quæritur. C. de hæred. institu. & in l. scire oportet. §. consequens. per illum text. versic. iste. §. ff. de excusa. tutor. alleg. text. in l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. Idem Bald. in l. cum lege. per illum text. ff. de testa. & ibi Angel. post eum. & in l. cum prolatis. ff. de re iudica. idem Bald. in l. edicta. col. penult. C. de eden. & in titu. de pace constan. in versi. si nō admittemus. Alij Doct. possent pro intento adduci, sed hi sufficiunt.

¶Vnum tamen restat pro distinctione Areti. s̃. relata. 3 vt dicamus pro eius elucidatione, quia † maior est defectus circa inhabilitatem personæ, quàm in iure agendi. glo. est not. in l. 2. §. 1. ff. qui satisda. cogan. & ideo Imo. ambo. in d. § sublata. in princ. cōstituunt discrepantiam, an lex, vel statutum dicat actionem non competere, ꝓut Bar. ibi loquitur, & tunc valet processus pro parte non opponente, secus si persona inhabilitata sit, vt quando statutum, vel lex dicit ꝙ non audiatur, quia tunc ipso iure non valet processus. vt s̃. discussum est. firmat Petr. de Anch. consi. 271. col. fi. de titulis vbi disputat de bannito agere prohibito per statutum, quo obstante non habet 4 executionem officij actoris, & qui † gerit officium eius, cuius executio est sibi interdicta, nihil agit. ff. de tutor. & cura. tor. da. ab his. l. nec manifestè.

¶Ex quo infertur, quòd præmissa procedunt multò fortius, quando inhabilitas subest in iudice carente iurisdictionis exercitio, vt ibi comprobat idem Petr. de Anch.

¶Vltra prædicta adde etiam, quod iudicium dicitur 5 trium partium, seu tres † partes habet, scilicet principiū, medium, & finem: principium dicitur ipsa litis contestatio, medium vsq; ad cōclusionem in causa, finis post cōclusionem in causa vsque ad sententiam, vt probatur in authen. ad hæc. C. de iudi. Ita declarat Bar. in l. 2. vers. quęro quomodo ff. de furt. Et dic trium personarum, quando agitur iure actionis. not. Domi. in consi. 114. in princ. si procurator.

6 c A iudice dicitur. Ratio quia † iudex dicitur potissima pars iudicij Barba. in Clem. ad capessendas. col. 5. de seque stra. posse. & fruct. alleg. glo. in l. si procuratorem absentē. ff. de procur. firmat Bal. in rub. C. si a non compe. iudi. vbi subdit ꝙ dicitur Dux & Imperator iudicij, & dictum Io. Mon. hic sequitur Bald. in rub. s̃. eod. vbi do. meus nu. 50. alleg. l. quæritur. ff. de sta. homi. & quæ tradit Bar. in rub. ff. solu. matrimo. Et quod sit potissima pars iudicij habeo vnum. in argu. quia cum videt actorem actione carere ex officio, etiam si pars non opponat, potest agentem repellere. gl. est in l. vbi. in ver. pœna. in vers. tertia, quia cum iudex, quam ibi sequitur Bart. Alex. & Ias. de transactio. Et Bar in l. si vnus. §. pactus ne peteret. post glos. ibi. ff. de pact. Alex. post eos in cons. 166. col. 1. in causa & lite. vol. 6. Vbi 7 subdit in proposito ꝙ † libellus de sua substantia requirit expressionē talis causæ, ex qua oriatur obligatio & actio gl. & Doct. in l. 1. ff. de edendo, & in l. edita. C. eod. & c. 2. de libel. obla.

d Vel dic. Domi. meus de Ripa s̃. ea. rub. nu. 32. aliam & nouam ponit continuationem, viso de iudicib. tam ordinarijs quàm delegatis, vt in titu. de rescript. de electio. de offi. delega. de offic. ordina & similibus. fuit conueniens videre de his, quæ iudicibus assimilantur, & ideo positus fuit de arbitris, & viso plenè tractatur iudicum, & eorum, qui iudicibus assimilantur: congruum fuit videre de iudicijs, quæ continuatio videtur congruere huic.

8 e ¶De factis iudicum. Quæ reputantur † facta partium. l. si ob causam. C. de euictio. Ita facta arbitrorum reputantur factum partium. (Et multò magis) quia iudicium reditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. obli. firmat Maria. Soci. consi. 124. colum. 2. præsens consultatio.

9 f Persona. In simili dic primò † de personis, quàm de iuris ratione esse quærendum. l. si quæramus. de testam. & l. quidam referunt. de iure codicillo. ff. Petr. de Anch. cons. 404. in princ.

g ¶Nisi essent personæ. Vide quæ in ipso proposito citat Domi. in c. humanum genus. colum. penul. distinct. 1.

10 Quod sicut † equus regitur per militē tāquàm per authorem, & per frenum tāquàm ꝑ instrumentum, ita per iudices & executores regitur ius ciuile, & ecclesiasticū ius per sacerdotium, frustra enim essent iura nisi forent tuentes. Aufre. in repeti. Clem. 1 in 3. quęsi. ver. contrarium tenet hic Guiller. de offi ordi.

¶Ex quibus apparet ꝙ esse iudex, & habere iurisdictionem est honor, quem quis de facili non præsumitur abijcere, per ea quæ not. Soci. consil. 285 colum. 1. reuerendissimus do. Cardinalis de Medicis, vbi dicit ꝙ si aliquis præpositus habens in canonicos & alias personas Ecclesię iurisdictionem impetrat aliquod indultum exemptionis pro ipsa Ecclesia, non præsumitur quod impetrauerit in præiudicium & damnum suum. l. cum de indebito. ff. de proba. l. cum aurum. ff. de solu.

h ¶Significationes. Vide gl. rubricę hoc tit. in extrauag. quæ est plenior.

i Discretio. Istud comprobat Stph. Bertran. cōs. 236. nu. 14. multa sunt quæ parte prima.

k ¶Tibi para. In simili vide quę citat Abbas antiquus in c. veritatis. circa medium. s̃. de dolo & contuma. Quod 11 † apparitor dicitur cursor, vel nuncius curiæ, qui parat homines ad lites.

12 l ¶Instantia. Qua † perempta, si iudex fert sententiā, est ipso iure nulla. l. properandum. in princip. cum glo. C. de iudic. vbi Docto. & l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusatio. tuto. Bald. in authen. clericus. C. de episcop. & cleri. & l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. præsid. & ideo perempta instantia, & iudicis officium superest, vt possit pronunciare & declarare instantiam causę esse peremptam, & in expensis condemnare. l. 1. & 2. C. vt intra cer. temp. & in l. si præses. C. quomo. & quan. iud. Docto. in d. l. properandum. §. illo proculdubio. not. Alexand. consil. 180. in princ. in causa & lite. vol. 6. quem vide consil. 181. col. fina. in causa & lite. eod. volu. vbi prima facie videtur innuere contra præmissa, sunt tamen diuersa & non aduersa vt intuenti apparet.

13 ¶Et etiam † perempta instantia expirat satisdatio. l. cum lite mortua. ff. iudica. solui. d. l. properandum. §. & si quidem. in versi. omni cautela. C. de iudic. glo. pen. in versi. vel saltem. in l. pen. C. de fideiussor. vbi Bald. & Angel. dicunt quòd si instantia fuit finita per sententiam siue sopita, liberatur etiam fideiussor. l. Græcè. §. & post litem. & ibi Bar. ff. de fideiusso. ꝙ placet Alex. consi. 210. num. 5. reuerendę pater. vol. 7.

¶Sed iuxta præmissa videndum est an sententia qua 14 iudex † pronunciat instantiam esse peremptam dicatur interlocutoria, dic quod sic, quia ipsa lata adhuc agi potest. not. Ioannes de Anania consil. 93. colum. 2. viso processu. Vide de peremptione instantiæ. per Alexand. consil. 42. volumi. 3. in causa.

¶Item perempta instantia, & noua inchoata, licet ponere idem, & contraria articulis partis aduersæ. Angel. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. Panor. in c. fraternitatis. in 4 fallen. s̃. de testib. tradunt Neapol. decis. 216. quotidie.

¶Et quod s̃. diximus de peremptione instantiæ, idem 15 dicas de desertione † appellationis, quia lapso tempore appellationis, nō valet sententia postea lata in fauorem appellantis, quia eo lapso prima sententia remanet firma, ac si nunquam esset appellatum. l. 2. in fi. & l. fin. §. illud. C. de tempo. appella & l. si contra. C. de appe. & Cle. penul. de appella.

¶Et si feratur alia sententia, censetur lata a non suo iudice, & per consequens non valet. cap. at si clerici. s̃. de iudic. & C. si a non iudice competen. Et istam opinionem communiter sequuntur Docto. in d. Clemen. penult. & in capitu. ex ratione. s̃. de appella. prout refert & sequitur Alexand. de Imol. in consil. 104. in princi. circa primum. volum. 5. de quo meminit idem Alexan.

xan.consi.36.nu m.3.viso themate vol.4.& ibi latè quando noceat desertio, & si sententia retrotrahatur, & consi. 33.col.fi.vol.1.& sic iudex talis debet solum pronunciare super desertione, videlicet desertam esse appellationem. l.si præses quasi desertam. C.quomo.& quan.iud.no.Bart. & alij in l.eos.in princ.C. de appel. ista prosequitur idem Alexan.consi.114.in princip.visa scripturarum. eod. vol. quem vide in consi.24. versicu.postremò. inspectu processu. vol.4. An tempus instantiæ † possit partium consensu prorogari; vbi decidit quod non possit, siue fuerit statutum a iure communi, siue a statuto, & consi.64. supremi Dei.eod.vol.Idem Alexan.in consi.137.num.2.in causa & lite.vol.2.

16

Attende ad vnum Bald.in l.quoniam nonnulli. C.de appel. ꝙ quando reus condemnatus appellauit, & appellatio est deserta, non amplius datur quadrimestre ad soluendum. refert & sequitur Alex.in consi.95.num.5. Et si vt puto. vol.4.

Si quæras an sententia sit nulla, a qua fuit appellatū, vt effectus illius suspenderetur, & de ea fieret deuolutio ad superiorem.no. Io.Mo.in c.fi.de senten.& re iudic.conualescat per desertionem appellationis super ea interiectæ. vide quæ tradit Domi.in cōsi.99.super 1.quæsito. vbi decidit ꝙ nō, etiam si foret sententia excommunicationis.

Attende equidem ad ea quæ tradit ipse Alex.in consi. 123.circa fi.viso processu.vol.2. ꝙ per desertionem † appellationis prima sententia in rem iudicatam transiuit.l. fi.§.illud C.de ordi.cognitio.nec aliquis (superiorem recognoscens) talem sententiam saltem in præiudicium partis tollere potest.l.nemo.C.de tempo.appella.l fin.C. sent.rescin.non posse.l.2.& 3.C.vt lite penden.

17

¶Item in proposito desertionis appellationis, habes attendere ꝙ in dubio est pronunciandum appellationem non esse desertam.no.Paul.de Cast.in l.1.ff.si quis cautio. Et ratio, quia id est minus præiudiciale, quod semper debet attendi.facit tex.in l.ex his.in fi.ff.de his quæ in fraud. credito. & ista ratione (in dubio) iudex debet admittere articulos, de quibus dubitatur an debeant admitti, quia hoc videtur minus præiudiciale. Imo post Hosti.in c.per tuas.col 1.s̄ de testib.pro quo vide Dec.consi.162.num.1. in causa quæ agitatur.& consi 500.num.13.in causa, quæ Mantuæ.& consil. 24.in fi. vbi idem subdit ꝙ debet admittere in dubio appellationem.

m ¶Pernicies. Adde quod citat Ioan.And.in c.quorundam.in nouel.s̄.de elec. hoc lib. quòd non solum prætoris manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculi a libidinoso aspectu continentes esse debent.

n De diuisione. Præpo.in c.vereor.8.q.1.citat aliud fore iudicium † auctoritatis, & tali modò iudicat Papa, iudicante eius delegato, quia non sua, sed delegantis.c.sanè. 2.de offi.delega.& istud totum iudicium erit totius Trinitatis in vlti.iudicio.

18

¶Aliud est ministerij, & tali modo iudicat delegatus, quia eius ministerium est electum.cap.fi.s̄.de offi.delega. & istud erit Filij Dei, cui pater dedit oē iudicium.Io.5.

Aliud est iudiciū approbationis, tali modò iudicāt clerici, Epō causas agēte.15.q.7.c.Epus. & illud est apostolorū, quia vos qui sequuti estis me &c.Matth.19.c.

Aliud est iudicium comparationis, tali modo iudicantur mali a bonis, & peiores a malis, vt in d.cap.vereor. & istud est iudicium iustorum & medicorum malorum.

¶Innocentius Quartus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. I.

¶Iuris esse ambiguum non vr̄ iudicem delegatum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ius est ambiguum, vbi iura videntur aduersa.*
2 *Ambiguum deriuatur, vt hic.*
3 *Iurisdictione commissa, omnia, sine quibus iurisdictio explicari nō potest, committuntur.*
Sine citatione iurisdictio explicari non valet.
Iuris beneficium nemini est auferendum.
4 *Delegatus nihil potest nisi quod probauerit sibi specialiter commissum, nisi sint illa, sine quibus negotium non potest expediri.*
5 *Ordinarius latissimum habet officium.*
6 *Tres sunt gradus iudicum, vt hic describitur.*
7 *Iurium correctio (vt est possibile) euitanda est.*
8 *Expedit, vt sententiæ firmæ maneant, etiam causa non expressa.*
9 *Iudicium quod nullum est, ratum haberi non potest, & etiam alia non iudicialia.*
10 *Omnes qui alieno nomine agunt dicuntur procuratores.*
11 *Egregiæ personæ non coguntur venire ad iudicium.*
12 *Exigo componitur vt hic.*
Exigo habet quinq; significationes.
13 *Domi adisco qualem me foris exhibere habeo.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Rescriptum Principis ambiguum, plusquàm ad illius executionem cedatur debet declarari.*
2 *Præscribens fundum, etiam præscribit quicquid in eo est plantatum, sic præscribens territorium*ᶜ *præscribit iurisdictionem, quia iurisdictio cohæret territorio.*
3 *Dominium & iurisdictio pari passu ambulant & æquipollent.*
4 *Iurisdictio videtur quid indiuiduum.*
5 *In iurisdictione præscribenda, tria sunt consideranda, vt hic declaratur.*
6 *Vsus temporis de cuius initio non extat memoria, præsumitur iustus & diuturnitas tanti temporis facit præsumere bonam fidem.*
7 *Quasi possessio iurisdictionis videtur acquiri per præstationem iuramenti fidelitatis.*
8 *Iurisdictio regulariter dicitur pertinere de iure communi ad Imperatorem.*
9 *Gesta a Principibus non cognoscentibus superiorem in terris suis, iudicantur, ac si a summo Pontifice, seu Imperatore facta essent.*
10 *Dux Mediolanen.non recognoscit superiorem.*

IVRIS. Hæc decretalis primò ponit regulam. Secundò, versi.[nisi] ponit instantiā a regula, ecce ergo ambiguum.

1 a ¶Ius † est ambiguum ᵃ vbi iura vidētur aduersa.ĵ.qui fil.sint legit.per venerabilē. §.rationibus s̄.de æta. & qualita. a multis. s̄.hoc lib.de offi.ordina.præsenti.§.sanè.

2 ¶Et hoc dicit vocabulum ambiguum † quod deriuatur ab ambigo, quod componitur ab am quod est circū, & ago.b.interposita.nam qui habet diuersa iuris argumēta pro & contra directo nullam partem tenet fixè, sed circum circa voluitur ᵇ vt in opinionibus non decisis.ĵ.hoc lib.de præben.quia sæpe.ĵ.vt lite non contesta. quoniam. & 50.dist.quia tua.[in iudicio].i.in processu iudiciario, quia quo ad alia priuatus est, vt si mandaret ire ad sanctū Iacobum [comparere] & est ratio, iurisdictione commissa † omnia sine quibus iurisdictio ᶜ explicari non potest, committuntur.ff.de iurisd.omn.iudi.l.2.non omnia. cum quibus commodè.vnde cum sine citatione inrisdictio explicari non valeat, illa censetur commissa.s̄.de offi.delega.præterea non personalis citatio.& est ratio, iuris beneficium est, vt quæ causæ suæ superesse non potest, illam per alium regulariter valeat exercere. ff.de procur. l.1.§.vsus.hoc ergo iuris beneficium nemini est auferendum.ĵ.hoc lib.de reg.iur.indultum.28.distin. Authen. de nupt.§.soluto.& §.si verò solum.colū.4. & hæc sunt vera in causis priuatorum.

b

3

Collegia autem habent constituere procuratorem.s̄. de procura. c.1.& c.quia in causis.

¶Item quòd talis sit causa quæ recipiat prorogationẽ in persona iudicis accepti, quoniam si est laicus, de spiritualibus cognoscere non potest i.s̃.de arbitrijs, contingit. j̃.de ordine cogni.tuam [voluntatem] nam ipsis volentibus potest.s̃.eo.significasti.[suscipere cõpellant] quod est.j̃.& quòd hic dicitur & s̃.hoc lib.de offi.ordina.Romana.§.1.restringitur vt.d.tit.c.vt litigantes, nec isto casu erit subdelegatio frustratoria, cũ Metropolitanus requirere valeat suum suffraganeum.arg.s̃.de treuga & pace c.1.Auth.de testib.§.1.& §.sancimus colla.7.& si suffraganeus non acquiescat, poterit animaduertere in eum, sicut in subditum immediatum.s̃.de offi.ordina.pastoralis.& j̃ de iure patro.nullus [sententias] vbi est ꝓcessum libello oblato & ordine iudiciario [præcepta vbi est preceptum siue potestas in confessum.ff.de iudic.si debitori. [ad eos] ad Archiepiscopum Remen.vel eius officiales [testimonium] scilicet perhibere compellant, quod est. j̃.contra.s̃.de offic.deleg.prudentiam.§.penul.& vlti.Solutio hæc possunt Metropolitani, sed necesse est quòd ordo seruetur in requirendo suffraganeos, vt est præmissum [in his] scilicet tribus casibus præmissis & consimilibus, nec etiam cõppellant in prædictis [ipsorum] &c. [Officiales] cõtra.j̃.hoc lib.de appella.Romana in princ. Sed dic vt notatur.s̃ hoc lib.de offi.vica.Romana [prælatis.] Nota † nedum archipresbyteri sed etiam inferiores, vt plebani & rectores k ecclesiarum sunt prælati l s̃. de offi.ordi.cum ab ecclesiarum.s̃.de offi.deleg.si quando [eis] scilicet Archiepiscopo Remen.vel eius officiali [salarijs] m etiam in diocęsi Remen.promissis: & hoc est contra regulam communem, quia cauetur, quòd sortiri forum ratione contractus, sed speciale est hic propter rationem positam.j̃.super ver.cogant, & habent hoc casu suum iudicẽ, ad quem leuiter recurrere possunt: & prouisio super hoc non debet fieri de quota parte litis.C.de postul.si quis aduocatorum. Et propter auaritiam istorũ, & procuratorum taxauit concilium Lugdunen.eis salarium, quæ constitutio incipiebat, properandum. & hodie est sublata: iudex † tamen habet extimare salarium n aduocatis pro scientia, & facundia aduocati, causę qualitate o & quantitate, ac fori consuetudine p.ff.de var.& extra.cognitio.l.1.§.in honorarijs [aduocatorum] q qui habent iurare secundum formam.l.C.de iudic.rem non nouam.§.patroni.sed Bulga.ibi dicit, quòd iuretur, lege cauetur, sed consuetudine non habetur, quam consuetudinem dico non præscriptibilem, sicut illam qua homines inuitarentur ad delinquendum, quæ non valet.s̃. de consuetu.ex parte [procuratorum] officium r † procuratoris est gratuitum s.C.de procurato.litem, sed aduocati non est gratuitum quod licitè venditur.11.q.3. non licet.14.q.5.non sanè.C.de assesso.l.1.[erigant] t aliquomodo, nisi.j̃.diocęsim Remen.facta fuerit promissio, sed nec tunc præcisè, nisi ibi inueniantur promittentes, vt.j̃.proximus.§.& hoc fortè est statutum, ne occasione horum salariorum differatur negotium principale.

ADDITIONES PROBI.

a PRAETERMISSO. Ratio suadet vt his duobus primis casibus consuetudo non inducatur, vt in tribus sequentibus, latè cõprobauimus in c.si.versi. postremo mouetur s̃ de constitu.vltra quæ dic. Quia † in ipsis duobus subditi episcoporum inuitarentur adire Deos alienos, contra præceptum domini, vt in simili citat Panor. in cap.a nobis.s̃.de deci. & fugere faciem sui pastoris quem potius frequentare tenentur ob mutuam cognitionem per euangelij præceptum Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. & sic consuetudo esset contra ius diuinum, in eo etiã quod dicitur non facies alijs quòd tibi fieri nõ vis: contra quod non admittitur consuetudo aut præscriptio. Io.Mo.s̃.in rubrica.de consuetudi.Alber.in l.de quibus.ff.de legi.Et in summa dic rationem diuersitatis non quærendam, postquàm Papæ placuit aliter disponere in tribus, quàm in duobus primis, cum ei sit pro ratione voluntas. glo. post tex.in Cle.1.in fi de censib. etiam si dispẽsetur super prohibitiuis a iure positiuo.not.Fely.in c.ad audientiam el.2.nu.4.s̃.de rescrip.

b ¶Sed in curia Romana. Dictum hoc non habere locũ dic in Gallia, propter decretum de causis in pragma.& concordatis descriptum.

c ¶Cordi. Illa decretalis habet locum in Papa specialiter secundum Hostien.ibi & per hoc approbatur eius opinio secundum Egidi. Bellam.hic colum.1.quod placet communiter scribentibus hic. Et sentit idem Bellamera, quod hoc habeat locum in delegato Papæ, & in Metropolitano, si suffragraneus detulit appellationi vt cognoscat de principali, omisso appellationis articulo, quasi suffraganeus hæc voluerit.pro hoc vide.c.cum appellationis de appella.hoc lib.

d Clericorum. † contra quos si agatur in foro ecclesiastico debent seruari canones, siue conueniantur ex facto suo, siue ex mera legis dispositione. Dummodo statutum non iniecerit vinculum clerico ante clericatum.Io. And.in reg.sine culpa in Mercuria.s̃ hoc lib cuius dicta sequuntur omnes in c.quod clericus.s̃.hoc tit.quod placet Arety.consi.25.in princ.viso.

e Ad spiritualia. In quibus † ius naturale præfertur positiuo. ponit exempla Alex.consi.18.nu.4.viso statuto. vol.6.& ibi vide multa quæ congerit.

f ¶Non

f ¶Non possunt. An hoc priuilegium competat fideiussoribus clericorum quando sunt laici, vide Neapolita. decisio. 206. penes & apud acta.

g ¶Nouem debent. Hos etiam vide hic per Bellam. colum. 2.

h ¶Prorogatio. De prorogatione gratię vide Deci. cōsi. 497. nu. 2. accurate.

¶Non potest. Etiam incidenter, pone, clericus falsum 4 † coram iudice laico deposuit, tamen non punietur per ipsum, sed per iudicem suum ecclesiasticum, licet in hoc puncto varię reperiantur opiniones. Prima fuit opinio gl. quā ibi sunt sequuti Cy. Bald. & Saly. in l. nullum. C. de testib. quæ vult, ꝙ iudex laicus potest punire testem clericum coram eo falsum deponentem.

¶Secunda dicitur opinio Hostien. huic contraria, ꝙ non punietur per laicum. pro quo allegatur. tex. in Auth. statuimus. C. de episco. & cler. concordat. c. si diligenti. §. hoc tit. hæc placet Ant. post Inno. & Io. And. in c. verum eo. tit. & Io. And. in c. at si clerici. de iudic. & communiter canonistis in c. dilectus. §. de pęnis. & in c. 2. §. de crimi. falsi. vbi Io. de Ana. post alios.

¶Placet equidem Neapolita. decis. 230. fuit per relatorem dicentibus illam magis securam, quo ad conscientiā & ideo tenendam iuxta ea quæ per nos traduntur in c. 1. in ver. conscientiam, de re iudic. pro hoc adducunt illud Virgilij. Quia diuisum imperium cum Ioue Cęsar habet, & aliud vulgare sacræ paginæ. Nolite tangere Christos 5 meos. id est clericos. Cum † tota humana creatura sit in duas diuisa partes, scilicet in clericos & laicos. c. duo. 13. q. 1. & sic distinctos habet iudices vt hic. & in c. solitę, de 6 maior. & obedien. Et nullus debet † alterius iura vsurpa- i re. c. cum ad verum. 96. dist.

¶Tertia fuit opinio Frederi. de Senis in consil. 93. factum quod proponitur. vbi vult, quod iudex secularis nō ad accusationem partis, sed ex officio extraordinariè in pecunia vel cōtra fideiussores potest punire clericum, sed extraordinariè & per viam accusationis non potest, sed debet remittere ad iudicem suum. hanc dicit ęquam Petr. de Anch. in reg. ea quæ. in 21. q. & eam tenet Ang. in l. quotiens. C. de Iudę & in l. si vacantia. C. de bonis vacantibus.

7 ¶Postremò dic in proposito Io. Mo. ꝙ laicus † super k spiritualibus statuere non potest. not. Alex. cōsi. 18. versi. Secundò moueor, viso statuto vol. 6. vide quæ dixi in simili in c. vt animarum. §. de constitu.

8 ¶Rectores ecclesiarum. Dic vnum ꝙ † inter rectores ecclesiarum, seu curatos, & suos parrochianos est tantę virtutis connexio, sicut inter dominum feudi & vassallū, qui ambo sibi mutuæ fidelitatis confederationem iurauerunt, & vnus alteri pari conditionis obligatione constringitur: sic etiam inter curatum & subditum: nam tali fidelitatis conditione sunt colligati & sibi confederati, quia parrochianus in quacunq; tribulationis angore videlicet morbo putrido, fętido, contagioso, seu morboso, vt putà lepra, pestilentia, epydimia, morphea, epylentia, aut quocunq; maleficio fuerit infectus, vel cōtaminatus, seu paupertatis extremę contumelia grauatus, aut in patibulo, vel alio turpitudinis loco cōstitutus, & ipse curatus per eundem requisitus obligatur ex fidelitatis prædictę vinculo, vt veniat & sibi ministret diuinæ consolationis, & humanę compassionis potentatus & omnes sacramentales apparatus: & econtra ipse parrochianus ad curatum qualitercunquè cōstitutum, & ab ecclesia tolleratum, & non ad alium accedere tenetur.

l Sunt prælati. Istud placet gl. pragma. in tit. de electio. in prin. in ver. prælatis. allegat. c. tua. §. de cleric. ægrotan. & Archidia. in c. vt animarum. §. de constitu. hoc lib. Et 9 istud intellige largè secundū ethymologiam, quia † prælati dicuntur quasi præ alijs ditati, vel ante lati, quia strictè prælati dicuntur qui habent iurisditionem in foro cōtentioso. c. decernimus. iuncta gl. §. de iudic. Cle. dudū. de sepultu. vbi per se fit mentio de prælatis, & per se de sacerdotibus.

m Salarijs. An salarium aduocatis & procuratoribus debeatur ex processu nullo, vide domi. Neapol. decis. 80. dicitur ꝙ processus, & vltra dic ꝙ hic nihil dicitur de salarijs scribarum. seu grefariorum: meritò videtur tacitum & omissum, adeo quod nihil videtur deberi, quod probo per no. in c. cum ab omni specie. §. de vita & honesta. clerico. & in Authen. vt iudic. sine quo. suffra. per totum: vbi 10 iudices † gratis iustitiam ministrare debent, & ab omni exactione abstinere.

Sed habeo ꝙ scripturæ grefariorum videntur esse potissima pars iudicij, quia absq; istis iudicum assertionibus non creditur: & per ipsas rerum memoria cōseruatur. c. quoniam cōtra. §. de proba. c. significauit. & c. Albericus. §. de testibus. c. cum dilecta. §. de confirma. vtil. vel inutili & l. curent. ff. de testib.

Si ergo pro iudicio nihil debet exigi vt sit prohibitio in toto, extendatur ad quamlibet eius partem. argu. l. quæ de toto. ff. de rei vendica. ꝙ no. Cy. in l. reos. C. de accusatio. tamen in contrarium videtur tex. in c. statutum. §. notarium vero. §. de rescript. & hanc partem latè cōprobat Petr. de Anch. consi. 218. iuxta ordinem. vbi adducit rubricā de tabellarijs, siue de tabellionibus. col. 4. vbi diuersimodè taxantur salaria, secūdum diuersitatem prouinciarum, & hoc comprobatur antiquissima cōsuetudine, maximè apud Gallos, qui ratione scribaniarum, seu grefariarum multas congerunt pecunias, potissimè Rex, & alij domini temporales, vt videre licet. Hinc dicit Per. de 11 Anch. consi. fin. col. 6. Quod sumptuosè † expenditur in aduocatis procuratoribus, syndicis ac notarijs, & similibus: & hoc experti sciunt, quod inde consumptionem incurrunt, vt. l. e. si procurator. ff. rem rat. haberi in verbis illis. quod litigat, quod aduocat, quod consumit &c.

Et dic taxari debere parte vocata. Bald. in l. terminato. col. 2. versi. sed nunquid ista taxatio. C. de fructi. & liti. expen. not. Bertrandi. consil. 183. Etiam si licuisset. par. 1. vide pro pręmissis gl. pragma. in tit. de elec. in §. notarijs. & in ver. taxetur.

12 Salarium quo dicitur † peculium quasi castrensè. not. n latè Alex. consi. 2. vol. 6. & consi. 109. super eo. vol. eo. de peculio laicorum & clericorum, vide Car. consi. 79. thema tale est.

13 Qualitate. Quæ † in rebus agendis venit attendenda, o & probanda per regulam, qua diximus, quod vbicunquè in aliquo actu perficiendo aliqua requiritur qualitas, antequàm ille actus perficiatur, illa qualitas est probanda. Bar. post text. in l. Fulcinius. §. cū hoc. ff. qui. ex caus. in posse. ea. hinc dicit Io. And. in c. 1. col. 3. de homicid. hoc lib. Quod de facto deffendit quendam prælatum a pęna imposita de iure, plato faciente assasinari christianū, vt est tex. in d. c. 1. quia licet fuerit probatum contra prælatum quod fecerat assassinari quendam hominem, tamen quia non fuit probatum quod ille fuisset christianus, euasit. istud latius firmat Ias. in l. non solum. §. sciendum col. 1. versi. 2. pro ista cōclusione. ff. de no. oper. nuncia. & ante eum Bal. in l. si quis non dicam rapere. col. 2. C. de episco. & cleri. Alex. consi. 1. nu. 28. in 3. vol.

14 Item ex † qualitate rei pręsumitur quid sit actum a cōtrahentibus. glo. in l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. vnde si vendo tibi librum pro decem florenis, & non dixi de quibus florenis, hoc discernitur ex qualitate valoris libri. hinc dicit Bar. ibi & in l. si patronus. §. 1. de lega. 3. Si vendo tibi talem domum vsquè ad talem domum pro centum, & dubitatur an dictio, vsquè, stet inclusiue, & sic comprehendat illam aliam domum, hoc ex qualitate precij discernitur, & rerum. Similem decisionem ponit Ange. in l. quicquid astringendę in princ. ff. de ver. bo. obliga. tradit Alex. consi. 33. in fi. consideratis verbis, volu. 7.

¶Et pro intento vide Bertran. Carpen. consil. 170. nume. 4. si non sine grandi. 3. par. quod quantitas dicitur magna vel parua, respectu qualitatis personarum & causæ.

15 ¶Consuetudine. l. cum clericis in fi. C. de episcopis & p cleri. facit, quia † quis tenetur ad ea facienda quæ sunt de cōsuetudine. l. si pignore. §. si creditor. ff. de pigno. actio. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edilit. edict. Alex. cōsi. 36. colu. 1. viso themate & dubijs, volu. 6. vbi vnum subdit, ꝙ expensę quæ sine verecundia non possunt prætermitti, dicuntur expensę debitę & necessarię. l. 1. & ibi no. Barto. ff. de ali. & ciba. lega. pro hoc vide quæ in simili citat Ange. consi. 246. colu. 3. quia omne datum. vbi dicit 16 ꝙ expensę quæ † fiunt in curia pro promotione prælati, sunt soluendæ per capitulum, aut conuentum, quia sunt necessarię

necessariè, ne pro defectu pastoris gregem Dominicũ Lupus rapax inuadat, aut in facultatibus suis ecclesia viduata graue patiatur dispendiũ. c. ne pro defectu. S. de electioni. quia quantò mora prouidendi magis est prolixa, tantò magis ecclesijs viduatis solet esse nociua. c. cum inter vniuersas de electio.

17 q ¶Aduocatorum. Qui non semper † tenentur exprimere rationem vel legẽ. Imo est cautius tacere, & in fine reseruare bonas rationes, & bonas leges. & sufficit illas exprimere ad aures iudicis ne per hoc instruant aduersariũ vt cauillationibus opprimat allegationem. ita citat Ant. de Butr. post Specul. in titu. de disputa. & allega. in repe. cap. vestra versic. sed quæritur an iudex. supra de cohabi. cler. & mulier.

18 ¶Et vlterius dic, quorum aduocatorũ absentiæ † prætextu, partibus semel danda est dilatio, vt placet iuribus Gallicanis in ordina. regijs, prout & stilo curie Bitu. ecclesiasticę: istud enim ex quadam ęquitate inuẽtum dicitur, vt non habenti aduocatum dandus sit terminus. l. 1. §. ait prætor. ff. de postulatio. l. nec quicquam. §. obseruare. ff. de offic. proconsul. & lega. Innocen. in cap. 1. colum. 2. vt lite non contesta. Alexand. post Barto. in l. si longius. ff. de iudic.

¶Idem Bart. in l. 1. ff. de vaca. numer. Bald. in Marga. in verb. dilatio in fi.

19 ¶Suadet ratio. Quia carere † aduocato, est carere magna parte deffensionis. l. aduoca. C. de aduoc. diuer. iudic. Rapha. Cuma. in l. certi iuris. C. de iudic. refert Fely. in d. c. 1. in princip. vt lite non contesta. vbi allegat Bar. in extrauag. ad reprimendam in ver. sine strepitu in fine, dicere id non habere locum in causis summarijs: quod non pla-

20 cet, quia non adeo † angustiantur dilationes, ꝙ tollatur necessaria defensio, prout testantur aliqui in Cle. sæpè de ver. significationi.

¶Præmissis astipulatur stilus prædictus, dum dicit, ꝙ causæ beneficiales, matrimoniales, & alię arduæ, nunquã expediuntur sine aduocato.

¶Scias tamen (dicit idem. Fely. vbi supra) ꝙ propter absentiam vnius aduocati non datur dilatio si habet aliũ sufficientem. Angel. in l. idcirco per illum tex. in princ. ff. de iudic. secus si forsan aduocatus vtilior & magis instructus se absentasset. Et subiũgit ꝙ si denegetur.† huiusmodi dilatio poterit pars tanquam grauata appellare. Bart. in l. 1. nume. 2. de senten. aduers. fisc. lat. retrac. lib. 10. C.

¶Vide vnum quòd tradit de aduocatis Alex. in consi. 109. nu. 12. visis vol.

r ¶Officium procuratoris. Quod dicitur vile. not. in l. fi. quis procuratorem. de decurio. lib. 10. C. etiam vilissimũ, & non publicum, sed priuatum. Alex. de Imo. cõsi. 2. post princ. in consultatione præmissa vol. 6.

s ¶Gratuitum. Meritò dicitur ꝙ non potest pacisci, nã tunc esset locatio: quod sibi non licet, tamen pro suo labore petere aliquid potest. l. salarium. ff. manda. secundũ Archid. hic col. 2.

Et dic ꝙ salarium non cõuenit procuratori, nec aduocato, petere ab alio procuratore vel aduocato, per dictũ Philosophia, Maria. Socin. citatum consi. 8. colum. 1. visis.

21 Quod animalia † eadem carne viuentia mutuo se non edunt.

t Cogant. Dic insequẽdo tex. nostrum ꝙ hoc in casu iuuat consuetudo, non in duobus primis casibus text. Et ratio potest esse, quia hoc casu causa est pẽdens in curia Archiepiscopi, ex quo nulla vsurpatio iurisdictionis seu cõfusio inducitur, ideo facilius permittitur consuetudo, quàm in ipsis duobus primis, in quibus permitteretur iurisditionis vsurpatio ordinariè.

Item in hoc casu videtur pars cum aduocato cõtrahe-

22 re, vel quasi iuxta regulam vulgatam. Quod in iudicio † quasi contrahimus, & in hoc casu hic firmat Aegidius Belem. col. 7. uersicul. 3. quæritur, ualere ipsam consuetudinem dicẽs quòd eadem ratio vel maior uiget in hoc casu sicut in præcedentibus, & ideo cũ nõ sit specialiter prohibitum in hoc casu cõsuetudine introduci, & generalis re-

23 gula iuris habet consuetudinem † dare iurisditionem. l. a Titio in fi. ff. de uerb. oblig. hunc casum omissum uidetur iuri cõi reliquisse. ff. de conditio. ob causam. l. si extraneus & l. si extante. in princi. ff. solu. matri. Et hęc consuetudo (dicit Bellamera in fine) requirit. 40. an. spacium, cum sit contra ius & contra ecclesiam, firmat glo. progma. in tit. de causis in §. statuit in ver. præscripta.

¶Contrahentes verò aliarũ diocę. super cõtractibus &c.

SVMMARIVM.

1 *Quotidiana sunt plenius attingenda.*
2 *Contractus æquiparantur delictis, quo ad forum faciendum.*
3 *Aliud est sortiri forum, & aliud est trahere aliquem ad iudicium inuitum.*
4 *In criminalibus iudex habet testes examinare.*
5 *Testes non sunt extra prouinciam euocandi, ne officium eorum sit eis damnosum.*
6 *Contrahens potest & debet sibi cauere, cum quo contrahat.*
Alia est ratio contrahendi, & alia delinquendi.
7 *Citatio quædam fit re, &, verbis, & quædam verbis tantum.*
Citatio habet duo extrema.
8 *Citatio in iure aliquando appellatur sententia.*
9 *Citatio iuris potest notificari per aduersarium citato.*
10 *Non est nostrum leges extendere.*
11 *Pupillus non potest dici contumax, & sic non potest excommunicari.*
11 *Impediens citationem ne perueniat ad eum, an iterato sit vocandus.*
13 *Iussus quandam superioritatem importat.*
Iudices inuicem se habent iuuare.
Par in parem non habet imperium ad cogendum.
14 *Iudex qui requisitus non vult facere iustitiam, facit litem suam.*
15 *Vocamus contractum obligationem omnem, tamen propriè dicitur, vbi vltro citroquè obligatio oritur.*
16 *Vnus exequitur, quod alius decreuit.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quæ de facto emergunt subtilius in iudicijs ruminantur, quàm illa quæ aliter in scriptis tanguntur.*
2 *A pari procedunt, forum sortiri, & statutis ligari.*
Statutum afficit res, siue possideantur a ciue ibi decedente, siue ab aduena,
Quo ad bona statuta in territorio statuentium, seruari debet statutum loci.
3 *In decisorijs debet seruari statutum loci contractus, non autem loci iudicij.*
4 *Iudex appellationis, quam seruare debet legem.*
5 *Attenditur locus capturæ, & non spoliationis.*
6 *Vt inhibitio fiat, aliqualis causæ cognitio fit prout dicitur in remissione.*
7 *Citandi solum sunt qui possunt de iure contradicere.*
8 *Ratificatio fit re & verbis, prout citatio.*
9 *Ex perceptione fructuum probatur & inducitur ratificatio possessionis, sicut agens ex contractu, videtur ratificare contractum.*
10 *Citatio per ædictum, regulariter prohibetur.*
11 *Citatio dicitur iudicij præparatorium.*
12 *Citra, solet poni inter extrema.*
13 *Qui in consequentiam prætendit interesse, non est citandus, sed ille de cuius intereße principaliter agitur.*
14 *Extremum ponitur pro principio & fine.*
15 *Extrema non media attenduntur.*
16 *Quandiu quis inuenitur personaliter, non est citandus ad domum.*
17 *Citatus personaliter non comparens, est in dolo, & citatus ad domum est in culpa, quæ potius præsumitur quam dolus.*
18 *Aliud est in commissio, aliud est in comittendo.*
19 *Non potest contra aliquem inquiri, nisi præcedat infamia.*
20 *Sacerdos potest reuelare delictum committendum.*
21 *Iudex regulariter non cogit partes ad concordiam.*
22 *Vbi est forus solutionis, ibi est forus legis municipalis.*
23 *Quando quis ex parte sua satisfacit contractui, eo ipso alterum contrahentem interpellat, & in mora constituit.*
24 *Contractus societatis dicitur vltro citroquè obligatorius.*
25 *Conueniens non seruans conuentum contractus iurati, perdit commoda contractus, ac si factus non esset.*
26 *Liquida debet esse causa, vt pęna petatur.*
27 *Azo fuit mens legum, & vas electionis subtilissimus apud omnes.*
28 *Ratione sigilli potest aliquid exigi.*
Literæ sigillatæ an faciant fidem sine notarij subscriptione.
29 *Signum an requiratur ad substantiam instrumenti.*
Consuetudo notarij attenditur in confectione protocolli.

CONTRA-

CONTRAHENTES, materia huiusmodi. §. est quotidiana & ideo † quæcunque spectāt ad eam sunt plenius attingenda. ff. de libera. lega. l. legaui [a] in princi.

Et Inno. in hoc §. quatuor prosequitur, nam primò regulā ponit. Secundò, versi. licèt iuxta seu præter regulam prouisionem annectit.

Tertiò versic. [vel si fortè] ampliationem ad prouisionem positam adducit. Quartò, versi. [sed tunc] formam exequendi prouisionem ampliatam tribuit, & hæc regula fundatur. ff. de iudic. l. hæres absens primo respon. fuerunt tamen nonnulli dicentes remissionem faciendam in contractibus sicut in delictis.

Nam contractus † æquiparantur delictis, quo ad forum [b] sortiendum. sup. eo. licet ratione. C. vbi de cri. agi oport. authen. qua in prouincia hoc etiam habetur in ciuilibus vt fiat remissio [c] in his. C. vbi de cri. agi opor. l. 2. C. vbi de curia. vel coartal. l. vlt. Authē. vt iudices sine quo. suffrag. §. necessitatem. col. 2.

Et sic fiet remissio in contractibus, vt in delictis, & hoc notauit Ber. d. c. licet & male contra hunc. §. & d. l. hæres absens.

Nec obstat æquiparari delicta & contractus quo ad forum sortiendum. Quia † aliud est sortiri [d] forum, in quo est æquiparantia, & aliud est trahere aliquem ad iudiciū inuitum, in quo non fit æquiparantia, sed distinguitur vt hic, & d. l. hæres absens, & probantur hæc diuersa. ff. de in ius vocan. l. 1.

Nec obstat. l. C. vbi de ratioc. & aliæ allegatæ: præsertim. §. necessitatem & ibi iudex recedens deliquit quia illa iura loquuntur in casibus specialibus ratione publicę vtilitatis, vt liquet ex eis.

Sed cur tam variè in contractibus & delictis, dic in criminibus non † fit remissio [e] ad receptionem testium, sed iudex habet eos examinare. C. de fide instru. Authē. apud [e] eloquētissimum, Authen. de testib. §. & quoniam scimus. colum. 7.

Nec † testes sunt extra suam prouinciam euocandi. ff. de testib. l. 3. §. vlti. ne officium eorū eis sit damnosum. ff. quemad. testa. aper. l. sed & si quis. & s. hoc lib. de elect. cum non deceat, primo respon. Vnde si iudex ordinarius delinquētis cognosceret de delicto commisso extra territorium suum, ibi non posset testes recipere, sicut nec alium actum iudiciarium facere. ff. de iurisdi. omni. iud. l. extra territorium. s. hoc lib. de constitu. vt animarum in fine. Nec ipsorū testium receptionem ibidem cōmittere, nec ipsos testes ad se euocare, vt d. legibus.

Et optimè tangitur ratio remissionis in iudicibus qui deliquerunt, aut pecunias receperunt, Authen. vt omnes obedien. iudici. prouinc. §. hoc cōsiderantes colla. 5. & ff. de pęnis capitalium. § famosos. Et dictæ rationes in contractibus locum non habent.

Item cōtrahens † potest & debet sibi cauere cum quo contrahat. ff. de regu. iur. l. qui cum alio contrahit. vnde sibi imputet [f] si eat vel ire habeat ad locū domicilij eius cum quo contraxit.

Et est alia ratio contrahendi, & alia delinquendi. ff. de exercito. l. 1. §. 1.

Sed nunquid creditur deferenti, ut remittatur delatus ad iudicem in cuius territorio dicitur deliquisse, [g] dic ꝙ nō. Sed hic debet esset aliqualis [h] causæ cognitio, & pronunciatio super cognito. C. de exhib. reis. l. neminem, & in Authen. vt nulli iudic. §. si vero quis comprehēsorum, colla. 9. argu. C. ubi de crimi. agi opor. l. 1. & de accusa. l. ultima.

Alij [i] dicunt credendum literis iudicis noti. argum. ff. de noxa. l. ulti. & ff. de re milita. l. non omnes. §. à Barbaris.

Sed quæro, cōtraxi in territorio Viterbien. moror postmodum in territorio Vrbenetano, iudex in cuius territorio contraxi scribit iudici, sub quo moror, ut me citet in iuris subsidium, responsurum coram eo super contractu inito in territorio suo, nunquid potest? uidetur ꝙ non, quia iam indirectè fieret remissio in contractibus, quod est contra hunc. §. Dic cōtra & est expressum inf. hoc lib. de priuileg. uolentes, uer. neque domiciliorum prętextu, qui loquitur in casu speciali, & sic ius commune tenet contrarium. ff. ad municip. l. 1.

¶Et dic ad hunc. §. Quod citatio † quædam fit re [k] & verbis, quædam verbis tantū. not. ff. de in ius vocan. l. sed & si is, & Auth. de exhiben. reis. §. si verò quidam. colla. 5. vnde prima citatio nō potest fieri a iudice, sub quo quis contraxit, nisi ibidem inueniatur, vt hic. Sed citatio verbalis tantum, vt. d. ver. neq; domiciliorum. vbi expresse innuitur, quòd in delictis fit remissio, sed quo ad contractus fit iniunctio.

¶Sed quæro, iudex, in cuius territorio quis contraxit, contrahentem in illo territorio existentem citat verbo per nuncium [l] seu epistolam [m], nunquid potest? videtur ꝙ non, vt hic & d. l. hæres absens, & d. l. extra territorium, & ĩ. eodem versi. sed tunc. & s. eodem postulasti.

¶Dic contra, vt in versi. licet, propter dictionem alibi: & iam iste versiculus licet nihil adijceret ad pręcedentem, & cōstat quòd dictus versiculus est additatiuus præcedentis. §. & arg. ad hoc. C. de episc. & cler. omnes qui vbiquè. §. verum. credo tamen tutius, si fiat per iudicem, sub quo degit citatus, vt. d. versi. nequè domiciliorum. C. de pigno. l. 3.

¶Nec obstat iste. §. qui loquitur de citatione re & verbo & hoc denotat verbum, inuitos.

¶Nec obstat lex extra territorium, quia † citatio [n] habet duo extrema [o], primum interlocutium seu sententiam de citando, & hoc est iurisditionis, vt d. l. hæres. §. pręterea, & hunc actum non potest facere quis extra territorium, & quo ad istum actum citatio [p] in iure appellatur sententia. d. §. verum, & eo. titu. l. cum clericis circa finem. & C. de procura. l. fi.

¶Aliud extremum [q] est mera denunciatio citationis, & iste actus nō est iurisdictionis, sic loquitur d. §. vtrum. hoc probatur, quia sic citare potest arbiter. l. sed & si interpellatur. §. 1.

Nec obstat versiculus si. & c. postulasti. quæ loquuntur in executione sententiæ, & in missione in possessionem quæ fit re ipsa, & ista sunt magni imperij, quàm iurisditionis. ff. de iurisdi. omni. iudic. l. iubere.

Item † aduersario meo citationem iuris quæ fit propter appellationem meam possum notificare. s. hoc lib. de elec. statuimus. & c. cupientes. Ergo & citatio [r] iudicis poterit denunciari vbiquè [s] citato.

Sed quæro an contra istum sic citatum possit procedi ad aliud quam ad missionem in possessionem? & videtur quòd non, quia, iste versiculus, licet, nihil plus cōcedit, & non † est nostrum legem extendere. ff. solu. matri. l. si vero negocium. §. de viro.

Dicunt tamen quidam, ꝙ potest procedi ad mulctæ indictionem. ff. si quis ius dicenti non obtemper. l. 1. & ad excommunicationem cum hæc ęquiparentur. ĩ. vt lite non contesta. tuę. & c. quoniam frequenter in fi.

Sed in excommunicatione dic contra. Cum tunc vocatus personaliter haberet præcisè venire ad iudicē, sub quo contraxit, suam absolutionem petiturus. s. de offi. deleg. cum contingat. in fi. & ĩ. de sentē. excommunica. c. cum desideres. & iam etiam esset rectè contra mentem huius. §. in princ. & contra dist. l. hæres absens.

Nec ista duo, excommunicatio, & missio in possessionem passim pari passu ambulant, nam quandoquè potest fieri missio cōtra aliquem, nō tamen excommunicatio. s. de eo qui mit. in possessio. causa rei ser. c. vlti.

Item † pupillus non potest dici contumax, & sic non potest excommunicari. 11. q. 3. nemo episcoporum. tamē contra ipsum proceditur ad missionem in possessionem. ff. ex quibus causis in possessio. ea. l. 3. § penul. & vlti. & l. sequen. & sequen.

Item quæro super ver. vel si fortè. An impediens citationem ne perueniat ad eum iterato sit vocandus, vel aliquid loco citationis faciendum, & videtur hic quòd non, [t] cum hic plus non requiratur. arg. ĩ. vt lite non cōtesta. quoniam §. porrò. & hoc credo verū, si manifestè liqueat de impedimento vel malitia, alias debet fieri citatio ad domum [u] vel in publico. ĩ. de dolo & contuma. causam. & c. vlt. ff. de dam. infecto. l. 4. §. quotiens. ff. ex quib. caus. in possessio. ea. hoc autem. ff. ex quib. caus. maior. ego. Et hodiè est expressum in extrauaganti rem nō nouam. [x]

Sed quæro nunquid in hoc casu iudex, sub quo cōtraxit iste, potest procedere ad missionem bonorum, quæ habet

habet in territorio suo? dic quòd sic,& ab illis debet incipere.argu.ff.de bo auctori.iudic. possiden.cum vnus.§. is qui.dico etiam quòd in casu versiculi præcedentis posset iudex decernere missionem faciendam in bonis,quæ habet contrahens alibi, maximè si sub se habita non sunt sufficientia; & hoc apparet, quòd iste versiculus ampliat præcedentem vt dixi.s.

¶Sed quæro in versiculo,sed tunc,iudex potest requirere iudicem,sub quo degit hic cōtrahens vt hic & s.eo. postulasti.ff.de re iudica.a diuo Pio, iudex sub quo sunt bona nō vult facere missionem ad denunciationem iudicis, qui missionem decreuit, quid fiet?

¶Dicunt quidam quod iudex decernens potest istum ad hoc compellere.argu.d.l.a diuo Pio.§.1.ibi,si hoc iussi fuerunt.

13 ¶Et iussus † quandam superioritatem importat.argu. Insti.de Attilia.tuto.§.sed hoc iure.

¶Dic contra,nam licet iudices inuicem se habeant iuuare.C.de offic.præfec.præto.l.2.§.postquàm.s.de treuga & pace c.1.non tamen habet imperium par in parem ad y cogendum y.s.de electio.innotuit.ff.ad Trebellia.ille a quo.§.tempestiuum.ff.de arbitris.nam magistratus. Sed hoc casu fiet compulsio per superiorem.j.de iure patro. c.nullus.& j.de exceptio.c.fin.in fi.& not.simile.s.eod.§. neque.

¶Nec obstat.l.a diuo Pio,quia non dicit ibi iussum ab isto vel ab illo, vnde intelligitur a superiore vt valeat in casu quo melius valere potest.

z Vel dici z potest verbum,iussum intelligi.vt.ff.ꝙ iussu. l.1.2.respon.

14 ¶Et iudex qui requisitus † non vult a facere iustitiam, A facit litem b suam.C.de pac.l.si quis in conscribendo in B fi.ff.de iudic.l.si filiusfa.& not.de hoc.23.q.2.dominus, & j.hoc lib.de re iudic cum æterni [aliarum diocęsum] a Remen.diocęsi: nam sunt extraneę quo ad id de quo agitur,sicut cęterę diocęses regulariter.s.de offi.ordina.pa-

15 storalis [super cōtractibus] Et voco † contractum obligationem omnem.& etiam si quis contrahit vbi promi- C sit se soluturum c.ff.de iudic.d.l.hęres absens.§.1.& l.omnino & l.interdum.§.vlti.ff.de actio.& obliga.contraxisse.s.eo.dilecti.

D ¶Sed dicitur propriè d contractus, vbi vltro citroquè obligatio oritur.ff.de verb.signifi.l.Labeo.2.[ab eisdem] contrahentibus [ibidem] scilicet in Remen.diocęsi.[inueniantur] ergo a contrario cogantur,si ibi inueniantur [inuitos] hic deciditur antiquorum dubitatio, quorum E quidam dicebant vt Azo e & Io. † quòd remissio fiebat 16 in contractibus sicut in delictis,& quidam contra, vt notatur d.l.hæres absens.ibi scilicet in diocesi Remen.[faciant] idem si non faciant, sed latitant & vbi copiam sui faciunt.citandi sunt,antequam contumaces reputentur. ff.quæ senten.sine appellat.rescindun. l.1.§.Item cum ex edicto [auctoritate] si sunt in citantium territorio [facere] & multò fortius decernere,vt in versi.sequen.[Malitiose] latitando vel procurando,ne citatio ad ipsos peruenire valeat.j.vt lite nō contesta.quoniam frequenter. §.1.quo casu dic ędictum debere proponi in ecclesia cathedrali,& in parrochiali,in qua sunt bona.si ipsa habeat in eadem diocęsi.arg.j.de dolo & contuma.cū causam, & c.vlti.& j.de eo qui mitti.in possessio.causa rei seruan. c.vlt.[faciendam.]

Contra.ff.de bo.auto.iudi.possiden.l.cum vnus.§.pen.

¶Sol.Generaliter decernendo, videtur decernere de bonis in suo territorio constitutis.vt.d.l.Sed specialiter potest hoc decernere vt hic, non præcipere,seu exequi.s. co.postulasti.

Sed iudex in cuius territorio sunt bona hoc potest facere requisitus.vt.j.versi.proxi.& ff.de tutor.& cura.dat. ab his, diuus [ad denunciationem] simile.s.de treuga & pace.c.1.[faciet.]

17 Et sic † exequitur vnus,quod alius decreuit,sic fit quādo diffinitiuè pronunciatur.s.eo.postulasti.ff.de re iudica.1.l.a diuo Pio.2.respon.[coram ipsis] quo facto,sigil- F labitur f acta sigillo curię,ac si facta essent coram Archiepiscopo,vel suo officiali.arg.j.de appel.cum parati.ff.de offi.præfecti vrb.l.1.§.pen.[Occasione huius] Cum contractus nō sit initus in diocęsi Archiepiscopi sed suffraganei sui, & ideo pertinet cognitio de hoc ad suffraganeū non ad Metropolitanum, etiam si coram ipso nedū clerico suo ad hoc misso iste contractus initus esset, nec valet missio in hoc casu, sicut nec officialis foranei.s.hoc lib.de offi ordina.Romana in princ.[quærelantibus] nisi in casibus a iure concessis:& de hoc no.s.hoc lib.de offi. vica.c.1.& s.de offi.ordi.pastoralis in prin.[respondere] nec etiam citatus venire, cum non exprimat citans causam ad ipsum spectantem.ff.de iurisdi.om.iudic.l.vlti s. eo.§.nec etiam [censuram] quod hæc cōtineat habetur. j.de verb.signifi quærenti.

ADDITIONES PROBI.

a 1 EGAVI. Petr.de Anch.consi.411.in fi.Et prima facie dicit hanc.l.facere ad hoc †,ꝙ quæ de facto emergunt, subtilius a iudicijs ruminantur, quàm illa quæ aliter in scriptis tanguntur.

b 2 Quo ad forum sortiendum. In simili dic quòd a pari procedunt, forum sortiri, & statutis ligari.Deci.cōsi.496. in princ.in causa.gl.in c.quæ contra morem.8.distin.gl. in c.illud.in ver.contrario more.12.dist.Docto.in rubr. de consuetu.& in c.quod clericis.s.isto titu.Ias.in consi. 80.in prin.visa facti.volu.3.firmat Alex.consi.19.num.6. circa primum.vol.6.vbi subdit, quòd statutum afficit res ipsas,siue possideantur a ciue ibi decedente,siue ab aduena.Bart.in l.cum cunctos populos.C.de summa.Tri.in 7. q.ad fi.in versi.sed dubitari de tali.q.allegat.l.rescripto.§. fi.ff.de muneri.& hono.& l.an in totū.C.de edific.priua.

Quodquè quo ad bona sita in territorio statuentium, seruari debet statutum loci. pro quo allegatur.c.Raynutius.s.de testa.Ita tenuerunt Iaco.de Ra.Cy.Gui.de Cu. & Ray.in d.l.cunctos.arg.l.pupillo.ff.de tuto.& cura.dat. ab his, & l.Titium.§.tutor.ff.de admi.tuto.Ias.in consi. 59.in prin.videretur volu.3.

Quod intellige quo ad decisionē, secus quo ad ea quæ concernunt ordinem procedendi:quia tunc seruandum est ius fori,in quo litigatur.Alex.consi.12.nu.6.volu.6.& Calca in consi.2.num.16 & consi.7.nu.25.Nicolaus.pro hoc etiam vide eundem Alex.consi.116.vol.1. visisquè 3 subtiliter. eodem.vol.6.vbi dicit ꝙ communis † cōclusio habet ꝙ in decisorijs debet attendi & seruari statutū loci contractus.c.consti s.de resti.in integr.& l.si fundus. ff.de euictio.l.1.in princ.ff.de vsufruct.glo.in ver.omnimodam, in Cle.1.iste tit.Ias.in consi.133.nu.16.volu.4. præsupponitur.quod limita non procedere in cleris,quia in decisorijs populi consuetudo nō ligat clericos, vt latè comprobat Calca.in d.consi.7.col.2.Nicolaus.

Et ratio,quia istud est contra libertatem ecclesiasticā, contra quam nihil possunt laici,vt ibi latissimè comprobat ipse Calca.subdendo ꝙ illud dicitur esse cōtra libertatem ecclesiasticam, quod est contra ius commune & canonum.Non autem attenditur Locus iudicij.vt.no.in d.Cle.& per Cy.& alios post gl.in l.1.C.quæ sit longa cōsuetu.& Iaco.de Bell.visu in l.1.C.de ęmancipa.lib.Bart. & alij in d.l.cunctos populos.C.de summa Trinita.vide quæ latissimè per Neapo.traduntur decisio.226.Serenissimus Rex.Ratio, quia contrahendo sortitur quis forum in illo loco, & efficitur de illo foro.l.hæres absens in princ.ff.de iudi.quod probat text.noster & hoc procedit ratione consensus, quia contrahentes videntur consentire legibus fori, vbi causa est agitanda Calca.in d.consi. 7.nu.24.Nicolaus, vbi subdit illud habere locum in clericis quo ad forum secularem,qui contrahendo illi subijciuntur, vt alij homines ex dispositione legis scilicet canonicæ.

Et istud dic procedere nisi in lege vel statuto dicatur contrarium, quia statuentes possunt condere statutum ligando subditum, etiam quo ad ea quæ geruntur extra territorium, si hoc exprimatur in statuto.l.fi.ff.de decre. ab ordi.facien.cum alijs ibi per Alex.allegatis.vide eundem Alex.consi.16.nu.3.in causa.vol.5.vbi dicit ꝙ in decisorijs quo ad discernenda an probatio sit sufficiens vel non, debet attendi locus vbi sita res est,de qua agitur, si illa non petitur ex contractu: & idem Alex.consi.41.nu. 4.visisquè subtiliter. eo. volu.5.vide etiam pro hoc Lapum allega.81.col.1.non valuit.vbi dicit ꝙ statuta seu iura municipalia sunt seruanda, etiam in foro ecclesiastico

& per

& per clericos, si non inhonesta & sunt simpliciter facta. Modificare etiam habes quæ in præcedentibus dicta fuere, nisi adesset statutum prohibitiuum, putà ꝙ vxor non possit donare vel legare viro, quod quidem fuit introductum ob causam fauorabilē, scilicet ne mutuo amore se spoliarent.l.1.ff.de dona.inter vir.& vxor.habet locum etiam in ea vxore quæ existens extra territorium statuētium donauit viro.

¶Pro veritate tñ huius puncti, habes videre Alex.vbi.s.col.2.vbi pro hoc multa deducit quę delectant lectorē, & in cōsi.164.Circa dubitationem præmissam,vol.6.quæ refocilant animum,quia ibi disputat an iudex † appellationis debeat sequi cōsuetudinem loci, vbi iudex principalis causæ tulit sententiam,an verò cōsuetudinem loci litigantium, an propriā loci vbi de appellatione cognoscitur.Et in hoc puncto dicunt Doct.concludendo, post Io.And.in rub.s.de cōsuetu.Quod aut quæritur quo ad decisoria & tunc seruari debet cōsuetudo loci cōtractus.l.saccularij.§.sunt quidā.ff.de extra.crimi.l.2.C.de noxa.

4

¶Aut quærit̄ quo ad præparatoria vel ordinatoria iudiciorum,putà an debeat produci libellus in scriptis, an debeat procedi summariè &c.& tunc si iudex appellationis causæ habet iudicare ex actis præteritis, de quibus quæritur, tunc debet sequi consuetudinem loci principalis causæ.no.gl.in ver.decętero in c.licet canō.de elec.hoc lib.scilicet si agitur de actis futuris in loco vbi agitatur causa appellationis:tunc quo ad illa inspicietur consuetudo & statutum loci causæ appellationis.l.3.in fi.ff.de testa.no.d.glo.in d.ver.decętero.in d.c.licet canon.

¶Idem dic in delegatis vt ibi per Alex.de hoc commemorat Petr.de Ancha.consi.18.colu.1.in qōne, quæ vertitur inter Nicolaum.

¶Præmissa intellige si tribunalia sint eiusdem qualitatis, secus si diuersę, vt potè si laicus conuenitur coram ecclesiastico, iudex ille habet seruare canones non leges (etiam in decisorijs) no.Card.cōsi.128.in quæstione quæ vertitur,maximè in his quę concernunt animæ fauorem per ea quæ amplè cumulat Alex.cons.63 col.3.stantibus.vol.4.vide quæ latè dico in c.1.in ver.bona fides de præscriptio.l.

¶Vide etiam pro præmissis eundem Alex.in cōsi.167.in fi.viso processu,vol.2.& cōsi.211.visa facti narratione, vol.eo.vbi col.3.dicit ꝙ dum dicimus ꝙ in decisorijs debet attendi locus contractus vel delicti commissi, intelligitur in foro cōtrahentis vel delinquentis, vt si clericus conueniatur corā laico.c.si quis.& c.si diligenti.s.hoc tit.

Vide præterea Alex.in consi.16.col.1.viso tit.volu.1.vbi quęrit an statuta loci testatoris mortis debeat attēdi.

c Vt fiat remissio.Vide quæ dico in c.inquisitoris de hæretic.l.

d Sortiri forum.Sortiri forum in loco & legibus seu statutis illius subijci,a pari procedunt.no.Alex.in consi.210.col.1.ponderatis.vol.2.& consi.sequen.col.3.

e Remissio.Hæc vsquè ad versi.sed nunquid,ad calamū ponit Iaco.de Bel.visu in repe.huius.§.nu.110.tamen citat Ioan.Cardi.& sic non tacito auctore,prout aliqui nostrum faciunt fures alienæ laudis, vt Andr.de Pisis fecit, qui quasi in omnibus recitat doctrinam protestationis, quam Io.Mo.posuit in regu.in generali de reg.iur.de eo tamen nullam faciendo mentionem.testatur Bart.in l.non solum.§.morte.nu.9.& 10.ff.de no.oper.nuncia.ratione cuius subdit iudex ego de omnibus facio mentionem,vt quod suum est furari nō videar,in eo vero quod est meum cognoscar.

f Sibi imputet. Idem dicendum est de contrahente cū exempto a iurisdictione ordinariorum quoruncunquè. per ea quæ.not.Soci.consi.285.reuerendissimus do.Car.de Medicis.facit quod dico in c.1.in versi.difficultas ne sede vacan.

Vide de imputatione quæ tradunt Neapol.deci.229.sepè & sepius.

g Deliquisse. Quia delictum habet plures partes diuisibiles,& iurisdictio & pęna diuisionem recipiunt.l.si cōmunis seruus Menij.§.fi.ff.de stipula.seruo.& l.apud antiquos.C.de fur.ideo si quis in vno territorio Titium cępit,& ligauit,& postea ad aliud territorium duxit, & ibi eum vestibus spoliauit, debet puniri, & contra † eum inquiri per iudicem territorij capturæ, & non spoliatio-

5

quia debet attendi locus vbi captus fuit, quia tunc videtur priuatus naturali potestate, sic videmus in feris animalibus,quæ tunc nostra fiunt, cum ea naturali potestate seu libertate priuamus.l.3.in fi.cum duabus.ll.sequen.& in l.in laqueum.ff.de acquir.rer.do.Istud latè comprobat Alex.consi.216. colum. 3. ponderatis his.vol.6.

h Aliqualis causæ cognitio. Quod fit vt aliqualiter appareat de commissio delicto, vel per confessionem delinquentis,vel per aliquas probationes, vel coniecturas: nam absolutè remittendo iniustè posset infamari, si statim ligatus mitteretur.gl.in Cle.pastoralis.in ver.de more.in fi.de re.iudic.firmat latius Cepol.consi.56.colu.10.dico in c.inquisitores de hæreti.l.tenet Oldra.consi.89.Episcopus inuocat.Petr.de Anch.in repe.c.ea quæ.quæst.10.de reg.iur.hoc lib.

¶Intentum nostrum possumus comprobare a simili per ea quæ dicuntur de inhibitione † alteri facienda, vt præcedat aliqualis causæ cognitio. probat per illum tex. Gemi.in c.non solum.in §.illa verò in 3.no.de appel.hoc lib.c.Romana.§.si verò eo.tit.& §.1.in Auth.in medio litis sacras iussio.firmat Petr.de Anch.consi.234.casus talis est post præceptum factum,& latius Alex.de Imo.cōsi.68.in causa & lite vertente inter spectabilem virum Bartholomeum.vol.7.vbi istud limitat non procedere in inhibitione quam facit iudex ecclesiasticus iudici seculari, ex eo quod in causa mota coram iudice seculari incidit articulus spiritualis & præiudicialis ad causam principalem, quia tunc super illo spirituali articulo & præiudiciali habitus est recursus ad iudicem ecclesiasticū, statim liquet inhibitionem fieri debere,& non posse per secularem procedi, & eius iurisditionē esse suspensam.c.lator s.qui filij sint legi. Et hoc dummodo ꝑcesserit oppositio per partem, quod nō procederet,quia nisi sit oppositum non esset suspensa iurisdictio iudicis secularis ipso iure, per id nō habetur in c.exhibita.s.de iudic.facta vero oppositione poterit inhiberi iudici absq alia citatione,vel causæ cognitione.Quia etiam si aduersarius citatus esset, nihil posset cōtradicere,nec de suo præiudicio tractare, propterea non est citandus.c.pastoralis.§ 1.s.de appel.facit ꝙ dico in seq.in ver.citatio, & in rub.de priuileg.dixi in c.si confirmationem.de electio.s.Sunt † enim citandi solum ij qui possunt de iure contradicere.l.cum adoptio.ff.de adopt.l.1.§.denunciari.ff.de ventr.inspi.not.Ludo.Bolog.in addi.ad Io.de Ana.cōsi.29.col.2.visa imperiali. Et quo ad intentum thematis, vide quæ tradit in simili Lapus allega.56.prælatus ecclesiæ,vbi subdit ꝙ si quis in libello proponat reum contraxisse in loco ludi, & reus neget,de eo primò venit discutiendum.Pro his vide quę tradunt Neapoli.decisio.297.pluries fuit. vbi latè intentum Io.Mo.comprobat.

6

7

i Alij.Hanc opinionem videtur taciè tenere Io.Mo.ex quo refert & non reprobat Maria.Soci.consi.27.colu.4.pro decisione.

k Re & verbis.Idem dicendum videtur de ratificatione † quæ etiam fit re & verbis.l.Paulus respondet.ff.rē ratā haberi. Et ideo si vniuersitas soluit expensas factas in lite per syndicū non legitimè constitutum, vr̄ gesta per eum ratificare.no.Spec.in tit.de syndi.col.2.in versi.Sed pone ꝙ vniuersitas. quod refert, & sequitur Alex.cōsi.127.nu.2.viso instrumento locationis.vol.6.& Deci.cōsi.316.nu.6.quod incipit,in casu proposito. vbi subdit ꝙ ex perceptione† fructuū probatur & inducitur ratificatio possessionis, & agens ex cōtractu vr̄ ratificare cōtractum. Idē Deci.consi.449.nu.34.uisis. ubi aliud subdit, ꝙ agens ex cōtractu uidetur ratificare cōtractum.allegat Ang.cōsi.161.uiso.col.fi.& Bald.cōsi.14.functus.uol.5.Et pro themate uide quæ dicimus in c.degradatio.in uersi.factis.de pę.& Deci.cōsi.486.in fi.uisis & consideratis.

8

9

l Per nuncium. Adde unum de quo meminit Areti.in consi.30.colu.penul.uiso themate. ꝙ præsumitur ꝙ nuncius citauerit, licet eius relatio non appareat. Ita dicit Petr.de Susanna in c.bonę.de elect.& Anto.de Butr.in c.1.s.de iudic.licet dicat ibidem, quòd ista doctrina est uera, quando pars quæ comparuit in iudicio, uenit de longinquo, uel comparuit per nuncium, uel per procuratorem, & tunc in dubio comparens præsumitur fuisse citatus.Idem & multò fortius, quando pars comparendo uoluntariè ꝓcedit in iudicio,& ex actu suo ostendit ꝙ

ad

ad iudicium venit instructa, quod est quando respondet intentioni aduersarij.

¶Seu epistolam. Non tamen per edictum, quia citatio 10 † per edictum regulariter prohibetur nisi in casibus qui m leguntur: & not. in Cle. 1. de iudic. & per Bar. in extra. ad reprimendam. Si enim nescitur quis sit citandus, habet locum citatio per edictum. c. fi. s. qui matri. accusa. pos. c. significauit & c. Albericus. s. de testib. vbi Doct.

¶Vide quæ diximus in c. fi s. de electio. & quæ no. glo. pragm. in tit. de electio. in §. facta autem in verb. vocetur.

11 ¶Quia citatio. † Quæ dr̃ iudicij præparatoriũ, & illud n interpretatur in fauorem actoris. l. de die in prin. ff. qui satisda. cog. Deci. cõsi. 449. col. 1. visis vide quæ de citatione dicit.

12 ¶Duo extrema. Inter quæ dictio, citra, solet † poni. no. o Do. in cõsi. 18. post prin. quia copiosè & subtiliter. quod vide pro ipsa dictione, citra, & Alex. consi. 108. colu. 2. & consi. 118. nu. 12. & consi. 120. eo. vol.

p Citatio. Quæ debet fieri illi, de cuius interesse princi-13 paliter agitur quo ad validitatẽ actus, & eius, qui † in cõsequentiam prætendit interesse, nõ est necessaria. no. per gl. 2. in d. l. de vno quoq; ff. de re iudic. quod firmat Franc. in c. quàmuis col. 5. s. de pact. & Do. in c. fi. de electio. hoc lib. no. Bar. in l. in diem. ff. de aqua pluuia. arcen. & Bal. in l. ab eo. col. fi. versi. extra quæro. C. quomodo & quando iudex vbi ad hoc allegat dictum Inno. in c. humilis. s. de maior. & obedie. & hoc intelligitur quo ad hoc ꝙ actus valeat, scilicet quantũ ad hoc vt preiudiciũ inferatur illi, de cuius præiudicio agitur in consequentiã, citatio vr̃ necessaria. Alex in d. l. de vnoquoq; & Fely. in d. c. humilis. col. 2. versicu. & intellige. allegat inter alia glo. in l. cum miles in ver. facienda ff. ex quibus. caus. maior.

Pro intento ꝙ talis debeat citari, saltem generali procla. Bal. in l. si eo tempore per illum tex. C. de remissio. pigno. no. per Bar. in extrauag. ad reprimendam in ver. per edictum istud firmat Dec. cõsi. 316. nu. 4. in casu proposito dum discutit an citatio requiratur in legitimatione superiorum.

14 Aliud extremũ † Quod ponitur pro principio & fine, q hinc dicimus ꝙ probatis extremis principij & finis, præsumptiuè probatũ est medium. Pone, in probatione possessionis continuatæ, quæ præsumitur, si probentur extrema, scilicet principiũ & finis. Bart. in l. Celsus. ff. de vsucapio. tradit & sequitur Pet. de Anch. cõsi. 5. pro parte nobilis, quem reperio citare vnum quo ad extremũ. cõsi. 203. col. 2. ex themate. Quia cũ dubitatio est inter duo extrema, quorum quodlibet est eiusdem naturæ, nihil operatur, & nullũ impedimentum producit. l. quod si dubitet. ff. de acquir. hæredi.

15 Et dic † non media, sed extrema attendi. Bal. in l. si plures. C. de conditio. inser. not. in l. sed & si. §. seruus. ff. de hęredi. Insti. Neapol. decisio. 195. nu. 5. d. c.

r Citatio. In qua & alijs actis iudicialibus & extraiudicialibus requiritur dies. Alex. consi. 90. in fi. viso processu. vol. 5.

s Vbique. Intellige seruato iuris ordine, vt no. per gl. & Doct. in c. causam. quę. s. de dolo & contumacia & Alex. consi. 2. vol. 3.

t Dic ꝙ non. De eo qui in prima citatione dicit ꝙ non compareret, vide an sit iterum citandus per Alex. consi. 81. nu. 6. stantibus his vol. 4.

u Ad domum. Adde ꝙ citanti asserenti citasse ad locũ habitationis, creditur, propter officium. not. Cardi. consi. 10. nu. 3. Iacob. executor; vbi refert nu. 14. quòd quandiu 16 † quis inuenitur personaliter, non est citandus ad domũ, quia citatio ad domũ est quasi quoddam refugium subsidiarum, & hoc stat pro verò, nisi pars aduersa velit probare quod ille locus assertus non est locus habitationis.

Tu tamen latius examinando hunc punctum, dic non sufficere citasse ad domũ, sed oportet dicere id fecisse ad domũ habitationis solitæ, quia quis potest habere plures domos, ideo non concludit relatio ꝙ fuerit seruata iuris forma, quæ est quòd primò citetur ad personam, si personaliter inueniri potest, sin autem, ad domum solitæ habitationis. Bart. & alij in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infecto. prout refert Alexan. in consi. 2. vol. 3. vbi quærit de nuncio in cuius mandato erat scriptum. Cites Titium ad eius personam, si personaliter apprehendere possis, alioquin ad eius domum, & nuncius in relatione sua dicat, citaui Titium ad suam domum, & alia fecisse certifico prout fieri mihi mandabatur, an ratione horum verborũ præsumatur circuitus datus in mandato fuisse factus per nuncium. Et breuiter dicit ꝙ hæc verba non sufficiunt, quia oportet illa esse clara. Et de eis iudicamus, prout de depositione testis, cuius verba debent esse clara, non ambigua, vt latè deduco in c. 1. de testib. Et in dubio potius præsumitur facta citatio ad domum, quàm ad personã.

17 Quia citatus † personaliter, non comparendo est in vero dolo. Sed citatus ad domum est in culpa, & potius præsumitur culpa quàm dolus. Cum debeamus præsumere in minorem partem. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probat. & l. si præses. ff. de poenis. Vide Philippum Corneum in prima parte. consi. 159. col. 3. viso processu, & quæ latè in hoc finali proposito tradit Areti. in consi. 31. considerata.

x Rem non nouam. Quam glosauit Ioan. Mona. vt ibi videre licet.

y Ad cogendum. Adde eundem Ioan. Mo. in c. 2. inf. de præben. istud dic fore regulare, quia reperio non procedere in non factis & commissis: quod firmo multifarie. Primò habeo doctrinam Francisci Areti. in ca. cum non ab homine. col. 3. sup. de iudic. ꝙ licet non sit licitum laico detinere clericum qui deliquit, & sic quãdo delictum 18 est iam † consummatum, tamen si sit consummandũ, potest, quia est quædam species defensionis personæ, vel rerum, & etiam reipublicæ, & obuiat delicto committẽdo, in quo omnia iura, & eorum executores laborant. quod comprobo exemplo de Balaam propheta. nu. 22. c. transumptiue. in c. nos si competenter. 2. q. 7. & in c. cũ ex iniuncto. s. de hæretic. Quod licet non sit licitum animali irrationali corrigere hominẽ, tamen in delicto cõsummando videmus ꝙ ab asino fuit deprehensus.

Et sic aliud est in commisso, & aliud in committendo, quod etiam verificatur per ea quæ citat Innoc. in c. 1. col. 19 2. s. de postula. præla. vbi dicit quòd licet non † possit inquiri contra aliquem, nisi præcedente infamia, vt no. s. de iudic. in c. at si clerici, non tamen locum habet in delicto consummando, vt euitetur delictum.

Hinc est ꝙ ad euitandum delictum nondum cõsummatum sed consummandum possunt recipi testes etiam non iurati. dictum hoc Innoc. refert apostilla. ad Angel. in tracta. de malefi. in glo. 1. col. 3. in versic. atrocia, ad idẽ Inno. in c. omnis. col. fi. s. de poeniten. & remissio. Vbi sa-20 cerdos † potest peccatum sibi dictum in confessione reuelare, si illud peccatum sit committendum, & hoc vt peccato obuietur, & ita debet intelligi glo. in c. tua nos. s. de sponsa. Quod si quis confiteatur sacerdoti se desponsasse quandam mulierem per verba de præsenti, ꝙ sacerdos poterit reuelare, vt matrimonium consummetur, & hoc est, quia eo quòd despõsauit mulierem, si negauerit, & illam recusauerit, videtur esse delictum, habens tractũ successiuum & durare quousque illam acceperit, vt ergo tali delicto futuro obuietur licitũ est sacerdoti reuelare.

21 Item licet regulariter iudex de iure communi † cogere partes non possit, vt veniant ad concordiam. Bart. in l. congruit. nu. 4. ff. de offi. pręsid. & in l. si de meis. §. recepisse. ff. de recept. arbitr. Alexand. in §. post operis in l. 1. ff. de oper. no. nuncia. latius per Felyn. in rubr. de fide treug. & pace in princi.

Etiam in bona conscientia dicit Panormi. in ca. fi. nu. 7. s. de transactio. quem videas. Tamen secundum Bart. in d. l. congruit. circa finem, & Alexand. vbi sup. non procedit in criminalibus, quia tunc antequàm nascatur delictum, si videat iudex delictum nasciturum, ne cõsummetur, iudex potest cogere partes ad concordiam. argu. l. si vsusfructus. §. inter duos. ff. de vsufr. & quemad. amitta. firmat Feli. vbi sup. in versicu. fallit primò, vbi restringit, dummodo hoc non vergat in detrimẽtum reipublicæ, vt quia hoc medio maleficia remaneant impunita. Et pro comprobatione eorum quæ dicta sunt, habes dictum Bal. in l. 1. §. quies in fine. ff. de offi. pręf. vrb. quòd si iudex videat ꝙ partes veniant ad arma & rixas, & non prohibeat, vt delictum nondum consummatum euitetur, est ab officio deponendus.

Vide pro his Alexand. consi. 7. col. fi. ver. confirmo, pręterea in consultatione præmissa. vol. 5. vbi dicit ꝙ iudex seu

seu alius superior potest cogere aliquos habentes iurisdictionem, vt vsu iurisdictionis alterius viribus vtantur, vt euitetur scandalum, & hoc etiam instantibus subditis, de quorum præiudicio agitur. not. Ang. in l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig.

z Vel dici potest. Hic apparet hoc verbum iussus habere duplicem intellectum. Ex quo infero, ꝙ si producatur instrumentum in quo contineatur hoc verbum vel simile, habens duplicem intellectum, fiet interpretatio cōtra producen. l. veteribus. ff. de pact. c. ex literis. s. de sponsal. not. Alex. in consi. 81. vol. 3. lecto.

A Non vult facere. Quid dicendum an propter defectū iustitiæ seu negligentiæ iudicis ecclesiastici, permittatur ꝙ trahatur clericus coram seculari? dic ꝙ non c. quanto. s. de iudi. not. 11. q. 1. placuit. Sed tunc recurrendum est ad proximum superiorem c. nullus. s. de iure patro. pro quo vide Alex. consi. 8. volu. 1. quem pro hoc vide latius cōsi. 11. in nu. 8. & seq. circa primum eo. vol. & Deci. cōsi. 528. nu. 8. pro resolutione. & consi. 544. num. 23. Serenissimus.

B Litem suam. Idē dic quando malè iudicat, quod procedit in arbitro & arbitratore. testatur Ludo. Bolog. in addi. consi. Io. de Ana. consi. 50. in q. Eustachij.

Vide quæ tradit de iudice denegante defensiones, per Alex. in consi. 65. habita. vol. 1. & de nolente seruare ordinem iuris, vt dicatur facere iniustitiam. Deci. consi. 483. col. 1. pro resolutione.

C Soluturum. Vide Maria Soci. consi. 101. in fi. viso testamento. Et dic vnum de quo per Neapoli. decis. 226. nu. 22 8. Serenissimus. quòd vbi † est forus solutionis, ibi est forus legis municipalis.

D Propriè contractus Pone exemplum in contractu dotis, quia is dicitur vltro citroquè obligatorius, quia in promissione dotis semper inest tacita conditio si nuptiæ seu matrimonium sequantur, & ante non competit marito vel eius patri ius agendi ad dotem, dato ꝙ hoc non fuerit expressum in promissione dotis. l. stipulationem cū l. seq. & l. promittendo. ff. de iure doti. l. item quia in prin. ff. de pac. l. a Titio. ff. de verbo. oblig. facit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. iuncta. l. ex promissione. ff. de actio. 23 & oblig. Et vbicunquè † ab vtraquè parte cōtrahentium aliquid reciproce implendū est, eo ipso ꝙ ex parte vnius eorum impletur, videtur tacitè interpellatus, & in mora constitutus ille qui nondum pro parte sua impleuit, vt implere debeat quod promisit, & illud ad quod tenetur. l. curabit. C. de actio. emptio. & d. l. Iulianus. §. ex vēdito. vbi si venditor fundum vendidit pro certo pretio & illū fundū emptori tradidit pretio nondum recepto, quàmuis venditor non interpellet emptorem vt pretiū soluat, tamen a tempore quo venditor pro sua parte impleuit & sic rem tradidit emptori, poterit licitè & omni iure petere vsuras pretij non soluti a tempore, quo res fuit tradita emptori. quia æquitas non patitur ꝙ emptor habeat fructus rei, & etiam retineat pretium & venditor careat re & prætio, & hoc casu nedū iure ciuili, sed etiam canonico & omni iure licitè petuntur vsuræ vt interesse. c. conquestus vbi gl. s. de usur. dico latè in rub. illo tit. in uer. contra dic. quod placet Alex. consi. 147. perspectis instrumentis. uol. 5. ubi subdit doctrinam Bal. in l. 2. C. de usur. ꝙ si emptor cui res fuit tradita, non est in perfidia, si non soluit pretium, ut quia uenditor promiserat emptori dare fideiussorem & non dedit, uel promisit sibi dare possessionem liberam, & nondum fecit liberam, & ꝓpter hoc emptor pretium non soluit, & sic non potest ascribi mora emptori. l. fin. ff. de rescind. uend. Attamen hoc non obstante tenetur emptor, qui percepit fructus rei emptę ad dictas usuras ratione precij non soluti, quia licet uenditor cessauerit implere quantum ad dationem fideiussoris, uel quo ad faciendum rem liberam, tamen proter hoc non minuitur usus rei uenditæ & traditæ: ergo non debet diminui intertrusurū præcij, quia tales usuræ potius ueniunt ex quadā æquitate, quàm ratione moræ, ut dicit signanter tex. in d. l. curabit secundùm Bal. ita concludentem in d. l. 2. & tales usuræ commensurantur quantitati fructuum perceptorum, ut est de mente gl. in d. l. 2. seu qui percipi per uenditorem potuissent, ut clarè firmat Paul. de Cast. in d. §. ex uendito, & similiter econtra quando emptor adimpleuisset pro parte sua, & uenditor contra absque alia interpellatione non traderet rem, teneretur ad fructus, quia diceretur esse in mora. l. mora. §. in bonæfidei. ff. de vsur. iuncta. d. l. curabit. ponit Bal. in l. fi. §. prætereà in vlt. col. C. de iure doti.

24 Pone etiam exemplum in contractu societatis, qui † dicitur cōtractus vltro citroque obligatorius. l. societas. contrahitur. §. fi. & l. iure societas. C. pro socio Alex. cōsi. 27. in princ. consideratis his, vol. 4.

Et attende ad vnum in proposito quod tradit Alex. in consi. 105. col. 5. Magnifice prætor. volu. 4. ꝙ vbicunque 25 † contractus est iuratus, & vnus ex conuenientibus non seruat conuenta alteri perdit ipso iure omnia commoda illius contractus a csi factus non esset.

Ex præmissis igitur habes quòd nunquàm quis potest mihi imputare & sibi promissa non seruari, quando ipse prius non seruauit. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l. cum proponas. el 2. C. de pactis. Et hæc regula militat in omni contractu etiam nominato. Bal. in l. inciuile. C. de rei vendi. probatur. in l. si ira quis. §. Seia. ff. de verbo. obliga. & in l. si conueniat. ff. pro socio.

Et dicit expresè Bal. in c. 1. qualiter de proprie. priuet in vsib. feudo. quòd ista est natura penarum, siue legaliū siue conuentionalium, ꝙ nisi petens pœnam probet ex parte sua impleuisse contractum, repellitur à petitione 26 pœnæ, quia liquida † debet esse causa vt pœna petatur. d. l. quæro §. inter locatorem & quod no. in l. si non fuit. ff. de iureiu. quod not. quia etiam placet Alex. in consi. 112. colum. 2. visis & discussis. vol. 2.

27 Vt Azo. Qui † fuit mens legum. Cy. in l. certi iuris. C. loca. & vas electionis secundùm Bal. in l. contractus. C. de fide instru. Barba. in rubr. de proba. colum. 4. Bolog. in repe. authen. habita. colum. 53. C. ne fil. pro patre. Lancel. in fi. col. 2. C. de pact. fuitque subtilissimus apud omnes. Cy. in l. si ex cautione. col. 2. C. de nō nu. pecu. & tempore quo legebat Bononiæ erant ibi scholares 10. milia.

Et nunquàm infirmabatur nisi tempore vacationum, & tali tempore mortuus est, vt per Odofred. in vlt. verbis sui commenti. C. dicitur etiam vas legum secundum Iaso. in l. si mihi à Titio. ff. de verbo. oblig. & fons legum secundum Marian. Soci. consi. 323. in princi. suprascripti.

28 Sigillabuntur. Ratione † huius poterit aliquid exigi, facit cle. penul. de elect. Pet. de Anchara. consi. 218. col. 2. iuxta ordinem. Vide quæ pro sigillo latè scribit Bertachi. de Firmino. in tracta. de episcopo. in 3. lib. colum. 6. cum sequentib.

Et quando literæ sigillatæ faciant fidem Maria. Socin. consi. 120. colum. 7. cum in præsenti, & latius consi. 258. in causa vicarię. Alex. consi. 150. in causa appella. volu. 6. & consil. 86. versi. 3. quia non est probatum, quòd incipit lętatus sum. vol. 7.

Et an literis sigillatis sigillo episcopi, sine testium subscriptione credatur (pone exemplum in collatione beneficij) vide quę latè dicit do. Stepha. Bertrandi. in consi. 132. colū. 2. dubitatur par. 2. vbi plura adducit pro parte negatiua, quę videre iuuant & ea quę etiam deducuntur in consi. sequen. versi. Ad secundum quęsitū, vbi dicitur, quòd communis stat quòd in his quæ non sunt modici pręiudicij literis episcopi testium subscriptione nō roboratis, fides non datur, quòd deducit pro Apostolicis ad idem Domi. consi. 144. circa finem, opponitur quòd dominus.

Nunc autem videndum est de substantia signi, an videlicet ad essentiam † veri instrumenti requiratur appo-29 sitio signi notarij illud conficientis. Breuiter dic secundū Cardi. consi. 133. ad singula pręmissa, quòd de iure communi non requiritur, & sic eius omissio non vitiat, & hoc habes firmiter tenere secundum eum.

Si tamen consuetudo loci se habeat in contrarium, illam serua, quia magnam vim habet in talibus, & sic ipsi est standum. Bart. in l. ad testium. §. si quis. ff. de testa.

De prothocollo etiam attende ad consuetudinem loci, & maximè etiam ad consuetudinem notarij, quia si cōsueuerit apponere signum in prothocollo, & repertum non fuerit, videtur prothocollum habuisse pro non perfecto, vt ibi latius comprobat.

Attende etiam ad legem prouincialem, quia si hęc lex appositionē signi requirat, necessaria est, vt habes in concordatis Gallię de signo scribe vniuersitatis.

Bonifa-

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Seculares iudices qui (licet ipsis nulla cõpetat &c.

SVMMARIVM.

1 *Fides probationum facienda est iudici.*
Qui non est iudex frustra probationes recipit.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Iudex secularis non est iudex clerici, etiam incidenter per viam exceptionis.*
2 *Ratione contumaciæ non potest clericus a iudice seculari mulctari.*
3 *Iudex laicus est inhabilis & incapax iurisdictionis contra clericum.*
4 *Clericus qui passus est conueniri coram laico, an debeat in expensis condemnari.*
5 *Debitor citatus absque interpellatione, si confiteatur, non tenetur ad expensas.*
6 *Probationes non debent fieri grefario causæ sine mandato iudicis.*
Recipere testes ad iudicem, scribere verò ad tabellionem pertinet.
Confessio facta coram tabellione absquè præsentia iudicis non præiudicat.
7 *Iudex non debet mentem suam applicare ad vnam speciem probationis.*
8 *Omnes probationes sunt in arbitrio iudicis, & est in eius potestate alteras præeligere.*
An aliquid sit plenè probatum, pendet ex arbitrio iudicis.
9 *Probationes non sunt de substantia iudicij, maximè in causa beneficiali, in quo casu magis exuberat officium iudicis.*

a SAECVLARES. a Hæc decretalis ius fauorabile pro personis ecclesiasticis cõtinet, licet de facto iudices seculares cõtrariam attentent: vnde forsan pœna grauior adijci debuisset [inducũtur] si enim persona ecclesiastica coram istis non potest b conueniri. s. de iudic. at si clerici. ergo nec probatio contra ipsam indici. nam fides probationum † est faciẽda c iudici. ff. de probat. quinquaginta. qui ergo non est iudex, frustra probationes recipit [compescendo.] Olim grauius puniebantur per decre. extrauagantem, quàm sit graue. quæ consequebatur pœnæ adiectione decreta. s. eo. si diligenti. & forsan hæc decretalis loquitur vbi iudex secularis ex officio procederet contra ipsos: sed dicta iura quando procederetur ad instantiam d partis.

ADDITIONES PROBI.

a SAECVLARES. Adde quæ latè tradit Alex. in consi. 8. vol. 1.

b ¶Non potest. Adde id fieri, quia hoc casu agitur de condemnatione personæ clerici, & sic de re ecclesiastica & spirituali, vt in c. si iudex. de senten. excommunica. hoc lib. vbi Dom. 1 dicit quòd iudex † secularis non est iudex etiam incidenter per viam exceptionis, vt not. Panorm. post glo. in c. etiam. s. de ordi. cogni. & in c. si diligenti. colum. penult. s. isto titu. vbi concludit quòd secularis iudex nullo modo possit esse iudex contra clericum, nec principaliter, nec 2 incidenter, & propter hoc infert, quòd ratione † contumaciç non potest clericus a iudice seculari mulctari iuxta. l. si quis ex alieua. ff. de iudic. quia illa. l. non habet locum in clerico, cum illa intelligatur in eo qui potest esse iudex. licet non sit: sed iudex secularis non est iudex, nec potest contra clericum, & sic argumento illorum idem possumus dicere de expensis. pro hoc Bald. in d. l. si quis ex aliena. colum. 1. versicu. Et per hoc videtur, vbi 3 dicit quòd laicus † iudex est inhabilis & incapax iurisdictionis contra clericum: vnde clericus citatus non tenetur comparere, nec ratione contumaciæ, potest puniri. vide Bald. in l. generali. colum. 2. versicu. Per hoc soluitur ista quæstio. C. de episco. & cler. Dec. in c. si duobus. col. 4. s. de appella.

4 ¶Ex quibus habeo intentum pro quæstione. pone, † clericus de facto fuit conuentus coram seculari, coram quo tacuit se clericum, & passus fuit se ab eo condemnari, quæritur an condemnatio valeat, saltem respectu expensarum coram laico factarum, breuiter per prædicta videtur quòd non, sed an expensç ipsç possint peti coram ecclesiastico iudice, in hoc videtur distinguendum: aut actor facta sibi fide clericatus destitit a lite coram seculari inchoata, & tunc tenetur clericus & ad eas potest per iudicem ecclesiasticum condemnari, quia verisimiliter sicut tunc destitit, ita præsumendum est quod a principio (facta fide de clericatu) destitisset, aut non destitit, & tunc non tenetur clericus, quia verisimiliter non destitisset, si a principio facta fuisset fides de clericatu: 5 quod comprobo, quia si debitor † citatus absquè interpellatione confitetur debitum, non debet in expensis condemnari, quia si debitum confitetur, ita videtur ꝙ interpellatus pariter confessus fuisset, secus si conuẽtus debitum negauit, quia tunc conuentus debet in expensis condemnari, licet extraiudicialiter interpellatus non fuerit. quia verisimiliter, sicut debitum negauit in iudicio: ita etiam interpellatus negasset: ita dicit Rom. sing. 398. Alio sero dominus Manuel. ita concludit Deci. cõs. 241. scripsi alias breuiter.

c ¶Facienda iudici. Pro verificatione dicti Ioan. Mona. vide l. si quando. C. de testi. & l. primam. C. de reb. alie. nõ alienan. l. 2. C. ex quib. cau. maio. l. doce ancillam. C. de rei 6 vendic. Et sic † non possunt fieri probationes notario, seu grefario causæ sine mandato iudicis. Bald. in l. hac cõsultissima. C. de testam.

Recipere enim testes pertinet ad iudicem, scribere verò ad tabellionem. citat Hipolyt. de Marsil. consi. 2. num. 27. cum sequ. vbi plura in proposito subdit, & inter alia quòd tabellio non potest de consensu partium sine præsentia iudicis recipere dicta testium & iuramẽta, nulla sibi facta commissione per iudicem, & quòd confessio facta coram tabellione absquè præsentia iudicis non preiudicat gl. in l. iubemus. C. de liber. cau. Vbi Sali. addit. Quod ad hoc vt talis confessio preiudicet, requiritur ꝙ fiat iudice sedente pro tribunali: quod perpetuò nota contra abusum procuratorum Galliç.

7 ¶Præterea adde ꝙ iudex non debet † mentem suam applicare ad vnam speciem probationis, sed ex allegationibus & alijs quæ in eius prçsentia proponũtur, debet motum animi sui formare, vt dicitur in c. in præsentia. s. de renuncia. c. causamq;. de re iudic. & in l. ob carmen. §. si testes. ff. de testib. vbi dicitur ꝙ iudex debet confirmare motum animi sui ex argumentis & testimonijs, quæ ad 8 rem aptiora sunt, & verè proximiora: nam omnes † probationes sunt in arbitrio iudicis, & est in eius potestate, alteras præeligere, secundùm Anton. de Butr. in c. ex literis. not. 6. s. de probat. idem dicit Bald. in l. fin. in prin. C. commin. vel epi. hinc Paul. de Cast. in l. admonendi. col. pen. ff. de iureiur. ꝙ an aliquid plenè sit probatum, pendet ab arbitrio iudicis. per text. in l. 3. § fina. ff. de testib. ibi, tu magis scire potes quanta fides adhibẽda testibus: nam quandoquè fertur sententia sine testibus vel alijs probationibus. c. afferte. s. de præsumptio. Ideo Bar. in l. prolatã. in fi. de senten. & interlo. omn. iudic. dicit ꝙ probationes 9 † non sunt de substan. iudicij. Idem not. Bald. in l. 2. colũ. 2. C. de eden. quæ præcedere videntur maximè in causa beneficiali, in qua magis exuberat officium iudicis. c. cũ nobis. s. de elect. gl. in versi. exceptiones. in c. constitutus. s. de appella.

¶Et quòd probationes sint arbitrariæ, seu in arbitrio iudicis, vide Deci. consi. 272. colum. 3. viso processu. allegat Anton. de Butr. in c. ex literis. in 6. not. de probatio. & Bald. in l. fin. in princ. C. commin. vel epi. & Paul. de Cast. in l. admonendi. col. 1. ff. de iureiur. Et ꝙ probationes nõ sint de substantia iudicij, firmat Deci. consi. 395. in princi. post Bar. in d. l. prolatam. circa fi. C. de senten. & interloc. omni. iudic.

d ¶Ad instantiam partis. Pro hac distinctione vide quæ tradunt in simili. Neapoli. decisio. 230. versicu. tertia fuit opinio per relatorem.

Ioan. Mona. Card.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶ Cū C. laicus pro quo soluisti certā pecuniæ q̄titatē, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum dat cognitionem iudici ecclesiastico vbi sine eo potestatem non haberet.*
2 *Adiectio iuramenti mutat forum, sicut & contractum inualidum facit quandoq; validum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Verba, propter adiuncta declarantur & limitantur.*
2 *Periurium est crimen ecclesiasticum.*
3 *Si statutum inualidat contractum iuratum, recurritur ad forum ecclesiasticum, vt cogatur iurans ad obseruantiam iuramenti.*
4 *Parrochiales villarum muratarum debentur graduatis, cumulatiuè non priuatiuè.*
5 *Duplex est habilitatio.*
6 *Iudex qui incipit cognoscere de possessorio, præocupat etiam iurisdictionem in petitorio.*
7 *Causa principalis & incidens sic se habet quod ad positionem vnius, sequitur positio alterius.*
Maior causa trahit ad se minorem.

1 CVM C. LAICVS. Iuramentum † præstitum dat cognitionem iudici ecclesiastico, vbi sine eo, iudex potestatem non habet. Ecce ergo [compellat] simile. s. hoc lib. de pact. quàmuis. ʃ. hoc lib. de iureiurā. licet. Et a sic adiectio † iuramenti mutat 2 forum, b sicut & contractum inualidum facit quandoq; validum, vt dictis iuribus & quandoquè non. notatur. ʃ. hoc lib. de reg. iur. non est obligatorium.

ADDITIONES PROBI.

a ET sic adiectio. In simili vide quæ citat Paul. de Cast. consi. 366. num. 3. Primò videndum in prima parte q̄ verba † propter 1 adiuncta declarantur & limitantur. allegat. de lega. 3. l. quæsitum. §. 1. & l. prædijs. in princ. & ibi per gl. de lega. 1. l. si seruum. §. fi. & ff. de petitio. hæredi. l. vtrum. vide pro intento Neapol. decisio. 263. in causa.

b Mutat forum. Hæc verba videntur innuere q̄ laicus, qui in contractu iuramentum præstitit, coram suo iudice seculari non poterit (ratione illius contractus) conueniri, quod sequitur hic Archid. & post eum Guill. pro quo 2 quo Pet. hic col. 1. adducit. quia periurium † est crimen ecclesiasticum gl. magna. in c. cum sit. s. eo. hinc dicit Alex. 3 consi. 39. nu. 6. viso statuto. vol. 4. q̄ si statutum † inualidat contractum, etiam si interuenerit iuramentum, q̄ tunc potest ad forum ecclesiasticum recurri vt cogatur iurās ad obseruantiam iuramenti, quod probat tex. noster.

Sed præmissa non placent hic Ioan Andr. in Nouella, quia imo potest conueniri coram laico si agatur ad interesse partis, quia tunc non dicitur crimen ecclesiasticū, secus si ageretur ad pœnitentiam agendam, quia tunc sine dubio procedit dictum. glo. d. c. cum sit. dictum Io. And. cum eius distinctione. sequitur hic Domi. & Phil. & ante eos Pet. qui dicit q̄ adiectio iuramenti non mutat forum sui iudicis, sed accumulat sibi alium forum scilicet Ecclesiæ, non autem priuat iudicem laicum, sed addit forum foro, & ita intelligendus est hic text. ibi cognitio nosci- tur pertinere, scilicet cumulatiuè, non priuatiuè, prout di- 4 cimus apud Gallos q̄ parrochiales † Ecclesiæ in villis muratis existens viris graduatis debentur cumulatiuè, non priuatiuè, videlicet concurrentibus graduatis, qui alijs præferuntur, si suas diligentias fecerint. testatur glos. prag. in §. statuit autem. in ver. censeatur. in fi. de colla. Et ista est rei veritas vt intuenti apparet, alias esset in potestate laicorum contrahentium, in toto, aut maiori parte secularem eneruare iurisdictionem, quod non viro non conuenit dicere.

¶ Ex quibus habeo, q̄ cumulatiuè iudex ecclesiasticus cognoscit inter merè laicos, non tantum de iuramento an sit licitum vel illicitum, sed etiam de causa quæ est contractus super quo fuit iuratum, an sit obseruādus vel ne, & sic procedit etiam si agatur ad rescissionem cōtractus. testatur do. meus de Ripa in rub. de iud. num. 28. & sequēti contra Dec. ibi dicentem non obstare q̄ concessa habilitatione, sublati sunt effectus iuramenti. argumen. cap. 5 cum cessante. s. de appella. quia duplex † est habilitatio, quædam plenaria, per quam declaratur iuramenrum illicitum, & propterea absoluitur iurans, isto casu fatetur quòd non cognoscetur per iudicem ecclesiasticum de causa præparata videlicet principali, cum tamquè suo sit functus officio. l. iudex posteaquàm. ff. de iudic.

Secunda habilitatio est ad finem agendi, & ista non tollit effectus iuramenti secundùm Panor. & ibi Felyn. in cap. 1. s. de iureiuran. Quia cum iudex ecclesiasticus sit iudex competens ratione iuramenti, in causa tam præparatoria, quam præparata incipiendo cognoscere de præparatoria præoccupat iurisdictionem in causa etiam præparata. cap. ex tenore. de rescript. l. vbi ceptum. ff. de iu- 6 dic. prout diximus de iudice, qui incepit † cognoscere de possessorio, præoccupat iurisdictionem etiam in petitorio. l. ordinarij. C. de rei vendica. gloss. duæ in c. cum dilecta s. de rescript. text. & ibi glos. in cap. cum dilectus. s. de causa posse. & proprie. quod verum generaliter data habilitate iudicis, vt in casu nostro quo ad iudicem ecclesiasticum, qui de quacunquè causa ciuili potest cognoscere inter laicos, secus de iudice seculari, vtputà de petitorio in materia beneficiali & principaliter.

¶ Pro præmissis vide Calder. consil. 2. in titu. de iudic. 7 vbi dicit quòd causæ † principalis & incidens, sic habent, quòd ad positionem vnius sequitur necessariè positio alterius, & sub eodem iudice terminantur, posito quòd iudex alias causæ principalis non posset se se intromittere de incidenti. l. quotiens. C. de iudic. & c. lator. qui fil. sint legit.

Item maior causa trahit ad se minorem. l. quoniam. C. de ordi. iudicio. Sed maior est causa cognoscere super iuramento (quæ est causa spiritualis) quam super p̄prietate, quæ est temporalis.

Et ista est rei veritas, quam intelligo procedere vbi iudex secularis ante petitam habilitationem non incepisset cognoscere de causa præparata, alias si incepisset secus, quia fundamentum præoccupationis contra iudicem ecclesiasticum retorqueretur.

¶ De Litis contestatione. Rub.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Litis contestatio est de substantia iudicij, & sic ea omissa, processus est nullus.*
2 *Datio libelli est necessaria prout litis contestatio ad validitatem processus.*
3 *Datio libelli, partium consensu, & consuetudine potest omitti.*
4 *Iuxta formam petitionis debet formari sententia.*
Iudex non impartitur officium suum ad priuatam vtilitatem parte non petente, nisi alias periret instantia.
5 *In iudicijs quantumcunquè summarijs requiritur aliqua petitio simplex per viam postę.*
6 *Quod nullum est, aliquem effectum producere non potest.*
7 *Per exceptionis declinatorię oppositionem non inducitur litis contestatio.*
8 *Conditionalis responsio, non inducit litis contestationem.*
Sententia lata de procedendo, contra iuris ordinem, non iustificat processum contra iuris ordinem habitum.
9 *Sententia continens expressum iuris errorem est nulla, idem si continet expressum errorem statuti inserti in volumine statutorum.*
10 *Litis contestatio fit per petitionem iure propositam & responsionem ad eam sequutam.*
Quando nullitas sententiæ deducitur per viam exceptionis, non requiritur litis contestatio.
11 *Sententia lata super inepto libello, est ipso iure nulla.*

LEGI-

LEGITIMA intentione proposita corã iudice competente, vt s.tit.proximò debet fieri litis contestatio: ideo subijcitur de litis contestatione, a quæ regulariter per obiectum exceptionis peremptoriæ non impeditur j.eod.c.1.nec obiectum huius litis contestationis operatur.j.eo.c.2.

ADDITIONES PROBI.

a 1 LITIS CONTESTATIONE. Quæ est † de substantia iudicij. Bart.in l.prolatum. C. de senten. Et ideo omissa litis contestatione, processus est nullus Dec.consi.302.num.7. Et pro tenui.text.est pro hoc rotũdus.in c.vnico. s hoc tit.vbi Papa pronunciauit processum irritum propter defectum litis contestationis. tenet gl.in verb.oportebit.in c.2.j.isto titu.quam communiter ibi Doct.sequũtur.firmat Alex.in consi.2.num.9.volu.3.Dec.consi.483. pro resolutione.& Maria.Soci.cons.96.col.1.viso processu.vbi idem subdit de libello, † vt datio illius sit necessaria prout & litis contestatio, quæ ad validitatem processus regulariter potest nec tacite, nec expresse omitti.glo. in c.1.s.de libel.oblatio. quam communiter sequuntur Doct.ibi secundùm Panor.Barba.& Fely. ad idem glo.in ver.necessariò.in Clem.sæpè.de verbo.signific. vbi Card. vers.15.quæro & Ioan.Imo.col.6.post Stepha.& Paul.de Leaz.ad idem gl.c.de causis.s.de offi.delega.iu ver.partiũ. in fi gl.in c.fi.de re iud.hoc lib.glo.in ver.petitiones in c. quoniam.s.de proba.tangit glo.in c.inter dilectos.s.de fi. instrum.& glo.in c.prout.s.de dolo & contuma. Docto. in Authẽ.offeratur. C.isto titu.tangit latè Rofred.in rub. in quib.caus.offera. libel. vbi multas fallentias ponit ad

3 regulam hanc, & tandem concludit hanc † oblationem partium consensu, sine consuetudine remitti posse, & sic non peccant multum quædam prouinciæ, in quibus libelli non dantur, quod non dicas verum in magnis & arduis causis, secus in paruis, & leuibus causis, in quibus secũdùm communem debet scribi apud acta paucis verbis, & hoc per viam postæ (vt verbis Docto. vtar) vt iu-

4 xta † petitionis formam formari possit sentẽtia.l.vt fundus.ff.commu.diuid.& c.licet hely.de symo. Io.Mo.in c. 1.num.1.j.de reb.eccle.non alienan.

Et quia alias iudex non posset impertiri officium suum ad priuatam vtilitatem, parte nihil petente.l.4.§.hoc aũt iudicium & ibi per Barto.& Doct.ff.de dam.infecto. in c. ad nostram el 2.s.de iureiur.nisi alias instãtia periret.Bar. in l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falci.& Doct.in c.1.s.de iudic.& in d.§ hoc autem.tradit idem Soci.d.consil.96.col. 5.ver.2.quia fuerunt.

5 Et ideo † communiter concludi solet, quod in iudicijs quantumcunq; summarijs exigitur aliqua petitio simplex per viam postæ, quod tenent Iac. But.& alij in d.authen.offeratur.Bal.in l.ab executione.C.quo.appel.nõ recipian.quod licet dicatur in commissione, simpliciter ꝓcedatur, & sine querela, vel per simplicem querelam, debet intelligi sine libello in scriptis, non tamen includit ꝙ quis in actis non faciat scribi petitionem verbotenus. Bal.in l.1.C.vt in possess.lega.alleg.no.in l.si quis.vbi idem dicunt ipse Bal.& Saly. C.de accusa.

Et sic infero ꝙ si ratione omissionis libelli & litis contesta.processus sit nullus, ita & omnis actus iudiciarius, & sic sententia, iuxta no.in l.prolatam.C.de sentent.& in d.c.quoniam.s.de probat.& in c.quoniam frequenter.s.

6 isto titu.Facit vulgare apud nos. Quod † nullum est, aliquem effectum producere nõ potest.l.4.§.condẽnatum. ff.de re iudi.cum ibi plenè no.per Doct.& in l.non putauit.§.non, quamuis.ff.de bo.posse.contra tabul.

De multiplici nullitate vide Petr.de Ancha.cons.207. col.pen.in q.s.dicta.

Et quo ad primum intentũ de litis contestatione vide

7 Alex.cõs.76.vol.7. vbi vnũ dicit ꝙ per exceptionis † declaratoriæ oppositionem nõ inducitur litis contestatio. vt no.gl.& Doct.in l.1.C.isto tit. Et licet in eadẽ scriptura exceptionũ reus cõditionaliter opponat & alleget exceptiones perẽptorias: tñ cõditionalis rñsio nõ inducit litis cõtestationẽ, vt singulariter no.Bal.in l.si quidem in vlti. col.C.de excep.vbi ad hoc subtiliter põderat gl.ibi.

Adde etiam eundem Alex.in consil.82.colum.1. viso processu. vol.3.vbi dicit post Anton.de Butr.in c.exhibi-

8 ta.2.col.s.de iudic.ꝙ sententia lata † de procedendo contra iuris ordinem, non iustificat processum contra iuris ordinem habitum.

Ex quo infertur ꝙ si iudex in lite ordinaria procedat sententialiter esse procedendum lite non contestata, vel pronunciat litem esse contestatam, vbi non est, ex tali pronunciatione processus non validabitur: ratio est, qa vt prædiximus, litis contestatio est de substantialibus iudicij, quæ non possunt tolli per iudicem, aut consensu partium. no.in d.auth.offeratur.C.hoc tit.l.1.ff.de fer.ibi, neq; cum prætoris factum iuri derogare: & ratio ratio-

9 nis, quia talis sententia dicitur continere † expressum iuris errorem, ideo nulla.l.2.C.quando prouo. non est necessè.c.1.s.de re iudi.

¶Idem si continet expressum errorem statuti inserti in volum.statutorum.Bal.in d.l.2.& Panor.in d.c.1.& est de mente Bar.in l.cum prolatis.C.de re iudi.intellige vt contestatio sit de substantia iudicij, verum esse super deductis in petitione & libello, secus super deductis per viã exceptionis, quia in eo non requiritur litis contestatio. no.Panor.post glo.& Docto.in c.prudentiam.in § sexta. num.7.s.de offic.delega.vbi dicit hanc fore communem

10 quæ sibi placet. ea ratione & litis contestatio † fit per petitionem iure propositam, & responsionem ad eam sequutam, vt in cap.vnico.s.isto titu. Sed ille qui excipit, nihil petit.cap.2.s.de ordin.cogni.cui adstipulatur idem Alex.in d.consil.82.colũ.3. vbi subdit, ꝙ quando nullitas sententiæ deducitur per viam exceptionis, non requiritur litis contestatio, per no.per Specula.in tit.de libel.cõceptio.§.nunc dicendum.ad fi.

11 ¶Et vnum est quod si feratur † sententia diffinitiua super inepto libello, est ipso iure nulla.gl.sing.Insti.de obli. §.1.secundùm Bal.qui ita dicit.in l.actori.C.de reb.credi. pro quo tex.in c.cum dilecti.s.de emp.& vẽ. quod placet Alex.cons.137.nu.3.in causa.vol.2.Ias.in §.omnium. Insti.de actio.

¶Innocentius Quartus in Concilio Lugdu. Cap. I.

¶Exceptionis peremptoriæ seu defensionis &c.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio est actionis exclusio.*
2 *Defensio propriè dicitur, vbi nil est perimendum, sed est repulsio intentionis agentis.*
Quando est notorium de exceptione proposita, iudex nõ debet permittere, vt causa in iudicium deducatur.
3 *Maximum remedium finiendarum litium, est iusiurandum.*
4 *Agere, est causam in iudicium deducere.*
5 *Iniuria videtur fieri iudicio, si iam de iudicato iterum cognoscatur.*
Transactio quid dicatur.
6 *Transactio habet effectum sententiæ.*
Omnis controuersiæ finis, est iusiurandum.
7 *Decet vt finis vnius, non sit exordium alterius.*
8 *Tantum facit amicabilis compositio in spiritualibus, quantum transactio in temporalibus.*
9 *Actore proponente, & reo confitente, fit reo præceptum, vt soluat.*
10 *Per obiectum exceptionis peremptoriæ, non fit litis contestacio.*
11 *Actor non habet facere mentionẽ in libello suo suo, de exceptione rei.*

SVMMARIVM. Philippi Probi.

1 *Quando verbum, lis, seu quæstio, profertur a lege, intelligitur post litem contestatam.*
2 *Iudex quando pronunciat ad vlteriora procedendum.*
3 *Productio & publicatio attestationum facta in iudicio summario, nõ nocet plenario.*
4 *Non mutat substantiam rerum, non necessaria verborum multiplicatio in promptu, & incontinenti quid dicatur probari.*
5 *Sñia lata sub cõditione, tenet, nisi per appellationem rescindatur.*
6 *Incontinenti dicitur, antequam diuertatur ad extraneos actus.*
7 *Incontinenti idem est dicere, quòd in actu se simul tenenti.*
8 *Omnis exceptio quæ impedit litis ingressum, impedit cõpromissum.*
9 *Exceptio præscriptionis, an impediat litis ingressum.*

10 *Paria sunt quòd aliquid sit liquidum, vel possit citò aut de facili liquidari.*
11 *Hodie constat, hodie agatur.*
12 *Vt quid dicatur potuisse de facili vel incontinenti liquidari, committitur iudicantis arbitrio.*
13 *Notoria in iustitia impedit litis ingressum, prout compromissum.*
Calumniose notorie agentem, non solum potest repellere pars, sed etiā iudex, parte non petente.
Quando periculum aliter reparari non potest, exceptio admittitur, vbi alias non admitteretur.
14 *Casus in quo admittitur indirectum, & non directum.*
Modus probandi possessionem per instrumenta describitur hic.
15 *Exceptio inadmisibilitatis opponitur ante litem contestatam, post verò non, idem de petitione cautionis.*

EXCEPTIONIS. Hæc decretalis habet tia dicta. Primò, regula ponitur. Secundò, versic. nisi, inuentę regulæ exceptio inserit. Tertiò, versic. licet, regula posita exagregatur regula, & hoc est.

¶Et dic differentiam inter exceptionem peremptoriam, & defensionem. Nam exceptio est † actionis exclusio. ff. de exceptio. l. 2. vnde ꝓpriè est exceptio vbi superest actio, licet possit elidi per exceptionem. Insti. de except. in princip. ff. de solutio. Stichum. §. naturalis. vbi naturalis obligatio est sublata per pactum, sed ciuilis remanet, quę tamen eliditur ope exceptionis peremptoriæ obiectæ.

Et ideo est dicta peremptoria, quia perimit, non quod erat peremptum, vt naturalis per pactum, sed perimit qđ remanebat elidendum cum ope exceptionis.

Sed defensio † propriè ibi dicitur, vbi nil est perimendum, sed est repulsio intentionis agentis, vt est exceptio de soluto, & acceptilationis interpositæ super contractu verbis celebrato. Insti. quib. mod. tolli. oblig. in princi. & §. 1. & sic construe obiectus exceptionis &c. propositus ante &c. [contingentis] tantum, vt dicit Innoc. vt est exceptio pacti de non petendo, vel debiti soluti, sed aduersari videtur. ȷ̃. eo. versi. licet, sed ibi dices, vnde pone quòd exceptio est talis quæ afficeret & literas, & quod in eis cōceditur, vt prouisionem faciendam, tunc illa exceptio cōpeteret etiā contra rescriptum ante litem[a] contestatā, vt si habens beneficium impetret super alio beneficio, tacito de primo, hæc taciturnitas similiter afficeret rescriptum & gratiam in rescripto contentam. s̃. de rescript. ad aures. & c. constitutus.

Secus dicūt quidam si Papa primò daret beneficium, & postea mandaret ꝙ in possessionem induceretur. ȷ̃. de re iud. cum olim. ȷ̃. de accusa. accedens. distinguo[b] tamen hoc casu secundùm d. decretalem accedens, vel refert an statim possit liquere de exceptione proposita, & tunc exceptio est admittenda. Aut non offert se probaturū incōtinenti,[c] & tunc demandanda est gratia executioni, qua demandata cognoscitur de exceptione proposita, vt d. c. cum olim. arg. ff. ad Trebel. ille a quo. §. si de testamento. ff. de compensa. quod debetur. §. 1. C. de compensa. l. fi. & hoc dicit hæc litera cognitionem principalis negotij cōtingentis, hoc est negotium principale contingentis, de quo erat cognoscendum, secus si erat iam cognitum, vtpotè liquebat de gratia facta, quæ est exequēda in casibus quos dixi in exceptione peremptoria proposita, quæ habebat longum tractum in probando.

Sed pone, hic agitur de exceptione proposita nō probata, quid si esset probata? dic ipsi actori imponi silentiū. ȷ̃. de accusa. veniens. ad fi. Ex quo enim est notorium de exceptione proposita, iudex nō debet permittere vt causa in iudicium deducatur.[d] s̃. de fil. presb. c. qm̃ sacris. per hoc enim euitatur circuitus & finis litibus imponitur. ȷ̃. hoc lib. de re iudic. Abbate. circa finem. de agrico. & censit. litibus. lib. 11. C.

Idem pari ratione si vtrunq; esset probatum, vt principale negocium, & exceptio peremptoria.

Item quæro exceptio peremptoria admitti nō debuit, est tñ admissa non tñ probata, nunquid ista post litem cōtestatam poterit proponi? videtur ꝙ sic, quia diuersus est effectus, & modus proponendi ante litem cōtestatam & post exceptionem peremptoriam, quia vnus est ad differendū intentionē actoris, & alter ad perimendum, vt in dilatorijs & perēptorijs exceptionib⁹. ff. de excep. l. 2. in fi.

¶Dic contra, quia re ipsa idem consequebatur vtrobique, si intentionem suam reus fundasset, vt est probatum. Et si dicta exceptio differre non potest non probata. multò minus perimere poterit. arg. C. de appell. additos. C. de probat. sciant. hæc verba sumpta sunt ff. ad Tertul. l. 1. in fi. & seq. & ff. de verbo. signific. transacta. & l. seq. & dic. [iudicata] efficaciter ab eo cui iudicandi ius fuit. argu. ff. de re iudica. l. 4. §. condemnatum. [transacta] firmiter. hoc est bona fide, vt valeat trandtio [seu finita] irrefragabiliter, consensu, vel longo silentio scilicet per præscriptionem.[e] Sed qualiter potest finiri lis, nisi sententia, vel transactione? propter hoc dicit Inno. ꝙ hæc dictio, seu, non notat hic noui casus diuersitatem, sed multiplicatis verbis idem repetit, tu dic finitam iureiurando: nam exceptio de iureiurando est species transactionis, & maximum † est remedium iusiurandum litiū finiendarum. ff. de iureiur. l. 1. & 2.

Item si quis dicat pactum de non petendo, & illud firmauerat iureiurando: nam si solum iuramentum a parte parti delatum, hoc operaretur pactum cum iureiurando magis. argu. ȷ̃. de accusatio. veniens. nam hoc casu dicetur finitum longo silentio, cum habeat dicta duo in se, quorum quodlibet longè facit a petendo, vt non loquatur de præscriptione; idem si pactum esset factum de non agendo. Nam agere † est causam in iudicium deducere, & reus potest pacisci cum actore, ne cum eo agatur, licet hoc casu petere extra iudicium permittatur. Et ideo hoc casu exceptio pacti de non agendo repellit agentem, ante litem contestatam, non sic pacti simplicis de non petendo.

[f] Sed quæ est ratio ꝙ iste exceptiones retardant litis cōtestationem, & non aliæ regulariter?

¶Dic ideo quia † iniuria videbatur fieri ipsi iudicio, si iam de iudicato iterum cognosceretur, & ideo aditus iudicij clauditur isti actori, quando obijcitur sibi de iudicato.[g] ȷ̃. de re iudic. sicut nobis. C. senten. rescind. non pos. l. vlti.

¶Idem dico de transactione quæ est de re dubia & lite incerta & nondum finita. ff. de transact. l. 1. hæc retardat litis cōtestationem. ff. de condi. indebi. elegante. §. si post. C. de transact. causas.

¶Vnde transactio † habet effectum sententiæ, quia sicut sententia imponit finem controuersiæ, sic & transactio, ne lites ex litibus oriantur. C. de fruct. & liti. expen. l. terminato. vnde Cato. Litis præteritæ noli maledicta referre, idem de iureiurando delato a parte parti. Quia omnis controuersiæ finis est iusiurandum. s̃. de iureiura. & si Christus. circa princip. & post tale iuramentum præstitum nil amplius[h] est quærendum. de iureiur. non erit. ȷ̃. de accusa. veniens.

¶Vnde dic rationem generalem, sententia, transactio, iurisiurandi delatio, & eiusdem præstatio, concernūt instantiam litis, & ipsam finiunt.[i] Et ideo † decet vt finis vnius non sit exordium alterius. C. de reb. cred. siquis iusiurandum in fine, propter quod ante litem[k] cōtestatam proponuntur. Authen. vt litigan. in exord. lit. iur. colla. 9. & dictæ exceptiones tunc possunt obijci s̃. de causa poss. & proprie. pastoralis. §. si verò. idem dico in exceptione rei arbitratę, ex qua nascitur actio & exceptio. C. de arbit. l. cum antea. 2. respon. quia per eam finita est litis instantia, si vna partium renunciauit liti. C. de pact. l. postquàm. & sic loquitur d. decretalis veniens.

¶Idem si amicabilis compositio sit habita in spiritualibus bona, quia † tantum facit amicabilis compositio in his, quantum transactio in temporalibus. s̃. de transactio. super eo.

¶Idem si iudicato suspenso appellatione, tandem appellationi sit præscriptum. ȷ̃. hoc lib. de appella. Romana. §. si verò. C. de appella. eos. nam & tunc posset dici negocium finitum longo silentio: secus in exceptionibus, quæ concernunt rem, de qua agitur, non instantiam, vt pacti de non petendo, doli, non numeratæ pecuniæ, & similes.

¶Sed qualiter formabitur sententia vna de omnibus istis exceptionibus probata? Dic quod narrabitur intētio actoris, & exceptio rei, & qui eam probauerit, iudex actori super impetitione sua silentiū imponet, vt d. c. veniēs. in fi. Nam iudicio ordinato, & actore ꝓbante intentum,

& reo

& reo probante legitimam exceptionem contra intentum, imponetur actori silentium: ergo multò fortius vbi actor nil probauit.

9 Et est ratio dictæ pronunciationis, actore † proponente & reo confitente, l fit reo præceptum vt soluat. ff. de iudic. si debitori. ergo vbi reus probauit de intentione, sua iudex habet facere præceptum ipsi actori vt sileat, vt est expressum d. c. veniens in fi.

Si vero lis esset contestata, non præceptum sed sententia fori deberet. s. de elec. dudum. 2. §. licet [Nõ retardat]

10 Ex hoc liquet quod per obiectum † exceptionis peremptoriè non fit litiscontestatio m nam si fieret, non diceretur impediri per ipsam. j. c. 1. Et ratio redditur. j. hoc lib. de reg. iur. exceptionem, & ad hanc literam nõ retardat, continetur versiculus licet. Nam dato ꝙ fides esset data aliqualiter deleganti de exceptione peremptoria, superior haberet dicere, de hoc cognoscet delegatus. Et forsan intentio actoris cõtra exceptionem replicatione iuuatur, & sic committet, & non cognoscet de æquitate legis. C. de appella. cum post sententiam.

11 ¶Item cũ actor † non habeat facere mentionem in libello suo de exceptione rei. not. Inno. in c. dilecti. s. de libel. obla. minus in rescripto ꝙ libellum præcedit [obiector] exceptionis peremptoriæ [per rescriptum] Et sic hæc decretalis loquitur in delegato, quid in ordinario? dico idem hoc saluo, ꝙ eius potestas est latior, n vt notatur. s. hoc lib. de iudic. c. 1. [obtentum] contra. s. de rescript. super literis. in fi. Solu. illa intelligitur de exceptionibus quæ principaliter non tangunt, hic autem de illis quæ tangunt [opposita] coram delegato.

ADDITIONES PROBI.

a ITEM. Soci. cõsi. 144. col. 6. versic. respondetur etiam alio modo considerata in proposito dicit ꝙ verbum † lis seu quæstio quãdo profertur a lege, intelligitur post litem contestatam l. 3. & ibi no. C. fini. regun. Bart. in l. amplius non peti. C. rem ratam haberi.

b Distinctio. Pro intento Io. Mo. Petr. de Ancha. consi. 372. col. 1. pro declaratione istorum ponit regulam, quod quotiescunq; opponitur † ad processum aliqua exceptio oriens ex tali facto, ꝙ ex eo iterũ potest opponi exceptio vt peremptoria ad merita causæ, tunc nisi opponens se offerat, eam incontinenti probaturum, videlicet in modicum tempus arbitratum, & eam. j. illud clare probet, & liquide, ita ꝙ nulla sit probabilis dubitatio in iure vel in facto, iudex debet pronunciare esse procedendum ad vlteriora, vt. l. nam & postea. ff. de iureiur. & subdit ibi idẽ Petr. col. 2. ꝙ vbicunq; tales exceptiones oppositæ ad processum in vim dilatoriæ repelluntur per iudicem tacitè vel expresse, licet ipse nullam reseruationem fecerit, sed simpliciter pronunciauerit procedendũ esse ad vlteriora, nõ obstantibus dictis exceptionibus oppositis, tamen non præiudicatur opponẽti quominus eiusdẽ exceptiones possit opponere vt peremptorias causæ, imo etiam si testes producti, iurati, & examinati ante litiscontestationem ad instantiam opponentis non probauerint dictas exceptiones, iterum circa merita causæ (oppositis illis exceptionibus vt peremptorijs) poterunt iidem testes & alij ab eodem produci & ad eius petitionem examinabuntur & publicabuntur. Quia † productio & publicatio attestationum facta in iudicio summario non nocet plenario. c. veniens el 2. s. de testib. & in c. solitæ. s. de restitu. spoli. l. si iudex. ff. de his qui sunt sui vel aliæ iur. & l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnoscen.

Et per hæc videtur frustratorius modus nostræ tempestatis iudicũ, qui reseruant actiones & exceptiones partibus, quia videntur reseruatæ a iure communi: dic tamẽ qđ hoc faciũt ad cautelam, licet non sit necesse. facit tex. in c. quærelam. s. de elec. & c. cum olim. s. de causa possessio. & propriè. facit etiam regula iuris, nõ mutat substantiam rerum † non necessaria verborum multiplicatio. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. lega. not. idem Petr. consi. 356. col. 2. quia præsupponitur.

Quando autem dicatur in promptu & incontinenti probari, dico ꝙ quando excipiens dicit se non fuisse citatum, vel illum, qui egit, non fuisse procuratorẽ, vel aliud simile, quod appareat ex inspectione actorum. not. Bertrandi. in 3. par. consi. 127. nu. 52. non puto ꝙ in vim.

Et quando proponitur exceptio contra sententiæ executionem, an debeat probari incõtinenti, vide per Alex. in consi. 61. col. fi. Et si puto. vol. 3.

Habeo & aliud simile in proposito quod idẽ Alexã. In consi. 73. in fine videtur, eo. vol. 3. citat, ꝙ quãdo diximus

5 ꝙ sententia † lata sub conditione tenet, nisi per appellationem rescindatur. l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit. illud verum est in cõditione extrinseca, vt si nauis ex Asia venerit: secus in conditione intrinseca, quia illam oportet verificari post sententiam incontinenti, alias non tenet. glos. in l. cum iudex. C. de sentent. & inter. Ioan. Imo. in l. qui Romæ. §. Augerius. ff. de verb. obliga. ratio quia tunc sententia dicitur incerta, & propter incertitudinem vitiatur. l. fi. C. de senten. quæ sine cer. quanti. profer. ad idem Pau. de Cast. in l. cõtinuus. in princ. ff. de ver. oblig. vbi dicit ꝙ sententia potest ferri sub cõditione intrinseca, dummodo incontinenti impleatur.

Pone, licet iudex ipse iudicauerit hoc modo, condẽno te ad dandum 10. Titio si Titius probabit, an valeat, dicit se de facto respondisse ꝙ non, quia ista conditio non po-

6 test impleri incontinent lata sententia, cũ † incontinenti dicatur antequàm diuertatur ad actus extraneos. d. l. cõtinuus. in prin. Sed productio testium & instrumentorũ, non potest fieri incõtinenti antequàm diuertatur ad extraneos actus, secus in conditione. si iuraueris. ita dicit tenere Bart. in d. l. cum iudex, & Bal. ibi & in addi. ad Specu. in tit. de senten. prola. in 7. col. versi. an valeat hęc sententia. condemno te, si actor iurauerit.

7 Incontinenti. Adde † idem esse dicere incontinenti, quod in actu se simul tenẽti: sicut alias dicit de continentia causę. l. nulli. C. de iudic. l. 1. in fine. ff. de solutio. Maria. Soci. consi. 66. col. 9. frustra.

1. *Omne multiplex indistinctum confusionem parit.*
2. *Ius patronatus quando dicatur merè spirituale, non spirituali annexum.*
3. *In remedio. c. reintegranda, an requiratur litis contestatio.*
4. *Remedium agendi ex c. reintegranda dicitur perpetuum.*
5. *Remedium, c. reintegranda competit etiam laicis & pro possessione rerum prophanarum.*
6. *In canonica institutione non debet adesse pactio, seu condictio, etiam reseruationis pensionis.*
7. *Confessio aduersarij nihil prodest in beneficialibus vera vel ficta, quod intellige vt hic.*
8. *Benè valentibus non est opus medicus.*

EVM QVI. Hæc decretalis ponit instantiam contra regulam positam. s̃. vt lite non contesta. quoniam frequenter. 1. respon. & loquitur quando agitur de beneficio, vt beneficium, & non vt est proprietas, quia tunc bene fit missio causa rei seruandę. s̃. eo. c. 1. & 2.

a ¶Et hæc decretalis habet [a] tria dicta. Primò, regula ponitur. Secundò versi. [ne per hoc] ratio regulæ redditur. Tertiò versi. [sed liceat] quæstioni tacitè respondetur [beneficio] quocunq; nomine censeatur. q. d. locum habet hæc decretalis de quocunq; beneficio agatur. argu. ȷ̃. de præben. c. maioribus [ecclesiastico] i. spirituali, secus esset si ecclesia dedisset alicui laico, vel etiã clerico tanquàm laico, fundum vel vineam ad substentationem vitæ suæ, tamquàm benemerito. 16. q. 1. possessiones, & dic temporaliter non perpetuo, vt d. c. possessiones. & C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. l. nulli. §. 1. nam hoc casu posset fieri missio. s̃. eo. c. 3. ȷ̃. de sequest. possessio. c. 1. secus si
b agatur de iurepatronatus, quod licet non sit spirituale [b]
1 † est tamen spirituali annexum. s̃. de iudic. quantò. ȷ̃. de iure patron. c. de iure. ff. de rei vendi. quæ religiosis, [obtinendis.]

Quid de obtento, vt quia est confirmatus, & in possessionem inductus, tandem spoliatus. s̃. de cau. pos. cum olim & c. cum super. vel dato ꝙ sit confirmatus, vel collatio sibi facta, & petit vt hæc sortiantur effectum. ȷ̃. de appel. constitutis. 2. & de conces. præbẽ. post electionem, vt dato ꝙ petat possessionem per constitutionem, cũ quærebatur. C. vnde vi. l. si quis in tantam. vel conditione ex
c illo canone. 3. q. 1. c. reintegranda. [c] & de resti. spolia. c. sępè contingit. nunquid debebit fieri missio in possessionẽ.

Dicunt quidam ꝙ sic, propter literam istam quæ loquitur in obtinendo & sic non in obtento. § Dic contra. Et dic in omnibus dictis casibus agi de obtinendo beneficium,

cium, vel simpliciter, vt quia dico beneficium mihi debitum, vel dato ꝙ sit meum, dico ꝙ ago de obtinendo quod non est meum, sicut est detentatio quæ est apud alium. ff. de rei vendica. officium. nam rem habeo & rẽ peto, non propter rem quam habeo sed propter id quod est consequens ad rem quam non habeo. ff. de ver. oblig. l. Iulianus. §. qui fundum.

¶Et est alia ratio hic in quocunquè casu de prædictis remanet ratio decretalis, scilicet ne pateat ad beneficiũ
d vitiosus ingressus, cum beneficium d † sine institutione
2 e canonica obtineri non possit. ff. de decur. l. Herennius.
e ℑ. hoc lib. de reg. iur. c. 1.

¶Item omnes isti casus sunt cõnexi. 1. q. 3. si quis obiecerit. Et ideo terminus hic expressus in omnibus prædi-
3 ctis casibus locum habet. Item auxilium † missionis in possessionem est extraordinarium pro tanto, ꝙ ordo iuris non potest habere locum propter contumaciam rei:
f quod non habet locum vbi suppetit f ordinarium. ff. de minori. l. in causæ. 2. in prin. nisi extraordinarium plenius subueniat. ff. nautæ caupo. stabu. l. & ita de facto. §. 1.

¶Sed hic non est plenius, & ꝓcedi põt hoc casu primo processu iudiciario, lite non contesta. s̄. vt lite nõ conte. quoniam. § porrò & §. sequen. Ergo & subsidium extraordinarium cessabit [possessore] quod si duo sint competitores, & nullus possessor, vt quia agunt de beneficio sibi debito, adhuc idem, propter rationes prædictas [possessionem] Sed est procedendum ad negotij examinationem & decisionem, vt sequitur [non mittendum] Et est ratio huius statuti vt sequitur [ad ea] scilicet beneficia, siue sint tangentia beneficia vt accessoria quæ naturam sequuntur principalis. ℑ. hoc lib. de reg. iur. accessorium [vitiosus] qui haberi non potest ex sola possessione vt. d. l. Herennius & 2. q. 1. legum [sed liceat] cõtumax
4 ergo de sua contumacia commodum non reportabit [in hoc casu] cum agitur de beneficio ecclesiastico spirituali, non vt proprietas est obtinendo vel obtento [præsentia]. s̄. hoc lib. de arbitr. c. 2. in fi. [diligenter] hoc semper est faciendum. 30. q. 5. iudicantem [sine debito] nam si liquet de causa, pro actore fertur sententia pro eo, si autem non liquet, fiat fructuum sequestratio. de rescrip. olim. nec ibi est sequestratio prohibita. vt not. ℑ. hoc lib. de reg. iur. locupletari, & hoc casu sic debet fieri, quia nisi fieret missio in possessionem, reus non gauderet de fructibus. vt no. s̄. vt lite non contest. quoniam. §. in alijs. Ergo nec hoc casu cum sequestratio hoc casu sit loco missionis in possessionem causa rei seruandę subrogata.

ADDITIONES PROBI.

a TRIA habet dicta. Attende ad hanc doctrinam Io. Mo. & sequa. quia diuisio huiusmodi multum ad intellectũ iurium operatur,
1 iuxta illud omne multiplex † indistinctum, parit cõfusionem. c. de muliere. s̄. de sponsa. & matrimo.

b ¶Non sit spirituale. Excipi debere † dic ius patro. in ec-
2 clesia collegiata, quia illud dicitur merè spirituale & spirituali minimè annexum. c. sacrosancta. & c. Messana. s̄. de electio. not. Alex. in consi. 74. colum. 4. viso puncto. volu. 4.

3 ¶Reintegranda. In cuius † remedio requiritur litis contestatio. latè comprobat Alex. consi. 2. col. 3. volu. 3. quod exorditur consideratis his. Quodquè vt habeat locum remedium. d. c. satis est comprobare possessionem antiquiorem agentis, & postea possessionem ad alium peruenisse absquè eo ꝙ aliter probetur de vlla spoliatione vel violentia, saltem quando antiquior possessor possidebat bona fide, nisi probetur ꝙ antiquior possessor iuste possessionem amiserit, ita concludit Innoc. & alij communiter post eum in c. sępę. s̄. de restitu. spolia. & Lapus allega. 52. letatus sum & Panor. in c. si diligenti. s̄. de præscrip. & in c. cum ad sedem de restitu. spolia. sequitur Alex. consi. 6. nu. 5. circa processum volu. 3. qui ibi subdit
4 nu. 11. ꝙ remedium † agendi ex. c. reintegranda, dicitur. perpetuum. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in c. solicite. in fi. per id quod ibi not. text. & voluit glo. fi. in fi. s̄. de restitu spolia.

¶Et ꝙ conditione. d. c. agenti, non potest excipi exceptio dominij, vel similis, sed debet ante omnia fieri restitutio spoliationis. not. Ant. de Butr. in d. c. sępè col. fi. vbi Panor. & in d. c. si diligenti. comprobat latè Ias. in consi. 172. inter illustrissimum. vol. 4.

¶Vide pro hoc. c. reintegranda. Lap. d. allega. 52. letatus. Alex. consi. 33. viso processu. vol. 6. & consi. 118. viso processu. volu. 2. & consi. sequen. & consi. 20. viso & di-
5 scusso. volu. 2. vbi dicit, ꝙ remedium † d. c. reintegranda, competit etiam laicis, & pro possessione rerum prophanarum, & talis est stilus & communis obseruantia, & etiã est de iure. not. Bart. in l. si coloni. C. de agrico. & censitis lib. 10. C. Ant. in d. c. cum ad sedem. Roma. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. possessio. & ita communiter seruatur in practica. dicit Io. Imo. in d. c. cum ad sedem, ideo non est hesitandum. arg. l. minimè & l. si de interpretatione. ff. de legib.

¶Competit equidem contra titulo possidentem seu bona fide. Ant. post Cald. in d. c. cum ad sedem. Alex. in consi. 51. in princ. viso & discusso. vol. 1. vide Deci. consi. 449. visis. & Rubeum in consi. 167. quod est finale.

¶Item quando agitur hoc remedio non irrogatur infamia. comprobant Neapol. decisio. 250. sępè & sępius vbi subdunt quando in ciuilibus causis infamiam irrogantibus debeat tempus exprimi, vt dicitur in criminalibus.

d ¶Cum beneficium. Quid sit canonica institutio, & canonica promotio, vide per Domi. consi. 8. col. 3. quidam Cardinalis. & consi. 88. col. 3. Inn. & canonica electio per eundem Domi. in consi. 141. col. 9. & sequen.

e ¶Sine canonica. Vide qui dicatur canonice obtinere per ea quæ dico in c. non potest. de præben. & in canoni-
6 ca institione † non debet adesse pactio aliqua seu conditio (etiam reseruationis pensionis). Bartho. de Chassa. consi. 20. nu. 35. allegat. Panor. in c. cum vniuersorum in 1. col. s̄. de rer. permuta. Fely. in c. ad audientiam el 2. in 2. & 3. col. ibi. 3. conclusio. vbi dicit, ꝙ si fiat talis renunciatio in manibus alterius quam summi pontificis (qui in hoc solus potest dispensare) & fiat collatio ab alio quam a summo Pontifice, potest impetrari beneficiũ tanquàm vacans, & ibi idem dicit ii la ęquiparando, ꝙ aut fit renunciatio in fauorem alicuius, aut ꝙ fiat retenta pensione, quæ non potest per aliquem admitti, nisi per summũ pontificem, alias est nulla tanquàm symoniaca. not. scriben. post glo. in c. ex parte. el 1. s̄. de offi. deleg. glo. in c. ordinationes. 1. q. 1. glo. in c. cum pridem. in ver. illicite. s̄. de pact. & in c. saluator. 1. q. 3.

7 ¶Ex quibus resultat ꝙ confessio † aduersarij nihil in beneficialibus prodest, vera vel ficta, de vera not. gl. prag. in titu. de paci. posse. in ver. inquirant. colu. 3. de ficta not. Rota in decisio. antiq. 245. subditur tamen ibi ꝙ confessio tacita sufficit ad imponendum silentium parti tacitè confitenti.

¶Vide Deci. in c. dilecto. col. 2. s̄. de appel. pro quibus habes attendere ad vnum, quod not. glo. in c. duobus in ver. non appareat. in fi. de rescrip. s̄. hoc lib. quæ dicit, ꝙ licet in causa beneficiali probatio actoris sit effecta dubia propter probationem rei, nihilominus potest condemnari per confessionem ipsius rei, quod est mirabile ad declarationem text. nostri secundum Alex. consi. 55. nu. 52. prospectis. vol. 4. ꝑ quo hic vide Domi. in cõsi. 38. col. 2. pro clariori. dum dicit, quòd licet confessio rei nõ prosit actori in materia beneficiali, quando ex illa sola vellet probare suam institutionem, tamen quando non fundat titulum suum ex illa, sed adminiculatiuè deducit ad ostendendum quòd ex illa confessione beneficium de quo contenditur includitur in literis actoris ex tali confessione, potest se fundare. allegat. d. glo. si non appareat. istud idem Domi. firmat in consi. 11. in fi. lite pendente in Romana curia, qui in consi. 147. colu. fina. super isto dubio, vnum subdit in proposito, quòd vbi agitur possessorio recuperandæ in beneficialibus, admittitur actor habens semiplenam probationem, cum delatione iuramenti ad finem, vt consequatur restitutionem ecclesiæ. c. ex insinuatione. s̄. de procura.

8 ¶Vbi suppetit. Et sic rectè valentibus † non est opus
f medicus. ita in proposito dicit Alex. in consi. 53. nu. 22. inuocato. vol. 4.

¶Vt

¶Vt lite pendente [a] nihil innouetur [b]. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges impetrantes dispensationem super impedimento, lite pendente.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Lis quando dicitur pendere.*
2 *Lis dicitur pendere, donec non est sententiatum diffinitiuè.*
Inualida citatio non operatur præscriptionis interruptionem.
3 *An litis pendentia contra vnum ex correis debendi impediat quin possit agi contra alterum.*
4 *Instrumentum cum libello productum post litem contestatam, debet reproduci, alias nihil est.*

a INNOVETVR. id est, nullum beneficium impetretur. sic loquitur. C. ne lite penden. per totum. ꝭ. de testib. causam. 2. ꝭ. eo. c. dilectus quod est verũ quando impetratum esset contra litem pendentem seu præiudicum ipsius, secus si esset secundum vel præter. vt si copia actorũ velut iudex procedat, vel nõ aliud associetur petatur. C. ne lite pendẽ. l. 2. Auth. in med. litis sacras iussio. non fieri. §. super hoc colla. 8. vel si accusetur matrimonium, lite pendente, impetrent cõ-1 iunges † dispensationem super impedimento, propter quod matrimoniũ accusatur, vnde iste titulus prouidet ne litigantibus fiat præiudicium, sed non tollit litigantiũ suffraganeum. argu. C. de leg. & constitu. quod fauore. ꝭ. hoc lib. de regu. iur. quod ob gratiam potest tamen quis vti possessione sua, quia hoc non est innouare, sed veteri iure vti. ff. de rei vendi. vtiquè. potest etiam possessor noua facere, & ante litem contestatam & post, dummodo non faciat in præiudicium iuris aduersarij. ꝭ. de appella. significante. ff. de iniust. rup. & irri. test. l. si qu is filio. §. hi autem.

b ¶Item nihil est innouandum [b] in præiudicium litis & causæ pendentium, & sic fit inhibitio in causis, lite con-c testata [c] regulariter. & dic nil innouandum præsertim appellatione pendente in vi sententiæ in qua est appellatũ.

¶Vnde pone, est sententiatum, quę sententia habebat duos articulos, & est appellatum ab vno, non ab alio, in alio potest fieri executio saltem post decendium [d]. ꝭ. hoc lib. de appell. non solum.

¶Dicto igitur. ꝭ. titu. proximo. de quodam beneficio quod competit actori contra reum contumacem, nunc dicit de quodam alio quod competit, præsertim reo contra actorem sicut vt lite pendente. &c.

ADDITIONES PROBI.

a VT lite pendente. Licet olim dubium foret quando lis diceretur pendere, tamen hodie quo ad effectum huius tituli expe-1 ditum est † ꝙ per libellum & citationem quæ peruenit ad partem, dicitur lis pendere. text. apertus in Cle. 2. hoc tit. firmat Maria. Soci. consi. 38. col. 4. pro decisione. & rectè dicit quæ peruenit ad partem, quia antequàm peruenerit non dicitur litis pendentia seu inducta. Clemen. 1. hoc titu. testatur idem Soci. cõsi. 41. col. fi. antequàm. & Alex. cõsi. 130. nu. 15. in causa strazacolorum. vol. 4.

2 ¶Et dicitur pendere † donec nõ est sententiatum diffinitiuè, & hucvsquè habet locum reuocatio attentatorum. not. Neapol. decisio. 352. quidam curbiceruix, quos vide decisio. 366. col. fi. in pleno consi. vbi probant ꝙ citatio debet esse valida, quia si inualida nullum producit effectum, nec operatur præscriptionis interruptionem, vt ibi comprobant, pro quo vide quæ per nos dicuntur post Ioan. Mona. in c. si tibi concesso. in fi. de præben. ꝭ. 3 Quod si quæras an † litis pendentia contra vnum ex correis debendi impediat quin possit agi contra alterum, & dic quòd non tam in causa principali quàm in causa appellationis. tex. in l. creditor. in princ. ff. manda. Bart. in l. duobus. §. vbi duo. col. 2. ff. de duobus reis. bene facit tex. in l. fina. C. de fideiusso. notat Aret. in consi. 33. col. 1. consultatio. vbi subdit quòd si reus principalis dicit instrumentum vsurarium coram iudice ecclesiastico suo nomine & fideiussoris nomine, & postea facta fuit inhibitio per iudicem ecclesiasticum ne procederetur ad capturam dicti rei, quòd ista inhibitoria non prodest fideiussori: aliqualiter tamen obstat doctrina relata per Bald. in l. quotiens in fi. C. de precib. Imper. offer. quòd licet dilatio concessa reo non extendatur ad fideiussorem quãdo conceditur personæ & non causæ, tamen reus ex persona sua poterit defendere fideiussorem per l. idemq;. §. generaliter. & §. pe. ff. mand.

¶Vlterius in proposito vide Neap. in decis. 98. pulchrũ est dubium, & decis. 220. nu. 12. in causa domini. vbi tractant quomodo lis dicatur pendere & de rescripto lite pendente impetrato, de ea non facta mentione aliqua.

b ¶Nihil innouetur. Hæc rubrica procedit in lite & in appellatione, quia his pendentibus nihil potest innouari, secus pendente causa reuisionis ꝑ modũ supplicationis; & ratio secũdum Neapo. decis. 341. lata est sententia, qa supplicatio conceditur de gratia & ex benignitate principis, vt in c. ex literis P. vbi panor. de rest. in integ. no. in l. vnica. C. de sent. præfect. præto. sed appellatio innititᷣ iustitiæ: & iustitia vult ꝙ appellatione penden. nihil innouetur, prout nec dilatione pendente, alias innouatum dicitur ipso iure nullũ, vt probat de sententia latissimè Ias. in cõsi. 44. Ex sola inspectione tit. vol. 3. vbi subdit rationem, quia lata est ab eo, qui carebat exercitio iurisdictionis, & sic non potest consensu partium ratificari, eo quia non potest consensus partium hoc facere, quòd fingatur retro habuisse exercitium. leg. obseruare. §. fi. ff. de off. procon. & lega.

c ¶Lite contesta. Ante hunc actum non valent probationes fieri, quòd si fiant non valent. c. 1. & 2. & c. quoniã. ꝭ. vt lite non contesta. nec talem ordinem iudex peruertere potest. c. exhibita. ꝭ. de iudic. notant Doc. in l. si quęramns. ff. de testi. tradit Alexan. in consi. 3. nu. 8. in causa. vol. 2. vbi subdit dictum Anto. de Butr. in c. 1. sup. de probatio. referentis. Feder. de Senis consuluisse, quòd si actor 4 vna † cum libello suo producat instrumentum, in quo fundatur intentio sua, quod nisi illud instrumentum reproducat post litem contestatam, obtinere non potest, istud reassumpsit idem Alexand. consi. 37. nume. 6. viso & opportunè. eod. volu. 2. & sic habet locum regula quam idem Alex. citat, consi. 127. col. fi. in causa & lite. volu. 2. quòd quando instrumentum non reperitur productum, non facit fidem.

d ¶Post decendium. Et ratio, quia per lapsum illius censetur sententiæ acquiescere. l. ab eo. C. quomo. & quan. iudex. not. Alex. consi. 136. vol. 2. vide quæ dico. in c. non solum. hic per Io. Mo. allega.

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Dispendijs, quæ propter electiones &c.

SVMMARIVM.

1 *Secunda electio non debet attentari, prima non cassata.*

DISPENDIIS. Hæc decretalis & sequẽs loquuntur in competitoribus, nõ in petitore & contradictore, de quibus habetur. ff. de decurio. l. generaliter. §. spurios [celebratis.] Sed contra sup. de resti. in integ. c. 2. Sol. hic loquitur in cõpetitoribus quibus debetur maior fauor. d. §. spurios. illa vero in petitore & contradictore & qui innititur cõtra ius cõmune, & ideo hoc casu nõ proceditur ad aliã. ꝭ. de arbitr. ex parte [renunciare] hoc enim potest (etiã electus in episcopum ante cõfirmationem) ꝭ. hoc lib. de elec. si electio. secus post. ꝭ. de trãsla. episcopi. c. inter corporalia [excludi.] sup. hoc lib. de electio. cupientes. quia forsan non est prosequutus ius suum ꝭ. tempus. ꝭ. statutum, uel pone exemplum. ꝭ. eo. quàm sit. §. quod si electus, & § fin. [ipso iure] hoc est sine adminiculo hominis. no. d. c. quam sit, in fine

[non

de duabus electionibus eodem contextu celebratis, sed si non eodem contextu celebrentur, habet locum materia no.s.de elect.auditis.nō ista: & tunc credo vbi electio prima est nulla propter defectum vel reatum personæ electæ, primo dico secundam tenere, licet in processu liquere valeat de reatu vel defectu huius, tunc enim est defectus in materia, quæ inhabili nulla forma potest induci. Sed si prima electio posset quoquomodo iustificari a dico ꝙ secunda [a] non debet attentari, prima non cassata, sic fuit propositum in facto Antissiodoren. cuius prima electio fuit a minori parte numero celebrata: modo hoc posset stare ꝙ electio prima sit celebrata a maiori parte numero, attamen sit sanior quàm electio. 2. celebrata. vt no. in d.c. auditis.

¶Sed cum ius cassat electionem in discordia. s. de electio. quorundam. §. 1. aut a minori parte numero factam d.c. quorundam. §. circa. & c. idennitatibus. §. si qua. verò potest procedi ad secundam quia prima non potest iustificari iam a iure reprobata. d.c. quam sit. §. alioquin.

ADDITIONES PROBI.

a DICO ꝙ secunda. Adde quæ in proposito tex. nostri. & c. sequen. voluit. Pau. de Cast. cons. 346. formæ capituli. quia propter, in prima parte, ꝙ lis dicitur pendere dupliciter, primò inter duos electos in discordia: & tunc interim alia electio non est fienda, quousquè lis sopiatur. vt hic. & d.c. seq. Secundò dicitur pendere lis super iure eligendi, vt cum dicitur capitulum non posse eligere, & hæc est quæstio scribentiū, de qua per Compo. & Inno. in c. cum. M. s. de constitu. & & de arbitr. c. ex parte & per glo. magnam in c. ex literis. s. de iure patro. & communis opinio est ꝙ si capitulum erat in possessione eligēdi, valet electio, non obstante lite vel appellatione, cum in lite non reuocetur in dubiū de possessione prout dicunt scriben. in d.c. ex literis.

Intentum verificatur per glo. in c. non solum de appella. hoc lib. quam ibi insequuntur Doc. vbi dicitur, ꝙ hoc in casu nihil dicitur innouari, nec lite vel appellatione fieri, sed possessio continuari (cuius fructus est eligere. c. cum Vintonensis. s. de electio.) Et lite pendente non debet quis commodo possessionis priuari vt hic, „facit enim fructus suos possessor (etiam post litem motā) licet teneatur illos restituere, si succumbat. l. qui scit. §. fi. ff. de vsur. quæ restitutio non cadit in electione, per quam quæritur ius electo, quod non debet sine facto suo priuari. l. non debet. ff. de reg. iur. sufficit enim eligentes esse in possessione iuris eligendi, licet ius non haberent, vt electio valeat. c. quærelam. s. de elec. c. eum olim. s. de causa posses. & de iure patro. s. c. consultationibus, & ibi scrib. & in c. cum Bertholdus. s. de re iudic.

Et intellige ꝙ possit eligere, quando scilicet de iure cōmuni eligit, & est in continua possessione eligendi, secus si de iure speciali, scilicet propter malam colationem alterius. Paul. de Cast. in simili (vi delicet collationis) in consi. 403. col. 1. illaquè infirmari, parte. 1.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Si hi, contra quos superdignitatibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *In beneficijs licet sit successio, non tamen hæreditaria, quia ex iure primi, secundus nil sibi vendicat.*
2 *Culpa suos tenet auctores, non alios inficit.*
3 *Processus habitus cum possessore, omnibus præiudicat.*
4 *Considerare quis debet quod accidere poterat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Prælatus dicitur in ecclesia non vniuersalis, sed successor particularis.*
Heres vniuersalis dicitur ille, qui succedit in totum ius defuncti.
2 *Successor in beneficio, ad quæ debita per prædecessorem facta teneatur.*
3 *In titulis beneficiorum qui omnino sunt singulares, possessio vnius non iuuat alium.*
Sola lis incepta in beneficialibus de iure prædecessoris transit in successorem.
4 *Triennalis possessor pacificus, dicitur habere optimum ius in præiudicium eorum qui ius suum intra triennium in iudicio non deduxerunt.*
5 *In beneficialibus licitum est vti iure prædecessoris, quod est exclusinum intentionis agentis.*
In beneficialibus sufficit excludere petitorem per exceptionem iuris non sui.
6 *Tertius petens admttti pro suo interesse, ad litis prosequutionem an possit testes producere post didicita testificata.*
7 *Quis non tenetur considerare remota, sed propinqua.*

SI hi, propter fraudes quæ fiebant in hac a materia fomentum habentes a gloss. Innocent. sup. de iudic. quia verò contra dictam glossam, hic est prouisum & per dictam glos. vidi in facto præpositurę Normaniæ posteaquam fuerat conclusum; illam conferri prouisione facta possessori, & etiam a capite inchoari, & contra dict. gloss. allegabatur. ff. de iudi. tam ex contractibus. ff. de admini. tuto chirographis. §. fina. ff. de re iudi. ex contractu. ff. fami. her. l. hæredes. §. idem scribit, & respondebatur illam loqui vbi est successio ex eodem iure, hic non, quia secundus non habet 1 ius ex iure primi, sed ex noua electione. vnde licet † in beneficijs sit successio, [a] non tamen hæreditaria, quia ex b iure [b] primi secundus nil sibi vendicat. 8. q. 1. Moyses. & c. seq. vbi tamen esset successio hæreditaria, sicut sententia habita contra vnum faceret fidem contra alium, vt d. ll. sic processus ante sententiā habitus contra successorem esset firmus. quod ergo hic est statutum nō est de rigore, sed de æquitate, vt malitijs occurratur, & vt lites super beneficijs citius finem habeant [beneficijs] hoc expone. vt s. titu. proximo [admittendos.]

Sed pone reus erat in cadendo propter appellationem non initiatam, vel quia est sibi præscriptum per præscriptionem iuris, vt per conclusionem, vel peremptoriam facti, vt per terminum hominis, nunquid præiudicabitur 2 alij, cuius intererat? & videtur quòd non, cnm culpa † teneat suos auctores, non alium inficiat. j. de his quæ fiunt a maio. parte. cap. quęsiuit.

¶Dic contra quia si negocium est in curia per constitutionem, statuimus. s. de electioni. hoc lib. iam omnes 3 sunt citati quorum interest & processus † habitus cū possessore omnibus præiudicat.

Sed pone negocium non est in curia, vel si est, non est per dictam constitutionem, adhuc dico idem, cum ille defenderet, vt possessor, cuius principaliter intererat. arg. ff. de collusio. detegen. cum non iusto. Sed contra prædicta iura loquuntur vbi plurimum intererat in præsenti licet secundum gradus differentiam. Sed hic non incipiebat interesse, nisi ex post facto: vnde durum videtur si iste excludatur, qui antea admitti nō poterat, sicut ille cuius non intererat. Sol. iste non repellitur ex sua persona, sed ex persona sui auctoris. infra de hæreticis. fraternitatis, cuius manus sunt ligatæ: per hoc. c. Vnde si ille a quo iste habet causam, repelleretur per constitutionem, statuimus, vel pro eo ꝙ sciuit processum haberi cū possessore. j. de re iud. quamuis. j. de testib. veniens. 2. nō dico quòd isti fit c preiudicium. Sed non vbi auctor suus ignoraret, [c] vt quia appellatio non fuit denunciata, vel quia vbi nō est appellatum ignorat causam agi; quo casu, nec sententia, nec processus firmus esset contra eum, vt d.c.

¶Nec obstat. d.c. quęsiuit, quia isti qui vult cōferre, de nouo imputet sibi, si causam non defendat: considerad re [d] † enim debuit quid accidere poterat. ff. locati. l. si quis 4 domum.

ADDITIONES PROBI.

a SVccessio. Particularis † non vniuersalis, cum successor in ecclesia non censeatur loco heredis vniuersalis. testatur Iacob. de Bello visu in Authen. vt nulli iudi. §. & hoc vero prohibemus, ratio quia non succedit in omnibus bonis prędecessoris.

cessoris. Imo in bonis suis proprijs succedunt sibi agnati, iuxta ea quæ habentur in c.cum in officijs.s̄.de testa.& in
2 c.1.s̄.de succes.ab intesta.heres † enim vniuersalis dicitur ille qui succedit in totum ius defuncti.l.hæres in omne. ff.de acquir.hered.l.hæredem & l.hæreditas.ff.de reg.iur.

¶Facit in proposito, quia successor in beneficio tenetur tantum ad debita prędecessorijs facta pro vtilitate ecclesiæ.c.1.& 2.s̄.de solutio.videlicet pro impensis necessarijs factis in rebus ecclesiæ.arg.ff.ex quib.caus.pig.taci. contrah.l.1.& l.interdum.ff.qui po.in pig.hab.& in Auth. de ęquali.do.§.his sequens.

Hæres vero tenetur regulariter ad quæcunquè debita defuncti.l.fi.§.& si pręfatam.& § sin verò postquàm.C.de iure delibe.& l.cum a matre.C.de rei vendi.& l.si creditoribus.C.de seruo.pig.da.manu.

Pro intento Io.Mo.vide Alex.illud firmantem in cōsi. 213.col.pen.viso & opportune.vol.2.

b Ex iure primi.Io.Mo.istud firmat in c.indemnitatibus. s̄.de electio.vide quæ ibi dixi & in c.fi.ante fi s̄.de renuncia.idem Io.Mo.in c.si tibi.de præbend.hoc lib.Calca.in consi.124.col.2.& 6.in causa.R.

De dicto Io.Mo.meminit.Bart.de Chassa.consi.20.nu. 26.vbi istud comprobat & adducit dictum Guiller.in extrauagan.execrabilis in ver.pluralitatem.quòd in titulis
3 † beneficiorum qui omnino sunt singulares, possessio vnius non iuuat alium,cum in talibus non cadat successio iuris vel facti.

Vide glo.prag.in tit.de pacific.possessio.in ver.possedit firmat intentum etiam Io.Mo.Rota in no. decisio.232. in fi.si prælatus.

¶Nihil igitur in beneficialibus de iure prædecessoris transit in successorem,nisi sola lis incepta.gl.in extrauag. suscepti.in ver.vacātium. ne sede vacan.Ideo decretum de pacif.possesso.prout nec regulæ cancellariæ, non suffragantur successoribus, cum contineant ius personale eius qui pacifice possedit, quod non transit in successorem.l.quia personale.ff.solu.matri.glo.pen.in c.fi.de iure patro.hoc lib.& hæc maxima iuris procedit maximè in successoribus in beneficijs qui metiuntur ius nouū, tam respectu tituli quam possessionis, vt hic.

Propter hæc tamen non dicas,ꝙ si possessor pacificus triennalis alicuius beneficij fuisti, & postea ab humanis decedas, si impetro beneficium illud per decessum tuū, ꝙ illa possessio triennalis mihi suffragatur contra tertiū habentem titulum ante triennalitatem effluxam, non tamen possessionem & litigium cōtra te, cum triennalis
4 † possessor pacificus dicatur habere optimum ius,in pręiudicium eorum qui ius suum intra triennium in iudicio non deduxerunt, vt clarè disponunt concilia Basilien.& Lateranen.in titu.de pacif.possess.& regul.cancella.Et sic loquitur quod beneficium in præiudicium negligentis vacat per cessum vel decessum possessoris triennalis pacifici, cum titulo colorato, cum titulus ille (quàmtum ad negligentes) pacifici possessoris triennalis, pro verò & iusto titulo reputetur.Et sic succedit doctrina Io.And. & Card.in c.mandatum de rescript.post Compostel.ꝙ
5 † in beneficialibus licitū est vti iure prædecessoris, quod est exclusiuum intentionis agentis. istud fuit de mente Io.Imo.& Fely.in d.c.mandatum.

Aliud enim dicunt Compostel.& Ioan.Andr.in d.c. mandatum,ꝙ sufficit in beneficialibus excludere petitorem per exceptionem iuris non sui. Et præmissis non refragantur quæ prius dicta sunt videlicet ꝙ non possit successor in beneficio vti accessione prædecessoris, quia illud verum est quando successor ex titulo & possessione prædecessoris vult fundare ius suum sine nouo titulo, & iure nouo, secus quando successor se fundat in titulo ꝓprio, & ad elidendum titulum alterius excipit de iure prædecessoris sui; quod nota perpetuo,pro compermutantibus qui possunt vti defensionibus actoris sui, cōtra quē habent regressum de euictione.l.emptori.C.de euictio.cum suis concord.

c Ignoraret. Adde in proposito vnum effectum ignorantiæ. Pone,mota est lis, & in ea est processum vsquè ad pu-
6 blicationem testium inclusiuè,modò tertius† petit se admitti in causa pro suo interesse qui per iudicem admittitur.Et eo admisso petit admitti ad producendum testes, etiam super articulis aut similibus, super quibus testes rei principalis vel actoris fuerunt producti, quæritur an veniat audiendus. Istam.q.tangit Bar.in l.si perlusoriè.ff. de appella.& dicit ꝙ si iste tertius veniat post dilationes datas ad probandum, vel post publicationem testium factam,non potest de nouo testes producere,quia primū processum prosequitur, non nouum.allegat Inno.in c. cum super. de re iud. hoc verum dicit quando iste tertius sciuit istas dilationes dari & testes examinari, secus si ignorauit, quia tunc auditur hanc. q. etiam tangunt Neapol.decisio.235.An tertius, vbi dicunt super hoc dubio fuisse vota. per sacrum concilium quòd tertius veniens pro suo interesse,qui sciuit litē motam,licet ignorauerit publicationem,& ignorauerit didicita testificata, debet audiri in terminis, in quibus reperitur causa, & sic si est publicatum & didicita sunt testificata, non poterit tertius audiri nisi super articulis nouis,non super ijsdem, vel directo contrarijs iuxta c.fraternitatis.s̄.de testib.& Auth.qui semel.C.de proba.vel poterit producere scripturas, & instrumenta & testes pro eorum confirmatione & approbatione iuxta notata in c.series.s̄.de testibus.

Sed si tertius ignorauit litem, tunc potest inducere testes in causa, etiam quod sint didicita testificata, etiam super eisdem vel directò cōtrarijs.quod latè ibi comprobant subijciendo quòd tertius non poterit opponere exceptiones dilatorias vel declinatorias, nec quòd acta sint nulla, eo quia non citatus: benè tamen poterit recusare iudicem vt suspectum.no.Doct.in c.cum super.s̄.de offi. deleg.Anto.Panor.& Philip.in c.cum speciali.20.q.s̄.de appel.

d Considerate. Pro hoc Bal.in l.eadem col.3.versi.quæ-
7 ro de quibus vsibus.C.loca.dicit, ꝙ quis † non tenetur considerare remota, sed propinqua: ea enim quæ non sunt satis remota,erunt, & fortè non erunt,vt ait Seneca, prospectus futurorū quamuis pertineant ad sapientem virum, non tamen non afficit damno non cogitantem, nisi ex præsente statu debuerit cogitare.l.si quis domum hic per Io.Mon. allega.& ff.si quis cautio.l.sed & si quis. §.quæsitum,quando autem cogitari debeat tempus futurum,vide Neapol.decisio.87.magnum est dubium,& quę tradit Ias.in consi.44.col.fi.vol.3.

¶ De Confessis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quod quis requirit ab alio, magis seruare debet in seipso.*
2 *Philosophus respicit finem.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Probatio non est de substantia iudicij.*
2 *Sententia est nulla, quando iudex se refert ad acta, quibus inspectis appareret de errore iudicis.*
3 *Probatio nihil aliud est,nisi iudicem ad fidem deducere.*
4 *Alderico inuitato ab Hispanis, datum est vinum album quasi aquæ rubeo mixtum.*
5 *Indicia quæ ad bonum retorqueri non possunt,nec ad aliud quàm ad id quod indicant, pro probationibus sunt habenda.*
6 *Qui iudicare habet, oportet eum cuncta rimari, & rerum ordinem plena inquisitione discutere, quousq; ad rei veritatē perueniatur.*
7 *Probatio dubia non releuat.*
8 *Nulla legis virtus, potest excludere probationem quæ fit per rei euidentiam.*
9 *Iuris consultus posuit in pectus iudicantis, quanta fides sit testibus adhibenda.*
10 *Confessio dicitur inseparabilis,quia pro parte non acceptatur,& pro parte acceptatur.*
11 *Responsio ad positiones debet interpretari taliter, quòd respondens non incidat in contrarietatem.*
12 *Quis non tenetur respondere positionibus, nisi ponens iuramento affirmet illas continere veritatem.*

1 QVOD † quis requirit ab alio, magis seruare debet in seipso.ff.de pact.l.cum in eo.ff.si serui.vendice. altius. ff. de admi.tutor.quotiens.§.item si temporalis, pars ergo actrix vel rea intendens suam intentionem fundare hoc habet potius adinuicem requirere quàm a tertio.

Et

a ¶Et ideo probatio [a] quæ est per confessionem [b] partiũ b præcedit titulum, qui est de probatione per testes, vnde subijcitur rub. de cõfessis, nec ponitur rubrica de positio- 2 nibus, sed de cõfessis. Et est ratio, moralis Philosophus † respicit finem. Et ideo per causam finalem diffinit, & cum hæc scientia supponatur Ethicæ vt s̃. in proę. no. nõ curatur hic de positione in se, sed propter finem, vt propter re c sponsionem [c] ex qua habetur confessio.

¶Et ideo melius dicitur rubri. de confessis, quàm de positionibus vel probationibus.

ADDITIONES PROBI.

1 PROBATIO. Quæ non est de † substantia iudicij. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffic. test. & l. cum putare. ff. famil. ercisc. tradunt Neapolita. decis. 47. vbi subdunt, quòd sententia lata nullis existentibus probationibus, non dicitur nulla, sed bene dicitur lata contra ius litigatoris: & ideo valet. l. j. §. item cõtra sacras. ff. quæ senten. sine appella. rescin. Innoc. in c. cũ venerabilis. de exceptio. Doc. in l. ait prætor. §. j. & in l. pręses. ff. de re iudica Doc. in l. prolatam. C. de sent. & in l. fin. C. commi. vel episto.

2 ¶Illud intellige † nisi sentẽtia se referat ad acta in processu facta, quæ reperiuntur nulla, quia tunc sentẽtia redditur ipso iure nulla, hæc est communis sententia Doct. maximè Ant. de But. in c. ab excommunicato. s̃. de rescr. & Panor. in c. inter cæteras de re iudi. nam quando iudex expresse se refert in sententia ad acta, quibus inspectis apparet de errore iudicis, hoc in casu sententia est nulla. tenẽt Bar. & Bal. in l. 1. C. de erro. calc. & Io. de Imo. & Alex. in l. rei. §. 1. ff. solu. matr.

3 ¶Vlterius dic ꝙ probatio † nihil aliud est, nisi iudicẽ ad fidem deducere. l. quinquaginta, ff. de proba. no. Bar. in l. ad monendi. ff. de iureiur. sequitur Paul. de Cast. consi. 193. in fi. in causa & quæstione. in 1. par. vide quæ dixi post Io. Mo. in c. seculares. s̃. de foro compe. & Pau. de Cast. cõsi. 169. nu. 4. viso puncto in secunda parte Maria. Soc. cõs. 89. colum. 6. in causa agitata. & consi. 229. col. fina. primo aspectu.

¶Et dic ad fidem plenam & solamen glo. & ibi Imol. in cle. cõstitutionem. de electio. glo. in c. statutum. §. cum vero in ver. saltem de rescrip. s̃. hoc lib. Et hæc plena probatio aliquando resultat ex perspicuis indicijs. l. dolum. 4 C. de dolo. vbi glo. citat Aldericum † quem Hyspani inuitauerant ad prãdium, vt fide iuberet pro reis, & rationes suas accommodaret, & dabant ei vinum album quasi aquam rubeo colore mixtum, vt eum inebriarent.

¶Ex quo resultat vera doli probatio, cũ indicium illud ad aliud retorqueri non possit, iuxta regulam quam citat Ioan. de Ana in c. excommunicamus. §. credẽtes sub. nu. 5 11. s̃. de hæret. ꝙ indicia † quæ ad bonum retorqueri nõ possunt, nec ad aliud quàm ad id, quod indicãt, pro probationibus sunt habenda. d. l. dolum.

¶Et pro themate vide quæ not Petr. de Anchar. consi. 316. in princ. in causa quæ vertitur inter Iacobum, quòd 6 qui iudicare † habet, oportet eum cuncta rimari, & retum ordinem plena inquisitione discutere, quousque ad rei veritatem perueniatur. c. iudicantem 30. q. vlti. nec ad vnam speciem probationis applicet mentem suam, sed ex varijs coram eo productis & discussis informet animi sui motum. c. præterea. s̃. de testib. ca. in præsentia. sup. de renunciat.

7 ¶Non sit ergo probatio † dubia, cum non releuet, per id quod habetur. c. in pręsentia. sup. de probat. & in l. mãtrem. C. eod. Barto. & Docto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. oper. nuncia. glos. & Doct. in Cle. fin. de rescript.

¶Et pro eo, quod sup. diximus proximè, ꝙ indicia quæ ad bonum &c. dic facere ad id quod no. Bart. in rub. C. de 8 proba. ꝙ nulla † legis virtus potest excludere probationem, quę fit per rei euidentiam. l. inde Neratius. §. fi. ff. ad leg. Aquil. & l. confessionibus. ff. de interro. actio. quod refert & sequitur Alex. in consi. 39. num. 24. quod exorditur stantibus. vol. 6.

¶Quod autem iudex habeat informare animum suum ex varijs, vide quę latè tradit Petr. de Anchar. consi. 385. licet pridie: vbi ponit vnum quotidianum, de resignante beneficium, qui per aduersarios respectiuè probatur eodem die fuisse sanũ & ęgrum, quod prosequitur & latius consi. 388. in casu præmisso. vide Domi. consi. 53. col. 3. Gregorius. 12. vbi in proposito adducit illud Iob. Pater eram pauperum, & causam quã ego nesciebam, diligenter inuestigabam, non immeritò igitur iurisconsultus 9 † in pectus iudicantis posuit quanta fides sit testibus adhibenda. l. 3. ff. de testib. prout nec ꝙ officiũ iudicis principaliter versari debet in inquirenda veritate. d. c. iudicãtem. & l. 2. C. de eden. Alex. consi. 122. in prin. viso processu. vol. 2. etiam postquàm conclusum est in causa, maximè vbi causa est summaria, not. idem Alex. in consi. 147. in fi. ponderatis. vol. 2. vide Deci. consi. 501. in causa.

¶Et dic ꝙ in tantum posuit ꝙ Bar. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. dicit ꝙ licet testis assignet bonam rationem dicti sui, si tamen iudici videtur ꝙ ei non debeat fidem adhibere, quod poterit non adhibere fidem: consulit tamen quod appareat in actis causa, quare sibi non adhibet fidem propter sindicatum. meminit Calca. consi. 64. nu. 17. præclare.

10 Per confessionem partium †. Quæ aliquando dicitur b inseparabilis, vt pro parte nõ possit acceptari, & pro parte sperni, not. Alex. consi. 80. col. fi. in causa & lite vertente inter. vol. 7. Et de productione instrumenti an in parte possit approbari, & in parte reprobari, vide eundem Alex. consi. 124. nu. 4. eo. volu. vbi eum vide in fi. consi. & Io. Mo. in c. vt inquisitionis de hæret. Et quo ad confessionem firmat Stepha. Bertran. consi. 355. in fi. proposita. par. 1. allegat glo. in l. si quidem C. de except. & Salic. in leg. si quidem. C. de transactio. & Ange. Arety. in §. si quis postulante. Institu. de actio. idem Bertran. consi. 315. nu. 2. si benè. & alias in 3. par. allegat. Bar. in l. Aurelius. §. idẽ quæsijt. ff. de libera. lega. Panor. in c. bonæ. el 2. col. penul. de postul. præla. no. Iacob. Rebuf. in l. rura. circa fi. de omni agro deser. lib. 11. C. Cardi. consi. 57. nu. 9. consi. redditum. vbi dicit id procedere quando est facta cõfessio sub vno structu verborum.

¶Vide eundem Cardi. consi. 123. vbi ponit de acceptatione & repudiatione respectu eiusdem rei.

Postremò dic confessionem fieri per recognitionem scripturæ, vt latè tradit. Ias. in consi. 65. col. 1. Henricus. volu. 3.

11 ¶Responsionem. Quę responsiones † positionibus fa- c ctæ debent interpretari, taliter ꝙ respondens non incidat in contrarietatem, vt decidunt Petr. Cy. & Bald. in l. cum falsa. C. de iur. & fact. igno. tradit Alex. cõsi. 28. col. 3. viso & discusso. vol. 6. vbi subdit ꝙ prima dicta seu responsa debent trahi ad vltima, & vltima ad ptima, vt euitetur contrarietas, secundùm Bal. ibi. & in l. 1. in prin. in lectura antiq. ff. ne quis eum. vbi Pau. de Cast. facit tex. in c. cum tu. s̃. de testi. & in j. consti. C. §. quibus & quod no. Bart. in l. scripturæ. C. de fide instrumen.

12 ¶Et attende ꝙ de stilo † communi de quo per Iacob. Rebuf. in d. l. rura. de omni agro deser. lib. 11. C. pars aduersa non tenetur respondere per verbum, credit, nisi prius ponens affirmet positiones suas (medio iuramento) cõtinere veritatem. pro quo videtur text. in c. præsentium versi. recepto iuramento &c. de testib. hoc lib.

Et quod est maius, quia ad hoc vt ponens possit se iuuare ex responsione positionum debet prius iuuare ꝙ. credit eas esse veras. glo. mag. ad fi. C. hoc tit. Ias. in consi 2. col. 12. vol. 3. & hoc est quod vult idem Rebuff.

¶Innocentius Quartus, in Concilio Lugdu. Cap. I.

¶Statuimus vt positiones negatiuas &c.

SVMMARIVM.

1 *Positio quid sit.*
2 *Ad positionem iuris, non est respondendum.*
Positio debet esse pertinens, non impertinens.
3 *Contradictio est oppositio*
4 *Reus negans, ex negato se iuuare volens.*
5 *Allegans seu veniens contra factum suum, non auditur.*
Error reuocari potest.

Ioan. Mona. Card. A a *Probatione,*

6 Probatione, cautione, seu responsione indebita, quis non debet onerari.
7 Quando est aliquid dubium, iudex debet se inclinare ad id quod est sibi verisimilius.
Quando positiones sunt aduersæ, an teneatur respondere aduersarius.
Quando aduocatus debet adesse in responsione ad positiones.
8 Negatiua multiplex est.
9 Negantis factum per rerum naturam, nulla est probatio.
10 Negatiua dicit mihi carentiam illius rei, & non existentiam.
Non entis non sunt species, nec differentiæ.
Probatio habet fieri per principia, sicut causatum habet extendi per causam & principiatum.
11 Affirmatiua probatur probatione directa, secus indirecta.
Contraria non insunt eidem, sed mutuò se expellunt.
Mirandum dicitur quia mirum factum est, quia est super facultates, seu vires naturæ.
12 Via naturæ non est regressus a priuatione ad habitum.
13 Quod non est meum, scire teneor hoc ad alios modis omnibus pertinere.
14 Ex quo vna sola via mihi probanti superest, illa est mihi seruanda.
15 Non quicquid iudicis potestati permittitur, hoc necessitati iuris subijcitur.
Iudex semper debet habere æquitatem præ oculis.
Vbicunque ius deficit, & æquitas suggerit, illa est sequenda.
In sententiam humaniorem, quam æquitas astruet, est declinandum.
16 Interrogationes quando fiant,
17 Positiones post litem contestatam, & iuramentum præstitum fieri habent.
18 Interest reipublicæ lites dirimi.
Positiones fiunt ad releuationem partis.
19 Probationum copia non est angustanda.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 Materia interrogationum fuit inuenta a iure communi scripto, materia verò positionum a consuetudine.
Positionibus respondetur per verbum credit, vel nõ credit, aut aliud æquipollens.
2 Conditio debet impleri in forma specifica, sufficit tamen quod impleatur æquipolenter.
Dictio taxatiua non excludit omnino simile & idem importans.
Lex non est imposita verbis, sed rebus.
3 Positiones principale concernunt, interrogatoria verò litis præparatoria.
4 Quælibet causæ positio, quæ causæ adaptari potest, dicitur pertinens, siue ad causam faciat directè, siue indirectè quoquomodo.
5 Modicum conferentia dicuntur pertinentia.
Pertinens positio quæ dicatur.
6 Admittitur probatio pertinens, licet non vrgens.
De iure præscripto, potest fieri positio ad quem debet responderi.
7 Articulus concludens præsumptiuè admittitur.
Impertinentes probationes quæ dicantur.
8 An facta impertinentia ad probandum admitti debeant.
9 Licet positioni iuris scripti non sit respondendum, bene tamen positioni iuris non scripti.
An ius non scriptum sit certum.
10 Responsio per verbum, credit, est sufficiens in ciuilibus, non in criminalibus.
Credulitas habetur pro veritate in præiudicium respondentis ad positiones.
11 Testes debent deponere per sensus corporeos, non de credulitate, alias non probant, nec in contrarium valet consuetudo.
Testi deponenti sine causa non creditur, quia talis dicitur deponere vt pecus, & non vt homo.
12 Tempus ad deliberandum non est dandum interrogato, an credat, vel non.
13 In dubijs opinionibus est sequenda opinio gl. ordinariæ.
Non possumus iuuari facto per nos impugnato, secus si solum impugnauerimus solemnitatem facti.
14 Capitula separata possunt pro parte approbari, & pro parte reprobari
15 Probatio non potest esse non communis.
16 Non potest quis acceptare qualitatem confessionis impugnando confessionem.
17 Auditur quis contra factum suum, quando tangit factum animæ.
18 Post conclusionem, non admittitur productio eorum, quæ in facto consistunt, nisi fauor animæ insit.
19 Quando quis audiatur allegans turpitudinem suam.
20 Vbi exceptio elidit ius agendi, non debet iudex audire actorem, ex quo notoriæ fouet iniustitiam.
21 Nemo est dominus membrorum suorum, sed Deus & respublica.
Confitenti in articulo mortis in præiudicium alterius non statur.
22 Qui sine causa promittit, videtur per errorem promittere.
De errore tractatur, etiam post sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam.
23 De errore apparet eo ipso quod constat rem aliter se habere.
24 Interpretatio verbi dubij semel facta per iudicem, non reuocatur.
25 Rei declaratæ, nihil adijci potest, nec detrahi.
26 Iudex habet latas habenas, in reuocando interlocutoriam.
27 Declaratio voluntatis ostenditur, etiam ex actu inualido.
28 In factis, pars nullo instructo aduocato, debet positionibus respõdere.
29 Testis probare volens negatiuam quid habet dicere.
30 Testis deponens super negatiua non coarctata loco & breui tempore, est suspectus de falso.
31 Proponens negatiuam eo ipso probat, quod non probatur contrarium, ex quo super ea non se fundat, nec præsumptio est contra negantem.
Negatio verificatur per naturam non existentiam.
Negatio quicquid inuenit destruit.
In mera negatiua nullæ sunt causæ.
32 Caueat testis ne meram negatiuam attestetur.
Plus creditur testibus affirmantibus, quàm testibus negantibus.
33 Negatiua debet probari per eum, qui se fundat in ea.
34 Testis super negatiua deponens debet reddere rationem dicti sui concludentem, etiam non interrogatus.
35 Non entis nullæ sunt qualitates.
Illud quod non incepit, finire non potest.
Quæ non sunt, possideri non possunt.
36 Non entis nullæ sunt causæ.
37 Ex quo conditio remota est, etiam qualitas temporis sublata videtur.
Qualitas non potest esse sine subiect. Quoud non est, reperiri non põt.
Nunquàm decedit, qui nunquàm fuit, quia solus viuus moritur.
38 Quod non potest acquiri, non potest auferri.
39 Non ens non implicat species, & sic non causat subiectum.
40 Ad non entia certa & indiuidua affectio non potest applicari.
De non ente, non est dare partem nec quotam.
41 Vbi non subest materia, non potest dari materiatum ex materia.
Vbi non subest causa propter quam aliquis effectus producitur & & conseruatur in esse, nunquàm ex illo effectu potest induci productio, vel existentia.
42 Omnis dispositio requirit, vbi subiectum fundetur.
Non entis non est dare ordinem ipsius.
43 Circa incertos non cadit affectio.
Vbi non est substantia iustitiæ, non potest qualitas negligentiæ esse, circa eam administrandam.
Vbi non est negligentia non debet esse pœna.
44 Gesta debent ad auctores suos restringi, & non extendi ad alios, qui culpa carent.
45 Vbi non est subiectum interesse, non põt esse determinatio interesse.
Quod caret esse, caret virtute & operatione.
46 Non potest euelli quod non egit radices.
Deponens de simplici non vsu legis, non probat consuetudinem.
47 Non possidens non transfert possessionem.
Quod non est, non potest esse notorium.
48 Iniustus non dicitur, qui non potest esse iustus.
De literis nullis non tenetur quis facere mentionem, vt euitetur subreptio.
49 Non potest dici relapsus, qui non erat excommunicatus.
50 Id quod non est, obseruari non potest.
Non potest amrlius dissolui, quod est dissolutum.
Quod commune non est, non potest diuidi.
Quando species transit in specificatum, desinit esse species & totum attribuitur specificanti.
51 Sine miraculo non potest qualitas a subiecto separari.
52 Confessio de æquitate canonica (etiam facta parte absente) habet effectum plenæ probationis.
53 Ius canonicum principaliter dirigit hominem, vt anima saluetur.
54 Confessio si fiat per scripturam indistinctè, non requiritur præsentia partis.
55 Per confessionem admittitur probatio contra præsumptionem iuris & de iure.
Nulla probatio est clarior, quàm ea quæ resultat ex confessione propria.
56 Perinde est post conclusum in causa quid allegare, acsi post sententiam allegaretur.

57 Persona

57 *Perſona legaliſſima admittitur ad probandum, contra præſumptionem iuris & de iure.*

58 *Teſtes deponentes contra veriſimile non probant.*
Veriſmilis eſt falſitatis imago.
Teſtes valdè digni tantum probant, quantum teſtes alias idonei cum fama.

59 *Teſtis poſtquàm depoſuit, non poteſt corrigere dictum ſuum, niſi ſit teſtis digniſſimus & legaliſſimus.*
Teſtis ſpontè deponens, & non citatus non probat niſi ſit perſona legaliſſima & fide digna.
Probatæ opinionis dicitur teſtis idoneus, licet ſit familiaris producentis.

60 *Quis excuſatur quando credit fide digno homini.*

61 *Præſumptio iuris & de iure dicitur quando lex præſumit, & ſuper ipſa præſumptione ſtatuit.*
Contra fictionem non fit probatio.

62 *Aequitas dicitur, quæ eſt inter miſericordiam & rigorem.*

63 *Diſciplina vel miſericordiam multum deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur.*
Melius eſt de miſericordia quàm de ſeueritate dare rationem.

64 *Licet ſententia ſit nulla, tamen ſi conſtet illam fore æquam, debet confirmari.*

65 *Appellatio dicitur communis appellato & appellanti.*

66 *Iudex quantum poteſt, debet inhærere veritati.*

67 *Poſitiones debent oriri & formari ex tenore libelli, & non aliter.*
Confitens poſitionem prout in tali inſtrumento habetur, ſi nihil in eo reperiatur, nihil dicitur confeſſatum.

¶Item quod non est, non potest esse notorium.Deci. consi.544.nu.25. Serenissimus. d.c.quatuo. s.de transla. Ibi,quod quidem si verum est,non potest non esse notorium.firmat Car.consi.56.nu.13.Casus super quo, quem vide consi 111.in versi.Alij consuluit.factum sic se habet, vbi dicit quòd hoc participium,intestatus, significat hoc accidens inesse alicui.Sed accidens priuatiuum significat amotionem qualitatis inherentis. Non ergo intestatus est nisi qui cum testari posset, tamen intestatus decessit. 48 Sicut † nec iniustus dicitur, nisi de illo qui potest esse iustus: vnde lapis non dicitur iniustus, vt dicunt logici.

¶Item non ens verisimiliter non potest subijci intentioni scribentis.not.Domi.in consi.69.colū.2.dominus noster Papa.

¶Item de literis nullis non tenemur facere expressionem, vt euitetur surreptio, per ea quæ latè deducit Domi.in consi.120.col.2.quia in facto præsupponitur. ratio est (dicit) quia surreptio imprimitur ex taciturnitate eius ad cuius expressionem impetrans arctatur.c.super literis.s.de rescript.

49 ¶Item non † potest quis dici relapsus qui non erat excommunicatus: quia non entium nullæ sunt qualitates. no.idem Domi.in consi.122.quia reuerende pater.

Item quod non est, obseruari non potest, quia esse in obseruantia dicitur illud quod est inesse formato. Sed id quod est, obseruari potest, quia dicit Philoso.actus actiuorum sunt in patiente benè disposito.Meminit.Io.Mo. vbi dico in c.Romana.de senten.excommunica.

Item non potest amplius dissolui,quod est dissolutum. vt in Auth.de nupt.§.si distraxerit.not.Alex.in cōsi.139. nu.9.viso themate.volū.2.dico in c.quicunquè.in verb. non poterit.de hæreti.

Item quod commune non est, nō potest diuidi.l.magis puto.§.fi.cum.l.sequen.ff.de reb.eo.

50 t Species.Dic vnum † ꝙ quando species transit in specificatum desinit esse species, & totum attribuitur specificanti.l.Seia.in fi.ff.de auro & arg.lega.sicut materia transit in materiatum,& desinit esse materia, & sequitur materiatum si non est reducibile ad primam formam. Signorel.cōsi.168.col.penul.in curia.

u Indirecta. de probatione indirecta exemplum ponit Bald.in c.bonè el 1.col.2.s.de electio.de dispositione autem indirecta,vide Domi.cōsi.46.col.pen.an de relicto.

51 x Miraculum. Sine quo † non potest qualitas a subiecto separari. c. cum Martæ.§. quæsiuisti. s. de celebra. missa. Pet.de Anch.consi.208.col.pen.iudex.

De probatione miraculorum vide Alex.cōsi.104.col. fi.in causa.vol.3.& cōsi.72.col.2.inspecto.vol.1.

y ¶Ad habitum. Vide Bald.in c.bonè.el 1.in fi.s.de electio.qui pro hoc allegat.l.3.C.de libe.& eo.lib.

52 z Per confessionem.Quæ de † æquitate canonica (etiam facta parte absente) habet effectum plenè probationis. no.Ant.de Butr.Car.& Io.de Imo.in c.si cautio.s.de fide instr.Bal.in l.generaliter.10.q.C.de non nume.pecu.Domi.in c.testes.§.de his.col.2.3.q.6.quem præfati allegant: quod prosequitur latius Alex.in cōsi.115.col.2.visa scriptura.vol.7.quem vide consi.122.nu.4.viso processu.eo. vol.& alia quę dixi de ęquitate canonica in c.1.de pact.s.

53 Ratio potest esse, quia ius canonicum † principaliter dirigit hominem, vt anima saluetur, & in hoc nō attendimus rigorositates ciuiles, & positiuas,sed ea quæ secūdum metam iuris naturalis sunt tradita. vt in simili dicit Ant.de Butr.consi.36.col.2.visis.meritò dicitur ius nostrum cum magna benignitate edictum.

Pro his autem quæ in princ.dicta sunt,vide Io.de Ana. consi.8.intentio.

Et ꝙ confessio facta parte absente, valeat de iure canonico, vide quæ latè tradit.Bertran.Carpen.consi.319. col.2.si ille.par.1.& cōsi.221.par.3.Dic tamen ꝙ illius cōfessionis probatio per vnum testem nihil releuat, nec facit indicium.no.idem Alex.cōsi.132.nu.14.perlectis.col. 5.vide quæ dico in rub.de iureiur.& in c.1.s.de pact.

54 Vnum tamen est si cōfessio † fiat per scripturam, tunc indistinctè nō requiritur præsentia partis. no.idem Alex. cōsi.91.circa primum dubium.vol.4.

¶Quod autem dicimus de confessione parte absente valere de iure nostro,intellige in causa ciuili, non in criminali. not.Philip.Cor.in consi.128.viso copiosissimo. par.1.

Vltra præmissa dic confessionem cuius magna est efficacia, vt patet hic,& per ea quæ no.Bal.in rubr.C.de pro-55 ba.col.pen.ꝙ † licet contra præsumptionem iuris & de iure nō admittatur probatio, benè tamen admittitur per confessionem. Ista est doctrina glo.singul.in Authen.de equal.do.in §.si autem mulier.col.7.quam ad hoc singularizat Io.de Plat.in l.quicunquè.de apoch.publ.lib.10.C. & Io.de Imo.in l.si duo.ff.de acq.hæred.quæ probatio admittitur,etiam postquàm est in causa conclusum, vt dicit ibi idem Bal.ratio potest esse, quia nulla probatio est clarior q̄ ea quæ resultat ex confessione propria.l.generaliter.C.de non nume.pecu.& c.per tuas.s.de proba.dicitur enim confessio proprium testimonium cōfitentis, hinc in euangelio,quid adhuc desideramus testes,nos ipsi ex ore eius audiuimus: cōtra tamen prædicta videntur vrgere quæ citat Roma.cōsi.346.nu.8.in hac causa Basi-56 lien.Quod perinde † est post conclusum in causa, quid allegare,ac si post sententiam allegaretur Bar.in l.si mater.§.eandem in fi ff.de excep.rei iudic.arg.l.si rem.§ fi.ff. de euictio.& c.auditis s.de procura.gl.fi.in d.§.fin.Apost, tamen ad Bart.ibi tenere dicit contrarium.Arety.in l.si Titius.ff.de verb.oblig.vide eundem Apost.in l.si duo.§. idem Iulianus ff.de iureiur.

¶Et attende ad ea quæ in prin.diximus, ꝙ contra præsumptionem iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium nisi per confessionem, tamen potes addere aliam exceptionem a regula, quam citat.Ant.de Butr.in c.vidua de regula.s.vbi dicit regulam fallere in persona 57 legalissima & fide † digna,quia licet habeat præsumptionem iuris & de iure contra se, tamen admittitur ad probandum contrarium.facit quod not.Fely.in c.quia veri-58 simile.col.fina s.de præsumptio.vbi dicit ꝙ licet † testes deponentes contra verisimile nō probent per illum tex. quia non verisimile est falsitatis imago.Bald.in l.1.col.3. C.de ser.fugi.tamē hoc fallit in testibus valde fide dignis, quia tales tantum probant quantum testes alias idonei cum fama,quod dicit fore singulariter notandum.

Et sic dignitas & legalitas testium sępè derogat regulis iuris: quod amplius comprobo, primò habeo quod not.Bal.in c præterea.nu.4.s.de testib.cogen.quòd licet 59 † testis non possit corrigere dictum suum postquàm deposuit, vt in Auth.de testi.§.quia verò & in auth.qui semel.C.de proba.& in c.fraternitatis.s.de testib hoc tamē fallit in teste dignissimo & legalissimo, quia talis poterit corrigere dictum suum,postquàm deposuit,dum tamen testimonia non sint publicata: iurabit tamen ꝙ cum nemine sit loquutus.c.vltra tertiam.s de testib.

Item licet testis non citatus, sed sponte deponens non probet. Bar.per illum tex.in l.post legatum.§.his verò.ff. de his quib.vt indig.& in l.libertorum.C.de testib.Bal.in l.qui liberi.C.eo.tit.& in l.presbyteri.C.de episco.& cler. latius per Hypo.de Marsil.consi.2 num.41.Istud tamen fallit in teste legalissimo & persona fide digna,quia si talis venit sponte,& non citatus ad deponendum, valebit eius dictum.istud est dictum Bal.in addi.ad Specu.in tit. de test.refert Hypoly.de Marsil.consi.1.col.penul.vbi in proposito multa cumulat vt videre licet.

Pro his facit quod citat Soci.cōsi.274.col.antepen.in causa do.Lysę.vbi dicit quòd licet testis familiaris sit suspectus, tamen si est probatę opinionis dicitur validus: & hæc secunda præsumptio tollit primam.Lapp.allega. 126.in fi.

Vide prætereain proposito Deci.cōsi.178.col.penu.in 60 causa quæ proponitur.dum dicit,quòd quis † excusatur, quando credit fide digno homini. probat glo.pen.in l. Titio fundus.ff.de condi.& demonsta.facit text in l.si res pupillaris.ff.de administ.tuto.not.Bald.in l iudicia.C.de. rei vendic.

Vide quæ latè scribit Franc.Balb.in repe.l.Celsus.num. 45.ff.de vsucapio.

Et pro themate etiam vide Ias.in cōsi.170.col.5.vol.2. & Maria.Soci.cōsi.23.col.6.circa vbi dicit quòd præsum-61 ptio † iuris & de iure,dicitur quando lex præsumit & super ipsa præsumptione statuit.c.is qui fidem. de sponsali.

Et

Et in hoc præsumptio & fictio pari passu ambulant, quia cōtra fictionem nō sit probatio, vt ibi subdit ipse Soci.

a A Equitate. Quæ † æquitas est media inter dispensatio-
62 nem sine misericordiā & rigorē, vel ſm Cyprianū. Aequitas est iustia dulcore misericordię tēperata, vel sic ſm Præpo. in req. iuris col. 2. 1. q 7 ęquitas est motus rōnabilis regens misericordiam & rigorem: hæc.n.est æquitas, quam iudex, qui minister est legis (& in quo ministro se cōfidit lex ipsa, dicit Barb. cōsil. 83. col 6. sub num. 9. quod sumit exordium supremus. volum. 4) semper debet habere prę oculis. d. l. ꝙ si Ephesi. hic per Io. Mo. alleg. facit c. di
63 sciplina. 45. dist. vbi in princ. dr̄ ꝙ disciplina † vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. Hinc est ꝙ dici solet ꝙ melius est de misericordia quàm de seueritate dare rationem. c. alligant. 26. q. 7.

Præmissis cōuenit quod citat Alex. cōsi. 181. in col. fi. in causa & lite vertente inter Petrum. vol. 6. Quod licet sen
64 tentia † sit nulla, tamen si cōstet illam fore ęquam debet cōfirmari, vt ibi comprobat latè: pro hoc etiam habeo quod citat idem Alex. cōsi. 183. versi. & fortius. vol. 6. ꝙ si iudex condemnauit Titium. in 5. de 10. petitis per Seium. Seius appellauit a sñia, & dicit sñiam iniquā, quia Titius debuit condemnari. in x. & nō in v. certè licet Titius non appellauerit pōt iudex appellationis in totum absoluere Titium ēt in 5. in quibus fuit cōdēnatus per primū iudicē. tex. no. in l. ampliorem. in prin. C. de appel. quem Bald. ibi dicit esse mirabilem, quod sentit Bar. in si quis libellos. C. de appel. Cy. Bar. & Bal. per illum tex. ibi in l. fi. C. quando
65 prouoc. nō est nec. Ratio est, quia† appellatio dicitur cōmunis appellato & appellanti. d. l. ampliorem.

Vide quæ in proposito tradit Hypol. de Marsil. cōs. 16. nu. 37. cum seq.

b Habere. Etiam † semper veritati debet inhærere quā-
66 tum potest. Maria. Soc. cōsi. 101. col. 3. vers. licet autem in præsenti consultatione.

c Sed positiones. Quæ † debent oriri & formari ex teno-
67 re libelli & non aliter, vt latè comprobat Alex. cōsi. 166. nu. 6. in causa, & lite. vol 6 quem vide consi. 8. nu. 13. vol. 2. vbi dicit, ꝙ quando quis respōdet confitendo positionem, & addit prout in tali instr̄o continetur, ꝙ si in illo instr̄o non sic continetur, illa positio non habetur pro cōfessata. per tex. in l. 2. C. de erro. aduoca. & ibi Bal. & Ang. vbi dicunt secus si simpliciter respondisset, & sic non ob. tex in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio.
68 vbi dicitur ꝙ † ille qui cōfitetur, videtur cōfiteri omnes qualitates & coherentias secundùm pręcedentem interrogationem. facit tex. in §. præterea. Instit. de inutil. stipu. no. Bar. in l. si quis intentione. ff. de iudi. & Bal. in l. 1. C. de edilic. edict.

d Dicunt quidam. Istud vr̄ placere glo. in c. præsentium. in ver. productos. ̄J. tit. proximo per rōnem sequentem, videlicet cum probationum copia non sit angustanda. istud est mēti tenēdum dicit Franc. ibi; quod vidi ita in praxi obtineri in curia sæculari: debent tñ super hoc obtineri literæ Regiæ ad hūc si prout alias obtentæ fuerunt per Stephanum quo ad actorem cōtra quendam suum antiquum aduersarium nomine Doulceron, vnum tñ est, ꝙ inquestarum expensæ per aduersarium ad positiones per verbum, credit, in omnibus respondentem obtinenti, nō debent solui & adiudicari per iudicem, quia ꝓbationi superfluę se onerauit, nisi dicas ꝙ imo ꝑ dolum & malitiam succūbentis, qui potius temere litigare voluit, quā soluere: & in hoc verificat̄ vulgare Italorū. ꝑ gl. 2. circa fi. in l. quod in hæredem. ff. de Tributo. actio. cita-
69 tatum videlicet a Cotale † montone cotale bocone.

e Ad probationes. Quæ † vbi cōmissum est alicui quod faciat ꝓut visum fuerit expedire, de necessitate non requiruntur. Alex. consi. 189. in fi. vol. 6.

Vlterius dic ꝙ ꝓbationes dicunt̄ iudicij media in quibus non plus fauetur reo, q̄ actori. gl. in c. cum ad sedem. in vers cum pertinentijs. s̄. de resti. spolia. Alex. consil. 57. num. 4. viso processu. vol. 6.

Tres enim sunt partes iudicij, s. principium, medium, & finis. Principium dicitur ipsa litis contestatio, mediū vsq; ad cōclusionem in causa, finis post cōclusionem in causa vsq; ad sententiam. probatur in auth hē. ad hæc. C. de iudic. idem Alex. eo. vol. consi. 182. col. fi. & consi. 36. nu. 3. viso processu. vol. 5.

f Ad releuationem partis. Vide Bertran. consi. 258. positiones in 3. parte.

Et si cupis scire an confessio minoris facta hoc in casu, vel alio corā iudice ꝑ minorē, sine curatore, noceat, vide Neapo decis. 208. minor adultus. vbi dicūt ꝙ sic: sed restituit̄ allegās se lesum, quod dicūt ēt in delictis verum.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Si post præstitum veritatis, aut calūniæ iuramentū, &c.

SVMMARIVM.

1 *Post litis contestationem contumacia procuratoris nocet domino.*
2 *An contumax in non respondendo positionibus, habeatur pro cōfesso ipso iure, vel per sententiam.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Probi & periti in arte an vocati iurare debeant, etiam parte præsente.*
2 *Contumax in quo dicitur haberi pro confesso.*
3 *Ad omnem pœnam deuenitur, etiam ex inepto processu, stante confessione.*
4 *Aliud est esse talem & haberi pro tali.*
Iura exorbitantia non vendicant sibi locum in casu ficto.
5 *In dubio fit interpretatio in partem, per quam euitatur delictum.*
6 *Præsumptio surgens ex contumacia ex dispositione statuti habetur pro liquida.*
7 *Ficta confessio contumacis non valet in beneficialibus parti ponenti.*
Plus non operatur tacitum quàm expressum.
8 *Pœna contumacis quòd habeatur pro confesso, non transit ad hæredes, si contumax moriatur, antequàm iudex pronunciauerit super contumacia.*
An contumax sit citandus, vt declaretur haberi pro confesso.
Regula quòd contumax habetur pro confesso, non procedit in criminalibus.
9 *Contumacia non habetur pro legitima probatione.*
10 *Exceptio innocentiæ a lege ciuili, seu positiua, tolli non potest, quia est de iure naturali.*
11 *Ad probationem innocentiæ recipiuntur testes de credulitate deponentes.*
12 *Licet duellum sit prohibitum, nec valeat consuetudo in contrarium, tamen ratione innocentiæ permittitur per Principes.*
13 *Perditio honoris timenda est, prout perditio vitæ.*
Crudelis est qui negligit famam.

SI POST. Hæc decreta. vsq; ad §. verum. sumpta est de decretali Alexandri IIII. quæ
a incipiebat, retulisti [iuramentum a] quod præstatur secundùm formam notatam. s̄. hoc lib. de iura. calum. c. 1. [procurator.]

1 Et sic nota † ꝙ post litis contestationem contumacia procuratoris nocet domino. arg. ff. de exceptio. doli. si ꝓ procurator. [interrogatus.]

Et sic positiones erāt exhibitæ, & petitum ab actore vt responderetur eisdem [recuset] vt quia iussus erat licitus, nec fuerat appellatum ab eo, vel si fuit appellatum, nō tñ ex causa legitima [nolit] fortè nō respondendo ̄J. diem assignatam, seu alias inutiliter transeundo diem istis modis & alijs ipso facto quis declarat voluntatem suam. ff. de legib. l. de quib. in fi. [recuset] expressè vel friuolè ap-
b pellando [pro cōfesso] b sed nunquid ipso† iure? videtur?
2 ꝙ sic. s̄ hoc lib. de dolo & cōtum. eum qui dic c non ipso
c iure, sed per sententiam d Auth. vt litigā. iurent, circa prin-
d cip colla. 9. & no. s̄ de iura. calum. c. vlti.

Sed quid in actore, vel procuratore actoris: dic ꝙ cadit ab actione instituta, vt d. c. vlti. & C. de iura. calum. l. 2. §. ꝙ si actor.

¶Et est ratio præmissorum: ad positiones respondetur in vim iuramenti præstiti, & ideo pœna nolentis iurare ad hunc casum prorogatur [procedendum.

e ¶Nam liquet e de causa diffinietur pro actore, si non liquet, procedetur ad examinationem causæ & citabitur reus ad singulos actus. vt no. s̄. eo. l. ibi. de dolo & contu. eum. & poterit alias ꝓcedi. vt not. s̄. de eo qui mit. in possessio. causa rei seruandę eum.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a IVRAMENTVM. Vnum dic notandum an aliqui qui ad negocium aliquod discutiendum vocantur, tanquàm
1 † probi & in arte periti, teneantur iurare instar testium (parte vocata) vt eorum dictum comprobet laudum arbitrorum,& remaneat firmum no Stepha. Bertran.consi.165.perscrutato.par.1.vbi dicit communem fore, quòd debent iurare (parte vocata) quia posset pars præsens opponere contra tales electos,& sic agitur de eius præiudicio: igitur vocanda.l.nam ita diuus.ff.de adoptio.c.1.s̄ de cau.posses. & proprie. Et hoc nisi tales essent vocati de communi partium consensu Bart.in l.Theopompus.ff.de dote prælega.Anto.de Butr.in c.veniens.el 1.col.2.s̄.de testib.de quo per Fely.latè in c.quia iudicante.s̄.de præscriptio.qui dicit hoc nō habere locum in consiliarijs proprio motu iudicis vocatis.

2 b ¶Pro confesso. Dic ꝙ licet † contumax habeatur pro confesso,intelligitur tamen quo ad delictum & principale,non tamen quo ad qualitatem personæ aggrauantem delictum personæ delinquentis vel eius in quem delinquitur.l.aut facta.§.sunt personæ.ff.de pęnis.not.Petr.de Anch cōsi.408.in fi.probata tanti viri sęnitia, tamen cōtra istud videtur facere. quod citat Alex.in cōsi.127.nu.
3 2.visa inquisitione.vol.4.quòd ad omnem † pęnam deuenitur etiam ex inepto processu,stante cōfessione.Ang. in l.ea quidē in 6.col.C.de accusa.& l.inter stipulantem. §.si Sticum.ff.de verb.oblig.illud est verum in cōfessione vera, secus in ficta, vt ibi latè comprobat.

¶Suadet dictum quod in simili citat Philippus Cor-
4 ne.in cōsi.159.col.2.viso processu.in 1.par.quòd † aliud est esse talem, & haberi pro tali.l.mercede.ff.de petitio. hæred.& l.prædonis.eo.tit.l.in libello.§.factæ.ff.de capti. & l.si maritus.§.1.& ibi Bart.ff.de adulte.Pro hoc autem quod dicitur de confessione vera, facit quia huiusmodi iura exorbitantia non vendicant sibi locum in casu ficto.l.fin.C.de his qui veni.æta.impe.l.3.§ hæc verb.ff.de nego.gest.

¶Et per hæc habes comprobatum quod no.per Bart. & Doct.in l.cum filius.ff.de ver.oblig & per Bal.in l.transigere.C.de transactio.& in l.vnica.§.si procurator.ff.si quis ius dicenti non obtempe.quòd statuta loquentia de condemnatis ex delicto per eos commisso,nō vendicant sibi locum in condemnatis,qui ratione contumaciæ habentur pro conuictis seu confessis.

Pro comprobatione huius videtur in arg.facere theorica communis citata per Alex.in cōsi.74.nu.3.viso pro-
5 cessu.vol.2.quòd in dubio † semper debet fieri interpretatio in partem,per quā euitatur delictum, & dubia probatio debet ad illud adaptari, vt eleganter voluit Bart.in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de no.oper.nuncia.Bal. in l.precibus.in versi.& scias.C.de impub.& alijs substitu. ad hoc.l.2.cum ibi no.C.de petitio.hæredita.& l.meritò. ff.pro socio.

¶Vide pro præmissis quæ not.Alex.in cōsi.114.repeti-
6 tus volu.2.& Io.de Imo.cōsi.35.nu.22.vbi dicit, ꝙ † præsumptio surgens ex contumacia ex dispositione statuti, habetur pro liquida,per id quod no.glo.in l.si tutor.C.de periculo tuto.

Sed quid de contumacia in criminalibus vide Bolog. consi.1.

Et dic vnum ꝙ licet iussus respondere positionibus non respondeat,& propter hoc habeatur pro confesso. vt hic,tamen si vult aliter rem se habere admitti debet:& sic ad reuocandum ipsam confessionem fictam admittetur,secundùm Alex.cōsi.145.in fi.visis narratis.vol.6.vbi subdit, quòd propter illud non dicitur admitti quòd nō fuerit confessus, sed solum quod confessio non sit vera, & illud non repugnat fictioni.pro quo vide quæ tradit Deci.in consi.551.in fi.plenè.vbi probat hanc confessionem fore fictam,non veram,prout est illa quæ fit per libellum & scripturam quæ semper loquitur.

Præterea. Adde ꝙ Io.And.Guil.Petr.Domi.& Franc. hic limitant tex.nostrum non procedere in beneficiali-
7 bus,in quibus † confessio hæc non iuuat ponentem, qui aliter non probat de titulo, ne per illusionem vitiosus pateat ingressus.c.eum qui.supra de eo,qui mit.in posses. ratio quia nō plus operatur tacitū, quàm expressum: sed confessio expressa in beneficialibus non admittitur pro probatione tituli. no.domini de Rota decisio. 245.& gl. prag.in tit.de pacifi.posses. in §. ordinarij.in ver.inquirāt. col.3.quod intelligas (vt dixi) quantum ad vtilitatē ponentis, & quod secundum eam iudex teneatur iudicare: bene tamen valet contra contumacem tacitè confitentem,ad imponendum ei silentium & vt possit amoueri à beneficio. Alias limitationes hic sentit Francus ante finem,vt non procedat regula quando iudicium est fundatum cum minus legitima persona.l.si filius. la 2. ff. de interro.actio.& quando libellus esset ineptus, vel contineret manifestam defensionē rei.Bal.in l.fi.§.quod si actor. in fine.C.de iuram.prop.cal.dando: quod latius comprobat Hippoly.de Marsi.consi.82.nu.3. cum seq. quod incipit scientiarum.

c ¶Dic non.Sententia Io.Mo. hic non placet Archi.Io. And.& Guil. sed primum.tenent,quòd ipso iure, non expectata sententia.tamen cum Io.Mo.conueniunt Pet.de Anch.Do.& Fran.hic. Et pro eorum parte adducūt. Bar. in l.fi.§.quod si actor.in fi.C.de iur. propter calum. dādo. vbi dicit quòd necesse est, quòd ipse iudex pronunciet cū contumacem in respondendo, vel pronunciet eum sine causa rationabili recusare: & sic oportet iudicem patefacere eius delictum antequam habeatur pro confes. allegat.l.eius qui delatorem in prin.ff.de iure fisci. vbi idē tenet ipse Bar.& Bal.in l.2.C.de pœna iudic. & l.iubemus. §.sanè.C.de epis.& cle. & in l.quæ sub conditio. in fi.ff.de condit.insti. facit pro opinione Io. Mo.& sequa.c.fęlicis. de pœ.c.cum secundum.de hęretic. c.primum de homicidio,hoc lib. vbi singulariter probatur, quòd quantuncunq; pœna imponatur ipso iure, tamen semper requiritur sentētia declaratoria Et ideo subdit Bar. in d.l.fi.quòd
8 si † contumax antequam iudex pronunciet moritur,non transit ad eius hæredē ista pœna, quòd habeatur pro confesso. vide Hippol.de Marsil.consi.52.num.20 & quæ tradit Alex.in consi.103.num.22. videtur volu.1. & ibi latissimè,& in consi.124.col.1. omissis. volu.eo.

¶Continuando intentum præmissum quęritur, an in huiusmodi pronunciatione(ꝙ quis habeatur pro confesso) requiratur quòd citetur contumax ipse. istud videtur in simili mouere Alex.de Imo.consi.212.nu.15.ponderatis his.vol.6.vbi dicit,quòd si statuto cauetur,quòd si quis bis fuerit citatus, vt compareat ad respondendū positionibus,& fuerit contumax,possit iudex pronunciare positiones haberi pro confessis, certe nō erit necesse ad dictā pronunciationem eum citari ad se excusandum, ne pronuncietur positiones haberi pro confessis:si in talibus cōminatio fuerit apposita, quòd alias pronunciabitur positiones haberi pro confessis.

¶Et sic habes comprobatam opinionem Io. Mo. hic, quæ placet Alex. consi. 128.col.fin. ponderatis narratis. volum.2.

¶Attende tamen in proposito,vt pręmissa non procedant in criminalibus, per ea quæ traduntur per Dec.con-458.col.fi. visis allegationibus, vbi ait quòd si iudex procedit contra contumacem tanquam habitum pro confesso,propter eius contumaciam,& ille venerit, nō debet executio fieri,sed de nouo erit de crimine cognoscendū: quod ibi comprobat:& hoc est clarum de iure cōmuni,
9 quia † contumacia nō habetur pro legitima probatione. Bar.in l.diuus.ff.de custodi.reorum.col.1.in fin. versic. vlterius vos videtis.& in l.absentem.col.3. versic. extra glo. ff.de pęnis.

¶Firmatur præterea, quia si fieret executio, condēna-
10 tus excluderetur † exceptione Innocentiæ,quæ a leg.ciuili & positiua tolli nō potest, quia est de iure naturali. Bal. in l.edita.col.pen.in ver.ex tribus autem.C.de eden. sequitur.Io.de Ana.in c.si aduersus.s̄.de hęreti.& in consi. 59. col.2.visa inquisitione.Alex. consi. 113. visis themate & statutis. vol. 5. & consi. 97. nu. 4. viso themate & statutis. vol.6.& ibi latè.

¶Ideo si statutum dicat quòd habeatur pro cōfesso,intelligitur nisi per testes & iura de eius Innocētia probet. not.Cepo.consi.29.uiso processu. Innocentiæ enim intē-
11 tum fauore † iuuatur, cum ad illius probationē recipiantur testes,qui de credulitate deponunt.

¶Pone

¶Pone instantiam secundùm Alexã. in consi. 76. in fi. visa inquisitione contra Fortunerium. vol. 1. ꝙ testis deponens ꝙ Titius occidit Seium ad defensionem suam, probat, licet deponat per verbum credulitatis, dummodo exprimat causas tendentes, ad hoc: probare enim, ꝙ egrediens voluerit me occidere, vel non, videri non potest per testem, sed ex actibus visis per testem rectè dicere potest. se hoc credere. pro quo alleg. l. primam. §. 1. ff. de vent. inspicien. & quod legitur & not. in c. quotiens. ṡ. de test.

Iuuat, quia si quis occidat ad defensionem, non potest videri, quia stat in intellectu occidentis: vnde nõ potest testis de hoc deponere, nisi per credulitatem. pro hoc bene faciunt notata per Cy. in l. testium. C. de testib. in 5. q. vbi Bald. in vlti. col. Bart. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua pluuia. arcen. & in l. solum. q. 5. C. de testib. cuius dictum Bal. in proposito refert Dec. consi. 459. num. 6. viso elegãti. vbi hoc comprobat auctoritate aliorum consiliariorum. & consi. 469. nu. 8. visa inquisitione.

Habeo & alium casum, in quo ratione innocentiæ receditur a regulis iuris communis, quia licet duellum 12 † de iure communi sit reprobatum, vt in c. monarchiã. 2. q. 4. & c. 2. ṡ. de cler. pug. in duello, adeo ꝙ consuetudo in contrarium non valet, vt ibi dicitur. etiam no. Hostiẽ. ibi in summa. & Alber. in l. hac ratione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Luc. de penna. & Iacob. Rebuff. in l. 1. de gladia. lib. 6. C. Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. latè Surget. in suo Enchiridio, milita. disciplinæ: tamen quia duellum fuit inuentum ad probationem veritatis, & experimentum innocentiæ, permittitur per Principes. not. Dec. consi. 487. in quæstione. vide stilum curiæ parlamenti Parisiensis: ratio suadet, quia dicitur 13 conseruatiuum honoris, cuius timor † & perditio non minor videtur, quàm vitæ. arg. l. isti quidam. ff. quod met. cau. glo. in l. iusta. ff. de manu. vindic. & in l. suspectus. ff. de suspe. tuto.

¶Conseruatio enim honoris vtilitati præponi debet. l. Iulianus. ff. si quis omis. causa testa. Ideo succedit vulgare, crudelis est qui eius famam negligit. cap. nolo. 12. quæst. 1.

d Per sententiam. Idem dicendum est, vt quid dicatur notorium. Dec. consi. 544. nu. 25. Serenissimus.

e ¶Si liquet. Vt quia intentio actoris est fundata, putà de iure communi, vel per instrumentum, aut præsumptionem, vel quid simile, & tunc nisi probetur exceptio rei, sententia fertur pro actore. c. post electionem. & c. cum super. ṡ. de concessio. præben. nec sufficit semiplena probatio. no. Alex. consi. 58. in princ. viso & perlecto. vol. 5. & in hoc videtur fundata practica hodierna, ꝙ quando reus non vult excipere, excluditur, & per iudicem ordinatur, quòd ei sola negatio remanebit. & actor faciet apparere de eius intentione, tam per literas quàm per testes.

¶ De testibus & attestationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Quando deest probatio per confessionem, recurrendum est ad testes, quia dicuntur superstites.*
2 *Testes supersunt ad causam probandam.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando fit mentio de probatione, intelligitur de plena, idem de fide.*
2 *Indicium dicitur minus quàm semiplena probatio.*
Præstationes annuæ an faciant ad probandum causam obligationis.
3 *Vera confessio non cadit in errante, prout nec præsumptiua.*
4 *Probatio debet necessariò concludere.*
5 *Præsumendum est pro instrumento.*
Probationes quæ fiunt, etiam per instrumenta, debent de necessitate concludere.
6 *Probationes imperfectæ an possint iungi cum alijs imperfectis.*
7 *Omne genus probationis, ad hæredem transit, nisi priuilegium probationis per iuramentum.*
8 *Confessio est quædam tacita donatio.*

a 1 b CVM PROBATIO a † deest per confessionem, b recurrendum est ad testes, qui dicuntur superstites, eo quòd superstatu causæ proferuntur. ĵ. de verb. signi. fortius. §. in omnium.

2 ¶Vnde dicto de confessis, sequitur de superstitibus, hoc est de testibus † qui supersunt ad causam probandam.

ADDITIONES PROBI.

a 1 CVM PROBATIO. Adde cum de ea † fit mentio intelligitur de plena. Bart. in l. ait prætor. §. 1. in fi. ff. de re iudica. facit. l. Lucius. ff. de conditio. & demonstrat. idem Neapolita. decisio. 272. num. 3. deinde.

Idem dic de fide. glo. & ibi Imo. in Clem. constitutionem. in verbo, fides, de electio. pro hoc vide Alex. consil. 184. ver. accedit vltra. viso processu. volu. 7. & sic excluditur probatio, seu species probationis, quæ appellatur 2 indicatiua, scilicet quando facit indicium, † quodquidẽ dicitur esse minus q̃ semiplena probatio. not. Alex. consil. 89. num. 13. viso themate. volu. 3. quem vide consi. 180. in causa Angelorum. volu. 2. & quæ dico in c. Romana. in ver semiplenam. ĵ. isto tit.

Pro præmissis satis videtur vrgere quod not. Bal. in l. si certis annis. in 4. col. C. de pact. vbi concludit, ꝙ ad hoc, vt præstationes annuæ per longum tempus sufficiant ad probandum causam obligationis allegatam, requiritur probari quòd fuerint factæ ex certa scientia soluentis, q̃a 3 secundùm eum sicut vera † confessio non cadit in errãte. l. non fatetur. ff. de confes. l. error. C. de iur. & facti ignorã. Ita nec præsumptiua. ex diuturnitate præstationis (eadem ratione) arg. l. cum quid. ff. si cer. pet. meminit Alex. in cõ si. 113. col. 2. super 1. vol. 1.

4 ¶Adde præterea quòd ipsa probatio debet † necessario concludere. c. in præsentia. ṡ. de probatio. cum suis similibus.

Hinc Car. in c. cum Ioannes. ṡ. de fide instru. quem ibi Panor. nu. 16. sequitur, dicit vnum notandum perpetuò ꝙ si in instrumẽto sunt descripti. A. & B. expresso eorum cognomine pro testibus, demum dicitur instrumentum illud falsum, & producuntur duo qui dicunt vocari illis nominibus, sed negant se interuenisse, non sufficit ad reprobationem instrumenti: quia per hoc non est probatũ illos testes esse illos, qui sunt descripti in instrumento: nã potuerunt illi qui interfuerunt instrumento sibi mutare nomina. l. 1. C. de muta. nomi. dixi. ṡ. in proœ.

Suadet aliud quia possibile erat ꝙ tempore instrumẽti essent alij qui hocmet nomine vocabantur, & sic non concludit probatio de necessitate: ideo præsumendum 5 † est pro instrumento. c. ad audientiam. ṡ. de præscripti. l. cum precibus. C. de proba. istud placet Alex. in consi. 190. num. 31. plura narrata. vol. 6. vide quæ in proposito dico in c. 1. in verb. maioris. de exceptio. & eundem Alex. eod. vol. consi. 238. nu. 5. ponderatis his. vbi etiam comprobat probationes, quę fiunt per instrumenta, debent de necessitate concludere.

6 De probationibus autem imperfectis † an possint iungi cum alijs imperfectis, vt vna perfecta resultet, vide post alios eundem Alex. consi. 94. nu. 3. repetitus in causa appellationis. volu. 7. vbi dicit omnes fateri, quòd vbi plures testes sunt singulares, nunquàm probatio imperfecta facta per vnum, iungitur alteri probationi imperfectæ factæ per alium. Panor. in c. antepe. ṡ. de proba. idem Alex. consi. 127. num. 7. viso processu. causæ vertentis inter Marinum. eo. vol. 7. vbi dicit post Cy. in l. 2. C. quæ sit longa consuetudo, ꝙ si vnus testis probat de numeratione, alius deponit de confessione numerationis, non coniunguntur ad plenam probationem. Bal. in l. si ex cautione. 12. q. C. de non nume. pecu. vbi Saly. q. vlti. & Bal. in l. 2. §. fi. in fi. ff. si cer. pet. not. idem Alex. in consi. 68. col. penul. viso processu. vol. 3. allegat Anto. de Butr. in c. licet ex quadam. in 3. col. ṡ. isto tit. & cons. 128. col. fin. ponderatis narratis. vol. 2. quem de hac coniunctione, vide in consil. 167. col. 3. viso themate. vol. 2. vbi dicit nõ valere testimonium testium deponentium de vna parte testamenti, & non de alia, nisi probetur alia per alios, & subrogatio illorum

lorum ex cauſa neceſſitatis. idem Alex. conſil.180.num. 5.in cauſa Angelorum.eod.vol.2.& conſil.13.col.pen.ex his.vol.1.& conſi.53.col.fi.in cauſa. eod.volu. iſtud procedit a fortiori in criminalibus.not.Dec.conſi.458.colũ. 2.viſis.

Et hoc dic verum quando duæ imperfectæ probationes ſunt eiuſdem generis, ſecus ſi diuerſi & alterius generis, quia tunc iunguntur ad faciendum plenam probationem, vt placet Alex.conſi.103. verſi.tertiò præſuppono.vol.7. vbi dicit ꝙ fama in caſibus in quibus non ſufficit pro plena probatione,ſed pro ſemiplena(vt dico poſt Io.Mo.in c.filij.de hæretic.) poteſt iungi cum alia ſemiplena probatione alterius generis, ad finem. vt reſultet plena probatio.not.Dyn.in l. excuſatur.§.1.ff de excuſ.tuto.Cy.in l.proprietatis.C.de probat.Bar.in l.admonendi. in verſ.his præmiſſis. quæro vtrum duæ ſemiplenæ. ff.de iureiur.iſtud proſequitur idem Alex.conſi.11.ſentio.vol. 4.dum dicit illud quod vbi ſingula non iuuant, multa proſunt, intelligitur hoc modo, quia ſi plures probationes diuerſæ tendunt ad vnum,& ſint ſufficientes ad iudicis animum inducendum ad plenam credulitatem, vt ſi agatur de probando contractum,& producuntur plures teſtes conteſtes. Nam iſta probatio plurium teſtium ſimul iungitur.l.vbi numerus.ff de teſtib.ſecus ſi ſint ſingulares. vt s̃.diximus:quod ibi multum comprobat idem Alex.conſi.20.in fi.& 21.repetitio.vol.4.

¶Vide de iunctione probationis, quæ notat Domi.in conſi.59.dubium. & quæ not.idem Alex.in conſil.65.viſis.vol.2.

7 ¶Et poſtremò dic quòd omne † genus, ad hæredem tranſit, niſi priuilegium probationis per iuramentum. Bald.in l.2.ff.de condi.indeb.tradunt Neapol.deciſi.169. num.3.in dicta cauſa, quos vide ad limitationem huius dicti Bald.

b ¶Per.confeſſionem. Pro diffinitione confeſſionis vide 8 Areti.conſil.3. vbi dicit ꝙ confeſſio † eſt quædam tacita donatio,quæ non permittitur tutori qui habet liberam, nec cuicunquè alteri liberam habenti.

¶Gregorius Nonus in Concilio Lugdu. Cap. I.

¶Mediatores per quos ſcelus ſimoniæ &c.

S V M M A R I V M.

1 *Mediator contractus in teſtem admitti non debet,niſi conſenſu partium.*
Particeps criminis in teſtem admitti non debet.
Multa ſunt ſpecialia in deteſtationem ſymoniæ, & in cauſa hæreſis, vt hic.
2 *Probatio requiritur liquidior, quando agitur criminaliter quàm quando agitur ciuiliter.*
Agi ciuiliter quando dicatur.
3 *Exceptio aliquando reperitur quædam accuſatio.*
4 *Vbi eſt turpitudo duorum,potior eſt conditio poſſidentis.*
5 *Factorum quædam ſunt turpia, de ſe & ſecundum ſe.*
Mediator qui habuit emolumentum, eſt magis infectus, & ideo minus eſt ſibi credendum.

S V M M A R I V M.

Philippi Probi.

1 *Mediator eſt idoneus, ſi vult ſponte teſtificari, etiam ſi vna pars conſentiat.*
2 *Teſti non eſt fides adhibenda deponenti de facto ſuo quando ex eo laus vel vituperium poteſt atteſtanti ipſi aſcribi.*
3 *Cedens actiones, an poſſit eſſe teſtis ad vtilitatem ceſſionarij.*
Ceſſionarius repreſentat imaginem cedentis.
4 *Iudex ex officio informat ſe de conditione teſtis, etiam ſi pars nihil probet, aut deducat.*
5 *Aliquando minor.xx.an.in cauſa criminali, in teſtem recipitur officio iudicis, non ad partis inſtantiam.*
6 *Iudex qui principaliter cognoſcit de maleficio,poterit incidenter cognoſcere de intereſſe & damno.*
7 *Qualitas teſtium non omni exceptione maiorum, ſuppletur per alios omni exceptione maiores.*
Idem operatur numerus, quod qualitas.
8 *Teſtis non valde dignus, non ſupplet defectum alterius.*
9 *Teſtes omni exceptione maiores, qui dicantur.*
10 *Per teſtes omni exceptione maiores, debet reprobari inſtrumentum, non per alios.*
11 *Probationes reprobatoriæ debent eſſe manifeſtiſſimæ in ſuperlatiuo gradu.*
12 *omni exceptione maior non dicitur teſtis, quem apparet habere affectionem ad vnam partem, vel odium.*
13 *Ad faciendum indicium vt procedatur ad torturam, requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*
14 *Non probat teſtis, non aſſignans cauſam dicti ſui, licet non interrogatus.*
15 *Ratio teſtis eſt, quæ dat eſſe teſtimonio, & trahit ad ſe dictum, & ſi non eſt includens,illud infringit.*
16 *Quando cauſa redit ad non cauſam, perinde eſt acſi cauſa non eſſet adiecta.*
17 *verbum ſcire eſt æquiuocum, quia multis modis ſcimus.*
18 *Veritas non eſt aliud,niſi res viſu percepta, & per memoriam retenta.*
19 *Dictum vnius teſtis, per dictum alterius declaratur.*
Ratio adducta a teſte quando non eſt ſufficiens infringit & diminuit dictum.
20 *Ratio dicti reddita per teſtem reſtringit & declarat dictum ſuum.*
21 *Secundùm communem accidentiam teſtium, depoſitio comprobatur & regulatur.*
Vbicunq; oppoſitum eius quod dicit teſtis non poteſt ſtare cum veritate cauſæ,per quam teſtis ſe fundat,nunquàm talis teſtis probat.
22 *Cauſa teſtis (quia ſum vicinus) an concludat.*
23 *Ratio legis reſtringit & ampliat ipſam legem.*
Lux non eſt niſi ratio legis.

MEDIATORES. Hæc dectetalis ponit caſum ſpecialem contra regulam, qua habetur, mediator a † contractus in teſtem admitti non debet, niſi conſenſu partium. Authen. de teſtib. §. quoniam verò.colla.7.

b ¶Item quia particeps criminis in teſtem non debet b admitti.s̃.eod.veniens.primò, nec mirum, quia hoc caſu multa ſunt ſpecialia in deteſtationem ſymoniæ.j̃ de ſymo.tanta.Simile in cauſa hæreſis.j̃.hoc lib.de hæretic. in fidei[ciuiliter.]

2 ¶Sed quæ eſt ratio?dic probatio † requiritur liquidior c quando agitur c criminaliter,quàm quando agitur ciuiliter.C.de probatio.ſciant,& C.de appella.addictos,& ideo probatio ſufficit in vno modo agendi, qui non ſufficit in alio.

Et dico agi ciuiliter, ſi vnus ageret de vno beneficio, & exciperetur ꝙ non eſt capax, quia commiſit ſimoniã cum P.Epiſcopo,mediantibus talibus, ſuper tali beneficio. Et hæc exceptio eſt quædam † accuſatio, quæ nedum 3 habet efficaciam in caſu propoſito, ſed in alio.s̃.de elect. ſuper eo.& hæc exeeptio accuſatio vocatur.Auth.de ſanctiſ.epiſ.§.ſi quis autem.col.9.

Sed ſi ageretur de hoc crimine, vt puniretur, vt ſymoniacus,& a beneficio per ſymoniam obtento amoueret̃, d tunc mediatores huius criminis non admitterentur, d ꝓpter rationem dictis iuribus allegatam.

Dic etiam agi de hoc crimine ciuiliter.j̃.de ſymo.c.per tuas.1.§.fi.

Vel dic agi ciuiliter, vt ſi dans ageret contra recipientem repetendo.

4 Sed contra quia vbi † eſt turpitudo duorum e potior eſt conditio poſſidentis, vt ff.de condit.ob turp. cauſam. l.ſi ob turpem.

¶Ad cuius materiæ euidentiam eſt notandum, ꝙ fa5 ctorum † quædam ſunt turpia de ſe, & ſecundùm ſe, vt occidere & furari,& datum ꝑ hoc in his eſt regulare, ꝙ melior eſt cõditio poſſeſſoris,vt d.l.ſi ob turpem. Sed vbi factum in ſe non eſt turpe,ſed qualitas rei adiectæ,vel perſonarum facit turpitudinem, tunc non eſt melior cõditio poſſidentis,vt eſt expreſſum.j̃.de ſymo.veniens. Et rõ optimè redditur.ff.de conditio.ſine cauſa. Auũculo.1.& 2.rñ.Nec hoc caſu eſt turpitudo dare, licet ſit reprobum ideo a poſſeſſore repetitur,& quandoque in duplum.j̃.de ſymo.audiuimus.Auth.de ſanctiſ.epiſc.§.præ omnibus.& & §.ſeq.& ſeq.j̃.de magiſtr.c.2.[aſſequuti.]

¶Et

f 6 ¶ Et est ratio, qa † mediator f qui habuit emolumentũ
g h g est magis infectus, & ideo minus h est sibi credendum.

ADDITIONES PROBI.

a MEDIATOR contractus. Alex.consi.117. col.1.viso ac ponderato.volu.7.dicit hanc regulam probari per text.nostrũ.argu.a speciali. tenent hoc Io.And.Ant.de Butr.Car. & Io.de Imol.in c.dilectorum.s̃.de testib. cog.& alij ibi per eundem Alex.allega.

1 ¶ Vide eundem Alex.consi.127.in fi.eo.vol.vbi videtur dicere contra regulam, ꝙ mediator † est idoneus si vult sponte testificari, etiam si vna pars consentiat, & ita tenere Bald.& Saly.in l.omnibus.C.hoc titu.& Ange.in Auth.de testib.§.pen.col.7.

¶ Pro concordia dic secundùm Panor.in d.c.dilectorum, quod admittetur mediator ad testificandum, vna parte contradicente, sed quanta fides ei adhibeatur, iudex considerabit ex circunstantijs, qualitate personarum, & causæ. pro quo vide quæ dico in sequen.in ver.nõ admitteretur.& istud est de mẽte Io.Mo.hic in fi.quod placet.

2 ¶ Vide Petr.de Anch.consi.331.col.2.visis diligenter. & Ant.de Butr.consi.24.col.5.quæstio.& ibi latè intentũ comprobat subdens ꝙ testi † non est fides adhibenda deponenti de facto suo, quando ex eo laus, aut vituperium potest attestanti ascribi.

¶ Vide pro intento.Stepha.Bertran.in 5.par.cõsi.225. dixeram. vbi loquitur de proxeneta.& in consi.111.nihil opponitur.in 1.par.

3 De mediatore autem vide quæ tradit Alex.consi.19. nu.14.cum sequen.in his quæ in themate.vol.4.per quod comprobat, quod cedens † actiones, non potest esse testis ad vtilitatem cessionarij, super iure, quod dicitur cõpetere cessionario, dato ꝙ illa cessio esset vtilis, & quod cedens nõ teneatur de euictione, vel de periculo aliquo, quia cessionarius representat imaginem cedentis.l.qui stipendia.C.de procura.tum etiam quia fuit mediator & proxeneta & mediator repellitur, vt hic igitur.

b Non debet admitti. Etiam id procedere dic solo iudicis officio, & parte nihil proponente, per ea quæ tradit

4 Soci.cõsi.155.col.2.præstantissimè doctor, ꝙ iudex † ex officio informat se de conditione testis (etiam si pars nihil probet, neq; deducat.) voluit Inno.in c.inquisitionis. s̃.de accusatio.tenent Bart.& Moder.in l.4.§.hoc autem. ff.de dam.infecto.& Bal.in l.quos prohibet.ff.de postulã.

5 Facit in simili ꝙ citat Alex.cõsi.119.nu.6.viso processu.vol.7.vbi dicit, ꝙ licet ad instantiam † partis non debeat recipi in causa criminali testis minor.20.annis, tamẽ iudex ex officio suo (si vult) potest eum recipere) maximè in defectum aliarum probationum, quia nulla lex hoc prohibet.

De muliere autem in causa criminali teste, vide Ber. consi.137.nu.3.viso processu.par.2.

¶ Intentum probat Idem Alex.consi.152.nu.13.viso processu.vol.5.

¶ Et in proposito Io.Mo.quod non debet admitti dic sufficere probare talẽ infamem, licet nõ probetur quod pro tali habebatur & reputabatur, quia probato crimine opponens habet intentionem suam fundatam de iure communi.no.Alex.cõsi.152.nu.13.viso processu.volu.5. vbi subdit, ꝙ si aduersarius vult se iuuare, debet replicare, ꝙ communi opinione reputabatur bonæ famæ & vitæ: quod comprobat ibi multis auctoritatibus Docto.

c Agitur criminaliter. Adde vnum satis (incidenter tamen) quod citat Maria.Soci.consi.62.col.fi.consilijs no-

6 stris, ꝙ iudex † qui principaliter cognoscit criminaliter de maleficio, poterit incidenter cognoscere de interesse, & de damno, & condemnare ad satisfaciendum omne damnum & interesse, vt est casus, & ibi no.Bar.& alij in l. interdum §.qui furem.ff.de furt.traditur in l.3.§.si dicatur.ff.finium regundo.in l.1.C.quando ciuil.actio criminali præiudicet.

d Non admitterentur. Istud posset modificari, nisi alij testes omni exceptione maiores, sint cum talibus concordes, quia tunc videntur debere admitti, per ea quæ no.Bal.in l.si quis ex argentarijs.§.penul.ff.de eden.quem

7 ibi sequuntur moder.ꝙ qualitas † testium non omni exceptione maiorum suppletur per alios omni exceptione maiores.tangit Ang.consi.1.

Item idem operatur numerus, quod qualitas: nam illegalitas seu minus bona qualitas testium suppletur ex nu.voluit gl.in l.3.§.eiusdẽin ver.numerus.ff.de test.quã glo.dicit menti tenendam.Bald.in c.si qui testium.nu.5. s̃.hoc tit.& in d.§ penul.sequitur Soci.consi.194.col.4. subtiliter. ad idem Soci.ipse latè consi.235.colũ.fi.visa contingentia. latius per Alex.de Imo.consi.4.in fi.viso processu.vol.6.vbi dicit post Iacob.Butriga.in d.l.3.ff.de testib.ꝙ licet duo testes coniuncti magna amicitia non probarent, tamen tres probarent, quia fidem supplet numerus, vt.s̃.diximus.no.etiam idem Alex.consi.93.nu.15. repetitus in causa.eod.vol.6.vbi vnum subdit, ꝙ testis

8 † non valde dignus non supplet defectum alterius. Et dic non suppleri quando sunt tantum duo testes, quorum vnus vix esset idoneus, & alius esset minus idoneus. Sed solum quando essent tres vel quatuor.idem Alex.consi. 131. perspectis his.eo.vol.6.

Vnum tamen est, quia nõ tam numerus attendi debet l.vbi absunt.ff.de tutor.& cura.dat.ab his.vbi glo.in ver. maior pars. Alex.eo.volu.consi.192.nu.1.perspecta facti narratione.& consi.57.col.penul.vol.7.& cõsi.24.nu.22. animaduersis.vol.2.& consi.27.col.fi.in causa & lite.eo. vol.vbi dicit ꝙ pauciori numero creditur, quando ex illa parte est dignitas, vel quando dictum eorum consonat rationi.& consi.47.col.1.abundè.volu.eo.& consi.56.in fi.viso processu.eo.vol.2.

9 Et dic † testes omnium exceptione maiores, quando nulla exceptio mundi potest opponi contra eos.iuxta glo.reputatam sing.in c.1.in ver.maiores, quam ibi sequitur Panor.s̃.de consang.& affinita.Bal.in l.optimam col.2.C.de contrahen & committen.stipula.quos sequitur Alex.consi.180.nu.6.in causa & lite.vol.6.& eo.vol. consi.183.nu.12.Fely.in c.licet.s̃.isto tit.Alex.in consi.18. statim allegando nu.9.quod ibi latè comprobat, & aliũ casum adducit, quãdo videlicet qualitas testis valet qualitatẽ executionis, quia tunc dicitur omni excep.maior.

10 Et per tales † testes debet reprobari instrumentũ non per alios.not.idem Alex.cõsi.53.nu.2.in causa & lite vertente inter Lucam.vol.7.& Io.de Ana.consi.97.col.1.in ista causa. subdens procedere tam in personis, quàm in dictis.

11 Hinc ꝙ est si simpliciter probarent, non deferret iuramentum in supplementum: † quia debent esse manifestissimę in superlatiuo gradu probationes reprobatoriæ. tex.in §.Item verborũ.Insti.de inutil.stipula.in ver.manifestissimis.facit glo.in l.fin.in princ.ff.quod met.causa. probat etiam tex.in l.fi.§.sin autem.C.de edic.diui Adria. tol.iuncto text.cum glo.in ver.legitimis in l.cum de indebito.ff.de probatio.

Intentum nostrũ latè comprobat Ludo.Bolog.in addi.ad eum, & finaliter discutit si testes non descripti in instrumento deponunt contra instrumentum: quia tunc non solum debent esse plures numero, sed debent deponere se fuisse præsentes loco & tempore, quo contractus dicitur fuisse celebratus, alias non concluderet eorum probatio, quia alio loco & tempore potuissent fieri inter partes diuersi cõtractus, & diuersi tenoris, cum sit actus reiterabilis, nec ꝓbare hoc esse ꝙ ab hoc cõtingit abesse.

12 Attende ad vnum quod dicit Alex.consi.146.nu.20. in causa.& lite.vol.5.ꝙ † vbicunq; apparet testem habere affectionem ad vnam partem vel odium ad aliam, nõ potest dici omni exceptione maior.

Pone exemplum in fratre, vxore fratris, & affinè, prout comprobat Alex.consi.18.col.2.viso processu.vol.1.& cõsi.32.viso puncto.eo.vol.Deci.cõsi.463.col.2.in causa.

13 Et tales testes † requiruntur ad faciendum indicium, vt procedi valeat ad torturam, per ea quæ tradit Alex.in consi.14.col.2.ponderatis.volu.3.& consi.seq.& Latius consi.89.viso themate.eo.vol.

Vide quę dico in c.cum quis.in ver.participare.de senten.excom.postremò in puncto habeo quod no.Ioan.de Imo.in l.qui testamento.in prin.ff.de testa.ꝙ si vbi requiruntur septem testes, reperiretur ꝙ interuenerunt duo, qui nõ erant ex toto omni exceptione maiores) illi duo habentur saltem loco vnius, & valebit dictum eorum; quod placet Alex.consi 47.col.1.abundè.vol.2.

Duorum

e ¶Duorum. Vide Inno. in c. quia plerique. s. de immunita. ecclesia.

f Mediator. Vide Deci. consi. 463. col. 2.

g Emolumentum. Igitur si non habuit emolumentum dicitur idoneus, prout dixi in prima apostilla, cui adde quæ not. Alex. consi. 117. nu. 3. in causa vertente. vol 7. Ex cuius dictis resultat, quod potius talibus statur quando cessat commodum, quàm alijs per l. si quis decurio. vbi Saly. in 4. oppo. C. de fals.

Et licet in quandam consequentiam habeat commodum, propter hoc tamen non repellitur, per ea quæ no. Alex. consi. 41. nu. 6. visis. vol. 4. post Io. And. in regul. sine possessione. in Mercuria.

¶Vide eundem Alex. consi. 43. nu. 19. visis. eo. vol. 4. & consi. 128. ponderatis. vol. 2. & ibi latissimè, & consi. 172. nu. 6. visis & opportunè. eo. vol. 2.

Et in hoc verificatur regula iuris quod attenditur id quod principaliter, agitur non quod in consequentiam.

h Minus sibi est credendum. Prout in simili diximus quod 14 testis † etiam non interrogatus, si non assignat causam dicti sui, non probat, vt per glo. & clarius per Bart. & Bal. in l. 3. hoc tit. C. Inno. & alij Doct. in c. cum causam. eo. Bal. in l. presbyteri. & in l. conuenticulam ad fi. C. de episco. & cleri. & in l. penul. ad fi. C. de senten. quæ sine certa quanti. not. Alex. cõsi. 53. nu. 2. in causa & lite verten. inter Lucam. vol. 7. & cõsi. 183. in prin. viso processu. eo. vol. 7. vbi dicit, quod ad hoc, vt testis probet in his quæ percipiuntur potius ex ratione mentis vel peritiæ, quàm ex sensu corporis, requiritur (licet non interrogatus) quod reddat rationem. idem Alex. in cõsi. 32. col. 1. viso puncto. vol. 1. causa edi-15 cti videtur euidens, quia ratio † testis est, quæ dat esse testimonio, & trahit ad se dictum: & si nõ est concludens, illud infringit. no. in l. solum. C. isto tit.

Et dicitur non concludere, si dicat contenta in c. vera esse, & postea non reddit causam veram scientiæ differentem a dicto. probat. l. fi. & ibi Bar. ff. de offi. procur. Cesa. Bal. in d. l. conuenticulam. C. de Episcopis & Cler. facit l. qui interrogatus. ff. de petitio. hæred. quod autem ratio trahat ad se dictum, clarè comprobat Alex. consi. 167. nu. 9. quoniam res. vol. 6. & consi. 152. in fi. in causa & lite. vol. 7. & consi. 148. excellentissimè. vol. 2. vbi multa tradit in proposito nostro.

¶Ex quibus habeo intentum pro regula, quam tradit ipse Alex. consi. 206. nu. 6. ponderatis verbis. vol. 6. quod 16 † quando causa redit ad nõ causam, perinde est ac si causa non esset adiecta. l. si fullo. ff. de conditio. sine causa. l. adigere. §. quàmuis. ff. de iurepatrona. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indebi. pro intento ipso habes Bal. in c. fi. in fi. s. de iura. calum. vbi voluit quod si testis deponat se scire quòd Titius occidit Seium, nisi declaret se per rationem visus, non probat: quia loquitur obscuræ & æquiuo-17 cè, quia hoc verbum scire † est æquiuocum: quia multis modis scimus, scilicet secundùm scripturas, & secundùm vehementem opinionem, & secundùm præsentiam. l. si is ad quem & l. cum quidem. §. quod dicitur. & l. falsum & l. Pantonius. §. rei perduellionis cum glo. ff. de 18 arquir. hæred. Et ratio (dicit idem Bald. ibi) Quia † veritas non est aliud, nisi res visu percepta, & per memoriam retenta, vt dicit sing. not. in l. 2. in princ. ff. de aqua pluuia. arcen.

Vide quæ tradit ad comprobationem præmissorum. Alex. consi. 113. nu. 2. super. 1. vol. 1.

De ratione autem quæ fit per aspectum corporis, vide an sit sufficiens per Alex. consi. 197. versi. restat ergo videre. volu. 7. visis dubitationibus. meminit Anto. de Butr. consi. 45. domina orabilis. vbi vnum subdit in proposi-19 to. Quod dictum † vnius testis declaratur per dictum alterius.

Item habes in proposito, quod citat idem Alex. consi. 120. nu. 6. ponderatis narratis. vol. 5. quod ratio adducta a teste, quando non est sufficiens, infringit & diminuit dictum. idem Alex. in cõsi. 86. col. fi. viso. volu. 2. Quia ratio in teste est illa, quæ præstat essentiam dicto. per not. in l. solam. C. eo. titu. c. cum causam, quæ inter Archiepiscopum. eo. tit.

Pone exemplum in teste deponente de fama, & interrogatus quid sit fama, & dicat nescire, tunc non iuuat eius ratio scientiæ fundata in fama: secus si dicat quod nescit diffinitionem famæ per iurisconsultos datam, tamen dicit se audiuisse a parte maiori, & tunc probat, & cõcludit, per ea quæ dicemus. in c. filij in ver. fama de hęreti. quia expressit illud, ex quo comprehenditur fama. ista latè vide comprobata per Alex. consi. 117. nume. 4. cum sequen. viso processu. vol. 4. & consi. 70. in causa vertente. vol. 3.

20 ¶Item ratio dicti † reddita per testem restringit & declarat dictum suum, secundum Bal. in l. conuenticulam. col. antepen. C. de episco. & cler. tex. est in l. cum pater. §. dulcissimis de leg. 2. Innoc. in c. cum causam quæ inter. s. isto titu. sequitur Alex. consi. 2. viso processu. vol. 2. prout in simili dicit idem Alex. in cons. 24. nu. 18. animaduersis. 21 eo. vol. quod secundum † communem accidentiam testium depositio comprobatur & regulatur, vt est gl. no. in l. neque natales. & ibi Iaco. But. & Bal. C. de prob. & subdit ibi Alex. nu. 29. regulam. Quod vbicunque oppositum eius quod dicit testis non potest stare cum veritate causæ, per quam testis se fundat, nunquam talis testis probat. Bal. in d. l. conuenticulam, ver. modo venio ad testes. & in l. data opera. C. qui accusa. pos. & hoc per not. in l. j. §. hoc inter dictum. ff. de fonte. & in l. 3. C. isto tit. Doct. in c. quotiens, & in c. cum causam. s. isto titu.

22 ¶De ratione † testis dicentis quia sum vicinus an concludat, vide Alex. consi. 80. nu. 8. examinato. vol. 2 vbi dicit non concludere, nisi in his quæ communiter sunt nota vicinis, vt circa diuitias, mores, & similia: alias non, vt declarat Bal. in d. l. conuenticulam. C. de episco. & cler. & Ang. & Paul. de Cast. in l. j. ff. si cer. pet. vnde infertur quod ad probandum quod vicinus, vel cõiunctus tuus fecerit vnum contractum, non est bona redditio rationis sui dicti, si dicat scio quia sum vicinus, vt probatur in l. quoniam foro rem. cum ibi no. per Bal. C. de iure deliber.

¶Istud enim quod diximus quòd ratio testis restringit & declarat, poteris cõprobare per ea, quæ tradit gl. pragma. in tit. de pacif. possesso. in ver. inquirant. col. 10. quòd 23 ratio † legis restringit & ampliat ipsam legem. l. cum pater. §. dulcissimis de lega. 2. c. intelligentia. s. de verb. signif. no. Doc. in c. ad audientiam. s. de decimis. lex enim nõ est nisi ratio legis. prima dist. consuetudo. & sicut corpus regulatur per animam, ita & lex regulatur per rationẽ ipsius legis. Bal. in l. non dubium. C. de legib. Ang. in consi. 68. col. j. Martinus, Ioannes. vbi dicit, quod ratio & mẽs legis sunt idem. l. cum mulier. ff. solu. matr. Et ideo vbicunque potest de ratione legis constare, per eandem legem vel aliam possumus & debemus absolutè verba legis restringere ad id tantum, ad quod ratio se extẽdit: & hoc est infallibile: dicit idem Ang. qui subdit, quòd vbi de ratione legis non apparet per legem expressam, sed apparet coniecturatiuè, tũc possumus & debemus generaliter legem restringere ad coniecturam.

¶Quod autem dicimus de ratione testium, intellige sane in his, quæ ad delictum & ad non delictũ cadunt nõ procedere, per ea quę tradit Dec. consi. 459. nu. 6. viso eleganti. vbi dicit, quòd si testes deponunt homicidiũ fuisse factum ad defensionem, probãt, licet etiam aliam rationem non adducant. Bald. in l. solam col. fina. versic. 2. hic quæritur. C. de probatio. Vide quæ dico in c. si sententia. nu. 10. infra. de senten. excommunica.

¶Ratio dicti in cãpo resultat: quia defendere est quãdã necessitas, quã testis potuit videre inesse per coarctationem loci & temporis: & hoc non pendet a mero iudicio intellectus. Istud reassumpsit latius comprobando idem Dec. consi. 469. nu. 5. visa inquisitione.

¶Gregorius Nonus in Concilio generali Lugdunen. Cap. II.

¶Præsentium authoritate mandamus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Aliquid potest melius sciri practica curiæ, quàm doctrina.*
2 *Incorporalia propriè non possidentur: sed quasi possidentur.*
3 *Transactio in spiritualibus non valet, nisi amicabiliter fiat.*
Non dicitur realis compositio quando authoritas iudicis non interuenit.

4 *Conuen-*

4 Conuentus non habet animam, prout nec vniuersitas & collegium.
5 Responsio ad positiones per quæ verba debet fieri.
6 Prælatus non habet mentiri, sed bonam cognoscere fidem.
7 Regulariter maiori parti est standum.
8 Ponens debet ponere certum, & respondens debet respondere certum.
Omnis disiunctiua est incerta.
Dubitans debet habere diem ad deliberandum.
9 Scientia est maior credulitate.
10 Articulus appellatur pars intentionis quæ intenditur probari.
Iuramentum testium potest a partibus remitti.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 Sufficit rem demonstrare per aliquas demonstrationes veras, licet reliquæ sint falsæ.
2 Quando probationes sunt pares, res redditur in ambiguo adeo quòd succumbit ille ad quem spectabat onus probandi.
3 Quis tenetur probare fundamentum suæ intentionis, etiam si consistat in negatiua, aut tempore.
4 Quasi, de sua natura denotat fictionem.
5 Quasi possessio in corporalibus non potest creari sine scientia & patientia.
6 Dari potest proprietas, & quasi proprietas.
7 Natura transactionis est, non transferre titulum, sed a molestatione desistere, & vexationem redimere, quod licet in spiritualibus absque vitio symoniæ.
8 An compromittere liceat super Papatu.
Potestas Papæ est de iure diuino.
9 Sine decreto superioris non potest compromitti super spiritualibus.
10 Ceteris paribus testimonium clericorum præfertur testimonio laicorum.
Quando vnius testis dictum contradicit alterius dicto, neutrum valet, nisi vt hic.
11 Si in causa principali fuerit omissum opponere contra testes, opponi poterit in causa appellationis.
12 In dubio responsio interpretatur facta secundùm interrogationem.
13 Consuetudine non potest induci quod credatur testi deponenti per verbum credit.
14 Consequentia non est bona, in qua necessariò non concluditur.
15 Valet dictum testis qui deponit per verbum, credit, quando materia non est perceptibilis.
16 In materia quæ est difficilis probationis, sufficit probatio per præsumptiones & coniecturas, seu alias imperfectæ probationes sunt validæ.
17 Quando res aliter probari non potest, creditur testibus, quibus alias non crederetur.
18 In re quæ de facili non est probabilis, accipitur probatio quæ potest haberi.
Veritas habetur ex his quæ visu percipiuntur, non autem per relationem vnius testis.
19 Deponens de credulitate non dicitur verus testis.
Credere idem dicitur quòd opinari, & qui opinatur aliqualiter dubitat.
Testis deponens per verbum sine iudicio, non facit fidem, quia non tamquàm testis, sed tamquàm iudex videtur deponere.
20 Confessio syndici an noceat.
21 Imputet sibi qui fideiussorem minus idoneum suscepit.
22 Scholaris non dicitur idoneus fideiussor de iudicio Sisti.
23 Imputet sibi qui se ad probationem superfluam astrinxit.
24 Scientia, patientia cum præsentia non arguunt consensum, quando talis præsens patiens, & sciens, non poterat actum impedire.
25 Syndici officium an expiret per expirationem officij constituentium.
Modum constituendi syndicum, vide hic.
26 Tabellioni affirmanti ꝙ homines præsentes ascendunt ad duas partes vniuersitatis an stetur.
27 Testes si deponant vltra articulos nihil probationis faciunt.
28 Quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis.
Qui se fundat in tempore illud habet probare, idem de eo qui se fundat in negatiua.
29 Duobus testibus simul deponentibus super negatiua magis creditur q̄ vni super affirmatiua deponenti.
30 Verba testium sunt iuuanda, non cauillanda, & interpretari debent ne sint captiosa.
31 Sufficit testes concordare in effectu & substantia rei.
Testes debent reduci ad concordiam vt euitetur contrarietas, prout dicitur de instrumentis, & hoc si verba patiuntur.
32 Dicta testium debent concludere.
33 Verba testium debent interpretari potius, vt sonent in factum quàm in ius.
34 An credatur testi deponenti pro parte verum, & pro parte falsum.
35 Quando testes singulares admittuntur, responsiones ad positiones debent reduci ad concordiam.
36 Testes non debent per eundem, & præmeditatum sermonem deponere.

PRAESENTIVM. Hæc decretalis potest melius † sciri practica curiæ, quàm doctrina, & loquitur in remissionibus, quæ sæpè fiunt in curia, & lite contestata super libello, iurato, posito, responso & articulato, si est responsum negatiuè, vel minus plenè per procuratores partium, debet responderi coram deputatis iudicibus in remissione, per personas principales, seu alias legitimas, positionibus prædictis, & super articulis: & si dentur vtrinquè debent induci testes probatorij, & hæc est prima productio, & si vtraque velit pars reprobare [a] testes alterius, tunc erunt estes reprobatorij primo, & hęc erit secunda productio, & si tertio velit dare consimiles, erunt testes reprobatorij secũdo, & erit tertia productio. Nec vlterius dabuntur testes reprobatorij, vt infinitas euitetur, & si aliqua pars defecerit [b] in aliqua probatione, sicut hic in prima productione, sibi imputet pars, non articulans nec per consequens testes producens vt hic, & s̄. eod. licet. 3.

Dic ergo casum. Primò ponit factum in quo plura subintelligit, sicut litis contestatio, iuratum, positum, articulatum, & testes productos pro parte attrice. Secundò, versic. ab eisdem, docet modum & formam respondendi positionibus remissis. Tertiò. §. [testes] dat formã procedendi in testibus reprobatorijs. Quartò. §. [Si verò] dat modum consimilem in testibus reprobatorijs [Abbatem & conuentum] isti erant actores [Priorem & cõuentum] isti erant rei [possessione] melius [c] dixisset quasi possessione, [d] quia ista incorporalia † propriẹ non possidentur. ff. de acquirẽ. rer. domi. l. seruus. §. incorporales. ff. de vsucapi. l. sequitur. §. si viam. Sed quasi [e] possidentur. s̄. de foro compe. conquestus. & de causa posses. & proprie. cum ecclesia. s̄. de elect. quærelam [Subiectionis.]

Nota ꝙ hic agebatur de possessione spiritualium, & tamen de veritate dicenda iuratur, sicut quando de proprietate agitur. s̄. de iuram. calum. literas. & s̄. hoc lib. eod. titu. c. 1. [spoliatos] per substractionem. s̄. de transact. præterea. 2. & s̄. de elect. querelam. ff. de acquir. possessio. clam possidere. §. qui ad nundinas. [compositione] super spiritualibus habita, & hoc probatur ex eo, ꝙ ĩ. sub ijcitur ꝙ de veritate [f] dicenda est iurandum [inita] amicabiliter, alias transactio † non valeret [g] in spiritualibus. [h] s̄. de transactio. super eo. in princ. ĩ. de præben. nisi essent [inter partes.] Et sic non fuit realis compositio, cum authoritas iudicis non interuenerit. s̄. de transactio. de cętero. & c. veniens. [& rebus alijs] de clausula generali habetur. s̄. hoc lib. de rescript. cum in multis. s̄. de resti. spoliat. cum ad sedem. & hic subaudias, vt in casus positione [Abbate & Priore] personaliter, qui tamquàm honestiores [i] requirendi sunt. C. de procura. l. vlti. ff. de procura. l. si actor. s̄. de iura. calum. in pertractandis [nomine suo] quia de conuentu sunt [in animas conuentum.] Sed qualiter hoc potest esse, cum conuentus † non habeat animam, sicut nec vniuersitas, nec collegium? not. ĩ. hoc lib. de senten. excommuni. Romana ecclesia. §. vlti. Sed dic conuentuum, hoc est singulorum de conuentu, vel maioris partis ipsorum ibidem residentium. 11. q. 2. hoc ius.

¶ Vel dic ipsorum simul vocatorum de electio. quia propter. Et vbi discreparent in responsionibus, stabitur dicto maioris [k] partis & sanioris. s̄. de electio. corã [transmissis] quibus nihil opponi [l] potest, cum sint examinati in curia, & in hoc sunt delegati quibus est remissum negocium meri executores [sciunt]. Et ideo habes hic, ꝙ sicut iuramentum hic præstitum est de veritate dicenda, sic & responsio [m] data ad † positiones debet esse per scio, vel ignoro & dico ꝙ sufficit [n] si dicatur credo [o] vel non credo, [p] & in hanc partem magis declino, maximè vbi

vbi respondent nescio.j.versic.proximo:cum nouo iure etiam in causis spiritualibus (etiā de calumnia) iuretur. s.hoc lib.de iura.calum.c.1.in fi.[per illos] scilicet conuentus [intelligunt] abbas & prior [in quorum] omniū vocatorum [iurauerunt.]

Et ita abbas & prior habent se cōformare secundùm scientiam & intelligentiam illorum, in quorum animas iurant.Sed quid si conscientia prælati est conscientia cō-
6 traria responsioni conuentus,nec † prælatus habet mentiri, sed bonam fidem agnoscere vt tutor?ff.de admin ist. tut.quotiens.§.sicut & secundùm hoc dicunt quidam, ꝙ respondebit vnum secundùm conscientiam conuentus & aliud secundùm cōscientiam suam, secundùm quod dictum magis tenebitur vt hic deroget illi.

Dic ꝙ responsioni pro cōuentu erit standum quia hic abbas & prior nō respondebant vt prælati,sed vt pars cō-
7 uentus vt est præmissum,& regulariter † maiori parti est standum:preterea quasi dicat,nedum est respondendum positionibus vt est dictum, sed est sigillatim,vt sequitur.

¶Et est ratio,quia si positio habet plura membra: forsan pro vno est falsa,ꝓ alijs vera,& sic hæc copulata possent negari.ff.de reb.dub.l.si is qui ducenta.§.vtrum: nec
8 distinctè hic recipi debent, quia ponens † debet ponere
q certum q & respondens debet respondere certum.ff.de confes.certum. & omnis disiuncta est incerta.ff.de verb. obliga.vbi autem.§.qui illud.ff.de iniur.prætor edixit.§. quod autē [sufficienter].i.clarè & dilucidè [quàm sciat] si certus sit [vel credat] si certus non sit, & sic nō sufficit respondere nescio,vt.s.dixi.

¶Sed quid,si dubitat?debet habere diem ad deliberandum.ff.de petitio.hęred.si debitor:& forsan debet iurare ꝙ hoc malitiosè non proponit.s.de iura.calum.c.2.in fi. s.de elec.cum dilecti.& j.eo.in fi.

Sed quid si nesciat applicare animum suum ad alterā partem determinate, vt quia est quæsitum, an Rex Parthorum viuat:tunc potius respondebit negatiuè, dicendo non credo ipsum viuere:nec propter hoc sequitur, ꝙ credat ipsum mortuū,quia titubat nō credens hoc vel illud [inquiras] tanꝗ de persona quæ in litē processit, nec distinguo vtrū iurauerit vel non.j.de accusa.si cōstiterit.

Sed quid si responsio syndici sit cōtraria responsioni
r cōuentus?dic aut syndicus est sine mandato r;& tunc nō nocet.ff.de interro.actio.l.si defensor.si cum mandato
s obest s .ff.de procura.l.nō solum.1.Respon.s.de confes.ex
t parte: & imputet t sibi qui talem elegit.ff.de minor.cum
u mandato.in fi.Et hæc sunt vera quando de scientia u vel credulitate respondetur vtrobiq; aduerso modo.

Si autem conuentus de scientia,& syndicus de credu-
9 litate aduersa responderet,cū † scientia sit maior credulitate, adhærebo responsioni de scientia:iudex tamē motum animi sui informet per aliquas circunstantias & secundùm hoc stabit declinando in partem vnam vel alteram.s.eo.præterea.& j.de senten.& re iudic.c.vlti.& j. eo.c.proximo.in fi.& licet syndicus hic nō iuret de veritate dicenda, tamen iurabit in litem & de expensis:& sibi deferendum est iuramentum.C.de iudic.properandū. §.vlt.& C.de iura.calum.l.2.§.2.ff.de iureiuran.iusiurandum quod ex conuentione.§.si tutor.

x Sed quomodo potest esse syndicus x sine mandato?dico ꝙ iste syndicus in causa fuerat,& cum ipso fuerat processum in curia vsq; ad remissionem : vnde cum propter maiorem legalitatem abbatis, prioris & conuentus fuit mandatum syndico commissum ex causa rationabili reuocatum.s.hoc lib.de procura.c.2.in fi.primi responsi,& cōmissus articulus de responsionibus ad positiones abbati & priori secundùm formam.s.positam.

Verum quia iste syndicus in causa fuit,;nec quo ad hūc actum est procurator:inquiritur ab eo sine iuramento vt
10 hic [ex articulis] articulus † appellat pars intentionis y,
y quæ intenditur ꝓbari.s.eo.veniens.2.[producendos] iuratos tñ,alias nō valeret eorū testimonium,etiam si religiosi essent.s.eo.nuper: hoc tñ iuramentum remitti potest a partibus.s.eo tuis [alterius] scilicet conuentus S. Nicolai [productos] ergo erat lis contestata vt posui in casu,alias nō valeret regulariter testium receptio.s.vt lite nō contesta.quoniā [nomina] ne sit locus variationi. s.hoc lib.de rescrip.cum in multis [usquè ad Calendas] vltra nō licet.s.de probatio.licet:nec terminum possunt prorogare isti delegati qui habent potestatem limitatā, nisi forsan partes in prorogatione temporis consentirēt. s.de offi.delega.de causis,primo respō. [interrogatoria] illa sunt quæ dantur super articulis,de quibus præmisi,& hæc formantur secundum circunstantias causæ & personarum productarū. vt d.c.licèt.§.1.j. de testib. causam.1. [specificatione] notat igitur de specificatione & expressione criminum obiectorum, simile.s.hoc lib. de elec.vt
z circa [testium] productorum in principali [simili] vt s. §.proximo [non procedant] hoc est in potestate iudicis. sup.de restitu.spolia.literas.& sup.hoc lib. de iura.calum. c.2.in fi.

ADDITIONES PROBI.

a REPROBARE. Adde vnū casum satis notandum, in quo nō reprobantur testes: quē not.Alex.consi.43.nu.28.visis,vol.4.quòd si vnus deponit aliquid factum fuisse præsente tali, licèt ille dicat se non fuisse præsentē, non per hoc primum dictum testis reprobatur. Bald. in l. testium,in 4.col.C.de testib. Bal.Ange.& Imol.in l.hæredes palam,in princ.ff.de testa. & Barto. in l.1.§.1. ff.de auto.tuto.

¶Tamen potest dici ꝙ istæ probationes collidunt se adinuicem,& res remanet in obscuro,vt traditur. in c.ex literis.de proba.& in c.licèt causam,in fin.eo.tit.& in l.cū de ætate.ff.eo.tit.vnde non potest dici,ꝙ alter conuincat alterū de falso, & sic licèt probatio obscuretur in illo articulo, in alijs tamen testes non repellentur. not.Aretin. consi.13.col.6.viso.

b ¶Defecerit.b Idem videtur dicendum,si eam reddiderit ambiguam, vt quia pares sunt probationes, & tunc succumbit,per ea quæ in simili not.Alexā.de Imo. consi.38.
1 visis,& diligenter,vol.5.vbi dicit ꝙ † licèt sufficiat rem demonstrari per duas qualitates vel demōstrationes veras, licèt reliquæ sint falsæ.Barto.in l.demonstratio falsa.ff.de conditio.& demonstra.per l.hac consultissima. C.qui testa.face.poss.l.forma. in prin.ff.de cēsib.& l.patronus.§.1. & 2.de lega.3.& l.fi.in fi.ff. de dote prælega. no. latius idē Alex.consi.39.nu.3.eo.vol.5. Et sic est consilium sequens, illud est verum ꝙ præferuntur illæ duę, & tertia falsa nō vitiat. ita intelligitur dictum Bart. Sed vbi sunt quatuor demonstrationis uel plures, & duæ tantum concordant, & reliquæ contradicunt, tunc non dicitur constare de illo corpore,in quo cōcordant illæ duæ demonstrationes. tex.est in l.in testamento quidam.ff.de condit.& demonstratio.per quem declaratur & limitatur doctrina Bart.in præallega.l.demonstratio per Pau.de Cast.in d. l. in testamento quidam.Et hoc quia vbi demonstrationes vel pro
2 bationes sunt † pares,res redditur in ambiguo & incerta: adeo ꝙ succumbit ille ad quē spectabat onus probādi. i. actor circa id,quod est fundamentum intentionis suæ. c. ex literis.s.de proba.cum similibus(dico in ver. intentio-
3 nis hoc c.) Tenetur enim † quisquis fundamatum suę intentionis ꝓbare,etiam si consistat in negatiua.l. hoc iure. ff.de verb.obl.firmat latius Alex.in consi. 28. in fi.viso & prędhabito,vol.2.& consi. seq.in princ. vbi latè discutit ad quem pertineat probationis negatiuę onus, de quo idem Alex.meminit ī cōs.37.n.10.eo. vol.2.viso & opportune.

¶Et etiam si fiat fundamentum in tempore per regulam,ꝙ fundanti se ex tempore, incumbit onus probandi tempus.l.non solum.§.sed & probari cum ibi no. per Bar. ff.de no.oper.nunc.

c ¶Melius dixisset. Ratio qa fictione dicitur possideri,
4 & hac de causa Io.Mo.hic vtitur hoc verbo,quasi,† quod de sui natura denotat fictionem.l.posthumorū.ff. de iniusto.testa.l.si cum dotē.§.fi.sol.mat.Alex.cōs.2.nu. 12.vol. j.& consi.15.nu.14.eo.vol.& ibi latius.

d ¶Quasi possessione.vide quę requirantur ad acquirendum quasi possessiosem,per Neapo.dec.67.super causa,
5 ¶Vltra dic ꝙ ista quasi possessio † non potest creari in istis iuribus incorporalibus sine scientia & patientia. l. 2. C.de seruitu.& aqua.l.pen.de seruitu.generali.ff.compro bat latius Alex.in consi.6.col.2.vol.j.viso themate, quod intellige sane,vt ibi per eum.

¶Et hęc quasi possessionis probatio, aliquando multū commodi affert: etiam si fiat per solam famam : quia est

sufficiens ad transferendum onus probandi in aduersarium, vel per communem opinionem: pone exemplum quando aliquis est constitutus in quasi possessione alicuius qualitatis, putà seruitutis, vel libertatis. not. Alex. in cōsi. 51. nu. 3. viso. vol. 1.

e ¶Sed quasi. Vide pro hoc quæ dicit Alex. cōsi. 82. in fi. viso processu. volu. 3. & cōsi. 202. nu. 3. vol. 2. Super causa & lite. dum dicit ꝙ sicut est dare dominium & quasi dominium. Ita & est dare † proprietatem, & quasi proprietatem. gl. sing. in l. quędā. in ver. de liberis. ff. de interdict. secundùm. Bal. in c. 1. §. 1. de inuesti. de re alie. facta. ꝓ qua allegat. tex. in c. fi. s̄. de iudic.

6

f Dicenda est iurandum. Dic vnum in simili, & pro themate. rub. ꝙ si testes simpliciter iurarunt dicere veritatē super tota causa, ꝙ post publicatas attestationes nō poterunt amplius in causa ꝓduci testes super articulo aliquo comprehenso sub petitione illius causæ, in qua recepti sunt. istud fuit dictum egregium Inn. & aliorum in c. fraternitatis. s̄. isto tit. vbi Ant. & in Cle. de testi. eo. tit. quod placet. Alex. in cōsi. 61. nu. 7. viso processu. vol. 2.

g Non valeret. Id firmat Petr. de Anch. cōsi. 34. col. 2. in causa. vbi vnum subdit ꝙ natura † transactionis est, non transferre titulum, sed a molestatione desistere & vexationem redimere, quod licet in spiritualibus absq; vitio symonię. c. cum venissent. s̄. de institu.

7

8 Vltra attende An cōpromittere † super papatu liceat per Car. cōsi. 150. nu. 17. in q. duorum pōtificum. vbi dicit ꝙ licet potestas Papæ sit de iure diuino & non positiuo. c. 1. 2. & 3. & fi. s̄. de transla. præla. tamen hunc dicere Papam vel illum, non est de iure diuino: vnde nō est illicitum ꝙ super papatu interueniat transactio: dum tamē alias nō illicita: vt pro sedando scismate alter remaneat in papatu & alteri aliter consulatur: prout visum fuerit commissarijs: dum tamen cōpromissum fiat cōsentiente collegio Cardinalium, cū ad eos spectet eligere Papam.

9 In spiritualibus. Super † quibus sine decreto superioris

h non potest compromitti. no. Petr. de Anch. consi. 209. in prin. 1. facie videtur dicendum laudum valere, quod placet. Do. in cōsi. 78. col. 2. Titius vendidit: secus tamen in bonis patrimonialibus clerici. iuxta. not. per. Io. Andr. in c. peruenit. s̄. de arbitr. in glo. fin. cum alijs ibi per. Domi. allega.

i ¶Honestiores. In iudicijs vndequaque qualitas personarum attenditur, siue partium, siue testium: de testibus habes quod not. Alex. post alios cōsi. 43. ex his. vol.

10 7. ꝙ cæteris paribus † testimonium clericorum pręfertur testimonio laicorum. not. Ant. de Butr. per illum text. in c. 2. in prin. s̄. de elect. facit gl. in ver. idoneam in c. 2. de iudic. hoc lib. pro quo habeo in ar. ꝙ licet quādo sunt duo testes, quorum vnus contradicit alteri, neutrius dictū valeat. Ioan. And. & alij post eum in c. in nostra. s̄. isto tit. tñ hoc verum nisi dignitas vnius prouocet iudicem ad magis credendum illi: quo casu posset etiam deferre iurm illi parti, ꝓ qua testis ille deponeret. no. Alex. cōsi. 127. nu. 7. viso processu causæ vertentis inter Marinum. vol. 7.

k Dicto maioris partis. Placet. Alex. in cōsi. 136. col. fi. in causa & lite. vol. 1. vbi subdit, ꝙ si sunt pares numero, statur negantibus in fauorem rei, iuxta. no. per Inno. & Docto. in c. in nostra. s̄. de procura. Bal. in l. 1. in uer. duo procuratores. C. de confessis.

11 Opponi potest. † Si fuerit omissum opponere cōtra

l testes in causa principali, possit opponi in causa appellationis. Neapoli. decisi. 166. fuit in quadam causa.

12 Responsio. † Quæ in dubio interpretatur facta secun-

m dùm interrogationem. l. si defensor. §. qui interrogat. ff. de interroga. actio. & Insti. de inutil. stipula. §. præterea. Alex. vol. 6. cōsi. 138. nu. 8. uisa copia. pro hoc uide Ant. de Butr. cōsi. 4.

n Sufficit. Vel aliud ęquipollens. dixi in c. 1. in uer. positiones. s̄. de confes.

Prerera dic istud iuramentum credulitatis habere locum in eo, qui iurat dare fideiussorem non posse: quia scire non potest an dare possit. testatur. Maria. Soci. cōsi. 120. col. 2. cum in præsenti. allegat. Odofre. & Cy. in l. 1. ff. qui satisda. cogantur.

o Credo. Hæc uerba prout nec similia (ut si dicatur mihi uisum fuit) nō cōueniūt testibus, & nō ꝓbāt, nisi rōne dicti seu uariationis ad iūcta: ut si dicat testis credo ꝙ vidi & tunc probat virtute rationis. firmat Dec. consi. 363. nu. 4. in causa quæ agitur. pro hoc vide Maria. Soc. cons. 146. col. 5. vers. nec obstat viso processu. vbi comprobat ꝙ testis dictum non valet factum per verbum credulitatis, &

13 ꝙ consuetudine † non potest induci, vt credatur testi deponenti per verbū, credit. alleg. Ant. in c. j. s̄. de appel. hinc Bal. in l. siue possidetis. C. de probatio. ꝙ si testis dicat se ꝓ

14 certo credere, non probat, quia † consequentia nō est bona. in qua necessariò nō concluditur. no. in l. si iudex. ff. q sunt sui vel alie. iur. & l. ad probationem. & l. neque. C. de de prob. Quod intellige nō procedere in his, quę sunt difficilis probationis, vt in antiquis factis, in quibus de facili haberi non potest probatio necessaria & concludēs: ideo admittitur præsumpta probatio. l. si arbiter. ff. de prob. de quo latè per Ias. in cōs. 65. col. 3. Hēricus. vol. 3. & per Calca. cons. 8. nu. 5. & seq. istud clarificatur. per regulam ꝙ in

15 materia † non perceptibili & nō certitudinaliter cognoscibili, valet dictū testis, qui deponi per verbum, credit. Cy. & Bal. in lege testium. C. de testibus & alij ibi per eum adducti.

16 ¶Vide eundem Soc. cons. 171. col. 2. diu profecto. quia in materia (quæ a cōiter accidentibus, est difficilis † probationis) sufficit probatio per præsumptiones & cōiecturas, seu p probationes, quæ alias essent imperfectæ. Alex. cōs. 37. cōsultus sum. vol. 7. vbi plura cumulat pro intēto: & cons. 77. in fi. eo. vol. & consi. 50. nu. 6. visis, vol. j. vbi dicit regulam hanc procedere, quando agitur ciuiliter, pro hoc facit quod no. Francus post glo. in ver. electione in c.

17 cum ab vno. de re iudic. hoc lib. ꝙ quādo † res aliter probari non potest, creditur testibus, quibus alias non crederetur. similis est in c. veniens. 2. s̄. isto titu. & in c. super eo. & in cap. fin. s̄. de testib. cog. in cap. cum dilecti de electio. quas intellige in rebus quæ de sui natura ab alijs sciri nequeunt, per tex. in c. in literis. s̄. isto tit.

¶Et redeundo ad ipsum thema, ꝙ ea quæ sunt difficilis probationis & c. probat Domi. in consi. 100. col. 3. hoc est summarium. Alex. consi. 66. in fine, uiso testamento, uol. 3. Lapus allega. 54. Alexan. consi. 24. col. 2. uol. 2. Soci. consi. 213. col. 5. Cum in præsenti. allegat Domi. post glo. in ver. auctores. in ca. 1. s̄. hoc titu. & latius in consi. 216. col. fi. Accuratè meminit ipse consi. 249. col. fin. Materia præsentis, vbi hoc adducit ad comprobationem. Quòd æstimatio hæreditatis probatur per testes dicētes, ꝙ erat tantæ æstimationis, & hoc si se referunt ad cōmunē æstimationem, ꝙ ita communiter fuisset æstimata, attentis bonis & iuribus dictæ hæreditatis.

18 ¶Pro præmissis habeo, ꝙ in re † quæ de facili non est probabilis, pone, in parentela. Calca. in consi. 9. col. fi. vel in factis antiquis. not. Calca. ipse consi. 64. nu. 12. pręclare, vbi hoc quod hic dicimus de deponen. credulitatis comprobat, quia tūc accipitur illa probatio, quę potest haberi. Alex. de Imo. consi. 90. nu. 8. in causa & lite, volu. 6. qui subdit vnum ad propositum in cōsi. sequen. nu. 4. in causa & lite pendente inter Anto. ꝙ veritas habetur ex his quę visu percipiuntur, non autem per relationem vnius testis, maximè deponentis de credulitate. Ita not. Barto. in effectu in l. 1. in vlti. col. ff. de interrog. actio. & in l. admonendi. ff. de iureiur. & Bald. in l. in bonęfidei. 2. col. C. de reb. credi. Doct. in ca. fi. s̄. de iureiuran. Alex. consi. 144. circa finem, viso titu. vol. 6. & consi. 146. viso themate, eo. vol. & idem eo. vol. consi. 89. nu. 12. & consi. 218. col. 3. ponderatis narratis. eo. vol. 6. vbi dicit ꝙ vt factum dicatur esse de antiquo, adeo ꝙ propter probationis difficultatem recedamus à regulis iuris communis, vt stetur leuiori probationi, requiritur ꝙ trāsiuerit tempus centum annorum. Idem Alex. consi. 94. in fin. vol. 7. & consi. 116. nu. 3. perspectis, vol. 5. firmat Ias. in cōsi. 128. nu. 1. in quæstio. vbi dicit ꝙ in factis ita antiquis, quę sunt ultra cētum annos, & sic quę excedūt omnium hominum memoriā, non requiritur exacta probatio, sed sufficit probatio per solas coniecturas & per inditia. Et talis probatio cōiecturalis habetur pro plena & perfecta probatione.

19 ¶Testis enim qui deponit de credulitate, † non dicitur verus testis, quia non deponit de ueritate, sed de credulitate. Anto. de Butr. in cap. 3. in fin. sup. hoc titu. allegat. no. per gloss. in l. 2. § idem Labeo. ff. de aqua pluuia. arcend. etiam si dicat credere pro certo. Ias. in consi. 167. statim alleg. vol. 4.

¶Intellige

¶Intellige secũdùm Alex.cõsi.149.viso processu.vol.5.id nõ procedere, quando testis super principale deponit de scientia,& ex proprio sensu, & super incidenti, vtpotè tempus per verbum,credo, aut aliud æquipollens: quia tunc valet dictum testis.

¶Vide Dec.cõsil.524.num.6.visis his.& Alexan.in cõsi.19.col.1.visis.volu.1.vbi aliam fallentiam ponit, vt videre ibi licet.num.12.& seq.

Item credere.idem dicitur quod opinari: & qui opinatur aliqualiter dubitat.l.fi.ff.de insti.& substi.sub cõd.fac. Bal.in l.fi.in 15.opp.C.de edic.diui Adria.tollen.

¶Idem dic de teste, qui deponit per verbum suo iudicio: quia talis fidem nõ facit.Ange.in repe.l.sciendum. in 2.colum.ff.de verb.oblig.per l.testium.C.hoc tit.quem refert & sequitur Alex.cõsi.29.post princip.clarissime do ctor.vol.7.

Ratio, quia nõ tamquàm testis videtur deponere, sed tamquàm iudex.cõprobat Ias.in cõsi.167.num.2. formate.vol.4. prout ille, qui deponit ex cõscientia sua: igitur nõ creditur, prout nec ei, qui dicit ꝙ nõ fuit aliud dictũ in substantia,quod procedit maximè in rustico & imperito,ad quem nõ pertinet iudicare & discernere quid sit de substantia vnius actus: ideo nõ probat. argu. l.qui testamento.§.fina.ff.de testamen.& §.si verò absunt.in Authen.de hæredi.& falci.Docto.in d.l.sciendum. Alexand. consi.53.colum.penul.in causa & lite vertente inter Lucam.vol.7.

Ad idem de eo qui dicit, ꝙ fuit vox & fama, quia talia verba nihil releuant, quia testis nõ debet esse iudex: vnde ipse nõ habet iudicare,an ex auditis ab illis quos audiuit, resultet publica vox & fama, sed habet testificari & deponere de his,quę sunt facti,& percipiuntur sensu corporis.l.testamento.§.fi.ff.de testam.Ita dicit Alex.cõs.59. col.2.in causa appellationis.vol.7.

Pro intento vide Steph.Bertran.cõsi.52.nu.3.visis titulis.par.1.ꝙ si testis dicat se pro certo credere, sibi nõ creditur,nisi reddat bonam rõnẽ per sensum corporis.Bald. in l.siue possidetis.C.de proba.

p Credo. Vltra quæ in præcedenti apostilla dicuntur de teste deponente per verbum,credo,vel similia,vide Alexan.cõsi.134.num.4.in causa.vol.2.& cõsi.147.col.fin.põderatis.vol.2.& cõsi.156.num.11.viso processu.vol.5. vbi vnum subdit ꝙ si quidam ex testibus deponit, quod possunt esse 20.anni, sed quod nõ bene recordatur de tempore,nõ potest redargui ꝙ falsum dixerit in tempore: qa per illa verba apparet quod quicquid de tempore dixit, dubitatiuè dixit: & plus fidei est adhibendum huic testi, quàm illis, qui certitudinariè deponerent de tempore, quia cum labilis sit memoria.l.peregre.in princ.ff de acquir.posses. dicitur verosimiliora deponere ille, qui non ita certitudinarie deponit de tempore:ergo magis credẽdum.l.3.post princ.& l.ob carmen.§.fi.ff.hoc titu.& in c. in nostra.cum ibi no.eo.& in c.licet causam.s̃.de probat. istud fuit dictum.Ang.cõs.25. circa medium pro decisione quæstionum & dubiorum.vbi latius citat.

Et attende ad vnum quod ait ipse Alex.in cõsil.24.nu.16.animaduersis.vol.2.ꝙ fides testis attestantis de iudicio suo,vel credulitate in his, in quibus est difficilis probatio,nõ repellitur, vt qñ deponit testis de filiatione vel super adulter. Bar.in l.2.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.arcẽ. Latè Dec.cõsi.489. in fi.in casu.& ita intellige quæ dicta sunt in præcedenti apostilla.

De credulitate testis instrumentarij, vide Alex.in cõsi. 56.num.6.viso processu.vol.2.

Et de confessione partis facta per verbum, credo, non est dubitandum,quia præiudicat sicut cõfessio de veritate:& hoc in facto proprio, in alieno secus:Panorm.post gl.fi.in c.ex literis.s̃.de proba. quæ ad hoc reputatur sing. ſm Franc.in c.1.s̃.de iudic.hoc lib. Et quo ad testem postremò vide Alex.in cõsi.133.viso processu.vol.1.

q ¶Certum. Dic certum,vt per Io.Mo.in c.cõstitutionem. de ver.signi.j.

r Sine mandato. Valido,vt quia agit vigore mandati facti a capitulo cum auctoritate superioris cõtra ipsum superiorem:quia nõ potest.Bar.in l.potest. circa fi. ff.de autho.tuto.Pone exemplum in cõitate vicariorum ecclesię Bituricen.qui nomine capituli & decani agunt ad eorũ vtilitatem:& sic vigore procuratorij & syndicatus cõtra capitulum agere nõ possunt, sed desuper sibi prouidere habent,vt no.per Inn.in c.edoceri.s̃.de rescrip.

s Obest. Gl.in l.proinde.la 2.ff.ad leg.Aquil.Bar.in l.certum.§.sed ante ipsos.ff.de cõfes.Ant. & Panor.in c.1.s̃.vt lite.nõ cõtesta.Dec.cõsi.221.num.3.nõ patitur angustia. 20 vbi subdit † ꝙ cõfessio iudicialis per syndicum facta, est tantæ efficaciæ, ꝙ probationem facit: & attenditur, etiã nõ obstante nullitate processus.Innoc.in c.qualiter. el 2. col.pen.ibi,nõ negamus tamen.s̃.de accusa.sequitur Bar. in l.si cõfessus.ff.de custod.reo.

Et de cõfessione syndici mandatum speciale habentis, & prælati & capituli,vide quæ tradit Car.cõsi.71. col.pe. cuius meæ. an noceat ecclesiæ, etiam nõ probato ꝙ mutuum versum fuerit in vtilitatem ecclesiæ.

t Et imputet.In simili dic de eo, qui † fideiussorẽ minus 21 idoneũ suscepit,vt sibi imputet,de quo latè per Alex.cõsi.34.cõsideratis his.vol.7.talis enim dr̃ seipsum circũuenire,ꝑ regulam,quam citat Steph.Bertran.cõs.329.nu.3. ponitur in facto.1.par. vbi dicit ꝙ si quis nõ prospexit qđ euenire poterat,seipsum circũuenit.alleg. l.imo. in prin. ff.de liber.causa.& l.nam et si actor.ff.de rei vendica.

¶De non idoneo fideiussore poteris ponere exẽplũ in 23 scholare,† q̃a no est idoneus fideiussor de iudicio Sisti,ni si specialiter renũciet priuilegio suo.l.fi.ff.si quis in ius vo ca.no.Alex.cõs.95.in prin.diligenter cõsideratis.vol.5.

Vide pro themate Neapolita.in decis.57. illo die, quo Rex Ferdinandus.

24 Vltra quæ vide simile ꝙ imputet † etiam sibi qui ad probationem superfluam se astringit, nisi dicatur cum clausula citra onus superfluæ, & nõ necessariæ probationis: cui se astringere nõ intendit. pro quo.l.habebat. vbi Ange.& Paul.de Cast.ff.de instito.actio.Bar.& alij in l.diuus.ff.de re iud.Ang.Inst.de actio.in §.1.versi.itẽ est vtile. & Insti.de except.versi.vnum aliud.

Pro Intento Io.Mo.vide Alex.in cõs.95.nu.7.visis processibus.vol.2. Et quo ad superfluam ꝓbationem,quę tradit Præpo.in c.oẽs leges.col.2.1.dist.post Archi.ibi,quorũ distinctionem vide tu pro ampla informatione.q.

v Scientia. Quæ † & patientia etiam cum præsentia, nõ 24 arguit cõsensum aliquem,quando ille nõ poterat actum impedire,vt in l.Gaius.ff.de pigno.actio not Bar.in l.quæ dotis.col.pen.ff.sol.matr.traditur in l.sæpe.ff.de re iud.

x ¶Syndicus. Vide de syndico creato ab vniuersitate habente potestatem legis condendę, an possit præiudicare & quomodo per Alexan.cõsil.44.num.7. viso themate. volum.1.

Vlterius de modo cõstituendi syndicum vniuersitatis per Alex.cõsi.17.in causa & lite.vol.6.

25 Et an † expiret eius officium per expirationem officij constituentium. Alex.cõsi.128.sentio insuper. eo. vol.6. vbi dicit,ꝙ nõ, si res nõ est integra: per ea quæ not.in l.si per epistolam.ff.de acquir.hæred.& in l.si quis mancipijs. §.si impubes.ff.de instit.

Vide quæ latè dicit de cõstitutione syndici idem Alexan.cõsi.40.in causa & lite vertente.vol.7.& cõsil.49.nu. 11.In causa & lite vertente inter Iacobum.eod.volu.7.& cõsil.198.in fi. super hac dubitatione. volum.2. vbi dicit quòd si in instrumento cõtinetur, quòd canonici talis ecclesiæ cõstituerunt talem syndicum,vel fecerũt talem actum,nõ per hoc probatur quòd ille actus fuerit legitimè gestus ab omnibus canonicis, vel maiori parte, quia possent illa verba pluralis numeri, verificari in duobus canonicis, cum nõ dixerit omnes canonici. l.inter illã. §.fi.ff.de verb.signi.idem Alexã.cõsil.112.in fi.visa copia. volu.7.vbi subdit ꝙ non sufficit in instrumento dici conuocatis & coadunatis decurionibus: nisi dicatur quòd interuenerint duæ partes.l.nominationi. de decurio. lib. 10.C.idem Alex.in cõsi.114.num.8.in causa & lite. vol.4. quem vide præcor.in cõsi.110.col.1.visis accutissimis.uolu.1.secus si per nomina collectiua, certam a iure determinationem habentia,ut capitulum talis ecclesiæ cõstituit talem syndicum: ista est doctrina Petr.de Ancha.in c.quãto.ubi Imo.s̃.de his quæ fiunt a præla.sine consen.capi.& ante eos Oldr.cõsi.100.in executione incumbentiũ: uide Alex.cõsi.195.in fi.reddito per me cõsilio.uolu.7.& cõsi.210.col.2.reuerendę pater.eod.uol.

Vnum tamen est attendendum in proposito, ꝙ quãdo 26 tabellio † affirmat ꝙ homines præsentes ascendunt ad duas

duas partes vniuersitatis, statur eius assertioni, donec cõtrarium probetur.not. Alber.in l.nulli.ff. ꝙ cuiusquè vniuersita. Car. & Ant.de Butr.in c.ea no citur.col.pen. s̃.de his quæ fiunt a præla.sine consensu capi quos refert & sequitur Barthol.Soc.cõsi.95.col.3.num.8.in causa communis.vol.1.

Vide quæ in puncto tradit Steph.Bertran.consi.168.nõ puto. par.2. facit in simili quod dicit Alexand. in consil. 61.num.3.viso processu causæ. volum. 2. Quod si in instrumento tabellio scripsit, quòd talis ex certa scientia, & non per errorem iuris & facti locauit &c. in hoc stabitur instrumento.

¶ Postremò attende, ꝙ syndicus, tutor, vel similes possunt etiam post finitum tempus sui officij causam ceptam prosequi, quia sunt domini litis.comprobat Alexã. in consi.135.in princ.põderatis.vol.2.

y 27 Articulis. Vltra quos, testes † non debent deponere, & si deponant, nihil est, quia reperiuntur deposuisse super eo, quod non iurauerunt, ergo dictum ipsorum non valet.tex.& ibi Inno.in c.de testib.s̃.de testi. idem Innoc.in c.inquisitionis s̃.de accusa.no.Domi.in consi.134.col.2. in causa Morinen.

z 28 Innocentius. Cuius † quilibet siue agendo, siue excipiendo, probare tenetur fundamentum.l.actor.C.de ꝓbat.l.in exceptionibus.in princ.ff.eod.titu. l.si quis.de fabri lib.11. C.l.in illa. cum l.sequen. vbi Bart.& Alexand. ff.de verbo.obligat.cap.super his. & ibi Innocen.s̃.de accusat.prout diximus de eo, qui se fundat in tempore, quia tempus illud habet probare.l.eum actum.C.de neg gest. l.matrem.C.de proba. Alex.cõsi.16. in num. 29. in causa. vol.5.not.Belam.decis.76.non expressè.

Vlterius dic ꝙ quando fundatur, seu fundamentum habet super negatiua, ipsa negatiua probari debet, siue agendo, siue excipiendo. Barto.in l.penult.§.nocere.per illum text.ff.ne quis eum. & in d.l.in illa.ff.de verb. obliga.sequitur Dec.consi.176.Quod s̃.colum.1.ad idem Alexand.consil.91.colum.finã.repertus in causa. volum.7. vbi dicit, quòd quando negatiua est fundamentum intentionis alicuius, onus probandi incumbit allleganti.l. hoc scire.& l.ita stipulatus.versicu.quòd si ab initio. ff.de verbo. obliga. & in authent. hoc si debitor. C.de pignor. not. Innocen.in cap.super his. s̃.de accusat. & Ioan. Andre.in cap.bonæ. de electio. & Barto.in l.in illa stipulatione. si Kalendis.ff.de verbo.oblig.quod verum dicas si ille qui opponit non habet fundatam intentionem suam. Ias.cõsi. 4.num.6.ad mortua.vol.1.

¶ Adde vnum in probatione negatiuè quod not. Frã. in cap.cum ab vno. colum. 2. de re iudica. hoc lib. quòd 29 duobus † testibus simul deponentibus super negatiua magis creditur quàm vni super affirmatiua: ratio est, quia isti duo non solum negant, sed etiam asserunt contrarium eius, quod dicit affirmans: vide tñ Panor in c. cum in tua. hoc titu.& pro primo intento Bertran.consi. 220.par.1.

A 30 Testium. Quorum † verba sunt iuuanda, non cauillanda.Bald.in l.de quibus.colum.fi.versic.sed quid testis. ff.de legib.

Et dicta testium debent interpretari ne sint captiosa. dicit Ang in l.ex militari. in fi.ff.de testam. mili. Ratioq; testis non est cauillanda, sed adaptanda ad id quod dicit testis.no.Bald.in l.2.in 5.no.in fi.C.de tempo.appella.

31 Item sufficit † testis concordare in effectu & substantia rei.no.Ioan.de Ana.cõsi.76.in princip.visis alleg. gl.in versi.vacillasse.in c.cum ecclesia s̃.de causa posse. & proprie.Bald.in l.qui sententiam.C.de pen.tradit Alexan.cõsi.47.Abunde.volum.2.& consi.149. num.7. viso processu.volu.5. Dec.cõsi.272.col.1.viso processu.& consi.142. num.5.in casu partus.

Item debent reduci ad concordiam, vt euitetur contrarietas, prout diximus in instrumentis. not.Alexand. cõsi.156.num.7.viso instrumento.volu.6. quod intellige verum, quando verba patiuntur, secus si nõ patiantur: quia tunc non fit cõcordia. idem Alexã.cõsi.2.num.10. vol.7.& consi.212.eod.vol.

32 Vlterius dic ꝙ dicta testium debent † cõcludere iuribus notis, ꝙ licet indirectè cõcludat, tamen sufficit (dicit Maria.Soc.cõsil.86.col.4.versic.Præterea in causa communitatis. alleg.l.optimam cum sua materia.C.de contrah. & commit.stipul.& Clem.de testib.hoc titu. pro quo habes, quæ not.Ioan.Mon.in c.1.s̃.de confes.Quod positio debet esse pertinens directò vel indirectò simpliciter vel adminiculatiuè, idem & clarius ibi.in versi.sic dico in facto miraculoso.

33 Item verba † testium debent interpretari potius, vt sonent in factum quàm in ius. Innoc. quem ibi sequuntur Doct.in c.cum causam.s̃.hoc tit.refert & sequitur Maria. Soc.cõsi.146.in prin.viso processu.

Item dicta eorum debent ciuiliter intelligi vt fiat concordia, vtpotè si duo testes dicunt tale quid fuisse factum præsente Titio & Seio.postea in fi.interrogati quibus pręsentibus factum fuit, dixerunt nullis præsentibus, debet intelligi nullis præsentibus, scilicet excepto Titio & Seio: & isto modo saluabitur dictum eorum. firmat post Alber.in l.nõ erit.§.dato.ff.de iureiur.Alex.consi.170.in fi.viso instrumento.vol.6.

Concordia igitur fiat saltem ad hunc effectum, vt euitetur periurium & falsum.notat latè idem Alex.cõs.190. in prin.visis attestationib.volu.7.firmat Petr.de Anchar. cõsi.385.licet pridie.idem Alex.cõsi.180.in fi.vol.5.& cõsi.119.num.12.visis.vol.1.Io.Imo.consil.101. pro quibus. vide eundem Alex cõsi.20. col.1. in causa appellationis. vol.4.in quantum dicit, aut testis sibi ipsi manifestè cõtradicit: ita ꝙ nõ potest cõcordari vnum dictum cum alio: & tunc certum est ꝙ nullo modo fit reductio ad concordiam, aut manifestè sibi nõ cõtradicit: & tunc posito ꝙ quantum ad euitandum periurium & falsum reducatur ad cõcordiam, tamen quantum ad hoc, vt probet nõ fit reductio, prout in simili dicit idem Alex.cõsi.127.nu.14. visa inquisitione.vol.4.ꝙ præsumptio admittitur ad liberationem nõ ad cõdẽnationem: quod dicit esse de mẽte gl.in c.in nostra.s̃.isto titu.quam ad hoc põderat Ant. de Butr.hoc latius cõprobat idem Alex.cõs.43 nu.11.eo. vol.4.pro his videtur facere quod citat idem Alex.in cõs. 34 114 num.4.in causa & lite. vol.4. ꝙ † vni testi deponenti pro parte verũ & pro parte falsum, nõ creditur in aliquo, & est præsumptio cõtra eum in totum, quod cõprobat. idem Alex.in cõsi.27.nu.3.in causa & lite.vol.2.& consi. 45.nu.7. visis attestationib.eo.vol.quẽ vide ꝓ ipsa cõcordia in cõsil.133.num.4.viso processu. vol.1. Et etiam pro ipso intento ꝙ in aliquo non creditur.vol.5.

35 ¶ Et quando † testes singulares admittantur, vide casum citatum per Alexan.in consi.18. num.9. cõsideratis his.volu.3. & Calcan.in consi.19.num.17.vertitur.& hic est in causa hęresis.

Attende (ꝙ huic testi nõ creditur) ad Alex.in cõs.81. col.pen.lecto.eo.vol.quia ibi hæc latè comprobat.

Et quod diximus de cõcordia testium, idem dic de responsionibus ad positiones factis, vt intelligantur & interpretentur, vt nõ cõtineant repugnantiam specificè.not. Cyn.& Bald.in l.cum falsa.ad fi.C.de iur.& facti ignorã. Bald.in l.1.in princ.in lectu.antiqua.vbi Paul.de Cast.ff.ne quis eum qui in ius voca.est, vi eximat. Saly. in l.cũ pręcum.in fi.C.de libera causa.argu.c.cum tu.s̃.isto tit. quod placet Alexan.in cõsil.82.colũ.4.viso processu. volum.3. quem vide pro concordia.cõsi.24. num.26. Animaduersis.volum.2.firmat idem Alex.de respõ.ad positiones. in cõsi.44.num.12.viso.volu.eod. vbi subdit ꝙ prima dicta, seu responsa debent trahi ad vltima, & vltima ad prima, vt euitetur contrarietas.

Et quod dictum est de reductione ad concordiam. Attende ad doctrinam ipsius Alexan.in consil.143. colum. 1.quoniam abunde. volum.2.vbi dicit id procedere quãdo reperiuntur plures contestes, saltem duo.d.c.cum tu. qui licet reperiantur discordes, seu singulares in aliquibus qualitatibus vel circunstantijs, hoc tamen non refragatur si concordent in principali facto.no. Alex.in consi. 53.in causa.vol.1.

Et per hæc & alia quæ possunt ad campum adduci, patet ꝙ si singularitas in testibus reprobata dicitur, habeo equidem, ꝙ non solum singularitas: sed etiam ipsa cõcor- 36 dia in testibus reprobatur: quia † non per eundem & pręmeditatum sermonẽ nõ debent deponere. Bar.per illum tex.in l.3.§.ideoq;.ff.isto tit.pro quo vide Dec.consil.448. nu.24.vis tota Adde præmissis quæ tradit Aret.in cõsi.13. versic.ad tertiam. dico viso diligenter themate, ꝙ etiam testes, qui producuntur ab eadem parte. reducuntur ad

ad concordiam ad hoc, vt probent: quia si vna scriptura producta ab vna parte salua ur sub diuisione, & ad concordiam reducitur: vt in c. inter dilector. §. ceterum. de fide instru. fortius reducuntur testes quia plus potest imputari producenti scripturam contrariam q̃ testes contrarios: quod maximè videtur verum in accessorijs ad dictum principale, quia facilius reducuntur testes ad cõcordiam in dicto accessorio, q̃ in dicto principali. Inno. in c. qualiter de accusatio.

¶Innocentius Quartus in Concilio generali Lugdu. Cap. III.

¶Romana ecclesia, & infra. In appellationis &c.

SVMMARIVM.

1 *Aliud debet esse testis, & aliud pars.*
Aliquis duplici officio fungi non debet.
Appellans, procuratorem, vel aduocatum appellati, in testem producere potest: & econtra.
2 *Edictum de testibus sicut de procuratoribus, est prohibitorium.*
3 *Si appellatus producat procuratorem appellantis pro se, appellans potest recipi facere pro se.*
4 *Procurator & aduocatus videt se vituperatum, si admittat causam; & honoratum si lucretur.*
Procurator ad negocia, an in testem admittatur.
Iudex quando admittatur in testem, vide hic.
5 *Non est omnino eadem causa principalis, & appellationis.*

SVMMARIVM. Philippi Probi.

1 *Varietas qualitatis, facit præsumi diuersitatem actus.*
2 *In maiori summa minor inest.*
3 *Vassallus in testem admittitur pro domino.*
4 *Deponens super eo, ex quo laus vel vituperium potest ascribi, redditur suspectus.*
5 *Solicitator an admittatur in testem, vide hic.*
6 *Executor negociorum, & proxeneta, an admittantur in testes.*
7 *An & quando stetur dicto vnius.*
8 *Iudex causæ principalis potest esse procurator, vel aduocatus in causa appellationis.*
9 *Quando testes possint examinari sine citatione.*
10 *Indicium quando dicitur probatum.*
11 *Vna imperfecta probatio tollit aliam imperfectam.*
12 *Quid dicatur facere semiplenam probationem.*
13 *Fama quando habetur pro plena probatione.*
14 *Vnicus testis facit semiplenam probationem.*
Testis deponens de verbis formalibus.
15 *Confessio facta parte absente facit semiplenam probationem.*
16 *Hæredi non defertur iuramentum in defectum probationis.*
17 *Testis dicens se non recordari, non dicitur probare aliquid contra instrumentum.*
18 *Quando plures testes possunt verisimiliter reperiri, non defertur iuramentum.*

ROMANA. Hęc decretalis habet duo dicta, ecce primum [appellationis] multominus in principali, quia aliud debet † esse testis & aliud pars [a]. j. de verb. signifi. forus. §. in omni. nec aliquis officio duplici tam diuerso & suspecto fungi debet. j. de cler. coniuga. diuersis. ff. ad Trebel. l. ille a quo. §. tempestiuum. C. de assesso. nemo [appellantis] ergo a contrario appellans procuratorem vel aduocatum appellati vel econtra producere potest. Et est ratio quia hoc non prohibetur, & 2 edictum † de testibus [b] sicut de procuratoribus est prohibitorium. [c] ff. de testib. l. 1. ff. de procurato. l. mutus §. 1. s. hoc lib. de procur. c. 1. & quia hoc in fauorem alterius introducitur, cui renunciari potest. ff. de pac. l. si quis in cõscribendo.

3 Sed quid si appellatus † producat procuratorem [d] appellantis pro se, nunquid potest tunc appellans illum facere recipi pro se? dic q sic. s. c. de testibus. 4. q. 3. in criminali. versicu. Item si quis testibus [in testem] & est ratio vterque est obligatus de dolo & de negligentia domino causæ. C. mandati in re mandata. C. de adminis. tutor. nõ est ignotum.

¶Et aduocatus fidem susceptam adhibere debet. ff. de var. & extraor. cogni. l. 1. §. in honorarijs, & vterq; † 4 reputat se vituperatum [e] si amittit: & honoratum si lucretur causam, & sic tamquam suspecti repelluntur [f] vt in simi. supra eo. in literis.

Ratio quia licet præsumatur pro iudicibus publicis nō tamen pro priuatis: alias sequeretur absurdum, quòd quis potest procurare habere tres sententias a tribus priuatis personis nullam iurisdictionem habentibus, & hoc modo reiecta omni exceptione nullitatis iudicantis obtineret excep. sententiæ contra mentem iuris.

Vide

¶ Vide quæ in proposito tradit de arbitris. Dec. consil. 499. num. 13. in causa quæ Papiani. & Rapha. Cuma. in consil. 7.

¶ Innocentius Quartus, in Concilio Lugdu. Cap. I.

¶ Pia consideratione statuit mater Ecclesia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Maior excommunicatio, a communione hominum separat, & minor a sacramentis duntaxat.*
2 *De dilatoria exceptione, & negocio principali, simul & semel cognosci non potest.*
3 *Excommunicatus in causa appellationis, non repellitur ab agendo.*
4 *Appellatio extraiudicialis, dicitur prouocatio ad causam.*
Quæ dicatur appellatio, habere aliquid de iudiciali appellatione vide hic.
5 *Spiritualia excommunicati acquirere non possunt, etiam extra iudicium, quia nec capaces eorum sunt.*
6 *Vexatio dat intellectum.*
7 *Non sufficit in genere proponere, quando species illius generis non habet effectum propositionis, secus si qualibet species sufficeret.*
Auferenda est materia euagandi.
8 *Nomen excommunicatoris est exprimendum, vtrum excommunicator sit canon, vel iudex.*
9 *Quæ habent eundem effectum, non debent diuersis mensuris metiri.*
Terminus in tex. positus, an prorogari possit a iudice.
10 *Quando stat per iudicem vel malitiam aduersarij, quominus fiat probatio, an debeat imputari.*
11 *Decem dies dati ad appellandum computantur ab hora prolationis sententiæ.*
Verbum infra, an intelligatur inclusiuè, vel exclusiuè.
12 *Reus excipiendo actor est.*
13 *Excommunicationis exceptio, quando proponitur contra iudicē quis cognoscit.*
Primò dicto testis magis creditur, quàm secundò.
Attestationibus publicatis, non debent testes super eisdem capitulis produci, propter timorem subornationis.
14 *Executor merus, debet admittere exceptionem excommunicationis, alias appellari potest.*
Multæ exceptiones hic contentæ proponuntur coram mero executore.
15 *Exceptiones rationabiles debent admitti quantuncunque precise scribatur.*
16 *Iudex ex officio publicæ repellit non occulte excommunicatum.*
Iudex potest supplere de iure & de notorio facto, non de occulto.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Aduocatus sit cautus quando proponit excommunicationis exceptionem.*
Absolutio excommunicationis dupliciter petitur.
Absolutio non probat quem excommunicatum.
2 *In materia probationis verba accipiuntur secundùm subiectam materiam.*
Minor ætas duobus modis intelligi potest, vt hic.
3 *Probatio consanguinitatis fiat per gradus.*
4 *Interpretatio fit contra probantem.*
Probatio sit concludens, vt ex ea iudex possit habere veram probationem in nullo ambiguam.
5 *Qui vitio suo incidit in paupertatem, non est testis idoneus.*
6 *Quilibet præsumitur idoneus in moribus non in facultatibus.*
7 *Vsuraria qualitas probetur.*
8 *Qualitas quando est causa alicuius effectus punctualiter debet probari.*
9 *Non sufficit probare contractum, sed oportet probare ita conclusum.*
10 *Probatio quòd fuit contractum matrimonium, non concludit quòd de præsenti.*
11 *Maior in dubio videtur recipi pro maiore natu, seu ætate, si ratio subiectæ materiæ in aliam non suadet interpretationem.*
12 *Excommunicatus minori excommunicatione prohibetur eligi.*
13 *Duntaxat est dictio taxatiua, prout dictio tantum.*
14 *Dilatoria exceptio superueniens reo (etiam lite contestata) eidem prodest.*
15 *Omissio probationis exceptionis dilatoriæ est leuis præiudicij.*
Restitutio non datur pro modico.
Procurator in causis criminalibus non admittitur.
16 *Exceptio, tua non interest, impedit litis ingressum.*
17 *Scriptura ad quem fit relatio, est exhibenda.*
18 *Exceptio tua non interest, opponitur post litem contestatam, nō autem exceptio excussionis.*
19 *Excommunicatus legis remedio non vtitur.*
20 *An in beneficialibus sit licitum redimere vexationem.*
21 *Exceptiones ex equitate canonum descendentes, debet iudex sæcularis admittere.*
22 *Natura exceptionis est perpetua non actionis.*
23 *Mora non purgatur post terminum iuris elapsum.*
24 *Quando alter ex litigantibus per subterfugia causam protelat, non currit instantia alteri, in qao culpa cessat.*
25 *Quando lex, vel canon statuit certum tempus, non potest reddi ratio.*
26 *Exceptio excommunicationis obstat huic, qui opponit exceptionem compensationis.*
27 *Quando stat per iudicem quominus causa terminetur, non currunt tempora.*
28 *Lapsus momenti facit transire sententiam in rem iudicatam.*
29 *Quando lex vel statutum vtitur hoc verbo, ab hinc tempus currit de momento in momentum.*
30 *Tempus appellandi currit de momento in momentum.*
31 *Post decem dies non appellatur etiam consentiente parte.*
32 *Statutio termini simpliciter facta intelligitur currere de momento in momentum temporis.*
33 *Vsq; an stet inclusiue vel exclusiue.*
34 *Actor dicitur qui prius mouit litem.*
35 *Error iuris quandoq; excusat.*
36 *Quando primum iuramentum licitum est contrarium secundò, secundum non ligat.*
37 *Non solemnis publicatio testium non impedit nouam testium productionem.*
38 *Expedit iudici cuncta rimari.*
39 *Repetitio testis quandò fit.*
40 *Quæ pertineat ad iudicis officium, licet non interuenerit causæ cognitio.*
Vltima voluntas est ambulatoria vsq; ad mortem.
Publicatio testium, quomodo debeat fieri.
41 *Publicatio attestationum videtur terminus exclusiuus productionis testium.*
42 *Paria sunt non probare, vel infra terminum non probare.*
43 *Statutum loquens quòd nulla exceptio admittatur, intelligitur si fuerit proposita per partem, secus si per tertium.*
44 *Exceptio solutionis, semper potest opponi.*
45 *Sententia remissionis, dicitur interlocutoria, habens vim diffinitiuæ.*
46 *In curia Romana nunquàm fit remissio.*
Curia Romana est sicut infernus, vel sicut paradisus.
47 *Iudex quando non potest supplere.*
48 *Sententia lata contra notorium facti est nulla.*
49 *In beneficialibus iudex ex officio procedit.*
50 *Iudex supplet ea quæ sunt de consuetudine, & stilo, ac de iure iudex repellit ex officio eum, quem actione carere videt.*
51 *Notorium releuat ab onere probandi, non proponendi.*
52 *In notorio iudex potius dicitur procedere exequendo quàm sententiando.*
In notorio non exigitur causæ cognitio, nec sententiæ solemnitas.
53 *Quando lex vnum præsupponit, & aliud decidit, non habet locum decisio, nisi probetur præsuppositum.*
Paria sunt aliquid non allegare, vel solo verbo allegare, actualiter non probando.
54 *Notorium si negetur debet probari, si non sit notorium facti permanentis.*
45 *Notorium dicitur vt hic.*
56 *Ea quę sunt facti momentanei, possunt transire in notorium.*
67 *Præsumptio non excludit allegationem.*
58 *Ex possessione quis præsumitur dominus.*
59 *In notoria consuetudine, iudex supplere potest.*
60 *Notorium facit cessare discussionem principalis debitoris.*
61 *In notorijs ordo est, ordinem non seruare.*

PIA

PIA. Hæc decretalis loquitur de exceptione excommunicationis proposita in modum dilatoriç. Et primò ponitur ad dicenda proemium. Secundò. § [si quis] statuitur de excōmunicatione differente iudicium, in quo bis potest proponi dicta exceptio, & tertiò ex causa. Tertiò. § sed si post] statuitur de excommunicatione differente iudicatum seu executionem iudicati: & in fine ver. [Eo tamen] respondetur tacitç quæstioni [ecclesia]. s̃. eo. exceptionum [maioris a [quæ † a cōmunione hominum separat, sed minor b a sacramentis duntaxat c. j̃. de cler. excom. mini. si celebrat. s̃. eo. a nobis [opposita] contra agentem.

¶Et excommunicatio ista quandoque opponitur in vim dilatoriæ, vt hic, & quandoq; in vim peremptoriæ. s̃. de ęta. & quali. cum bonæ. s̃. de electio. cum inter. R. §. vlti. [differat] postquàm de ipsa constat, & quàmdiu de ea cognoscitur.

¶Quia de dilatoria d † exceptione, & negocio principali simul & semel cognosci non potest. s̃. de iudic. exhibita [agentes] non dicit defendentes. Nam est licitum ꝙ excōicatus se defendat. s̃. eo. cum inter priorem. & c. dilecte. & c. significauerūt: & dic agentes in cā principali. Nā in causa † appellationis excommunicatus nō repellitur, etiam ab alio iudice. s̃. eo cum venerabilem: quod est verum in appellatione iudiciali.

¶Quid de extraiudiciali. no. Inno. e pro & contra. s̃. eo. cum inter priorem. & s̃. de maio. & obedien. dilecti, quas opiniones sic concordo.

¶Aut appellatio est merè extraiudicialis. vt. de elect. cum nobis olim. & j̃. de appel. bonè, & tunc dico, quòd † hæc appellatio est prouocatio duntaxat ad causam. j̃. de appel. cū sit Romana. §. 1. & sic appellans benè repellitur f ab agendo per exceptionem excommunicationis.

¶Aut appellatio non est merè extraiudicialis, sed habet de iudiciali aliquid, quod impugnat vt de facto nedū partis sed potestatis: vt si tu executor prouidisti de beneficio, quod dico meū, vel mihi debitum, vel tu executor legitimas exceptiones coram te propositas nō admittas, dicendo te non habere necesse partem assumere iudicis. vt. no. Inno. s̃. de præsump. dudum: & appellatur propter hoc talis appellationis prosequutio: non impeditur g per obiectum exceptionis excommunicationis: nec debet hic appellans esse deterioris conditionis, qui quàm cito potuit, & qualiter potuit sibi prouidit ille qui in iudicio fuit, nec temeritas præsidentis debet isti obesse [vt ex hoc] hic assignat plures rationes dicti præcedentis [reprimatur.] Et propter hoc solum hæc sententia est ferenda. 11. q. 3. certum. & c. nemo Episcoporum.

¶Nam quos diuinus timor a malo non reuocat &c. s̃. de elect. cum in cunctis. §. penul. [excluduntur] nedum in iudicijs, sed etiam extra iudicia, quàmtūcunq; agatur de vtilitate eorundem temporali, vt sicut inter homines cōuersentur, hominum cereant suffragijs temporalibus. C. de apost. hi qui sanctam.

¶Et certum est † ꝙ spiritualia excommunicati acquirere nō possunt (etiam extra iudicium) quia nec capaces sunt eorum. s̃. de ętate & qualita. cum bonæ. j̃. de cler. excom. ministr. postulastis. j̃. de excessib. præla. tanta [humilitatis.]

Quia sola vexatio h dabit intellectū [malitia] q̃ supercrescit. 12. q. 1. omnis ętas [noxam]. i. delictum. s̃. de transla. Episc. inter corporalia. §. sed nec [ecclesiasticis] potest etiam pro alijs promulgari. s̃. de iudic. nouit [differri] Contra iura iubentia finem imponi controuersijs. s̃. de dolo & cōtuma. finē. ff. si cert. peta. quidā [laboribus] qui sunt vitandi. j̃. de appella. vt debitus [irrepsit]. i. latenter inualuit. C. de Episco. & cler. repetita. & ff. de constitu. pecu. l. qui autem. §. 1. [medelam] id est constitutionem generalem [si quis] idem si qua. ff. de verb. signifi. l. 1. [opponit] in quacunq; parte iudicij & corā quocunq; iudice ecclesiastico, vel seculari i vt in modum dilatorię [illius] quia vna species repellit ab agēdo, alia non. Vnde nota, non sufficere † in genere proponere quando quælibet species illius generis non habet effectum propositionis: tunc enim non est admittenda proposito, nec valet propositi probatio, vt hic. & s̃. de proba. in præsentia: secus si quælibet species sufficeret. ff. de peti. hæred. l. itē veniunt. §. ille a quo. ff. de admi. tuto. quidam. decedens. §. vlt. [exprimat] vt auferatur vagandi materia. vt. ff. de iniur. prętor. respon. 1. & §. quod autem. & ff. de dolo, si ex dolo. §. vlti. & l. sequen.

¶Et dic exprimendum nomen † excommunicatoris, vtrum excommunicator sit canon, vel iudex ad speciem descendendo, & sententia excōmunicatiōnis quædam est iuris, quędam hominis [eam rem] id est excommunicationem [notionem]. C. de probatio. l. sciant [octo k] simile. j̃. hoc lib. de senten. excom. solet. §. in prima. Et si probationes non habeat paratas, taceat. 11. q. 2. si tantum. & c. placuit.

¶Sed quare non dantur hic. 15. dies? vt. s̃. hoc lib. de restitu. spolia. frequens. Sol. de spoliatione de qua ibi agitur non consueuit fieri instrumentum, sed de excommunicatione saltem hominis, secus. est. j̃. hoc lib. de senten. excommunica. cum medicinalis.

Et sic breuior terminus datur in probatione excōmunicationis l quia de ipsa facilius constare potest. arg. ff. de pignor. contrahitur. in fi.

¶Et excommunicatio probatur per literas. s̃. de proba. post cessionem. Quare igitur non datur prolixius tempus in excommunicatione canonis, cum de ea non fiat scriptura?

¶Sol. ista duo in hoc casu † habent eundem effectum, & ideo diuersis mensuris temporum nō debuerunt metiri: & nullum fit præiudicium actori in principali.

¶Sed quid si excommunicatio proponatur in curia? dic idem arg. j̃. de priuileg. cum olim essemus. §. 1.

¶Sed nunquid † iste terminus poterit prorogari a iudice, & abbreuiari? dic quòd sic m ex causa. ff. de re iudic. l. 2. Et intelligo hunc terminum quando proponitur excommunicatio in modum dilatoriæ: secus si in vim peremptoriæ.

¶Sed quid si stetit per iudicem n †, vel malitiam aduersarij, ꝙ excipiens probare non potuit o exceptionem. j̃. octo dies, nunquid subuenitur excipienti? dic ꝙ sic p. j̃. de re iudi. cum Bertoldus. & j̃. de appellatio. ex ratione [computato] simile. in d. c. frequens. §. sed si in ciuilibus. ff. si quis cautio. l. 1.

Secus in decem diebus † qui dantur ad appellandum in quibus computatur q ab hora r probationis, sententię. j̃. de re iud. quod ad consultationem.

¶Sed nunquid in octauo die poterit exceptio probari? cū hic dicat. j̃. & hoc est quærere vtrū verbū. j̃. teneatur inclusiuè vel exclusiuè, & dic ꝙ inclusiuè: nam maritus accusat. j̃. 60. dies. ff. de adult. l. miles. §. sexaginta. & l. is cuius. §. ex senatus. & tamen sexagesimus dies cōputatur. ff. de adul. pater. §. sexaginta. Simile in bonorū possessione. ff. de successo. ędic. l. 1. quod diximus simile de verb. oblig. qui ante calendas. & similis quæstio est in verbo, vsquè ad quod etiam tenetur inclusiuè. ff. de lega. 3. l. patronus. Sempronio [apertissimis]. i. indubitatis & claris. C. de pba. sciant. 2. q. 8. quisquis [documentis]. i. testibus vel instrumentis. j̃. de testib. cogen. peruenit. ff. de fide instru. l. 1. [Quod] id est quam exceptionem sic propositam non probauerit aliquo modo vel clarè, vt pmisi [nō omittat.]

Sed quid si hæc exceptio nō proponatur contra actorem, sed iudicem ordinarium, quis de hoc cognoscet? dic ꝙ superior istius iudicis. Quia † reus excipiendo, actor t est. de exceptio. l. 1. Et sic sequitur forum rei. s̃. de foro competen. cum sit generale. Inno. videtur notare cōtra. s̃. de offic. deleg. cum super. circa fi. magnæ. gl.

Si vero sit delegatus sedis apostolicæ, tunc dico arbitros eligendos. arg. s̃. hoc lib. de offi. delega. si contra & c. ab arbitris. ne plus debito iurisdictio valeat impediri [reum] excipientem, in probatione deficientem, & de his expen. est notatum. s̃. hoc lib. de rescrip. statutum. §. insuper [actori] originaliter [illis diebus]. i. a tempore quo fuit proposita exceptio, quousquè procedatur in principali. s̃. de procur. auditis. s̃. de dolo & cōtuma. cum dilecti. in fi. [docuerit] proprio iuramēto. s̃. quod met. causa. c. vlti. & not. s̃. de foro. compe. dilecti [prohibita] per iudicem. s̃. hoc lib. de restitu. spol. frequens. §. sed si in ciuilibus [condemnans] nisi errore probabili u excusetur. j̃. de sent. excom. sacro. §. 2. s̃. hoc lib. de electio. statuimus in fi. [iudicij] per sententiam diffinitiuam [non finiti]. vt j̃. sequitur [de eadem] iam proposita.

Sed

¶Sed nunquid testes primò producti potuerunt secūdò produci? videtur ꝙ sic.s̄.de testib.veniens.2.Sed ibi erat diuersa instantia, & diuersus modus agendi, & ad alium finem: sed hic secus: vnde dic contra.

13 ¶Nam † dato ꝙ testis primò productus produceretur x secundò: magis crederetur primo dicto, q̄ secundo,[x] vt. no d.c.veniens.

y ¶Item attestationibus publicatis non debent[y] testes z super eisdē capitulis produci[z]. propter timorem subornationis.s̄.de testib.fraternitatis, & hæc litera admittens secundò exceptionem excommunicationis, dictum ius antiquum non tollit: & potest esse ꝙ per alios testes, vel aliud genus probandi excipiens poterit docere de exceptione proposita, vel alia de nouo excipiēti exorta.s̄.eo. pastoralis [a reo] originaliter, sed actore in excipiendo. ff.de proba.in exceptionibus [probetur] .j̄.8.dies.vt.s̄. [his] factis omnibus, quæ præcesserunt exceptionem ꝓpositam [duraturis] etiam si fuerit actum cum excōicato publicè: secus in iudice.j̄.de re iudic.ad probandum.

¶Et dic de hac materia.vt.no.s̄.hoc lib.de rescrip.c.1. [vices.] Simile in teste.C.de testa.licet.3.Simile in appellationibus & dilationibus.j̄.de appel.sua nobis.ff.de dila. l.vlt [hæc].i.similis excōmunicationis exceptio, vel dic hæc.i.eadē si prompta probatio superuenerit de antiqua vt sequitur.& s̄.eo.pastoralis. Sed si noua emerserit tunc dic vt prius dictum est: vt sit relatio similitudinis vt hic, hæc herba.i.consimilis crescit in orto meo, nō identitatis, [emerserit].s̄.de offi.deleg.insinuante [prompta].i.ꝙ & dicat reus hodie, &, constat hodiè agatur.ff.vt in poss.lega. si is a quo.j Respon.s̄.de testibus.veniens.2.§.1.s̄.de restit. spolia.literas.§.præterea [superuenerit] de hoc fidem faciet.iuramento.s̄.eo.pastoralis.s̄ eo.lib.de elect.vt circa. §.super huius.

Vel dic hoc nō esse necesse, ex quo probationes offert [antiqua] iam bis proposita: vel dic etiam nō proposita [rem iudicatam].i.diffinitiuam sententiam [exceptio] A scilicet excommunicationis [proponatur][a] & admittatur & probetur [impediet] etiam in causa appellationis: in qua cognitio prætextu excommunicationis nō impeditur: licet executio impediatur.no.s̄.eo.significauerunt.

14 Est igitur hoc expressum quod executor † merus debet B admittere exceptionem[b] excommunicationis: alias appellari potest, vt hic, & 1.q.3.Cum excommunicato.

¶Secundò potest proponi, coram eo, coram quo nouatio facta est.ff.de re iudica.l.4.§.si ex conuentione.

¶Tertiò ꝙ facta est transactio post sententiam.ff.de in ius vocan.neque.in fi.

C Quartò[c] ꝙ sententia lata est per testes, vel falsa instrumenta.s̄ de procura licet.j̄.de crimi falsi.super eo.

Quintò, ꝙ malè interpretatur sententiam.ff.de appel. ab executore.1.Respon.

¶Sextò, ꝙ aliquid dolosè facit.ff.de nego.gest.l.3.§.si executor.

D ¶Septimò, ꝙ extendit[d] formam sibi commissam.j̄. de re iudic.quo ad cōsultationem in fi.s̄.de offi.ordina.irrefragabili §.1.

¶Octauò, ꝙ is cōtra quem est lata sententia, iusto impedimento detentus fuit.j̄.de re iudica.cum Bertholdus. §.postmodum.

Nonò, ꝙ per dolosam allegationem obtinuit.ff.de iudic.si prætor.§.Marcellus.

15 ¶Decimò admittatur † exceptio, si occurrat rationa- E bilis, nā huiusmodi exceptiones admitti[e] debent, quàmtuncunque præcisè scribatur.s̄.de offi.delega.ex par.2.& hæc executor summarie examinabit.ff.de re iudic.diuus. ff.de custo.& exhib.reo.diuus.2.§.1.ff.de iudic.si prætor: F nec de hoc pronunciabit, sed remittet[f] partes, ex quo est merus executor: sic intelligi potest.25.q.2.Et si nō cognitio.j̄.de re iudic.de cætero.C.de except rei iudic.si vt proponis [impediat], idest, retardet vel differat [obtinebit] quam obtineret, si tempore sententiæ excommunicatus non esset.

¶Distinguunt tamen quidam, si excommunicatio est occulta vel publica: & distinctio illa videtur fundari per versi.sequentem.Sed dictus versi.loquitur in excommu- 16 nicato † publicè, quem iudex ex officio repellere potest: non sic occultè excommunicatum. Nam iudex potest G supplere[g] de iure[h] & de notorio[i] facto, non de occulto.

H C.qui & aduers.quos in integr.l.1.3.q.1.§.quando autem I [non excipiat] timens fortè condemnationem expensarum [actorem] non reum. Nam ille potest se defendere. s̄.de iudic.intelleximus [ex officio suo] etiam si nil proponatur.vt.s̄.eo.exceptionem [repellere] si adhuc duret iudicium, vel si est finitum, potest abstinere ab executione, cum hoc possint ex propositione rei.vt.s̄.probatur [proponat].s̄.eo.exceptionem.

ADDITIONES PROBI.

1 a MAIORIS. Ideo † cautus sit aduocatus: vt dicat de maiori, quia minor nō repelleret ab agendo vt hic sonat.tex.& si probatio fiat per testes oportet ꝙ cōcludant de maiori, q̄a si simpliciter deponāt d̄ excommunicatione, nihil est, quia potest intelligi de minore excommunicatione: in dubiò tamen intelligitur de maiore.c.pen.de senten.excom.s̄.

¶Idem de absolutione excommunicationis, quæ peti potest dupliciter: primò quando quis verè fit excommunicatus. Secundò quandoque petitur ad cautelam: & ideo nō probatur quem fuisse excommunicatum ex eo quòd absolutus fuerit.Car.in repe.c.perpendmus.colu.fi. s̄.de senten.excom.in simili.not.Bart.in ver.violenter in l.2 § ñ.circa.fi.ff.de duobus resi.

Nec iuuat quòd verbum debet capi in potiori significato.iuribus vulgatis.Quia imo dicit Panor in c.in præ- 2 sentia in penul.not.s̄.de proba.quòd in materia † probationis, verba accipiuntur secundùm subiectam materiam. ista comprobat.Deci.in cōsi.321.colu.4.versi.vlterius etiam considerandum. In causa quæ Alexandriæ. vbi idem dicit de probatione maioris ętatis: quia minor ętas duobus modis intelligi potest: ideo probatio minoris ætatis simpliciter facta, non probat, quia nō concludit: idem de probatione consanguinitatis intra aliquem gradum, vt non sufficiat aliquos fore consangui- 3 neos. Probatio enim † consanguinitatis & proximitatis requirit quod gradus probentur & distinguantur. firmat.Petr.de Ancha consi.52.colu.2.pro clariori, vbi dicit quod consanguinitas non potest probari a testibus: quia non cadit in sensum testium, nisi rationem adducant per gradus.vide quæ latè dicit Alex.consi.153.viso themate volu.7. Sit igitur in omnibus probatio concludens: quia si non reperiatur, etiam in dubio interpreta- 4 tio † fit contra probantem: licet agatur de materia fauorabili: quod latè comprobat Alex.cōsi.152.col.1.viso processu.vol.5.placet Deci.cōsi.463.in prin.in causa. vide quæ in proposito dixi in rub.de testib.s̄. Sit etiam probatio concludens: vt ex ea iudex possit habere veram probationem in nullo ambiguam, & sic nō cadat in diuersos intellectus: per ea etiam quæ tradit Io.Andr.in c. 1.colū.3.in ver.Christianorum hoc lib.de homicidio.in nouel.vbi dicit se semel defendisse quendam prælatum, contra quem fuerat probatum, ꝙ fecerat occidi hominem per assassinos: quia non erat probatum ꝙ ille occisus esset christianus, prout requirit.tex.in d.c.1.cuius dictum sequitur.Bal.in l.si quis non dicam.C.de Episco.& cler.& communiter.Docto.in d.c.1.& Alex.cōsi.166.in fi.vol. 7.& cōsi.172.nu.5.visis.vol.2.facit quod.no.Io.Andr.in c. 2.in princ.de vsur.in nouel.hoc lib.idem Alexan.consi. 41.num.5.visis.volu.4.& consi.1.nu.27.vol.3.& consi. 82.nu.14.viso processu.volu.3.vbi ponit regulam quam vide.Cui iunge ea quæ tradit de occultante, siue celante bannitum, quem ignorabat bannitum. Calca.consi.64. nu.18.præclarè.

¶Pro comprobatione horum possumus adducere quod.not.Bald.in cap.si qui testium.nume.5.s̄.de testi- 5 bus. Quod testis † pauper non est idoneus, si vitio suo incidit in paupertatem: quia non solum rerum suarum, sed famæ prodigus est, & si uitiosus in se præsumitur, multomagis vitiosus in alium.l.fin.C.de senten.pass.Si autem uitio suo non incidit in paupertatem, & tunc si quidem est bonæ famæ, tunc est idoneus: secus si malę famæ, quod placet.Alex.consi.176.nu.4.uisis narratis in themate.uol.7.

Ex quo in proposito habeo ꝙ si nō probetur ꝙ testis pauper in paupertatē uitio suo inciderit, non est probatū

concludenter,

concludenter, vt minus dicatur idoneus: idem dic de fama, cum non sit presumptio cõtra eum pro vitio & mala fama. facit. l. meritò. ff. pro soc. gl. pen. in l. si verò. ff. qui satisd. cog. quæ reputatur not. per Scrib. ad hoc ꝙ † quilibet præsumitur idoneus in moribus, nõ in facultatibus, ideo non obest probatio paupertatis, cum insit præsumptione iuris. Et sic si non probetur mala fama, reperitur idoneus testis: tamen si nõ probetur, nec mala nec bona minus creditur, quàm diuiti, iuxta not. in l. 3. ff. de testib. ꝓ quo vide quæ dixi. s. in c. 1. in verbo cõfessionem. de cõfes. quibus adde quæ tradit Claud. de Seisel. in l. vt vim. col. 14. versi. Quartò declarari possunt. ff. de iusti. & iure, vbi ponit de eo, qui confitetur se cognouisse mulierem violenter, quia per hoc non confitetur ipsum vim commisisse, cum potuerit vis a muliere committi alia proponit quæ videre poteris tamquàm in puncto vrgentia.

7 Item qui proponit aliquem vsurarium † & sic cõtractum cum eo factum nõ valere, ratione huius debet ꝓbare istam qualitatem vsurariæ prauitatis limitatę, & affuisse tempore cõtractus. argum. l. in delictis. § si extraneus. ff. de noxal. & l. non solum. § sed vt reprobari. ff. de no. oper. nuncia. per Barto. tradit Petr. de Anchar. consil. 179. col. 2. j. facie. Dec. cõsi. 466. num. 7. stante statuto.

In simili dicimus ꝙ si proponatur quòd si quis percussit Titium cum magna sanguinis effusione, si probatur percussio & non sanguinis effusio, non condemnabitur ratione effusionis, vt latè comprobat Calcan. cõsi. 15. nume. 40. viso instrumento.

Ratio præmissorum videtur quia qualitas est causa efficiens. Sed in iure habemus pro maxima, ꝙ quando

8 † qualitas est causa alicuius effectus, putà pœnæ inferendæ, nõ sufficit probare factum, nisi punctualiter deducatur & probetur qualitas. l. nõ solum. § vt probari. vbi pulchrè Bar. ff. de no. oper. nunc. gl. & Ange. in l. cum actum. ff. de neg. gest. Bald. in l. matrem. C. de probat. Alberi. in l. spadonem. § qui absolutus. vbi est bonus text. ff. de excus. tuto. facit in simili quod. not. Ioan. And in nouel. in d. c. j. de homicidio. hoc lib. vbi dicit, ꝙ vbi agitur de pœna imponenda alicuius spcialis constitutionis, oportet ꝙ omnes qualitates uerificentur in casu, de quo agitur, alias pęna nõ committitur: ad idem, quia † si testis dicat ꝙ ita fuit inter partes tractatum & habitum colloquium: tamen nõ sufficit, quia oportuit eum dicere, ꝙ ita fuerit firmatum & cõclusum, vt dicatur testimonium cõcludere: cũ multa tractentur inter partes, quæ effectum & cõclusionem nõ sortiuntur. probat & latè Dec. d. cõs. 463. in prin. in causa quæ nomine. & cõsi. 488. nu. 8. in causa & lite. dico. in c. si enim. in 3. apostil. de præben. no. Alex. cõsi. 148. col. 2. in causa appella. uol. 5. & cõs. 19. num. 19. in his, quæ inthemate. uol. 4. vbi allegatur. l. si ex causa. § nunc uidẽdum. ff. de minor. l. si uoluntatis. C. de rescin. uenditio. quę vide pro intento. in cõsi. 122. col. 2. uiso processu. uol. 2. Et pro tractatu cõsi. 13. nu. 22. uol. 1. & cõsi. 18. num. 3. viso

9

10 processu. eod. uolu. Idem si † dicat testis ꝙ Sempronius & Berta, contraxerunt matrimonium, quia illud potest intelligi dupliciter, videlicet per uerba de præsenti, & per uerba de futuro, & nõ interpretabitur ꝙ per uerba de pręsenti cõtraxerunt, quia per id nõ reperitur iure cautum, secundùm Alex. cõsi. 152. num. 3. viso processu. eo. uol. 5. Idem habes de familiaritate ad repellẽdum iudicem, per ea quæ no. idem Alex. cõsi. 154. num. 3. viso themate. eod. volum.

Vide quæ aliqualiter dixi pro præmissis in c. 1. s. de his quæ ui metu. & quæ dico in cap. quàmquàm. de vsur. in princip.

¶Quod. s. diximus de minori, nõ uidetur extendendum ad maiorem, per ea quæ not. Alex. cons. 4. colum. 1.

11 ponderatis. uol. 4. ubi dicit. Quod † maior in dubio videtur recipi pro maiore natu, seu ętate, si ratio subiectę materiæ in aliam non suadet interpretationem, vt benè probatur in l. si pater. § fi. cum. l. sequen. ff. de adoptio. cũ alijs ibi per eum adductis.

Si cupis uidere quid de depositione mutui simpliciter, nõ dicendo naturali, vel ciuili, vide Alexã. cõsil. 179. visa scriptura. uol. 2.

b ¶Sed minore. Dic ꝙ electio facta de excommunicato minori excommunicatione est nulla, quod communiter approbatur secundùm Cardi. in c. fi. uersic. oppono quarto. s. de cler. excommu. ministran. ubi in fine subdit, ꝙ ex-

12 communicatus † minori excommunicatione, eligi ad quodcunq; beneficium etiam ad simplicem clericatum prohibetur: sit ergo cautus eligẽdus, ut confiteatur prius, & faciat se absolui.

c Duntaxat. Dictio est taxatiua † prout dictio, tantum,

13 de qua per Domi. in cõsi. 76. col. 3. super dubio. & Alexã in cõsi. 94. nu. 10. alias cõsultus. volu. 3. vbi dicit ꝙ hæc dictio, tãtum, bis repetita ministerium importat. l. seruus. ff. de uerb. signifi. glo. in Cle. 1. de iure patrona.

d Dilatoria. Quæ † exceptio superueniens reo, etiam li-

14 te iam cõtestata, prodest ipsi. l. si mulier diuerterit. & l. rei iudicatæ. in prin. ff. sol. matr. l. si nautem. § 1. ff. de rei vendic. quod latius comprobat. Alex. de Imo. in cõsi. 100. nu. 6. discussis his. uol. 5. Et termino elapso ad probandum dilatoriam an debeat iterum admitti etiam minor, istam q. examinat Domi. cõsi. 58. quidam usurarius. ubi cõclu-

15 dit ꝙ non, quia † omissio probationis exceptionis dilatoriæ est leuis præiudicij, quia etiam ea probata obligatio naturalis & ciuilis nõ tollitur. no. Inno. Hostien. & Ioan. And. in c. coram. s. de resti. in integ etiam per modum restitutionis in integrum, quia ipsa restitutio nõ datur pro medico. c. 1. & c. auditis. s. de resti. in integ. ergo secus si sit graue præiudicium, vt per d. Doct.

Vlterius adde ꝙ licet alias in causis criminalibus non possit admitti procurator secundùm distinct. traditam. in l. penul. § ad crimen. ff. de public. iudic. & in l. reos. C. de accusa. & in c. ueniens. s. de accusa. tamen bene potest ꝓcurator rei opponere exceptiones impedientes processum, putà ꝙ libellus inquisitionis nõ procedit, vel quòd iudex nõ potest inquirere, seu ꝙ accusator non potest accusare, & sic de similibus exceptionibus dilatorijs. Bart. in d. § ad crimen. quem sequitur. Alex. cõsi. 138. circa fi. visa copia. vol. 6.

e Inno. Quem hic Archid. col. 2. appellat patrem & organum ueritatis.

f Repellitur. Id uerum dic quando suo nomine & ꝓ suo interesse uellet quis se opponere electo etiam per modũ appellationis, & in curia cõtra eum prosequi, nõ erit admittendus: & ita obseruat Roma. curia. dicit Specu. in tit. de actore. col. 5. uersic. Item ꝙ est excommunicatus, quod sequitur. Io. And. Panor. & communiter Docto. in c. dilecti. s. de exceprio. Ratio quia hoc casu dicitur agere, non defendere, & hoc uoluntariè: quia pro suo interesse, secus si pro interesse ecclesiæ, ut sentit ibi Specul. in qua excep-

16 tione tua nõ interest † habemus attendere ꝙ ea litis ingressum impedit. Bar. in l. Si pupilli. § uideamus. ff. de nego. gest. in l. si vnus. § ante omnia. ff. de pac. & in l. Papinianus. § si quis impubes. ff. de inoffic. testa. Ratio quia apparet actionem non competere, seu exceptionem, & per consequens talis repellitur. d. § videamus.

¶Hinc sumpta occasione Deci. cõsi. 302. Et pro tenui concludit ꝙ quando agens dicit reum sibi obligatum ex tali instrumento, reus ante omnia petere potest, vt tale instrumentum allegatum sibi ędatur, vt deliberare possit

17 an cedere uelit, uel contendere, ut si instrumentum, † de quo facta sit mentio in libello, referat se ad aliud instrumentum, illud (etiam a quo relatio habetur) debet produci Bal. in l. ciuile. ad finem. ff. de legib. tangit Alex. cõsil. 3. in prin. in causa & lite uertente. lib. 2. ubi dicit ꝙ si non apparet ea scriptura ad quam relatio facta est, dicitur scriptura referens, virtute carere. l. in testamento quidam. ff. de condi. & demonst. hinc dicit Bald. in l. 1. ad fi. C. de epi. & cler. & in l. 2. C. de erro. aduoca. ꝙ si quis (respondendo positionibus) dicat cõfiteor prout in tali instrumento cõtinetur, quod nisi appareat tale instrumẽtum ad quod facta est relatio, habetur pro nõ facta per tex. in d. l. 2. quod prosequere latius, vt per eundem Alex. ibi. s. cui adde quę notat Calca. in consi. 15. num. 34. uiso instrumento.

¶Vnum tamen in proposito exceptionis (tua non in-

18 terest) non omitto uidelicet ꝙ hæc post † litem contesta tam opponi potest. notant Bal. & Angel. in l. posthumus. § si quis ex his. ff. de inofficio. testa. ita cõcludit Card. Anto. Imo. Fely. & alij in c. super his. s. de accus. Idem Fely. in c. ex parte Adæ. colũ. 2. s. de testib. quod non procedit in exceptione excussionis: quia talis tamquàm dilatoria debet opponi ante litem contesta. non post: & ista est communis Doct. sententia secundùm. Alexand. consi. 29. in 3. dubio.

dubio clarissime.vol.7.vbi hoc latè cōprobat,vt videre licet,& latius per eundem in cōsil.32.num.4. in causa executionis.vol.4.vbi in puncto citat Bald.in l.1.de couenie. fisci debito.lib.10.C.ponere duas opiniones. Prima est ꝙ possit opponi huiusmodi exceptio excussionis post litis cōtesta.quia ipsa prouenit a cōuentione tacita, quasi tacitè fideiussor indēnitatis videatur promittere illud quod creditor nō poterat exigere a principali, & sic actor videtur obligatus ante exigere,seu excutere principalem,quę obligatio actoris circa hoc nō videtur quod pereat per litis cōtestationem:nihil tamen allegat.& subiungit secundam & vltimam opinionem, ꝙ nō possit opponi post litis cōtestationem:quia talis tacita conuentio valet ꝙ debeat fieri executio,& ordinatur nō ad impediendam natiuitatem actionis:sed exercitium.Et ideo cum cepit exerceri,si nō opponatur, videtur renunciatum illi tacitè cōuentioni, sicut diximus in qualibet alia exceptione dilatoria iudicij.l.exceptionem.cum ibi nota.C.de probat. & in qualibet alia exceptione ordinis.l.si maritus.§.penulti. ff de adult.vide eundem Alexan.cons.34. cōsultus alias. co.vol.4.

g ¶Nō impeditur. Dic id nō habere locum in materia.l.
19 diffamari.quia † excōmunicatus legis remedio non vtit. no.Neapoli.decis.268.in alia causa. quos vide decis.264. quidam Baro.

20 Vexatio.Vide an ipsam † in beneficialib.redimere lici
h tum sit per Domi.cōs.67.colv.pen.presbyter Franciscus. gl.prag.in tit.de elect.in §.ego enim.in vers.datione.Ioā. Mo.in c.1.& ibi dico in ver.nō est de accusa.

i Vel sæculari.Quia secundùm Petr.de Anch.cōsi.5.in fi.
21 pro parte nobilis, est regula ꝙ † exceptiones ex æquitate canonum descēdentes,debet iudex sæcularis admittere. c.licet.de iureiur.hoc lib.& c.seq. isto tit. hoc tamen non admittunt iudices sæculares in Gallia, dico in c.decernimus.§.de sent.excom.& hoc ne videantur recognoscere iudices ecclesiæ, & quodammodo impedire exercitium iurisdictionum suarum.

k Octo.Dic id fore contra regulam.l.purè.in fi.ff.de doli
22 exceptio.vbi dicitur ꝙ † natura exceptionis est perpetua, secus dicitur de natura actionis: hinc dicimus ꝙ præscriptiones introductæ sunt,vt per eas obuietur iuri agendi, & non iuri excipiendi & retinendi, cum illud caueatur.l. sicut.C.de præscript.xxx.anno.l.1.C.si aduer.credito.Dec. cōsi.164.in fi.non fuisset propositi.

23 Vlterius dic ꝙ si hunc † terminum dicamus terminū iuris,siue a lege, non poterit eo elapso mora purgari, per no.Inn.in c.cum tua.§.de his qui ma.accu.poss.not.Alex. cōsi.24.num.7.inspecto processu.vol.4.quod intellige verum,nisi id processerit culpa aduersarij,per regulam,quā citat ipse Alex.in cōs.72.col.1.videtur prima.vol.3.Quod
24 vbicunq; † alter ex litigantibus per subterfugia causam protelat,nō currit instantiam alteri, in quo culpa cessat, vt apertè sentit gl.in c.venerabilis.ibi,sed per subterfugia. §.de iudic.pro hoc tex.in l.si cum ipse, iuncta. l.præcedē. ff.de excusat tuto. per quam.l.dicunt Dyn. Cyn. & Bald. Quod si ex forma statuti omnis causa decidi debet §. tres menses, & aduersarius (causa testium producendorum quos dicit habere in longinguis partibus petit dilationē, quæ vltra tres menses extenditur,ꝙ nō obstante statuto, causa post tres menses erit decidenda.

Vnde dicimus ꝙ si statutus est actori terminus ad probandum,& in termino actor positiones producat,& stet per reum quominus positionibus respondeatur, nō currit terminus actori statutus,vt not. gl.in Clemen.sæpè.in ver.post dationem.de verb.significa. pro quo Bald.in l.1. C.de iuramen.calum. dico latius in sequen. apostilla sub litera P.

Alia dico in proposito in sequentib.in ver.dic ꝙ sic.

25 ¶Præterea adde quòd vbicunquè lex † vel canon statuit certum tempus, non potest reddi ratio, quia ita de citeriori vel vlteriori dicere potuisset.gl.est not.in c.vnico.in verbo, compleuerint.§.de ætate & qualitate, hoc libro.

l ¶Excommunicationis. Quæ etiam † obstat huic, qui exceptionem compensationis opponit, qnia non tam excipere videtur, quàm petere.l.amplius.ff.rem rat.hab. & ibi Bar in fi.quod placet Alexan.cōsi.12.col.fi. viso thematе. vol.2.

m Dic ꝙ sic.Idem tenet in simili Io.Mon. in c.1.§.de resti tu.spolia.

n Per iudicem. Quod licet † dicamus, ꝙ si per iudicem stetit,quominus causa fuerit terminata,nō currunt tempora ipso iure,vt in Auth.vt sponsa.largi.§.hoc quoq;.& de appel.& intra quæ tempora.§.ad hæc sancimus, cum similibus:tamen hoc sanè est intelligendum,videlicet qñ sibi appellanti per recursum ad superiorem,vel alias prouideri non potest: alias secus.text.in l.fi.§.illud.C.de tēpo.appel.in ver.summopere,iunctis verbis sequē.ibidem, quia summopere nititur, quia nihil admittit, quia idem est summa,ꝙ suprema,quo nihil amplius excusatur, ergo appellans propter factum iudicis, quando non habet remedium, qūo sibi cōsulere potest? & per hoc dicit Ludo.Roma.in l.2.ff.de iudic.ꝙ si facto appellati impeditus est appellans causam appellationis prosequi, si aduersus tale impedimentum appellans potuisset de facili prouidere sibi implorato prætoris auxilio, tunc non obstante tali impedimento currit appellanti tempus appellationis prosequendæ sine spe restitutionis in integrum. Et sibi imputet qui ad allegationem impedimenti prætorem nō adiuit,& sibi consuluit alleg.l.quibus diebus.in prin.ff.de condi.& demonstra.tradit Alex.in consi.72.col.penul.videtur volu.3.& ita intellige, quæ dicemus in fi. sequen. apostillæ.

o ¶Non potuit. Aliquo modo, nec pro parte, nec pro toto: quia si potuit saltem in aliquo, non subuenitur ei, quia debuit facere quod potuit. per ea quæ no.Alex.consi.71.col.fi.videretur.volu.5.vide Domi.in consil.55.quidam vsurarius.

p Dic ꝙ sic. Dic in simili.ꝙ vbicunque alter ex litigantibus per subterfugia causam protelat, non currit instantia alteri,in quo culpa cessat, vt apertè sentit gl.magna.in c. venerabilis.§.de iudic.ibi,per subterfugia.pro hoc est tex. in l.si cum ipse, iuncta.l.præcedēti.ff.de excusat.tuto.per quam.l.dicunt ibi Dyn. & Cyn. & Bald. quòd si ex forma statuti omnis causa terminari debet §.tres menses, & aduersarius (causa testium producendorum, quos dicit habere in longinquis partibus) petat dilationem, quæ vltra tres menses extendatur, quòd non obstante statuto, causa post tres menses erit decidenda. quod Bald. reputat ibi no.dignum. ad idem text.in l.petende.C.de tempo.in integ.restit.pet & quod ibi not. Doct.text.in l.vltra vtile.in prin.ff.de minor.& l.cōtra maiores.C.de inoff. testam. & l.fina.in fi.C.de adulter.vbi Cyn.dicit, nota quòd si causa debet expediri. §.certum tempus non currit impedito propter dilationem aduersarij: idem tenent ibi Bald.& Saly.& Iac.Butr & Bald.in auth.clericus.C.de episco & cler.hinc dicimus,quòd si statutus est terminus actori ad probandum, & in termino actor positiones producat,& stet per reum quominus positionibus respondeatur, non currit terminus actori.pro hoc gl.in Clem. sæpè. in ver. dationem.de verb.signific.per quam not.quòd vbi alicui datur certa dilatio,qua pendente producitur vel admittitur aliquid, vel adducitur, super quo disputatur an sit admittendum, tali disputatione pendente non currit dilatio secundùm Imo.ibi glo.est in c.cupientes. in § quod si per xx.in ver.videbitur. quam ibi sequitur Domi.§.de elect.hoc lib.

Pro his vide Bald.in l.1.C.de iuram.calum.& in l.fina. ff.de fer.& in d.l.si cum ipse. placet Alexau.consi.81.videretur in consultatione.vol.5.vbi subdit quando stat per iudicem quominus in causa appellationis procedatur, quod tempora ipso iure non currunt.quod not.pro causis pendentibus in parlamentis Galliæ.

q Computatur. Facit pro hoc glo.regul. cancel.118.in fi.& vltra quæ in sequ.apostil.dicentur. vide gl.in Clem. sicut in ver.a die.de appel. per quam Felyn. in c. consu-
28 luit.in 2.col.§.de off.deleg. dicit quòd lapsus † momenti facit transire sententiam in rem iudicatam. istud non procedit in prosecutione appellationis, quia licet debeat prosequi & finiri.§.annum.d.Clemē.sicut. tamen dies in qua appellatur,non computatur, quia dicitur a die interpositionis,& stat exclusiuè Franc. post gl.in c.statutum. de præben.hoc lib.alias gl.adducit in proposito.Alex.cōs. 114.visa scripturarum.vol.5.

r Ab hora. Et sic currit de momento in momentum hu-
29 iusmodi tempus: prout dicitur quando lex † vel statutū vtitur

vtitur hoc ver.adhinc.no.Alex.consi.56.ponderatis.vol. 6.vide.Io.And.in c.vnico de iniur.hoc lib.

¶Pro intento Io.Mo.habes.gl.in ver.sciuerit in c.concertationi & in c.non solum in ver.decendium de appel. ꝑ.glo.in ver.substraxisse.in l.1.§.dies.ff.quando appellan. sit,& ita communiter tenetur.dicit Alex.cōsi.87.in prin. volu.7.nos doctores. vbi refert Doct.modernos.in d.§.

30 dies,citare cautelam † vt appellans tam in sententia q̃ appellatione faciat ponere nedum diem sed horam: quia alias vbi posset esse dubium an appellatio fuerit interposita decima die,vel elapsa decima die,computato tempore de momento ad momentium, non admittitur appellatio,per id quod habetur in l.marrem.C.de proba.& per no.per Bar.in l.non solum.§.sed vt probari ff.de oper.no. nuncia.& per eundem in l.hi qui.C.de appella.& dato

31 † ꝙ appelletur post decem dies (etiam appellato consentiente seu non opponente) non procederet appellatio per not. per Docto. in c.ex ratione.s̄.de appel.firmat clarè Bald.post Cy.in auth ei qui.C.de tempo.appella.& in auth.hodie.C.de appella.& in l.Centurio in fi.ff.de vulg. vbi dicit ꝙ si per constitutionem ecclesiæ sunt limitata tempora ad appellationem, ꝙ ista tempora non possunt prorogari per cōsensum partium,ratio, quia ibi versatur publica vtilitas:ita dicit in proposito nostro.gl.in versic. triennij.in l.properandum.C.de iudic.

Et pro themate vide quæ.no.Io.de Ana.consi.93.in fi. viso processu.vbi videtur innuere contrarium.

Adde etiam.Domi.in consi.91.col.2.præmitto ꝙ pos-

32 sessor. vbi citat regulam † ꝙ statuitio termini simpliciter facta, intelligitur assignata & currere de momento ad momentum temporis, nisi aliud exprimatur: quam regulam citat.Io.Andr.in c.super eo.el 2.in fi.s̄.de appel.& Alex.in consi.75.nu.5.ponderatis. volu.2.firmetur per. Neapol.decisio.73.emptor.per.l.3.§.minorem vbi.glo.ff. de minor.& subdunt ꝙ si feratur laudum per horam post diem compromissi, non valet laudum.

¶Attende ꝙ momentum habet duas extremitates vnam priorem, aliam posteriorem, vt videre latè licet per Signo.de Homed.consi.96.col.4.versi.præterea quæstio disputanda.

ſ Tenetur inclusiuè.Pro hoc intento Alex.de Imo.cōsi. 114.col.pen.visa scripturarum.volu.5.alleg.l ad diem & l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de verb.oblig.Bar.in l.patronus. §.2.de leg.3.& in l.meminisse.ff.de offi.proconsul.Bald. post Cy.in l.a caligato.C.de nup.Bal.in auth.hoc ampli⁹ ad fi. per illum.text. C.de fideicom. Ioan.And.& alij in c.1.s̄.de ordina.ab Episcopo, qui epi.renuncia.

De hac dictione vsq;, ipse. Alex.cōsi.125.attentis verbis.eo.vol.5.latè discutit proponendo factum in conces-

33 sione facta alicui † vsquè ad tertiam generationem: & subdit ibi.num.11.quòd hæc dictio vsquè, stat inclusiuè, quando refertur ad determinationem graduum, qui diuersificantur per quantitates,vt primus,secundus,tertius &c.vel qui diuersificantur per dignitates vel nomina successiua, & tunc in dubio stat inclusiuè secundùm.Bar.in d.l.patronus.§.1.per id quod habetur.in c.2.& c.statutum felicis cum.glo.de hæreti.hoc lib.not.Alex.in consi.90. nu.16.circa primum.vol.3.

t ¶Actor est.Istud comprobat.glo.pragma.in tit.de electio.in §.facta autem electione.in ver.examinentur, & adducit.l.in exceptionibus.ff.de proba.& c.in præsentia.

34 eo.tit.s̄.tamen propriè † actor dicitur qui prius mouit litem.l.in tribus.ff.de iudic.& hoc etiam procedit si quis petat ꝙ aduersario silentium imponatur.not.cōprobando.Deci.consi.487.nu.10.in quæstione.

35 u Errore probabili. † Etiam iuris,quia error iuris probabilis excusat: cum talis error errori facti æquiparatur, iuxta.no.per.Io.And.& Petr.de Anch.in c.1.de postulatio. præla.tradit.Io.de Imo.in consi.98.nu.15.in qōne. quæ vertitur.

x Quam secundò.Ratio quia secundùm videtur illicitū, ex quo primum est licitum: & ideo habet locum regula:

36 ꝙ vbi secundùm † iuramentum est contrarium primò licito, secundùm iuramentum nō ligat.c.tua.c.querelā. & c.intellecto.s̄.de iureiur.quod cōprobat.Domi.in cōs. 60.circa dubiū.& Alex.in cōsi.16.col.1.ponderatis narratis.vol.3.quē vide qui latè tradit de teste, qui vnū dicit in iudicio:& aliud extra iudiciū,in cōsi.63.breuiter.vol.1

y ¶Non debent. Id verū † quando testes fuerunt solen-

37 niter recepti,secus si minus solenniter:quia tunc publicatio attestationum non impedit nouam testiū productionem.gl.in Cle.testibus de testi.facit gl.si.cum ibi nota.per Doct.in c. cum causam. eo. tit. Ludo. Bolog.in addit. ad cōsilia Io.de Ana.cōs.83. in fi. visis his quæ in facto.Neapol.decis.33.postquam.Latius firmat Alex.cōs.46.nu. 17. viso & opportune.vol.6.

Moderare & secundo,per id quod not.Bal.in l.amplio rem.col.2.C.de appell.vbi dat cautelam, ꝙ iudici dentur per partem nomina testium,& poterit iudex parte absente recipere testes ex officio, licet non compellatur: quia non timetur in eo subornatio. Arg.l.j.C.de accusa.& in l. 2.C.qui accus. non pos.& bene facit iudex si hoc facit cū

38 ad ipsum † pertineat cuncta rimari.c.iudicantem. 30. q. 5.& l.2.C.de eden.auth.qui semel.C.quomo.& qñ iudex. etiam post conclusum in causa.c.cum Ioānes,de fide instru s̄.l.vbicunque.ff.de interro.& act.& nō debet ista larga potestas data iudici impediri,ex eo ꝙ quis petierit.arg. l.ne in potestate.ff.de arbi.& l.si idem cum eodem:ibi,ne in potestate.ff.de iurisd.om.iudi.hinc dicit Alex.cōs. 238.

39 num. 8. ponderatis his. vol. 6. ꝙ testis † semel examinatus propter obscuritatē dicti sui potest iudicis officio repeti etiam postquam pars petijt repeti testes, quamuis iudex nō teneatur ad partis petitionem hoc petere. ex quo infert,ꝙ si iudex non vult parte petente repetere, non tenetur parti in syndicatu ad interesse: cum sit in suo arbitrio facere vel non: & sic non grauat partem si non vult facere:idcirco non erit locus appellationi legitimę, etiā

40 si id fiat sine causę cognitione;quia † quæ pertinent ad iudicis officium (etiam si fiant sine causæ cognitione) valēt. firmat idem Alexan. consil. 240. nume. 6. perspectis & ponderatis:eod.vol.6.no.Innocen.in c.2.colum.pen.s̄. de resti.in integ.

Pro themate habeo in arg. ꝙ vltima voluntas est ambulatoria vsque ad mortem, & sic ad libitum per aliam videtur mutata:verum est si mutatio fit solenniter, alias secus.no. Alexan.consi.159.num.7.Viso testamento condito,volu.7.ad idem facit quod not. idem Alex. in consi sequen.quòd statutum permittens bannitum posse impune occidi,intelligitur de eo, qui rite bannitus est.l. nō putauit.§.non quæuis & tibi, hoc no.Bar.ff.de bon.posse.contra tabul.& ibi alia subdit,& apostilla.ad eum.quę sufficiant in proposito.

¶Vt adhuc ad comprobationem præmissorum alio medio veniamus:pro quo capio doctrinam Bar.in auth. at qui semel.col.u.C.de proba. vbi dicit, quòd ad hoc vt impediatur noua productio,siue noua receptio testium propter publicationem, requiritur quòd iudex pronunciauerit dicta testium esse publicata, & pro publicatis & apertis haberi.Et plus dicit,ꝙ si solum iudex pronunciaret dicta testium esse publicata, & non subiungeret illud verbū,& aperta, non sufficeret ad impediēdum nouam examinationem testiū,quia illa verba,scilicet publicata, intelligitur illa publicatio quæ requiritur, vt scriptura facta de dictis testium sit publica, & fidem faciat.l.gesta.C. de re iudic.cum ibi nota.& in l.solam.C.de testib.Sed illa verba scilicet & aperta,&c. intelliguntur de apertura & publicatione, quæ fit partibus de dictis testium: & huiusmodi publicatio & apertura q̃ fit de dictis testiū.si fiat parte volente & petente,est impedimento, si vellet postea testes producere & examinari facere.Sed si parte absente uel nolente fieret huiusmodi publicatio & apertura per iudicem, non impediret tūc nouā productionem testium.vt in §.quia verò multi cum ibi no.in Authē de testib.secundùm Bar.vbi.s̄. vbi subdit ꝙ si publicatio nō præstat impedimentum.l.non putauit.§.nō quęuis.ff.de cōtra tabul.nisi vigore talis nullę publicationis, appareret ꝙ pars producere uolens didicisset testificata.

¶Vide quæ latius tradit Alex.consi.181. viso processu.vol.6.hunc punctum tangit Petr. de Ancha.consi.223. ad euidentiam, ubi dicit ꝙ istud dubiū est subtile:an sola publicatio & apertio testium,attestationū, & totius processus viā præcludat nouę productioni testiū super eisdē capitulis, an etiā requiratur ꝙ sint testificata didicita. gl.in c.constitutis,el 2.s̄.de testi.quā ibi sing. dicūt Imola & Fely.tenet quòd sola publicatio non sufficiat,quod placere videtur. Specul. in titu. de testib.§.satis vtiliter.

versi.quod autem dixi. & versic.sequen. Et hoc nisi didicerit producere volens dicta suorum vel aduersarij:refert tamen Inn.in c.vltra.s.de testib.tenere cōtrarium, quod est verum in eo q᷑ parificat ibi testium aperturam,& sciētiam attestationum,& ibi Host.& in summa in titu.de testib.§.& vtrum. quem idem Specu. tamquàm domi.suū citat. pro hoc allegat.c.causam.el 2.& c.cum venissent. s.eod.tit.de testib.text. videtur in Clem.testibus.de testib. ibi,eorum attestationibus publicatis: & hæc vltima videtur verior & magis consona æquitati, secundùm Petr. vbi s.ratio quia vbi parte sciente & acceptante fit publicatio,statim videtur acceptare & cōfiteri se testificata didicisse.Bar.in auth.at qui semel.C.de proba. istud videtur placere Io.And.in d.c.constitutis.dum dicit q᷑ si publicatio est facta parte inscia vel inuita,non officit,quin super eisdem capitulis possint de nouo produci testes, alias secus: & ita procedit opinio glo.& sequacium secundùm Anto.de Butr.in d.c.cōstitutis.vbi Bald.sequitur prædictā distinctionem Ioan.And.

¶Nunc quæritur an pendente huiusmodi cognitione, Titius possit renunciare illis simpliciter vel causa permutationis: quo ad primum videlicet membrum an possit renunciare simpliciter in præiudicium impetrantis: ita ꝙ illa nõ sint affecta conferri eidem. Et pro decisione videtur primò ꝙ possit renunciare, etiam si iudiciũ esset cõtra eum inchoatum, & probationes periurij essent receptę etiam vsq; ad conclusionem causæ. patet. s. de elect. dudum. el 2. & de symo. per tuas in fi. & de excessi. prelato. ex literis. non tamen in præiudicium impetrantis, cũ isti videatur ius quęsitum ad rem: quod suadet euidens ratio: quia quando rescriptũ refertur ad beneficia demonstrata respectu certæ personæ loci vel ecclesiæ, per tale rescriptum quæritur ius ad rem quo ad illa beneficia, de quorum vacatione speratur. casus est. in c. si postquàm & in c. quoddam de præben. hoc lib. & c. fi. de concessio. præb. eo. lib. & sic alteri conferri nõ possunt, si Titium appareat fuisse periurum: quod dependet a futuro litis euentu, q qñ expectatur, nõ debent beneficia interim alteri cõferri vel cõfirmari, quousq; aliter per sententiam dicernatur, iuxta. no. in c. 2. s. de restitu. in integr. & c. ex literis. s. de iu. patro. & c. 1. s. vt lit. penden. & Cle. 1. eo. tit. faciunt quæ diximus in c. commissa in ver. euentus. s. de elec. iuuat manus appositio Papæ quæ inducit affectum. c. vt nostrum cum ibi not. s. de appella. quod vrget in ordinarijs: secus in ipso Papa, qui eo affecto nõ obstãte, poterit ꝑꝑ suprẽmam potestatem, in eius tñ prouisione erat necessaria mentio præmissorum: alias diceretur subreptititia. quia si hoc sciuisset, sic ius quęsitũ ad rem, impetranti nõ cõcessisset: saltẽ nõ sic de facili, & sic talis prouisio nulla reperietur per regulã vulgatam. c. super literis. s. de rescript. & c. postulasti. eo. tit. Domi. cõsi. 107. col. 2. super primo dubio. Et hæc expressio in literis gratiosis, nõ rigorosis siue executorialibus solum fiat, per ea q̃ tradit Do. in cõsi. 92. in causa canonicatus. Quod ꝓuisio sit nulla, illud exten-11 de ẽt si tenor rescripti ignoraretur, qa taciturnitas † qualitatis ignorantiæ imprimit subreptionem, quoniam impetratione gratia præiudicatur iuri alterius. c. cõstitutus. s. de rescrip. secus si nõ pręiudicaretur. c. gratia. eo. tit. hoc lib. idem Do. consi. 105. col. fi.

Quo ad secũdùm membrũ, an possit renunciare causa permutationis: breuiter vr̃ ꝙ nõ: tũ primò quia permutationes principaliter fieri debent ꝑꝑ necessitatem & vtilitatem vtriusq; ecclesiæ. c quæsitum. j. de rerum permutat. Sed hic non potest esse vtilitas, nec necessitas, ex parte Titij quod promoueatur ad ecclesiã secundã, cum ab illa ꝑꝑ periuriũ debeat remoueri. c. tua el 1. & c. querelam. s. de iureiur. no. in c. 2. s. de fideiusso. Et sic in ista ꝑmutatione cessant causæ finales permutationis, ergo nõ potest valere, per regulam. c. cum cessante. s. de appella.

¶Item facit quod in proposito citat Domi. in cõsi. 105. col. 2. ad supplicationem. ꝙ si Papa mandat prouideri de certo beneficio, cũ vacabit, ille obtinens tale beneficiũ nõ poterit permutare: mouetur quia habens beneficium vnitum alteri nõ potest permutare illud: quia si primus posset permutare, per cõsequens secũdus & tertius, & sic in infinitũ. pro hac parte allegat. text. in c. licet de re. permuta. hoc lib. qui tex. vult ꝙ impetrans proximum vacaturum in genere, non possit impedire permutationem.

qui

qui tex.est exorbitans, vt ibi patet, vnde non debet extendi ad alium casum, cũ ibi dicat in hac parte.arg.regu.quæ a iure hoc libro: sed in casu nostro non impetrauit proximum vacaturum in genere sed specialiter: ergo patet ꝙ permutatio non potest impedire impetrantem, & si daretur facultas permutandi, posset decipere impetrantem, & totaliter excludere per dolum suum & malitiam, quibus est obuiandum. ita residet Domi.in d.consi.105.

12 Ad vnum tamen attende ꝙ pro periurio † non datur priuatio nisi sit periurium iudiciale: ita reperio statutum per Alex.VI.sub rub.de signatura gratiæ in prin.

13 g Deponi possunt. Tamen † si sententia depositionis sit nulla, non inducitur vacatio beneficij aut dignitatis.2.q.1.c.in primis.no.Domi.in consi.141.col.9.versi.in contrarium.

14 h Periurium. Dic ꝙ ille † qui incidit in periurium non est dignus absolutione, secundùm magis communes cõclusiones Doct.quia frustra legis auxilium inuocat &c. no.Alex.consi.83.nu.7.interrogatus sum.vol.5.

15 Item † periuro nõ creditur in his quæ post periurium testificatur: secus in alijs (etiam si sit vnica depositio continens plures articulos) per ea quæ no.idem Alex.consi.88.nu.12.quoniam omne datum.vol.5.vide quæ dico in c.accusatus.s̄.de hæretic.

Item cum periuro non dispensat Episcopus, & qui dicit hoc in iure expressum ꝙ possit, det causam de hoc, dicit Domi.in consi.105.col.4.ad supplicationem, vbi subdit ꝙ licet reperiatur in iure expressum vt Episcopus dispensare possit causa legitima subsistente, ꝙ quis veniat contra iuramentum suum.iuxta nô.in c.1.& in c.debitores.s̄.de iureiur.

Item etiam ꝙ possit habilitare quem: vt veniat contra iuramentum temerarium, vt patet.s̄.de testi.intimauit. & c.constitutum.& de testi.cog.c.fi.tamen nõ reperitur iure cautum, ꝙ violans iuramentum licitum, & sic incurrens periurium, possit per dispensationem Episcopi habilitari, & talis macula remoueri.

16 i Dubius. Dic ꝙ dubius † & ignorans ęquiparantᷣ, quàmtum ad effectum remittendi aduersario.l.manifestissimi. §.sed quærebatur. ibi, nescius & dubitans.C.de furt.vbi Bart.& Doct.in l.fi.C.de condi.indebi.Bar.in l.2.si quis in ius voca.non ier.ff.Bal.in l.leges sacratissimè.C.de legib. Calca.in consi.17.nu.4.in casu & Saly.in l.licet.C.de procura.tradit Alex.cõsi.14.nu.3.viso processu.vol.5.quem vide consi.121.nu.12.viso themate.vol.2.vbi dicit ꝙ va-

17 riæ † opiniones Doctorum rem ambiguam faciunt.not. gl.in l.cum de nouo.C.de legib.& in l.etiam ideo.ff.de legib.& in 1.consti.C.§.quibus Bar.in l.qui Romæ.§.fi.ff.de verb.oblig.

Et per hoc possum dicere quod dubitanti datur repetitio solutis, sicut ei qui per errorem soluit.l.fi.C.de conditioni.indebi.cum dubitans & errans ęquiparentur, per. d.l.sed quærebatur. not.Ias.in consi.160.nu.8.volu.4.vbi subdit ꝙ ita dubitanti parcitur sicut ignoranti & erranti. Bal.in l.leges sacratissimę.C.de sacrosan.eccl.Io.de Ana. in consi.72.vlt.colũ.visis & consideratis his quæ in facti narratione.

18 k Infidelis est. Igitur dic ꝙ ea † quæ sunt fidei, non veniunt in dubium reuocanda, quia sunt certa, & pro talibus tenenda, prout ea: & multò magis quæ ex certa principis scientia emanant, quia ea in dubium reuocari non conuenit.tradit Deci.in consi.191.col.2.in causa quæ agi-

19 tatur, ratio quia quod † princeps facit ex certa scientia: videtur facere de plenitudine potestatis.Bald. in l.eos in prin.C.de appella.& clausula, ex certa scientia, habet vim clausulæ de plenitudine potestatis: Panor.in c.ad hæc.s̄. de rescript.& in c.cum inter.s̄.de exceptio.& in c.cum olim.s̄.isto tit.

l ¶ Et intellige dictum.Io.Mo.sanè: videlicet quando in dubitatione tali habuit firmitatem, animi & quandam pertinaciam: vt quia perseuerat in illa dubitatione alias secus: Io.And.in c.1.s̄.de hęret.istud latius firmat Io.Lupus in sua allèg.in materia hæresis.in versi.Et per ista iudicio meo ratio thematis videtur comprobata per vnũ quod citat Alex.in consi.37.nu.6.in causa mota.vol.1.

20 quod dubius † similis est erranti.l.fi.C.de condi.indeb.l. manifestissimi.C.de furt.& error habet vitari.l.eã quam. C.de fideicommis.

21 ¶ Imperatorem. A quo tanquàm † a fonte fluunt omnes regales dignitates.l.sacrilegij. C.de diuer. rescrip.& l. penul.ff.de constitu. princi.idem tamen dicendum est in regibus, vt conferant aliàs dignitates, puta Ducatus Marchionatus, Comitatus in eorum Regnis.Andr.de Isern.in

22 ca.1.qui feud.dare possunt. Quia † quilibet Rex est Monarcha in suo regno.6.q.3.c.scitote. & 7.q.1.ca.in apibus Iacob.de Bello visu, & Bal.in cap. 1. quis dicitur Dux vel Comes vel Marchio, quia immo plus iuris habet Rex in regno, quam Imperator in imperio, quia Rex transmittit regnum suum ad posteros. Sed Imperator non transmittit imperium, sed ex electione creatur. ca. venerabilem.s̄. de elec.vide.c.licet.sup.de voto.facit quod citat Bal.con-

23 si.218.col.1.petita venia, in 3.parte quòd Rex † Francorũ super omnes Reges Christianorum obtinet coronam libertatis & gloriæ, & in consilio præcedenti, ꝙ contra vexilla inuictissimi Francorum Regis nemo præsumat honorem, non tamen dico ꝙ contra naturalem errorem quis non audeat, quia habet auxiliãtem Deum qui exaudit preces iustorum, cum Rex iustus sederit super sedem, non aduersabitur ei quicquàm malignum.in epistola inter claras.C.à contrario ergo sensu iniustus habet plectẽtem ac resistentẽ Deum, & maximè temporibus istis vindicta Dei non habet moras.

m ¶ Antiquorum. Quæ situatur sub rub. de pœni.& remissio.quàm & plures aliàs extrauagantes glossauit ipse Io. Mo.ut apparet intuenti.

n ¶ Verba narrationis. Vide quæ pro hoc citat Do. in consi.76.col.3. si super dubio, quòd licèt iudex numeret acta iudicii in prolatione sententiæ, tamen tale instrumẽtum per notarium tunc confectum, non probat nisi id quod dispositiuè agitur tempore, quo notarius est rogatus, quia debet intelligi notariũ dicere solum de his quæ eodem loco & die acta sunt. ista est conclusio Innoc. in c.eum in iure.col. fi.& c.quoniam contra. sup. de probat. fiunt enim illæ narrationes in sententiis, potius ex superabundãti cautela, quàm ex necessitate, & sic non uitiant dispositionem. Contra tamen istud uidetur obstare quia iudex super his narratis uidetur fundare intẽtum suum: ideo succedit quod dicitur in Cle.literis de probatio.tu ta tamen dic, ꝙ id non obstat, quia secundum Domi. in cõsi.96.col.4.super huius dubii.d.Cle.non habet locum, nisi in Papa, cum ipsa sit à iure communi exorbitans: non debet extendi ad alium casum, quàm compræhensum.regula est hoc libro, quæ à iure: Nam contra ius est, ꝙ verba

24 narratiuę † prolata inter duos: faciant fidem in præiudicium tertij Innoc.in c.cum in iure.s̄.de offic.deleg.cap. si Papa.de priuil.hoc lib.Cle.fi.de sent.excom.Ergo illa cle. priuilegians Papam, nõ debet extendi ad aliam personã, cum priuilegia non extendantur, etiam ex rationis identitate.c.porro.& c.sanè.s̄.de priuil.

25 ¶ Ratio ad thema potest dici, quia † narratio non probat, sed probatur Io.Mo.in c.si Papa de priuileg. vbi dico latius de verbis narratiuis: vltra quæ attende ad conclusionem, quam tradit in proposito Domi.in cõsi.103. col.

26 3.pro responsione ꝙ si verba † enunciantur in instrumento, & super enunciatis fundatur intentio enunciantis: & illud enunciatum poterat esse & concurrere tẽpore enũciationis: & ex illis enunciatis fit præiudicium enunciato, & enuncians est talis persona, quæ potest sibi præiudicare: & ista verba enunciatiua inducunt plenam probationem illius enunciari, ista cõclusio probatur per tex. in d.c.si Papa.no.in d.Cle.j.de prob.& in c.fi.de succed.ab intesta.& est tex.in l.optimam.in prin.C. de contrah.& cõmit.stipul.vbi expresse dicit tex. ꝙ si enuncio in instrumẽto me seruum tuum pro te stipulabo rem, illa verba, probant me seruum tuum: quo ad hunc finem, vt valeat illa stipul.ponit exemplum idem D.ibi de quolibet membro conclusionis quod videbis.

27 Attẽde præterea ad † vnum, ꝙ ex verbis narratiuis nõ sumitur argumentum a cõtrario sensu, sed solum ex verbis decisiuis.comprobat Alex.consi.105.nu.8. magnificę prętor.vol.3.

Pro intento thematis insuper vide Lapum alleg. 7. disceptat, vbi post Paul.in d.Cle.1.de prob. dicit ꝙ literis Papæ non solum credi debet in eo ꝙ dicit se fecisse, sed etiã in eo quod dicitur àb alio coram se factum esse. Et si narrat per talem factam renunciationẽ beneficii corã se per

procura-

procuratorem, ꝙ per tales literas (quibus alteri confert) probatur renunciatio: poterit tamen indirectè contra probari, probando ipsum reuocatum esse, & reuocationem ad eum deuenisse. pro hoc vide eundem Lap. alleg. 80. col. 2. quæris.

Aliud subdit ꝙ si Papa conferat beneficium, quod vacare in curia narrat per obitum Sempronij, ꝙ fidem facit tam de morte quàm de mortis loco. licet possit probari contrarium, quæ no. tamquàm quotidiana apud nos, primo dicto Lapi a stipulari dicas per Gallos, vt docet cõmunis praxis, dummodo reperiatur descriptio consensus a tergo prouisionis resignationis, a quo consensu sumitur efficacia resignationis, vt videre licet in regula de public. resig. Secundùm autem dictum Lapi non vidimus experientia praxis comprobari: est tamen notandum quia ex eo potest sumi optima cautela, quam in præsentiarum non cito, ne maligni & beneficiorum cupidi in ea excitentur.

Vide pro intento eundem Lapum alleg. 67. in fi. quoddam monasterium. & Bald. in l. inciuile. ff. de legib. ꝙ vbi 28 † vna scriptura se remittit ad aliam, ꝙ vtraq; edenda est, quando vna continuatur alteri ex natura relationis, quæ si non apparet, ea scriptura ad quam relatio facta est, dicitur scriptura referens virtute carere. l. in testamento. quidam. ff. de condi. & demonstra. no. in simili idem Bald. in l. 1. ad fin. C. de episco. & cler. & in l. 2. C. de erro. aduoca. ꝙ si quis respondendo positionibus dicat confiteor prout in tali instrumento continetur, ꝙ nisi appareat illud instrumentum ad quod facta est relatio, responsio habetur pro non facta. refert latiusquè firmat Alexan. in consi. 3. col. 1. in causa & lite. vol. 2. vbi idem subdit de libello in quo dicitur, prout apparet in tali instrumento, quia tunc libellans tenetur etiam ante litem contestatam edere illud, nisi fuerit instrumentum alienum, & non habeat facultatem edendi, quia tunc præstito per eum iuramento, ꝙ exhibere non potest: non tenebitur edere ante litẽ contestatam, sed post tenebitur.

29 De verbis † autem narratiuis notarij, seu enunciatiuis: an fidem faciant inter partes? dic ꝙ sic, si non apparet de contradictione eorum eo tempore. l. optimam. C. de contrahen. & committen. stipula. not. Docto. in l. ex hac scriptura. ff. de do. tradit Alexan. in consi. 92. num. 6. viso & discusso. volum. 2. licet dicat. consi. 86. colum. fina. viso themate. eod. volum. quòd licet Notarius in instrumento scripserit, Sempronius sanę mentis, illa verba (cum non contineant negocium illud, de quo rogatur a partibus) non probant. Bald. in l. 2. ff. de testamen. Angel. in l. penult. de condi. instit. & alij ibi per eum adducti: idem si non sint de quibus testificatur de eius officio, alias secus, per ea quæ tradit Alexan. in consil. 95. colum. 1. reuerende domine eod. volum. 2. ponit exemplum de notario asserente originalem scripturam contractus, seu matricem.

¶Vide pro intento Do. de Neapol. decis. 83. in causa 30 antiqua. Et de verbis † legis narratiuis, an liceat sumere argumentum? dic quòd non. glo. dicitur singularis. in l. vnica. C. quando non peten. partes. per Roma. in authen. similiter. C. ad leg. Falcid. glo. in c. auditis. s. de elec. glo. in c. lator. de re iudi. glo. in c. cum inter canonicos. de elect. & in c. dudum. s. de deci. glo. in c. sequen. in versi. iudicio. glo. in c. 2. s. de dolo & contumac. hoc lib. & in c. 1. in ver. collationem. de rerum permuta. eod. lib. Raph. Cuma. in l. insulam. ff. de verbo. obliga. & in l. qui Romæ. §. Calima-31 chus. eod. ritu. ratio quia † ex narratione non resultat legis dispositio. Ioan. And. in c. dilecto. s. de præben. Roma. consi. 134. colum. 1. pro declaratione & sic non licet ex ea arguere. Bart. in l. extat. vlti. colum. ff. quod met. causa. Salyc. in l. accusationem. C. de accusat. & in l. qui se patris. col. 8. vbi latè Alex. C. vnde liberi.

0 ¶ Præcedentia. In simili † dic quòd verba præcedentia declarant & qualificant sequentia, maximè quæ veniunt accessoriè ad illa, & tendunt ad eundem effectum. Barto. in l. ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. obliga. bene facit text. in l. fina C. de non num. pecu. secundùm Aret. consi. 18. num. 3. visa.

¶Innocentius IIII. præceptori hospitalis S. Ioannis Hierosoly. in Hispania, & commendatori, ac fratribus domus de Curuaria hospitalis eiusdem. Cap. III.

¶Abbate sanè, & J. Abbas de Bonesa. pro se, &c.

SVMMARIVM.

1 *Modus sententiandi & sententia confirmandi recitatur hic.*
2 *Prius est vt nostra firmemus, deinde obiecta confutemus.*
3 *Abbas agit pro se & conuentu suo, & quandoquè nomine sui monasterij.*
Prælati sunt procuratores non domini, & ideo non nomine suo sed dignitatis agunt & defendunt.
4 *Libellus sub distinctione admittitur.*
Petens aduersa non auditur.
In petitione certa causa & expressa debet exprimi.
5 *Omnis disiuncta dubia est.*
6 *Vassallus dicitur habere vsumfructum, non dominium directum vel vtile, vel prout fuit conuentum.*
7 *Traditio non est necessaria ad acquisitionem dominij in re ecclesiæ tradenda.*
Illud quod est meum, petere possum mihi adiudicari.
8 *Propriè fit adiudicatio in his actionibus, quæ mixtam habent causam.*
9 *Quando duo sunt & vnus est sub alio, vterquè potest agere & defendere coniunctim.*
Probato petitorio, ipsum trahit ad se possessorium.
10 *Pignoratitia statim nascitur soluto debito, pro quo prius fuerat obligatum.*
11 *Obligatio conditionalis astringit successorem.*
12 *Bonorum separatio non habet locum nisi in certis casibus.*
In rei vendicatione duo sunt extrema.
13 *Locus & tempus quæ mensurant rem extra, non possunt esse diuersorum contractuum, quando sunt diuersæ mensuræ.*
14 *Probationes & acta inter easdem personas præiudicãt, etiam in alio iudicio, si ad idem agatur.*
15 *Omnis species continetur sub genere habitu, licet genus contineatur in specie actu.*
16 *Genera certis loco & tempore non mensurantur, sed species quæ habent tempus & locum se concomitantia.*
17 *Reales actiones, causa non expressa sæpè admittuntur.*
18 *Sententia habet post specialia subijcere, clausulam generalem sub qua omnis causa decisionem iustificans valeat comprehendi.*
Per litis contestationem, est verè litis exordium.
19 *Dies & locus facti contractus, non debent exprimi in libello.*
In dubio regulariter contra actorem venit pronunciandum.
20 *Agens generaliter certa causa non expressa, non habet certa locum & tempus probare.*
Actus speciales, non mensurantur loco & tempore.
Homo non generat in genere, sed homo sortes generat.
21 *Iura sunt promptiora ad soluendum quàm ad condemnandum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Bonus aduocatus fundet suam intentionem, deinde respondeat ad obiecta.*
2 *Simpliciter quid importet.*
3 *Dictio, quasi, est nota impropriętatis, & quandoquè veritatem exprimit secundùm subiectam materiam.*
4 *Proprietas solum conuenit directo & non vtili domino.*
5 *Agenti publiciana sufficit probare titulum, allegare bonam fidem, & probare rem fuisse traditam verè, vel probare id quod est loco traditionis.*
6 *Vassallus domino præstat iuramentum fidelitatis.*
7 *Vsusfructus ex parte stipulatoris dicitur personalis, prout & vsus, secus ex parte promissoris, quia transit.*
8 *Obligatio est magis transitoria ex parte promittentis, quàm ex parte stipulantis.*
Alimenta non transeunt ad hæredes ex parte stipulatoris, secus ex parte debitoris.
9 *Emens rem ad se pertinentem, non sibi præiudicat, etiam si illud scienter faciat.*

10 *Sola adiudicatio iudicis (non sequuta corporali traditione) nō transfert possessionem.*
11 *Iuuat vt possessorium iudicetur, quia is pro quo fertur, non tenetur ad expensas.*
12 *Causa pcoprietatis, tanquàm dignior, præfertur causæ possessionis.*
13 *Quis post mortem suam constituens se precario nomine possidere, nihil operatur.*
14 *An donans vel emptor teneantur probare quòd res donatæ aut venditæ, tempore donationis vel venditionis erant in dominio donantis, vel vendentis.*
15 *Appellatione rei persona venit.*
Appellatione rerum continentur homines.
Immunitas data rebus, videtur data hominibus.
16 *Probatio dominij est difficilis.*
An dominium probetur per partis recognitionem.
17 *Possessio quomodo probetur, vide hic remissiuè.*
18 *Ordo iuris duplex reperitur.*
19 *Sine causæ cognitione nulla est sententia.*
20 *Agens ex vna causa, & probans ex alia, non obtinet.*
21 *Confessio procuratoris quando præiudicare potest domino.*
22 *Confessio inter easdem personas facta quando habet nocere, etiam in alio iudicio.*
Attestationes in vno iudicio factæ, quando valebunt in alio iudicio.
Perempta instantia, pereunt acta ordinaria iudicij vt hic.
23 *Genus nunquàm includit illicitum, vel contra legem.*
24 *Differt a quibus nominibus incipiat venditio.*
24 *Non potest dici corpus determinatum, nisi exprimantur confinia.*
26 *Ius superueniens non ualidat iudicium.*
27 *Aduocatus sit cautus in conclusione, quòd ius competit actori, antè litem contestatam.*
Plus, importat vt hic remissiuè.

ABBATE. Postquàm fuit conclusum & sententiatum per Cardinalem auditorē deputatum in hoc negotio, Papa † in cōfirmatione sententiæ totum factum recitauit, & recitando principalia repetijt, docens in hoc nos formam sententiandi & sententias confirmandi. (1)

¶Et hoc.c.diuiditur in sex partes, nam primo tangitur actoris intentio, secundò.§.allegabatur rei defensio quæ est triplex, vna quæ accipitur de iure rei, secundò.§.[multum] ex impugnatione intentionis actoris. Tertiò §[pmissa] ponitur impugnatio ex loco datorum in processu iudicij, & benè procedit reus in defensione sua, tenens (2) dictum Hysidori dicentis prius est † vt nostra firmemus, (a) deinde obiecta confutemus. a

Primò ergo firmat vt.in §.[allegabatur]. Secundò cōfutat.vt in §.[multum].& §.præmissa. Tertiò §.pro parte ponitur actoris replicatio, quæ est duplex. Quartò.§.sed ad hoc rei plenaria duplicatio. Quinto.§ [præfatus] Cardinalis diffinitio. Sextò.§ [nos igitur] Papæ confirmatio (3) [pro se & conuentu suo] agit † igitur abbas pro se & cōuentu suo vt hic.& s̄.de rescrip.edoceri no.

Et quandoq; nomine sui monasterij.s̄.de fide instrumen.inter dilectos in prin.& hoc propriè quia plati sunt procuratores non domini.j̄.de donatio.fraternitatem.

¶Et ideo non nomine suo, sed monasterij seu dignitatis agunt & defendunt.j̄.de institu.cū venissent.2.respon. s̄.de dilatio.literæ.s̄.de restitu.spolia.olim causam, quan- (b) doq; etiam agunt simpliciter b.s̄.de præscriptio.auditis. (c) & c.veniens [vel quasi c] Nota † libellum sub disiunctio- (4) ne admitti vt hic.& s̄.de restitu.in integr.constitutus.ff. quorum legator.l.1.§.quia autem.

¶Sed contra, ista distincta sunt aduersa, & petens aduersa non auditur.C.de furt.l.1.j̄.de appella. solicitudinem.

Item in petitione certa causa & expressa debet expri- (5) mi.j̄.de censib.peruenit, sed omnis disiuncta dubia † est. ff.de lega.1.l.si ex toto.§.si ita legatum.ff.de conditio.indebiti cum is.§.qui hominem.

¶Sol.potest esse ꝙ iste recepit rem a vero domino ex contractu quo transferri potest dominium, & sic recipiens est verus dominus.C.de pact.traditionibus.& ff.de acquir.rer.domi.tradite.1.respon.& tunc intentat directam rei vendicationem.ff.de rei vendi.in rem.1.respon. (d) vel vtilem, quando quis vtile d dominium acquisiuit. ff.de rei vendi.in speciali.§. superficiario.& l.sequen.& seq.ff.de superficie.l.j.§.j.& §.quod ait.ff.si ager vectig.peta.per totum, vel si recipit a non domino bona fide, ex tamen tali titu.quo præscribere potuit, & tunc ante vsuca- (e) pionem ipse habet e publicianam contra omnem tenentem, excepto domino: vnde iste quasi dominus dicitur. Inst.de actio.§.alie.ff.de publicia.l.1.& l.pe.& vltima.vel ignorat verisimiliter ex post facto si directò est verus dominus vel utiliter.ff. si ager vectig. uel emphyteoti. peta.l.1.& 2.

Vnde vbicunque est sibi verisimiliter dubium, ideo disiungit istam ex æquitate.j̄.eo.in fi.argu.d.§. quia autem, & ista non tendunt ad diuersos fines, sed ad eundem finem: secus in contrarijs.

(f) Quid de vasallo.f † dic ipsum habere vsumfructū g nō (g) dominium directum, vel vtile aut quibus ex cau. feuda. amitta.§.fi.colla.10.vel dic ipsum habere, prout fuit con- (h) uentum h [finibus] simile s̄.de restitutio.spoliat.cum ad sedem.j̄.de appellatio.significauit in fi.s̄. de procura. auditis.ff.de vi & vi arma.l.j.§.ex die.C.si quis alteri vel sibi cum propria [largitione regum] propter istam expressionem, abbas amisit causam suam, vt liquet ex sequentib. (7) nec hac decreta.fit mentio de traditione: cum hoc † casu non sit necessaria ad acquisitionem dominij.C. de sa- (i) crosanct.eccl.l.fi. i [adiudicari.]

¶Et sic nota ꝙ illud quod est meū petere possum mi- (k) hi adiudicari k s̄.de consue.cum dilectus & hoc dicit verbum, adiudicare.i.ad se spectare, iudicari.simile.j̄. hoc lib. de concessio. præbend. quia in cunctis in fine.s̄. de præscriptio. auditis. in fine & infra de religio. domi. cum venerabilis.

(8) Proprie tamen fit adiudicatio in his actionibus quæ mixtam causam habent. Insti.de actio.quædam.Instit.de offi.iudic.§.si familiæ & seq.

Verum rem meam ab alio detentam peto mihi restitui.s̄.de fide instru.inter dilectos.1. respon.Sed iure ciuili peto rem meam ad me spectare declarari.ff. de rei vend. l.ex diuerso.§.1.ff. si serui. vendice. sicuti.1.§. sed si quæritur [& uos] quibus Papa scribit.

(9) Et sic nota † ꝙ quando duo sunt & vnus est sub alio: vterquè potest agere & defendere coniunctim, vt hic & hoc est tutius arg.s̄.de maior.& obedi.inter quatuor: & diuisum.j̄.de religio.do.cum venerabilis.s̄.de transactio. veniens.& s̄.de iudici.cū deputati [amoueri] Nam pro- (l) batio l petitorio ipsum trahit ad se possessorium m s̄.de (m) causa possess.& proprie.cum dilectus [sub conditione] & & hæc rn̄sio pbatur.ff.de leg.1.cęterū in prin.& §.si sub cōditione.& ff.de cōditio.& demonstr.l.eū qui.ff.de ver. oblig.l.si rem meam.Sed si illius rei nō est commercium, secus vt.ff.de ver.oblig l.liber homo.& ff.de actio.empt.l. fi.ff.de ver.oblig.inter stipulantem.†.sacram.

Et enim abbas de Bonefon.dicebat donationē factam hospitalarijs non tenere, vt quia facta eo tpe quo res do- (n) nata erat apud hostes n non in dominio o donatoris, & ip- (o) si hospitalarij respondent, vt habetur in textu [natura] vt.d.§.sacram, ibi expectari [æqualitas] vt.d.l.liber homo. vbi est æstimabile [mox].C.de sacrosanc.eccl.l.vlt.[ad ipsos].j̄.s.christianos [distabāt] dicebāt hospitalarij, ꝙ Abbas de Bonefon nō ostendebat donationem Regis sibi factā de loco de Rosellis.dicebat abbas prædictus ꝙ non nocebat eis, quia ostendebat donationem monasterij Populeti factā a Rege, & donationē monasterij Populeti factam monasterio de Bonefon.& tunc rn̄derunt hospitalarij vt sequit[intentio] bene dicit: quia ex nullo ver.proposito in donatione facta monasterio Populeti apparebat volūtatē donatoris fuisse ꝙ locus de Rosellis daretur monasterio de Bonefon.& per hoc facit ꝙ verbum donationis nō referebāt ad monasteriū de Bonefon. sed ad monasteriū populeti, & ideo nō videbatur ius quæsitum in re sed ad plus in persona.ff.de annuis lega.Gaius.ff.de leg.1. quidam testō.in princ.ff.de contrah.empt.l.vlti. in fi. Si autē (p) apparet alijs præsumptionibus p de voluntate donatoris, scilicet ꝙ ad monasterium de Bonefon.perueniret res donata aliter prouideretur monasterio de Bonefon.ff.de rei vendic.emptor.§.ancilla.ff.de lega.2.Titia cum testamento.§. Titia.cum nuberet [donatio].j̄.de eccle.ædifican.ad audientiam.contra.ff.de seruit.vrba.prædio.si seruitus.§.vlti.ff.de libera.causa. seruus. Sol.ibi non quæritur ius in re, sed personalis obligatio [lite contestata.]

Item alia ratio, quia ex alia causa expressa agebarur, vt §.eo.in prin. [videri] ff. de iudic. non potest, & l. solenius. ff. ad exhiben. tigni. §. vlt. nec obstat ff. de pigno. actio. l. si
10 rem. §. vlti. quia ibi loquitur in pignoratitia, † quæ statim nascitur soluto debito: pro quo pignus fuerat obligatum.

¶ Vel dic eam statim natam: cum conuenit de pignore, sed impeditam quousque fuerit solutum precium: sed contra est eadem lex §. omnem [ex eadem] scilicet con cessione [altera] scilicet monasterio de Bonefon. [dicebatur] bene allegabat iste in hoc: quia si ista res non pertinuerit ad legem, nihil poterat de hac disponere, sed si ad regnum pertinebat, licet eam nō possideret, ius quod in ea habuit bene dare potuit ff. de fundo dotal. l. si fundum, & ad hoc obligare potest successorem.

11 ¶ Vel dic male allegabatur, quia obligatio † conditionalis bene astrinxit successorem. ff. de pac. l. pactum. C. de dona. spem. Inst. de verb. oblig. ex conditionali [separa-
12 ta]. Nec hæc valebat, quia † bonorum separatio non habet locum nisi in certis casibus qui enumerantur. ff. de separa. l. prima, quæ hic non dicebantur impetrata seu facta [superuenienti]. ff. de rei vend. si autem in prin. & §. primo, ff. ad exhib. tigni in princ. [seruatur] in reo: vult
q sic arguere: vbi agitur rei q vendica. duo sunt extrema, do-
r minium, r ex parte actoris. ff. de rei vend. in rem, primo re
s spon. & possessio, s seu detentio ex parte rei. C. de alie. iud. mut. causa fac. l. j. ff. de rei vendic. l. officium. Sed ex parte rei sufficit detentio (etiam tempore sententiæ ferendæ) vt d. ll. si autem, & tigni. & ff. de pecul. quæsitum. j. respō. ergo idem in actore, sed ad hoc statim soluitur [ipsius] scilicet actoris [Speciali] vt in libello. puta ex causa donationis Regis: & postea lis cepta fuit ex causa prædicta [siue alia]. s. quia res quā petit ex causa donationis: sua facta est post litem contestatam ex causa donationis, quæ penitus est alia cā donationis primæ: vtpotè ex causa donationis factæ monasterio de Bonefon. non per Regem. sed per monasterium Populeti, quia alio loco & tempore fa
13 cta post lit. cont. & sic ex ea actum non est. Nā locus † & tempus quæ mensurant rē extra: non possunt esse diuersorum contractuum: qñ sunt diuersæ mēsuræ. Et sic alius locus, & aliud tempus in vno & altero [quæ tunc] id est tempore litiscontestationis [obnoxium] talis libellus in personalibus admitti non debet. §. de libel. obla. dilecti. si tamē admissus fuerit, tenet. C. de anna. exceptio. si ex multis. Sed in realibus communiter admittitur. ff. de except. rei iudic. si mater. §. eandem [quoniam & si] hic allegat tres rationes ad probandum propositum, secunda ibi, nec enim iudex, tertia ibi, non prodesset, & aliquas de illis repetit Papa. j. eo. §. præfatus quas fortificando ad iuuat [indebitè] scilicet in exordio litis, quia tunc non debebatur, licet enim iniustè petat, nihilominus iudicium,
t idest, instantia iudicij tenet, dum tamen ordo iuris t ser-
u uetur, & sententia tenet etiam u si feratur contra ius litigatoris, nisi fuerit appellatum. §. eo. cū inter nos. j. de sen. excom. hic lib. venerabilibus. §. si autem [iudicium] quia hoc casu tempus sententiç erat spectandū. ff. de rei. uēdic. si autem. 1. responso. & §. 1. ff. de pigno. actio. si rem. §. vlt. [conscientia] quia cum in genere dicat eum sibi obnoxium, & cum inuenit tempore sententiæ obnoxium, cōtra conscientiam iudicaret, si eum non obnoxium iudicaret.

¶ Item ex hac sententia perpetuò ex omni causa pararetur exceptio rei iudicatç absoluto, sed sic nō est quādo ex certa causa petijt, quia tunc tantum paratur exceptio ex illa causa. §. de causa possessio. & proprie. c. fi. & ff. de exceptio. rei iudic. si mater. §. eandem.

¶ Et sic proponens in genere lite contestata, potest de
x vna causa probare & obtinere x [iudicio.] Quia † pro-
14 bationes & acta y inter easdem personas præiudicant z et
y in alio iudicio, si ad idem a agatur, vt hic quia sub genera-
z libus verbis ius omnis temporis, scilicet antè litem con-
A testatam & post deducitur in iudicium.

¶ Sed qualiter valebunt attestationes lite non contestata: quia constat ꝙ hic superuenit causa post litem con-
B testatam, dicunt quidam ꝙ attestationes valebunt b prout traditur. §. de testib. præsentata. C. de testib. l. fi. dic ꝙ hic facta est contestatio super causa quæ etiam emersit
15 post litem contestatam. Quia † omnis species cōtinetur
C sub genere c habitu. §. de rescrip. pastoralis. licet genus cōtineatur in specie, actu: vnde eo ꝙ dico mihi obnoxium & ipse litem contestatur, negat omnem obnoxietatem, vnde probata vna obnoxietate etiam emergente post litem contesta. probat intentum vt. j. sequitur nec hic est
D consideranda mensura d temporis vel loci e, quia † gene-
E ra certis loco & tempore nō mensurātur, sed species quæ
16 habent tempus & locum se concomitantia, vt. j. eo. circa fin. [& tunc] scilicet tempore litis contestatæ [fundauisse] non habita distinctione inter personales & reales actiones, nisi quia personales rarò admittuntur causa nō
17 expressa, sed † reales causa non expressa sępè admittuntur. & si in eis certa causa sit expressa, nisi causa expresse proposita sit nata tempore litiscontesta. non prodest ei, si postea alia superueniret. ff. de excep. rei iudic. si mater. §. si quis autē petat. & §. si egero. & de istis causis in libello
18 exprimendis notatur. §. de libel. ob. c. 2. [Alijs] not. † ꝙ sententia habet post specialia subijcere clausulam generalem, sub qua omnis causa decisionem iustificans valeat comprehendi [inchoatam] per litiscontestationē,
F quia tunc est verè litis exordium f Authen. vt litig. in exord. litis. in prin. colla. 9. not. §. de offi. deleg. super quæstionum. §. 1. [donationis] puta quia dicit peto talem fundum ex causa donationis, licet non adiecerit de tempore & loco donationis, quia cū donationem comitentur necessariò locus & tempus, non proderit petitori, si post litiscontestationem eadem res sibi donetur, cum de certa donatione intelligi oporteat loco & tempore certis facta, vt hic dicit, nam vt continetur in parte decisa, Monachi Populeti donauerunt locum de Rosellis monasterio de Bonefon. post litem contestatam, vt liquet in parte decisa, secus si dicat hanc rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi vt hic, si post litem contestatam nouum ius acquirit, fertur sententia pro eo. ff. de rei vendic. si autem. §. 1. & 1. respon. Cum enim nullas causas dominij expressit specialiter, non habet concomitantias loci & & temporis certorum. Et ideo non est vis quo loco vel tempore dominium ad ipsum perueniat ante sententiā [causam] scilicet emptionis vel donationis vel similis [vacua] id est impossibilis, certa enim venditio non potest fieri nisi certis locis & tempore: non tamen propter
19 hoc actor debet † exprimere in libello diem & locū facti contractus, sicut nec testis. §. de fide instru. cum Ioannes, nisi iudex hoc ex certis causis faciat fieri, vt d. c. cum Ioannes. circa fi. arg. Insti. de actio. §. curare [inualida] cū in dubio regulariter cōtra actorem sit pronunciandum. §. eo. si duobus. §. de probatio. ex literis, cum enim non sit probata venditio certis loco & tempore facta. Et sic fit dubium an antè litiscontestationem, vel post fuit facta, & propter hoc est inualidum actori probare causam sine loco & tempore concomitantibus: & cōsimilis quæstio est notata: 33. q. 1. in prin. [concomitantia] scilicet tēpus & locus, sed sufficit quouis loco & tempore illud factum fuisse.

20 ¶ Ex quibus concluditur, quòd agens † generaliter certa causa non expressa, non habet locum & tempus certa probare, quia hæc non concomitantur genus, secus si ageretur causa specialiter expressa, quia actus speciales non mensurantur loco & tempore, nam actus sunt suppositorum hoc est singulorum: vnde homo non generat in genere, sed homo Sortes generat, & ideo genera non mensurantur loco & tempore, & tempus quod est mensura motius singularia quæ sunt mobilia mensurat, non intellectualia, vt genera [Et licet]. q. d. & si hæc quia dicta sunt non possent tolerari de iure stricto, sic in de æquitate est seruandum. arg. ff. quib. mo. pig. vel hypothe. solui. sicut. §. si debitori. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad leg. Aquil. §. hoc lib. de offic. delega. si is cui, & ne causa prorogetur, saltem vt tollatur circuitus. ff. de condi. indebi. dominus testamento.

21 ¶ Sed contra, iura sunt promptioria † ad soluendum, quàm ad condemnādum. ff. de actio. & oblig. Arrianus. ff. de reg. iur. fauorabiliores. & j. hoc lib. de reg. iur. non licet actori. Sed si reus sine facto actoris acquirat, lite pendente exceptionem, sibi non prodest. ff. de excusa. tuto. l. 2. §. munerum. & ff. de vaca. & excusa. muner. l. 2. §. & qui ad munera. §. vt lite penden. dilectus. §. de testib. causam
G quç. Ergo minus g in actore.

¶ Sol.

¶Sol. hoc obtinet ex æquitate quæ sumitur. s. eo. vers. non prodesset. & d. l. dominus.

H ¶Item actor plus h grauaretur, quia sibi agenti generaliter posset opponi exceptio rei iudicatę. ff. de except. rei iud. si mater. §. eandem, & sic enormiter lederetur actor.

¶Nec obstant. d. §. munerum, & qui ad munera, quia vocatio ad munera fuit legitima, quæ ex post facto superueniente causa, non potest infringi. j. hoc lib. de reg. iur. factum legitimè. Nec obstant. d. decreta. quæ loquuntur in genere quod speciem, de qua lis pendet, non comprehendit, & idem no. hoc lib. de reg. iur. in generali.

ADDITIONES PROBI.

a 1 CONFVTEMVS. Io. de Ana. consi. 19. col. 2. visis instrumentis, dicit † iste est modus boni aduocati, vt primò fundet suam intentionem, & deinde respondeat ad obiecta.

b 2 ¶Simpliciter. † Vide de hac dictione, quæ tradit Alex. consi. 37. nu. 2. visis his. vol. 5.

c 3 ¶Vel quasi. De † hac dictione vide vt. no. Alex. in cōsi. 15. nu. 14. viso processu. inquisitionis. vol. 1. & Deci. cōsi. 539. num. 9. in inclita ciuitate Ianuæ. vbi dicit, ꝙ est nota impropríetatis. l. hoc colore, vbi Bart. ff. de inoffi. testa. & l. diuortio. §. si fundum. in prin. ff. sol. matr. tamen ibi subdit. Deci. ꝙ quandoq; quasi veritatē exprimit secundùm subiectam materiam. allegat l. Lucius Titius. la 1. in fi. ff. de admi. tut. & l. dedi. in princ. vbi glo. ff. de condi. causa dat. tex. D. Ioan. 1. quasi vnigeniti a Patre.

d 4 Vtile dominium. In proposito dic ꝙ † proprietas solū conuenit directo & non vtili domino. comprobat Alex. in consi. 83. col. 1. viso themate. vol. 3. quem vide pro materia publicianæ actionis hic per Io. Mo. rememorata, & Neapol. decisio. 40. casus est iste.

e 5 ¶Habet publicianam. † In qua sufficit agenti probare titulum, item allegare bonam fidē, & probare rem fuisse traditam verè, vel probare id quod est loco traditionis. vt. in l. 1. in princ. & in l. si autem. §. 1. ff. de publicia. Ang. in l. eum qui. §. publiciana. eo. tit. Item oportet ꝙ res non sit præscripta. d. l. 1.

f 6 ¶Vassallo. † Qui domino præstat iuramentum fidelitatis, de quo per Domi. Stepha. Bertran. consi. 311. cum honorabilis. par. 3.

g 7 ¶Vsumfructum. † Qui & vsus ex parte stipulatoris dicitur personalis, quia morte finitur, ex parte vero promissoris secus, quia transit. l. 5. §. reo. ff. de vsufru. l. vti frui. §. 1. ff. si vsufruc. peta. & Insti. de vsufruc. §. amittitur. Hinc est secundùm Alex. consi. 18. nu. 16. quod exorditur attentis narratis. volu. 5. Quod obligatio † est magis transitoria ex parte promittentis, quàm ex parte stipulantis. declarat Bart. in l. 4. §. catho. ad fi. penul. q. ff. de verb. obliga. & adducit idem Alex. ibi in fi. Idem fore de alimentis, quod in vsu & vsufructu, quia ex parte eius cui debentur non transeunt ad hæredes. l. cum hi. §. modus. ff. de transactio. secus ex parte debitoris. l. libertis quos. §. 1. ff. de alimen. lega.

8

h ¶Fuit conuentum. Istud videtur placere Bald. in l. 1. in fi. C. si plur. vna senten. Alex. consi. 30. in fi. quoniam omne. vol. 1.

i ¶L. fi. Pro qua vide Neapo. decisio. 164.

k 9 ¶Adiudicari. Licet † possim petere mihi adiudicari, tamen id quod est meum non possum aliquo titulo valido iterum acquirere: vnde si is qui dominus est, iterum emat rem illam, non videtur renunciare dominio, imo cōtractus emptionis nō valet (etiam si dominus scienter emat rem suam) tex. est formalis in l. suæ rei. ff. de contrah. emp. quod no. pro vitanda laudimiorum solutione, quæ debetur quotiens dominij fit mutatio.

10 ¶Et pro hoc termino adde ꝙ † sola adiudicatio iudicis non sequuta corporali traditione, non transfert possessionem. l. non est mirum. ff. de pigno. actio. no. Petr. de Anch. consi. 353. oportet primò.

l 11 Nam probatio. Vide quæ in proposito no. Alex. in cōs. 45. visa facti. vol. 3. & consi. 76. in causa & lite. volu. 2. vbi dicit ꝙ iuuat † vt possessorium iudicetur, quia is pro quo fertur non tenetur ad expensas. l. vtique. ff. de rei vendic.

m 12 Possessorium. Ratio est, quia † causa proprietatis semper (tanquàm dignior) præfertur causæ possessionis. not Alex. cōsi. 76. nu. 4. in causa. vol. 2. quia in iudicio possessorio solum petitur restitui possessio. notant Neapol. decisio. 77. nu. 7. fuit satis. quos vide ad comprobationem dicti Io. Mo. in decisi. 239. nu. 4. Alia consuetudo.

n 13 ¶Apud hostes. Vide quæ in simili dicit Alex. in consi. 40. col. 4. perspectis his. volu. 3. Quod si quis † post mortē suam constituit se precario nomine ab aliquo possidere, nihil operatur. inquit singulariter Ang. in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acqui. posses. arg. illius tex. Ratio quia cōfertur in tempus mortis, quo possessio defuncti est extincta. l. qui vniuersas. §. per colonum. ff. de acq. posses. sic extremum, ad quem cōfertur in tempus inhabile, hic verò extremū a quo fit tempore inhabili, quæ videtur similia.

o 14 ¶In dominio donatoris. Vide † in proposito an donatarius, aut emptor teneatur probare ꝙ res donatę aut vēditę tempore venditionis aut donationis erant in dominio donantis, vel. vendentis, dubium videtur clarificari per Neapol. decisio. 40. casus est iste.

p ¶Præsumptionibus. Pro hoc vide quæ tradit Alex. in consi. 89. viso themate. vol. 3.

q 15 ¶Rei. Si persona vendicetur, cum † appellatione rei persona veniat. tex. in l. omnia. §. fi. de leg. 2. Bal. in l. 1. in fi. ff. de statu homi. vbi quærit post Doct. Si do omnia bona mea, vtrum vassalli contineantur, & dicit ꝙ sic. probat per. d. l. omnia & l. talem. §. fi. ff. de hæred. instituen. hinc Barba. cōsi. 26. col. 4. versi. sed si quis opponat quod exorditur, sapienter scripsit doctissimus apud Grecos, quod appellatione rerum continentur homines, sic immunitas data rebus videtur data hominibus: vnde si exemptus sit abbas, sunt exempti homines & res eorum.

r 16 Dominium. † Cuius probatio est difficilis vt in l. cum res. C. de probatio. Alex. in consi. 118. col. 3. ver. sed circa petitorium. vol. 2. in causa & lite.

¶An autem probetur per partis recognitionem vide Neapol. decisi. 164. in causa monasterij.

s 17 Possessio. † Quomodo probetur possessio. vide Nepol. deci. 167. Gabriel.

t 18 Ordo iuris. Qui duplex reperitur † not. glo. in summa. 2. q. 1. Et pro intento Io. Mo. vide Alex. consi. 82. col. 1. & 2. viso processu. vol. 3.

u 19 Etiam si feratur. Ratio quia istud nō reperitur de substantialibus sententiæ, sicut † causę cognitio, sine qua nulla est sententia. no. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. s. de const. gl. in summa. 2. q. 1. pro quo est casus secundùm vnum intellectum Inno. in c. cum Bertholdus. s. isto. tit. sequitur Do. in consi. 76. col. 4. super dubio.

x 20 Et obtinere. † Secus si quis egit ex vna causa & probat ex alia, quia tunc non potest obtinere. l. habebat. in princ. ff. de instito. actio. probat text. noster. & l. 1. ff. si mensor fals. mod. dixe. Bart. in l. 1. in prin. ff. de eden. Ant. in c. dudum. s. de electio. & in c. examinata. s. de iudic.

y Acta. Quæ si quis reperiatur habere, & alia iura, & instrumenta ad causam facientia, ab onere satisdandi releuatur. Io. de Ana. cons. 82. viso statuto. & ibi Bolog.

z 21 Præiudicant. Quid dicendum de confessione † procuratoris facta in vno iudicio ad vnū finem, an faciat fidem in alio iudicio intentato ad aliū finē, etiam inter easdem personas, vide ꝑ Spec. in tit. de cōfes. §. videndū, versi. sed nunquid. vbi dicit ꝙ nō, idem tenet Ant. de Butr. in c. 1. vt lite non contesta. s. tradit Arety. in cōsi. 13. col. fi. viso. vbi vnum subdit in confessione per procuratorem facta, ꝙ procurator constitutus ad lites nō potest aliquid confiteri in fauorē suæ voluntariæ iurisdictionis, vt traditur in l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confes. & in l. vna. C. eo. tit.

A 22 Ad idem. Ergo si nō ad idem agatur nō præiudicauit. ꝑ quo facit qđ tradit Io. Imo. in cōs. 105. nu. 2. ī causa quę vertitur ꝙ confessio † facta inter easdem personas (etiā in alio iudicio) habet nocere, licet secus sit in alia probatione, per no. per Inno. & Io. And. in c. per inquisitionem de electio. & in c. causamquè. de testibus. & in c. 2. de ordi. cogni. c. fi. de confessis.

B ¶Valebunt. Si fuerint publicatæ, vt diximus in c. fi. in ver. nec est. s. de testib. post Alex. consi. 82. col. penul. viso processu. vol. 3. quē vide pro intento. in cōsi. 58. visa petitione. vol. 2. dum dicit, quod perempta instantia pereunt acta ordinaria iudicij. l. ꝑperandū. §. & si quidē, & ibi Bar.

C.de iudic.l.cum lite mortua.ff.iudica.sol.vbi idem Bar. & alij, & in l.si vt proponis. C.quomo. & quan.iud.& sic perit actus productionis libelli, perit litis contestatio, iuramentum calumniæ, & similia.

Acta verò quæ concernunt litis decisionem, vt sunt confessiones, attestationes publicatę coram iudice, & similia tendentia ad probationem iuris & merita causæ, non pereunt.l.iubemus.C.de libera.causa.l.cum antea.§. fina.C.de arbitr. Et sic faciunt fidem in alia instantia & causa tendente ad effectum eundem cum prima. Bart.in l.2.§.1.ff.vi bono.rapto. latius comprobat ibi Alexand. & latissimè consil.61.num.9. & sequ. viso processu. eod. volum.

C ¶Sub genere. Idem dic quòd † nunquàm includit 23 illicitum, vel contra legem. l.si pater. ff.de his quæ in fraud.cred.& l.pen.ff.ad exhiben.no. Alexan.in consi.32. col.fin.opportune.vol.2.

D ¶Mensura temporis & loci. Tolle conclusiones duas 24 quo ad mensuram loci. Prima est † ꝙ venditio facta incipiendo a nominibus denotantibus numerum vel mensuram limitata videtur in numero vel mensura, quæ exprimatur:& vltra numerum vel mensuram emptor vltra nihil consequi potest.

Secunda conclusio est ꝙ si venditio facta sit, incipiendo a corpore designato per confines, totum illud corpus debetur emptori quantuncunque sit. Non obstante ꝙ post corpus determinatum exprimatur certus numerus vel mensura, quia per illam expressionem numeri vel mensuræ non minuitur nec augetur illa concessio prius facta de toto corpore designato: & in his duabus conclusionibus Docto.communiter conueniunt. tradit Dec.id auctoritatibus comprobando in consi.500.in cau 25 sa Mantuæ.vbi subdit quòd † non potest dici corpus determinatum, nisi exprimantur confinia.l.fin.§.cum seruo ff.de contrahen.emptio. Bart.in l.demonstratio falsa. ff.de conditio. & demonstra. vbi inquit, ꝙ ad demonstrandum fundum, debet exprimi nomen loci, cũ duobus confinibus.l.forma.ff.de censib.

E ¶Et loci. De verbis significantibus mensuram & corpus. vide per Alexand.in consil.73.colum.1.videtur. volum.3.

F Exordium. Quando autem dicatur instare exordium. vide Marian. Soci.consi.95. capiendo. & Alex.consil.22. viso instrumento.vol.1.

G ¶Minus in actore. Igitur hic notari videtur quòd 26 † ius superueniens non validat iudicium. pro hoc habes Alexan.consi.39.col.1.vertitur lis.volu.5. Quod ius hæreditarium superueniens post litem contestatam actori, non validat iudicium.l.non potest.& l.non quemadmodum ff.de iudic.& ideo dicit Bar.in d.l.non potest. & l.& an eandem.§.actiones.in versi.procedere vlterius cir 27 ca hoc &c. ff.de except. rei iudi. Quod † aduocatus debet esse cautus in capitulando, vt concludat ius, ex quo agitur competijsse actori ante litem contestatam, alias succumbit. idem Barto.in l.non solum.§.sed vt probari. ff.de no. oper. nuncia. Bald. & Angel. in simili. in l.cum actum.ff.de nego.gest. vide eundem Bal.in l.1.ante fi. C. si plur.vna senten.

H ¶Plus. Vide quæ de hac dictione, † plus, tradit Fely. 28 in c.pastoralis.col.3.de rescript.s.

Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Cum ab vno arbitrorum vel iudicum, &c.

CVM AB VNO. Ratio huius decretalis est dicta.s.hoc lib. de electio.cum per formam [præsentibus] ex quo sunt præsentes & consentientes, est perinde acsi pronunciaretur ab vno. C.de erro. aduoca.l.1.ff.de verb.obliga. si procuratori. secus si non concordarent in vnam sententiam. Authē.vt iudic.nō expec.sca.iul.§ si aūt.colla.9 [nos tales] vt profe rat tam nomine suo quàm aliorum, & sic aliorum minister.arg.ff. de consti.pecu.licet. & l.eum qui.§. Iulianus.

Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Et si sententia diffinitiua, &c.

SVMMARIVM.

1 *Licet præscribatur appellationi, via tamen nullitatis remanet.*
2 *Episcopatus nedum est dignitas, sed culmen dignitatis, & ob hoc appellatione dignitatis non continetur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Appellatio deuoluit id super quo appellatur cum contingentibus.*
2 *Sedendo anima fit prudens.*
Præpositi Marescallorum ferunt sententias non sedendo.
3 *A verbis non est recedendum, licet grauia & aspera reperiantur.*
4 *Sententiæ inualidæ, per solum Principem validantur.*
5 *Sententia nulla an possit per iudicem appellationis confirmari.*
6 *Sententia nulla an possit partium consensu validari.*
7 *Sententia nulla an possit exequi.*
8 *Iurisdictio an sit extincta per sententiam nullam.*

ETSI SENTENTIA. Hæc decretalis in maiori parte sumpta est. C.de senten.ex peric.recit.& habet tria dicta. Primò, ponit regulam. Secundò, versi. [Episcopo] contra regulam annectit instantiam. Tertiò.§ [sententiam.] aliam ponit regulam: ecce primum [ab alio] vbi vnus est iudex. secus si plures.s.eod.c.proximò.[tempori.] C.de senten. ex pericul.recitan.l.2.[interesse] potest tamen appellari, & li-1 cet † præscribatur appellationi, via tamen nullitatis remanet. ff.de appella.si expressim.2.respon.& tunc licet hoc casu appellatio non habeat effectum extinguendi a vel suspendendi, habet tamen effectum deuoluendi, no.j.de regu. iur. in generali [prærogatiuam.] s.hoc lib. de offic.delega.c.2.

2 Et enim † Episcopatus nedum est dignitas, sed culmen dignitatis.j.de præben.venerabilis.& ob hoc appellatio-b ne dignitatis non continetur. b j.hoc lib. de præben.c.2. [illustrium.] C.de senten.ex pericu.recit.l.1.Idem econtra, vt si recitauit, & non in scripto. C.de senten.ex peri-c cu.recitan.l.3. [stando c.] C.de dilatio. a procedente. Et sic nota hic tres casus, in quibus sententia nulla est ipso iure.

ADDITIONES PROBI.

¶Nunc subditur de alio rubri vocabulo, & dic quòd 16 honestas † secundùm Papiam,quem refert Cardi.s̄. ea. rubri.dicitur quasi honoris status, vel secundùm Archi. in c.erit autem lex.4.distin.Ioan.Andr.& Bald.ea.rubri. quasi honoris statum seruans: vnde honestum est, quod sua virtute trahit,& ad dignitatem allicit,in verbis etiam consistit, iuxta id, quod not.Maria.Soci.consi.202.col. 4.in præsenti consultatione. Quòd dicere id quod homo de inhonestate diligens & diligentissimus non diceret, est culposum & inhonestum: & ibi subdit ꝙ iure non declaratur, quæ verba sint honesta vel inhonesta, ideo iudicis arbitrio committitur.c.de causis.s̄.de offi.delegã. 1.C.de iure delibe.

¶Vel dic quòd est compositio vel apparatus diutiarum: vnde Ecclesiastici.11.paupertas & honestas a Deo sunt. & Sapien.10.honestauit illum in laboribus suis, id est ditauit eum in labore quo seruiuit Laban, hinc Alex. 17 consi.53.num.11.vol.4.quòd † honestas familiarum cõseruatur per diuitias.facit.l.1.de deserto.lib.12.C.ꝙ honestus pro diuite accipitur. Et ideo vt vtrunq; comprehenderet,& de modo uiuendi quo ad obseruationem honestatis, morum & uitæ, posuit Papa hæc duo. Ita prosequitur Hostien.eo.titu.in summa, ubi colligit iura concernentia honestatem.

¶Et possumus exponere uerba hæc, uita & honestate clericorum, id est de honestate uitæ clericorum, qui in cunctis honestatem seruare, & eorum gesta debent ipsa summa honestate splendescere.c.ut clericorum.s̄.eo.tit. hi enim sunt qui onera subeunt in populo, quia eorum orationibus & diuinis officijs liberamur a peccatis & ciuitates conseruantur. testatur Petr.de Ancha.consi.61. ista quæstio. Meritò clericus non dicitur forensis.Deci. consi.275.in prin.in causa quæ Lucę agitatur.

¶In quibus autem consistat honestas clericorum, latè uidere licet, per Ioan.Andr.& Petr.hic, & Goffred.in summa.eo.titu.

¶Bald.uerò in d.rubr.dicit ad honestatem clericorum non solum pertinere honestè & parce uiuere, uerum a 18 uestibus sordidis abstinere. Cum † uestes sordidę pudorem iuducant.l.uestem sordidam.ff.de iniur.Pro hoc uide hic Domi.cui adde hoc uerbum, carnis uoluptates odio prosequere, nam corporis sordes animam quoquè inficere solent. pro his habeo quæ citat Maria.Soci.cõsi. 19 90.abunde, quòd † honestas absquè diuitijs conseruari non potest.not.in l.1.ff.de uen.inspi.& Cyn.in l.publico. C.de aduo.diuersorum iudi.& subdit ibi quòd perditis diuitijs sordescit familiarum dignitas.l.quisquis ad.l.Iul. maiest.C.de quo meminit Alexan.consi.36.num.7.uiso themate.& dubijs.uol.6.dum dicit quia per diuitias conseruatur familiarum honestas, quæ per inopiam perit in Aut.de testib.§.sancimus.& l.3.in princ.ff.de testib.& in l.1.ff de custo.reo.Alex.consi.134.in princ.Animaduer-20 sis diligenter his.uolu.6.ubi subdit ꝙ egestate † sordentibus uita est supplicium, & mors solatium.d.l.quisquis.C. ad leg.Iul.maiest.

¶Bonifacius quippè in rubrica ea.in Cle.citat quòd uita propriè est honestas, alias hac cessante honestate non est uita, sed bestialis pueritia, & sic debere præferri omni lucro.Ias.in l.reprehendenda.C.de insti.& substitu. sub conditio.fac.num.6.Et honestus amor pendet ex animo, non ex lucro, teste iuris consulto Vlpia.in l.hæc ratio.in princ.ff.de dona.inter uirum & uxorem.ibi, amorem honestum solis animis ęstimantes.& ibi, ne concordia pretio conciliari uideretur.

¶Et huius medio sumpta est occasio præmissorum de coitu, qui hominem inhonestum reddit, & brutalem efficit spiritum, lex enim præcipit hominem ipsum honeste uiuere. l.iustitia.§. iuris præcepta.ff.de iu-21 sti. & iur. Et † plus conferunt boni mores quàm diuitiæ plures.l.scire.§. præfectorum.ff.de tutor.& curator. dato. ab his.hinc Deci. in l.semper in contractibus.ff. 22 de regul. iur. quòd † ius honestatis ab omni reuerentia semper exemptum esse intelligitur. notat Bald. in l. ex libera. C. de oper. liberto. ubi per illum tex. infertur, quod subditi alicui domino non debent compelli, vt eorum vxores vadant ad domum domini ad tripudiandum ratione honestatis:& Pau.de Cast.in l.nullus. C.de sum.Trinita. quod si mulier inhonesta ad habitandum veniat, vicini illam expellere possunt. alleg.no.in §. fi.in Authen.de leno.hinc videmus in nonnullis partibus meretrices posse cogi portare aliquod signum, vt putà ligam in manica, aut aliquid aliud simile, vt discernantur ab alijs. Bal.per illum tex.in l.mimę. C.de episco. audi. Etiam ratione honestatis instante vxore, siue cõiunctis, potest compelli maritus ad dimittendum concubinam: ita

Paul.

Paul.in d.l.iustitia.§.iuris præcepta.cui adde quod not. in l.ex ea parte.§.1.de verb.oblig. ybi patet, quod licet contractus regulariter sint inter coniuges prohibiti,potest tamen maritus se obligare vxori ad pœnam, si tenuerit cōcubinam,quo in casu vxor potest agere ad thori separationem & dotem repetere,& lucrabit donationē propter nuptias. ita concludit Raphael.Cuma.cōsi.175.Domina Andriela.in fi.quam obligationem dicas ciuilem & canonicam, quia metu illius maritus retrahitur ab huiusmodi inhonestis mulieribus,quæ non mulieres, sed muliercule appellari debent,& sic diminutiuę, quia de anima & de vita, & de fama sua, & sibi adhærentibus diminuūt.dicit Host.in c.a nobis.s̄.de cohab.cler.& mulie.his enim conuenit diffinitio belli, quod dicitur corporis & animæ consumptio cum rerum substantia. Soleo enim has naturæ inimicum vociferare, quod patet ex præcedentibus.

¶Insuper reperio ꝙ honestas reddit Pontificem maximum in concessione gratiarum beneficialium & aliarū prouisionum etiam dispensationum promptiorem.testator illarum exordium,dum dicitur vitæ ac morum honestas,aliaquè laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio,nos inducunt,vt tibi reddamur ad gratiam liberales.

23 Sed † an hæc clausula debeat per executorem verificari, tangit Alber.in dictio.in verbo, vita,vbi dicit ꝙ nō debet executor de honestate & idoneitate huiusmodi inquirere, nec obijcientes audire. argu.l.si vt proponis.C. de execu.rei iudic.not.per Innoc.in c.proposuit.in princ. s̄.de conces.præben.& c.de cętero.j̄.de re iud. Compo.in c.cum inter canonicos.in fi.s̄.de elect.

¶Secus si mandatur ꝙ super idoneitate personæ solerter inquirat, & si eum idoneum repererit,sibi prouideat, quia tūc ante prouisionem oportet inquirere. arg. l.cum hi.§.si prætor.ff.de transact.& l.magis puto.§.si es alienū. ff.de reb.eorum,quæ sub tutela: & hoc propter formam mandati, quæ debet diligenter & attente seruari.l.diligēter.ff.mandati.c.cum dilecta.s̄.de res.precipuè Papæ,cum illius mandatum (licet per quam durum & vix ferendū) sustinere & adimplere oporteat. c.in memoria.in princ. 19.dist. Ita Bellam.consi.16.in prin.& sic hæc clausula,Si vitæ laudabilis eum repereris,factum hominis declarantis requirit: prima autem secus si idoneitatem de præsenti solum exposcit,quæ in rerum certa est.gl.in l.si vero.ff. qui satisd.coga. ꝙ quis præsumitur idoneus in moribus, ideo non est conditio.l.Sed & si restituatur.§.fin.ff.de iud. & ista est qualitas, quæ in omnibus nostris actibus debet attendi,etiam in paruis,alias si præsumptiuè appareat de contrario, in nobis, nihil remanet ex iuris præsumptione. Soci.consi.155.colum.penult.& fi.latius dico. in c.semel malus.de regu.iur.

Bonifacius Octauus. Cap.I.

¶Clerici qui clericalis ordinis dignitati &c.

SVMMARIVM.

1 *Esse clericum est habere dignitatem.*
Inter seruos,contigit aliquos habere dignitatem.
2 *Inter Dei seruos, clerici debent esse præcipui.*
3 *Dignitati detrahitur per delictum, & ea inquinatur & excluditur.*
Recreare infirmum per iocum in occulto, seu ex alia causa honesta, non reprobatur in clericis.
4 *Clerici mimis, iocolatoribus, & histrionibus, non habent intendere.*
5 *Clerici in sacris constituti,non amittunt clericatum, propter impressum caracterem,secus si non sint in sacris constituti.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Appellatione clerici comprehenditur Monachus, si clericus tonsuratus est.*
2 *Leue dicitur, quicquid non est ratione munitum.*
3 *In vita nostra cessatio,iocus, & ludus necessaria esse videntur.*
Iocus propriè,in verbis consistit.
4 *Actus iocose factus non obligat.*
Percutiens clericum iocosa leuitate non est excommunicatus.
5 *Impositio pœnę attenditur, vt hic.*
6 *Grauitas peccatorum attenditur tribus modis, vt hic.*
7 *Inquirere vltra sensum naturalem non est nisi infirmitas intellectus.*
8 *Omne peccatum,est deuiatio ab aliqua lege naturali, diuina, vel humana rectè posita.*
9 *Maius est peccatum cognoscere mulierem (carnaliter) difformem, quàm pulchram.*
Circumstantiam facit peccati grauitatem.
10 *Maior magis præsumitur contemnere.*
An magis puniatur nobilis, quàm ignobilis.
Quęque puniantur in delictis perpetrandis,vide hic.

a CLERICI. a Hic hr̄ quis amittit dignitatē clerici, tam tempore quàm trina monitione, si ab incepto hic prohibito non 1 desistat [dignitati] & ita liquet ꝙ † esse clericum est habere dignitatem.4.dist.deniquè.1.Responso.Nam inter seruos contingit aliquos habere dignitatem.ff.de vsufruc.l.sed & si 2 quis ædificauerit.§.1.Et inter † Dei seruos clerici debent esse precipui, & ob hoc a cleros quod est sors,dicti sunt, b quasi in sortem domini precipuè vocati. b Et qui contineantur appellatione clerici,habetur.21.dist.cleros.& priuilegium de quo hic agitur,non est concessum personæ, sed dignitati,seu toti collegio clericorum.j̄.de senten.excommu.Contigit.arg.s̄.de foro compe.si diligēti. & hoc priuilegium amittitur trina monitione, quando ei non paretur, vt hic, & s̄.eod.ex literis. & j̄.de senten.excom. 3 contingit.2.[detrahentes.] Noi. † dignitati detrahi per delictum,vt hic,& eam inquinari.s̄.eo. cum decorem. in fi.& eam excludi. C.vbi sena. vel clar.l.1. [ioculatores] hoc est ioci in publicum latores, facientes spectaculum proprij corporis.s̄.eod.cum decorem.ff.de his qui no.in c fa.l.2.§.fi. Recreare tamen infirmum per iocum c in occulto,seu ex alia causa honesta & consimilia facere,non reprobo [goliardos] vulgare est Gallicorum [Buffones] vulgare est Tuscorum [annum] continuum.ff.de statu lib.Cum hæres.§.Stichum.arg.ff.de public.& vecti.commis.l.fi.§.sunt autem.ff.de vsuca.l.3. Et in hoc est noui iuris edictio,quia absq; monitione quis non amittebat priuilegium clericale, vt d.c.ex literis. & c.contingit.ergo hoc tempore factum cum cursu anni facit aliquem perdere statum clerici, simile.j̄.hoc lib.de hæret.Cum contumacia.de æta.& quali.Cum bonæ [ignominiosam.] ff. de his qui no.infa.l.2.§.ignominiosa.& §.fi. 6.q.3.fames. 4 [exercuerint.] Cum † enim clerici Mimis, Ioculatorib. & histrionibus, non habeant intendere.s̄.eod. clerici.1.respon.Minus eorum artem habent exercere.63.dist. nō liceat [iure] hoc est ipso facto sine alio hominis adminiculo.s̄.hoc lib. de elect. quàm sit in fi. & c.cupientes.§.1. [clericali] hoc intelligo de clericis non in sacris constitu 5 tis, quia in sacris † constituti priuilegium clericale non d amittunt, d vt desinant esse clerici, sed eos oportet clerie caliter viuere: vnde licet existentes in sacris magis e peccent, non tamen amittunt clericatum propter caracterem impressum.s̄.qui clerici vel vo.c.1. & 2. & j̄.de cleri. coniu.sanè.in fi.

ADDITIONES PROBI.

a CLERICI. Vide Alex.consi.61.quia sepisb simè.vol.4.
¶Vocati. Vide Pau.de Cast.consi.336. in fi. in hac substitutione. in 1.par. qui pro hoc alleg.c.duo sunt.12.q.1. subdens ꝙ appella1 tione † clerici comprehenditur monachus,si clericus.tōsuratus est:nam non omnis monachus est clericus, nec omnis clericus est monachus, sed si vtraque qualitas in eodem concurrat,altera per alteram non absorbetur.l.si enim.§.1.in fi.ff.de extraordin.cogni.& l.cessat.ff.de actio. & oblig.& l.falsa.§.1.de condit.& demon.ff.ideo expressa vna qualitate,venit alia sibi cohęrens.Expresso enim nomine monachatus,veniunt monachi, & non clerici, expressoq; nomine clericatus, veniunt clerici, monachi & non monachi: cum quibus & potissimè regularibus quilibet non secus,quàm a re pestifera & perniciosissima contrahere

contrahere non debet. istud fuit consilium Maria. Soci. consi.15.col.11.vers.ex quibus visis.adducit pro hoc quasdam rationes leues tamen.i.ratione non munitas, prout in simili citat Bald.in l.ambiguitatis.C.de testam. ꝙ leue

2 † est quicquid non est ratione munitum. refert idem Soci.in d.consi.15.col antepen.

c ¶Per iocum. Vide Soc.consi.16.col.1.circa prædictam

3 consultationem.ibi,in vita † nostra cessatio, iocus & ludus necessaria esse videntur, a negocijs enim:quibus principaliter intendimus quandoq; cessari oportet, hæc autē cessatio non solum laicis,verum etiam clericis permissa, dummodo aliquid vitij non admisceatur.

Et iocus propriè in verbis consistit, in quo mediocritas illa laudabilis est,quam Greci Eupeliam vocant.Nos verò quandoq; festiuitatem,interdum iocūditatem, plerunq; vrbanitatem.

De ludo permisso omni iure,videlicet pilæ.l.item Mela.in prin.ff.ad leg.Aquil.vide latè per Ang.de Perus.consi.397.Ludus pilę.De ludo niuis,an sit prohibitus clericis, vide Cal.consi.7.in tit.de sent.excomm.

4 Et quo ad † actus iocosè factos dic non obligari.l.obligationum substantia.ff.de actio.& obliga.vbi Alber.dicit ꝙ institutio iocosè facta non tenet,per l.diuus Traianus. ff.de milita.testa.

¶Item percutiens clericum iocose & leuitate iocosa, non est excommunicatus.c.1.§.de sent.excommunica.

Item sponsalia per iocum facta sunt nulla.Not.Archi. in c.vnico.col.pen.de sponsa.hoc lib.Io.de Ana.cōsi.44.

¶De ludo iocoso & qui fit gratia recreationis, & virtutis, aut gloriæ, vide Dec.latè consi.9.col.2.& fi.& Soc. vbi §.

¶De matrimonio autem,aut verbis matrimonialibus iocosè prolatis an operentur. vide Ioan.And.post Host. in c.fin.§.de despon.impub. & in c.duo pueri. eod.titu. & post eos.Aureol.in additio.Guil.in c.1.de spon. & Matri. hoc lib.vbi concludit ꝙ in matrimonio testamento debet interuenire liber consensus,& non extortus per adulationem, vel dolum,aut fraudem etiam tertij.

Quod autem dicimus per actus iocosos non obligari, idem dic nec etiam per aliqua generaliter per modum cuiusdam liberalitatis prolata, quia hæc non inducunt dispositionem, adeo ꝙ si tu petis a me talem librum, & ego respondeo ꝙ nedum de illo libro, sed etiam de omnibus bonis meis faciam ad placitum tuum, ꝙ quicquid tibi placebit,non obligant.no.Ant.de Butr.Panor.Card. & Io.Imo.in c.cum venissent.§.de insti.quos sequit Alex. consi.237.nu.14.per spectis his.vol.6.

¶De confessione autem iocosè facta præsente & acceptante aduersario, & postea reuocata,vide Bertr. consil. 277.nu.6.Non videntur nobiles.par.3.

d ¶Non amittunt. Imo amittunt. Archid. Ioan. Andr. Pet.Domi.& Franc.hic recuperant tamen per dispensationem Episcopi. Cum quibus (penitentibus tamen & verè contritis) dispensat, vt per eorum rationes iuribus fulcitas videre licet,ad quas recurre,quia nolo transferre porros de horto in hortū. vt in simili ait Panor.in c.vigilanti.col.2.§.de præscrip.

¶Quod licet opinio Archid. sit communis,tamen tutius est tenere cum Ioan.Mo. propter actualem degradationem, quæ in hoc casu videtur esse necessaria. ista dicit dom. de Chassa.in consuetud. Burgund.in titu. des iustices & droitz dicelles.in verbo.Sil na grace.num.55.versi. Septimò fallit.

e Magis peccent. Istud comprobatur per ea quæ voluit Abbas antiquus in c.vt clericorum.§.hoc titu. ꝙ imposi-

5 tio † pœnæ attenditur & consideratur secundùm magnitudinem peccati,& excellentiam dignitatis.c.homo christianus.40.dist.vbi glo.not.& post eam Præpo. cuius do-

6 ctrinam insequendo,dico ꝙ grauitas † peccatorum potest attendi tribus modis. Primò ex magnitudine peccati in se s̄m genus suum, & hæc grauitas dicitur accipi ex parte obiectorum,ex quibus peccata speciem respiciunt, sicut homicidium grauius est furto. clarum enim est, ꝙ ille grauius peccat, qui grauiori peccato labitur. grauius autem peccatum est simpliciter ex genere, quod ex suo genere plus aduersatur Deo,& rectę rationi.i.deuiat magis a natura,siue dicamus de natura naturante,in quo solo cognoscitur peccati minoritas, & non in maioritate pœnæ,& ipsius impositione,quod tamen sentiunt aliqui theologi,prout audio,pro quibus facit quod no. Alexan. consi.13.num.8. Attentis igitur his.vol.7. ꝙ crimina iudicantur grauiora vel leuiora ex qualitate pœnæ.l.2.ff.de publi.iudi.Bart.in l.leuia. in prin.ff.de accu.

¶Quo ad naturam naturantem. Quia maior culpa est blasphemare in Deum, & eius reuerentiam, quàm in hominem & eius dignitatem mortalem siue caducam. ratio, quia magis deuiatur a natura, cum maiora suscipiat beneficia a Deo,quàm ab homine,quia quantò Deus est melior, tantò peccatum in eum est grauius: istud enim cognoscimus per sensum naturalem: vnde

7 † aliam rationem inquirere non est, nisi infirmitas intellectus,secundùm Philo. refert Ange.de Perus.consi.397. ludus pilæ.col 1.& consi.367.col.3.vers.1. quia capta qđ exorditur,in qōne vertente. Ias.in l.illam. C.de colla. dico in c.præsenti.de sent.excommu.

¶De natura autem naturata,patet,quia grauius est hominem occidere,q̄ hominis bona furari, & filium ꝓpriū occidere,q̄ extraneum:quid enim pulsat cor hominis,vt similem & quasi seipsum occidat,vt in occisione filij dixi.§.in rub.de renunc.in vers.habeo præterea.istud enim est contra votum cuiuscunq; animantis,etiam brutalis.

Pro præmissis habeo quod citat Præposi.in c.latorem.

8 1.q.1.col.2.Quod omne peccatum † est deuiatio ab aliqua lege naturali, diuina, vel humana rectè posita: vnde Ambro.dicit ꝙ peccatum est dictum,vel factum vel cōcupitum contra legem.

Secundo modo dicitur & attenditur grauitas, ex parte causæ motiuæ,sicut fornicatio,quæ fit ex maiori libidine mouente,maior est:huic tamen videtur aduersari Ias. Insti.de actio.in §.ex maleficijs.col.3. & ante eum Panor. in c.cum quidam.col.1.§.de iureiur.post gl.in c.fi.14.q.fi.

9 & Fel.ibi.col.4.ꝙ maius peccatū est cognoscere(carnaliter) mulierem difformem,q̄ pulchram, quia pulchræ magis suadent commisceri,ꝙ licet id habeat quandam rationis conformitatem,tamen patitur in se moderationem, videlicet in quibusdam insensatis viris, qui maiori libidine mouētur in vetula, quàm in iuuencula, seu vili,& perquàm abiecta,q̄ pulchra,vt videri solet in his q sæpè pulcherrimas vxores & venustissimas relinquunt,vt fornicarias publicas prostituant,& actiones suas cum his cōmunicent,istud continet tertium modum,quia ex circunstātiarum parte cognoscitur peccati grauitas,& in casu nostro circunstantia trahit in aliud genus peccati. sicut peccatum fornicationis consistit in hoc ꝙ vir non accedit ad propriam vxorem, si autem addatur hæc circunstātia, vt illa ad quā accedit sit alterius vxor, transfert in aliud genus peccati s̄m iustitiam,inquantum homo vsurpat rē alterius,& ipse habens alterius rem amouit,in quo magis deuiat a natura q̄ si non haberet.

¶Ideo his suadentibus concludo, adulterium grauius peccatum q̄ sit fornicatio,aut stuprum, per ea quæ Alex. d.consi.13.num.7.notat,ꝙ maius crimen est adulterium, quod committitur cum nupta q̄ stuprū, quod cōmittit cum muliere non nupta.pro hoc facit dictum Abba.antiq.in c.vt clericorum.§.hoc nostro tit. ꝙ maior pęna sit cōiugato imponenda,si alienum thorum accedat,q̄ clerico,si fornicetur:quod credo in tonsurato tm̄,secus in presbyteratus & alijs ordinibus sacris constituto, qui tacitè vouendo ad sacros promouentur,vt ĩ.deduco.

¶Aliquando tamen circunstantia non aggrauat peccatum, quasi trahens in aliud genus peccati, sed solum multiplicat rationem peccati. Sicut si prodigus dat quādo non debet, & cui debet,ex hoc ipso peccatum fit grauius secundùm Præpo.vbi §. colum.1. dicentem. tertio modo circunstantiam aggrauare peccatum ex eo quòd auget deformitatem prouenientem ex alia circunstantia, sicut accipere alienum constituit peccatum furti, si autem addatur hæc circunstantia, vt multum accipiat de alieno, erit peccatum grauius,quia magis deuiat a natura, quàmuis accipere multum vel parum de se non dicant rationem boni vel mali.

Nec ad hoc suffragari potest ratio,quæ adduci posset, ꝙ nobilitas vel dignitas(cum de se bona sint) non debet peccatū aggrauare,& sic illas habenti nocere: dic ꝙ ille nōt tāum nocent vt erratū nostrū, ratio secundùm diuū Thomam in prima Secundę: quia homo magnus siue in excellenti

excellenti dignitate constitutus non reportat commodum ex bono quod habet, siue ex dignitate quam habet, sed ex malo vsu illius, rationes enim aggrauandi in talibus sunt, quia facilius possunt resistere maiores, putà quia excedunt in scientia & virtute, hinc Dominus Lucæ 12. Seruus sciens voluntatem domini sui & non faciens, vapulabit plagis multis.

¶Item propter Magnitudinem, quia omne bonum, quo quis magnificatur est beneficium, cui homo fit ingratus peccando, & quantum ad hoc quælibet maioritas (etiam in temporalibus bonis) peccatum aggrauat. testatur illud Sapien.6.c.potentes potenter tormenta patientur.

¶Item propter specialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem personæ, sicut si Princeps iustitiam nollet, qui ponitur iustitiæ custos ac præceptor æquitatis & ipsius iustitiæ, qui ponitur vt sit forma gregis non dominator in populos. testis est Luc.de Penna. in l.grauissimum.col.1. Ne fiscus rem quam vendi.lib.10.C.vide quæ in proposito dixi.s̄.in c.non putamus.versic.ꝙ Princeps.de consuetudi.

¶Item & si sacerdos fornicetur siue coinquinet cum mulieribus videtur adulterium committere & incestū, quia vouit tacitè.glo.testatur.in c.cum olim.s̄.de cler.cōiuga.prout Monachus expressè, ita fatetur Imo.in Clem. fi.in fi.de hære.

Iuuat id quod refert Abbas antiq.in d.c.vt clericorum. ꝙ diaconus plus punitur, quàm subdiaconus, & presbyter quàm diaconus, si incontinenter vixerit & hoc propter exemplum siue scandalum: hinc diuus Greg. in pasto.inquit, in exemplum vehementer extenditur, quando pro reuerentia gradus peccator honoratur. Ad plurium enim notitiam perueniunt peccata malorum, & magis homines ea indigne ferunt.

¶Et sic vbi est maius delictum, ibi est maior pœna.l.1. C.de rapto.virg.in fi.1.Respon.34.q.1. non afferamus.c. quæsiuit.s̄.de his quæ fiunt a maio.par.cap. & de homici. sicut dignum.refert Nicol.de Vbal.de Perusio in tracta. de success.ab intesta.versicu.quarta species.in fi. Sed non conuertitur, quia non sequitur, est maior pœna, ergo maius delictum.

Quod enim constitutis in dignitate maior pœna imponatur, istud comprobo per ea quæ not.in c.cum quidam.vbi gl.s̄.de iniur. & Panor.post eam dicens ꝙ † maior magis præsumitur contemnere, quia videtur Deo magis ingratus cum maiora sumpserit.Io. Mo.in c.sciāt. in fi.s̄.de elect.vbi vide quæ dico remissiuè.

10

Et sic ratione præsumptionis magis puniri, ideo cōuenit dignitatem nō aggrauare delictum, sed magis ipsum delinquentem ratione præsumptionis.firmat Cardin.in Clem.2.§.dignitatem.hoc titu.q.5.in his enim maior est status prærogatiua, & sic exigitur maior honestas.l.presbyteri.C.de epis.& cler.& ob vitandum malum exemplū, quod ex eis magis quàm ex alijs oritur. hæc firmat Lati⁹ Fely.in d.c.quidam.in prin.& in fi.3.col.vbi dicit, ꝙ in dubio existens in dignitate, videtur plus contemnere, quia plura a Deo recepit, & sic magis Deo est obligatus: ideo in eo videtur magis esse ingratitudo, & sic magis peccare maximè ratione exempli secundùm Inno.ibi & alios. firmat Calca.consi.1.num.7.alleg Bald.post tex.ibi, in c.1. de pace Const.dico in c.fęlicis.circa prin.Ĵ.de pęn.

Et sic habes firmam regulam, ꝙ constituti in dignitate delinquentes, magis puniuntur quàm cæteri, quod moderare modis sequentibus, vt ęqua fiat punitio. Primò in hæretico, quia rusticus & alij (etiam nobiles & in dignitate constitui) ęque puniuntur. Archi.in c.qui contra.24. q.1.ꝙ licet mitius aliquando agatur cum nobilibus † & alijs potentioribus, tamen hodie inter nobiles & ignobiles non est differentia de hæresi condemnatos. Nam siue sit clericus, siue laicus, siue Papa, siue Imperator, vel quicunq; inferior deponi debet ab oī dignitate, ꝑut his dieb. de facto contigit in quodam nobili Picardiæ noīe Berquin, qui tamquàm hæreticus hic Parisijs exustus est viu⁹ prout & alij multi hoc anno.534.s̄.num.15.

11

¶Idem dic in pęna pecuniaria, quia ęque soluit nobilis, ut rusticus.glo.in d.c.qui contra.ubi Fely.num.5.qui addit idem fore in pęna spirituali.Bal.in l.fi.circa medium. C.de summa Trini.& fide cath.

¶Aequa etiam fit punitio in proditore.Bal.in d.c.cum quidam.

¶Idem in eo qui delinquit in officio suo, quia æque punitur nobilis sicut plebeius. Barto.in l.quædam. ff.de pœn.

Idem ubi est minima contumacia.Ioan.And.& Anto in c.ex ea.s̄.de sta.mo.

¶Pro hoc intento vide Guil.de Cun. in l.nemo. in fi. C. de sacrosan.eccle.ubi distinguit, aut pęna est taxata a lege, & tunc texatio est seruanda, nec fit differentia vtrum sit pauper uel diues.

Si autem non est taxata, sed est arbitraria, tunc debet plus puniri pauper quam diues.l.illicitas.ff.de offi.præsi.& l.1.§.1.ff.de col.illici.

De clericis coniugatis. Rub.

CLERICI in minoribus ordinibus constituti matrimonia licitè contrahere possunt.s̄.eo. c.proximo.& c.ex parte.& c.Ioannes. ideo dicto de honestate clericorum, quorum aliqui contrahunt matrimonia, subijcit de clericis coniugatis.

¶Vel dic.dicto de clericis in genere, nunc in certa specie.

¶Vel dic, dicto de honestate clericorum, quæ diminuitur per matrimonium.Ĵ.eo.c.uno.Ideo de his tractat.

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Clerici qui cum unicis & uirginibus contraxerunt, &c

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati leuius amittunt priuilegium clericale.*
2 *Clericus coniugatus non deferens vestes & tonsuram clericales, & illas postmodum resumens, & priuilegio gaudere volens.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Mercatura non dicitur actu vno exerceri.*
2 *Vna hirundo non facit ver, prout & similia hic deducta.*
3 *Possessio præsentandi, seu quasi probatur vnico actu.*
4 *Vestes clericales non reperiuntur a iure deter minatæ.*
5 *Consuetudo contra ecclesiam non valet.*
6 *Omnis hesitatio ad ius referter.*
7 *Habens ius in re debet renunciare in manibus superioris, si ad rem satis est quòd dicat illud habere pro derelicto.*
6 *Plus valet tacita renunciatio quàm expressa.*
9 *Qui eligit vnum ex duobus incompatibilibus, videtur alteri renunciare, quod se non compatitur cum illo.*
10 *Plus facto quàm verbo mens comprehenditur.*
11 *Quis renunciat iuri suo quando huic contrarium facit.*
12 *Clericus beneficiatus contrahens de facto matrimonium cum consanguinea punitur, vt hic.*
13 *Homicida non est ipso iure priuatus beneficio,*
14 *Pęna priuationis non habet locum nisi exprimatur.*
15 *Quando actus est nullus pęna non habet locum.*
16 *Coniunctus præsumitur scire coniunctionem quam habet cum coniunctis.*
17 *Priuilegium ratione professionis vel officij concessum quatenus durat, eatenus officium suum stat.*
18 *Res est intelligenda, si in eodem statu perseuerauerit, & rebus sic se habentibus.*
19 *Officio priuatus, etiam censetur beneficio, cum sit eius sequela.*
20 *Debemus inspicere cuius contemplatione sit adiecta conditio.*
21 *Expiratum non reuiuiscit.*
22 *Noua causa superueniens tollit priuilegium ex causa sibi contraria factum.*
23 *Nobilis exercens artes mecanicas, perdit nobilitatem.*
24 *Mutatione personæ mutatur priuilegium.*
25 *Priuilegia personalia debent cum personis sepeliri.*
26 *Coniugati de liberis efficiuntur vxorum serui.*
Si nupserit, dicitur conditio non de facili portatura.
27 *Quis non potest renunciare libertati Vs abat ius.*
28 *Mutatio status in melius auget ius antiquum, non autem aufert.*
29 *Ecclesia parrochialis erecta in cathedralem non perdit priuilegia prius ipsi concessa.*

30 *Facilius perditur ius quærendum quam quæsitum.*
Per dispensationem non quæritur ius etiam ad rem.
Dispensatio super pluralitate dicitur beneficium.
31 *Mutatione rei possessio perimitur.*
32 *Sublata causa vnius beneficij, intelligitur esse sublatum beneficium, illius causæ contemplatione concessum.*
33 *Curatus parrochialis dispensatus vt non teneatur promoueri infra tempora iuris ad presbyteratum an sit dispensatus quòd etiam non teneatur promoueri ad subdiaconatum vel diaconatum ætate sibi suffragante.*
34 *Dispensatus ad sacros non intelligitur dispensatus ad beneficium curatum.*
35 *Dispensatio circa vnum defectum non porrigitur ad alium.*
In dispensationibus non licet extendere ex maioritate rationis.
36 *Dispensatio ad connexa extenditur.*

a CLERICI. a Heu mihi, olim in clericis coniugatis consueuit esse regula pro ecclesia, & instantiæ pro brachio seculari, b vt in mercaturis b. s. eo. ex parte. s. de vita & honest. cle. ex literis. hic verò conuertitur ex melius. C. de Epi. & cle. l. 2. 12. q. 1. quia tua. & no. 32. dist. eos.

Et hęc decre. Primò ponit duas exceptiones. Secundò. § [in cęteris] ponit regulam [retineant] cōtra. j. de senten. excommunica. in audientia. vbi priuilegium hic tactum non amittit clericus absquè trina monitione vt & alias. j. de senten. excommunica. contingit. s. de vita & hone. cle. ex literis.

1 ¶ Sol. illa corrigitur per istam, vel illa loquitur in non coniugatis, hic in coniugatis † qui leuius amittunt priuilegium clericale, qui iam nō tenentur viuere clericaliter. s. eo. Ioannes. & c. sequen. & seq. [nostro]. 17. q. 4. c. si quis suadente [concilium.] s. de foro comp. c. 2. 12. q. 1. c. 2. [denegatur] j. de reg. iur. cum quid vna, & ibi not. s. de restitu. in integ. coram [condemnari] idem de vxoribus istorum. no. 33. dist. eos [in cæteris] & in contractibus. s. eo. ex parte. & etiam in præmissis, vbi Episcopi clerici coniugati c vestes & tonsuram non deferunt clericales c vt. j. sequitur.

2 ¶ Sed quæro † clericus coniugatus non defert tonsuram nec vestem clericales, postmodum vult resumere & gaudere priuilegio clericali, nunquid potest? videtur φ non. arg. ff. de acquir. hæred. nec is quis. 7. q. 1. quam periculosum.

d Contra dic d saltem in casibus resumptionem sequentibus. Nec dicit hic φ amittunt, sed nō cogunt deferre. s. e eo. c. proxi. & si amittant, hoc est vsque e ad resumptionem. arg. ff. de testa. milita. l. pen. C. de cura furio. l. vlt.

Item nunquid hic tollitur consuetudo? arg. φ sic. s. hoc lib. de biga. c. vno.

f Sol. ibi prorsus recessit a clero. Item ibi est expressum de consuetudine, hic non, & ideo consuetudo f non tollitur. s. hoc lib. de consti. c. 1.

ADDITIONES PROBI.

a CLERICI. Vide quæ citat Lap. alle. 118. Quęritur non leuiter.

b 1 ¶ Mercaturis. Quæ mercatura † non dicitur vno actu exerceri. Bart. in l. legatis seruis. num. 4. de leg. 3. facit l. 1. ff. de tribu. actio. sequitur Bald. in 1. par. consil. 495. col. 2. punctus super quo. idem Bald. & Latius in rubr. de constitu. pecu. C. vbi dicit hoc verum, nisi hanc vnicam mercantiam præcedat professio, seu matriculatio in matricula mercatorum: Nam nomina dicta a consuetudine, seu ab actuum generalitate, acquiruntur vsu & exercitio, non per vnicum actum. vnde nō dicitur quis aleator, licet semel ludat, nec peccator licet semel deliquerit, nec lector licet semel legat.

Præterea dicit Ias. consi. 153. col. 7. præsupponitur. vol. 4. φ ex vnico vel bino actu non iudicamus seruum esse erronem, sed quando frequenter & sine causa vagatur. l. quid sit fugitiuus. §. erronem. ff. de edil. edic.

Item non dicitur Plagiarius qui semel seruum abduxerit, sed qui habet ex consuetudine. gl. o. 1. in l. si abducta. C. de fur. idem in abigeo. idem in vsurario. vt ibi probat.

Nomina vero dicta a professione acquiruntur profitēdo, sed nomina quæ non denominantur respectu actuū in genere, sed respectu vnius actus, vt putà hoc nomē, homicida, vel adulter etiam, ex vno actu verificatur, vt sicut habent esse formale in se, ita habent esse nominis. facit l. 3. C. de epi. audi.

2 Facit ad primum propositum quod dicit Aristo. primo Eth. refert in simili Soc. consil. 262. col. 4. versic. Sed pro certo: in causa magnifici, quòd sicut vna † hyrundo non facit ver. ita nec vna calida dies, nec modicum tempus facit æstatem, nec vna virtus virtuosum hominem. Sic nec vna dies, nec modicum tempus facit hominem fęlicem.

Item propter vnum actum non dicitur quis solitus lucrari & negociari. d. l. 3. C. de episcop. & cleri. glo. in c. ita nos. 25. q. 2. Bar. in l. legatis seruis. de lega. 3. latè cōprobat Pet. Rebuf. in rep. l. vnicæ. in gl. fi. num. 31. C. de sen. quę pro eo quod interest profer. quibus adde quæ tradit Calca. consi. 1. num. 19.

Vide Ioan. de Anania in c. vnico num. 2. s. de sagitta. Paul. de Cast. consil. 161. in fi. non est dubium. in 2. parte. Bal. in d. cons. 495. in fi. punctus in 1. parte, & Aret. in cons. 29. nu. 14.

3 Quod licet s. dixerimus mercaturam vnico actu non exerceri, non procedit in probatione possessionis † seu quasi præsentādi, quia hæc ex vnico actu probatur, & aliquem per illum actum esse in quasi possessione præsentandi. Freder. cons. 234. Super primo puncto. & Oldr. cōs. 312. thema quæstionis. Dec. cons. 215. num. 5. in causa vertente. ratio differentiæ inter ista videtur, quia in primo casu iura resistunt: in secundo vero assistunt seu nō resistunt, vt in simili dicit ibi Dec.

Hunc punctum latius comprobo. in c. j. de iure patr. vide Io. Mo. in regula 1. in fi. de reg. iur.

Facit pro præmissis quod citat Soc. consil. 258. col. 1. in causa vicarię. quòd per vnicum actum in his quæ non solent concedi ratione amicitiæ, vel familiaritatis, acquiritur quasi possessio, vt est in actu electionis: idem in præsentatione, secuta confirmatione, secundum Innoc. in c. cum ecclesia. s. de causa possessio. & proprie. Bart. in l. prima, §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuque priua.

4 Clericales. Quæ † non reperiuntur a iure determinatæ. gl. fi. in Cle. j. de elec. gl. & Doc. in c. pe s. de vita & hone. cle. glo. prag. in ver. honesto, & in ver. regionum, quo. diui. offi. fit cele.

Et sic sufficit clerico seculari habere habitum clericalem conuenientem clericis, dummodo non sit a cōsuetudine ibi reprobatus, quod sequitur Alexā. consil. 149. col. 2. in causa volu. 6. Sic intellige quæ no. Petrus de Ancha. consil. 216. in princip. nos Bartholomæus. vide quæ latè tradit in proposito idem Alexand. in consil. 8. volum. 1.

d Contra dic. Vide Ioānem And. in ca. Ioannes col. 5. s. hoc ti. vbi citat Io. Mo. & Arch. hic.

e Vsque ad resumptionem. Hunc punctum latè cōprobat Alex. consil. 149. col. 2. in causa. vol. 6. pro quo dicit fore optimum tex. in Clem. 1. in verbo quandiu. secundum primum intellectum positum ibi in verbo, omnino. qui est communiter approbatus, quia illa qualitas importata per illam dictionem quandiu, refertur ad omnia posita in eadem oratione. Bart. in l. 4. §. eritquè differentia. ff. vi bo. rap.

f 5 Consuetudine non tollitur. Pro hoc Hostien. in c. j. circa fi. s. de aposta. dicit quòd si sit consuetudo quæ faciat pro foro ecclesiastico, putà quòd etiam ducens viduam omni priuilegio gaudeat clericali tam personali quàm reali, valet, secus si † esset contra ecclesiam, vt quia diceret constitutum etiam in sacris, vel in minoribus clericaliter viuentem, & obedientem potestati subiacere seculari, quia hæc non valet, quod pro notabili dicit Alexand. consil. 149. num. 10. in causa volum. 6. Ratio diuersitatis videtur, quia talis consuetudo irrationabilis, & odiosa esset, & prima quæ pro ecclesia facit, fauorabilis est, & rationabilis inducitur. vide quæ dico in c. si iudex. de sent. excomm. j.

Præterea in proposito text. nostri Doctores hic puta Io. And. vtrobique, in gl. videlicet & nouel. Pet. de Ancha.

Domi.

Domi.& Franc.citant dubiũ a quo videtur pendere quæstio hæc. Pone, Gilbertus probus clericus & in minoribus constitutus, a sede apostolica, vt quæcunque duo curata secularia, seu alias inuicem incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinere posset, secum in forma dispensari obtinuit, post modum carnalibus desiderijs compunctus matrimonium per verba de præsenti cum Berta contraxit, modo tempore procedente Berta ipsa naturæ debitũ persoluit in domino, secutiuè ipse Gilbertus ad sacros etiam presbyteratus ordines se promoueri ritè & rectè curauit, beneficiaquè curata huiusce dispensationis vigore conferri sibi de facto obtinuit. Nunc inter eum & illius aduersarios contenditur, & super hoc hęsitatur (di-
6 co in iure) cum omnis hæsitatio † ad ius referatur, dicit Do. meus de Ripa. lib. 2. respon. c. 22. in prin.

¶ Pro cuius. q. decisione vt iam dixi. q. ipsa dependet a dubij ipsius decisione, videlicet clericus in minoribus constitutus, literas ad vacatura impetrauit, post modum cum vnica & virgine contraxit, quæ procedente tempore ad dominum migrauit, quæstionis est, an literæ ipse nunc eidem clerico suffragentur, secundùm earum formam, & tenorem in eis contentam, vt puta ꝙ vigore earum possit petere de beneficijs sibi prouideri. Pro discussione primæ nostræ quæstionis aliqua motiua in deductione secundæ deducta adducam, ea tamen multis alijs iuribus & authoritatibus comprobando: ideo declinando in partem negatiuam adduco ea quæ voluit Gaspar Cal. consi. 5. in tit. de renuncia. vbi dubium mouet. Pone, impetrans gratiam ad beneficia offerens se aliam dimissurum gratiam quam pridem obtinuerat, si consequatur beneficium per secundam, an eidem sufficiat verbo, exprimere, ꝙ eam pro derelicto habet, aut requiratur renũciatio expressa: qui ait sufficere verbo exprimere, quòd
7 † licet habens ius in re volens renunciare, debeat hoc facere in manibus superioris. c. admonet. š. de renuncia. Archi. in c. deliberatione. col. fi. š. de offi. leg. Calde. consi. 3. d. titu. de renuncia. (dixi latè. š. eo. tit. in c. quoniam) habens tamen ius ad rem duntaxat, putà electus antè confirmationem, & impetrans antè collationem. c. pen. & fi. de concess. præben. hoc lib. satis est ꝙ dicat se gratiam habere pro derelicto, & hoc facto desijt esse ipsius. l. 1. & fi. ff. pro derelic. ex hoc enim dicitur dimittere immo facto dimittere non posset, quia factum non habet, & sic succedit regula, ꝙ priuatio præsupponit habitum. l. decem. & ibi Bar. ff. de ver. oblig. dixi. š. in c. Romana de offi. ordi. ideo dic sufficere verbalem dimissionem, per quã suam declarat voluntatem. faciunt no. in c. 2. š. de transla. præla. & c. si electio. š. de elec. hoc lib. Hostien. in c. constitutus. š. de appella. vbi gl. in ver. renunciasse. quæ dicit licuisse Archidiacono renunciare electioni etiam sine cõsensu & auctoritate superioris, licet ipsi consensissent, ex eo quia non erat electus in concordia, & non habebat ius pacificum. ita testantur ibi Panormi. Præpo. & Franc.

¶ Et vlterius quod est magis, quia immo habens ius in re quo ad sui præiudicium ei videtur renunciasse, si habeat pro derelicto. no. in c. quod in dubijs. š. de renuncia. glo. habes in c. ex ore de his quæ fiunt a ma. parte cap. Et
8 plus valet † tacita renunciatio q̃ expressa. c. 1. 2. Respon. de iura. calum. hoc lib. Nam in proposita quæstione est tacita renunciatio resultans ex contractu matrimonij, quod facit vt quis dicatur ipso facto renunciare iuri suo. Cle. gratiæ. de resc. & d. c. ex ore. in hoc enim apparet animus & intentio contrahentis de tacita beneficij renunciatione, & sic quid incompatibile cum gratijs ad benefi-
9 cia, hinc ille † qui elegit vnum ex duobus incompatibilibus, videtur renunciare alteri quod se non compatitur cum illo. l. illud. ff. de acqui. hæred. vbi ad positionem cõsequentis positio sequitur antecedentis. ad Idem. c. vt quis duas. š. de elec. hoc lib. vide Propo. in c. ab exordio. 35. dist. in fi. vbi loquitur de impetrante priuilegiũ ad archidiaconatum, & postea vxoratur.

¶ Sic in proposito si valeat verbalis renunciatio, mul-
10 tò magis valebit realis. Cum † plus facto quàm verbo mens comprehendatur. Ioan. Mona. in c. in generali de regu. iur. & in c. is qui. de homic. & ibi dixi. quod procedit maximè in moralibus. Neapoli. decisio. 1. ita tenent Archid. Ioan. Andr. & alij hic per tex. nostrum. tenet decis. tholo. 239. per not. Colle. in c. 1. š. hoc tit. comprobat ibi Aufre. in addi ad eam dicens verum, quando contraxit per verba de præsenti, etiam nõ subsecuta copula carnali, quia exercuit actum omnino contrarium clericatui, non enim vxorem debet habere carnalem & spiritualem: secus si per verba de futuro, tenent communiter Doct. in c. 1. š. isto tit. Rota in nouis decisio. 26.

¶ Intellige etiam si ex parte ipsius solum forent verba de præsenti, secus si ex parte mulieris, vt quia contraheret cum impubere, in quo non habent verba de præsenti efficaciam: nihilominus eo ipso fit vacatio, ex quo non stetit per eum. ista est deci. Rotę in antiq. 103. licet Panor. in d. c. 1. nu. 7. videatur contrarium sentire.

Comprobant præterea Scribẽ. de constituto in sacris, qui de facto matrimonium contrahit, quia vacant eius beneficia, nec ea recuperat, propter eius intentionem, vt cum vxore perpetuò maneret: alias non diceretur matrimonium. c. solet quæri circa finem. 32. q. 2. ideo statim habuit ecclesiam pro derelicto, & desinit eius esse, & occupanti cedit. d. l. 1. 2. & vlti. ff. pro derelicto. & facto suo, inquantum eum cernebat, ecclesiæ renunciauit: ergo in ea petenda amplius nõ auditur. l. 2. C. de iur. do. impe. & l. vlt. C. de inoff. test. c. gratum. š. de offi. deleg. vbi glo. no.
11 quòd † quis renunciat iuri suo, seu renunciare præsumitur, quando huic contrarium facit & operatur. pro hoc uide Brixi. in q. dominicali. q. 9. 10. 15. Panor. in d. c. 1. col. 2. š. hoc tit. facit quod not. Maria. Soci. consi. 10. colum. 4. quamuis quęstiones. ꝙ assumendo statim penitus contrarium iuri sibi quæsito ex legato uidetur legato ipso facto renunciare. alle. glo. hic & plures Doct.

¶ Comprobant etiam de constituto in minoribus cõ-
12 contrahente † matrimonium cum cõsanguinea, quam. q. firmat idem Brixien. in d. q. 10. ubi concludit, ꝙ talis ad beneficia sua nunquam admittitur, cum suo facto ecclesiæ renunciauerit. d. c. ex ore. hanc tenent Card. Panor. & Imo. in d. c. 1. tenet ẽt Roma. consi. 483. Dubitatur primò. nu. 6. per. c. eum qui de pręben. hoc lib. & c. nuper. š. de biga. ubi apertum est bigamiam induci per matrimonium contractũ, licet nulliter, omni eo casu quo induceretur per matrimonium legitimè contractum. Ioan. And. in c. Ioannes. circa fi. š. hoc titu. dicit hoc sibi placere nisi fiat in fraudem prælati, in cuius manibus renunciare debebat, ut prædixi. Nam licet tunc teneat renunciatio tacita quo ad eum, non tamen quo ad superiorem, quin illum inuitum possit in beneficio retinere, alias facile esset prę-latum illudere contra notata in c. admonet. š. de renunc. his enim fraudibus claudenda est via. c. quanto. ad fi. š. de diuor.

¶ Hunc passum latius tangit Collec. in d. cap. Ioannes. quem uidebis.

His tamen non obstantibus quidam contrariam asserunt sententiam, & clericum in minoribus constitutum contrahentem matrimonium cum consanguinea ipso iure non priuari beneficijs, cum glo. in d. c. 1. š. hoc tit. (ibi per Ant. approbata) dicat clericum in sacris constitutum matrimonium de facto contrahentem ipso iure non priuari beneficijs: ideo paritate rationis idem uidetur dicendum in clerico in minoribus constituto, si contrahat cũ consanguinea, ex quo in ambobus non ualuit matrimo-
13 nium. facit arg. de homicida, qui ipso iure non reperitur priuatus. Inno. in c. cum nostris. ubi Panor. nu. 22. š. de cõcess. præben. & in c. querelam. col. 3. uersi. Sed ego quæro. š. de iureiur. Bald. in l. cum fratrem. colũ. 2. C. de his quib. vt indig. firmat Ioan. de Ana. in c. inquisitionis. num. 3. š. de accus. vbi testatur hanc fore communem. per c. clericis. š. ne cler. vel mo. ibi, honore priuatur & loco. l. beneficio.
14 ¶ Facit † quia pęna priuationis non habet locum, nisi exprimatur. testis est glo. magna. in fi. c. fi. š. de iure patro. text. in l. at si quis. §. diuus. ff. de relig. & sump. fu. gl. in Cle. 2. š. de uita & hone. cle. dico. & latius in c. quamuis. de cogna. spirituali. š.
15 Quodq; ubi imponitur pœna † pro aliquo actu, si actus est nullus, pęna nõ habet locum. istud comprobo per ea quæ no. uoluit Bar. in l. filius. §. si quis bonorum. in fi. ff. de leg. pręstan. pone, statuto cauetur ꝙ si quis actionem cesserit nobili aut alteri potenti, a iure suo cadat: modò Titius cessit, qui tamen cedere nonpoterat, vel quia cessio inutilis facta cadet ne a iure suo? ibi est text. ꝙ non, quia non sufficit facere de facto cõtra, ut quis incidat in pęnã.

notat

not. idem Bart. in l. ubi pactum in fi. de transactio. latè per Bald. in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui not. infa. idem Bald. in l. 2. col. 2. C. de iure emphi. & in l. 1. §. fi. in fi. ff. quod quisquè iur. Ioan. Andr. in nouella in c. perpetuè de elec. hoc lib. uide quæ dico in c. fi. de cogna. spirituali.

¶ Et sic ex præmissis resultat diuersarum opinionum, & aduersarum conflictus, pro quarum concordia, capio doctrinam Io. de Imol. in d. Cle. gratiæ. col. fi. cuius mentem refero, vt habeas hunc punctum manifestum, ideo dic aut matrimonium fuit nullum, & tunc si propter defectum vtriusq;, tunc potest reuerti ad beneficia: & sic infertur ꝙ non vacauerint, quia alias noua indigeret collatione: & nō superuenit vinculum incompatibile, ex quo nullum, aut propter defectum consensus clerici, vt quia tunc furiosus, vel mentecaptus & tunc idem, aut propter defectum consensus mulieris, & tunc si non erat apta ad matrimonium, nō perditur beneficium. c. literas de spon. impub. huic tamen membro contrariatur. d. decis. Rotę. c. 3. in antiq. Si vero erat apta perdit illud, nec ad illud datur regressus, quia quantum in eo fuit contraxit, & sic ad fuit voluntas renunciandi. Si verò non tenuit propter alium defectum quàm consensus, vt putà impedimentū consanguinitatis, vel aliud simile, tunc si notum vtriq; vel saltem clerico, non perdit beneficium, quia non videtur habuisse voluntatem renunciandi, nec abdicandi a se beneficium. argu. text. nostri. in l. non solum. ff. de actio. & obliga. ibi procul dubio in huiusmodi actu talis cogitatio est, vt nihil agi existimetur, apposita ea conditione quam sciant esse impossibilem: quod verum nisi processerit ad copulam, quo casu propter affectum cum opere subsecuto, saltem esset priuandus. arg. c. nuper. §. de biga. & in tali scientia clericus ipse præsumitur constitu-
16 tus, cum † coniunctus præsumatur scire coniunctionem, quam habet cum coniunctis. text. in l. octaui. ff. vnde cogna. Bal. in l. quoniam sororem. C. de iure delib. facit. l. de tutela. C. de in integr. resti. minor.

¶ Si verò vterquè ignorabat, vel saltem clericus, tunc perdit, nec ad illud datur regressus.

¶ Et per hæc habes contrarietatem dissolutam. Tu tamen vide pro themate quæ citat Henricus Bohic. in c. quod a te. §. hoc titu. dum quærit de impetrante ad primam præbendam, qui antequàm vacaret contraxit cum virgine, ea demum mortua, non potest petere præbendam.

¶ Nunc prosequendo thema ipsum & comprobando ipsam negatiuam. q. propositæ vltra Docto. hic adduco
17 vnum & delectabile fundamentum. Quia † priuilegium ratione professionis vel officij concessum, eatenus durat quatenus officium ipsum stat. ista est doctrina Bart. in l. maximarum de excu. munerum. lib. 10. C. & in l. qui sub prætextu, vbi etiam idem Bart. C. de sacrosan. eccle. & in l. semper. ff. de iure immunita. not. in l. scriniarios. C. de iudi. testa. mili. & ꝑ Fely. col. 2. post Areti. in c. clerici. §. de istud enim rectè video firmari, per ea quæ tradit Maria. Soci. consi. 121. visa contingentia, dum discutit quando res desinat esse dotalis ex hæreditaria, quem videas si pla-
18 cet. Ad idem facit quod res † est intelligenda si eodem statu perseuerauerunt, & rebus sic se habentibus. Ioan. Mona. & ibi dico in c. statutum in ver. cum perseuerantia. de hæreti. huiusmodi enim dispensatio eidem Gilberto Probo fuit data contemplatione officij in posterum ampliori modo exercendi, quia propter officium datur beneficium. c. fi. §. de res. vbi glo. in ver. datur quæ citat,
19 quod officio † priuatus censetur etiam beneficio, cum sit eius sequela, vt probant iura per eum in medium deducta.

Item si talis matrimonium contrahit, amplius non tenetur ad officium (dico vt per prius) igitur cessat & expirat gratia illius officij contemplatione data. c. cum cessante. §. de appella. cum simil.

Facit in simili quod not. Petr. de Ancha. consi. 185. col.
20 1. quæstio videtur, ꝙ † debemus inspicere cuius contemplatione sit adiecta conditio.

Et continuando ꝙ datur beneficiū propter officium. Nam quemadmodū in temporalibus rōne seruitij tp̄alis fuerūt cōstituta & ordinata officia. l. pen. C. de testa. milita. ita licet dicere, ꝙ ꝓ officio spirituali ordinata fuerūt beneficia. c. concesso. 12. q. 2. c. fi. & c. pe. 1. q. 2. glo. in c. fi. §. de officio vica. tex. in d. c. fi. §. de regula. hoc lib.

21 ¶ Et sic ipsa dispensatione expirata, † amplius nō reuiuiscit. ar. l. qui res. § aream. ff. de solu. & c. si illic. 23. q. 4. Finitaquè est causa priuilegij, ergo finitur priuilegium. l. Titia. §. vsuras de leg. 2. l. cura deficientium. ff. de muneri. & hono. ca. generaliter. 16. q. 1. not. late Roma. consi. 404. in
22 casu proposito. vbi inter alia ad propositū citat quòd † noua causa superueniens, priuilegium tollit, ex causa sibi contraria factum. casum habes no. in c. sueggestum. §. de deci. vbi glo. Comprobat Socinus cons. 150. col. 9. in 1. volumine, versic. 6. confirmatur, quòd vbi vnum beneficium competit contemplatione alterius, si mouetur illud, cuius contemplatione dabatur, intelligitur in consequentiam remotum illud, quod contemplatione remoti dabatur, siue concedebatur: quod patet ex no. per Bart. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & postu. probatur in l. filio. §. mariti. ff. de adi. leg. Alex. consi. 19. versi. 2. probatur. Circa primum vol. 6. facit quod habetur in l. cum ex oratione ad fi. ff. de excu. tuto. vbi idem quod supra proximè diximus, quòd finita causa priuilegij, finitur & priuilegium; ad idem. l. filia. §. alumnę. ff. ad Trebel.

¶ Quia in proposito dispensatio data fuit contēplatione officij & beneficiorum consequendorum gratia, vt patet intuenti, quæ contemplatio nunc cessat, quia habere vxorem & ecclesiam contraria sunt, cum clericus coniugatus hoc in casu laicus reputetur, perditq; omnia priuilegia clericatus ordinis, exceptis duobus tactis hic & per Scriben. post tex. nostrum, putà priuilegio canonis & fori, ex quo resultat laicos beneficiorum incapaces. no. §. de insti. c. 2. dixi latè in c. nullus de tempo. ordi. ideo eligendo vnū ex contrarijs amplius recursus ad alium nō dari. l. vlt. circa princip. C. de codicil. & l. prima. C. de fur.
23 pro hoc habeo vnum in simili quòd si † nobilis exerceat artes mechanicas perdit nobilitatem. Bal. in l. nobiliores. C. de commer. & merca. non solum pro illo tempore quo excercet artes illas, sed in totū & omne per ęuum quod intellige non procedere si foret nobilis genere, qa tunc hoc tempore solum dicitur nobilitas obfuscata. secus si nobilitas foret per priuilegium principis. arg. no. in l. si Augustę. ff. de lega. 2. quod seruit proposito, cum illa nobilitas dispensationis & cætera huiusmodi dicantur quæsita nō genere: sed priuilegio canonis, siue principis: Ratio diuersitatis potest esse, quia prima nobilitas non potest in totum tolli, cum iura sanguinis in totum tolli non possint, iuribus vulgatis, offuscari tamē per aliquod obstaculum valent, quo remoto iterum sunt in suo esse generis, quod non procedit in secunda nobilitate, quæ in totum eneruatur per contrarium actum, vt in proposito nostro dicitur.

24 ¶ Moueor pręterea, † mutatione personæ mutatur priuilegium. l. Paulus. alias per procuratorem. ff. de acquire. hæred. ibi in fi. quia castrēsia esse mutatione personæ desierunt, quem tex. ibi Di. Imo. & Aret. dicunt not. ad hoc ꝙ si res reipub. vel ecclesię vendantur legitimè alicui priuatę personę, ꝙ illę amodò possunt præscribi spatio, quo cæteræ res priuatæ præscribuntur. Maria. Socin. consi. 93. col. 6. circa primum ad idem tex. in arg. in c. dilectus. el 3. §. de præbend. & in l. cum patronus. de leg. 2. quē ad hoc ponderauit Soci. cons. 153. col. 6. circa medium, maximè quādo persona fuit immediata causa priuilegij, vt in themate nostro, quia Papa prouidet hoc in casu ꝑsonæ principaliter non beneficijs, cum obstet pluralitas iure communi. ergo dispensatio dicitur facta contemplatione solius personæ & sic cum persona extinguitur priuilegiū. comprobat in simili Ias. in cons. 31. in fi. Nicol. vol. 4. vbi pro hoc allegat. d. l. cum patronus de leg. 2. & l. si fundum per fideicommissum. §. fi. cum l. sequè. de leg. 1. vbi impubes licet in legitima non possit grauari onere fideicommissi, tamen si eius legitima veniat ad substitutum ipsius impuberis vel ad legitimos hæredes, ipsi tenebuntur ad onus fideicommissi. facit etiā regula in omnibus
25 causis. ff. de re. iud. vbi Dec. citat † talia priuilegia cū priuilegiato debere sepeliri instar pallij. c. 2. §. de authoritate & vsu pal. Ita in ꝓposito clericus coniugatus quo ad hoc censetur mortuus, propter status mutationem, certè in coniugatis clericis potest dici mutatus status, quia de li-
26 beris † efficiuntur vxorum serui, vt plurimum vides, de quibus

quibus pro præsenti me remitto ad ea, quu traduntur in Sylua nuptiali & in legibus connubia. firmat Deci. consi. 310. col. 1. visis diligenter. ibi, cum per hoc in ipso quædam seruitus constituatur & Aureol. in addi. ad Guil. in c. vnico de spon. vbi dicit quòd in matrimonio est mutua seruitus, meritò dicere poterimus quòd conditio si nupserit, est conditio non de facili portatiua. no. Alex. cõsi. 114. col. 3. in fi. in causa. & lite. vol. 4. quem vide. in consi. 71. in 2. col. ponderatis. vol. 2. ibi nam & vxoratus in seruitute esse dicitur. l. 2. ff. de liber. ho. exhiben. quod est cõtra dictum Bald. in d. l. cum ex oratione. ff. de excu. tuto. 27 vbi dicit quòd quis † non potest renunciare libertati.

¶Hoc tamen in proposito potest saluari per id, quod dicit. Nico. Boe. in consue. Bitur. in tit. de consue. & iure sta. perso. §. 4. quòd vs abat ius. Ratio quia mariti sunt causa causæ, ideo fatui & bestiæ: propter id tamen non minus dicuntur habiles ad contrahendum matrimonium. Ioã. Mo. in c. vnico. de spon. impub.

¶Et pro ampliori elucidatione thematis propositi oppono in id, quod dicimus priuilegium extingui mutatio-28 ne status: mutatio † status in melius auget ius antiquum, non autem aufert. gl. in c. ex parte. in verbo, Andegauen. s. de fo. compe. quam ibi approbant Panormi. & Fely. vbi dicitur quòd licet adeptus senatoriam dignitatem desinat esse municeps quo ad munera, non tamen quo ad dignitatem: pro quo. l. pen. ff. de senator. Ad idem. l. falsa. §. sed si cui. ff de condi. & demon. ibi, nam honor eius auctus est, nõ conditio mutata. istud poteris latissimè comprobare per ea, quæ tradit Alex. de Imol. consi. 32. visa cõcessione. vol. 5.

¶Ad hæc poteris respondere quòd in his iuribus fit mutatio in melius & in dignius, secus in casu nostro, quia in eo fit deterius, & status dignior non mutat priuilegia concessa.

¶In proposito facit quod in facti contingentia cõsuluit Dom. consi. 125. quod exorditur. dubia siue conclu-29 siones. in fi. 8. dubij. vbi vult quòd ecclesia † parrochialis erecta in cathedralem nõ perdat priuilegia prius concessa ipsi parrochiali, quia dignitas superueniens non tollit obligationem, vel iura inducentia vinculum in maiori statu. c. cum te. s. de rescrip. pro quo vide Oldra. consi. 262. & consi. 239. Bonæ memoriæ, vbi dicit quòd si Episcopus Tholosanus datus est conseruator, postea verò est factus Archiepiscopus eiusdem ciuitatis, non expirat officium, per supradicta, & non desinit esse Episcopus Tholosanus, sed natura in eo mutatur. l. seruus alienus. §. fideicommissariam. ff. de hæred. insti. videturquè sibi ipsi succedere. l. si prior in princ. ff. qui potio. in pigno. habe. & sibi ipsi substitui. l. sed si plures. §. nemo. & l. vlti. ff. de vulga. & pupil. substi.

¶Et sic habes intentum liquidum. facit vlterius, quia 30 † facilius perditur ius quærendum quàm quæsitum. Barb. in d. Cle. gratiæ. col. 9. & 10.

¶Per hęc tamen non intendas per dispensationem acquiri ius ad rem in beneficio, cum per eam nõ quæratur ius, sed solum fit capax & habilis. Ioan. Mo. in c. 2. s. de fil. presby.

¶Facit etiam quia si perdat beneficia ecclesiastica, cõsequenter perdit dispensationem, cum dispensatio super pluralitate dicatur beneficium. dicit Io. Andr. in c. olim. col. 2. s. de verb. signifi. per text. in c. ordinarij. §. si verò de offi. ord. hoc lib.

¶Vltra prædicta in mutatione status habeo quæ in si-31 mili citat Deci. consi. 302. nu. 23. Et pro tenui † ꝙ mutatione rei possessio perimitur. l. qui vniuersis. §. item si id quod possidebam. ff. de acqui. po. per quod subdit ꝙ si terra arida efficiatur lacus vel stagnum, propter impetum aquarum, vel industria mea, præscriptio dicitur interrupta, quia prima qualitas vsus perempta est, quasi mutato elemento, quia primò erat terra, nunc est aqua.

¶Ad idem, quando debetur seruitus superficiei, extincta superficie, cui seruitus debetur, extinguitur ipsa seruitus, nec ædificium restauratum censetur illud, cui debebatur seruitus, sed aliud diuersum. Barto. & Angel. in l. prima ff. de superficie. Paul. de Cast. in l. 2. ff. de serui. tradit Marian. Socin. consi. 138. colum. 3. circa primum.

32 Item sublata † causa vnius beneficij, intelligitur esse sublatum beneficium illius causæ contemplatione concessum. idem Maria. consi. 150. col. 16.

Istud extendere poteris in nominationibus, quia si contingat nominatos aut graduatos matrimonium contrahere, & postea vxores eorum mori, reperientur priuati fructu graduum & nominationum, quod placet Pe. Rebuf. in repeti. c. postulastis vlt. car. s. de cle. excommu. mini.

In eo autem ꝙ. s. proximè deduxi dispensationem facere capacem & habilem trahitur in consequentiam ꝙ remittit ad ius commune, vt licet colligere ex no. in l. nõ prohibentur. & l. si conuen. s. de his qui accu. non po. vbi patet in milite, qui habilitatur ad accusandum, si suam vel suorum iniuriam prosequatur, quæ accusatio reducitur ad ius commune, & sic in ea opus est inscriptione cum alijs solemnitatibus a iure requisitis.

33 Ex quo in simili infertur ꝙ † si cum minore annis ad curatum dispensatur, dicitur reduci ad ius commune: ideo intra annum a die pacificę possessionis tenetur se facere promoueri ad sacros, ad quos tunc promoueri potest, vt si sit. in 18 suæ ætatis anno constitutus ad ordinem subdiaconatus, & sic de alijs Cle. generalem. de æta. & quali. ordi. quod si non fuerit promotus, perdit beneficium, quod patet ex no. in c. ex eo de elec. hoc lib.

Et sic dispensatio super ætate non inducit dispensationem super ordinibus, vt per optimè in casu consuluit Petr. de Ancha. consi. 304. ista allegata in contrarium. & hæc est veritas secundùm Modernos in d. c. cum ex eo. quicquid dubitauerit. Panor. in c. quia intantum s. de pręben. dubium hoc tangere voluit nouissimè. Aureolus in addi. ad Guil. in c. licet canon. s. de elect. hoc lib. allegat Lap. decisio. 84. quam non reperio ad propositum. Ego tamen ampliori stilo comprobando addo not. per Anto. Cor. in reperto. Panor. in verbo, dispensatus, vbi ait 34 ꝙ † dispensatus ad sacros, non intelligitur ad beneficium curatum dispensatus, quod comprobat quàm plurimis authoritatibus. & hanc fatetur communem, tenet Fely. in c. ac si clerici. §. de adulterijs. col. 10. versi. Et quod dispensatio non trahatur s. de iudi.

Iuuat etiam in proposito argumentum de multò magis quod cessat in dispensationibus. dixi. s. in c. permittimus. de æta. & qualita. ordi. facit. l. cum propter. ff. de leg. præstan. quæ allegatur secundùm Bart. ibi ꝙ dispensatio 35 † circa vnum defectum non porrigitur ad alium. facit dictum a domino meo relatum. lib. 2. respon. c. 35. nu. 6. ꝙ in dispensationibus non licet extendere ex maioritate rationis. Hostien. & alij communiter. in c. postulasti s. de ref. Panor. & Moder. in d. c. at si clerici. §. de adulterijs. Fely. in c. fi. s. de symo.

¶Pro contraria opinione vide eundem do. meum. 2. 36 lib. respon. c. 1. vbi latè discutit ꝙ dispensatio † ad connexa extenditur secundùm Io. And. in addi. ad Specu. in tit. de leg. §. fi. versi. 4.

Hinc dicimus ꝙ dispensatus ad diaconatum, censetur etiam ad subdiaconatum dispensatus, & dispensatus super pluralitate beneficiorum, censetur etiam dispensatus super residentia. glo. in c. si quis in clero. 7. q. 1. Domi. in d. c. licet canon. Fely. in d. c. postulasti. s. de ref. glo. & Panor. in d. c. quia in tantum. vide de Selua. in tractatu benefici. 3. par. q. 42. vbi multum comprobat prædicta, quibus adhęreo potius quam primis. vide quæ etiam dixi. s. c. vno de æta. & quali. in fi.

Quæ postremò comprobo per ea quæ citat apostil. ad Panor. in c. cum esses. in fi. s. de testa. ꝙ licet clericus sit priuilegiatus, vt possit facere testamentum cum duobus testibus & presbytero. d. c. cum esses, tamen si hoc modo faciat, & demum cum vnica & virgine matrimonium contrahat, & sic perdat priuilegium hoc & alia (demptis tamen duobus in text. nostro contentis) mortua postea vxore, iste iterum incipiat esse clericus, viuereque clericaliter, deinde moriatur, nulla facta mentione de suo priori testamento, ꝙ hæredes in eo instituti non debent admitti. adduxit. tex. in l. quod dicitur. §. miles testamentũ. ff. de milita. testa.

Item talis mutatio fit ministerio legis sine facto hominis, prout in simili dicit Maria. Soci. consil. 131. colũ. 2. in præsenti consultatione. quem uideas.

Vltimò pro intento principali habeo quod not. Alex. consi.

consi. 125. nu. 6. uiso processu. uol. 7. ꝙ si priuilegium cōceditur mihi & omnibus descendentibus meis masculis & fœminis, ꝙ descendentes fœminæ, ita demum sortiuntur priuilegium, si sint uiduæ, non autem si ad maritum conuolauerint, quia postquàm uirum assumunt, in totū dicuntur in alium se transferre, & statum suum mutare. l. mulieres de digni. lib. 12. C. istud tamen prima facie uidetur potius contra intentum, nisi dicas id procedere solum in prophanis & mundanis, secus in spiritualibus, uel quod dictum illud iuribus non comprobatur, ut ibi per ipsum Alex. dicitur.

De clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda. Rub.

1 CLERICI. † amittunt beneficia per coniugium. s. de cler. coniug. & c. sanè. & 28. dist. de Siracusanę, & nedum dicta uia, sed etiam non residendo a in ecclesia uel præbenda. s. eo. ex gestis. & c. inter, amittunt beneficia, ideo subijcit de clericis non residentibus in ecclesia uel præbenda.

ADDITIONES PROBI.

a NON RESIDENDO. Vide quę latè tradunt Neapoli. decisio. 289. Serenissimus Rex. ubi tractant de Cardinalibus non residentibus in curia, & de modo citandi absentes, & eos priuandi, ac de excusatione eorum.

Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶ Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus &c.

SVMMARIVM.

1 *Verbum simpliciter dictum, intelligitur cum continuatione.*
2 *Visitando quis dicitur Ecclesiæ seruire.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Distributiones quotidianæ propriè dicuntur, quæ actu & re ipsa distribuuntur.*
Nomina debent habere conuenientiam cum rebus.
2 *Quidam sunt contractus, qui denominantur ab actu exequendi.*
3 *Manualia dicuntur, vt hic.*
4 *Cui legata sunt alimenta in domo testatoris præstaada, debet in domo præstare seruitia secundùm qualitatem suæ personæ.*
5 *Quotidianæ distributiones sunt inductæ in fauorem cultus diuini.*
6 *Distributiones quotidianæ solum interessentibus dantur.*
7 *A quo remouetur naturalis effectus remouetur eius species.*
8 *Consuetudo non valet contra substantiam actus.*
Vbi substantia remouetur, actus consistere non potest.
9 *Pacta contra naturam actus non sunt seruanda, etiam si iuramento sint vallata.*
10 *Consuetudo potest fingere absentem vel mortuum pro residente, sed non pro interessente.*
Sicut veritas non potest esse, sic etiam imago non potest fingi.
11 *Papa non potest dispensare contra substantiam actus.*
Papa non dispensat cum monacho, vt habeat proprium, sed benè facit de monacho non monachum.
12 *Duo sunt genera distributionum vt hic.*
13 *Infirmitas excusat a residentia.*
Infirmitas multis modis probatur.
14 *Semper non est credendum omni spiritui, vel iudicio medici.*
16 *Canonicus repertus cum muliere nuda non præsumitur dicere pater noster, secus si non nuda, quia præsumitur eam benedicere.*
16 *Infirmus fingitur Ecclesiæ deseruire.*
Fictio super aliquo principali trahitur ad id, quod venit in consequentiam fictionis.
17 *Quis non debet sine sua culpa suo priuari stipendio.*
18 *Infirmitas quando non est causa absentię non operatur dationem distributionum.*
19 *Sublata causa beneficij, intelligitur esse sublatum beneficium illius causæ contemplatione concessum.*
Famulus qui dedit causam infirmitati, non habet salarium, durante infirmitate.
20 *Afflicto non est danda afflictio.*
Infans hæreditatem patris non aditam, transmittit ad matrem.
21 *Ea quæ causaliter absunt, abesse non videntur.*
22 *Iniustè excommunicato, suspenso, & incarcerato canonico, debentur quotidianæ distributiones.*
23 *Res censetur vita hominis.*
24 *Vir verberans vxorem debet alimenta extra domum vxori dare.*
Alienatio quæ fit propter delictum non habet fauores.
25 *Nulla potest esse iustior necessitas quàm facti impotentia, vel periculum personæ & rerum.*
26 *An absentes causa pestis percipiant distributiones.*
Canonia non debet esse sine præbenda.
27 *Lex viuere in paupertate & mori in anxietate non permittit.*
28 *Euidens vtilitas quæ sit, vt percipiantur quotidianæ distributiones.*
29 *Officium non debet esse damnosum.*
30 *Relictum Ecclesiæ in genere cui debeat dari.*
31 *Non valet consuetudo quòd omnes distributiones diei, vna hora lucrentur.*
32 *Verbum vsurpat, malè sonat.*
33 *Pars denotat mediam.*
34 *Sublato labore tollitur præmium.*
35 *Canonicus iurans continuè residere non est periurus, si non resideat ratione trium casuum in tex. hoc descriptorum.*
Magis est amica veritas.
36 *Quando casus expressus & fictus æquiparantur: Dispositio in casu verò, locum habet in casu ficto.*
37 *Distributiones non computantur in valore beneficiorum.*
38 *Aliquid non potest tale dici eo quòd potest contingere tale.*
39 *Consuetudo irrationalis quando excusat.*
40 *Non debet puniri qui communi iudicio peccat.*
41 *Iniusta causa excusat a dolo.*
Omnis crudelitas etiam futura excusat a doli pęna.
42 *Consuetudo non habet locum contra legem diuinam.*
43 *Noua consuetudo quando introduci non potest.*
44 *Faciens contra legem non excusatur prout nec qui obseruat consuetudinem a lege reprobatam.*
45 *Clericos rebus ecclesiasticis abutentes, obligatos ad restitutionem dicito.*
46 *Forma rescripti, vt non interessentes diuinis, non habeant distributiones hic inseritur.*
47 *In dubio articulo non peccat qui in alteram partem inclinat.*
48 *Episcopus non statuit contra ius, ex consuetudine tamen potest contra ius interpretari.*
49 *Episcopus statuit circa dubium iuris.*
50 *Familiares Cardinalium non se exercentes in famulatu, non gaudent prærogatiua familiarium.*
51 *Forma supplicandi pro indulto (de fructibus in absentia percipiendis) consequendo, hic inseritur.*
52 *Quando ius non determinat certum locum vel tempus, quocunque loco vel tempore actus explicatur.*
53 *Distributiones quotidianæ non augent corpus præbendæ.*
54 *Aptitudo acquisitionis non auget precium.*
55 *Casum aduersamq́, hominis liberi fortunam sperare non debemus.*
56 *Quæ sunt diuersorum generum, & quæ vnaqueque per se imperfecta sunt, inuicem non coniunguntur, vt aliquod perfectum faciant.*
Ex distinctis & separatis non fit illatio, & separatorum separata est ratio.
57 *Quid sit necesse, vt ex duobus diuersis, constituatur vnum corpus.*
58 *An de distributionibus sit soluenda decima Papalis.*
59 *Argumentum ab absurdo est validum.*
60 *Appellatione fructuum, distributiones quando veniant.*
61 *An in distributionibus habeat locum ius accrescendi.*
62 *Per substitutum canonicus non seruit præbendæ.*
63 *Episcopus non dispensat contra suas constitutiones.*
64 *In mora modica temporis non est vis.*

CONSVETVDINEM. Hæc decre. habet tria dicta, primò consuetudinem narrat, & contra illam statuit. secundò. §. [Qui verò] facientes contra punit. tertiò. §. [de distributionibus] præmissa ad casum similem extendit [manualia]. ſ. de verbo. signifi. olim. [victualia a]. s. eo. de cętero. [deseruiret] Sed quid si cōsuetudo est ibi, vt in Morino, ꝙ canonicus veniens inibi de nouo, per tres dies existens in domo,

in domo, nō veniens ad Ecclesiam, habet dictas distributiones integrè. An hæc cōsuetudo hic reprobetur? dic quòd nō, quia hæc litera intelligitur de his qui cōtinuò habere vellent in domibus suis remanentes. Nam verbum † simpliciter dictum, intelligitur cum continuatione[b]. ff. de solu. cum quis in prin. ꝗ. de iureiuran. quemadmodum, in prin. 22. q. 2. in prin. ne quis arbitretur. ff. de annuis lega. Seio. §. medico. & §. fi.

¶ Item est arg. ff. ex quibus causis maio. ab hostibus § vlt. & hoc videtur probari per §. sequentem vbi iusta & rationabilis causa excipitur.

¶ Item per eadem iura dico, ꝙ si Archidiaconus Ecclesiæ visitans suum Archidiaconatum habebat de consuetudine antiqua antè hanc decretalem suas distributiones, ꝙ ipsę nō subtrahuntur per hanc constitutionem & visitando † Ecclesiæ seruit: caueat tamen ne alterius commodi gratia visitet. arg. ff. ex quib. cau. maio. Item hi & l. sequen. [vtiltas]. ꝗ. hoc lib. de elec. cum nō deceat, dic vt ibi [teneētur]. ꝗ. hoc lib. de censi. Romana. § caueant, & c. exigit in fi. s. hoc lib. de offi. ordi. Si canonici in prin.

ADDITIONES PROBI.

a VICTUALIA. Quod licet hic. & in c. de cętero. s. eo. tit. distributiones videantur appellari victualia, hoc tamen nō procedit de iure, sed id refertur ad cōsuetudines speciales, de iure autem potius accessiones ad ius canonicale sunt. c. dilectus. el 1. in fi. s. de præben. not. Card. cōsi. 53. in fi.

¶ Continuatione. Vide quæ pro hoc dicimus in c. vnico. in ver. assistentes, & in ver. cum perseuerantia. de scisma. ꝗ. & in c. statutum. 2. ꝗ. de hæred. Dic etiam debere intelligi, rebus sic extantibus. Deci. cōsi. 276. col. fi. prępo nitur. Et quia materia textus nostri frequens est longas latasq; habenas habere fertur & quotidianas, eas tamen ni fallor, Doc. hic illius ad saturitatem nō laxarunt. Ideo pro viribus id facere in præsentiarum conabor. intrando itaq; campū tam fertilem a quo sumunt plurimi adipem frumenti, vini, & olei, lacq; & lanam. Primò habeo ꝙ nō placet vnum discussum per Archi. hic per text. nostrum, ibi qui eisdem officijs in ipsis Ecclesijs affuerint, quasi dicat nō alijs, cum hic agatur de beneficijs, quorum fructus tm̄ laborantibus tribuuntur & nō alijs. c. licet. ꝗ. de prebē. & in c. alma. §. adijcimus. ꝗ. de sen. excom. ad idem. c. fi. de res. hoc lib. cuius voti fuerunt Paul. & Zenz. hic (Domi. referente hic) ponit regulam negatiuā aqua dicit ꝙ certi casus excipiuntur, de quorum numero iste nō est stemus: ergo regulæ. id coprobat idem Domi. hic. in §. qui verò in fi. ꝙ distributiones † quotidianæ, de quibus hic agitur ꝓpriè dicuntur quæ actu & re ipsa distribuuntur. Quia nomina debent habere cōuenientiam cum rebus. §. est autem aliud. versi. Sed nos. Insti. de dona. ideo in proposito dicit notabiliter Bar. in l. iurisgentium. in prin. ff. de pact.

2 ꝙ † sunt quidam contractus qui denominantur ab actu exequendi, vt sunt cōtractus qui re contrahuntur. pone, depositum, cōmodatum, mutuum, & similes, & tales nō habent nomen nisi a re, facta ipsa executione: hinc dicimus pactum de cōmodando, deponendo vel mutuando nō fore mutuum, cōmodatum, nec depositum vt ibi idē Bart. latè ꝓsequitur. facit tex. in l. si tibi decē. ff. de pac. vbi dr, ꝙ si tibi dedi decē milia, & paciscar ꝙ. 20. milia debeātur vltra decē millia, obligatio nō oritur, cum obligatio re cōtrahi nō possit, nisi quatenus datum est, & si dedero decē, vt vndecim debeas Proculus putat amplius q̃ decē condici nō posse. legitur. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet.

¶ Sic in proposito infero ꝙ cum quotidianæ distributiones nomen ab actu ipso distributionibus & manualis beneficij accipiant (vt videre licet in tex. nostro) sequitur vbi nō est realis siue manualis distributio, nō dici quotidianas distributionibus, & sic non deberi.

3 Facit quia† manualia dicuntur, eo ꝙ quasi ad manum & diebus singulis cuilibet ꝓ victu tamq̃ residenti no tā q̃ interessenti diuinis diuiduntur Car. in c. olim. s. de ver. signi. in fi. vbi in text. reperies hæc verba manualia beneficia: hoc etiam testatur hic. Io. Mo. dicitq; Ioan. Andr. in prin. manualia dicuntur ea quæ vocamus distributiones, ꝙq; vident succedere loco alimentorū vt patet inrueti.

Ex quo capite habeo, quòd ad seruitia tenentur, & residentiam, pro quo iuuat, quod citat Alex. consil. 178. versic. pro hoc facit, videretur forsan. volu. 6. quòd † ille cui legata sunt alimenta in domo testatoris pręstanda, debet in domo præstare seruitia secundum qualitatem suę personæ. Bar. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alimen. & cib. lega. Bald. in l. 1. col. 2. C. de lega. vbi dicit, quòd talis persona saltem quo ad operas obsequiales tenetur: alias non debet habere alimenta, iuxta vulgatum, qui nō laborat, nō manducat.

Comprobo & alio medio, certum est iure communi distributiones † quotidianas introductas fore in fauorē cultus diuini, vt facilius præbendati, & alij beneficiati pro grediantur ad diuina. no. Panor. in c. licet. 2. not s. de pręben. probat tex. noster, & in c. de cætero. s. hoc tit. in clem. vna. de reliq. & vene. san. gl. in c. fin. s. de magi. solumque † interessentibus dari, Panor. in d. c. olim, nu. 6. probat gl. in ver. vsurpat, in pragma. in ti. quo tempore &c. Rota in nouis decis. 134. domi. meus lib. 2. interpreta. in cap. si quando, nu. 80. s. de res. Domi. consil. 153. Paul. de Castro firmat in consilio 170. in princ. viso puncto. in prima parte, dum dicit, ꝙ quotidianæ distributiones dantur pro labore, & operis precio. allegat. ff. pro socio. l. cum duobus. §. si in coeunda, vide quæ latissime tradit Domi. in cons. 85. col. 3. Super primo dubio: ideo consuetudinem aliter, quàm præmissum est disponentem ecclesiæ onerosam dicito, & sic seruari non debere. c. 1. s. de consue. & c. cum causa. s. de re iud. & c. 1. s. de his quæ fiunt a ma. parte ca. quòd sit onerosa patet eo ipso, quia cultus diuini diminutionem importat, cuius contemplatione dantur beneficia. c. fi. s. de res. non tamen simpliciter, sed etiam, vt clericus assumptus in sortem domini viuat de patrimonio Christi, & non medicet. 93. dist. Diaconi. c. 2. de præbend. supra testatur gl. in pragma. in d. titu. qualiter horę &c. in verbo teneantur col. 2. quod firmat Barb. in cap. mandatum, nu. 80. de res.

Item consuetudo ipsa facit contra ecclesiam, & cultum diuinum, ideo nō valet, per ea quæ dixi post Io. Mo. s. in d. c. 1. in verbo consuetudine. dico in cap. si iudex, de senten. excom. ꝗ.

¶ Item ista consuetudo esset contra substantiam actus quæ non potest facere ꝙ hoc in casu dicatur distributio, cum sit quæ actu ipso distribuitur, & non alia (proprie sumēdo) gl. habes in extrauagan. suscepti, ne sede vacan. in ver. in totum, post medium. Firmat Anto. Roncinus in quodam cons. inter con. Decij posito in fin. 2. partis col. 5. versi. postremò non omittam, & Decius consi. 53. nu. 5. in casu proposito: dum dicit, dos enim siue dotatio dicitur ab ipso actu dotationis, vt dicitur de mutuo deposito & alijs contractibus, qui re contrahuntur. Bar. in di. l. e iurisgentium in prin. ff. de pact. idē de distributionibus quotidianis, vt per Domi. hic. Iuuat id de quo per Neapol. decis. 338. numero. 3. Nobilis. quòd † a quo remouetur naturalis effectus, remouetur eius species. Et sic non haberet nomen ab actu executionis, vt patet re ipsa, sicut enim non potest facere consuetudo quòd promissio de mutuando dicatur mutuum, quia rei repugnat, ita in proposito non potest facere quòd debeatur talibus ipsa distributio.

8 ¶ Item in iure habes pro constanti quòd † non valet consuetudo cōtra substantiam actus. ista est doctrina gl. quam Doct. ibi approbant in c. 2. in ver. officiali, circa finem. s. de consuet. hoc lib. quam ibi not. reputat Petrus Rauennas in compendio in prin. facit quod voluit. Ioan. Mona. in c. vnico. de capel. mo.

¶ Item vbi substātia remouetur, actus cōsistere nō potest. l. cum precario ff. de præca. tex. in l. 2. ff. de vsufruc. earerum, quæ vsu cōsumuntur, ibi nec enim naturalis ratio authoritate senatuscōsulti mutari potest. Ratio quia tam actus quàm verba hoc nō patiūtur, nec potest talis actus in alium trāffundi seu trāsire: pro hoc faciūt quæ no. Decius consi. 293. viso testamento.

9 ¶ Item in simili, † pacta cōtra naturam actus, nō sunt seruāda: quod cōprobat Petrus subert. in tractatu de cultu vineæ domini in 2. parte. c. 11. etiam si iuramēto sint vallata. Alex. cōsi. 14. visis capitulis. vol. 2. dixi in c. fi. & c. quamuis. s. de procura.

¶ Item habeo quæ citat Domi. Brunellus in tracta. de

potesta.lega.conclu.19.versi.quarta declaratio, ꝙ cõsuetudo † potest fingere absentem, vel mortuum pro residente, sed non pro interessente. allegat Io.And. hic & in regula, nemo potest.

10

¶Facit dictum Deci.citatum.in cõsi.288.nu.6.quæritur, ꝙ sicut veritas non potest esse, sic etiam imago fingi non potest.allegat.l.primam.C.de latina liber.tollen.

Ex quibus infertur, ꝙ nulla sit dabilis prouisio (etiam per Papam) vt, cessantibus tribus casibus.in tex.nostro tactis, de distributionibus quotidianis (nõ interessentibus diuinis) prouideatur. pro quibus habeo.in argu.id quod no.Deci.cõsi.112.in præsenti consultatione ꝙ Papa † nõ potest dispensare cõtra substantiam actus.c.cum ad monasterium in fi.de sta.mo.ideo multò magis nõ potest per statuta capitularia, & alios quoscunq; inferiores dispensari, nec aliquo modo prouideri.

11

¶Inquantum autem Deci.allegat.d.c.cum ad monasterium. vide Oldra.cõsi.172.nu.5.Quia omnes ferè obiectus. dum dicit ꝙ summus pontifex nõ potest cum monacho dispensare ꝙ habeat proprium, sed potest de monacho nõ monachum facere, & statu mutato incipit habere proprium: alia ad propositum suffragantia, ibi idem Oldra.prosequitur, quæ videre licet.

¶Et sic ex his habes doctrinam Io.Mona.in titubanti cõstitutã, quæ vt nõ dicatur alijs cõtrariari, saluari videtur medio distinctionis. Aut talis se absentauit pro vtilitate Ecclesiæ, & propter laborem itineris cõsuetudo dat aliquos breues dies, vt aliqualiter quiescat: tunc procedit doctrina Io.Mo. Ita firmant hic Domi.& Franc.pro quibus suffragari dicitur.c.quamuis.s̃.de offi.ordi.hoc lib. vbi dicitur, ꝙ quando aliquis debet cõtinuato tempore gerere actum, dantur ei aliqui dies ad quiescendum. Nihilominus dicitur continuare actum.

¶Aut se absentauit pro proprijs negocijs, & ex causa voluntaria, tunc procedat dictum Archidia. Ita firmat glos.in uer.percipiunt in titu.quo tempore quisque &c. in pragma.

¶Et dic, si absentauerit pro vtilitate Ecclesiæ, alias nõ absentaturus, secus si mixtim, quia tunc nõ debet percipere nisi quatinus plus expendit propter negocium Ecclesiæ. Ang.in simili consi.145.colum.5.quia omne datum.

¶Et hæc sufficiant quo ad id quod citat Io.Mo. quòd canonicus veniens &c. Nunc intro aliud in eo quòd Archidiaconus visitans &c.& dico quòd illud Ioan.Andr. Domi.& Franc.hic placet prout.& d.glo.percipiunt, taxando tamen prout idem Io.Mo.taxat, si pro alio non visitet, aut causa alterius commodi (prout fecit quidam nostræ tempestatis canonicus, & promotor Reuerendi domini Bituricen. Archiepiscopi, qui dum visitaret, idem reuerendissimus & cum eo ipse canonicus sisteret, quotidianas distributiones eidem expediri contenderet a capitulo ipso pro omni distributione, ridiculosum suscepit responsum Domitij in l.Domitius.ff.de testa.descriptum, ibi, aut nõ intelligo quid sit de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua. quod meritò datum est, quia in verbis elatus erat (testor) prout de Domitio dicit protector noster diuus Hieronymus in 3.par. Epistolarum epistola.7.col.4.vbi de eo refert dictum vulgatum, Cur vis vt te habeam vt principem, cum me non habeas vt senatorem.text.est in c.esto subiectus.95.dist. Barba.in d.c.mandatum.num.49.s̃.de res. Roma. consi. fi.nume.15.

¶Et hæc quo ad punctum hunc sufficiant, vt ad alia quotidiana descendam insequendo Doc.iurecon. in l. legaui.in princ ff.de libe.lega.meminit Ioan.Mona.in c. Romana.§.Contrahentes.in princ.s̃.de foro compe. & sic non insequar doctrinam Ioan.Fab.in l.vna.C.de suffrag. Ibi, quod scribo, cum sit contra aduocatos, ad id tamen descendo, licet sit contra canonicos. Primo præsuppono † duo fore genera distributionum si crediderimus Archidiac. hic. colum.2. Primum dicitur quando distributiones ipsæ illis, qui etiam non intersunt diuinis, dantur, dummodo sint præsentes: de talibus intelligas. d. cap. olim, de verbor. significatio. Secundùm, quando dantur tantum his qui diuinis intersunt, & istę sunt verè distributiones, de quibus text. noster loquitur. & c. licet. s̃. de præben. Et hæc iure communi, etiam nõ interessentibus diuinis corporaliter, in tribus casibus expediuntur: quos per tex. nostrum has bes signatos. Primus, quando infirmitas adest, Secundũ quãdo extat iuxta & rationabilis corporis necessitas. Tertius, quando est euidens ecclesię vtilitas: Infirmitas † ideo excusat a residentia, cũ excuset à diuinorum celebratione. cap. significatum. s̃. de præben. tum quia non potest. glo.in cap.illud.7.q.1.per cap.in literis.7.q.1.quę quidem infirmitas probari dicitur multis modis, quos enumerat Bertach.in suo reperto. in verbo, infirmitas & Panor. in cap. querelam, nume.5 s̃.de procura.Bart.in l.1.ff.de vet. inspi. Cardin. in Clem. sicut, de appellatio. Hoc tamen in casu crederem standum assertioni, aut iuramento infirmi, habita consideratione ad qualitatem personæ, iuncto corporis aspectu, cum † omni spiritui non sit credendum, aut saltem iudicio medici, per ea quæ tradit Domi. in consi.152.pro intellectu, quòd si volueris postea contrarium probare, poteris, per actum incompatibilem, vt potè per coitum. notant Docto.in cap.tenor.s̃.de re iud. ideo non venit dicendum si reperiatur mulier cum canonico asserto infirmo, quòd ei debeantur distributiones, quia præsumitur potens in opere, infirmitati contrario, intellige de muliere nuda cum nudo. de quo latè per Alexand. consi. 13. in fin. vol.7. attentis his. quia tunc † non præsumitur dicere pater noster. Bald. in l. neque natales. col. 2. C. de probatio. secus si non cum nuda, quia tunc eam præsumeretur benedicere. glo. in cap. absit. 11. q.3. Panor. tamen in cap.non liceat. s̃. eod. dicit inspici debere coniecturas, ex quibus inducatur actus licitus, vel illicitus, & sic per consequens bonum vel malum, vt potè vbi talis mulier esset vetula, ad minus sexagenaria vel deformis & turpissima, aut talis, in qua fœdus naturale nihil sęui criminis suspicari permittat. capit. primo. & 2. supra de cohabi.cleric.& mulie. alias secus, sic intellige. Bald.

12

13

14

15

¶Quod infirmo debeant expediri distributiones, ratio suadet in euidenti, quia † infirmus intelligitur & fingitur ecclesiæ deseruire, probat Domi.consi.1.col.3.in principio:& Bonifacius in Clem.cupientes, nume.46. de pęnis Ioan.Mo.in c.fi. j̃. de verb.signific. vbi dico: ergo si fingatur deseruire ecclesię, debet cõsequi omnes fructus, quos consequeretur, si continuò in ecclesia resideret. argu.not. in §.interdum. Inst.de hęred. quæ ab intesta. Marian. Soci. in simili consil. 11. col.2. vbi subdit, quòd fictio super aliquo principali, trahitur ad id quod venit in consequẽtiam fictionis.

16

Dictum pręmissum probatur per id quod dicitur de famulo ægroto, cui debetur salarium tempore infirmitatis. not. deci. Tholosa.268. vbi latè Aufre. quod intellige prout notat Alexand.consilio 109.super eo, de quo quæritur. volu.6. ratio rationis, quia quis † non debet sine sua culpa suo priuari stipẽdio.50.distinc.cap.satis peruersum. Ergo si sua culpa, secus, vt plurimi in hac tempestate asseruntur, qui cum mulieribus actiones suas communicantes morbum Neapolitanum agitando suscipiunt, quem postea cum graui mestu corporis, & animæ in propatulo perpetuo ostentant, vt videre licet experientia rerum magistra. & hos ridiculose, vulgus appellat colonos ecclesiæ. Sic habes intentum pro regula, quòd ratione infirmitatis recedimus a regulis iuris communis. dico in cap. fidei, de hære. Moderare tamen non procedere, † quando infirmitas non esset causa causæ.i. absentiæ, & non interessentiæ, quia tunc non habebit distributiones ipsas. testantur. Ioan. And.& Domi. hic. Panor. in cap. plerunque. supra de res. Ioan. And. Card. Petrus de Ancha. Panor. & alij in c. ad audientiam. supra eod. pro quo tex.in l.3.§. si quis hæred. ibi, nisi dederit. ff. de statu liber. Doct. in cap. primo, supra de cler. ægro. Fely. in c. apostolicæ col.5. vers. suspensus autem. supra de excep. & glo. in d. ver. percipiunt. facit regula, quam not. Pet. de Ancharan. consilio 428. colum. fina. super casu nuper. Quia † sublata causa vnius beneficij, intelligitur esse sublatum beneficium illius causæ contemplatione concessum. l. filio.§. mater. ff. de adi. lega. facit quod not. Alexand. in consilio 159. nume.5. volu. secundo, circa primum, vbi dicit, quòd mulieri non succurritur Sena. Velleiano, quando ex fideiussione non patitur damnum, quia sublata est causa ædicti. ratio in proposito, quia infirmitas non præstitit causam. ar. in l.4.

17

18

19

in l.4.§.Stichus.ff.de statu.libe.facit.l.2.ff.si quis cautio. cum ibi no.Inno.in c.ex transmissa.s.de præscript.

¶Idem dic de famulo, qui præstitit seu causam dedit infirmitati, vt salarium pro tempore promissum nō debeatur.not.Flor.in l.arboribus.§.de illo.ff.de vsufruct.Et iste casus habet in se rationem naturalē, ne duplici damno afficiatur.iuxta regulam communem, afflicto † non est danda afflictio.c.pen.s.de cler.egro.no.Petr.de Anch. cōsi.52.pro clariori.pro quo vide quæ in simili citat Dec. cōsi.250.col.2.Antiqua & satis not.vbi cōcludit post cōmunem ꝙ infans hæreditatem patris non aditam, transmittit ad matrem, & hoc æquitate suadente, ne mater afficiat duplici tristitia, & duplici damno, scilicet filij amissi, & hæreditatis eius deperditæ.

Facit in simili.tex.in l.Titia §.qui in vita, ibi, neq; enim est verisimile.de leg.2.& l.maius.§.cum autem, ibi, quia nō debet duplici damno.ff.ad leg.Rhodiam, de iac.ꝙ autem infans hæreditatem transmittat, vide latè cōprobatum per Deci. cōsi.331.num.6.quod pro resolutione.& Alex.cōsi.198. perspectis, his vol.6.

¶Secundus casus legitur in tex.nostro, quando adest iusta & rationabilis corporalis necessitas, vt quia secundùm Doct.hic potionem, vel medicinam sumpsit, vel sanguine minutus est, hoc enim verbum comprehendit omne iustum impedimentum & sic casum fortuitum. Ideo succedit regula de qua meminit Deci.cōsi.472.nu. 2.testator, quòd † ea quæ casualiter absunt abesse nō videntur.Bart.post text.in l.quesitum.§.si.de lega.4.& in l. testamento.ff.de alimen.& ciba.lega.& c.ex parte.s.isto titu.

Ex quo † sequitur ꝙ canonicus iniustè incarceratus, excommunicatus, aut suspensus, si antè huiusmodi solitus erat frequentare chorum, & diuinis interesse, quotidianæ distributiones sunt eidem expediendæ, tamquàm interessenti. Ita tenet Fely.in terminis.in c.cum omnes. col.14.nu.20.in fi.s.de consti.Idem Fely.in d.c.apostolicæ. in d.versi.suspensus: & hoc rationibus.s.de infirmo tactis, quod comproba per ea quæ hic Io.And.& Domi.citant de extititijs ciuitatū, qui propter partialitates in Ecclesijs vel ciuitatibus in quibus Ecclesiæ extant, morari nō audent, pro quo tex.in Cle.1.de fo.compe.qui loquitur de Episcopis expulsis a suis diocesibus.ad idem.c.2.s. de arbitr.vbi Panor.nu.3.ꝙ clericus exulans sine sua culpa, nō debet beneficio priuari suo. Ideo idem dic de fructibus illius, hæc latè comprobat Cald.consi.17.in tit.de præben.vbi mouet.An canonicus expulsus debeat habere redditus præbendę suæ & quotidianas distributiones, si in Ecclesia est consuetudo vel constitutio, ꝙ absentibus subtrahantur redditus præbendarum suarum, qui cōcludit pro parte affirmatiua, cū ista sit causa iusta, excusans a personali residentia, quia rationabilis corporalis necessitas, quæ excusat, vt in text.nostro: nec hæc consuetudo vel cōstitutio in casu nostro extenditur, alias foret irrationabilis & iniqua, contra not.in c.erit autem lex.4.dist. & 8.distin.c.mala.not.Deci.cōsi.444.num.10.concurrit patruus.

¶Item includeret impossibilitatem, & sic contra bonos mores, quòd deberet se periculo corporali exponere, vel rerum suarum, † quæ censetur hominis vita.testatur.gl.iuncto text.in l.aduocati.C.de aduoca.diuer.iudi. Panor.in c.cum oporteat.s.de accusa.

¶Pro præmissis facit quod.no.Alex.consi.178.versi.3. querit, quod exorditur videretur forsan.lib.6.& Bald.in l.1.de lega.C.quod † si vir verberat vxorem, ꝙ licitum est vxori se absentare, & debet extra domum mariti alimentari, si nō sit in culpa.faciunt etiam ea quæ no.idem Alex.in consi.23.in fi.opportunè cōsideratis.vol.1.Dum ibi dicit quòd alienatio quæ fit propter delictum nō est digna habere illos fauores & priuilegia, quæ habet alia alienatio necessaria facta absquè delicto.arg.l.sed si ex parte.§.quamquàm.ff.quod cum eo.& l.etiam.§.1.ff.sol. matr.

¶Vnde videmus quòd licet bona subiecta restitutioni possint alienari per hæredem, vt se (in captiuitate detentum) redimat, tamen hoc non posset faceret, si esset carceratus ex delicto suo.Ange.& moderni in aut.Res quæ.C.ad Trebel.in simili dicimus, quòd iura loquentia de captiuis redimendis nō habent locum in captiuis ex maleficio.not.apostillator Panor.in c.quæ in Ecclesiarū in verbo, si culpa.s.de consti.Ad idem quod not.Deci. cōsi.449.col.fi.visis, quòd quando quis cadit a possessione sua, sua culpa, nō iuuatur remedio iuris, quia nō restituitur, nec ei subuenitur, per c.reintegranda, de quo per nos. s.in c.1.de eo qui mit.in po.Ergo in omnibus & per omnia habetur tamquàm residens, & diuinis interessens quantum ad talium perceptionem.

¶Item metus illatus ex hac causa dicitur iustus, vt metum passo subueniatur c.1.& 2.s.quod metus causa.& l. interpositas.C.de transactioni.cum similibus, sic ex hoc capite habes intentum: & hæc est ratio quòd infirmi (licet nō intersint) percipiunt quotidianas distributiones, quia si vellent de facto interesse, nō possent, nulla † enim potest esse iustior necessitas, quàm facti impotentia, vel periculum personæ & rerum: meritò dicitur hic per Archi.& alios quòd includat omne iustum impedimentū. imputari ei nō debet, cum per eum nō stet.c.quia diuersitatem.s.de concessio.præbend.quod loquitur etiam quando impedimētum procedit ex culpa impediti, quod nō admittit hic Per.col.2.per.l.2.§.fi.& l.sequen.ff.si quis cautio.& l.in his.ff.solu.matrim.Fortius ergo si sine sua culpa.

¶Ad comprobationem horum addo quòd voluit dominus de Ripa.in trac.de peste car.mihi.25.versi.sed quæritur an absentes ex causa pestis, vbi dicit, pone, præbendæ nō sunt distinctæ, sed singulis diebus interessenti canonico dantur tot panes, tot vini amphoræ, & certa pecuniæ quantitas, vt in Ecclesia Auinionen.sed nō interessentibus nihil pstatur, an absentes † causa pestis aliquid percipere debeant? videtur ꝙ nō, quia huiusmodi redditus solum interessentibus diuinis tribuuntur, ideo tamꝗ de quotidianis distributionibus venit dijudicandum.

In contrarium ꝙ debeant percipere, quia tales redditus sunt loco præbendæ, alias canonia sine præbenda reperiretur, quod dicere nō cōuenit viro.no.in c.cum.M. s.de consti.c.dilectus.s hoc tit.Fructus autem præbendæ consequitur absens, iusta causa suadente, & alias impeditus residere, vt ex deductis videre licebit.

¶Dic tamen in proposito ꝙ si nō habeat qui discessit ex causa pestis, vnde viuat, tunc usq; ad alimenta percipere debet tales redditus.arg.eorum quæ not.Doc.post gl. in c.licet.hoc tit.& c.cum olim de verbo signifi.s.

Facit illud vulgatum ꝙ lex † nō viuere in paupertate, prout nec in anxietate mori permittit, in Auth.de hære. & falci.in fi.col.1.

Tertius casus est, quando subest euidens vtilitas (dico Ecclesiæ) quæ † interpretatur magna, secundùm Doc. hic per no.in c.2.s.de verb.signif.hoc lib.vbi gl.ponit differentiam inter ista. Tu dic tamen in proposito sufficere vt differat ab occulta vtilitate, quæ non sufficit.

¶Ex quo inuehitur contra multos nostræ tempestatis, qui fingunt pro negocijs Ecclesiæ itinera petere, vt interim recipiant quotidianas distributiones, asserentes causam arduam & occultam, & non reuelandam, quòdquè si a terra festucam leuarent, dicerent hoc ad Ecclesiæ vtilitatem fore, & similia, sub quorum vmbra distributiones percipiunt, & malè, quia cōtra mentem iuris & constitutiones capituli.

De hac vtilitate ponit hic Archi.exemplum, si Episcopus præcipiat canonico, vt pro euidenti necessitate vadat ad curiam Romanam, vel ad alium locum, quod percipere potest, iuribus per eum allegatis, talis canonicus, huiusmodi legationis officio durante, distributionibus ipsis fraudari non debet, cum † officium nemini debeat esse damnosum.c.cum nō deceat de elec.s.hoc lib.

Vide pro hoc tertiò casu Petr.de Ancha.consi.17.super.1.dubio, & ibi uidebis aliqua, quo ad intentum principale.

¶Attende ad huiusmodi utilitatem, quia debet intelligi in speciali utilitate Ecclesiæ, de cuius distributionibus quæritur, non de quacunquè Ecclesia in genere sumpta.iuxta illud, unam sanctam Catholicam Ecclesiam. Ioan.Mona.(ubi dixi) in rubrica.s.de summa Trinita. quod uerificatur per not.in c.cum dilectus.s.hoc titu. & c.licet.depræben.

¶Istud possumus comprobare per ea quæ in simili tradit Alex.consi.213.ponderatis his quæ in themate.

30 vol.6.ꝙ si † testator relinquit aliquid Ecclesiæ nõ specificata Ecclesia, intelligitur de illa Ecclesia, quæ sibi magis coniungitur, vt est illa, cuius ipse est parrochianus: quòd si esset parrochianus duarum ecclesiarum, intelligeretur de illa, cui magis afficeretur, putà de illa in qua magis versabatur. arg. l. si seruus plurium. §. fin. de legat. 1. cum alijs ibi per eum adductis. facit l. fundo legato. ff. de fun. instr. ibi, ex maxima parte.

¶ Et in his tribus modis multum attenditur cõsuetudo Ecclesiæ secundùm Archid. & alios hic & glo. amplam in pragmatica in titu. quo tempore horę, in verbo, actualiter: quia in alijs vniuersaliter reprobatur, & recipientes tenentur ad restitutionem, cum recipiant cõtra mẽtem huius cõstitutionis & illius prohibitionem. testatur Archid. hic in fi. pro quo vide gl. primam in titu. qualiter horæ canonicæ sint dicendæ in prag. quæ cõtra alio modo recipientes exclamat tamquàm cõtra fures, cõcludendo teneri ad restitutionem: cui astipulatur hic Franc. colũ. 3. in versi. tu dic. Comproba etiam per ea, quæ voluit Card. in Clem. 2. q. 17. de æta. & qualita. vbi pariformiter resol-

31 uendo dicit non valere consuetudinem quòd † distributiones totius diei, vna hora diei, putà matutinarum, vel vesperorum, quis lucretur: quod firmatum reperio per iura Gallicana, in titu. quo tempore quisquè in §. iubet. ibi, tollens prorsus abusum illum, quo in vna hora duntaxat hora præsens totius diei distributiones vsurpat in pragma.

¶ Ex quibus verbis colligitur intentum malę cõsuetu-

32 dinis, signanter per hoc verbum vsurpat, † quod in malam partem sonat. l. vsus aquæ. de fundo rei priua. lib. 11. C. ibi, plurimarum dicitur vsurpatione sublatus, pro quo glo. in proęmio pragma. in verbo, vsurpationes, latius per Lucam de Penna in l. vniuersos. col. 2. de stud. lib. vr. Ro. lib. 11. C. hæc firmat Nico. Mil. in suo reperto. in ver. cõsuetudo nõ valet. Reperitur tamen æquiuocum, vt in malam aliquando sumatur partem, aliquando bonam, dico in c. 1. ꝭ. de pęn.

¶ Et sic cõfunditur opinio gl. in ver. certis horis. in Cle. vt hi. de æta. & qualita. quæ dicit hanç cõsuetudinem valere, quod ibi Card. & alij cõmuniter reprobant, nisi dicas secundùm Guiller. ibi, ꝙ hæc verba, certis horis, nihil diminuunt de septem horis canonicis, sed eas ab alijs horis discernit, vt in cap. nunquàm. de conse. distin. 5. & de celebra. mis. c. 1. instar illius, quod dicimus, pars dimidia. Idem fuisset de dimidia, si non foret dictum nisi de par-

33 te, cum sub † nomine partis dimidia cõtineatur. ff. de verbo. significa. l. nepos Proculo. hanc etiam glos. reprobat idem Guiller. in Clem. 1. col. 1. versic. 7. in quo loco. de celeb. Mis. dicens illud irrationabile iudicandum. Ideo si ratione careat extirpari necesse est. 68. distinct. c. Cor Episcopi. cum officium totius diei vnum & idem sit, & post completorium finitur, sicut vna est & eadem ecclesia mundi. c. frequens. §. pe. de exces. priuileg. Lap. alleg. 43. cũ prædictis concordat.

¶ Et per hæc videtur firmatum, si statutum dictat, qui in vna diuinis interest hora, habeat totius diei distributiones, nõ valet. firmat etiam Henric. Bohi. c. in c. quia nõnulli. ꝭ. hoc titu. cum hoc medio grauentur Ecclesiæ, cultusquè minuatur diuinus.

¶ Item denarius diurnus non debetur nisi integrè tota die operanti. d. cap. quia nonnulli. cap. super specula. ꝭ. de magi.

¶ Item hæc præstant materiam vagandi alijs horis, sic peccandi. cap. ex parte. ꝭ. de consue. pro horum comprobatione. gl. in d. verbo. vsurpat, quæ adducit vnum, quod fore asserit Guil. & Zenzel. videlicet si in eadem ciuitate sunt tres Ecclesiæ collegiatæ, in quarum vna sic ordinauerunt canonici, qui interfuerit matutinis omnes lucrabitur distributiones, (alijs etiam horis percipiendas) in alia, qui in vesperis, in reliqua, qui in missa, & sic ꝙ omnium foret ecclesiarum canonicus, lucrari posset omnes distributiones, quod non admittas attentis prædictis, & per ea quæ not. Idem Henric. in cap. de multa. ꝭ. de præbend. & Alber. in tracta. Horarum. quæst. 24. quia etiam alijs horis non officiãt. & sic cessat labor & onus quorum contemplatione dantur: hinc vulgare. Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis.

¶ Cesset igitur emolumentum. arg. regulæ qui sentit onus, sentire debet & commodum. facit. l. Seio. ff. de an-

34 nuis lega. in princip. Quod † sublato labore, tollitur, & præmium. Clem. cum sit de censib. cum sit naturæ consonum illos non recusare onera, qui rerum commoda complectuntur.

¶ Facit in proposito quod no. domi. meus in tracta. de peste. in 3. par. q. 3. in fi. absentes ab actu qui celebrat quo ad illum actum pro mortuis habentur. huiusmodi statuti nullitatem firmat Alber. de Ferra. in repetitio. cap. 1. ꝭ. de celeb. Missa. versic. 34. vbi citat quòd videmus laicos ex præcepto Ecclesiæ (maximè diebus dominicis) debere vsquè ad finem Missæ stare in Ecclesia. de cons. distinct. 1. cap. missas. cum sequentib. ergo multò fortius de clericis venit dicendum, qui ex debito & præcepto ad horas & diuinum officium tenentur. Alias si per eos cõtrarium agi dicatur, exclamabit Hostien. in cap. 2. ꝭ. de offic. Archidia. Canonici Ecclesiarum quantum ad honores, potestates, & dominia, vsquè ad vnguem & vltra obseruant iura sibi concessa, sed quantum ad seruitium, ordines, & labores in Ecclesia sumendos sunt tamquàm testudines & cancri, viuunt enim hi, vt domini, sed moriuntur vt serui. Bald. in c. cum M. num. 20. ꝭ. de consti.

37 † tunc nõ censetur dispositum fuisse, ex quo dispositio suum nõ fuit sortita effectum. arg. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. l. quotiens. ff. qui satisda. coga. vbi paria sunt aliqua nõ fieri, vel minus legitimè fieri. Lapus alleg. 22. vbi dicit. Paria fore præsentatum nõ fuisse, vel minus sufficiẽter, tenet Rota in antiq. decis. 9. & decis. 20. sub tit. nostro, & in proprijs terminis Pet. de Anch. cõsi. 399. circa fi. quod exorditur, intentio dominæ Constantiæ, ibi, ad hoc enim dico, prouisio Papæ nulla, quacunquè ratione non extinguit reseruationem Papæ factam, non ꝑ certa persona, quia verba debent intelligi cum effectu. c. relatum. s̃. de testam. & l. 1. in fi. ff. quod quisq; iur. facit l. non putauit. §. non quæ vis. ff. de bon. poss. contra tab. Faciunt ad casum notata per eundem Pet. in consil. 404. tria dubia.

¶ Præmissis adde ea quæ not. per Fely. in c. cum ex offi-
38 cij. num. 21. s̃. de præscript. Quod iurisdictio † & dominium æquiparãtur. l. qui furere. ff. de statu homi. vbi Bart. per quem text. dicunt ibi Bald. & Alberic. post antiquos, sicut trãsferens dominium in eum qui nõ est capax, non perdit ipsum. l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. maio. ita delegãs incapaci non perdit iurisdictionem.

¶ Licet præmissa optimis fundamentis videantur firmata, obstat tamen id quod voluit Io. And. in c. inter dilectos. col. fi. s̃. de exces. præla. Si Papa prouideat infra mẽsem ant prouideri mandet, & orouisio hæc nulla sit, vt qa subreptitia vel obreptitia, aut alias facta inhabili vel incapaci, tũc ordinarius poterit cõferre, quia nõ est verisimile ꝙ superior prouisionem Ecclesiæ in perpetuum voluerit impedire, imo intentio sua est vt citius prouideatur q̃ fieri poterit. c. ne pro defectu. & c. quia propter. s̃. de elec. Io. Mo. in c. sequen. in prin. nisi (dicit idem Io. And. vbi s̃. apparuerit aliquomodo quòd Papa hac vice voluerit ꝓuisionem retinere. arg. c. innotuit. s̃. de electio. & c. inter cætera. s̃. isto tit. putà quia sibi specialiter reseruauit prouisionem pro illa vice (dicit Compo. in c. capitulum. colũ. 26. s̃. de rescrip.) quia sua intentio erat vt efficaciter prouideret, quod semper est præsumendum, vel quando mandat illud conferri, non expressa persona, quia tunc etiam si collatio est nulla, iterum Papa priuatiuè prouidebit. Si autem contulit, vel conferrt certę personæ mãdauit, tunc (collatione existente nulla) ordinarius prouidere poterit, quia Papa illi personæ intendebat prouidere, sic postquàm prouisio est nulla propter literarum subreptionem aut indignitatem personæ, potestas redit ad ordinarium, quia cessante causa, cessat effectus. c. cum cessante. s̃. de appel. cum simil. ita testatur glo. in cap. 2. de elec. & reserua. in ver. causa, in pragma. allegat inter alios Inno. & Panor. in d. c. inter dilectus. col. fi. & est de mente Pet. ibi: latius tamen ibi Cardi. in fi. distinguit, vt putà si in literis sit verbum reseruationis, semper ad ordinarium reuertitur, si litera non tenet, quia non operatur effectum, sed si ex alio defectu, aut est defectus inducens nullitatem ipso iure. Secundo casu si cessat quæstio, tunc opus est irritatione prius, sed primo casu aut nõ tenuit per errorem iuris, quia executor errauit in iure, & tunc reuertitur ad Papam non ad ipsum executorem, quem non excusat error iuris: tenet Inno. in c. 1. de re iudi. aut ad ordinarium, ex quo reseruatio tenebat, aut per erro-
39 rem facti & tunc ad executorem reuertetur, quia † actus nullus non facit eum functum officio. not. idem Inno. in d. c. 1.

d.c.1.vide in proposito de Selua. in 3.par. tracta. benefi. q.33.

¶Sed pone, Papæ reseruatio adest, inutilis tamen & inefficax, putà quia sibi certa beneficia reseruauit in Francia, in qua (obstantibus sacris Concilijs Basilien.& Lateranen.) non habent locum Papæ, minusquè legati de latere sedis apostolicæ reseruationes, & de eis prouideri mandauit, an obstet talis reseruatio, & inutilis manus appositio, quominus ordinarij possint de eis prouidere? breuiter dic quòd non, quia sublata est reseruatio per prædicta Cõcilia, quibus tales damnantur reseruationes, ideo ipsa inutilitate ex defectu potestatis resultante, nõ valet fundamentum, quod est reseruatio, & per consequens quòd ex eo subsequitur.c.Paulus.1.q.1.& l.egi.de fideiusso.

¶Quod autem inutilis manus appositio nõ afficiat beneficia, quominus de eis per inferiorem ordinariũ prouideri legitimè & liberè possit, probo per textum, quem ad hoc allegat singularem Ludo.Roma.consi.335.num. 12.in c.ne captandæ.de conce.præbend.hoc lib.est enim ibi expressum ꝙ si executor per Papam datus ad prouidendum expectanti de beneficio vacaturo apostolica authoritate, qui certum beneficium nondum vacans acceptatum quidem per expectantem suæ prouisioni reseruet, inhibeatquè ordinario, & postea prouideat, inualida est collatio ob defectum potestatis. Quia non potest inhibitionem & reseruationem facere super certo beneficio nondum vacante, quominus vacatione occurrẽte ordinarius possit illud conferre, licet certum sit quod 40 ita † afficit reseruatio executoris apostolica authoritate deputati, sicut & reseruatio Papæ.c.si executor.& c.si soli. de conces.præben.hoc lib.

¶Pro comprobatione pręmissorum adde dictum Roma.vbi.s.dico singularissimũ, posito quod Papa potuisset huiusmodi beneficia conferre, aut conferri mandare, seclusa etiam huiusmodi reseruatione, scilicet ex capite plenitudinis potestatis, aut alijs ex causis cõtentis in dictis Concilijs, exceptis tamen ex quo contulit specialiter, aut conferri mãdauit ex capite reseruationis, nõ valebit. quicquid autem est, pro hoc videtur tex.singularis secũdùm intellectum Ioan.And.& Hostien.quos sequuntur Doct.cõiter in c.ex parte.de cõces.præben.s.vbi patet si ordinarius in Ecclesia, in qua præbendæ nõ erant distinctæ, nec canonicorum numerus erat certus, aliquas præbendas contulerit ex eo capite, quia ipsarum collatio ad eum spectabat pp decretum Cõcilij Lateranẽ. in c.2.s. de cõces.præben.sic ex capite incongruo, quia Cõcilium locum nõ habet, vbi nõ sunt distinctæ præbendæ, nec canonicorum numerus certus.d.c.ex parte.nõ substentabitur collatio illa ex capite cõgruo, quo potuisset cõferre, quia ipsa Ecclesia canonicorum patiebatur defectũ, & capitulum negligens erat in prouidendo, sed nulla penitus remanebit. Pro his addo.gl.auream.in c.literis.s.de offi.deleg.vbi per eam Panor.dicit, si ordinarius credat se delegatum, & ea occasione delegata procedat authoritate, nõ tenet processus, si postmodum appareat eum non fuisse delegatum, licet vt ordinarius procedere potuisset, & hoc ex defectu voluntatis. Ita Fely.in c.cum ex offi.col. 10.versi.4.conclusio.s.de res.Facit glo.pragma.de colla. in princ.in ver.nullæ.in §.volens.Facit etiam regula vulgaris sumpta ex lege multum interest.ff.si quis ius sibi.& c.cum super abbatia.s.de offi.deleg.ꝙ faciens actum firmiter & solemniter, dicat illum facere informiter & mi41 nus solemniter, talis actus nõ valet propter † intentionẽ facientis, formæ & solemnitati repugnantem, & etiam propter ipsam repugnantiam expressam ex verbis resultantẽ.l.vbi repugnantia.ff.de re iu. Ad idẽ.l.obligationũ substãtia.ff.de act.& obl.vbi dr̃ quod qñ intentio expressa sensui verborũ repugnat, nõ resultat obligatio. vide Aufre.in decisi.Tholo.157.& de Selua.q.16.in d.3.par.

Nunc ad beneficium commendatum veniamus. Pone, Titius rector.S.B.in manibus Pontificis maximi rectoriam ipsam resignauit, occasione cuius frater Guiller, ordinis.S.Aug.de ea per modum commendæ perpetuæ prouideri sibi obtinuit, modò frater iste commendatarius in partibus naturæ debitum in domino persoluit, sic rectoria ipsa eo modo quo priusquàm commendaretur vacabat, vacat (si non credamus Gallis, vt latè discussum habes per nos in cap.nemo.supra de elec.& sic per ipsam resignationem, & in curia, quæritur an illius prouisio ad Papam priuatiuè spectet: dubium hoc tangit gloss. pragma.in cap.secundo, de elect.& reserua.in verbo causa, & post eam do.de Selua in 3.parte tracta.benefi.concludentes, licet de iure dicatur vacae in curia, per ea quæ supra, deducta fuere, tamen quia non placet Gallis tũ quia expirata commenda de beneficio electiuo reseruato facta redit potestas ad eligentes, idem de simplicibus beneficiis non electiuis, licèt reseruatio hæc locum habeat per sacrum Basilien. concilium, excipiens ipsas reseruationes in corpore iuris clausas, quod stringunt Galli ad vacationem per obitum duntaxat, quia possent diutissime eligentes, & ordinarij alij iure eligendi fraudari, & prouidendi, cum contingeret multotiens Papam prouidere per modum commendæ, & non tituli, sic contra mentem iuriũ Gallicanorum.

Et hæc in puncto tibi sufficiant, vt descendamus ad clarificationem doctrinæ Ioan.Mon.inquantum quærit an episcopatus, & abbatiæ includantur sub hac constitutione. Ita quòd his vacantibus in curia, illorum collatio ad Papam priuatiuè spectet, in hoc glo. Dom.Franc.& communiter alij hic, & vbique concordant cum Ioan. Mon. vt nos dicamus non includi, sic prouidebitur per electionem, aut aliàs prout iura statuunt, alias collatio videtur nulla tamquàm facta contra concilium Basiliẽ. comprobat latè gl.pragma.in titu.de elect. & reserua in §.statuit, in verbo obstaculo.pro hoc tex. in cap.videtur. in princ. 35.q.6.ibi.Nam quod contra interdictum, & ordinem ecclesiæ factum est, ratum nõ haberi, tam diuinæ, quàm humanæ legis proclamat authoritas. Firmat hæc Guil. de Monferrat, in commento pragma.in 2. parte, charta mihi 5.vbi dicit quòd hę electiuæ dignitates non comprehẽduntur sub decisi.tex.nostri. allegat quo ad episcopatus, quòd semel interpretatus fuit Nicolaus 4.in Bracaren.ecclesia, intellige de electiuis, in quibus requiritur forma.c. quia propter supra de elect.& medio vacationis, quarum dicuntur viduatæ ecclesiæ, præsertim si haberent iurisdictionem in illos de collegio, quia tunc habet locum concilium generaliter.c.ne pro defectu.supra de elec. Ita citat.d.gl.in ver.obstaculo.

42 ¶Ita comprobo sic, Papa † nõ potest statuere sine iusta causa, per quod status generalis seu vniuersalis ecclesiæ immutatur.glo.not.in c.literas.in verbo non potest. s. de resti.sp.& in c.proposuit.in verbo dispensare.s.de conces.præben. Vbi Panor.& alij, & quando ex tali statuto decoloraretur status ecclesiæ. ita intelligas tex.& gl. in c. & si illa.1.q.7.Innocen.in c.quanto. s. de consue.circa finẽ. Panor.in cap.quæ in ecclesiarum.s.de cõnstit. & ibi Feli. col.20. versi. limita quarto, quòd si id statuat, tunc cętus Cardinalium debet monere Papam vt desistat & se corrigat, non autem dico eum deponendum. ca. si quis. 79. dist.& 63.dist. Adrianus. faciunt no. per scriben. post Innoc.in c.inquisitioni de senten.excommun.& in c.quanto.s.de consue. Refert & sequitur Marti. Lauden. in trac. Cardi.col.16.

¶Or per prouisionem Papalem diceretur contraueniri sacro Basilien. concilio. sic immutaretur generalis ecclesiæ status, dignitates electiuas habens ordo confunderetur, quia electione facta confirmationem ad immediatum superiorem spectare dicimus, & eo negligente gradatim ad alios. gloss. ampla. in §. si quis. in verbo gradatim. de collatio. in pragma. Maleretus in tract. de electio.charta pe.col.3. & Monferrat.in 2.parte, vbi s.

¶Item Papa non potest id statuere, ex quo constat aut vehementer præsumitur, vniuersalem ecclesiæ statum perturbari. glos.in cap.per principalem.9.q.vltima Innocen.in c.inquisitioni in fine. s. de senten. excommu. Sed si huiusmodi modus prouidendi obseruetur, status vniuersalis ecclesiæ perturbatur, vt intuenti apparet, maximè temporibus nostris, quod ad oculum demonstratur, quia quando Papa his prouidet ecclesijs, de non notis populo, & inuitis capitulis prouidet, ipsos tanquam non optatos, aut contemnunt, aut odiunt. Non enim solum turbatur, sed (vt dixi) confunditur ordo ecclesiæ, quia vnicuique ordini ecclesiastico iurisdictio non seruatur.c. peruenit. 11.q.2. & per hæc satis constat de nullitate huiusmodi prouisionum.

¶Nec iuuat dicere præsumendum pro facto Papæ, vt semper iusta moueatur ex causa (dixi.s.in proximo in ver. relaxatio.) Ratio quia in eo vrgere debet omnis puritas. c.per tuas.s.de dona.Facit.c.primum.§.sed diuersum, de alie.feu.vbi † Ecclesia dicitur cultrix, altrix, & auctrix iustitiæ, quæ non patitur contra iustitiam in se vel alterum fieri: quod procedit in Papa tamquàm in capite Ecclesiæ militantis & vicario Christi) dixi.s.in proœmio.in ver.interiecto) Præmissa veritate fulciri dicas, nisi vbi ipse Papa facit contra cōstitutionem respicien. generalem statum Ecclesiæ, vt potè in casu nostro, quia tunc nō venit sustinendus, nisi faciat ex magna causa per eum exprimenda & postea verificanda, alias non præsumetur. quod probat Roma.cōsi.499.in præmissa consultatione & Fely.in d.c. quæ in Ecclesiarum.col.20 per dictum singulare Inno. ꝙ vbi † alicui ex aliqua iusta causa licitum est a regulari iure recedere, non sufficit causam subesse, nisi illa per eum, cui hoc de iure competit, exprimatur.

43

44

¶Præmissis adde quæ voluit Oldra.in proposito.consi. 61.Circa hoc veniunt tria, quod prosequere vt per eundem Monfer.in 4.par.

¶Et prouisionem Papalem dicas adeo nullam ꝙ prouisus non est recipiendus in confirmatione electionis, vt legitimus contradictor, quod clarificat Roma.d.consi. 499.motiuis sequentibus. Primò quia † ad hoc vt quis obtinere possit electionē declarari nullam ratione formæ non seruatæ, necessè est probare plenè & specialiter sua interesse, vt quia sit talis, ad quem electio pertinet. Secundò probat ex.not.in l.posthumis.§.si quis ex his.ff.de inoffi.testa.vbi expressum est, quem repelli in effectu obtinendæ recisionis testamenti, nisi suū interesse plenè probauerit. facit quod no. Anto.in c.cum super.s.de re iudi. ꝙ intendens obtinere cessationem sententiæ, necessè est eum plenè probare sua interesse, alias excludetur ab obtentu.arg.c.veniens.el 3.s.de testi.

45

Præmissa autem intelligas procede quando nondum erat facta deuolutio.j.trimestre ex capite delicti, vt quia canonici elegentes, indignum scienter elegerunt, quia si esset facta Papalis prouisio, haberet locum.c.cum in cunctis.§.fi.& c.cum Vintonen. & c.scriptum.s.de elec. vel post trimestre, vt quia non elegerunt.j.illud tempus.c. quamquàm.s.de elect.hoc lib.quia † tunc electiua dignitas propter electorum negligentiam, delictum aut culpam, fit prouisiua, vt.in d.c.ne pro defectu.glo.2.in c.1.s. de elect.hoc lib.& in c.cum inter canonicos.eo.in antiq. & in c.in synodo.63.dist.in ver.confirmamus.

46

¶Præmissis enim non obstat si dicas quomodo potuit restringi potestas Papæ in istis beneficialibus, in quibus habere dicitur liberam potestatem, dic quòd licet dispositio beneficiorum plenaria ad Papam spectet, hoc intelligitur vt dixi, vt non sequatur iinconueniens.vt perpulchrè per Fely.in d.c.quę in Ecclesiarum.col.14.post Cardina.cōsi.42.quod exorditur sanctissimus dominus noster Bonifacius Papa nonus.

¶Cum igitur ex reseruationibus & præuentionibus circa beneficia electiua & ex gratijs expectatiuis multa sequerentur inconuenientia, vt patet ex discursu pragma.& titulorum de reserua.& colla.in pragma. non debet quemquàm in admirationem trahi, si ad talia inconuenientia vitanda fuerit circa prædicta impositum frenum summo Pontifici, dicit Maleret.in d.penul.car. colum.4.qui.in colum.2.dicit vnum in proposito quòd licet cessio Episcoporum a solo Papa admittatur.c.2.s.de transla.Epi.tamen non potest prouidere de Episcopatu vacante per cessionem siue resignationem factam in curia, quia Episcopatibus (cum vacant) est per electionem prouidendum, non obstante quocunq; impedimento, vt habetur in pragma.in titu.de elec.c.2.in prin.istud satis fuit de mente.glo.pragma.in d.titu.de elec.c.1.§.quibus, in ver.clausis, paulopost princ. Dic tamen quòd valebit prouisio, dummodò præcedat aut sequatur consensus capituli, aut eligere debentium. Monferrat. in 2. par. colum.9.ratio, quia eorum interest, & quasi † contractus geritur inter eligentes & electum.arg.d.c.cum inter canonicos & in c.nisi cum pridem.s.de elec.vnde sicut in contrahendo requiritur consensus, ita & in distrahendo, & econtra, quod prosequere, vt per eundem Maleret.in in antepe.car.

47

¶Licèt in præmissis discussum sit (in genere tamē) abbatiam non comprehendi sub hac constitutione, & in hanc sententiam inclinare communiter Doct. quibus a stipulatur Lapus alleg.84.col.14. dicens abbatiam † fore in primo gradu dignitatis, sicut dicitur de episcopatu: tenet Ioan.Mo.in c.in generali.j.de reg.iur. de abbatijs quę pronunciari in cōsistorio, sicut de episcopatibus dicitur, quod vltimum non semper verum dicito, vt experientia, & tenore prouisionum vidi, quia in his describebatur. Et ad sedem eandem ex quauis causa specialiter, vel generaliter pertinet, ac consistorialiter fieri deberet.

48

¶Vel sic de quibus consistorialiter disponi non consueuit.

¶Quando autem prouidetur, consistorialiter dicitur. Nos vacatione huiusmodi fide dignis relatibus intellecta, ad prouisionem eiusdem monasterij celerem, & fœlicem, &c. Ne monasterium ipsum longæ vacationis exponatur incommodis, paternis & solicitis studiis intendentes, post deliberationem, quam de præficiēdo eidem monasterio personam vtilem, & etiam fructuosam, cum fratribus nostris habuimus diligen. deinde subditur in verbis dispositiuis. de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate prouidemus, teque illi præfecimus in abbatem, curam, regimen, & administrationem dicti monasterij in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo in illo, qui dat gratias, & largitur præmia, confidentes, quòd dextra domini tibi assistente propitia dictū monasterium per tuæ circunspectionis industriam, & studiū fructuosum, regetur vtiliter, & prospere, ac grata in eisdem spiritualibus, & temporalibus suscipiet incremēta.

¶Subdit præterea idem Lapus vbi.s. quòd in abbatialibus prouisionibus non datur executor, vt prouisum inducat in possessionem, sed Papa in bulla prouisionis scribit sic onus iniunctum propria deuotione promptè suscipiat, &c.

Vel dic secundum modernum stylum (vt dixi) curam, regimen, & administrationem in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, quòd tamen non detur executor infallenter, sed non concedas, prout etiam vidi, & sępius, diciturque hoc in casu. Quo circa dilectis filijs. N.N ac.N. Mandamus quatenus, ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel per alium seu alios, tibi in adipiscēda possessione vel quasi regiminis & administrationis ac bonorum eiusdem monasterij vel maioris partis eorūdem assisten. faciat authoritate nostra tibi a cōuētu pręfatis obedientiam & reuerentiam debitas & deuotas. Necnon dilectis filiis vassallis & aliis subditis dicti monasterii huiusmodi consueta seruitia, & iura ab eis tibi debita integrè exhiberi. contradictores &c. contrarium tamen hic dicit Aureolus in addi.ad Guil.qui non attente scrutatus est stilum modernum.

¶ Et quia Lapus vbi.s. voluit dare certam formam quando non describuntur executores in prouisionibus abbatialibus, satis tamen debilem, & vt ita dicam, macram, ideo tibi describo pinguiorem sub his verbis contextam.

¶Quo circa discretioni tuæ per apostolica scripta mādamus quatenus, impositum tibi onus a domino regiminis & administrationis ipsius monasterii prompta deuotione suscipiens, curam & administrationem prædictas sic fęliciter geras & fideliter prosequaris, quòd dictū monasterium per tuæ diligentiæ laudabile studium gubernatori prouido & fructuoso administratori gaudeat se cōmissum, tuque præter retributionis ęternę præmium, nostram & eiusdem sedis benedictionem & gratiam exinde vberius consequi merearis; necnon dilectis filiis conuentui & vniuersis vassallis & subdictis dicti monasterii conuentus videlicet tibi tamquam patri & pastori animarū suarum humiliter intenden. & exhibentes tibi obedientiam & reuerentiam debitas & deuotas, tua salubria monita & mandata suscipiant, humiliter & efficaciter adimpleant, vassalli verò & subditi præfati te pro nostra & dictę sedis reuerentia grato suscipientes honore, tibi fidelitatem solitam ac consueta seruitia & iura tibi ab eis debita integre exhiberi procurent. Alioquin sententiam siue pęnam, quam rite in rebelles respectiue tuleris seu statueris, ratam habebimus & faciemus (domino auctore) vsq; ad satisfactionem condignā inuiolabiter obseruari. Hortamur

tamur quoq; attentius venerabile fratrem nostrum Episcopum.N.vt te sibi ordinario iure subiectum, ac monasterium huiusmodi habens pro nostra & dictæ sedis reuerentia propensius commendatos in ampliandis iuribus ipsius monasterij,sic sui fauoris præsidio prosequatur,ꝙ p eius auxilium gratiæ te possis in commisso tibi dicti monasterij regimine vtilius exercere,ipseq; præter diuinam misericordiam nostram & dictæ sedis benedictionem & gratiam exinde vberius valeat promoueri.

Et inquantum dicimus de abbatijs prouideri Cōsistorialiter, intellige de regularibus nō sæcularibus, per ea quæ statuit Alex. VI. sub rubr. de signatura gratiæ ibi, in in abbatijs sæcularibus, non dicas, dummodò Consistoriales non sint.

Capio enim ipsa monasteria fore Cōsistorialia quādo 200.ducatorum de camera valorem excedunt, ita reperio dictatum per eundem Alexā. VI. in rubr.de deroga. iur.patro.ibi,monasteria valoris vltra 200.ducatos minimè per signaturam,seu Cōsistorialiter,& in rub.de nouis prouisionib.ibi,cum monasteria excedunt 200.ducatos, tunc Cōsistorialiter,& in rub. de resignationib. ibi, resignationes monasteriorum virorum vltra valorem 200. duca.nō admittuntur, & nō nisi Cōsistorialiter prouidetur de personis idoneis,aut commendatur.

Cōtinuando propositum executorialium prouisionū dic ꝙ in prouisionibus Episcopalibus nō inscribuntur ēt executores, sed solum mandatur vicino Episcopo Papę & sedi Apostolicę iuramentum præstari per prouisum secundùm formam & in prouisione ipsa,aut alia litera siue bulla separata cōtentam.pro hoc habes gl.in tit.de elect. & reser. in §.censuit.in ver.iuramentum. in pragma. vbi dicitur ꝙ cōfirmati,aut cōsecrati,vel promoti in curia iurant Papæ. Nihilominus tamen debent iurare suis superioribus immediatis, cum nō sint exempti ab eis.

Idem dicas nō describi in ꝓuisionibus Archiepiscopalibus,quia ēt mandatur præstari iuramentum, postea scribitur ad capitulum, ad clerum, ad vassallos, ad suffraganeos,& ad Regem,& in diuersis bullis fit hæc descriptio.

Et sic ex præmissis habes quandam cōuenientiam inter dignitatem episcopalem , & abbatialem , maiorem quippè poteris adducere. Nam quemadmodum† per assecutionem pacificam episcopatus & cōsecrationem,vel post decursum temporis de cōsecrandis vacant priora beneficia,c.cum in cunctis.§.cum verò,de elect.vbi Imò. col.3.citat vtrunq; requiri lapsum,videlicet temporis de cōsecrandis & liberam administrationem, aut restet per eum,quominus illam habeat: cōcordant Compo. & Io. And.ibi dicentes ꝙ si propter iuris impedimentum,putà propter peccatum occultum ministrare non possit, perinde est acsi ministraret, impotentia enim ex delicto suo pueniens ei imputatur. arg.l.si mulier. 1.respon. ff.quod met.cau.sequitur ibi Pet.de Ancha.col.2.in 1.q.& 7.not. addens quatuor requiri,vt dicantur vacare.Electio,confirmatio,possessio,seu bonorum episcopatus,acquisitio, & cōsecratio:Cōcludendo tamen ꝙ si non potest habere administrationem bonorum de iure vel de facto , ꝙ non vacabunt priora beneficia , cui astipulatur Collect.ibi.in versic.quid si cōsecratus,& dic administrationem maioris partis secundùm omnes.

¶Ad propositum præmissorum Collect.vbi s̄.num.12. ait ꝙ si fructus debentur fabricæ,per tres vel quatuor annos,aut alij vsui,& Episcopus est cōsecratus,lapsumq; est tempus de cōsecrādis,propterea beneficia priora nō vacant,licet cōtrariam videatur sentire sententiam Archi. in c.commissa.s̄.de elect.hoc lib. quod intelligas in alijs ab episcopatibus . facit pro communi dictum cōmune, ꝙ non dicitur† rem habere quam non possidet , ideo priora beneficia non vacāt.facit c.licet Episcopus.hoc ti. vbi quis nō debet perdere primum beneficium, nisi plenè secundum sit assecutus. vide gl.pragma.in tit.de elec. & reserua.in §.censuit.in ver.promotus.Oldr.cōsi.14.Cū quæritur verò hanc cōem insequitur Panor.in d.§.cum. num.6.vbi mouet dubium. Pone,cōfirmatus,aut alias ꝓuisus habet indultum,vt nō teneatur cōsecrari j̄.annum, an interim vacent priora beneficia, dic quòd nō. firmāt ibi Innocen. Ioan. Andr. car.pe.& Dec.num.7. vbi dicit quòd per huiusmodi indultum,seu dispensationem cessat causa finalis.d.cap.cum in cunctis. puta mora & negligentia secundùm Anto.& Panor.ibi post eum.

49 / 50 (marginal numbers)

¶Facit ad præmissa.c.cum ex eo.s̄.de elect. hoc lib. vbi patet ꝙ dispensatio (durante tempore illius) suspendit pœnam propter negligentiam impositam.habes quod in simili tradit Panor.in c.quia in tantum s̄.hoc tit.num.4. ꝙ si cum minore dispensatur, vt possit obtinere Ecclesiam parrochialem,eo ipso censetur cum eo dispēsatum, ne teneatur se facere promoueri ad sacerdotiū j̄.an nū, iuxta c.licet canon.s̄.de elect.hoc lib.Ia..in l.fi.ff.de cōsti. princ.

Intellige præmissa quæ dicuntur de dispensatione , vt procedat ipsa in ea quæ motu proprio data extit, secus si instantiam illamq; talis electus pro suo commodo priuato procurauit.l.4.ff.ex quib.cau.maiores. firmat Rota in antiq.decis.575.& Scrib. hic. ratio diuersitatis per Panor. in d.§.cum verò.num.7. ponitur,quia cum sit motu proprio,debet fieri larga interpretatio,secus quando ad supplicationem,quia tunc de vno ad reliquum non fit extensio,cum materia odiosa sit.c.si motu.j̄.hoc tit.Calc.consi. 77.versi.nono. quia rescriptum. Intellige secundò secundum eundem Io.Andr.vbi s̄.colum.3. nisi in dispensatione exprimeretur ꝙ interim beneficia non vacarent, & posset illa retinere , tunc planum est ꝙ nō vacabunt , cū verba dispensationis sint inspicienda.c.porrò.de priuileg. & c.fi.de vsu pal.hanc doctrinam Ioā.Andr. solitus sum sequi in memorialibus , quæ mitto ad curiam) pro huiusmodi dispensationibus obtinendis) dicendo sic. Et cum decreto ꝙ propter non promotionem beneficia vacare non censeantur, dispensare, sibiq; pariter indulgere & decernere dignetur Papa .

Continuando intentum nostrum idem videtur dicendum de abbatialibus† dignitatibus, quia si abbas alias pacificus non petat benedici j̄.annum, vacant priora beneficia.tenet Collect.in d.c.cum in cunctis.col.2.allegat Io. And.& Vincen.in Clem.2.de æta.& qualita.quod putat verum Aureol.in addit. ad Guiller.in c.Abbates.j̄.de priuileg.quod probat , quia cōstitutio de cōsecratione j̄. tres menses petenda est pœnalis,cum ex ea iuris sequatur priuatio,ideo non credo eam extendendam ad alium casum,meritò dicitur j̄.tres menses nō teneri benedictionem petere, sed potest differri per annum,neq; antea inducitur priuatio , pro quo text.in Clem.2. in §.statuimus. de statu.mo.vbi loquitur de Abbatissa quæ nō recepit benedictionem j̄. annum a tempore suæ confirmationis computandum,vt cadat a iure suo,causa non subsistente rationabili. Card.& Imo.ibi,post glo. in ver.cecidisse dicunt.hoc non procedere in Abbatibus,quia solum reperitur de abbatissis.ideo nō extendemus tamquàm pęnale.c.1.de suppl.neglig.præla.hoc lib.& c.is qui. j̄.de sentē. excommu.cum simi.

51 (marginal number)

¶Tu igitur dic ꝙ ex quo iure cautum non inuenimus ꝙ Abbates benedici debeant j̄.annum,seu aliud tempus determinatum , per non sumptionem benedictionis,minimè dicemus vacare priora beneficia , sed per adeptionem pacificam. citat latè Oldra.d.consil.14. quem sequitur Dec.in d.§.cum verò.num.2. Fely.tamen in cap.eam te.colum.5.num.7.versicu.3.restringitur.s̄.de rescript.dicit vacare per electionem acceptatam , quod non credo. Rationem diuersitatis inter Episcopum & Abbatem discussam videbis per eosdem Oldra. & Dec. vbi s̄. & glo. pragma.in d.§.censuit. in ver.benedictionis.vbi cōcludit quòd beneficia electi & confirmati in Abbatem post pacificam possessionem vacant etiam ante benedictionem per c.de multa.s̄.eod. ratio intuenti apparere potest , quia ipsa benedictio potius censetur de solemnitate non essentiali , quàm de substantia secundùm Card.in d.§.statuimus.q.6. hinc dicimus quòd ante benedictionem potest vti baculo pastorali . notant Fely.& alij.in d.§.cum verò. Quam vacationem intellige fieri , nisi cum ipsis Episcopis & Abbatibus fuerit per Papam dispensatum , vt cum his priora retineant beneficia. pro quo vide glo.pragma. in §.item in super. in titu. de colla. in ver.disponere.col. 3.Roma.consi.335.colum.1.circa primum consultationis articulum .

¶Et vt habeas perfectum & sanum intentum de dispēsatione necessaria , & his quæ in ea exprimi debent , tibi sequentem curaui describere clausulam , sub verbis his contextam.

52 ¶Nos † enim tecum, vt etiam postquàm in vim prouisionis & præfectionis prædictorum, regiminis & administrationis, ac bonorum monasterij. N. huiusmodi possessionem pacificam fueris præsentium vigore assecutus monasteriũ. B. cui' ad 320. florenos &c. Abbas non desinas, sed quoad vixeris vtriusquè. N. videlicet & de B. monasterijs in eandem commendam de Iardo. etiam quoad uixeris monasterium huiusmodi, cuius ad 150. flor. similes fructus redditus & prouentus in libris cameræ apostolicæ taxati reperiuntur, retinere vigore præsentium liberè & licitè valeas, generalis Concilij & quibusuis alijs constitutionibus &c. non obstantibus quibuscunque: quòd si non obtineatur dispensatio, poteris obtinere de his reseruationem sub hoc contextu.

¶Clemens &c. Cum itaquè nuper de persona dilecti filij. I. Abbatis monasterij. N. ordinis sancti B. Bitur. diocœsis eidem monasterio tunc vacanti duxerimus prouidendum, præficiendo ipsum eidem monasterio in Abbatem. Et proprerea officium cantoriæ ipsius monasterij quod ipse tempore prouisionis & præfectionis huiusmodi obtinebat, prout obtinet, quàm primum possessionem pacificam administrationis bonorum dicti monasterij fuerit pacificè assecutus, vacare speretur. Nos igitur volentes sibi &c. conferendum reseruamus &c. datum &c.

¶In Gallia tamen non dicas hanc reseruationem obtinere vires, per ea quæ latè deduximus in c. præsenti. de offic. deleg.

¶Pro hac dispensatione vide quæ dicit Ang. consi. 274. Bonifacius Episcopus.

¶Reliquum est impresentiarum attendendum, quia licet Episcopatus & Abbatiæ soleant expediri consistorialiter, vt iam tactum est, aliquando tamen expediuntur per commissionem Papalem, & tunc necessaria est approbatio Consistorialis, vt videre licet per hanc formam.

¶Clemens &c. venerabili fratri nostro Roberto Episcopo Electen. Salutẽ & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circunspecta his quæ authoritate apostolica gesta sunt, vt illibata consistant, libenter adijcit apostolici muniminis firmitatem, dudum si quidem Ecclesia Electe. per obitum bonæ memoriæ Arnaldum Episcopum Electen. qui extra Romanam curiam diem clausit extremum vacan. Nos eandem Ecclesiam sic vacan. cuius ꝓuisio antea fuerat per nos dispositioni & ordinationi nostræ reseruata bonæ memoriæ Petro S. Roma. Ecclesiæ presbytero Cardinali, quem a vinculo, quo Ecclesiæ Laudunen. cui tunc præerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio & apostolicę potestatis plenitudine absoluen. in ipsis Ro. Ecclesiæ presbyterum Cardinalem assumpserimus, ex certis causis vsquè ad certum tempus duximus cõmmendandam. Et deinde venerabili fratri Episcopo Tusculanen. & dilectis filijs Petro tituli sancti Marci, ac Ioannis, tituli sancti Vitalis presbyteris Cardinalibus nostris dedimus literis in mandatis, vt cõmendã hmõi authoritate apostolica reuocarent, & de te, qui tũc Abbas monasterij Beatæ Mariæ Burgidolen. ordinis. S. B. Bituricen. diocœsis existebas, eidem Ecclesiæ Electen. eadem authoritate prouiderent, teque illi præficerent in Episcopum & pastorem, ac tibi curam & administrationem ipsius Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus plenariè committerent, & minus consecrationis per aliquem catholicum antistitem gratiam & communionẽ apostolicæ sedis haben. authoritate prædicta impendi facerent, prout in dictis literis plenius continetur. Et demum Episcopus Petrus tituli sancti Marci, & Ioannes Cardinales prædicti ipsarum literarum vigore commendam huiusmodi reuocarunt, & de persona tua eidem Ecclesiæ tunc secundùm præmissa vacanti prouiderunt, teque illi præfecerunt in Episcopum, & Pastorem curam & administrationem ipsius Ecclesiæ tibi in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, ac tibi munus consecrationis huiusmodi impendi fecerunt, tuquè possessionem bonorum mensæ episcopalis Electen. fuisti pacificè assecutus, & ex tunc Ecclesiam ipsam in spiritualibus & temporalibus rexisti, & etiam gubernasti. Et subsequenter præmissa omnia & singula proponi fecisti in Consistorio coram nobis, ac nobis humiliter supplicari, vt ea confirmari de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur prouisionem & præfectionem prædictas & munus consecrationis, tibi, vt præfertur, & quæ per te circa administrationem prædictam ritè gesta sunt, rata & grata habentes illa de fratrum nostrorum cõsilio authoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio laudamus. nulli &c.

¶Postremò in proposito thematis hæsitari videtur a nonnullis, pone, beneficium tanto tempore vacauit, ꝙ eius collatio est ad sedem Apostolicam deuoluta, vel vacauit in curia, sic non potest prouideri de eo per alium quàm per Roma. Pontificem, nunquid hoc in casu ordinarius habeat potestatem durante huiusmodi vacatione ponendi œconomum, aut custodem pro conseruatione bonorum beneficij, prout posset de iure, si ad eum accumulatiuè & non priuatiuè spectaret collatio? breuiter dic ꝙ sic, per ea quæ not. Panor. in c. cum nobis. olim s̃. de elect. vbi dicit, licet collatio beneficiorum pertineat ad Papam iure reseruationis vel deuolutionis, nihilominus † interim custodia Ecclesiæ vacantis, & deputatio 53 œconomi pertinent ad Episcopum. Ratio, quia dispositio. c. 2. s̃. de conces. præben. dicitur pœnalis & sic non extendi debet, vt puniat Episcopum in alio quàm in eo, quod est expressum a canone. Pro his facit optimè text. noster cum glo. in c. cum inter. R. seniorem. s̃. de elec. vbi Panor. ponit ꝙ dispositio. c. cum in cunctis. in fi. (quæ priuat eligentes indignum potestate eligendi, non habet locum, nisi in dignitatibus in text. expressis. ita no. Ioan. Andr. in c. odia. de regu. iur. hoc lib. refert & sequitur Frã. Areti. consil. 63. colum. 3. num. 6. quod exorditur in præsenti consultatione, vbi dictum hoc comprobat, quia ad illum aliquando spectat custodia, ad quem non spectat collatio: patet in patrono ecclesiastico. probatur in cap. cum vos. s̃. de offic. ordina. & in c. Ecclesiæ cathedralis, quod non succedit Episcopo sede vacante, vt possit conferre beneficia: tamen potest deputare custodem beneficio vacanti, vt singulariter not. Ioan. And. in cap. 1. ne sede vacan. hoc lib.

¶Gregorius Decimus in Concilio generali Lugdu. Cap. III.

¶Statutum fœlicis recordationis Clementis Papæ &c.

SVMMARIVM.

1 *Moderatio recipit arctationem, non augmentum.*
2 *Qui nescit potestatem experiendi non habet.*
Negligens non est qui nescit.
Præscriptiones sunt introductæ contra desides, & sui iuris contemptores.
3 *Res de leui ad suam naturam reuertitur.*
4 *Prælatus conferens beneficium vacans in curia infra mensem, an valeat collatio.*
Imperator nolens vti decreto an suffragetur alteri.
5 *Prælatus conferens beneficium vacans in curia post mensem sede vacante Apostolica, an faciat aliquid validum.*
6 *Penes Papam manet plena dispositio beneficiorum.*
7 *Episcopus an possit conferre beneficia extra suam diocœsim.*
8 *Vicarius generalis potest omnia quæ pertinent ad iurisdictionem eius, cuius vices gerit.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Modificatio solet fieri per gerundium.*
2 *Duplex reperitur modificatio, vt hic.*
3 *Modificatio fit per dictionem, ita quòd.*
4 *Noua collatio præsupponit primam, & datur super prouisione ordinarij non super prouisione Papæ.*
5 *Noua prouisio nihil capit de veteri.*
6 *Emphitheuta cadit a iure, si dominus vti voluerit iure suo.*
7 *Dominus recipiens pensionem ab emphitheuta an sibi præiudicet.*
8 *Statutum excludens fœminas propter masculos, quando habeat locum.*

9 *Episcopus*

9 *Episcopus existens in curia confert beneficia vacantia in partibus.*
10 *Conferre beneficia est iurisdictionis quæ vbique potest exerceri.*
In impetratione gratiæ nemo est citandus.
11 *Commissio facta ab inferiore a Principe, nunquàm potest exerceri extra territorium.*
Legatus confest extra territorium.
12 *Iura communia, quæ de communi consuetudine non seruantur, pro nullis habentur.*
13 *Non currit tempus Papæ, nec eius executori.*
14 *Quando datur potestas corrigendi quid contineatur.*
15 *Actus a principio nullus tractu temporis non conualescit.*
16 *Decretum iuris non debet esse minoris efficaciæ, quàm decretum hominis.*
17 *Appositio manus Papæ, affectat mandando.*
18 *Obseruatione solemnitatis testamenti attenditur tempus conditi testamenti, non tempus mortis testatoris.*
Quod nullum est non dicitur habere esse.
19 *Beneficia debent in perpetuum conferri.*
20 *Collatio est actus legitimus.*
21 *Potestas superueniens non validat actum gestum ab inhabili.*
22 *Diocœsanus conferens infra tempus præsentandi an faciat quid validum.*
23 *Prouisio limitata prætextu iuris non subsistentis in veritate non tenet.*
24 *Quotiens executor confert beneficium non inclusum suæ potestati, collatio est nulla.*
Iudex procedens ante conditionis euentum nihil agit.
25 *Papa se fundans super reseruatione, quæ non reperitur.*
Donans mulieri tamquàm vxori, quæ non est vxor nihil agit.
26 *Iudex proferens sententiam causa expressa quæ non reperitur valida, an faciat quid validum.*
27 *Conferens prætextu alicuius potestatis, quæ non reperitur nihil agit.*
28 *Quando iurisdictio est radicata, licet non insit exercitium.*

STATUTUM. Hæc decretalis in tempore arctat præcedententem [in curia.] Quid si extra in vicino & cõsimilibus. j. eo. præsenti habetur [cõferendis] s. eod. c. proximo. [moderandum.] Moderatio 1 † recipit arctationem a nõ augmentum. a j. de verb. signi. transmisse [vacauerint.] Sed nũquid hoc tempus intelligitur a tempore notitiæ, videtur q sic. j. de cõcess. præben. quia diuersitatem. s. de suppl. negli. præla. 2 licet. Nam † qui nescit, potestatem experiendi non habet. b ff. de calum. annus. 2. q. 6. § biduum. ff. de edili. edic. cum sex. Econtra habetur hic expressum, & ideo tenendum: nec obstant allegata, quia Papa hoc hic statuit in fauorem Ecclesiarum, ne cõtingat beneficia diu vacare & ea diu seruitoribus carere, nec statuit hoc in odiũ seu pœnam negligentis, quia tunc non curreret tempus, nisi contra negligentem, & negligens non est, nisi sciat, vt dictis iuribus, nam præscriptiones odiosæ regulariter sunt introductæ contra desides & sui iuris contemptores. C. de anna. excep. l. vlt. in fi.

3 ¶Item † res de leui ad naturam suam reuertitur. ff. de pact. l. si vnus. §, quotiens. 35. distin. ab exordio præsertim vbi statuens contra se statuit vt hic.

4 ¶Sed pone, prælatus † confert. j. mensem beneficium vacans in curia, & Papa non confert illud. j. mensem, an c valeat collatio prælati sine noua collatione c arg q valeat. ff. si cer. pet. proinde. ff. de manu. & l. 2. ff. de testa. milita. l. similes Titio.

Dic contra, qui & a quib. si seruo. vbi sunt multa argumẽta notata, nec mirum, quia hic est statuti inhibitio, & decretum in contrarium facientis, vt. s. c. proximo. 2. & 3. Responso. vbi tamen specialis impetrator decretum & inhibitionem haberet, nec vti vellet eisdem, dicerem d collationem Episcopi sequentem prædictæ tenere, d qui potest renunciare his, quę pro se sunt introducta. j. de reg. iur. ad apostolicam. C. de pac. l. si quis in conscribendo. s. de elec. Ecclesia. 2. §. 1. Et in hoc impetrante videtur intelligi hæc cõditio, si impetrans gratia eadẽ velit vti. e vnde Papa in hac decret. pro se facit, sed ibi pro alio, quo casu si renunciat impetrans Papam non offendit, nec eius decretum sed hic Papa quod suum est seruat.

5 ¶Sed pone, † confertur vacans in curia post mensem, sede tamen apostolica vacante. An teneat collatio, dic q non. j. eo. si apostolica, vbi certi casus excipitur, ergo in alijs erit regula & est ratio, quia currit tempus non sedi, sed Romano Pontifici, vt hic. & c. proximo. s. & sic vidi interpretari Papa creato.

Sed contra, hic currit ignoranti, ergo non enti. Sol. q currat ignoranti hoc est expressum, sed quòd currat non enti est contrarium expressum. s. c. proximò, & non tenet arg. a simili vbi est text. in contrarium [per seipsos.] Sed nunquid per alios conferre poterunt exceptò casu qui sequitur videtur q non, quia hic est certa forma data, & Pa 6 pa penes quem † manet plena dispositio f beneficiorum. f s. c. proximò. 1. Respon. rei suæ potest adijcere legem & conditionem quam vult. ff. de pact. traditionis. & C. de so 7 lu. l. 1. 18. q. 2. Eleutherius [in remotis] Sed nunquid † posset extra suam diocœsim conferre beneficia? videtur quòd non. ff. de iurisdictio. omn. iudi. l. vlti. ff. de offic. præsi. d. l. 3. s. hoc lib. de consti. c. 2. in fi. dic contra. Nam hæc collatio non requirit causæ cognitionem & ideo exple g ri g potest extra territorium, h vt not. s. de offic. lega. no- h uit [generales] habentes tamen circa hoc speciale mandatum alioquin vicarius Episcopi vel alterius, excepto Papa, ad collationem beneficiorum se non extendit. s. hoc lib. de offic. vica. cum in generali. s. hoc lib. de elect. is cui. s. hoc lib. de supplen. neglig. præla. Ecclesiæ. Requiritur tamen quòd cum hæc sint generales vt hic, vnde tria hic specialiter in istis beneficijs sunt seruanda, vt scilicet quòd ipse per seipsum conferat, ad quem spectat, si est præsens, & si est absens, quòd per alium conferat, non specialem sed generalem vicarium, ne fraus fiat contra hanc constitutionem, quod aduertit Clemens s. c. pximò. & hic.

¶Item quòd istud specialiter sibi sit commissum, & 8 q dicitur † quòd vicarius generalis omnia potest quæ pertinent ad iurisdictionem eius cuius vices gerit. C. de offic. eius qui vices alter. gerit. l. 1. & no. s. de offi. vica. tua, hoc tamen se ad beneficia non extendit, vt est dictum. 9 Nam vicarius † siue sit a iure, siue ab homine, in his quæ sunt iustitiæ regulariter se extendit, non ad ea quæ sunt gratiæ. s. de maior. & obed. Cum olim. s. hoc lib. eod. tit. c. vno. & d. c. cum generali. & j. ne sede vac. c. 2.

ADDITIONES PROBI.

a 1 MODERATIO. Dic q moderatio, seu modificatio † fieri solet per gerundium, quia eius est modificare & qualificare dispositionem, cui adiungitur. testatur post alios Maria. Soci. consil. 91. colum. 2. visa. & consi. 93. col. 1. circa primum.

2 ¶Et dic † q duplex reperitur modificatio, vna suspensiua seu habens virtutem suspensiuã, quæ si apponatur contra substantiam actus, irritat actũ, & irritauit. ita loquitur text. in cap. fina. s. de conditio. appo.

¶Alia est resolutiua, seu habens vim resolutiuam ex post facto actus validi & perfecti. not. gl. in l. 2. ff. de in diẽ adiectio. & hæc irritatur, & non annulat. ita tradit Maria. Soc post alios ibi per eum citatos in consi. 124. col. pe. præsens consultatio.

3 Et adde q † modificatio & restrictio fit per dictionem, ita, qđ testatur idem Soci. consi. 141. quod exorditur. consideratis. allegat. l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. & c. cum M. s. de consti. pro d. Io. Mo. hic vide Roma. consi. 269. nu. 25.

b ¶Non habet. Vide quæ citat Frede. consi. 232. vacantibus canonicatu.

c ¶Noua collatione. Dic q † noua collatio præsuppo- 4 nit primam, & datur super prouisione ordinarij, quam dubitat supplicans certis de causis viribus, non subsistere, non autem super prouisione Papæ, quia tunc datur forma, perinde valere. testatur Prouincialis car. mihi. 82. in his enim adest discrepantia, quia in noua prouisione non teneris exprimere defectum secus in gratia, perinde valere, videre congruit in his quæ in proposito luculenter scripsi in c. cum in tua. s. de consuet.

¶Dicit enim Prouincialis car. mihi. 83. in noua prouisione beneficij collati per electum non confirmatum, inficiens collationē, quia de facto facta. c. nosti. s. de elec. Si verò sit confirmatus, dabis. Cum autem dubitet & c. ex quo potuit conferre. c. transmissa eo. tit.

5 ¶Preterea dic ꝙ noua prouisio nihil † capit ex veteri, alias non diceretur noua. Bal. in c. 1. in fi. qui feudum dare pos. gl. in c. generali in ver. de nouo. s. de elec. hoc lib. quid autem dicatur nouum vide remissiue per Fely. in c. cum ex officij. nu. 21. s. de præscrip.

d ¶Tenere. Vide quę in simili Do. Bertran. consi. 38. viso cōsultationis themate. 3. par. & ibi videbis opiniones pro vtraque parte.

e ¶Velit vtiquè. Vide glo. in tit. de colla. in §. ꝙ si quis in ver. irritum. in pragma. & quæ latissimè dixi. s. in c. tibi de re. Car. consi. 5. col. 2. qui allegat. c. potuit de loca. s. ꝙ

6 emphiteota † cadit a iure suo, intelligitur, si dominus voluerit vti iure suo.

¶Sic & processus iudicis a, quo non tenet, si appellans appellationem prosequutus fuerit, sed si renunciauerit appellationi, tenet processus. s. de appella. c. ab eo hoc lib. Ad hoc facit. ff. de optio. lega. l. si cum optio vbi si est legata serui optio ex vniuersa familia, & antequàm legatarius optet, seruus est per hæredem manumissus, si postea non optat, seruus remanet liber. ad idem facit. l. seruum filij. 1. Respon. eo. titu. vbi si pater legauit in testamento seruum, qui erat in castrensi peculio filij, & filius nō fuit vsus iure suo, quia non disposuit antè obitum suum de illo suo seruo, valet quod fecit pater: & tamen antequàm appareret ipsum filium non vti iure suo, dispositio patris erat in pendenti. l. proponebatur. ff. de castren. peculio.

Pro dicto Io. Mo. vide Barb. consi. 12. scribitur. vol. i. & Deci. consi. 185. in versi. vlterius reuocatur, quod incipit, in causa istorum nobilium, & consi. 341. in fi. viso puncto, vbi prosequitur id quod de emphiteuta dicitur, vt non priuetur etiam iusta causa subsistente, nisi appareat de voluntate domini. Bar. & Doc. in t. 2. per illum tex. C. de iure emphi. Ang. in §. si verò in versi. Sed pone, in Aut. de non alie. cum simil. tradii Alex. in consi. 91. col. fi. viso themate. & consi. 14. col. 2. viso themate instrumenti. vol. 4. & consi. 6. nu. 14. vol. 3. & consi. 173. nu. 6. viso themate. vol. 2. Deci. prosequitur consi. 452. col. fi. visa. vide Ioan. Mona. & ibi per me dicta in c. generali. s. de elect. idem Alex. consi. 82. col. fi. volu. 7. vbi citat quòd quando dicimus quòd vtile dominium reuertitur ipso iure ad dominum, intelligitur si dominus velit & petat Bald. in l. fi. C. de reuoc. do. in fi. allegat. not. in l. 2. si ager vectigalis uel emphi. petatur. Istud prosequitur idem Alex. in cōsi. 113. num. 3. uiso & diligen. uol. 4. ubi subdit eo ipso quòd

7 dominus † ab emphiteuta, qui ceciderat a iure suo, recipit pensionem futuri temporis, non possit eum amplius expellere tamquàm priuatum, sic propositum mutare non potest, cum uideatur dominus semel consensisse quòd non sit priuatus, sic ab ea uoluntate non potest amplius discedere. l. apud Aufidium. ff. de optio. lega. regula est quod semel placuit, uide quæ dico in c. 1. in uer. semel de usur.

¶In proposito thematis non omittas quòd statutum

8 † excludens fęminas propter masculos, intelligitur si masculi uoluerunt esse hæredes, aliter non. l. 2. §. sed si sint. ff. ad Tertul. & ibi Bart. de quo meminit ipse Alex. in consi. 20. num. 5. uiso processu. uol. 1. qui adducit. l. primam. §. quod si filium & ibi Bart. de bo. po. contra tabul. ff. Bald. in l. maximum uitium in uersi. item quæro enim quòd statutum. C. de liber. præter. hoc tamen intellige sanè, prout ibi ipse Alex. col. pen. dicit, quia istud uidetur contra regulam per nos comprobatam in dc. 1. in uer. semel malus. de usur. s. quòd semel exclusus perpetuò durat exclusus.

¶Præterea pro ipso themate habes unum satis quotidianum, quia si filia quæ renunciauit hæreditati patris cū iuramento, uiuente patre, in manibus fratrum & patris, si postea in testamento pater disposuit ꝙ nō obstante iuramento, succedat cum fratribus, poterit succedere, quia uenit ex testamento, & quia inuito patre, nō tenet illud pactum, cū requiratur ꝙ pater in dicto cōsensu pseueret vsq; ad mortem. l. fi. C. de pactis, quem pro hoc dicit tex. fore vnicum. Bal. in c. ad nostram col. 2. in ver. pone filiā. s. de iureiur. Et sic non videtur ex tali renunciatione iuramēto firmata ius quęsitum fratribus: quodq; si id nō posset facere pater, sequeretur, ꝙ nō esset moderator & arbiter bonorum suorum in filiam, cui debetur hæreditas patris iure naturæ, prout & filijs. l. maximum vitium. C. de libe. preter. dico in c. j. de testa. s. pro his vide Petr. de Ancha. istud optime comprobātem in cōs. 403. viso diligenter tenore donationis. & post eū Decium cōs. 475. col. 1. in causa quæ Mantuę.

f ¶Plena dispositio. Dic idem esse ac si dicatur omnimoda dispositio, per ea quæ nō. Domi. cōs. 15. col. 2. reuerende pater.

g ¶Expleri potest. Prouincialis char. mihi. 76. mouet

9 an † episcopus qui est in curia possit conferre beneficiū vacans in partibus, qui respondēdo dicit ꝙ sic, referēdo Io. and. post Io. Mo. in c. si apostolica. s. eo. tamē communiter episcopi vadūt extra vrbem ad cōferēdum, ad hoc vt dicātur esse in aliena diocesi, & practicatur, hec tamē dic nō refragari quin beneficia possint cōferri extra suam diocesim vel territorium. Innoc. Hostien. & cōmuniter alij in c. diuersitatem. s. de cōce. præben. Cal. cōsi. 3. col. 2.

10 in ti. qui filij. sint legi. Ratio, quia conferre † est volūtariæ iurisdictionis, quæ vbique exerceri potest. l. 2. ff. de offi. procon. Facit quod no. Bal. in cap. cum olim. s. de re iudi. quòd in impetratione gratię nemo est citandus, quia est quædam donatio; vnde quando proceditur ad collationem, nemo est citandus. capitulo licet episcopus, infra isto titulo.

¶De vicario tamen nō videtur dicēdum quòd extra territorium possit conferre, per tex. nostrum ibi, per suos vicarios generales in eorum diocesibus existentes. Ratio secundum Bal. in l. omnes. in prin. ff. de offi. procon. & le-

¶ Et in proposito necessaria est probatio veritatis tituli, & sic si non appareat alia probatio, aut causa, siue præsumptio, quam vana vox populi, sequitur quòd nihil est in probatione. facit quia in terminis nostris reus fungitur vice actoris & econtra, cum quilibet similem conclusionem suscipiat, vtpotè quòd ei fiat beneficij adiudicatio. Ista sunt clara, per ea quæ voluit Lapus alleg. vlti. cōpo. in c. in nostra. & ibi addi. s. de rescrip. dixi. s. in c. ordinarij. de offic. ordi. & in c. vt quis duas. de elect. s. hoc lib. Ideo plena probatio ex parte monachi exigitur. modo intentio mea reperitur plenè probata, rei verò nō, vt patet ex præmissis, quia nō probat institutiones: ideo monachus habet succumbere. l. in exceptionibus. ff. de proba-18 tio. & l. 1. & 2. ff. de exceptioni. Et sicut † actor tenetur pro bare suam intentionem, ita reus suam exceptionem. Innocentius in c. super his. s. de accusa. cum excipiens censeatur actor quoad onus probandi exceptionem suam. c. in præsentia. s. de probatio. Panor. in c. cum nobis, nu. 5. s. de elect. hinc Oldr. cōs. 291. eę sunt rationes, ꝙ obiiciētes crimina electo habentur loco accusantium.

19 ¶ Præterea vbi directę † & principaliter fundatur intentio agentis vel excipientis, necessaria est plena probatio. citat Cy. in l. non ignorat. C. qui accusa. nō po. modo ad propositum defensio monachi (de regularitate excipientis) fundatur directè super præscriptione, vt hic per Archid. quæ præscriptio de necessitate requirit vsum per monachos institutos in ecclesia spatio. 40. ann. continuatim: nec sufficeret vsus, nisi monachi fuissent instituti, vt rectores propter promiscuos actus, qui ęquè conueniunt nudo occupatori vicario conductio, seu commēdatario sicut

ſicut rectori. Pro his adde quæ voluit hic Domi.col.fin. verſi.quęro an eo ipſo,poſt Cal.hoc tit.cōſi.19.& de conſuetu.conſi.1.quod licet ſeculariter per religioſum per dictum tempus Eccleſia regatur, poterit nihilominus de tali beneficio ſeculari prouideri, etiam ſi ſcribatur.prout in tex.noſtro continetur, quia non per religioſum eo caſu propriè gubernatum dicitur ſecundùm Lap.hic & Io. de Lignia.qui refert ꝙ ſi religioſus præficiatur Eccleſiæ ſeculari parrochiali,vt in terminis.c.quod Dei timorem. s̄.de ſta.regul.licet per 40.annos per talem fuerit recta & gubernata, poterit tamen ſeculari aſſignari per modum tituli beneficialis ſecūdùm eum, hanc partem tenet Calde.vbi.s̄.vbi latè cōcludit, ꝙ licet in operaria Piſanæ Eccleſiæ fuerit longiſſimè poſitus laicus qui efficiebatur cōuerſus,nihilominus non fuit impreſſus ſtatus talis,quin in ea præfici poſſit ſecularis, quia ad hoc vt imprimatur talis ſtatus,requiritur perſona vera vel repreſentata, quæ faciat animo & intentione imprimendi illum ſtatum, iuxta not.per Inno.in c.bonę.s̄.de po.præla.& in c.conquerente.s̄.de offi.ordi.Et ita debet intelligi.tex.noſter.

Item ſi monacho & eius prędeceſſoris monachis data fuit inſtitutio canonica, proceſſit a pectore Romani 20 Pontificis, alias † nō valet mero iure. tenet Bellam.conclu.72.vbi loquitur de canonico regulari, quod etiam procedit in monacho.Bellam.conclu.717.& Rota in nouis.483.vbi dicitur ꝙ collactio facta monacho de beneficio conſueto clericis ſecularibus aſſignari, eſt ipſo iure nulla etiam de licentia abbatis abſquè diſpenſatione. Et ideo ſi prouiſum extiterit,fuit per modum commendę, iuxta curiæ ſtilum, qui debet attendi.c.graui.s̄.de crimine fal.qui legitur, ꝙ talibus prouidetur ſub forma commēdæ & nō tituli: Et ſupradiximus commendam nō mutare ſtatum beneficij,igitur eius intentio ſeu occupatio nō potuit afferre commodum præſcriptionis. Et circa id dicitur infectus titulus qui aggrauat malam fidem.not.Inno.in c.dudum.s̄.de deci.

Quod ſi nō habuerint prouiſionem ipſi monachi modo præmiſſo,fuerunt intruſi occupatores, & vſurpatores & ſic in mala fide,quæ (vt deduxi) ipſam præſcriptionem impedit. Ergo neceſſariò requiritur quòd inſtitutionem habuerint aut a Papa, aut ab ordinario medio diſpenſationis apoſtolicæ, quæ in eis bonam fidem cauſauerit. & modum vtendi qualificauerit, ſuper qua qualitate fundata & intentio monachi, & ſic plenè probanda, quod 21 verificatur per theoricam,quòd quotiens aliquid† intercedit in actu tamquàm pars eſſentialis ipſius actus, & tāquàm actū ipſum diſponens eſſentialiter ſiue perficiens, non ſufficit tunc probatio communis opinionis & famę, ſed eſt neceſſaria plena probatio,vt quando agitur rei vēdicatione,tunc actor debet probare dominium ex parte ſui & poſſeſſionē ex parte aduerſarij: nec ſufficit probare alterum per communem opinionem & famam, imo oportet allegare & probare directè dominium, & ſi allegetur tantum venditio, non ſufficit probare ꝙ vendens pro domino haberetur, ſed oportet probare directum eius dominium.not.Cy in l.cum res.C.de probatio.& gl. in l cica.ff de probatio.Ita in propoſito, cum monachus neceſſe habeat probare regularitatem,oportet ꝙ probet illam per modum introductum a iure & non per communem opinionem & famam Facit ad prædicta quod not.Barb.in Cle.literas.col.19.de reſ.ꝙ fundans intentionem ſuam ſuper pręſcriptione titulum requirente debet probare de titulo, alias ſuccumbit.allegat.c.fraternitatis.s̄.de teſtib.

¶Et in puncto materiæ præſentis attende perpetuò ad 22 vnum ſatis tamen incidenter,ꝙ † quando vis impetrare beneficiū aliquod,illud nō dicas ab aliquo loco vel monaſterio dependere,quia ſi reperiretur nō dependere, nō deberetur,per ea quæ no.Domi.in cōſi.15.col.3.reuerende pater.quod nota contra quoſdam ignaros conficientes memoralia ad curiam deſtinanda pro beneficiorum impetratione.

¶Nunc intro dubium arduum & nō minus quotidianum. Pone, Eccleſia Bituricen.olim per canonicos regulares.S.Augu.regebatur & gubernabatur,quo præcedente tempore Inno.I.indultum eligendi Archiepiſcopum eiſdem canonicis in forma cōceſſit, quo per longa tempora vſi ſunt.Poſtmodum mutatus eſt eorum ſtatus,quia effecti ſunt ſeculares de regularibus.Interim progreſſum eſt ad editionem pragmaticæ ſimile indultū includens generale pro quibuſcunq; Eccleſijs cathedralibus totius Galliæ. Secutiuè ad publicationem concordatorum inter Roma.Pon.& Chriſtianiſſimum Francorum Regem ędictorum, per quæ ſublatum extitit generaliter quibuſuis Eccleſijs cathedralibus indultum huiuſmodi,adiecta tamen clauſula exceptiua ſub hoc verborum contextu formata. Per præmiſſa tamen nō intendimus in aliquo præiudicare capitulis Eccleſiarum & conuentibus monaſteriorum & prioratuum priuilegia a ſede apoſtolica proprium eligendi prēlatum obtinentibus,quominus ad electionem Epiſcoporum, ac abbatum & priorum iuxta priuilegia eis conceſſa liberè procedere poſſint,iuxta formam in eorum priuilegijs contentam, modò reuocatur 23 in dubium,an per † mutationem ſtatus fuerit extinctum priuilegium eligendi ipſi Eccleſiæ Bituricen.conceſſum, vel in viridi obſeruantia extet, adeo ꝙ includatur ipſa Eccleſia ſub hac clauſula exceptiua. Pro diſcuſſione dubij iuxta illud veritas ſępius exagitata magis in lucem ſplendeſcit.c.fi.vbi glo.prima.& vlti.35.q.9.Car.cōſi.105. in prin.videtur ad vtranq; partem affirmatiuam ſcilicet & negatiuam diſputandum.

24 ¶Et pro parte negatiua dico ſic. Certum † eſt ꝙ de iure communi ius eligendi Epiſcopum ſpectat ad canonicos Eccleſiæ cathedralis.c.in Geneſi. & c.in veteri.s̄.de elec.& c.cum Eccleſia ſutrina.s̄.de cauſa po.& proprie.& c.ſacrorum.§.ex his,vbi Præpo.63.diſt.latè per Maler.in trac.de elec.car.penul.col.1.medio cuius Innoc.nullum 25 videtur conceſſiſſe indultum nec priuilegium.Quia † nō dicitur priuilegium ſi nihil præter legem generalem indulgeatur.25.q.1.c.fi.§.quamquàm.quod ex diffinitione priuilegij apertum eſt, cum priuilegium nihil aliud ſit q̄ ius ſingulare cōtra ius commune indultū, ſm Hoſt.in ſumma.in tit.de priuileg verſ. Quid ſit priuilegiū, nec n. eſt priuilegiū niſi aliquid ſpeciale indulgeat, ſemp debet aliquid ſpecialiter operari.c.in his.s̄.de priuileg & c.Abbate.§.cōtra quod.s̄.de verb.ſignifi.quæ non cōueniunt huic conceſſioni, ergo nec conueniet diffinitum.l.1.§. dolum.ff.de dolo.Iſta cōprobo ethymologia vocabuli, 26 a qua licet † arguere negatiuè.l.2.§.appellata.ff.ſi cer.pe. prout dicimus valere argumentum affirmatiuè de vltimis voluntatibus ad donationes,ſed nō negatiuè.argu l. pactum inter hęredem.ff.de pact.& l.quod bonis.§.fi.iuncta.l.poteſt.ff.ad leg.Falcid.Faciunt in ſimili dicta Imo. in l.ſi ſeruum filij.§.qui chirographum.de leg.1.Dicitur enim priuilegium quaſi priuata lex.c.priuilegia.3.diſtin. Cum igitur cōceſſio hæc nō contineat legem priuatam ſed communem,nō continebit priuilegium.traditur per Bart.& Moder.in l.fi.ff.de conſtitutio.prin.Deci.& Fely. in rubri.de reſcript.col.2.vbi idem Fely.adducit hoc vul-27 gare,ꝙ † fruſtra precibus imploratur quod iam lege permiſſum eſt.l.1.de the.lib.12.C.

Hæc pro hac parte negatiua videntur perſuadere,contrarium tamen videtur de iure dicendum, & pro parte affirmatiua concludendum. pro qua comprobanda pręmitto primò ea quæ gl.& Scriben.cōcludunt.in c.quam-28 quàm.s̄.de electio.hoc lib.quòd † de iure antiquo ad Papam ſpectabat electio Epiſcopi priuatiuè.c.1.22.diſtin. eo maximè quia Papa ſolus Epiſcopum creat. refert ibi Præpo.

¶Præmitto & ſecundò, quòd Papa poteſt ſibi reſeruare prouiſionem quarumcunquè dignitatum, etiam Epiſcopalium.c.ſi eo tempore.s̄.de elect hoc lib.quod elucidatur in pleriſquè extrauagantibus & nō minus regulis cancellariæ apoſtolicæ.

29 ¶Pręmitto & vltimò quòd † conceſſio Papæ cōtinens prima facie idem quod ius commune, debet taliter interpretari quòd aliquid noui indulgeat.d.c.in his quod comprobat per multas authoritates Fely.in c.1.col.4.ver. priuilegium.s̄.de reſ.

¶His præmiſſis vrgentibus poteris ad oculum videre, quòd conceſſio Inno.ſiue reperiatur conceſſa antequàm ius eligendi eſſet commune omnibus canonicis Eccleſiarum cathedralium,ſiue poſt,ſiue ante non eſt dubium quin cōtineat priuilegium,ſi verò poſt,cōtinet gratiam, quia gn̄alis reſeruatio quarūcunq; dignitatū per Papam facta nō porriget effectum ſuum ad Eccleſiam Bituricen.

in

in præiudicium canonicorum eiusdem Ecclesiæ, quibus ex speciali concessione competit eligendi facultas. Ista firmo per glo.not.in c.vnico.in ver.consuetudine de sta. mo.hoc lib.pro qua vide Domi.in c.1.§.de consti.col.2. versi.quid de priuilegijs.& consi.30.Bonifacius nonus.

30 ¶Item priuilegium † præcedens non tollitur per ius commune sequens, quod nō facit mentionem de priuilegio.l.vnica.§.si quæ verò.C.de Iusti.Cod.cōfirmā.Quæ cōmuniter allegatur ꝙ per nouam legem vel statutum nō censentur reuocata priuilegia singularibus personis concessa no cōprehensa in corpore iuris vel statutorum. Idem erit si dicamus ꝙ reseruatio generalis Papæ habeat iura priuilegij & annecten.ad naturam reseruatorum in

31 priuilegijs Principis: nam priuilegium † generale nō tollit speciale præcedens.no.in c.quamuis.el 2.hoc tit.& in c.generi.§ de regu.iur.& in c.veniens.§ de prescrip.Ergo per ius commune nō intelligitur sublatum Ecclesiæ Bituricen.priuilegium. facit quia generalis derogatio quorumcunquè priuilegiorum nō trahitur ad priuilegia alicui specialiter concessa.text.& ibi glo.& Odo.in fi.in l.3. de silen. lib.12.C. notatur. in c. cum ordinem.§. de res. cum concordan.allega.per Alex.de Imo.cōsi.101.col.2. lib.1.

¶Nec refragari posset si velles dicere quòd post Inno. per iura noua fuerit concessum ius eligendi omnibus cathedralium Ecclesiarum canonicis, quia nō propterea sequitur ꝙ cōcessum sit priuilegium & sublatum, imo auctum & corroboratum, quia prius habebant ius eligendi ex priuilegio, modò habent ex speciali priuilegio & generali indulgentia. Et sic sublata gratia generali, (quam nonnulli ius commune appellant, minus tamen benè, per ea quæ tradita videntur.in gl.in c.ex insinuatione.§.de symo.Domi.& Archid.in c.fi.§.fi.2.q.3.Fely. in c.contingit.num.4.§.de fide instru.) nō tamen censetur sublata gratia specialis, ita in terminis consuluit Alex. consi.vlt.col.fi.num.25.vol.4.vbi citat, quòd vbicunquè emanauit aliqua specialis prouisio in fauorem certarum personarum, & postea fit contrarialis, cancellatio priuilegiorum, quòd nō videtur derogatum illi priuilegio, nisi illud in specie exprimatur, pro quo allegat.text.valde singularem, iuncta sua glo.in d.l.3.de silentiarijs.lib. 12.C.& Bald.in c.1.§ sancimus. in titu.quo tempore miles inue.petere debeat. Idem.in l.non plures.C.de sacro. sanct.Eccle.& in d.l.vna.C.de Iusti.Codi.compo.& in c.1. num.16.§.de res.& in c.graue.§. de offi.ordi. benè facit

32 text.in l.si domus.ff.de serui.vrb.prædio.vbi † per remotionem vnius ex seruitutibus nō sequitur remotio alterius.facit c.ex tuarum de authoritate & vsu pa.c.pastoralis.§.de priuileg.& l.hæres.ff.de conditio. & demonst.& Domi.in d.consi.30.in fi.

¶Comprobantur præmissa, quia alias huiusmodi priuilegium Inno.nihil operaretur,quod nō est dicendum. c.si Papa.de priuileg.hoc lib.cum alijs vulgatis.

33 ¶Item argu.† ab his quæ fieri cōsueuerunt procedendo, quia militat.l.si quis donaturus.ff.de vsufruct.l.certi iuris.C.de iudic.l.3.ff.de spon.Ang.consi.207.col.2.reperitur quædam scriptura.dixi latè in c.nemo.§.de elect. Quia in similibus priuilegijs consueuit clausula apponi, hæc vestra volumus omnino electione constitui. illa enim dictio, omnino, reseruationes excludit, quia tan-

34 tum † est dicere omnino,quòd omni casu, & sic etiam stantibus reseruationibus glo.in l.si cum exceptione.§. quòd si homo.ff.quod metus causa.& in c.ex parte.1.§.de offi.deleg.firmat Car.in Cle.1.q.11.& ibi quædam additio de vita & honest.cleric.

¶Et si Papa ius alteri omnino concedat, nihil sibi intelligitur reseruasse propter verbum omnino.Fely.in d. c.ex parte.in princ.post Ioan. And.in c.si beneficia.§.hoc tit. Et quod maius videtur, quia dici posset quòd per hæc verba, volumus omnino electione constitui, quòd Papa voluerit electionem canonicorum, plenum ius tribuere electo & habere vim electionis & confirmatio-

35 nis instar prouisionis † Papalis,quæ vim electionis & cōfirmationis habet.Inno.in c.olim de cau.& pos.& proprie.facit quod not. Panor.in c.cum in cunctis §.cum verò.§.de electio.vbi dicit, quòd Papa creat Episcopos solo verbo, & talis creatio dicitur prouisio,quæ habet vim electionis & confirmationis.latius dico in trac.de mandatis apo.expediendo primam signaturam videlicet Papæ.tenet Inn.in c.cum olim.in prin.§.de cau.pos.& proprie.gl.2.in c.1.§.de elec.hoc lib.Fely.in c.eam te.col.2.§. de res. vbi do.meus. num.11. Felyn. in c.cum Bertholdus. col.2.§.de re iudic.& in c.meminimus.col. 2.versi.limita. nisi.& in c.accedens.2.not.§.de accu.quod verum, dummodò prouisi de Episcopatu per Papam expediuerint bullas suæ prouisionis, vt determinatur in extraua.Bonifa. VIII. iniunctæ.de elec.de qua recordantur Panor. & Imo.in c.qualiter.§.de elec.ita concludit D.Henricus de Bottis in trac.de Synodo Episcopi in 1.par.num.35. & Rauen.in compendio in tit. de res.car.mihi.309.col. 1.idem in tit.de elec.car.66.col.2.

¶Et ꝙ plenum ius tribuat, suadet tenor priuilegij, cū verba illius inferant conten.in ipsa clausula, ꝙ sola electione electus intelligitur subrogatus in locum defuncti, quæ subrogatio nō diceretur facta nisi talis electio vim confirmationis haberet.c.auaritiæ, de electio.hoc lib.& c.transmissam.eo.in antiq.

¶Ex quibus clare apparet, quòd canonici Ecclesiæ Bituricen.habent priuilegiatum ius eligendi, & de tali iure sunt intelligenda concordata Gallicana, & etiam fortè de iure eligendi ex speciali concessione Papæ; licet non sit aliter ius priuilegiatum eligendi, alioquin frustra redderetur dicta exceptio in cōcordatis descripta.Quia semper dici poterit ꝙ habent ius eligendi Archiepiscopum de iure communi.

¶Et pro comprobatione thematis nostri intro dubium. An poterimus dicere huiusmodi canonicos priuilegium eligendi amisisse, eo quia hactenus in vim pragmaticæ seu secundùm formam illius elegerunt, aut quia mutauerunt statum; & an etiam dicantur commisisse in Romanos Pontifices, vtendo constitutione Concilij Basilien.quæ reperitur reprobata, vt patet in procemio concordatorum.

¶Ad primum dic nullo modo priuilegio suo renunciasse, cum priuilegia & pragmatica inuicem secompa-

36 tiantur, ideo electio † vnius alterum nō tollit. faciunt not.in l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.actio.& l. incommodato.§ duobus.ff.commo.gl.in Cle.dudum in ver.partibus de verb.signifi.

¶Quinimò canonici dicere poterunt se vtroquè iure

37 elegisse. facit, quia † ordinarius delegatus potest ex vtraquè potestate iudicare secundùm theoricam Inn.quem (dempto Ant.de Butr.) Doc.sequuntur in c.cum ex officij.§.de præscri.Imo.in c.nisi essent.§.isto tit.

38 ¶Ad hoc enim vt perdatur † priuilegium per vsum alterius,oportet ꝙ talis vsus directè contrarietur priuilegio.c.Ioan.§.de cler.coniuga.traditur per Panor.& alios in c.cum accessissent.§.de cōstitu.duo quippè sunt necessaria ad hoc, vt per vsum alterius iuris tollatur priuilegium:Primò ꝙ talis vsus sit incorruptibilis cum priuilegio.Secūdò ꝙ in tali vsu nō cadat alia præsumptio,quàm renunciationis. Or in casu p̄senti eligentes in vim pragmaticæ non fuerunt vsi beneficio contrario,nequè animo renunciandi, ideo.

¶Et in eo ꝙ dici posset commisisse in Romanos Pontifices,quia commiserunt in legem, scilicet viuam, quæ dicitur Papa,in iure nostro contraueniendo ipsi abroga-

39 tioni pragmaticæ. Et sic indigni qui † nullomodo legis auxilio sustententur.c.quia frustra.§.de vsur.vbi concor. in gl.l.auxilium.ff.de minor. Latè Soci.consi.59.col.2.in prin.viso elegantissime.vbi in puncto hoc optimam describit distinctionē referendo.Hostien.& insignem doc. Henricum Boic.in d.c.quia frustra.Aut quis commisit in legem & vult gaudere beneficio eiusdem legis; & tunc nō potest,quia perdit.c.constitutus.§.de appella.l.sancimus.§.si verò.C.de iure delib.Aut quæritur nunquid per dat beneficium alterius, in quam nō cōmisit,aut in connexa materia, & idem dicendum, ita intelligi.l.filio.§.1. ff.de ritu nuptia.& tex.in c.recolentes.§.1.§.de statu reg. Aut materia est distincta & separata,& tunc secus,quia sicut delictum vnius personę alij nō nocet,sic & commissio vnius delicti eidem personæ in alijs in quibus non deliquit,nocere nō debet,per hæc quæ no.in c.quęsiuit.de his, quæ fiunt a maiori par.cap.& in c.cum dilectus.§.de offi. ordin. facit text.in c.pen.§.de re iudi.& in l.si vnus.§. ante omnia.ff.de pact.

¶Hac

Hac tamen cõsideratione nõ obstante puto nõ amisisse,quia vtendo pragmatica nõ commiserunt canonici in legem priuilegij,sed potius in successores cõcedentis interq; lata remanet discrepantia. Et licet ingrati † superiori aliqualiter videatur, per ingratitudinem tamen ipso iure nõ perduntur priuilegia:cõcedens tamen si velit, poterit reuocare ratione ingratitudinis.arg.l.fin.C.de reuoc.dona.facit l.Titius puerum.ff.de obsequijs a liber.pa tro.præstan.ita firmat Pau.de Cast.in l.digna vox. C.de legi.Bal.in l.2.in fi.C.de lib.& eorum liber.ita refert & sequitur Soc.cõsi.4.col.3.in fi. lib.3. Nõ enim cõstat Põtifices Romanos priuilegium hoc reuocasse,nec quod ante cõcordata fuerit facta abrogatio pragmati.saltem non fuit illius abrogationis publicatio in Gallia facta. Ergo prætextu ignorantiæ ab hoc excusantur, ignorantia † enim ab ingratitudinis vitio releuat ignorãtem.l.ex maleficijs. in fi.ff.de actio.& obliga.l.si ignorans.ff.locati.ita in specie discutit Corn.consi.102.quod exorditur licet clarum lib.3.

40

41

¶Item posito q per vsum huiusmodi fuerint priuilegio priuati,attamen per concordata dicuntur sibi renouata. Nam Leo Papa X. cum quo fuerunt inita,sciebat prælatos & canonicos Ecclesiæ Gallicanæ nunquàm voluisse parere abrogationi,neq; monitis.Innoc.& Iulij Papæ II. vt licet videre in procemio cõcorda. & sic sciebat commisisse in eum, & eius prædecessores, seq; fructu priuilegiorum indignos reddidisse. nihilominus super eorum priuilegijs disposuit, quod fit vt ipsa priuilegia cõfirmasse censeatur & renouasse.c.ex ore.de priuileg.Clem.attẽdentes.de sta.mo.firmat Panor.in c.veniens. num.7. s̄.de fil.presby.col.2.

Quo ad tangit punctum an per status mutationem expirauerit priuilegium,dubium hoc patitur affirmatiuam & negatiuam. Pro affirmatiua autem sic, priuilegium † cõcessum ratione professionis vel officij,eatenus durat, quatenus durat officium.l.maximarum.& ibi Bart.de excu.munerum.lib.10.C.& l.sub prætextu. vbi etiam Bart. C.de sacrosanct.eccles.& in l.semper. de iure immunita.ff. & l.scriniarios.vbi Scrib.C.de testam.milita. latè Fely.in c.clerici.num.3.C.de iudi.Bald.in l.instar.col.2.lib.10.C. de iure fisci,vbi dicit q mutatione personæ mutatur nomen rei.ff.de colla.bon.l.1.§.si is qui.ff.de acquir.hæred.l. Paulus.§.1.& & ff.ad leg.Iul.pecu.sacrilegij. §.fundamenti.hoc satis comprobamus.in c.vno.de cler.coniug.

42

¶Or in proposito priuileguim hoc fuit concessum ratione professionis, vt licet videre in præfatione solita, dum dicit canonicam vitam professionis eorumq; successoribus in eadem religione victuris. Ex hoc enim q priuilegium dirigitur canonicis profitentibus regulam beati August.colligitur intentio concedentis, q voluit priuilegium concedere solum canonicis regularibus, vt in simili casu cõsuluit Alex.cõsi. 86.col.1. lib.1. in causa datiorum, pro quo Roma.consil.338.num.3.vbi dicit q † præfationes præstant euidentem intellectum dispositioni,in qua præmittuntur.dicit text.in l.1.ff.de orig. iuris.l.fi.ff.de hæred.insti.& ff.de verb.oblig. l. Titia. §.idem respondit.c.inter dilectos.§.cæterum.vbi glo.in ver. petitionis.s̄.de fi.instru.dico in rub.de reg.iur.

43

¶Præterea iuuant verba in priuilegio ipso descripta, dum dicitur vobis vestrisq; successoribus in canonicę vitæ obseruatione mansuris, quia Papa videtur restringere priuilegium ad successores regulares, ergo cessante religione expirauit priuilegium intuitu religionis cõcessum. Pro hoc videtur text. apertus in c. Abbate sancti Siluani. s̄.de verb.signifi.& in c.ex parte.& in c.licet.vbi Scriben. s̄.de deci.& c.ita nos.§.fi.25.q.2.

44 ¶Moueor insuper, finita † causa priuilegij finitur & priuilegium.l.Titia.§.vsuras.de legat.3.l.cura. §.deficientium.ff.de muner.& hono.c.generaliter. 16. q. 1. traditur per Roma.consi.404.col.1.in casu proposito. Soc.consi. 150.col.9.alleg.l.cum ex oratione.ad fi.ff.de excu.tuto.ad idem.l.a filia.§.alumnę.ff.ad Trebel.causa autem priuilegij,vt dixi videtur regularis professio,quam regulam canonici præsentes minime profitentur,ideo in eis competere priuilegium nõ conuenit viro dicere.

¶Moueor & tertiò, quia vt prætactum est mutatione 45 † personæ mutatur,& priuilegium.l.Paulus. respondet alias exorditur per procuratorem.vbi Bar.Lud.Roma. & alij.ff.de acquir.hæred. Ad idem text.in l.cum patronus. de lega.2.quam ad hoc ponderauit Soc.cõsi.153. colum. 5.lib.2.quod sumit exordium,pulchra & subtilis. maximè quando persona fuit causa immediata priuilegij,tunc semper cum persona extinguitur priuilegium. Regula in omnibus.ff.de regu.iur.vbi Dec.hinc Soc.cõsi.116.colum.6.non potest negari q beneficium statuti augentis legitimam filiorum,non transmittatur ad hæredes,hæreditate patris non adita, quia filiorum contemplatione editum fuit statutum. Sic in proposito cum priuilegium hoc fuerit concessum canonicis regularibus, debet cessare facta translatione regularitatis in sæcularitatem.Soci.in consi.260.col.8.in causa Nanneten.cantoriæ, quòd

45 † quãdo in vna res trãsit de persona priuilegiata in personam non priuilegiatam, non transit cum priuilegio per d.l.Paulus.

¶Et licet prædicta videantur multum vrgere, his tamen non obstantibus in contrarium videtur de iure dicendum. Primò adduco ea quæ notantur in §.affinitatis. vbi Ang.Insti.de nupt.& in l.si ventri.§.in bonis.vbi Bar. ff.de priuileg.credito.q quando † aliquid conceditur ex duplici causa finali, cessante vna,remanet reliqua.alleg. idem Bar.in l.liberorum.§.1.ff.de his quę notan.infam.& quæ idem scribit in l.ita stipulatus.ff.de verbo.obli.quod reperies.num.15.facit glo. in l.si eius ad exhibendum. ff. de excep.re.iudic.reputata singularis secundùm Pau.ibi, ad hoc q † si non constat,ex qua causa fuit facta absolutio,præsumitur factam ex illa causa, ex qua debebat fieri, & quæ colligitur ex actis.pro quo gl.not. in l.& qui duas. ff.de seruitu.vrba.prędio.Or in proposito Papa nõ ex causa tãtũ,quia canonici erant regulares, motus videtur ad huiusmodi priuilegium concedendum, sed etiam propter vtilitatem Ecclesiæ, & hoc principaliter vt videre licet in præfationibus priuilegiorum similium,dum dicitur, vt Ecclesiastica vtilitas Apostolicæ sedis fauore vires capiat & accrescat, quæ causa potentior dicitur & principalis præsumitur, quod verum dicere non est hæsitandum,cum iura communia hoc disponant. Quod etiã comprobatur per ea quæ in simili voluit Cald. in titu de priuileg.consi.8.vbi citat,concessum est priuilegium nouiter electo ad Ecclesiam nouiter erectam in cathedralem, vt possit hominibus terræ concedere in emphiteusim,& permutare iura & bona Ecclesiæ. Quæritur an priuilegium hoc dicatũ reale,ita ut successores in episcopatu possint illam concessionem facere,& dicitur q sic. Quia † verba sunt intelligenda secundùm materiam subiectã. c.sedes.s̄.de resc.c.causam quæ.de priuileg.Panor.in c.exhibita.no.s̄.de iudi.cõcordantes. vide per Dec.in l.quotiens.ff.de regu.iur.Ang.consi.312.col.3.alleg. l.si vno.ff. loca.& ff.de dam.infec.damni infecti.Cal.cõsi.1.col.2.de priui.q secũdùm subiectam materiam, de qua est sermo debet fieri interpretatio.d.c.sedes.Io.Mon. in c.si ciuitas. J.de senten.excommunica. Pet.de Anch.consi.297.nu.8. efficacibus.Dec.in l.quotiens.idem sermo.ff.de regu. iur. hinc Barba.in Clem.auditor.col.10.de resc.q verba † relata ad personam debent intelligi secundùm conditionem illius.l.ex militari.ff.de testam.mili.l.1.§.equitij.ff.de vsu & hab.Et super permutatione facienda data fuit potestas quæ de sui natura sapit realitatem in se. ff.de rerum permuta.l.1.& c.nulli.de reb.eccle.non alie.Ergo nec isto casu expressio proprij nominis facit cõcessionem personalem, vt licet videre in legatis.ff.de ann. lega. l.annua. §. 1.secundùm veram lecturam.facit.c.requisiuisti. s̄.de testa.idem in donatione.c.cum venissent.s̄.de insti.

46

47

48

49

50

Item ex hoc priuilegio Papa voluit prouidere illi nouæ Ecclesiæ,sed Ecclesia † nunquàm moritur.12.q.2.c.liberti.et l.2.ibi,quia nunquàm moritur eorum patrona. ad idem c.si gratiosè.s̄.de resc.hoc lib.

51

52 ¶Et q in puncto hoc causa pręmissa dicatur † finalis siue præsumatur patet, quia futura respicit, vt in Authẽ. de non alie.in princ.col.1.ad idem l.1. §.sextum.ff.de postul.traditur per Bart.in extrauagan. ad reprimendum. in ver.ne eorum,est magis vniuersalis & perpetua,quam ratio religionis. not.Bald.in l.generaliter.col.2.C.de episc. & cler.

¶Et licet canonici dicerentur regulares, quia tamen Ecclesiæ vtilitas permanet in canonicis sæcularibus, permanebit ideo & priuilegium.d.c.requisiti.de testa.c.dilecti.

lecti.s̄.de foro compet.& d.l.si ventri.§.in bonis.ff.de pri ui.cred.ita in simili firmat Pet.Abbas de Podio in consi. Freder.88.quod incipit super eo quod quæritur. vbi inter alia citat ꝙ etiam si nomen proprium esset expressum in priuilegio iudicaretur intuitu Ecclesiæ fore concessum, etiam si nõ esset cõtentiosum rescriptum. alleg.pro hoc gl.in c.dilecti.de foro compe.in ver.cõtra.quam ibi sequũtur Panor.Fely.Imo.& communiter Doct.de quo per eũdem Panor.& communiter Scriben. in c.quoniam Abbas.s̄.de off.deleg. Quod autem vtilitas Ecclesiæ maneat & in canonicis perseueret sæcularibus, & longè maior quam in canonicis regularibus, patet rectè intuenti, quia huiusmodi mutatio siue regularis status in sæcularem translatio, authoritate Apostolica fieri consueuit, vt ex infrascriptis formis apparebit, & etiam licuit videre a 50. annis citra in Auinionen.Ecclesia Põtificatus Sixti IIII. tempore. Necnõ in Ecclesia Albien.tempore Bonifa.IX. vt j̄.describo, quod fit vt Ecclesijs consulatur: vt etiam licet videre in descriptione formæ translationis ibi, cum per canonicos sæculares iura Ecclesiæ melius tueri & defendi possint.

Pro hac parte moueor his medijs quia huiusmodi priuilegium fuit cõcessum canonicis tunc regularibus, & sic quia canonici, & quia etiam regulares. Cum itaq; remanserint canonici permanebit & priuilegium, cum sufficiat reliquias † superesse priuilegij.l.fi.ff.de decur.ibi, nõ esse torquendum in memoriam prioris dignitatis.no. Io. And.post Din.in c.decet.de regu.iur.j̄.Ias. in l.sciendum. §.si fundum.nu.8.ff.qui satisd.cogan.per l.3.ff.rerum amo.Soc.cõsil.260.col.5. in causa Nanneten.cantoriæ, ꝙ quando aliquis priuatus est aliquo iure, nihilominus reseruant̃ aliquæ reliquiæ illius iuris, quibus nõ priuat̃, tunc ille reliquiæ gaudent priuilegijs illius iuris, quatenus priuilegia respiciunt illas reliquias. Videmus quippe quòd si miles damnatur, ita ꝙ si paganus esset, priuaretur potestate testandi, tunc censetur reseruari, vt testari possit ex priuilegio militis. ita loquitur. l.si quis filio. §.irritum. ff.de iniusto & irri.testa. vbi ita declarant Doct. & Imo.in l.ex militari.ff.de testa.milita.

Pro præmissis vide ea quæ signat Car.in Clemẽ.pastoralis.§.deniq; q.7.de re iud.post Ant.de But.& Imo. in c. quæ in Ecclesiarum.s̄.de cõstitu. ꝙ licet vassallus † possit inuito domino renunciare feudo, & nõ teneatur ei seruire, tamen nõ debet offendere ob memoriam pristini dominij. Pro hoc c.1.de vasal.qui cõtra cõst.lota.vbi glo.fi. col.10.in vsib.feudo.fa.in arg.l.seruos.& ibi gl.colligens cõcor.C.de quæstio.vbi qui semel fuit seruus alicuius nõ torquetur in caput eius in memoriam precedentis dominij, quod dictum confirmari potest quia videmus in simili ꝙ memoria & reliquiæ pristinæ qualitatis etiam abolite multum operantur. hinc gl.no.in c.si qui episcopi.92. dist.ꝙ si clericus fuit promotus ad Episcopatum, & sine culpa fortè ob insolentiam populi nõ potuit episcopatũ consequi, renunciauit promotioni, non potest deponi ab alio quàm a Papa in memoriam pristinæ promotionis, quibus cõgruit dictum Specu.in tit.de legat.§.finitur. in fi.ꝙ ei qui semel fuit legatus semper reuerentia debetur in memoriam pristinæ dignitatis.

¶Item qui prouinciæ gubernaculis comes primi ordinis esse meruit, vicariæ dignitatis post depositam administrationem priuilegio frui oportet.l.1.de comi.qui ꝓuin. reg.lib.12.C.

¶Item qui deposuit officium aduocationis, est in dignitate, & appellatur clarissimus, vnde torqueri non põt, & debet in eo obseruari.l.ad egregias.ff.de iniur.Istud voluit Bar.in l.1.C.de aduoc.diuer.iudic. pro hoc vide quæ no.Bon.de Curti.in tract. de nobili. in 5.parte.num.9.alleg.in arg.l.insula.in fi.ff.de acquir.rer.domi.vbi appellatur illa insula, quæ iam fuit, quantumcunquè non sit de præsenti.

Et qui semel fuit Abbas deposito officio sine culpa, vt licet videre in congregatione casali S.Benedicti.or. S.B. vbi triennales dicuntur abbates subsistere, obtinet primũ locum in choro & cõuẽtu post abbatem in memoriã pristinæ dignitatis, ſm Io.de Lignia. in Cle.ne in agro de sta. mo:quẽ ibi sequit̃ Io.Imo.col.14.nu.46.in fi.per l.1.ff.de albo scriben.Cõprobat cõtẽporaneus noster Chassan. in cathalogo.4.par. consideratione.34.

In proposito Ioan.Andr.in c.cõsulti.s̄.de regula.circa fi.ait ꝙ nouitius exiens de religione, in qua assumpsit habitum, licet possit vestib. vti sæcularibus, non tamen debet vti lasciuijs in memoriam pristinæ religionis, per d.l. seruos.facit quod not.Bald.in l.data opera.C.qui.accu.nõ po.ꝙ mitius punitur ille qui fuit notarius, & modo depositus cõficit instrumenta, quàm ille qui nunquàm fuit notarius, in memoriam pristini officij & propter primordiæ veritatis.adde Hyppo.de Mar. singul.107. vbi dicit post gl.in c.accedens.50.dist.quòd clericus † degradatus non debet percuti, & eum percutiens incidit in canonem. Idẽ voluit gl.in l.dictum.81.dist.idem Hyppol.singu.179. ꝙ si statuto caueatur ꝙ prior vel antianus puniatur in duplũ, modò aliquis fuit prior vel antianus, sed de proximo est remotus ab officio, vtrũ hoc casu si aliquis eũ percutiat, cadat in pœna dupli, & decidit ꝙ sic post Alber.in 2.par. sta.q.20.alleg.l.ordo. ff.de publi.iudi. & l.ordine.ff.ad municip.vide Soc.d.consi.260.col.9.vbi dicit ꝙ filius emancipatus habet reliquias seruitutis præcedẽtis, & ideo eius præteritio nõ habetur pro exhæredatione. ita testantur Imo.& Moderni in l.in suis.ff.de lib.& posthu.idem Soc. vbi s̄.col.4.vbi exponit illud quòd res de facili ad suam reuertitur naturam, videlicet quando res non est extincta, sed mutata sunt accidentia, seu mutata est natura, vt patet ex no.in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact. Et pristina natura debet retineri prius quàm de nouo acquiri.ar.l.patre furioso.ff.de his qui sunt sui, vel alie.iur.

¶Item in proposito Bald.in l.nec quicquàm.§.proficisci.in 7.q.princ.ff.de offi.procon.& leg.citat quòd potestas, q. est in syndicatu ita debet honorari, sicut si esset in officio. refert & sequitur Ias.in l.1.C.vt omnes iudi. tàm ciuiles quàm crim.

¶Moueor & secundò, mutatio status † in melius auget ius antiquum, non autem aufert. l.pen. ff.de sena. vbi per illum text.Bart.dicit quòd si pedona quæ vadit rectè efficitur dona, cum promitto tibi dare scacommatum cum pedona, & dò cum dona, an videar dare cum pedona: & ibi est casus quod sic. Ad idem l.falsa demonstratio.§.sed si cui.ff.de condit.& demon. vbi dicitur, quòd augmentũ dignitatis non extinguit legatum, vbi idem Bart.dicit facere ad quæstionem prædictam.facit gl.in c.ex parte.B.in ver.Andegauen.in fi.quam ibi insequuntur Panor.& Fely.post alios.s̄.de foro compet.

¶Canonici † autem sæculares dicuntur digniores prę feruntur q; canonicis regularibus.c.alia.& c.legi epistolã. 16.q.1.gl.fi.in c.qualiter.el 2.s̄.de accus.latè Fely.in rub.s̄. de maior.& obed.col.3.vers.clericus sæcularis.post Ioan. And.in c.delictum.j̄.de reg.iur.in Mercuria.col.3. Status ergo dignior non mutabit priuilegia a concessa canonicis regularibus.firmat Dom.cõsi.125.in fi.vbi dicit quòd Ecclesia parrochialis erecta in cathedralem non perdit priuilegia alias parrochiæ concessa, sed ea retinet, quia dignitas superueniens non tollit obligationem, vel iura inducentia vinculum nisi maiori statu. c.cum te.s̄.de res. Oldra.in simili cõsi.267.quòd nulla iuris ratio, seu equitatis benignitas patitur, vt quæ pro honore & salubri vtilitate alicuius introducta sunt, ad interpretationis duritiam producantur.ff.de leg. l.nulla.& l.quod fauore, vulgata. Et maximè quando accidens & origo se compati possunt, vt in puncto hoc.

¶Tertiò moueor, canonici † regulares eligunt Episcopum, nõ quia sunt monachi, sed canonici, quia si tãquàm monachi eligerent, electus non diceretur Episcopus, sed Abbas, quod confirmo per ea quæ voluit Panor. in c.causam quæ.nnm.8.s̄.de iudi.

Ex quo infero quòd priuilegium eligendi Episcopum intelligitur concessum canonicis, vt canonicis non vt monachis. Sed qualitas canonicatus non fuit mutata, ergo nec debet mutari priuilegium. Et posito quòd priuilegium ab initio † fuerit concessum canonicis regularibus, quia tamen canonici seculares fuerunt subrogati in ius & locum canonicorum regularium, meritò in priuilegijs subrogati intelliguntur, quod probo per ea quę dicuntur.in §.fuerint. Insti.de actio.vbi actio ex stipulatu sui natura stricti iuris subrogata in locũ rei vxorie etiam in priuilegijs subrogata videtur, & propterea habet priuilegia actionis bonę fidei & tacitę hypothecę, vt ibi dicitur.ad idẽ text.in Cle.1.de sup.negli.præla.vbi Episcopus in

in locum monachorum subrogatus ad eligendum priorem intelligitur subrogatus eisdem modo & forma, quibus monachi eligere debebant, quod probat multis alijs modis. Fely. in c. cum accessissent nu. 18. s. de consti. Ita in proposito dicimus ꝙ canonici seculares subrogati in locum regularium idem ius eligendi habent, facit. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. c. ecclesia, vt lite pēden. ꝙ subrogatus sapit naturam eorum, in quorum loco subrogantur, maximè quando ad eundem finem fit subrogatio. testatur Do. & præceptor meus in trac. de peste car. mihi. 111. versi. discussi, post Bar. in l. si pater. col. 6. ff. de inof. testa. & Ias. in l. qđ in rerum §. si nauē. de leg. j.

60 ¶Item subrogatio si fiat † a lege, res ipsa subrogata sapit eandem naturam. l. res in dotem. & l. res ęstimata & l. ita constante. ff. de iure dot. dicit Henr. Boic. in d. c. ecclesia, vt lite penden. & sic fit cum priuilegijs, facta autem ab homine non, nisi agatur de fauore & vtilitate ecclesię, ita citat Soci. conf. 93. in fi. lib. 3. hic aūt non solū adest fauor & vtilitas ecclesiæ, vt iam deductum est, quodq; nihil vtilius est, quàm habere pastorem, qui vultum pecoris agnoscat, quòd de facili non potest nisi eligatur ab ouibus, quę eūdem nouerint in fractione panis, sed etiam adest subro-

61 gatio facta à l. 1. Papa † qui lex viua dicitur in terris. Authen. de consul. §. fi. col. 5. & l. j. §. cum vrbem. ff. de off. pręfec. vrb. not. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iudic.

¶Comprobo præterea intentum nostrum per ea quæ deducuntur per Io. And. & alios in c. j. de religio. dom. vbi dicunt, ꝙ is qui donauit religiosis certa prędia sub conditione ꝙ redirent ad eum, si contingeret eos mutare habitum, vel a loco recedere, ꝙ talis non habet ius repetendi donationem si mutatus fuit habitus de licētia Papæ, quia habitus mutatus de licentia Papę censetur subrogatus loco alterius.

62 ¶Item canonici † sunt in quasi possessione eligendi vigore huiusmodi priuilegij, vt videre licet, & patere ex quàm plurimis electionibus etiam antiquissimis. Et debēt in sua quasi possessione conseruari. c. cum personæ. j. de priuileg. saltem donec per Papam fuerit declaratum. c. cū venissent. s. de iudi. ita in simili consuluit. Card. consi. 52. dominus Grego. Papa 11. col. 2. in fi.

Nec potest refragari, si dicatur non constare, quòd electiones fuerunt factæ in vim priuilegij, quia respondeo ꝑ

63 theoricam quam non obliuiscaris præcor, ꝙ si in † confirmatione facta per principem concurrerent actus validi, & inualidi, ꝙ tunc in dubio confirmatio refertur ad actum validum, & sic potius confirmat validum, quàm inualidum, refert Io. And. in c. dudum col. fi. ibi, nullatenus cōfirmatur. s. de decimis pro quo vide Hipol. de Marsil. nota. 196. Pro hoc etiam habes theoricam, ꝙ semper

64 † est attendenda interpretatio, quæ validat actum, & nō quæ inualidat, vt per Decium in c. quoniam abbas col. 5. s. de offi. deleg. facit text. in l. Papinianus. §. sed impuberis ff. de inof. testa. & l. quotiens. ff. de reb. dub. Bar. in l. si vnus §. fi. ff. de pac. Item Bar. in l. si seruus communis ita stipula. col. 9. ver. quæro quando. ff. de stipul. seruo. Alex. in l. qđ dicitur col. 18. & Imol. col. 7. ff. de ver. oblig. allegant Inn. in c. in præsentia. s. de renuncia. vbi sententia lata ex duplici causa vna vera & altera falsa, sententia sustinetur ex vera, vt potius valeat, quàm pereat. Bar. in 1. consti. C. col. fi. Bald. in d. constit. §. de quibus, ideo dic in proposito, quod in dubio est præsumendum canonicos elegisse in vim tituli præcedentis habiti a summo Pontifice, nisi cōtrarium probetur. l. quædā mulier, & ibi Bar. post gl. ff. de rei vend. firmat idem Bar. in l. 2. C. de acquiren. possessio. Et per hæc satis sit comprobata pars hęc tanquàm verior & probabilior, & quæ clarior remanebit, non obstantib. pro parte altera. s. deductis.

Primo non suffragatur, quod cessante professione debeat cessare priuilegium, quia talis ratio procederet si priuilegium fuisset concessum ratione solius professionis, sed istud apparet etiam concessum ratione vtilitatis ecclesiæ, quod firmo per ea quæ notantur in l. prima, de collect. & immuni. pro libro vndecimo, C. vbi si priuilegium indulgeatur non solum respectu priuilegiatorum profitentium aliquam artem, sed etiam fauore vniuersitatis, vel collegij, permanet priuilegium etiam quod priuilegiati desinant exercere illam artem, idem dicas de secūda ratione quod finita causa priuilegij &c.

¶Non obstat etiam tertia ratio quod mutatione personæ extinguatur priuilegium, quia sola persona fuit immediata causa priuilegij, ita dicit Dy. in regula priuilegiū. col. 3. vbi peroptimè in puncto hoc distinguit, sed personæ regularium canonicorum non fuerunt immediata causa priuilegij, ergo &c. imo vtilitas Ecclesiæ, cui ius fuit acquisitum, & per huiusmodi status mutationem nō est dicendum nec per sanum cerebrum excogitandum quòd fuerit extinctum. facit etiam quod not. Domi. post Io. And. in c. quàmuis. s. hoc tit. vbi dicunt ꝙ quando aliqua Ecclesia quæ tempore impetrationis non erat cathedralis, postea efficitur cathedralis, ꝙ ista mutatio nō nocet iuri quæsito ad rem in illa Ecclesia antè mutationem status, refert de Sel. in 3. par. q. 11. vers. 5. limitatur. in tract. beneficio.

¶Item regula ꝙ mutatione personæ expiret priuilegiū procedit in priuilegio stricto, quod iuri communi contrariatur, secus in priuilegio largo modò quod magis accedit beneficio secundùm Bar. in l. si pater. ff. de seru. leg. latius per Deci. in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur.

¶Item istud priuilegium solum præiudicat concedētibus, ergo latè debet interpretari. l. fi. ff. de consti. princ. vbi diffusè Scriben. & in c. dilecti. s. de pœna.

¶Et per hæc habes punctum clarè discussum, & quæ per iurium subtilitates deducta fuere, iurium etiam subtilitatibus sublata sunt, prout in simili citat Soci. consi. 260. col. 7.

¶Et quia s. deduximus in Gallia de dignitatibus aliter nunc prouideri q̃ dictarum sit a iuris communis & Conciiij Basilien. dispositione, videlicet per nominationem Christianissimi Francorum Regis & subsequentem Papæ prouisionem, ideo de hac vt plenè instruaris, sequentem formam hic describere curaui, quæ ad plura alia animū lectoris informabit.

65 ¶Clemens † Episcopus seruus seruorū Dei dilecto filio Francisco de Nilhaio abbati monasterij sancti Petri de Vertolio ordinis S. Aug. Burdegallen. diœcesis salutem & Apostolicam benedictionē summi dispositione rectoris &c. faciliter gubernare.

¶Cum itaq; sicut accepimus monasterium. S. Petri de Vertolio. or. S. Aug. Burdegallen. diocęsis, quod quondā Petrus palleti clericus ex cōcessione & dispensatione apostolica in cōmendam dum viueret obtinebat, cōmenda per obitum d. Petri qui extra Romanam curiam diem clausit extremū, cessante adhuc eo quo antè cōmendam eundē vacabat, modò vacauerit & vacet ad præsens, nos dicto monasterio ne longe vacationis exponatur incōmodis, de persona ſm cor nostrū vtili & idonea, per quā circumspecte regi & salubriter gubernari prouidere cupientes, ac speran. ꝙ tu qui presbyter es, & vt asseris alias professionem per canonicos Ecclesiæ Tholosanen. tunc or. S. Aug. hmōi tunc verò ad secularitatē reductæ emitti solitam expresse emisisti, & habitum regularem per eosdem canonicos gestari solitum, quē postq; Ecclesia præfata ad secularitatē apostolica authoritate reducta, prout iuxta priuilegiū & indultum in iteris reductionis hmōi cōtinetur, poteras, dimiseras. A duobus citra mensibus in quodā monasterio vel aliter regulari loco dicti ordinis professione per te de nouo emissa reassumpsisti, ac canonicatum & præbendam Ecclesiæ Tholosanen. præfatæ necnon quæ inibi dignitas nō tñ post Pontificalē maior existit Archidiaconatū de Chassebessio Limbonen. diocęsis. in d. Ecclesia in titulū ac qui cōuentualis nō est & a monasterio de Tortoiraco ordi. S. P. Petragoricen. diocęsis dependet præpositurē. S. Thomæ de Epidolio. or. S. B. in commendā ex cōcessione apostolica obtinens, apud nos de religionis zelo, vitæ munditia, honestate morum, sp̄ualiū ꝓuidē. & temporaliū circumspectione, alijsq; ꝓbitatis & virtutum meritis multipliciter cōmendatus eidē monasterio poteris esse plurimū vtilis & fructuosus, teq; a quibusuis excōicationis &c. Necnon verū & vltimum dicti monasterij de Vertolio vacationis modum. Etiam si ex illo quęuis gñalis reseruatio etiā in corpore iuris clausa resultet præsentibus pro expressis habentes.

De persona tua quam charissimus in Christo filius noster Franciscus Francorum Rex Christianissimus ad hoc nobis iuxta priuilegia ac indulta illi per nos & sedem

.Apostolicam, concessa nominauit eidem monasterio de vertolio; cuius fructus redditus & prouentus ad centum & quinq; florenos in libris cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur, quouismodo & ex cuiusc unq; persona &c. vel generaliter pertineat, & Consistorialiter fieri debeat, ac super regimine & administratione prædictis inter aliquos lis, seu illorum possessorio molestia, cuius statũ &c. dummodò &c. prouisum non existata, postolica authoritate prouidemus, teq; illi præficimus in Abbatem curam regimen & administrationem ipsius monasterij in spiritualibus & temporalibus plenariè committendo, quocirca &c.

Et quo ad huiusmodi nominationem Regis facit text. in c. cum longè. & c. lectis. 63. distin. vbi Præpo. & Domi. post Archi. dicunt colligi ꝙ Reges dicuntur patroni Ecclesiarum cathedralium, meritò præsentãt. Pro quo Bal. in c. quanto. in fi. s. de iudi. vbi dicit ꝙ hoc facit pro Ducibus Alemaniæ. Dic verum dici patronos præsumptiuè nõ verè, quod latè examinat Malere. in tract. de elect. car. 19. vers. tertiò limita. quem videas rogo.

Etiam ad vnum attende, quod in proposito citat Hër. de Bottis in tracta. de syno. epis. in 1. par. num. 26. quòd no 66 minati † ad episcopatum per Regem Franciæ, primo modo non possunt ante prouisionem faciendam per Papam congregare & celebrare synodum, quia nominatio hæc non solemnis ius non tribuit. Dec. in rub. de po. præla. in fi. s. eod.

Superest vt formam reductionis regularitatis, in sæcularitatem inseramus.

67 ¶ Bonifacius † Episcopus seruus seruorũ Dei ad perpetuã rei memoriam. ingens & assidua nostri meditatio cordis hoc inter cætera continet, vt loca Ecclesiastica & maximè quæ cathedralis titulo dignitatis insignita noscuntur, prosperitatis statu refloreat ad diuini exultationem nominis & orthodoxæ fidei fulcimentum &c.

Ad laudem igitur & gloriam omnipotẽtis Dei & exaltionem catholicæ fidei & diuini cultus augmentum, & prædictæ Albien. eccles. statum prosperum honorificum & tranquillum. Ad supplicationem dictorum Episcopi, Præpositi, & capituli, & fratrum nostrorum consilio & assensu & apostolicæ plenitudine potestatis eandẽ Albiẽ. Ecclesiam, quæ vt prædicitur sub regula & ordine S. Aug. instituta hactenus regularis absoluen. ab omni nexu regulæ & ordinis prædictorum, in Ecclesiam sæcularem erigimus & etiam immutamus, decernentes vt Ecclesia ipsa sit de cętero & habeatur perpetuò sæcularis authoritate Apostolica & eiusdem potestatis plenitudine statuendo, & sint de cætero & esse debeant in eadem Albien. Ecclesia triginta & vna præbendæ, ac totidem canoniæ, qua cũ vna & cum canonicatu erit Epi quomodo est, vt eorũ, ꝗ fuerint in perpetuũ Epi Albien. Et reliquiæ triginta erũt pro triginta canonicis &c. (Sequitur in fi.) hæc autẽ omnia & singula ordinata per nos, vt præmittitur, & statuta perpetuò valitura ꝑcipimus & inuiolabiliter obseruãda.

Non obstantibus quibuscunq; ipsius Ecclesiæ Albien. contrarijs cõsuetudinibus ordinationib. vel statutis, iuramẽto, confirmatione apostolica, vel quacunq; firmitate alia vallatis, seu quibuscunq; sedis Apostolicæ vel legatorum ipsius Ecclesiæ, aut alterius cuiuscunq; indulgentijs priuilegijs dispen. concessionibus gratijs & literis eidem vel quibusuis personis locis vel ordinibus sub quacunq; verborum forma & expressione cõcessis, per quæ effectus præsentium infringi vel impediri possit quomodolibet, vel differri, & de quibus eorumq; totis tenoribus, ac de verbo, ad verbum in huiusmodi nostris literis habenda sit mentio specialis. nulli ergo hominum &c.

Et per hæc habes aliqualiter determinatum (vt conueniat textui nostro) modũ prouidendi regularibus & de regularibus, quæ sufficiant quia alia videbis & longè ampliora in tracta. nostro de manda. aposto.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. VI.

¶ Super eo quod præbendas, &c.

SUMMARIUM.

1 *Præbenda cui est annexa parrochia, in qua est spiritualis iurisdictio, potest se compati cum personatu, aut dignitate, non obstante Concilio generali.*

Canonici Ecclesiæ Baiocen. habent Ecclesiam parrochialem suis præbendis annexam.

2 *Parrochialis Ecclesia annexa præbendæ habet naturam præbendæ, cui accedit.*

3 *Præbenda cui est annexa Ecclesia, non debet reputari vt sint duo beneficia, sed vnum.*

SUMMARIUM.

Philippi Probi.

1 *Ratione annexi quis potest de iure communi habere plures Ecclesias curatas.*
2 *Gaudent breuitate Moderni.*
3 *Episcopis non licet dispensare contra iura.*
Magnæ dispensationes sunt meri imperij.
4 *Considerantur non quæ ex accidenti sunt, sed quæ ex principali.*
5 *Ecclesia annexa efficitur de natura beneficij, cui annectitur.*
A principali fit denominatio etiam minus digno.
6 *Non fit mentio de parrochiali annexa præbendæ, in impetratione præbendæ, secus quando sunt simul annexæ.*
7 *Ibi est sepultura, vbi est caput reconditum.*
8 *Quando fit prouisio de annexo beneficio vt vt de principali non valet quod agitur.*
9 *In coniunctionibus dictionum, orationum, & locutionum, substantiã veritatis consideramus, & non verba minus congruè prolata.*
10 *Refert an aliquid ponatur principaliter in dispositione an in consequẽtiam dispositionis.*
Fines mandati non debent transgredi.
11 *In rescriptis beneficialibus verba debent propriè & strictè intelligi.*
12 *Impetrata ad beneficia recipiunt vim & effectum ex mente rescribentis.*
13 *Antiquior aduocatus iudice absente pro tribunali sedet.*
14 *Prior manualis reuocatur per Abbatem.*
15 *Quando beneficium in commendam confertur, non requiritur dispensatio.*
16 *Omissio stili reddit gratiam nullam.*
17 *Quis dicatur habere curam animarum.*
18 *Prioratus conuentuales, de facili sæcularibus non commune datur.*
19 *Ad quem spectet cura animarum parrochialis annexæ mensæ capituli vide hic.*
20 *Si duo sunt presbyteri parrochiales, quis eorum dicatur habere animarum curam.*
21 *Non licet disputare cum Principe, de potentia, sed bene de scientia.*

1 SUPER EO. Præbenda † cui est annexa parrochialis in qua est spiritualis iurisdictio potest se compati cum personatu aut dignitate non obstante Concilio generali.

¶ Et hęc decretalis fuit sumpta de quodam indulto ad cautelam canonicis Baiocen concesso quorũ quilibet communiter habet Ecclesiam suæ præbẽdæ annexam. Et in illa parrochia ius habet Episcopale canonicus, etiam de causis matrimonialibus cognoscendo [habetis] nõ principaliter sed consequenter, vt hic, quod est a verum de cura in foro pœnitentiali, quæ per vicarium a exerceri debet, habet tamen curam principaliter in parrochia, quæ exercetur in foro contentioso. s. de elect. du 2 dum. 2. & hæc † cura consequenter habita censeri debet secundùm naturam præbendæ, cui accedit. s. hoc lib. de reg. iur. accessorium. & ibi not. Et ob hoc prębenda, huius 3 cum dignitate potest se compati, nec † præbenda cui Ecb clesia est annexa [b] debet reputari, vt sint duo beneficia, sed vnum s. eo. extirpandæ. §. qui verò. s. de æta. & qualita. Eam te [Concilio] s. eo. de multa. vnde propter dignitatem receptam non vacat primum.

ADDITIONES PROBI.

a PER VICARIUM. Vide Domi. in cõs. 86. col. 1. in causa traniectensis.

b ¶ Annexa. Alex. cõs. 140. nu. 7. circa primũ. vol. 5. & cõs. 70. in causa. vol. 3. tractat materiam vnionis, cui adde Lap. alleg. 36. vtrũ 1 abfq; vbi comprobat quòd † ratione annexi quis de iure communi potest habere plures Ecclesias curatas, vt potè si habeat plura hospitalia, quæ dicuntur simplicia beneficia,

neficia,& sic de generali consuetudine obtinenda, prout firmat idē Lapus ibi, quę quidem hospitalia seu quodlibet eorum habet curam annexam, & sic dicit seruari in practica. Ideo in proposito dic nos hic habere casum in quo de iure communi quis dispensatione non obtenta, plura curata, seu alias inuicem incompatibilia obtinere potest, quod firmant moderni post Inno.& Hostiē. in c.extirpandæ.§.qui verò.s.eo.refert hic glo.quam sequuntur Scriben.quod verum (dicit glo.hic in ver.Annexę) quando huiusmodi Ecclesię annexę deseruitur per vicarium perpetuum, per.d.§.qui verò, alias secus si vtriquè deseruiretur Ecclesiæ, per seipsum vel vicariū temporalem.

Præmissorum occasione sumpta, oritur dubium. Pone, ego Philippus Probus mecum ad tria incompatibilia beneficia secularia & curata a Romano Pontifice obtinui dispensari, etiam cum duobus ex eis, seu sine illis ad vnum regulare cum cura vel sine cura in commendam quoad viuerem, ita quòd de fructibus &c. prout illud in titulum pro tempore obtinentes disponunt, possem disponere & alias in forma solita, adiecta tamen clausula solita & alias per Alexand. 6. stabilita, videlicet dummodo inter illa tria non forent plusquàm duæ parrochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ.

¶Modò hęsitando quæritur an vigore huiusmodi dispensationis possim obtinere duas parrochiales Ecclesias, seu earum vicarias perpetuas, & prioratum regularē parrochialem Ecclesiam annexam habentem, cui tamen annexę per vicarium deseruitur perpetuum. In hoc dubio adsunt pro vtraq; parte fundamenta vrgentia, quæ in præsentiarum facilimè adducere possem. Attamen quia quemadmodum potatores gaudent bonitate falerni, sic gaudent † breuitate moderni. l.fina. §.in refutatoris. C.de appellat. glos. in l.1. ff.de eo quod met. cau. quia dies hominis breues sunt, & homo breui viuit tempore. Iob. cap. 13.& 14. iuxta Galeni dictum. Vita breuis, ars verò longa, experimentum fallax, iudicium difficile.

2

¶Ideo partem affirmatiuam tamquàm veriorem, in præsentiarum comprobo, solide tantum. Primò præsuppono certum esse in iure nostro pontificio, nullum prout nec quempiam obtinere canonicè posse Ecclesiam parrochialem, nisi.25.annum attigisse dicatur.c.cum in cunctis.§.inferiora.s.de elec.tex.in c.licet canon eo.hoc lib.nisi medio dispensationis Romani Pontificis occurrente. probat ibi glo.quam Scriben.fatentur veritate fulciri. Quia Episcopis & cęteris inferioribus quibuscunq; prohibitū est.gl.in Cle.vna.in ver.ętate.de offi.vica.& in d.c.licet canon in ver.carere.vbi Domi.quia esset † dispensare contra Concilium, quod ipsis non quadrat per iura nostra.glo.Panor.& communiter Scriben.in c.cum dilecti.s.de elec.& in c.nihil.eo.tit.& in c.vnico s.de ęta. & quali.glo.& Doc.in c.quod translatione.& s.de offi. leg.vbi dixit.Bald.quod huiusmodi magnæ dispensationes sunt meri imperij.

3

¶Episcopus tamen dispensat cum eo, qui.20.an.egit, vt obtinere possit dignitatem sine cura, licet illi sit annexa Ecclesia parrochialis, vel Ecclesia curata. tenet.Franc. in d.c.vno.de ęta.& quali.versi.secundo aduerte.pro quo dictum Lapi hic in contingentia facti, ꝙ per tex.nostrum & d.c.vnicum consuluit Episcopum dispensare posse cū eo, qui peregit.20.annum, vt obtineat Archidiaconatū, cui sunt annexę duæ parrochiales Ecclesiæ, & non imminebat animarum cura, cum ipse Archidiaconus non haberet ex consuetudine potestatem excommunicandi, interdicendi, & visitandi, sed clericos ordinandos solum examinandi, & idoneos repertos Episcopo præsentandi, quod comprobatur per ea quæ no.in extrauagan.execrabilis.in §.fi.ibi, curam habere censuimus. qui parrochias habent, in quibus est cura animarum annexa, non per vicarios perpetuos, sed per rectores aut ministros beneficiorum ipsorum, vel illorum temporales vicarios &c. quod hic Pet.de Anch.Domi.& Franc.sequuntur dicentes huic non refragari gl.in d.ver.annexę, quæ vult ꝙ possit excommunicare vicarium, & sic habet iurisdictionē spiritualem, & per consequens curatus dicitur d.c.dudū. de elec.

¶Ratio quia huiusmodi potestatem non habet principaliter respectu tituli principalis & ex iure suo originali, sed per quandam consequentiam ratione illius annexionis, cum de propria archidiaconatus natura istud ius illi non competebat. Et sic † non consideramus ea, quæ competunt ex accidenti sed ex principali, vt dicatur beneficium curatum, facit.l. ex pupillari. ff. de vulga.& pupilla.& cap.vnicum de consecra.eccle.vel altaris.

4

¶Hinc dicit Marti.Lauden.in trac.de digni.versi.44.ꝙ vbicunq; dignitas non venit ex origine, sed ex accidenti, non extenditur vltra quam ad nepotes.facit dictum Car. consi.123.super præmisso themate.in prin.vbi dicit ꝙ in feudis causa originalis debet inspici. allegat.l.in venditionibus.in fi.ff.de contrah.emptio.& de impo.lucra.de scri.l.1.in fi.

¶Et sic ex præmissis resultare videtur intentum liquidum ꝙ prioratus iste, licet præmisso modò cura immineat animarum, poterit per me vigore, quo.s.obtineri canonice, quod vt clarius pateat adduco tex.in Cle.ne in agro §.cęterum de statu monacho.ibi alij verò curam animarum habentes, & si cura ipsa per seculares habeat presbyteros exerceri, cuiquàm nisi.20.annum peregerit conferri nequeant aut committi, vbi Pet.Guiler.& Car. dicunt ꝙ nec sunt Ecclesiæ curatæ vt censeantur beneficia duplicia, sed potius simplicia inquantum cōcernunt huiusmodi priores. Alias oporteret quòd cōstituti forent.in 25.an.quod non reperitur in iure secundùm Car. ibi.in 1.q.in fi.

Adduco secundò, quia Papa in ipsa dispensatione loquitur de tribus curatis beneficijs, dummodò non sint plusquàm duæ parrochiales, & nō loquitur de membris beneficiorum. Sed per annexionem Ecclesia illa parrochialis facta est quasi membrum prioratus, qui annexa est, dicit Panor.in d.§.qui verò.in 1.lect.in 4.no.Igitur insequendo mentem & verba disponentes, seu Papæ dispensantis, a quibus regulatur actus.iuribus vulgatis. Annexa hæc non facit parrochialem, cum amplius non sit Ecclesia sed prioratus membrum.

5

Item & tertiò. Ecclesia † annexa efficitur de natura prioratus, vel dignitatis, vel personatus, aut canonicatus, cui annectitur, & eam conuenit eius naturā sequi tamquàm principalis. Et ab eo principali fit denominatio (etiam minus digno) cum non inspiciamus quæ res sit preciosior, sed cuius rei ornandę causa fuerit adhibita.l.& si nō sunt.§.perueniamus, ibi. Quid cuius rei ornandæ causa adhibetur, vt accessio cedat principali. ita tenent hic Scriben. per regulam, accessorium, cum sua materia. Ad idem Ioan. Imo.in Cle.literas. num.6.isto tit. text. babeo.in §.si alienam purpuram. vbi glo.Insti.de rerum diuisio.

¶Do.meus de Ripa in 2.lib.respon.c.18.dicit non fore inconueniens ꝙ Ecclesia parr ochialis dignior, annecti possit collegio minus digno. allegat text.nostrum.& c.pastoralis.s.de priuileg.

6

¶Ideo † si reperiatur parrochialis annexa præbendæ, non est necessè facere mentionē in prouisione præbēdæ de ipsa parrochiali annexa, quia est necessaria.not. Do.Bertran.Carpen.consi.2.num.44.3.par.vbi subdit, secus quando simul sunt annexæ, ita quòd neutra subest alteri tamquàm accessoria, sed vtraquè per se est principaliter. Quo etiam casu aliud resultat secundùm eundem Bertran. in ea par. consi.137.num.6.rem non nouam, quòd quando duæ prouinciæ vtuntur, ita quòd vtraquè remanet principalis sub vno præside, negocia vnius prouinciæ possunt expediri in alia.not. Barr. Iacob. de Plat. & Rebuff. in l.1. de metro. Berito. C. lib.11.

¶Item iste prioratus ante annexionem non erat parrochialis, igitur nec potest, sed pars & membrum. iuuat illud vulgare, quòd ibi est sepultura † vbi ast caput reconditum. testatur Domi.Ioan.de Londr.in suo bre. in rub.de religio.& sumpti.fune.ff.

7

Item hic Pet.Domi.& Franc.citant ꝙ sicut tenens Ecclesiam parrochialem vnitam canonicatui, non præbendæ (cum præbenda sit quid temporale, cui nō annectitur quid spirituale, cū nō cōueniat eas permisceri.c.ad quæstiones.s.de rerum permuta.aut dignitatibus, personatui)

& aliam parrochialem non vnitam. non astringimur ad obtentionem dispensationis. vt ex text. nostro resultat, sic nō tenetur mentionē facere de Ecclesia annexa in impetratione, sed solum de beneficio, cui facta est annexio. Quia annexa nō mutat naturam beneficij, cui annectitur, sed efficitur de natura eius. Hinc glo. singularis reputata secundùm Franc & notabilis secundùm Domi. ibi, in c. gratia. in ver. de iure circa medium. s. de resc. hoc lib. dicit ꝙ quando vnum beneficium est alteri annexū, sufficit, si fiat collatio de beneficio, cui facta est annexio siue vnio, secus dicas quando insimul essent annexæ, ita ꝙ neutra subesset accessorie alteri, sed vtraq; esset per se & principaliter, quia de vtraq; oporteret mentionem facere, secundùm Petr. Domi. & Franc. hic, quod comprobauimus s.

Et sic habes intentum ꝙ per huiusmodi annexionem prioratus nō est effectus parrochialis, imo Ecclesia annexa est facta pars & membrum ipsius.

8 ¶In proposito tamen ad vnum attende, quia † si prouideretur de vno annexorum tamquàm de principali, vel de principali, tamquàm annexo, prouisio sic facta viribus nō subsisteret. firmat Cardi. in Clemen. per literas. q. 17. hoc titu. vbi dicit d. meus. Bald. consuluit. in q. tali, impetrauit quis prioratum Ecclesiæ sancti Iacobi cum hospitali sibi annexo, vtrum consequetur intentum, si hospitale est principale & Ecclesia est annexa, videtur ꝙ sic: nam lege cauetur, ꝙ si testator ita dicat, Pamphilus seruus meus peculium suum cum libertate habeat, vel sit liber, perinde est ac si libertatem habeat cum peculio, si non refert vtrum principale ponatur in vim principalis, vel in vim accessorij præposterando ordinem. Subditur ratio, quia † in coniunctionibus dictionum, orationum, & locutionum substantiam veritatis consideramus, & non verba minus congruè prolata. probat text. in l. quid testamento. ff. de pecul. lega. cap. causam. s. de rescrip. ꝙ verba transposita idem significant.

9

¶In contrario tamen se habet rei veritas. Nam iure cautum reperiri multum † referre an aliquid ponatur principaliter in dispositione, an in consequentiam dispositionis, quia quando in consequentiam, si non tenet principale, nec accessorium. l. 2. ff. de pecul. lega. dum dicit. Nam quæ accessionum locum obtinent, extinguūtur, cum res principales peremptæ fuerint. Ad idem l. quid tam. in princ. ff. quemadm. vsusfru. amitta. Pro hoc vide Pet. de Anch. consi. 114. pro impetrante.

10

¶Item aliomodò regitur Ecclesia principalis, & aliomodo annexa. d. §. quia verò. ideo rescripta in quibus ponitur principale & aliquid in consequentiam, & econuerso, non sunt eiusdem formæ & naturæ, & executores non possunt exequi, quia formam mandati egrederentur, quod non est dicendum. c. si clericus. s. hoc titu. & l. diligenter. ff. manda. cum simil. quodquè in rescriptis † beneficialibus verba intelliguntur propriè & strictè. cap. quàmuis. 1. hoc titu. & cap. cui. de non eo. & d. Clem. per literas.

11

¶Item quia, vt in d. Clem. per literas. testatur Card. q. hanc parum dubij habere, cum rescriptum dicatur obreptitiū, dum dicitur hospitale annexum Ecclesiæ, & sic nullum. iuribus vulgatis.

Hanc quæstionem reassumpsit Barba. in cap. præterea. colum. 3. s. de offic. deleg. post Pet. in regula accessorium. col. 2. dicens ꝙ impetrata † ad beneficia recipiunt vim & effectum ex mente rescribentis. Innoc. in c. cum Ecclesiasticæ. col. 2. s. de excep. per c. dilecto. s. de verb. signific. refert Bald. in l. 1. colum. fi. ff. de constit. Princi. & in l. præscriptionem. C. si contra ius vel vtilita. public. glo. in c. super eo. de offic. leg. text. in l. fi. C. de his qui a non domino manumissi sunt, & in c. cum adeo. & in cap. cum dilecta. s. de rescr. Hinc dicimus verba rescripti ponderanda, ꝙ si ex eis potest comprehendi mens testantis, serua illam, per iura prædicta. Si verò de mente Papæ concedentis non apparet, tunc considerãda est impetrantis capacitas, vt si laicus impetrat hospitale, vt principale, cum Ecclesia annexa. iuxta not. in Clemē. quia contingit. de religio. domi.

12

Et re vera Ecclesia est principalis, & hospitale est annexum, tunc rectè loquitur Bal. in d. q. Sed si persona est Ecclesiastica, quæ impetrat hospitale & Ecclesiam, asserens hospitale principale & Ecclesiam annexam, & re vera ecclesia est principalis & hospitale annexum, & tunc visum est impetrationem valere, quia dabilis est capacitas in persona impetrantis. suadet, quia æque Papa concessisset Ecclesiam, vt principale, sicut hospitale. & in hoc videtur difficultas concessionis resultare.

Et redeundo ad propositum moueor & vlterius, quia in dispensatione mea lego Papam concedere regulare hoc in commendam iuxta stylum curiæ, ꝙ sæcularibus regularibus sæcularia in commendam dantur, quod tamen aliquando alteratur, prout vidi in quadam dispensatione a Sixto IIII. mendicanti concessa, vt quæcunq; duo Ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura obtinere posset, etiam si ipsa cuiuscunq; ordinis regularia, seu eorum alterum sæculare, & vnum quod manet in titulū; reliquum verò in commendam, hoc tñ nō dicas incōueniens, cum in his sola voluntas Papæ attendatur.

Et licet etiam communis stylus curiæ habeat ꝙ vnicū regularibus detur in titulum, alia verò in commendam: tamen vidi prouisionem pro quodam Abbate regulari, cui duo monasteria dabantur in titulum, & tertium in commendam. Et sic in proposito non videtur Papa velle hoc regulare fore qualitatis parrochialis Ecclesiæ, seu duarum Ecclesiarum parrochialium sic in titulum concessarum, cum commenda longè distet ab Ecclesia intitulata. dixi in c. nemo. de elect.

Hinc Pet. de Anch. in Clem. vna. in fi. de offi. vica. citat, ꝙ commenda non facit vacare intitulatam. per c. nemo. s. de elect. secus de intitulata.

Intentum nostrum ibi verificat idem Petr. per hæc. Pone, vacante sede, ex consuetudine, statuto, aut alias per Archidiaconum aut canonicum antiquiorem cura animarum exercetur, prout in simili dicimus in aduocato † antiquiori, qui absente iudice, pro tribunali sedet. l. vbi absunt. ff. de tuto. & curat. da. ab his. nunquid ratione huius exercitij talis censeatur habere curam? & decidit quòd nō, nec alia facit vacare beneficia, cum nō competat hoc purè & simpliciter, sed in euentum cōditionis, si vacabit sedes, & fortè cōtinget ꝙ suo tpe nō vacabit. Pro hoc facit l. 1. ff. de in litē iur. vbi nō cōsideratur augmentatū extrinsecū aliqua occasione, pueniens, pro hac qōne vide q̃ latè discutit Oldr. cōsi. 227. col. pen. & fi. de toto themate.

13

¶Non obstat præmissis, si velis dicere quòd d. cap. nemo loquitur de commenda non perpetua, sed ad tempus, & dispensatio de perpetua, quia ad hoc respondetur ex hoc solo non esse immutatam naturam commendæ, vt fiat ad tempus. Et per hoc habeo intentum nostrum firmatum iuribus, & rationibus comprobatum, facit ad hæc posteriora verba id quod communiter in iure nostro dicitur, quòd si Abbas fuit negligens in conferendo prioratum manualem: non † tamen ille cui conferet erit perpetuus, quin per Abbatem valeat reuocari. glo. reuocari, & ibi Scriben. in Clemen. quia regulares. s. de supplen. negligen. prælato. quod verum, nisi Papa ex certa scientia religiosum subtrahat ab obedientia sui prælati, illum suum obedientiarium constituendo. notant Aegid. Bellam. & Freder. de Sen. in tracta. de permutatio. benefic. Pro quo vide glo. pragma. in titu. de collatio. in §. Ita quòd parrochialis. in ver. perpetuis. & latè per Dec. in cap. ad nostram. num. 5. s. de confirmatio. vtili vel inutili, dicentem quòd hac non obstante obedientia remanet in alijs sub iurisdictione ordinarij, in cuius manibus poterit renunciare & permutare. testatur Panor. ibi.

14

Ad confirmationem præmissorum attēde ad praxim curiæ Romanæ, quia quotiens † sæcularibus beneficia per Papam commendantur, alia non requiritur dispensatio, nec bullæ in plus taxantur, etiam si tales, quibus commendę fiunt, patiantur ætatis defectum. Quia si minori. 18. annis Ecclesia parrochialis commendetur, prout solitum est de. 10. aut. 11. anno, vsq; ad 18. annum, & ex tunc ad illum deuento in titulum, in ea commenda nō requiri aliquod verbum dispensatiuum, quod si requireretur, specificè deberet exprimi, dicendo dispēsamus, licet ætas & cętera huiusmodi in medium deducta apparerent. Ita signat Calde. cōsi. 8. in titu. de rescr. dicens stilum curiæ ita se habere, dum dicitur de vberioris dono gratię tecum super dicto ætatis defectu dispensamus: quod nota

15

Quia

16 Quia omissio † stili gratiam reddit nullam. notat Prouincial. car. mihi. 16. colum. 2. versicu. contra literas, ibi, & nota in primis ꝙ stilus cancellariæ facit ius, dico latè in tractatu de mand. aposto.

¶Hinc glosa regulæ cancellariæ ꝙ si hodie diceretur secundo Kalendas contra stilum cancellariæ & cameræ, præsumeretur rescriptum de falsò, cum stilus habeat dicere pridię kalendas.

¶Et licet deduxerim dispensationem non fore necessariam in commendatarijs in quauis ætate constitutis, & de quibusuis beneficijs per modum commendæ prouisis, tamen vt vidi, quidam fatui (non dicam) Galli trepidantes timore vbi non est timor, obtinent clausulam hanc, non obstante ætatis defectu, si quem ad hoc in 15. anno patiaris, & Lateranen. Concilij quatenus effectui præsentium obstaret, nècnon constitutionibus &c. non obstantibus quibuscunquè, tecum dispensamus. ob id summè derident curiales, quia per hoc in vanum exbursentur pecuniæ, cum propter clausulam in plus, commendæ taxentur.

¶Ratio eorum & (vt ita dicam) fantasia videtur, quia commenda loco tituli subrogatur, & propter illud quod non minus debet pati defectum ætatis commendarius q̃ titularius, quod est falsum, cum sint diuersæ naturæ, put tactum est in præcedentibus.

¶Vnum tamen dicit Guiller. in d. c. nemo. quod videtur intento nostro obstare. Quia Ecclesia parrochialis conferri potest habenti tonsuram, duntaxat non autem commendari, ratio quia oportet quod commendatarius statim sit paratus ad seruiendum, cum modicum habeat durare, sicut cucurbita citius, vt nascitur, perit quàm dactilus. Istud tamen non obstat, quia loquitur de commẽda breui duratura tempore, putà 6. mensium, & ab ordinario facta. Nos verò in commenda ad vitam, & per Papam expedienda, de quo latè diximus in d. cap. nemo. de elect. s̄.

¶Et per hoc concludo quod si prioratibus regularibus per vicarium perpetuum deseruiatur, non dicetur prior curam habere animarum, sic non includetur sub parrochiali, cum curam animarum dicatur † quis habere principaliter propter exercitium. testantur Henric. Boic. Pet. de Anch. Panor. & Car. in d. c. exposuisti. s̄. hoc titu. & ibi addit idem Card. ꝙ iura loquentia ꝙ habens curatum & simile recepit, perdit primum, loquitur in habente curatum quo ad exercitium. ita loquitur c. de multa. s̄. hoc tit. hinc Petr. vbi s̄. in fi. ꝙ vicarius est ille, qui astringitur ad pœnam. d. c. de multa. & extrauagan. Execrabilis. ergo nō ipse prior, quia alias ex eodem facto diuersæ sequerentur pœnæ, quod non dicas in his. facit pro principali intento id quod no. Rauen. in Compẽ. iuris canonici. titulo hoc. colum. 21. car. mihi. 284. quòd propriè quis dicitur habere curam, quando astringitur ad ministrandum sacramẽta Ecclesiastica, & alij ad eum tenentur ire. alleg. glos. in Clem. dudum. de sepul.

27

¶Facit præterea quod notat idem Petr. vbi s̄. quòd isti sacerdotes non sunt censendi vicarij priorum propriè, cum sint perpetui, nec possunt remoueri pro libito ipsorum d. §. qui verò. nec ab eis vllo modò dependent, sed authoritate iuris habent curę exercitium de per se, quam principalis (putà prior) impedire non posset, nec de ipsa intromittere, secus si prior per se ipsum, aut vicarium tẽporalem exerceat animarum curam, quia tunc diceretur parrochialis. vide quæ latè deducit in proposito Card. cō si. 30. quidam A. presbyter.

¶Facit postremò id quod notat Prouinc. in not. circa beneficia reseruata & non reseruata, col. mihi. 4. quòd beneficia sæcularia regularibus vnita debent regi per sæculares instituendos per loci ordinarium. prout per prius consueuerant. alleg. extrauagan. Bonifacius VIII. cum alijs. ideo cum hæc præsumatur prioratui annexa, & de prima natura ipsius regularis. Quia omnia beneficia de sui prima natura & origine sunt sæcularia. Rota in nouis 32. meritò venit dicendum ꝙ parrochialis non includatur in prioratu & sic non comprehendi sub clausula exceptiua dictæ dispensationis.

28 ¶Attende ad vnum in regularibus, quia † in eis reperitur vna qualitas, quæ appellatur in conuentualis, & ista de facili non datur in commendam, quia solet ei adhærere administratio in conuentu, & sic de essentia requirit residentiam continuam titularij, qui sit eiusdem professionis. Clemen. 1. de elect. Et si commendatur per Papam, illud fit ad annum, aut sex menses, prout vidi etiã in sæcularibus clericis. quod procedit maximè in officijs claustralibus.

¶De ipsa qualitate meminit Domin. in consil. 131. colum. 2. Quoniam beneficia, vbi dicit quòd de propria significatione vocabuli Ecclesiæ conuentuales dicuntur, seu intelliguntur regularium non clericorum sæcularium. notat Paul. in Clemen. 1. de rebus eccle. non alien. in versicu. quæritur. licet quandoquè & de improprio significatu appellatione conuentualium comprehendantur sæculares. iuxta no. per Ioan. Andr. & Calca. de rescrip. c. capitulum.

19 ¶Continuando propositum. Pone, † collegio aut capitulo, seu illius mensæ annexa est parrochialis Ecclesia, cui deseruiri solet per vicarium temporalem, aut per eos qui de collegio existunt alternatis vicibus. Quæritur ad quem dicatur pertinere animarum cura, quod si ad ipsum collegium pertineat, an cuilibet afferat incompatibilitatem parrochialis Ecclesiæ. Breuiter quæstio hæc videtur citata per glo. in d. cap. exposuisti. s̄. hoc titu. quæ titubando dicit quod sacerdos illi deseruiens sit loco vicarij, illi tamen de collegio sunt curati, precipuè si parrochialis detur toti capitulo, vt in suos vsus conuertat, cap. consultationibus. s̄. de donationib. quia tunc cura pertinet ad collegium simul collectum, non ad singulos. testantur ibi Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. & Card. per §. qui manumittitur. 12. q. 2. quibus astipulatur ibi Hẽric. Boic. alleg. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius voca. & quod cuiusquè vniuers. l. sicut mancipiũ. §. 1. Ad idem Roma. consil. 325. quo ad primum consultationis articulum, num. 3. alleg. c. irrefragabili. § excessus. s̄. de offic. ordina. in antiq. & l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuision. Tangunt Imo. & alij in Clemen. fina. colum. penul. de rebus ecclesi. non alien. Prouincial. in titu. de dispen. in fi. Petr. de Perus. in tracta. de vnione. car. mihi 6. & 40. vbi idem tenet post Ioan. de Lignia. in d. cap. posuisti. quem etiam refert domi. meus. 2. lib. respon. cap. 18. dicens quòd hæc cura non debet administrari per collegium, sed per vicarium illi deputandum per ipsum collegium. d. §. qui verò. & habet curæ exercitium: collegium verò illius habitum. Anto. in d. cap. exposuisti. in fi. Et dic per vicarium perpetuum. d. § qui verò. licet videatur obstare glo. in Clemen. 1. de excess. prælat. in ver. ad mensam. in fi. vbi dicit, quòd per temporalem arbitrio collegij remouendum. Non obstat tamen cum loquatur quando aliquibus religiosis siue alicui collegio conceditur Ecclesia parrochialis pleno iure, secus si simpliciter vnitur, quia tunc vnio intelligitur facta absquè præiudicio ordinarij. cap. 2. s̄. de religio. domi. & cap. in Lateranen. s̄. hoc titu. & ibi Panor. Ita per hæc concludit dominus meus vbi s̄. Ad quod non attendunt multa capitula ciuitatis Bitur. quæ parrochiales suis Ecclesijs habent vnitas, seu annexas, quibus per temporales vicarios deseruiunt, quos Archid. in cap. sicut vna. 11. q. 2. dicit non habere curam, secus si perpetuò darentur a capitulo, aut quocunquè alio. tangit Card. in d. consil. 30. Et is habebit curam vt proprius Sacerdos siue vt Vicarius. alleg. cap. constitutus. de filijs presbyt. & l. primam. C. de emancipa. & Innoc. in d. cap. de multa. s̄. eod. vbi dicit in fi. quòd non reputat aliquem teneri illa constitutione, nisi habeat perpetuam dignitatem. cap. 2. § vlti. s̄. de sta. mo. Pro dicto Archid. vide Inno. ad literam in d. cap. cum non ignores. & Fely. in cap. ex literis. colum. 7. num. 10. s̄. de constitu. vbi hoc dictum declarat Oldra. consil. 67. quæstio talis. col. 1. num. 2.

¶Et licet quæstio præmissa sit iuribus & authoritatibus comprobata, tamen eam comprobo longiori verborum strepitu. Pone, in Archiepiscopatu Bitur. consuetudo adest quòd † in singulis parrochialibus Ecclesijs duo instituantur clerici parrochiales indeterminate tamen, non committendo expressè animarum curam alicui, quilibet tamen istorum assueuerit audire confessiones & cætera facere, quæ ad curatum spectant. Nunc hæsitando quæritur an quilibet istorum curam animarum dicatur habere, vel non, & vt cognoscatur an lo-

20

cum habeat.c.licet canon.§.de elect.& c.de multa §.hoc tit. Breuiter videtur dicendum neutrum curam habere animarum,& consequenter d.c.in eis non habere locũ: Quod comprobo sic,qui curam animarum non habent dictis constitutionibus non ligantur (quod in eis clarè patet) sed neuter illorum curam habet, patet sic. argumentum de carnali ad spirituale matrimonium in iure dicitur validũ & procedere.c.inter corporalia.§.de transla.præla. Sed in carnali, sponsa vna sponsos duos eodem tempore habere non potest.c.1.§.de despon.duorum,cũ similib. Ideo dicendum in spirituali, cum Ecclesia dicatur sponsa prælati. Probatur intentum in d.c.cum ignores.§.hoc tit.& clarius in c.sicut in vna. 21. q.2. dum dicit sicut in vnaquaq; Ecclesia vnus presbyter debet esse, ita ipsa quæ sponsa, vel vxor eius dicitur non potest diuidi inter plures presbyteros, sed vnum tantummodò habebit sacerdotem, qui eam castè & sincerè regat. Vnde interdicimus vt nullus præsumat Ecclesiam inter duos vel plures diuidere,quia Ecclesia Christi vxor & sponsa debet esse,non scortum,& ibi Archid.dicit, nec in vna Ecclesia sunt plures prælati, quorum cuilibet sit commissum regimen, alias sequeretur absurdum, quia duo capita in corpore, & sic monstrum.cap.quoniam in plerisquè.§.de offic.ordin.comprobo.in c.seq.num.5.

Videmus tamen multotiens quòd in vna parrochiali duo existunt rectores portionarij. Dic istud procedere ex dispositione summi Pontificis, aliqua causa suadente, vt licet videre Episcopos duos in Episcopatu vno, quod procedit ex dispensatione & prouisione Papæ secundùm Panor.in d.cap.quoniam.num.4. Nec est dubitandum quin Papa illud possit, quia potest,iuxta dictum Bal.in l.1.circa princ. ff.de constitu. Princip. quòd non 21 † licet disputare cum Principe de potentia, benè autem de scientia,quia aliquando errat. Pro hoc dubio vide Oldra.consi.67.

¶Bonifacius Octauus. Cap. VII.

¶Eum cui canonicatus alicuius Ecclesiæ &c.

SVMMARIVM.

1 *Habens canonicatum a sede Apostolica est potior sequentibus.*
2 *Per dolum & notabilem negligentiam extinguitur gratia.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Possessio iuncta cum titulo inducit prærogatiuam.*
2 *Possessio in beneficialibus ius non tribuit.*
3 *Sufficit semel probationem apprehendisse.*
4 *Quando vna res in totum extinguitur nunquàm dicitur reuiuiscere eadem,nisi materialiter & formaliter reuiuiscat.*
5 *Duo insimul idem beneficium obtinere non possunt.*
6 *Collatio primo loco descripta & registrata habet effectum vt hic.*
7 *Ordo scripturæ vel nominationis,titulum confert prælationis.*
8 *Descriptio horæ in collatione apposita operatur vt hic.*
9 *Idem operatur punctus quod præuentio.*
10 *Forma instrumenti continentis horæ descriptionem hic inseritur.*
11 *Quando instrumentum vltimo loco scriptum præsumatur prius factũ seu contentum in eo.*
12 *Dictio,plus,quando non operetur & quando operetur vide hic.*
13 *Dubia probatio non infringit liquidam probationem,& determinato modò se habentem.*
14 *Probans de certo tempore præfertur.*
15 *Iudex cui nihil probatum est nihil mandare potest.*
16 *Non valet argumentum ab eo quod potest esse & non esse.*
17 *Descriptio horæ non fiat in instrumento collationis.*
18 *Eadem scriptura pro parte approbari & pro parte reprobari non potest.*
19 *Confessio in beneficialibus quando præiudicet.*
20 *Non dependet a partis arbitrio, dare ius beneficiale aduersario, seu titulum.*
21 *Sententia iudicis non potest dare ius in beneficio.*
22 *Quando duo beneficia eodem contextu vacant, quod debeatur nominato vel mandatario,seu expectandi vide hic.*
23 *Actus maioris potentiæ intelligitur præcessisse.*
24 *Interpretatio fit vt potius res valeat quàm pereat.*
25 *Fundans se in tempore habet tempus probare.*
26 *Episcopus & eius vicarius conferentes eadem die vnum & idem beneficium.*
27 *Maior est potestas ordinarij quàm potestas eius vicarij.*
28 *Mandatum procuratoris aliquando morte non reuocatur. Mors omnia soluit.*
29 *Ex vnione animæ & corporis nascitur homo.*
30 *Delegans eo ipso delegatum reuocat, si de causa delegata cognoscat. Capitulum si a sede.infra hoc titu.non habet locum quando concurrit diuersus vacandi modus.*
31 *Data in rescriptis attenditur.*
32 *Quando tempus vacationis beneficij attendatur.*
33 *Valet argumentum de legato ad beneficium.*
34 *Quando non attendatur tempus datę.*
35 *Omnia bene cepta,ad effectum perducere conuenit. Nihil esse videtur factum,quando superest aliquid agendum.*
36 *In beneficijs ius non quæritur per quæcunq;, citra collationem. Requisitio operatur contra Papæ præuentionem.*
37 *Habilitas impetrantis, attenditur tempore vacationis, non datæ rescripti.*
38 *Impetrans simpliciter mandatum non exprimendo ad curatum vel non curatum,an dicatur habilis ad curatum si tempore vacationis reperiatur ætatis legitimæ.*
39 *In beneficijs curatis maior idoneitas requiritur, quàm in sacerdotalibus præbendis.*
40 *Cessante causa prohibitionis,cessat prohibitio.*
41 *Ad validitatem depositionis testis,inspicitur tempus depositionis, nõ actus super quo deponitur.*
42 *Nominatus sæcularis effectus regularis an gaudeat beneficio nominationis.*
43 *Monachi nullius hominis sunt serui, sed Dei.*
44 *Omnia beneficia sunt regularibus incompatibilia.*
45 *Verba deseruiunt intentioni, non intentio verbis.*
46 *Mutatione personæ extinguitur priuilegium.*
47 *Per excommunicationem sequentem,reuocatur gratia.*
48 *Duo permutantes incompatibilia, & in permutatis residentes sibi refragantur, vt hic.*
49 *Clausula anteferri,est difficilis & scrupulosa.*
50 *Forma prouisionis continens clausulam anteferri,hic inseritur.*
51 *Alia similis forma & amplior describitur.*
52 *Clausula anteferri,quomodo debeat intelligi.*
53 *Clausula anteferri,est odiosa & iuri communi repugnans.*
54 *Clausula dummodò non sit ius alteri quæsitum intelligitur, vt hic. Differentiam inter ius in re,& ad rem hic vide.*
55 *Per receptionem in canonicum, sequitur ius ad rem.*
56 *De facili non est credendum,virum in iure versatum errasse.*
57 *Impetratio non faciens mentionem de electione alterius an valeat.*
58 *Clausula anteferri,quando nihil operatur in effectu.*
59 *Primus impetrans ex facto suo exclusus.*
60 *Clausula anteferri & decreti,quando habeat effectum,vide hic.*

1 EVM CVI Habens † canonicatum a sede Apostolica est potior sequentibus eũdem, licet ipsi primò suas literas præsentauerint, & recepti fuerint [in eadem,] hoc videtur intelligendum, dummodo 2 dolus vel notabilis† negligẽtia primò nequeant imputari, tunc enim videtur extincta gratia.§. hoc lib. de rescr. tibi. in fi. & ĩ.eo. si clericus. 1. respon. Sed ibi sunt alij casus, quia nulli primò canonicatus fuerat collatus, sed hic secus: vnde potior est iste, qui habuit primo collationem canonicatus.§.hoc lib.de rescr. duobus.1.respon.per negligentiam tamen istius qui habuit collationem canonicatus dico tolli executionem, ac prioritatem respectu expectantium authoritate Apostolica.ĩ.eo.si clericus.§.verum.

ADDITIONES PROBI.

MATERIAM prioritatis & datæ posterioritatis, ac illius fimbrias impręsentiarum extendamus oportet. Pro cuius themate suscipere fas est.cap.si a sede.§.hoc nostro titulo.vbi.si Romanus Põtifex, & sedis Apostolicæ legatus, ac ordinarius in collatione beneficij concurrant, & prioritatis huiusmodi concursus aliter nõ appareat, potior erit conditio possidẽtis, quod latè deduco in

in c.si tibi concesso.ꝟ.hoc tit. Nec refragatur ꝙ in beneficialibus possessio nihil operatur.dixi in c.ordinarij. in fi. de offic.ordi.cum in spiritualibus,postquàm sunt debita, dominium quæratur sine traditione.no.in cap.si tibi.hoc titu.ꝟ.Tenet Innoc. in cap.inter cętera. circa medium.s̃. eod.Guiller.in c.Abbate.col.2.in fi.s̃.de re iudic.Io.And. in c.pen.ꝟ.hoc tit.vbi dicit ꝙ collatio etiam ante possessionem dat ius in re.

1 ¶Possessione tamen iuncta † cum titu. inducit prærogatiuam contra alium titulum concurrentem in tempore (etiam habentem prærogatiuam respectu ipsius conferentis) Franc.in d.c.si a sede. istud est quod iam tetigimus, his etiam non refragari quod legitur in c.eum qui.

2 ꝟ.eo.quòd † possessio in beneficialibus ius non tribuit,verum quando est violenta, vt ibi, hinc glo. in ver.solo. in Clemen.vna.de caus.poss.& propric.(ad quam totus mũdus recurrit) citat in beneficialibus agentem possessorio restituendæ,docere oportere de titulo colorato,prout in matrimonio carnali.c.ex parte.& c.transmissa.s̃.de resti. spoli.quia simplex possessio personæ nihil est.l.hæres.la 3. ff.de acquir.hæred. Latius tetigi in d.c.ordinarij. ideo nõ insisto.

3 ¶Inquantum autem diximus.s̃.possessionem requiri, vt causetur vis prioritatis, dic † illam semel præcessisse sufficere, licet tempore quo agitur non subsistat, quod est in dictu.Si prouisus semel apprehenderit possessionem prius, & postea ab ea ceciderit medio expulsionis alterius competitoris, qui eam de præsenti occupat, nihilominus non ei nocebit quominus dicatur primus possessor, vt ex ea possessione iustificetur ius suum, secundùm d.c.si a sede.

¶Facit quia ex quo possessio validat ius illius, qui primò adeptus est, illam necessariò sequitur extinctio iuris alterius in data commorantis, ideo per huiusmodi posteriorem possessionem non dicitur ius reuiuiscere.voluit Soc.consi.260.in causa Nanneten.cantoriæ.colũ.5.dum

4 dicit ꝙ † quando vna res in totum extinguitur, nũquàm dicitur reuiuiscere eadem,nisi materialiter & formaliter reuiuiscat.alleg.glo.in l.qui vsumfructum. ff.de vsufruct. quam dicit sequi Ange.& post eum Imo.in l.inter stipulantantem.§.sacram.ff.de verbo.oblig.facit c.quàm periculosum.7.q.1.l.quotiens.§.aream. ibi, in perpetuum.n. sublata obligatio restitui non potest.

5 ¶Item duo † insimul idem beneficium obtinere non possunt.c.cum non ignores.s̃.hoc titu. dixi.s̃.in c.proximò.sub num.20. hinc Brunel.in tracta. de potesta. legati. conclu.22.versicu. Quarta declaratio dicit quòd si idem collator dicat, confero Titio, & Petro, si intelligat conferre beneficium idem duobus, non valet. arg. d.c.cum non ignores. si verò vni soli, tunc qui primò nominatus est, potior erit. arg.cap.mandato. hoc titu. sic possessio secundi nihil operabitur, deficiente fundamento, cum dicatur nullum habere ex his verbis titulum, ideo non inficitur prioritas nominationis, ex qua oritur titulus. Ex quibus suadet ratio.d.c.si a sede.non obtinere partes,quando bina collatio de eodem beneficio facta est ab eodem collatore.

¶Dic tamen quòd si cõtingat ordinarium eodem die idem beneficium diuersis conferre, & non constet de prioritate, quòd primæ possessionis apprehensio coadiuuat titulum apprehendentis, cum par subsit ratio, vt in collationibus a diuersis factis dicimus. Tenet Franc. in d.cap.si a sede.quem dicit Brunel in hoc fortè non malè loqui.

6 ¶Vnum tamen attende in his priusquàm sequentia aggrediar, quia † si velis constare literatorie de prioritate prouisionis, procurare habes quòd tua collatio in primò loco per secretarium prouidẽtis describatur & registretur: & tunc hæc descriptio præsumptionem prioritatis operabitur, & donec probetur contrarium,huic stabitur, quod est singulare in obtentione recredentiæ, quæ expeditur per probationem literatoriam solum, vt videre licet in ordinationibus regijs,quæ pro iure habentur. dico in c.licet.el 2.ꝟ.hoc tit. vbi comprobo validitatem argumenti ab ordine literæ.

¶Præmissum dictum corroboro per ea quæ notant Bart.& Bal.in procem.C.in fi.quod si reperiuntur duo instrumenta in vna carta scripta,instrumentum primò scriptum præsumitur primò clebratum. per illum text. Ad idem Bart in l.1.in princ.ff.solu. matrimo. Ita in proposito citat Fely.in cap.pastoralis.col.4.in versi.ad identitatem.num.6.idem Fely.in c.capitulum. versi.de duabus.s̃. de res.

Et pro his (reuoluendo scripta Guiller.Benedi.in repeti.c.Raynutius.in ver.testamentum.el 2.s̃.de testa.nu.29)

7 reperij ꝙ † ordo scripturæ vel nominationis titulum confert prælationis,quod etiam firmo in c.licet.de sepul con suluitq; ipse Benedictus in facti contingentia,in causa cãcellariæ vniuersitatis Caturcen.quæ diu vacauit per obitum domini quondam Karoli Alemandi,sede tunc episcopali vacante, fuit per Papam collata duobus eadem die,ita ꝙ non apparebat de prioritate datæ alicuius,ꝙ videretur registrum supplicationum cameræ Apostolicæ quod factum extitit, & demum ille cuius signatura fuit in ordine scripturæ reperta prius scripta & registrata obtinuit in parlamento Tholo.arestum pro se in possessorio.

De ordine literæ comprobat Dec.consi.161.col.1.

8 Dicit enim gl.in d.c.si a sede.ꝙ † si possit apparere quę primò fuerit collatio facta,ille obtinebit, vt si probetur ꝑ testes de hora, vel in ipsis literis describatur hora.Facit qđ no.Domi.& Franc.post gl.in c.si duobus.s̃.de res. ꝙ licet Notarius non teneatur apponere horam in instrumento propter non vsum, tamen si apposuerit poterit per illud de hora probari,& sic de prioritate temporis liquere.glo. etiam habes pro hoc intento in l.si ex pluribus. in ver.ex vsu.ff.de solu. quæ citat, ꝙ ratione horæ instrumentum dicitur prius altero, quam pro singulari allegat,& exclamat alibi non reperiri.Bald.in l.Imperator.col.3.ff.de statho.& in l.præscriptione.C.si cõtra ius vel vti.publi. Idem Bald.in l.fi.col.2.C.de ędic.diui Adria.tol. Idem in l.cum proponas.in fi.C.de interdic.matr.Idem Bal.in c.capitulum.in prin.s̃.de rescr.vbi dicit ꝙ si apparet disiunctio ho

9 ræ vel diei,imo & puncti, Idem † operatur punctus quod operatur præuentio.facit l.Titius.ff.de liber.& posthu.ibi, hora diei sexta.facit gl.in ver.præuentionem.in §.neq; ẽt. de colla.in pragma.Dec.in l.in ambiguis.ff.de reg. iur. & & in consi.169.col.fi.diligenter,quando autem præmissa non interueniunt.Vide Neap.decis.387.si vno.

Priusquàm etiam ad vlteriora progrediar,addo formã instrumenti modum horam describendi continentem.

10 ¶In† nomine Domini Amẽ.

Nouerint vniuersi &c. ꝙ anno eiusdem domini millesimo quingentisimo tricesimo, die verò.22. mensis Iulij. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno 7. In mei Notarij publici & testium infrascriptorũ ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum præsentia existẽs & ꝑsonaliter cõstitutus venerabilis vir Sebastian⁹ Meiguerij presbyter collatione canonicatus & præbendæ Ecclesiæ sæcularis & collegiatę.N. per obitum quondam.N.extra Ro.curiam defuncti venerabili viro domino Antonio Lamberti presbytero per reueren. patrem & dominum dominum Ioannem Nicolaum Electum apten.Reuerendissimi in Christo patris & dñi dñi Francisci de Claromonte miseratione diuina tituli S. Sixti &c. Locumtenen.generalem facta,prout in concessionis gratia manu dicti domini reueren.Locumtenen. signata latius continebatur ibidem incontinenti nomine præfati D.Ant.Lamb.petijt & requisiuit a me dicto Notario publico de hora collationis iam dictæ eidem D. Ant.Lamber.vt præmittitur factæ, sibi fieri vnum & plura publica instrumenta. Quare mox & incontinenti ego Notarius ibidem testes infrascriptos tunc præsentes interrogaui quæ hora erat tempore, quo dicta collatio præfato D.Anto.Lamber.facta fuit,quiquidem testes insimul & vnanimiter dixerunt & respondẽrunt quòd erat inter vndecimam & duodecimam horas, ante meridiem eiusdem diei,prout erat ita. Et sic dictum instrumentum præsens eidem postulanti feci & tradidi. Acta fuerunt hæc Auinione in palatio Apostolico,sub anno die & mense & Pontificatu prædictis,præsentibus &c.

Quod aũt diximus.s̃.in ver.præmissum aũt dictũ comprobo,intelligas sanè per ea q̃ citat Alex.cõsi.112.nu.2.su

11 per eo dubio.vol.5.vbi dicit,ꝙ † licet q̃ñ duo actus apparent facti eodem die, præsumatur actum præcessisse,

qui ex ordine scripturæ est primus: tamen fallit vbi si præsumeretur illud quod est in vltima scriptura, præcessisse actus redderetur validus, quia tūc præsumitur præcessisse illud, quod est vltimò scriptum, vt singulariter not. Cyn. Bald. & Io. Imo. in l. cum testamento. §. hæc verba ff. de hę redi. insti. per illum text. Vnde dicunt ꝙ si in ordine scripturæ primò apparet de donatione facta a patre filio, & successiuè apparet sub eodem die factam esse emancipationem eiusdem filij, præsumetur emancipationem pręcessisse, non obstāte ordine scripturæ, quia ita interpretādo sustinetur actus donationis, qui alias non valeret. l. 2. C. de inoffi. do.

¶Et sic ad propositum redeundo, videtur dicendum ꝙ si vnus impetrantium probet horam, ꝙ potior erit, qđ comproba per id quod voluit Bald. in l. ab hostibus. §. sed 12 quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. ꝙ licet † alias dictio plus, nihil releuet in teste, probat Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. Tamen si in interdicto, vti possidetis, testes sint hinc inde pares, testesq; alterius partis addant & plus, tunc melius probant. sequitur Aret. in c. cum causa. s̄. de testib. col. 1. facit dictum Sali. in l. 2. C. de rescin. vendi. ꝙ testis deponens in materia illius legis per dictionem, & plus, probat excessum dimidiæ, cum sufficiat excessus in vno minimò, sequitur Aret. vbi s̄. & Alex in l. si post tres. col. 3. ff. si quis cautio. Ad idem facit dictum Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. ꝙ si creditor probat de die, possessor verò non probat de tempore, probans de die vincit, quia certius probat, licet de necessitate non concludat, quòd ante ipse quàm alius, cum posset esse ꝙ ille non probat de die, seu de tempore ꝙ contraxerit ante vel post, ratio 13 quia dubia † probatio non infringit liquidam probationem, & determinato modò se habentem.

¶Ad præmissa iuuat id quod voluit Ioan. de Plat. in l. 14 1. de iure fisci. lib. 10. C. ꝙ licet † ibi præferatur fiscus prætendens rem sibi obligatam aduersus alium, qui dicit sibi donatam, si non apparet de prioritate, vt ibi secūdùm vnam lectu. tamen non obstante tali priuilegio fisci, si donatarius probat de certo tempore & fiscus de incerto, licet posset se habere ad prius & posterius, tamen præfertur donatarius, qui probat de certo tempore.

¶Iuuat equidem quod voluit Cyn. & post eum Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nupt. quòd probatio certi & determinati temporis obtinet contra illum, qui probat de tempore quod potuit se habere ad prius & posterius.

¶Ista multum suadent: his tamen non obstantibus videtur dicendum oppositum, vt probatio horæ nihil prioritatis afferat. primò non obstat dictum Bal. in d. l. ab hostibus. quia constabat ibi de vlteriori tempore, ex quo non constabat de hora alterius, nec similiter obstabat doctrina Doct. in d. cap. 1. de rebus. &c. quia potest dici ꝙ qui probat solum de die, solum de die satis dicitur facere probationem certam & liquidam, ex quo lex contentatur de ea circa datam rescriptorum. Et ideo probatio horæ ex aduerso facta non obstat, nec obfuscat in aliquo probationem, quia potuit illam fuisse posteriorem. ergo probatio non concludit necessariò, prout exigitur. c. in præsentia. s̄. de probat.

¶Iste enim actus non legitur de his, ad cuius substantiam, seu essentiam substantialem requiratur ꝙ vnum debeat esse prius altero, quòd si requireretur, haberes intentum pro prima opinione, prout latè deductum habes per Do. de Rota in antiquio. in titu. de præsumpt. deci. vna glo. & Doct. in l. & qui duas. ff. de serui. vrba. prædi. apostil. ad Panor. in cap. pastoralis. s̄. de res. vbi Fel. in vers. ad identitatem. & in versicu. in ratione. vbi tenet probationem horæ non prodesse. Et sic habet locum quod citat Calc. consi. 91. col. 3. in causa domini Manuelis. Quia 15 iudex, † cui nihil probatum est, nihil mandare potest. Inno. in c. solent. s̄. de senten. excom.

¶Et ideo vt vnus dicat̄ prior altero, oportet quòd probatio horæ ex parte vtriusq; interuenerit, alias nihil est. 16 iuuat, quia non valet † argumentum ab eo quod potest esse & non esse. testatur Calca. consi. 74. num. 60.

¶Facit regula, nō probat hoc adesse ꝙ ab hoc cōtingit abesse. l. neq; natales. vbi gl. quam Doct. sequuntur. C. de 17 probat. Igitur dico cauendum † ab appositione horæ in collatione, sed debet fieri instrumentum ad partem sub forma præinserta, reponendum sub fida custodia, ne deueniat ad partis tuæ diuersæ notitiam, quin prius perceperis veraciter qua hora fuerit eius collatio expedita, & gratia facta, quod sæpè & sæpius ita vidi in contingentia facti in legatione Auinionen. dum in ea cum commilitonibus meis per triennium sisterem sub reuerendissimo domino Franc. de Claromonte Auinionen. legato ac Auxitanen. præsule.

Quia si produxeris collationem in qua adest horæ descriptio, non erit locus pœnitentiæ, nec etiam producendo poteris protestari ꝙ inquantum pro te facit, producis & ea veteris, inquantum verò contra te facit ꝙ non producis, nec ea vti intendis. ista firmantur per id quod in simili dicit Angel. consil. 304. visa dicta scriptura. vbi dicit 18 ꝙ † pro parte improbari, & pro parte approbari non potest. l. etiam. §. ex causa. ff. de minor. & l. tutor. §. 1. eod. titu. l. in hoc iudicio. ff. famil. hercisc. & l. si ita scripsero. in fi. ff. de oper. liber. Vide Doct. in c. cum olim. s̄. de censi.

¶Præterea glo. in d. c. duobus. citat prioritatem huius 19 modi probari posse † per confessionem partis diuersæ: quod firmat Domi. in consi. 11. in fi. Et hæc est solēnis limitatio ad id ꝙ confessio aduersarij nihil operatur ad titulum beneficij. not. in c. vno. s̄. de eo qui mit. in po. cau. rei seruandæ. hoc lib. sequitur gl. pragma. de paci. po. in ver. triennio. col. 4. vbi dicit quod licet confessio præiudicet confitenti in beneficialibus vt silentium ei imponatur. facit c. 2. s̄. de cōfes. hoc lib. gl. fi. in c. post electionem. s̄. de conces. præb. Non tamen valet quo ad partis aduersæ vtilitatem, vt ei beneficium eo medio adiudicetur. c. 20 olim. s̄. de res. non † enim dependet a partis arbitrio dare titulum & ius in beneficio. no. Archid. & Ioā. And. in nouel. in princ. s̄. de confes. Idem Io. And. in d. c. vno. in prin. Rota in antiq. decis. 245. Præpos. in c. super eo. num. 5. s̄. de eo qui cogno. consang. vxor. suæ. Idem dic de sententia 21 † iudicis, quæ etiam non potest ius tribuere in beneficio, quod non quæritur ex sententia, sed ex canonica institutione. Domi. consi. 12. Quia hoc verum quando quis vellet sibi ex toto causare titulum ex aduersaria confessione, secus si coadiuuare titulum. Domi. in d. c. duobus. col. 5. & ibi Franc. col. 2. dicens ꝙ sic potest per confessionem suppleri & adiuuari dubia probatio facta super titulo.

Et sic habes hanc quæstionem pro vtraq; parte firmatam, tamen mihi placet pars negatiua, vt descriptio & probatio horæ non includat prioritatem.

22 ¶Sed quid dicendum. Pone, † eadem die vacant beneficia plura per mortem, aut translationem vnius, & sic non potest apparere de prioritate vacationis: modò nominatus antiquior petit sibi prouideri de vno illorū, secundùm iura pragmaticæ, cuius prout & Lateranen. Concilij dispositione, tertia pars beneficiorum distribuitur, nominatis & graduatis, dubitatur quod illorum nominato debeatur, & si fuerit de eis per ordinarium prouisum, quorum collatio retractabitur: vt dicta retractatione facta, nominato prouideatur, videtur dicendum, si ordinarius contulerit omnia, quòd solum collatio vltimi retractabitur. Erat enim ipse astrictus ad vnum dimittendum, ergo potuit dimittere quod volebat. Et sic collatione facta de duobus iure ordinario, vltimò collatum remansit conferendum nominato, quia primum canonice fuit collatum. Pro hoc vide Compost. in cap. capitulum. in glo. magna. in §. Item quòd si executor. s̄. de rescr. tenet Archid. in c. mandato. in versic. simul vacent. ȷ̄. eod. vbi Domi. & Franc. facit l. si a legatario. §. a duobus. ff. de fideicommis. liber. & l. qui concubinam. §. fi. de lega. 3.

¶Hanc quæstionem formauit in terminis gl. pragma. in titu. de collat. in §. ita tamen. in ver. nominatorum. se resoluendo in puncto, ꝙ propter incertitudinem collatio omnium retractari debet. Neque maior ratio est ꝙ vnius collatio magis retractetur quàm alterius, iuuat id quod dixi in c. generali. sub ver. consensum. s̄. de elect. ꝙ ratio regulat dispositionem: nec placet hæc decisio Brunel. in d. conclu. 22. in fi. dicendo istud sibi videri dubitabile, cum iura per eam allegata videlicet. l. si fuerit. ff. de reb. dub. & l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. & cap. 2. s̄. de elect. hoc lib. loquantur de incertitudine, quæ non potest certificari, & dictum Ioā. And. per eum deductum in d. cap. si a sede. loquatur de eodem beneficio ab eodem diuersis collato. Ego verò assentio primæ opinioni, vt

collatio

collatio vltimi retractetur non primi canonice collati. Ideo in præiudicium prouisi, cum ius in re quæsitum est, retractari non posse sine eius expresso consensu. not. Io. Mo. in c. si tibi. hoc titu. & sic nihil operabitur consensus collatoris, vt fiat retractatio primi, licet reperiatur minus pingue, quod solum tenebatur nominato conferre. testatur. d. gl. in ver. nominatorum. in prin.

¶Continuando intentum. ad d. c. si a sede. Pone, Papa motu proprio, aut alias, Titio instante quarto Kal. Augu. beneficium aliquod dispositioni suæ in fauorem Titij reseruauit, nunc occurrente illius vacatione ordinarius Sempronio contulit, quæritur quis illorum sit potior. Io. And. in d. c. si a sede. dicit prouisum ab ordinario potiorem, licet de prioritate aut reseruationis & collationis posterioritate non appareat: Lapus autem cōtra, referente Brunel. vbi. s. in versi. quinta declaratio, siue reseruatio sit facta motu proprio, siue sit generalis quæ habet vim constitutionis, siue specialis, cum reseruatio Papalis & collatio æquiparentur. c. si beneficia. eod. titu. late sentit Guil. Monfer. in commento pragma. in 2. par. col. 24. opinionem tamen Io. And. (quam impresentiarum sequor, qui est tuba veritatis & speculū iuris canonici. dixi. s. in c. 1. in fi. de consuetu.) sequitur Aegid. Bellam. decisi. 235. in causa domini Guil. & deci. 215. firmat Card. consi. 61. ad fi. Ad dubia præmissa Fely. in d. c. capitulum. in versic. de duabus, vbi citat verbum notandum, si sit verum, ꝙ si in casu. d. c. si a sede, ille cui est facta collatio ab ordinario prius acceptet, licet postea & secundò acceptans ingrediatur possessionē, fortè præfertur prior acceptans, quod videtur nouum.

¶Sustinendo tamen dictum Lapi Domi. ibi dicit saluandum quando reseruatio esset facta, cū decreto, quia tunc idem operatur quod collatio Papæ, quo ad tollendam ordinarij potestatem. c. si eo tempore. hoc tit. & lib. & c. si postquàm.

¶Item si collatio Papæ concurrens cum collatione ordinarij eam inualidat, dummodo eam non concomitetur possessionis adeptio. d. c. si a sede, ergo & reseruatio Papæ cum decreto habens vim collationis, idem operabitur, & iste erit effectus decreti, & non simplicis reseruationis.

¶Comprobo præmissa per ea quæ not. Inno. in c. præterea. el 2. s. de appellatio. vbi dicit ꝙ quādo eodem momento sententia excōmunicationis & actus illi contrarius concurrunt, ꝙ sententia excommunicationis tamquàm 23 † maioris potentiæ & gladius penetrabilior (Barb. in c. literas. col. 19. de resc. c. ex tenore. s. de sent. ex. excom.) intelligitur præcessisse: sic in proposito quando eodem momento concurrunt. collatio ordinarij & Papæ reseruatio, affectiua manus ordinarij, illa reseruatio intelligitur præcessisse, tamen huic decisioni, licet de iure sit vera non tamen obtinet partes apud Gallos, apud quos nō habet locum talis reseruatio, prout latè deduximus. s. in c. præsenti de offi. lega.

¶Non procedit præterea. d. c. si a sede, quando aliqua die aliquis a sede apostolica obtinuit, vt in aliqua Ecclesia (putà Bituricensi) reciperetur in canonicum, qua etiā die capitulum indultum obtinuit, quod ad alicuius receptionem minimè teneatur per literas apostolicas nō facientes mentionem de huiusmodi indulto, quia non nocet impetranti, licet de prioritate non constet, testantur ibi Archid. Domi. & Franc. moti, quia ille impetrans nō potest dici vltimus. l. cū hic status. §. si mulier. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. qui duos impuberes. in 1. Responso. & l. cum in bello. ff. de reb. dub. & sic vtrunq; valebit, impetratio videlicet & indultum. ea debet certè 24 fieri interpretatio † vt potius res valeat quàm pereat. c. abbate de verb. signif. Doc. in c. si Papa. j. de priuil. Tangit Fely. in d. c. Rodolphus. col. 2. s. de rescrip. latè per Deci. in c. pastoralis. in prin. s. de appella.

¶Item iuuat ꝙ impetratio suum debeat sortiri effectum, quia capitulum excipit de indulgentia præcedente, debet ergo necessariò probare prioritatem. arg. l. in exceptionibus. ff. de proba. dixi. s. in c. cū de beneficio. versi. Et in proposito necessaria est probatio.

25 ¶Item fundans † se in tempore habet tempus illud probare. probat Calca. consi. 79. num. 12. licet dubia. s. tractata glo. Bar. & Doc. in l. eum actum. ff. de nego. gest. Bal. in l. 2. col. 2. C. de peti. hæredita. vbi glo. singularis secundùm eum, aliam vide quæ est pen. in c. venerabilibus vbi Franc. j. de senten. excommunic. similem habes. in Cle. si. in ver. creatum de res. quā ad hoc dicit magistram Barb. in c. post cessionem. col. 10. s. de probatio. & Panor. in c. in præsentia. col. 3. s. de proba. Et hoc siue agatur, siue excipiatur. testatur Franc. Balb. in repe. l. Cellus. col. pen. ff. de vsuca. late per Ias. in rub. C. qui admitti. num. 6. Deci. in l. in ambiguis. nu. 4. ff. de reg iur. allegat. l. matrem. C. de probatio.

Intellige nisi fundans habeat intentionem fundatam de iure, quia tunc ei non incumbit onus probandi. Barb. in Cle. literas. col. 20. de rescrip.

¶Tamen Io. And. in d. c. si a sede, dicit. q. hanc hodie fore parum vtilem propter stylum hodiernum, quē dat curia omnibus impetrantibus, dum dicitur seu si venerabili fratri nostro Archiepiscopo ac dilectis nobis in Christo capitulo Bituricen. vel quibusuis alijs cōiter vel diuisim indultum existat ꝙ ad receptionem vel prouisionē alicuius minimè teneantur & ad id compelli, & cętera. vide hanc clausulam extensam in qualibet prouisione apostolica vel eius legati.

Et vt materiam præsentem latius noscas examinatam, 26 mouetur dubium, pone, † Episcopus extra suā diocęsim existens, beneficium contulit Titio præsenti & acceptanti, quod potest. Io. Mo. in c. statutum. s. hoc tit. (& ibi dixi.) vicarius verò illius eodem die. Seio etiam præsenti & acceptanti de eo prouidit, modo Seius iste priusquàm possessionem ingrederetur in ipsius vicarij manibus iuri sibi quæsito renunciauit, quod idem vicarius Meuio absenti contulit, & cuius procurator ipso Meuio ignorante, illius possessionem ingressus est, Secutiue hoc ad Meuij notitiam deuento, & ad partes translato Titium tunc beneficij detentorem de facto spoliauit: quæstionis, & præsentis speculationis est, quis eorū ius in beneficio obtineat, dubium mouent Calc. hoc tit. consi. 7. & Do. & Franc. in d. c. si a sede, & dicunt ordinarij Episcopi prouisionem Titio factam potiorem, quod comprobant per no. in d. c. si a sede. in fi. inquantum disponitur de maioritate præ-27 rogatiuę, quia maior † est potestas ordinarij quàm ipsius vicarij. c. dudum §. nos verò. j. hoc tit. ibi nihilominus remansit maior. facit illud vulgare, fons scaturiens maior est quàm riuus inde procedens.

¶Item collatio ordinarij est ablatiua potestatis vicarij, & sic possessio per colatarium vicarij nihil proficit, quia obtenta in vim collationis vicarij amplius potestatem non habentis. allegant præfati Scriben. dictum Io. Mo. in c. pen. s. de res. ꝙ paritas redacta ad imparitatem per aliquod aditum ad alterum extremum tolli paritatē & alium excludit expresse.

¶Item Episcopus in totum vel in partem potest vicarium, reuocare & sic fortius conferendo, adimere potestatem cōferendi vicario, prout diximus in domino causam tractante in propria, in qua per prius procuratorem constituerat. c. si quem. s. de procura. rectè enim procedit argumentum, quia fortior est procuratoris potestas, q̄ vicarij, nam procurator post litem contestatam regulariter nō reuocatur. l. post litem. ff. de procura. & l. exigen. C. eo. secus in vicario, qui de facili amouetur. gl. in Cle. Et si principalis de rescrip.

28 Item interdum † mandatum procuratoris morte non reuocatur, no. casum Ias. in l. eius qui in prouincia. §. 1. ff. si cer. pet. Sed vicarius quandocunq; & morte prælati expirat eius potestas, iuribus vulgatis, facit vulgare quod citat Guil. de Mon. laudu. in c. 1. s. vt lite penden. ꝙ mors omnia soluit: hinc dicimus ꝙ per mortem desinit esse homo, cum homo mortuus non sit homo. gl. in l. 1. ff. de procura. & Bart. in l. cum Delanionis. in prin. ff. de fundo instru. ꝙ bestia mortua non dicitur bestia, nec comprehenditur sub appellatione bestiæ, stante statuto ꝙ pro qualibet bestia aliquid soluatur. Et dicit Panor. in c. damnamus. col. 2. in fi. de summa Tri. & fide catho ꝙ ex carne & anima nascitur omnis homo. Non enim est homo 29 sine anima, vel sine corpore, sed † ex vnione animæ & corporis nascitur homo. c. in quadā. s. de celeb. Missa. quo fit vt desinat esse ens per mortem & corruptionem. Sed non entis nullæ sunt qualitates. l. si seruum. §. si modus. ff. de actio. empt. vbi non potest estimari bonitas loci qui

non

non extat.l.eius.versic.quid si stipulatus.ff.si cert.peta.vbi Pau.Ias.& alij.hinc Philo.ex nihilo nihil fit.citat Ias.in l. 2.§.quod si in patris.col.6.ff.sol.matr.

¶Si ergo potestas vicarij facilius reuocetur q̃ procuratoris.Et per exercitium actus quem fecit dominus reuocetur procuratoris potestas a fortiori & vicarij.facit quia 30 † qui causam delegauit, de ea cognoscendo potestatem delegati eo ipso reuocat.Io.Andr.in c.intimasti.col.1.s̃. de appel.Archi.in c.quàmuis.in fi.s̃.de offi.deleg.hoc lib. citando Inno.& Hosti.in d.c.intimasti.

¶Iuuat quod notatur in c.vt nostrum.s̃.de appella.& in c.Ecclesia.el.2.vt lite penden.& c.cum Martinus.s̃.de constitu.

Si autem Seium dicamus tunc fuisse absentem, multò magis inualida collatio vicarij iudicabitur, cum esset in suspenso an vellet cõsentire vel dissentire.c.si tibi absenti.j̃.eo.Ideo collatio facta per ordinarium præferenda venit. Consequentia patet per.c.si pro te.s̃.de resc.hoc lib. & Cle.1.de conces.præb.

Non procedit etiam.d.c.si a sede quando est diuersus vacationis modus, pone, duo obtinent sibi prouideri de vno beneficio eadem die. Titius ab ordinario per vacationem per obitum causatam. Sempronius per resignationẽ, quia tunc nihil operatur prioritas adeptionis possessionis per Titium factæ, quod probo argumento ab absurdo, quia alias nunquàm haberent locum resignationes seu collationes medio earum factæ. Cum ordinarius intuens quod hodie fieret resignatio in curia, aut in manibus legati illa die conferret per obitum resignantis & incontinenti eadẽ die intraret possessionem. Alia motiua possent adduci quæ alibi per nos reperies descripta.

¶Et quia materia prioritatis datæ quotidiana fertur tã in beneficialibus, quàm alijs actibus, necessarium est ideo iuribus & authoritatibus hanc comprobare, iuribus quidem, primò habeo tex.tin Cle.fi.de resc.dum dicit q̃ beneficia quæ tempore datæ erãt, non hodie attenduntur. facit.c.si super.de offi.deleg.hoc lib.Vbi quãdo gratia est 31 perfecta in rescripto † attenditur tempus datæ, licet tempore executionis concedens decesserit, cum executio solum sit accessoria. Ad idem c.fi. eo.tempore.s̃.de resc.vbi subreptio consyderatur respectu datæ.quod cõprobare potes per gl.in ver.canonicis.in c.statutum.s̃.de resc.eo lib.in fi.gl.vbi habilitas iudicis delegati consyderatur tẽpore datę rescripti, vtpotè, si Sempronius tempore rescripti impetrati foret canonicus Bitur.& tempore præsentationis non reperiretur, fortè quia resignauerat, nihilominus poterit cognoscere, & in causa cõmissa procedere.

¶In hoc enim non nocet mutatio qualitatis, nisi qualitas esset primæ cõtraria, vt si vxorem (cum adhuc esset in minoribus) duxisset. Domi.& Franc.ibi & Fely.in c. quoniam abbas.s̃.de offi.deleg.

¶Ad propositum habes tex.in c.tibi qui.& c.duobus. s̃.de resc.hoc lib.vbi in prælationibus gratiarum inspici- 32 tur tempus datæ, non † autem quando consideratur vis comprehensiua priuilegij vel rescripti, respectu habilitatis personæ, cui debet fieri prouisio, quia tunc attendimus tempus vacationis beneficij, & nõ tempus impetrationis, quando rescriptum non est subreptitium de taciturnitate illius qualitatis, vnde licet qualitas requisita in persona non adsit tempore impetrationis, si superuenit tempore vacationis, sufficit. Et iste est casus in tex.nostro descriptus secundùm vnam lecturam hic positam, quam tenet do.Ant.de Butr.in Cle.fi.de rescrip.& in c.dilectus. el 3.s̃.hoc isto tit.Quod secus esset, si in rescripto imprimeretur vitium subreptionis in impetratione ex taciturnitate illius qualitatis, quia tunc licet illa qualitas superueniat tempore vacationis, non prodest.c.si eo tempore de rescrip.hoc lib.Ista sunt verba Domi.consi.113.col.2. Ioannes.vbi subdit rationem quam videas.

¶Authoritatibus verò comprobo, tenent Bal.& Imo. in l.si quis filio.§.eius.ff.de iniusto & irri.test.Ang.in §. filiusfa.Insti.quib.mo.ius patriæ po.sol.& in §.præterea. nu.66.versi.fallit in vsurario.Insti.de exceptio.vbi citat q̃ quando agitur de validitate aut inualiditate rescripti respectu subreptionis, videlicet circa tacenda & exprimenda, attenditur tempus datæ.Alex.de Imo.consi.42. nu.7.viso processu causæ.4.vol.& consi.91.nu.3.repetitus in causa.vol.7.vbi dicit q̃ tempus electionis debet attendi.c.dudum.el 1.s̃.de elec.& d.c.si eo tempore Bart.in l. vsusfructus.ff.de stipul.seruo.in fi.latè per Io.And.Ant. de But.& Imo.in c.ad aures.s̃.de res.vbi loquuntur de eo, qui tacet dignitatem, quam habet tempore datæ, licet nõ hodie.Car.consi.69.col.2.num.7.in fi.vacante quadam parrochiali Ecclesia, quòd ad efficaciam gratiæ beneficialis consideratur data.c.eam te.& c.capitulum.s̃.de res. Freder.consi.290.col.1.quia in præsenti, vbi (post multa punctum nostrum concernentia) dicit quòd non prodest, si quis post literas impetratas efficiatur clericus.c.ex literis.s̃.de transac.& c.2.s̃.de insti.Quia quando quærimus vtrum literæ valeant vel non, inspicimus initium, ita quòd non sufficit si perueniat ad eum casum, a quo potuit habere principium.istud dicit probari pet id quod legitur in d.c.dudũ.& d.c.si eo tempore. allegat Archid. in c.quorundam.col.2.de elec.hoc lib.licet Compo.in c. cum adeo.s̃.de res.asserat quòd si quis cum destinatione sit clericus, & incedat cum tonsura, potest literas impetrare, quod tamen iure non probatur.pro hoc vide quæ dixi.s̃.de tempor.ordi.in c.nullus.

¶Firmat intentum nostrum Archid.in d.c.si eo tempore.col.2.dicens q̃ si quis tempore datæ literarum idoneus non reperiatur tamquàm indignus repellitur.l.non intelligitur.§.si quis palam.ff.de iure fisci.

33 ¶Comproba per simile, quia dicimus valere † argumentnm de legato ad beneficium, cum in vtroque donatio dicatur.l.legatũ.de lega.2.c.quia propter, ibi, quia donatio erat deuoluta.s̃.de conces.præben.Et in legatis attendimus tempus tastamenti. l. cętera. §. tractari de lega.1.

¶Vide ad punctum Barb.in Cle.literas.col.12.& seq. de res.

¶Et quia materia nostra apprime confusa in iure videtur, adeo quòd certa doctrina & regula non potest dari (referente Pet.de Ancha.in c.dilectus.el 2.s̃.eo.tit.) Attamen vt in ea via aperta liqueat regulam superius comprobatam pro viribus ingenij (limitando) clarius eluci- 34 dabo, quam ideo † dicito non procedere quando attenditur natura & qualitas beneficij, quia tunc non inspicitur tempus datæ, sed hodiernum. citat Oldra.consi.58.in fi.quidam impetrauit, dicens quòd scribatur pro beneficio certi valoris, & tempore datæ excedebat, sed hodie non attenditur tempus præsens, quia tunc quæritur plenum ius in beneficio.c.fi.de conces.præben.eo.lib.Idem Oldra.consi.168.ad primam quæstionem.versi.ad secundam quæstionem vbi ait considerari tempus, in quo gratia per vacationem & realem prouisionem suum sortitur effectum.l.quotiens.ff.de verbo.obliga.cum alijs per eum allegatis, licet secundùm. Ioan. Andr. in d.c. dilectus.el 2.col.3.eo.tit.ex collatione ius acquiratur, ex quo facta est perfecta, dummodò aliud canonicum non obsistat, istud non eradicat seu euellit quod dictum est pro- 35 pter illud, perfecta, vt patet intuenti iuxta illud. † Omnia benè cepta ad effectum producere conuenit. Et nihil videtur esse factum quandiu superest aliquid agendũ. de emenda. C.Iusti.l.1.& ad Silla.l. cum silleianus.C.l. pen.C. de his quib.vt indig.not. Areti.in l.Gallus.§.videndum.col.2.ff.de liber.& posthu.Fely.in c.eam te.col. 15.s̃.de re. Ita refert Bonus de Curti.Brixien.in trac.nobili.3.par.nu.129.gl.in c.3.in ver.ex parte.s̃.de bap.& eius effec.

¶In simili Card.consi.61.in fi.ait non dicit ius quæsi- 36 tum † in beneficio per quæcunq; citra collationem etiã si petitum sit ab executore vt conferat, licet per petitionem videatur acceptate.Cle.1.§.secus de conces.præb. in Gallia tamen requisitio de conferendo quo ad mandatarios nominatos & graduatos præuentionem etiam Papæ impedit.testatur post ordinationem Ludo.12.Brunel.in trac.de potesta.lega.conclu.19.versi.4.declaratio. Aureol.in addi.ad Guil.in c.pen.j̃.de conce.præb.nõ solum requisitio hæc prodest ipsis requirentibus ante præuentionem Pontificis, verum etiam alijs post præuentionem ipsam expostulantibus.dicam in c.Seq.in versi.habent præterea nominati.

¶Ad intentum redeundo adduco Oldra.cõsi.229.hæc sunt dubia. versi.ad quartum.firmat latius Pet.de Anch. in Cle.vna. num.36.& 38.de conces.præben. vide text. in Cle.si de beneficio.in fi.hoc tit.vbi licet tempore datæ collatio

collatio ad grauatum non pertineat, satis est quando tẽpore vacationis pertineret & sic impetranti debeẽ.quod prosequitur Io. And.in addi.ad Spec.in tit.de cõces.præb. col.4.versi.item vide Brocardum.

¶Limita & secundò non procedere quando consideramus habilitatem † impetrantis, quia tunc tempus vacationis attendimus.c.ei cui.§.eo.vbi si simpliciter mandatur Titio prouideri de proximò vacaturo canonicatu, non poterit conferri sacerdotalis, si tempore vacationis non erat in ętate promotionis, ergo a contrario sensu si erat (licet non tempore impetrationis) poterit prouideri. Ad idem tex.in c.is cui.eo.vbi dicitur sufficere, ꝙ quis sit idoneus tempore collationis, licet non fuerit tempore rescripti, vigore cuius ei per delegatũ prouidetur, pro quo habes gl.in Cle.2.in ver.constitutus, ibi, tu dicas de ęta.& qualita.ex qua Imo.ibi.nu.22.in fi.col.6.colligit, ꝙ vbi personæ habilitas requiritur ad certum actum, sufficit ꝙ sit tempore exercitij actus, ad quem exercitium ipsum applicatur.

¶Moderare tamen non procedere de prima habilitate requisita in beneficiandis, putà tonsura clericatus, vt.s. ꝓximè deduxi, quia illa requiritur antè quemlibet actũ concernentem prouisionem beneficialem, tamquàm pro principali fundamento, sine quo in his superedificari nõ potest.l.egi.ff.de fideiuss.c.Paulus.1.q.1.Calca.consi.91.col.2.

¶Moderare etiam, † dummodo impetratio non laboret vitio subreptionis, vt quia simpliciter petijt primum vacaturum, non exprimendo, vel non curatum, quia licet hodie sit habilis ad curatum, non tamen erat tempore rescripti.non obtinebit.ita Io.And.in d.c.dilectus.col. fi.dicit, inferendo ꝙ si Papa motu proprio scripsisset pro curato vel non curato, non habet locum.d.c.si eo tempore, de quo facit festum.Barba.in d.Cle.literas.col.13. vers.Sed re vera.Ratio, quia motus proprius excludit subreptionem, quæ reddit nullitatem, & dicit hanc forè peregrinam limitationem ad d.c.si eo tempore Idẽ festum celebrat solemne.Panor.in d.c.dilectus.vers.ex hac concordia.nu.9. Ad quod attendat Gallus, pro his qui mandata de prouidendo obtinent, quia licet impetrantes sint minores.25.annis. tamen si tempore vacationis attingant.25.annum poterunt obtinere curata propter motũ proprium, sub quo expediuntur, vt videre licet tenore illorum.

¶Sed caue dicit Fely.in d.c.eam te.col.pen.per ea quę ponit Do.in d.c.ei cui.vbi insistit in concordia illius.text. d.c.si eo tempore, tandem insequendo conclusionem gl.in ver.nondum, cõcludit, ꝙ in casu.c.si eo.concedens nihil dixisset de cura, nec etiã impetrans per hoc non habebit curatum, per.c.cum in illis.§.eo.secus in præbenda sacerdotali, quia si de ea nihil fuisset dictum, obtinebit, sufficiet enim quem esse habilem, quando vacabit, ratio secundùm eãdem glo.quia in † beneficijs curatis & illorum impetratione maior idoneitas requiritur, quàm in sacerdotalibus præbendis.d.c.cum in illis.& de elec.c.statutum, ideo fauorabilior est illa gratia quàm alia. Pro his vide gl.pragm.in tit.de colla.in §.quod si quis.in ver.tempore. vbi arg.horum quotidianam decidit quæstionem. pone, Titius possidet in beneficijs vsq; ad valorem ducẽtorum florenorum auri de camera, & tunc secũdùm iura Galliæ inhabilis est ad alia obtinenda, vigore nominationum, etiam per antea obtentarũ, quia illud verũ quamdiu in valore ipso obtinebit, secus si tempore vacationis beneficij acceptandi non habeat tot, vel tanti valoris beneficia, quia † cessante causa prohibitionis, cessat prohibitio.l.adigere.§.quàmuis.ff.de iu.patro.& c.cum cessante.s.de appella.cum similib.ita in proposito venit dicendum, ꝙ firmat Do.meus in d.c.eam te.nu.42.vbi intentum comprobat, per not.Bar.in l.præcipimus.§.sanè.C.de appella.ꝙ si statutum det maius salarium doctori, quàm licentiato, & contingit ꝙ tempore datæ commissionis sit licentiatus, si tamen tempus dati Concilij vel sententiæ, sit doctor, debebitur salarium doctoris.Fely.in c.fi. col.1.s.de iudi.firma per id quod diximus de teste, quia non inspicimus † tempus celebrati actus, sed depositionis.gl.in l.3.§.duæ, in ver.non eandem fidem.ff.de Carbo.edic. vide Barb.in d.Cle. literas.col.11.versi. quo ad secundùm.

¶Moderare etiam non procedere, quando consideratur habilitas respectu status, quia si fiat mutatio status, nõ attendimus tempus vacationis, sed tempus datæ.

Et vt habeas mentem Scriben.Pone, † Petrus fuit nominatus per vniuersitatem Bituricen.ad beneficia monasterij sancti Sulpitij, ordinis diui Bene.dico ad beneficia ad collationem, nominationem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem, eiusdem monasterij spectantia, accidit quòd antequàm prouideretur virtute nominationis huiusmodi. quòd ingressus est monasterium ipsum, & inibi professionem emisit regularem. Nunc autem virtute ipsius nominationis vult prouideri dico de regulari, quæritur quid iuris. Dubium hoc tangit glo.pragma.in tit.de colla.in §.illi verò. in ver.religiosis. vbi videtur inclinare posse, ꝑ ea quæ.s.proximè fuere deducta, quia cum quæritur de viribus rescripti respectu capacitatis impetrantis, si cessat subreptio, attenditur tempus, quo rescriptum mandatur executioni, & in casu hoc nulla est subreptio, quia nominatio est generalis, ideo adaptanda ab beneficium, ad quod reperitur nominatus habilis tempore vacationis eiusdem.

¶Contrarium tamen sentit Do.Brunel.in trac de po. lega.conclu.19.col.pen.dicens quòd si tempore obtentæ nominationis erat secularis, & tempore vacationis regularis, quòd in vim nominationis non erat capax regularis, cum inspici debeat status & conditio, quam habebat nominatus tempore nominationis. De quo in simili no. Archi.& Io.And.in c.cum de beneficio hoc tit.s.facit quod no.d.glo.in ver.religiosis, quòd nominationes ad beneficia datę, intelliguntur de beneficijs statui nominati conuenientibus. Et hæc est intentio vniuersitatis mandantis, nec vlterius trahitur in dubium, per ea quæ dictãtur in concord.in tit.de elec.in §.quo verò.ibi, & insuper quòd tam graduati simplices quàm nominati beneficia in mensibus eis assignatis vacantia, petere & cõsequi possint secundùm propriæ personæ concedentiam & conformitatem &c.quæ verba videntur sonare quòd attendi debeat data nominationis. Si tamen rectè attenditur, hæc verba uidentur facere pro parte affirmatiua, huic tamen refragatur, quod voluit Io.Mo. in d.c.cum de beneficio.in fine, quòd conditio personæ impetrantis facit vt arctetur verbum generale, cui adhæreo, cum factus sit nouus homo respectu actuum ciuilium, & seruo æquiparetur. Tangit Io.de Imo.in Cle.j.de elec.Ioan.And.in c.2. ne cler.vel mo.Bal.in l. Titius.ff.ad Treb.Inno. in c.cum olim.s.de priuile.Iason in §.actiones col.4. inst.de actio. Bar.in l.1.& in l.quod seruus.ff.de stipul.seruo.Alexan. in l.1.col.3.ff.de ver. oblig. quod tamen intellige sane, prout citat Card. cons.97. vbi dicit quòd monachi † nullius hominis sunt serui, sed Dei.c.vno.s.de syndico cui seruire libertas est.c.licet s. de regul. hinc Anton. de But. in c. quod a te col.2.s.de cleric. coniug. ꝙ debent esse proprij Dei, cui seruiunt, non alterius, vel diuisi.

Et sic argumento præmissorum idem venit dicẽdum in dispensatione tempore secularitatis obtenta, instar illius qui secum dispẽsari obtinuit, & postea matrimoniũ cum vnica, & virgine contraxit, quæ procedente tempore, ab humanis decessit, quòd tunc non prodest ei dispensatio, nec reuiuiscit, quod iam extinctum erat.dixi late.s. in c.vno.de cler.coniug.

In proposito iuuat, quia non tam de facili cum regularibus dispensatur. Omnia † namque beneficia sunt regularibus incompatibilia, quod comprobo in trac. de manda.apo.tractando materiam pensionis.

Item si suffragaretur dispensatio hæc, fieret fraus legi, & Papa de facili circumueniretur, vt patet intuenti; cum mens Papæ ad hoc tunc non attenderet, vt videlicet dispensaretur cum regulari, verba † enim deseruiunt intẽtioni, & non intentio verbis.c.2. requiris.s. de appella. qđ verum dicunt scribentes si verba possunt trahi ad mentem, vt in proposito, si autem nulla interpretatione trahi possunt, trahitur mens ad verba Bal.in l. cum Aquiliana ff.de transac.vbi dicit, quòd verba sunt sicut corpus, mẽs verò sicut anima & spiritus. Vide Compo. in c. causamque in fi. s.de res. hæc enim quæ de intentione diximus, clarificantur per ea, quæ not.Dec.cons.125.col.3. in causa domini.

Facit in principali proposito.d. glo.in d.c. si de beneficio,

cio, quod attenditur cōd itio personæ, quæ erat tempore impetrationis rescripti ad idem, quod no. Spec. in ti. de deleg. in §. excipi potest, ver. quid si committens.

46 Item † personæ mutatione extinguitur priuilegium, maximè quando sola persona fuit causa immediata ipsius priuilegij. Dy. in regula priuilegium. hoc lib. col. 3. dixi in d. c. cum de beneficio.

47 Ad idem, quia si Papa † concessit gratiam expectatiuā alicui, deinde ille est excommunicatus, per mutationem illius status, debet censeri reuocata gratia, prout in terminis tenet Raph. Cuma. in l. si stipulatus fuerim illud. ff. de verb. obliga. refert dom. Alciat. in rep. c. 1. nu. 12. s. de iud. quod extendere poteris ad nominationes, cum videātur mādata apostolica, siue expectatiuę quod firma per hæc quæ dicam in c. seq. in ver. Et per hæc habes.

Adde ad propositum Cald. in ti. de res. cons. 8. ibi, effectus dispensationis regulatur secundum intentionē agētis expressam, vel præsumptam. l. obligationum ferè. ff. de actio. & oblig. c. gaudemus de diuor. s. & ea quæ no. Rota in antiquio. deci. 3. in ti. de rerum permuta.

48 Si duo † obtinentes quilibet videlicet incompatibile, & permutent, & permutatione facta, quilibet sine superioris licentia remansit in suo pristino beneficio, de solo mutuo cōsensu, quòd licet cuilibet videatur tenere duo incompatibilia, quia stat per eos quominus possessionē pacificam adipiscantur, & sic videntur vacare saltem secundum ar. c. commissa s. de elect. hoc libro, tamen in cōtrarium se habet rei veritas, quia istis ratio ambitionis cessat, & cupiditas, quæ sunt prima causa beneficij amittendi, cum re vera quilibet solum teneat vnicum, Nec habeat animum, nec intentionem duo beneficia obtinendi, sed vnum tantum, licet errent in iure, quæ intentio multum operatur. no. Io. Mo. in c. j. de conces. præben.

Limita postremò regulam non procedere, quando secundæ literæ beneficiales habent clausulam derogatoriam, siue clausulam, anteferri, de qua extensè per Car. in con. statim allega. quia tunc non inspicitur data primarum, dicit Fred. cons. 290. quia in præsenti col. 4. ibi, nisi ex superueniente causa fiat præiudicium, vtputà quia secundus habet prærogatiuam.

¶ Et quia ad materiam nostram pertinet discussio clausulę, † anteferri, quę in se continet nescio quid latentis in praxi quotidiana, quæ licet sit admodum difficilis & scrupulosa, cum eam præclari doctores pro & contra substentare dicantur. testatur Car. consi. 136. Factum sic se habet. in prin. dicens ista est clausula noua & ante mea tempora inusitata, quæ enim a sede apostolica prodeat, videtur potius ipsius sedis apostolicæ interpretationem, quàm alterius determinationem expetere, vt inde prodeat interpretatio, vnde ipsa clausula proderit. c. inter alia de sent. excommunic. & l. fi. C. de legib. confisus tamen in clemētia naturæ naturantis eam stilo claro impræsentiarum aliquantulum enucleare conabor & sub paucioribus quibus poterit verbis comprobari. Ideo ad rē descendo, quæ vt facilior appareat describam quasdā formas hanc clausulam includentes.

49

50 ¶ Clemens † episcopus seruus seruorū Dei dilecto filio. N. clerico Bitu. dio. salutem & apostolicam benedictio. vitæ ac morum honestas aliaque laudabilia &c. Dudum siquidem videlicet octauo idus Nouembris Pontificatus nostri anno primo volētes tibi gratiam facere specialem, beneficium, Ecclesiasticum cum cura vel sine cura etiamsi in ecclesia cathedrali existat, ad collationem, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionē venerabilis fratris nostri episcopi Cameracen. & dilectorū filiorum prępositi decani & capituli singulorumq; canonicorum, & persouarum ecclesiæ Cameracen. cōiter vel diuisim pertinens si qd̄ tūc vacabat vel cum vacaret, quod tu per te, vel procuratorem tuū. j. certi tēporis spatium duceres acceptandū, conferē. tibi, postquam acceptasses huiusmodi cum oībus iuribus & pertinē. suis, dummodo vsq; ad certum tempus tunc expressum non esset in eo alicui specialiter ius quæsitum, donationi apostolicæ reseruauimus, certis super hoc executoribus deputatis, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur.

¶ Cum autem eadem die, & post dictam diem aliquibus alijs gratias speciales fecerimus, & aliqua reseruan. authoritate apostolica donatione, siue aliqua ex eisdem beneficijs cōferenda personis idoneis quas ducerent eligendas concesserimus facultatem. Quarum quidem gratiarum & concessionum vigore nonnullę personę beneficia huiusmodi ad collationem prouisionē seu quàmuis aliam dispositionem dictorum capituli præpositi decani vel alicuius canonicorum & personarum coniunctim vel diuisim, vel alicuius aliquorum ex eis pertinen. expectare noscimus, ac absoluimus nonnullos ex personis prædictis, quæ vigore gratiarum eis aut concessionū huiusmodi post dictam diem factarum, beneficia ipsa expectabant, omnibus vel aliquibus alijs etiam authoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus, in assecutione huiusmodi beneficiorum anteferri.

¶ Nos intendentes te qui vt asseris diu non sine magnis laboribus in Romana curia dilecto filio Iacobo tituli sanctorum Marcellini & Petri presbytero Cardinali seruiuisti, moniti, fauore prosequi gratiæ specialis, te omnibus vigore gratiarum eis sic concessarum, prædicta die per nos factarum huiusmodi beneficia expectan. in assecutione beneficij huiusmodi volumus anteferri, tibiq; concedimus, quod per voluntatem nostram huiusmodi & per aliam voluntatem nostram per quam personas gratiarum post datam eandem eis factarum, aut facultatum prædictarum vigore, beneficia ipsa ad huiusmodi collationem, prouisionē, præsentationem, seu quàmuis aliam dispositionem dictorum Episcopi, præpositi, decani, capituli, & canonicorum & personarum dictę Ecclesiæ Cameracen. coniunctim vel diuisim vel eadem beneficia expectan. anteferri volumus aut forsan velimus, & fieri derogetur, tibi nullatenus noceat. Nec per eam, præiudicium, aliquod generetur. Constitutionis & ordinationibus apostolicis contrarijs non obstantibus quibuscunq;.

51 ¶ Clemens † Episcopus seruus seruorū Dei Dilecto filio Martino tituli sancti Laurenti in Lucina præsbytero Cardinali salutem & Apostolicam benedictionem. Dum ad personā tuā &c. dudum siquidem nonnullis ex venerabilibus fratribus nostris sanctæ Ramanæ Ecclesiæ Cardinalibus diuersas gratias, per quas nonnulla beneficia Ecclesiastica secularia & regularia cum cura & sine cura, in Narbonen. & alijs cathedralibus Ecclesijs & ciuitatibus & diocęsibus in Narbonen. prouincia constitutis expectare noscūtur, duximus faciendas. Ac voluimus inter cętera eosdem Cardinales in assecutionibus huiusmodi beneficiorum omnibus etiam authoritate nostra pręterquàm alijs eiusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus beneficia huiusmodi expectan. anteferri. Et quod ipsi post certos terminos tunc expressos vigore huiusmodi gratiarum aliquod beneficium non acceptarent, nec de illo sibi facerent prouideri.

Et deinde quosdam ex dictis terminis ipsis tunc nondum lapsis vsq; ad alios tunc expressos terminos prorogauimus. Ac quod literæ super quibusdam ex huiusmodi gratijs confectæ ad alia beneficia Ecclesiastica in eisdem Ecclesijs ciuitatibus & diocęsibus ac prouincia vacantia tunc vel vacatura se extenderent duximus conceden. Ac nuper tibi de nonnullis beneficijs Ecclesiasticis secularibus & regularibus, in eisdem Ecclesijs ciuitatibus & diocęsibus in dicta prouincia consistentibus tunc vacantibus vel vacaturis mandauimus prouideri ac voluimus te omnibus etiam authoritate nostra huiusmodi beneficia expectantibus præterquàm alijs sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus & dilectis filijs familiaribus nostris ac illis, quos charissimus in Christo filius noster Karolus Rex Francorum illustris Guillermo Lexouien. & Nicolao Boiocen. Episcopis & dilecti filij nobiles viri Io. Bituris Archiepiscopo Bituricē. & Luxiouien. Ac Philippus Burgundiæ duces Parisien. Episcopis venerabilibus fratribus nostris, & dilectis filijs Abbati monasterij sancti Benigni Lingonen. diocęsis, & decano sancti Petri Auinionen. quibus per alias nostras literas dedimus in mandatis, vt nonnullis clericis, quos ijdem Rex & duces nominarentur canonicatus nonnullarum Ecclesiarum in regno Franciæ consisten. necnon dignitates personatus officia in dictis vel alijs Ecclesijs per eosdem Reges & Duces eligerent, conferrent, ac præbendas in eisdem Ecclesijs per eosdem Regē & Duces nominandis clericis,

quos

quos seu quæ clerici ipsi .j. certi temporis spacium acceptarent, conferendas, conferendos, seu conferenda eisdem clericis, donationi suæ reseruarent, forsan nominarent in futurum, ac vigore gratiarum beneficialium dilectis filijs consiliarijs dicti Regis in suo parlamento in quodam rotulo per nos sub data .5. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno .13. signato factarum, te in assecutione ipsorum beneficiorum volumus anteferri, prout in diuersis literis nostris inde confectis plenius continetur.

¶Nos igitur attendentes ꝙ si tibi circa præmissa non prouideretur, aliter modicum fructum posses ex mandato huiusmodi reportare, ac propterea attendentes te vt mandatum huiusmodi celeriorem sortiatur effectum, fauorabiliter prosequi in hac parte volumus & motu proprio nō ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instan. sed de nostra mera liberalitate apostolica tibi authoritate concedimus, ꝙ tu omnibus & singulis familiaribus nostris prædictis beneficia huiusmodi in Ecclesijs, ciuitatibus, diocœsibus in prouincia prædicta consistentibus, expectantibus, quos in assecutione beneficiorum huiusmodi omnibus vel aliquibus etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus beneficia huiusmodi authoritate prædicta conferre volumus in assecutione beneficiorum huiusmodi præferri.

¶Et nihilominus motu & authoritate prædictis, statuimus & etiam ordinamus, ꝙ tu & singuli Cardinales prædicti vigore gratiarum huiusmodi vobis, vt præmittitur per nos factarum, beneficia in Ecclesijs, ciuitatibus, diocœsibus in prouincia huiusmodi vigore mandati prædicti expectare noscuntur, beneficia ipsa alternis vicibus assequi debeatis, ita ꝙ singuli ex dictis Cardinalibus qui dictarum gratiarum vigore beneficiū aliquod minimè fuerint assecuti, te alijs in primi vacaturi beneficij assecutione præferant, voluntate nostra prædicta & alijs cōtrarijs non obstantibus prædictis.

¶Nunc veniamus oportet ad materiæ discussionem, pro cuius introductione adduco, Compo. in c. causamquè. col. 2. s̄. de resc. vbi citat ꝙ quando in literis dicitur ꝙ 52 † quis in omnibus præferatur alijs impetrantibus, hoc restringimus, vt præferatur his, quibus nondum est ius quæsitum. Et sic sententiauit dicit ipse, de mandato Papæ apud Mediolanum, eo quia literæ huiusmodi odiosæ & ambitiosæ & ius alterius vsurpantes, ideo restringendæ. Subdit tamen postea plures seruare literam gratiosam, prout sonat, vt per eam impetrans prioribus præferatur, etiam in his, quibus ius est per præsentationem vel receptionem quæsitum, hoc enim certum est ꝙ illi, qui collationem vel inuestituram habent, nunquàm præferuntur, propter dictas literas, cum sit ius in re quæsitum. Pro dicto Compo. videtur facere id quod voluit Oldra. cōsi. 198. in prin. circa primum punctum, vbi dicit ꝙ clausula 53 hæc est † odiosa & iuri communi repugnans, ideo est arctāda quantum fieri potest, vt iura manifestè probant, & not. apertè Compo. in d. c. causam quę. dummodo in aliquo possit verificari.

¶Et licet Compo. pronunciauerit, attamen eius pronunciatio nostris temporibus in viridi nō extat obseruātia, sed quod vltimo dicit, verius dicas, & hæc est cōis, quam sentit Cal. in tit. de resc. cōsi. 8. in fi. & Ludo. Roma. cōsi. 256. approbo sententias. in fi. vbi latè probant ꝙ clau 54 sula † dummodo nō sit alteri ius quæsitum, præseruat ius haben. in re, sed derogat habentibus ius ad rem.

¶Et dicit idem Cal. ꝙ tanta est & talis differentia inter ius in re, & ad rem, quamta est beneficium fore tuum, & fore tibi debitum. c. si tibi absenti. .j. eo. & Cle. auditor. de resc. huic communi astipulantur Io. And. Collec. Petr. de Anch. Ant. de But. Car. Imo. & Fely. in d. c. causam quę allegant text. apertę hoc probantem in c. authoritate. .j. de conce. præben. & in c. pen. .j. hoc tit. vbi expectans crat re 55 ceptus in canonicum, per quam † receptionem sequitur ius ad rem. c. si clericus. .j. hoc tit. & c. si. de conces. præb. hoc lib. tamen illi receptio nocet clausula, anteferri.

¶Et per hæc sit comprobata cōmunis cōtra Compo. qui solus in campo remanet peregrinus, venit tamē medio mandati Papæ excusandus, alias credendum venit, ꝙ libenter cōmuni adhesisset. Hinc Car. cōsi. 136. col. 3. sub 56 nu. 7. volens Compo. excusare, dicit † non esse credendū tantum virum & adeo in Romana curia expertum & diu in exercitio iuris ibi versatum errasse. argu. l. 2. §. seruius. ff. de origi. iur. Nec similiter Papam, de cuius mandato pronunciauit. argu. c. 15. de constitu. & l. omnium. C. de testa.

¶Tamen pro communi habeo rotam in antiquio. in tit. de conces. præb. deci. 8. licet ibi Compilator & duo alij voluerint tenere, nisi gratia habens clausulam, anteferri, fuisset impetrata postquàm primus iam acceptauerat vacans, quia licet secundò prouideatur priusquàm primo, tamen nō valet prouisio facta secundo. Alij tamē indistinctè tenent cum communi, & in tit. de præb. deci. 15. dicit ꝙ habentes hanc clausulam, præferuntur etiam si illi primi essent recepti ad primarias præces. Fely. in c. mandatum. nu. 5. in fi s̄. de resc. vbi opinionem Compo. in vno nititur comprobare, vt habeat locum, quando est ius quæsitum ex electione vel patroni præsentatione, & illud præseruatur, quia alias in totum & perpetuò esset exclusus, quod nō præsumitur de mente Papæ. ista fuit decisio. Bellam. 167. per hæc verba dicens per dicta verba nō conseruatur ius ad rem, dummodo sit quæsitum per acceptationem, ita obtinuit obseruantia palatij apostolici, Papa sciente & tacitè approbante.

¶Facit in proposito quod voluit Domi. in c. quàm sit. 57 §. 1. s̄. de elec. hoc lib. vbi per illum text. dicit quòd † impetratio nō faciens mentionem de electione alterius, nō valet, cum Papa nō intendat tollere ius alterius. c. quamuis. s̄. de resc. cum similib.

59 Moderari habes communem, vt nō procedat † quando gratia (clausulam, anteferri, includens) esset ob subreptionem nulla, vel annullanda, vel ob defectum personæ, quia tunc nihil efficaciæ operabitur clausula ipsa, imo primus impetrans admittitur ad beneficium vacaturum. Et sic non præiudicat primo impetranti. c. nō potest. .j. de regu. iur. cum similib. cum videatur apposita in fauorem ipsius impetrantis duntaxat, sic eo repulso videtur sublatum impedimentum quo ad primum, nec poterit ordinarius alteri conferre. facit. l. sub conditione. ff. de vsufru. & ff. de actio. empt. l. fundum. Archi. in d. c. pen. & Car. in cōsi. 15. in prin.

59 ¶Item quando † primus impetrans ex facto suo excluditur, secundus obtinebit, nō autem alius authoritate ordinarij. c. si clericus. .j. hoc tit. habeo instantiam, iuribus Gallicanis cautum reperitur, quòd habenti. 10 beneficia Ecclesiastica cōferre, præsentare, aut alio modò disponere, poterit Papa semel mandare & mandatum suum de prouidendo dirigere, modò Philippus Probus obtinet pro eo primo mandari, in eo tamen mandato peccatum est in materia, aut forma, ad eo ꝙ suum nō potest sortiri effectum. Postea Titius pro eo pariter secundò obtinet mandari, quæritur, attento dicto peccato, quod patitur mandatum Philippi Probi, mandatum Titij vires sumet. Dico ꝙ sic per prædicta, quia fingitur primus, & prælatus hoc solo fore grauatus.

Sic in proposito, iste qui habebat clausulam, anteferri, fingitur primus, ergo eo repulso alius apostolicus obtinebit: ratio, quia clausula hæc, gratias nō destruit præcedentes, sed eam habens, alijs præfertur, ideo eius destructa gratia, remanebit beneficium gratiam priorem habenti.

¶Idem si habens ipsam clausulam ei renunciet, aut ea nō velit vti, valebit collatio primo facta. no. Io. And. in d. c. pen. facit. l. si iudex. ff. de minor. firmat Car. d. cōsi. 60 15. col. 2. cōsilium redditum Ferrariæ. vbi citat ꝙ † clausula inhibitionis & decreti habet effectū, si eam habens sua velit vti indulgentia. allegat Inno. in c. 1. de conces. præb. hoc lib. & Io. Mo. in c. statutum. s̄. hoc tit. vbi dicit ꝙ si ordinarius cōfert beneficium. .j. mensem, quod fuit specialiter impetratum cum clausula inhibitionis decreti, tenet collatio, si impetrans nō vult vti suis gratia & clausulis: sic debet intelligi dictum per eundem Car. cōsi. 69. nu. 7. tactum, vbi ait ꝙ clausula in rescriptis vel alibi posita debet intelligi, vt nō sit sine effectu: quod verum, si eam habēs ea velit vti, id firmare habes. per ea quę copiosè citat Io. Mo. in c. generali. s̄. de elec. & ibi dixi. & in c. statutum. s̄. eo. vbi idem Io. Mo.

¶Moderare prædicta vt nō procedant, nisi renunciatio collationem primo factam præcedat, quia si sequeretur collationem (quæ propter clausulam aut decretum

erat

erat nulla) non valeret nec validaret. Io. And. in d.c. statutum.col.1.in fi.dicens ꝙ in hoc casu prouisus non erit tutus sine noua collatione. per d.c.pen. ī.hoc titu. Istud sentit ibi Domi.dicens id procedere maximè vbi initium attenditur, vt in electione, collatione, sententia & simili. c.si postquàm.§.1.de elect.hoc lib.& d.c.pen.& c.auditis. cum ibi no.eo.titu.de elect.vide quæ latius in proposito dixi in c.tibi.s.de res.

Bonifacius Octauus. Cap. VIII.

¶Si pro clericis pauperibus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Non habenti sacros ordines potest per literas apostolicas prouideri de beneficio cum cura, sed statutis temporibus debet se ad sacros ordines facere promoueri.*
2 *Quando Papa mandat prouideri de beneficio (etiam si curam habeat animarum) eo ipso mandat ipsum ad sacros ordines promouendum.*
3 *Quando beneficium est sacerdotale ex statuto, non potest conferri nisi sacerdoti.*

SI PRO CLERICIS pauperibus. Nō 1 † habenti sacros ordines potest per literas apostolicas prouideri de beneficio cū cura, sed statutis temporibus debet se ad sacros ordines facere promoueri. [prouidere.] Antea dicebatur dispensatio.s.de æta.& quali.præterea.& forsan iuris, non hominis.argu. s.de elect.nihil.§.fi.& hic.& ī.hoc lib.de insti.c.2. Esset.n. durum ꝙ propter hoc istorum prouisio impediri deberet, vbi possunt ī.breue tempus in presbyteros ordinari. d.c.præterea.& est simile.ī.de insti.c.vlti.

¶Sed quid, si beneficium est tale, cui est annexum sacerdotium ex statuto speciali?s.eo.significatum. videtur 2 secus. Quia ex quo † Papa mandat prouideri de beneficio (etiam si curam habeat animarum) eo ipso mandat ipsum ad sacros ordines promouendum, vt hic. Non sic vbi est beneficium sacerdotale per statutum (quod potest Papa verisimiliter ignorare.) s.hoc lib.de constitut.c. 1. Contra dic, ꝙ per rescriptum Papale statuta sunt sublata, vel saltem sunt dilata licet, non perempta. Et licet homo sit habilis, non tenetur sine titulo ad sacros ordines se facere promoueri. Nec Episcopus suus tenetur eūdem ordinare.ī.eo.si Episcopus.& c.cum secundum.

3 Sed † quid si est sacerdotale ex statuto, adeo ꝙ conferri non potest, a nisi sacerdoti, tunc si in rescripto statuta tollantur, adhuc vt prius potest isti prouideri, dummodo faciat se promoueri proximis temporibus, vt sequitur. Et quid importent ista statuta no.s.hoc lib. de rescri. cum aliquibus.

ADDITIONES PROBI.

a NON potest. Ista est communis secundùm Scribē. hic, quàm firmat Io. And. in c. ei cui. col. fi. ī. hoc tit. vbi Pet. de Ancha.

Bonifacius Octauus. Cap. IX.

¶Si eum super cuius prouisione aposto. sedis Legatus &c.

SVMMARIVM.

1 *Fortius est factum legati quàm capituli.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Conclusio alia est legis & alia hominis, & conclusio legis dicitur fortior quàm conclusio hominis.*
2 *Conclusio debet fieri per verba pertinentia, non per ea quæ respiciūt diuersos intellectus.*
Quando vnum potest esse & non esse, & se habere ad plura & diuersa, ex eo non concluditur necessariò.
3 *Impossibile est quod qualificatio inhæreat simplici, & quòd illud sit simplex.*
Repetitio qualitatis non inducitur.
4 *Libellus interpretari debet penes conclusionem, non penes narrationem.*
5 *Qualitas intentatæ actionis ex medio concludendi demonstratur.*
Sola attenditur conclusio.
6 *Conclusio dicitur contractus.*
7 *Multa tractantur quæ non perficiuntur.*
8 *In libello sola attenditur conclusio.*
9 *Non potest videri in iudicio deductum, quod non est productum.*
10 *Non videtur esse præsens qui non expectauit finem.*
Nihil dicitur esse actum quando restat aliquid agendum.
In habentibus successiuum effectum, nunquàm dicitur actus cōsummatus in singulis actis vel momentis.
11 *Omnis executor datus ad prouidendum est collator.*
12 *Duplex receptio iuris & facti legitur & per eas acquiritur, vt hic.*

SI EVM super cuius. Casus patet [& in fratrem.] Sed quid de illo, qui est receptus motu proprio capituli?& habet confirmationem huius receptionis, & mandatur secundùm stilum curiæ isti authoritate apostolica prouideri? ne inane nomen canonici gerat [de præbenda] si est debita sic, ꝙ nulli alij de iure sit debita, nunquid iste de iure præferatur impetrantibus postmodum in gratia speciali, vt hic videtur, dic ꝙ sic.arg.ī.eo.si apostolicæ. Contra dic, quia forma, quam tu narras, est de iustitia.s.eo.relatum.& c. dilectus. primo. & illam formam dari vidi sine lectione nec propriè hoc casu datur gratia, sed mandatur in con- a clusione a fieri iustitia. Nec dubito quin receptio capitularis faciat beneficium debitum, non tamen affectum, quod tamen facit authoritas apostolica plus & minus secundùm ꝙ est potior gratia, notata.ī.eo.si clericus.

1 Item fortius † est factum legati quàm capituli, & ideo authoritas Papæ fortius inualescit in vno quàm in alio, & ob hoc apostolicus præfertur capitulari, tum quia ma- b iori autho. innititur, tum quia duplici b ratione vincit, & quia debitum, & quia affectum.s.eo.licet.in princ ī.eo.hi quæ.1.respo.ī.eo.si postquàm. vnde istis concurrentibus, licet quilibet per se consideratus, dicere possit beneficium sibi debitum, vno tamen ad alterum relato, erit beneficium vni debitum, & alteri indebitū, propter maiorem & minorem authoritatem.

Dicunt quidam istum primum potiorem, quia est pri- c mus, & quia suus executor c habet ptātē prouidendi, d & d sic per consequens reseruandi, inhibendi, & decernendi.

¶Sol. post illa exequendo iustitiam ipsius impetrantis vnde authoritas in isto executore non est aucta in dando, sed in exequendo iustitiam impetrantis, & secūdùm hoc: vidi sententiari. Alij contra.arg.s.hoc lib.de res.cum aliquibus.in fi.

Sed dic ꝙ illa loquitur in literis apostolicis, in quibus totum est gratiosum, sicut amotio & apostolicæ authoritatis receptio, sed hic loquitur in mixtis literis, tam iustitiam q̄ gratiā continentibus: nam fuit hæc receptio capitularis gratiosa, de qua in literis Papalibus primò narratis. Secundò petitio de iustitia, vt non careat præbenda q̄ in canonicum est receptus, & tertiò mandatur apostolica prouisio, quæ potius respicit iustitiam, quam gratiam, cū conclusio directò respiciat petitionem, ex quibus cōcluditur ꝙ ibi maior gratia est, quàm hic.

e ¶Nec obstat quod narrat de receptione e capitulari, quia non debet obesse, immo potius prodesse narranti, quod non credo, vbi vtrobiq; esset paritas, quod non est in dictis casibus, vt prædixi [pręferendus] quod intelligo, vt notaui.s.in c.cum cui.eo.

ADDITIONES PROBI.

a CONCLVSIONE. Vide vltra quę in sequentib. de cōclusione dicentur, quòd 1 alia † est cōclusio legis, & alia est cōclusio hominis, quia cōclusio legis dr̄ fortior q̄ hominis. Bar. in l.1. §.si pater. ff. de coniungen. cum emancipa. liber. refert Dec. consi. 303. in fi. in casu occurrenti.

2 Et conclusio † debet fieri per verba pertinentia, non per ea quæ recipiunt diuersos intellectus & varios, per regulam

regulam quàm citat Soc. pater consil. 8. col. 4. visis, quòd quandocunque aliquid potest esse, & non esse, vel potest se habere ad plura, & diuersa, nunquàm probatio illius concludit vnum, quod est necessariò. text. in cap. in præsentia supra de probatio. traditur in l. Titiæ textores, de lega. primo.

Item idem Soc. plura cumulat in proposito consil. 39. col. pe. & fi. visis, & inspectis. inter, quę allegat Bal. in l. edicta C. de eden. vbi dicit, quòd si accusator deducit maleficium cum certa qualitate, licet subiiciat clausulam, quare peto ipsum condemnari, de omnibus singulis supradictis, ꝙ per hoc non videtur cumulare maleficiū simplex & qualificatum, ita reperies. Bald. ibi in 6. q. dicentem, ꝙ 3 impossibile † est, ꝙ qualificatio inhæreat simplici, & ꝙ illud sit simplex. l. Titiæ si non nupserit. ff. de cōd. & demō. vnde concludit, ꝙ licet probetur maleficiū sine illa qualitate, tamen sequi debet absolutio, quia concluditur, ꝙ solum vnum maleficium, minimum intelligitur deductum. l. fi. ff. ad Treb. & l. si pluribus. de leg. 2.

Præmissa videntur posse comprobari per doctrinam Bar. in l. in repetendis. de leg. 3. ver. quandoque vbi dicit, ꝙ si in eodem testamento legatur vna res sub conditione, & post ea repetatur idem legatum eidem, & ab eo in separato c. testamenti, mediantibus alijs capitulis, tunc non interducitur repetitio qualitatis, sed potius correctio, per tex. in l. nam ad ea. ff. de conditio. & demon. tradit Maria. Soci. consil. 92. col. 6. versi. sed hoc non obstante circa primum.

In proposito thematis idem Marian. consil. 134. co-4 lum. 2. visa petitione, dicit, quòd libellus † interpretari debet penes conclusionem, non penes narrationem. l. Aurelius. §. Sticho & ibi Bart. ff. de liber. legata text. & ibi Doct. in cap. ex parte. L. supra de foro compe. & in c. literæ supra de dilatio. Cy. in l. eum te. C. de proba. idem Soc. consil. 214. colum. 4. in causa Onofrij, vbi dicit quòd nulla verba inter contrahentes dicuntur, sed sola conclusio est contractus, cum sit ipsius perfectio. Casus est, in quo non est dare meliorem in iure, secundum Bald. ibi in l. si voluntate. C. de rescinden. vendit. dico latius in sequen.

Si cupis videre de probatione & productione instrumentorum post conclusionem, attende ad ea quæ not. Car. consi. 72. nu. 20. Titius nunc.

Quando verò discedatur per partes a conclusione per admissionem articulorum vide Alex. consi. 72. nu. 4. videtur. vol. 2.

¶Vlterius. dic ꝙ hoc verbum, conclusio nō reperitur in tex. de iure ciuili. Bald. in c. cum in iure. nu. 5. s. de offi. deleg. sed renunciatio sic.

5 ¶Item dic ꝙ qualitas † intentatæ actionis, ex medio concludendi demonstratur. Bart. in l. certi conditio. in princ. ff. si cer. peta. & in l. si prius. in 5. oppo. 2. partis. ff. de no. ope. nunc. Deci. consi. 252. in prin, Agitur causa.

Item sola conclusio in actibus hominum venit attendenda, quia in ea consistit perfectio actus, & esse nascitur ex perfectione, quod stat in conclusione Ias. cōsi. 8. col. 6. vol. 4. Notat Inno. in c. super literis. col. 2. s. de resc. ex cuius doctrina resultat ꝙ licet multa verba contineantur in rescripto, tamen attenditur sola conclusio, quæ dicitur illud, quod princeps scribit quod appellamus dispositiuam. Meritò Calca. in cōsi. 1. col. 25. dicit, ꝙ modus agendi non potest attendi nec considerari, nisi ex narratione & conclusione petitionis, eo quia in eis cōsistit vis libelli & petitionis. c. examinata. s. de iudi. & per in not. in d. c. super literis. s. de rescrip. Bald. in l. edita. C. de eden. istud dictum Inno. citat idem Bal. in l. præscriptione. col. fi. C. si contra ius vel vtili. publi.

¶Simile dicemus in contractu. Quia licet multa apponantur & multis diebus fuerit habitus tractatus, in eo 6 tamen attenditur sola conclusio, & illa † conclusio dicetur contractus. text. melior de iure. in l. si voluntate. C. de rescin. venditio. & ibi Bald. refert & sequitur Deci. consi. 7 298. col. 2. viso instrumento. vbi subdit ꝙ multa † tractātur quæ non perficiuntur. Vnde testes qui deponunt solum de tractatu, non probant. Bald. in l. multum interest. col. 2. C. si quis alteri, vel sibi. & in c. fi. col. fi. s. de iuramen. calum. facit quod not. idem Bald. in l. cum allegas. col. 2. C. de vsur. latè firmat Alex. cōsi. 28. nu. 4. visis & accurate. vol. 1. latè etiam Soci. in d. consi. 214. in præceden. citato dixi. s. in c. 1. in ver. minoris. de exceptio. Vide Neapol. deci. 375. quidam Diomedes.

8 ¶Simile in libello, † in quo sola attenditur conclusio, licet enim multa verba sparsa & posita sint in libello, tamen sola conclusio dicitur libellus. Bal. vbi. s. & in repe. l. edicto actio. C. de eden. & in l. 2. C. qui accus. non possunt. & in l. domum. C. de rei vend. & in l. non debet. ff. de dolo. refert Barb. consi. 48. col. 4. vbi per hæc & alia decidit ꝙ si greffarius protulit sententiam, & in fi. iudex dicit, & ita ore proprio pronunciamus, ꝙ licet aliter nō fuerit recitata per iudicem, iuxta. not. in l. 2. C. de sen. ex pericul. reci. & in c. fi. de re iudic. hoc lib. nihilominus est valida, cum in huiusmodi recitatione fienda per iudicem, attendatur sola conclusio. ad quod multa cumulauit Do. Bartho. de Chassa consi. 1. in §. posset tamen aliquis instare. Io. de Ana. in c. ad falsariorū. col. 4. s. de crimine fal. Mari. Soci. cōsi. 39. col. 7. visis. & consi. 93. col. 2. circa primum. Do. Bertran. consi. 153. Si proui. par. 3. Alex. in consi. 121. vol. 1. viso processu.

¶Capietur enim sensus vt actus valeat potius quàm pereat. l. quotiens. ff. de reb. dub. & l. quotiens. ff. de verbo. oblig. cum similib. Adducit dictum Bal. in l. 1. C. de sen. ex pericul. reci. ꝙ si iudex dixit pronuncio, vt in consi. continetur, valet sententia. si illud consilium est redactum in actis illius instantiæ, secus si nō esset redactum. Aliud ponit ibi exemplum Idem Bal. in fi. ibi. pronuncio ita vt in tali carta continetur, ꝙ si carta est liquida in iudicio producta, & recitationi parata, valet talis sententia, secus si 9 non esset producta, quia † non potest videri deductum in iudicio quod non est productum. arg. l. licet. ff. de iudi.

¶Facit, quia substantia sententiæ stat in illo ver. pronunciamus. istud est de mente. gl. in ver. præferri. in d. c. fi. de re iudic. hoc lib.

¶Pro præmissis habeo id quod voluit Bal. in l. vna. col. 6. C. de his, quæ pęnę nomine, ꝙ si ambę partes inceperunt interesse sententię, tamen recesserunt antequàm iudex compleret sententiam legere, ꝙ sententia non valet, 10 cum actus sit indiuiduus, non † videtur equidem fuisse præsens qui non expectauit finem. Nihil enim dicitur esse actum quando restat aliquid agendum. ca. quæ ipsis. 38. di. Barba. consi. 88. sub nu. 12. volu. 4. Dec. consil. 99. col. 2. & 3. quod incipit casus qui proponitur. Angel. cōsi. 34. Constantinus col. j. vbi dicit quòd in habentibus successiuum effectum nunquàm dicitur actus consummatus in singulis actis vel momentis. nec ipsa sola momēta consideramus, vt sic dicatur actus totaliter consummatus & perfectus, Pro intento hoc alleg. l. cum silanianum. C. de his quib. vt indig. vide Socinum consi. 155. col. fi. dū dicit quòd magis attenditur libellus penes modum concludendi. iuxta no. per Bar. in d. l. Aurelius. §. sticho. ff. de liber. lega. ponit vt prædiximus Bal. in repe. l. edicta ver. circa secundum, C. de eden.

¶Et inquantum dicimus quòd nihil videtur actū &c. Istud procedit maxime in penalibus. citat Do. consi. 103. col. 2. allegat. c. perpetuo. s. de elec. & c. commissa, hoc lib.

¶Et in eo quod s. diximus conclusionem libelli attendendam solum, dic non procedere si in ipso libello sit apposita clausula, super præmissis omnibus & singulis petitur ius & iustitia ministrari, quia per hāc clausulam non solum conclusio inspicitur, sed omnia narrata attenduntur, & super omnibus narratis factę probationes valent. ita Decius consi. 221. nu. 4. non patitur.

b ¶Duplici ratione. Vide quæ dixi. s. in c. j. in verbo, duo concurrentia. de resc. & in c. cum contumacia. j. de hæreticis, & quæ in simili dicuntur per Dec. consi. 161. pro domino præposito.

b ¶Executor. Qui dicitur habere potestatem delegatā, & sic delegatus dicitur. no. in c. si sup gratia. s. de rescript. hoc lib. idem dic de conseruatore. cap. j. s. de offi. deleg. eo. libro.

d ¶Potestatem prouidendi. In proposito adde quod volunt domini de Rota in antiq. deci. 403. quòd si vnus ex duobus habentibus gratias æquales & eiusdem datæ primò præsentat literas executori quàm alter, & facit fieri processus præfertur alteri in præbenda vel beneficio, postea vacante propter huiusmodi diligentiam. Quia om-11 nis † executor datus ad prouidendum est collator, iuxta ea, quæ not. in c. pro illorum hoc titulo & de resc. tibi qui.

& hoc

& hoc titu. si cui ita. ꝙ habet locum in illis. c. duobus. de rescr. hoc lib.

c ¶De receptione. Vide quæ de receptione latè tradit Pet. de Anch. consi. 215. scripsit Papa. & Dom. in cons. 79.

12 D. Ioan. vbi citat † fore duplicem iuris & facti receptionem. Per primam acquiritur titulus, per secundam possessio vel quasi. iuxta not. per Inn. in c. eam te. de rescript. Doct. in c. pro illorum. s. hoc tit. & latius per eundem Domi. in consil. 84 colū. 2. quia istud dubium. vbi dicit ꝙ est duplex receptio canonicatus, vna, quæ sumitur pro receptione facti, quando per prius erat facta collatio per habentem potestatem, & canonici postea recipiunt assignādo stallum in choro & locum in capitulo.

Alia est receptio quæ sumitur pro totali collatione iuris canonicalis & præbendæ, & in ista facienda requiritur vocatio canonicorum absentium, nisi sit consuetudo ꝙ non vocentur. c. cum in Ecclesijs. hoc tit. & lib.

Item receptio facti potest fieri per singulos canonicos. Inn. & Io. And. in d. c. eam te. s. de rescript. Alia verò videlicet iuris, non: quia competit, vt vniuersis, non vt singulis.

Vlterius dic vnum quo ad receptionem, ꝙ si Papa cōtulit mihi canonicatum in Ecclesia Bituri. & mandauit per executorem mihi conferri prębendam in eadem Ecclesia, si qua vacabat vel proximè vacaturam, quam ĩ. mē sem a notitia vacationis acceptarem: ꝙ si ad præbendam vacantem recipior in canonicum, statim habeo ius in præbenda etiam sine alia collatione præbendæ. ista fuit sententia Lappi in repeti. c. Iacobi. s. de simo. prout tradit Car. consi. 103. num. 4. casus super quo.

Bonifacius Octauus. Cap. X.

¶Mandato nostro sub ea forma tibi directo, &c.

SVMMARIVM.

1 *In dubio ordo scripturæ est seruandus.*
2 *Regulariter ordo scripturæ non est seruandus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Primus dicitur qui omnes alios antecedit.*
2 *Proximus quis dicatur.*
3 *Regulariter ordo non est de substantia.*
4 *Quando concurrunt duæ dispositiones priuilegiatæ, sequitur effectus, vt hic.*
5 *Ordo scripturæ quare regulariter non sit seruandus.*

MANDATO. Hæc decretalis habet duo dicta, & sunt plana. Et in primò dicto tangitur de alternatiua præstationis, & in secūdò de alternatiua ordinis, de quibus not. ĩ. hoc lib. de reg. iur. in alternatiuis [debebit.]

Et est ratio, quia hic est prouidendum impetranti de a primo. a ĩ. eo. c. proximò. b Et ideo illud quod primo va- b cat est isti conferendum, alias gratia esset extincta. vt no. s. eo. eum cui. [pertinere] alias esset in potestate istius, cui 1 scribitur se exonerare. Et ideo in † dubio ordo c scriptu- c ræ est seruandus, vt hic. & ff. de vsufruc. quotiens. 1. Respon. ff. de fideicom. liber. generaliter. §. quid ergo. Et arg. pro & contra. ff. de solu. nec enim ordo. s. de elect. si quis iusto. §. 1.

2 Et dic † regulariter ordinem scripturę non esse seruādum. s. de res. causam quę. ff. de pecul. quidam. Sed contra d ria sunt specialia, d ne fiat exoneratio indebita, vt hoc c. 2. respon. & ne ius alterius lędatur, vt hic, vel vt dispendiū vitetur. vt d. l. quotiēs. vel vt suspitio, vel gratia etiam debita tollatur. vt d. §. si quid.

ADDITIONES PROBI.

a PRIMO. Dic ꝙ primus dicitur qui omnes alios antecedit, vt in procem. ff. §. discipulis. & in l. proxima. ff. de verb. signifi. & sic ante se aliud habere non potest. Bald. in c. sanctæ Mariæ. s. vt lite pendē. ratio quia primę causæ nulla est causa, ideo dicitur ꝙ de potestate Principis non est inquirendum, cum sit causa causarum. no. Ias. in consi. 125. col. 4. pondus. vol. 4.

2 Proximò. Proximum dicitur, † illud, quo supposito, alterum sequitur continuatione & de facili. arg. ff. de serui. rustic. prædio. l. tria prædia. & l. qui sella. §. in rusticis. Bald. consi. 356. in 1. par. statuto Placentiæ.

3 Ordo. Qui † regulariter non est de substātia. l. quidam. ff. de pecul. & l. nec enim. ff. de solu. tradit Pet. de Anchar. consi. 266. in prin. iste magister Geraldus. vide quæ tradit Domi. in consi. 30. col. 4. Bonifacius IX. ꝙ quotiescunq;

4 † concurrunt duæ dispositiones priuilegiatæ, quarū quęlibet de per se est valida, & referuntur ad eandem speciē & multiplicabilem ordine successiuo, quælibet dispositio debet sequi effectum suum successiue, attento ordine dispositionis. c. si propter. s. de rescri. c. qui a sede. isto titu. hoc lib. vide quæ dico in c. licet. de sepul.

d Sunt specialia. Maria. Soc. consi. 9. col. 5. ver. verum prędictis. quod incipit prosequendo ordinem, dicit, ꝙ Docto

5 res † sequuntur doctrinam Io. Mo. hic, pro regula, vt ordo scripturæ non sit attendendus, nisi casualiter, ne fiat exoneratio indebita, aut ne lędatur ius alterius, vel vt dispendium fugiatur, vel ne suspitio indebitæ gratiæ tollatur, iuribus hic per Io. Mo. alleg.

Vide quæ dico de argu. hoc ab ordine literæ in cap. 1. de accusa.

Bonifacius Octauus. Cap. XI.

¶Si clericus pro quo a sede aposto. recepisti mādatū, &c.

SI CLERICVS. Hæc decretalis habet duo dicta. Ecce primum [extincta.] Et est ratio, cum forma hic narrata extenderet se ad vnum, vt potè ad beneficium sibi debitum, beneficio isti debito omisso, nihil superest sub rescripto. no. s. de offi. deleg. ex parte 1. no. s. eo. eum cui. [canonicus] hæc forma fuit gratiosior præcedēte, & ob hoc negligentia adeo non etinguit gratiam, vt in rescripto præcedenti. Quia si sit negligentia in præbenda, remanet canonicatus, cuius ratione præbenda est sibi debita, in quo tamen alter non sit potior, vt sicut est ille, qui est canonicus, & cui præbenda primo vacatura est sibi debita ratione literæ apostolicæ sibi cōcessæ, vnde iste negligens amittit prioritatem in præbenda, respectu apostolicorum, qui duplici iure nituntur, non respectu aliorum vt hic & ĩ. c. proximò. 1. respon.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XII.

¶Hi qui authoritate apostolica in aliqua Ecclesia &c.

SVMMARIVM.

1 *Maiorem authoritatem habens præfertur habenti minorem.*

HI QVI. Casus patet [in eadem] & sic no- 1 ta, maiorem † authoritatem habens præfertur habenti minorem. s. hoc lib. de res. duobus. 1. respon. ff. de albo scrib. l. 2. C. de aduoca. diuer. iudic. l. restituēdæ. in fi. [nō existit] Et est ratio, quia iste non procedit, vt legatus, sed vt a sede apostolica delegatus. Si enim legatus procederet, vt delegatus a sede apostolica, ipso potior esset. s. de offi. leg. d studuisti.

Bonifacius Octauus. Cap. XIII.

¶Si postquam canonicatum in aliqua Ecclesia &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vel capitulum non potest augere numerum canonicorum sed Papa.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Spes sæpe fallit & miseros pascit.*
2 *Spes fallax dea dicitur.*
Credula est spes improba.

Spes

Spes sæpe sapientissimos fallit.
3 *Non dicitur pati damnum qui spem futuri lucri perdit.*
4 *Multa accidere possunt quæ impediunt fructus peruenire ad maturitatem.*
De futuris fructibus dabile non est certum iudicium.
5 *Non habetur ratio spei, nisi habeatur ius de præsenti.*

SI POSTQVAM. Hunc casum decidit Martinus Papa IIII. nec innitebatur ex decreto, vt ꝟ.c.proximò.§.nos ergo. Sed ex eo ꝙ in illa Ecclesia de cuius præbenda scribebatur, erat certus numerus canonicatuum & præbendarũ, quem 1 † Episcopus vel capitulum augere non poterant.s̃.de rescrip.constitutus.hunc tamẽ poterat augere Papa,& ideo ignorantia istos non excusat, quia quàm citò canonicatus vacat, est numerus auctus, per Papã reductus ad æqualitatem [acquisitum.]

Et sic nota ꝙ per gratiam hic narratam nedum præbẽ a da est impetranti debita, sed affecta.[a] Et hoc ius,s.ad præbendam vacaturam solus Papa conferre potest.s̃.eod.licet.1.respon.ꝟ.de conces.præb.proposuit.

ADDITIONES PROBI.

a SED AFFECTA. Et sic dicitur debitum, non spes in debitum iri, quam habent spectantes, siue ius quæsitum in spe. testatur Ioan.Andr.in Mercur.in regula ignorãtia. 1 Et hæc sæpè † fallit, & miseros pascit, prout vulgaria extant dictamina & prudentissimorum sententiæ.

Hinc Ouidius. Fallitur augurio spes bona sæpe suo.& 2 idem lib.1. de arte amandi. Spes † fallax Dea dicitur. Et Seneca. Credula est spes improba. Et Bal.in eleganti tracta.scisma. quem posuit in rubr. C.si quis aliquem testa. prohib.col.13.vers.præterea.sicut qui habet. Spes sæpe sapientissimos fallit, ita vt patiantur letargiam illusarum mentium morbum,quæ sunt verba Boet.lib.1. de consolatio.philosophiæ.alleg.l.3.§.si quis.vers.quamqum.ff.de condi.ob caus. Item Lucan.in Symposio. Sunt fortunæ varij casus plurima,quæ haud separaueris vnquam, ea cõficiunt numina diuum,rursumq; certo speraris.Ea frustra ta non contingunt.

Spem igitur in rebus quantumuis vicinis, ac proximis reponamus. Est enim spes omnium rerum fallacissima minimaq; pars earum rerum, quas speramus. Item Cicero post initium lib.de oratore.3. O fallacem hominũ spem fragilemq; fortunam & inanes nostras contentiones,quę in mendacio sæpe franguntur, & corruunt,aut ante in ipso cursu obruuntur.

Præmissis quippe dictaminibus conuenit illud vetus a Catone relatum prouerbium in oratione de ædilibus vitio creatis. Inter os & offam multa interuenire posse, de quo meminit Ioan.And.in c.commissam.in fi.s̃.de deci. & Ias.in l.sciendum.num.24.ff.qui satisd. cogan. Et Gel. lib.13.c.27.Multa cadunt inter calicem supremaq; labra.

3 Ad nostros autem veniamus. Non dicitur † pati damnum qui spem futuri lucri perdit.l.Proculus.ff.de dam. infec.per quem text.dicit ita Alexan.in l.3. §.in fideiussorem.& l.seq.ff.qui satisd.cogan.Sed & ante eum Bald.cõsi.182.locata fuit quædã possessio.col.2. vol.1. dicit quòd qui perdit lucrum nondum factum,sed quod est tantum in fieri,non dicitur pati damnum,licet esset apparatus ad lucrum,de quo dicit text.expres. & not.in l.si pecuniam. 4 in princ.ff.de condi.ob cau. quia vt ait multa † accidere possunt, quæ impediunt fructus peruenire ad maturitatem & effectum, putà niues, grandines, incursus hostium, & similia. l.fistulas.§.frumenta. ff.de contrahen. emptio. propter quod de futuris fructibus certum non est dabile iudicium.l.si ea lege.C.de vsur.facit l.si iactum retis.ff.de actio. empt. & plenissimè per Bart.in l.cotem. §.qui maximos fructus.ff.de publica.Ideo frumentum in herbis non pluris æstimatur quàm in herbis valeat, considerata qualitate præsenti non autem futura, quæ nondum apparet.arg.l.in lege.ff.de contrahen.empt.

Ista firmare possumus per Doctrinam Barto.in l.post emancipationem.§.illud.ff.de liber.lega.dum dicit quòd 5 † non habetur ratio spei, nisi habeat ius de pręsenti.Ideo si in contractu apponuntur huiusmodi verba, remittit omne ius quod habet, & habere sperat in tali, tunc videtur remittere omne ius quod habet de præsenti vel sperat habere in futurum ex causa subsistente de præsenti, alias non, sicut dicimus de statu libero. qui si habet spem in libertate ex iure fundato de præsenti, quia hæreditas est adita,dicitur statu liber & non alias.l.2.ff.de statu liber.idem Bart.in l.quod Seruius. circa fi.ff.de conditio.ob cau.& ibi Paul.de Cast.idem Paul. & Ange.post Bart.in l.qui cum tutoribus.ff.de transac.Bar.in l.si vxor. §.diuus.ff.de adulter.& in l.qui Romæ. §.duo fratres. vbi Moder.ff.de verb.oblig.tangit Aret.consi.6.num.9. viso instrumento diuisionis.

¶ Vide quæ pro præmissis dixi in c.vnico. num.37. & seq.de cleri.non resid.

Bonifacius Octauus. Cap. XIIII.

¶ Dudum venerabili fratri nostro. &c.

SVMMARIVM.

1 *Vnum quando potest esse maius seipso.*
Potestas ordinaria delegato commissa, est maior in delegãte & minor in delegato.
2 *Seruitus respectu domini, dicit dominium, & respectu serui seruitutem & subiectionem.*
3 *Species extracta de genere amplius sub genere non intelligitur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Clausula generalis non porrigitur ad specialiter expressa.*
2 *Masculinum quando non concipiat fœmininum.*
Expressum facit cessare tacitum.
3 *Generalis prouisio vel statutum non refertur ad ea, de quibus est specialiter prouisum vel statutum.*
4 *Verbum speciale iunctum alteri verbo generali, alterat illud genus.*
5 *Ius ciuile non est superfluum etiam in materia beneficiali & in terris Ecclesiæ, quàmuis idem disponatur de iure canonico.*
6 *Statutum disponens idem quod ius commune, an sit superfluum, vel inducat nouum vinculum.*
7 *Iura disponentia circa beneficia, trahuntur ad officia sæcularia.*

DVDVM. Hæc decretalis habet quatuor dicta. Primò, mentem duarum gratiarum apostolicarum recitat. Secundò.§.[cunquè] processus habitos obtentu dictarum gratiarum narrat. Tertiò.§.[nos igitur] multa argumenta pro vna parte allegando illam partem fore potiorem declarat. Quartò,versi. [discretioni] pro dicta parte declarationem prædictam executioni mandat. [Nos] hic incipit narrare de secunda gratia [ignarus] maximè, vt liquet per sequentia [maior.] Sed quomodo potest esse vnum maius seipso, 1 dic respectu † diuersorum. Nam potestas a ordinaria a delegato commissa, est maior in deleganre, & minor b b in delegato, sicut seruitus † in seruo dicit dominium re- 2 spectu domini, & respectu serui seruitutem & subiectionem.ff.de verbo.signi.potestatis.ff.de pecul.l.1.§.potestatis.[Conditio.]

¶ Hæc ratio pro omnibus sufficeret. Nam prima gratia hic narrata est generalis nihil continens actu, sed habitu, seu potentia, sed secunda erit specialis continens 3 aliquid actu. Et ideo species † extracta de genere am- c plius sub genere non intelligitur. [c]s̃.de rescrip. pastoralis. in fi.hoc lib.de regu.iur. [generi] nota.ff.de regu.iur. in toto.& ꝟ.eod.quàmuis.1.& 2.respon [consideratis.]Secunda ratio [& quod.] Tertia ratio [& idcirco.] ꝟ.hoc lib.de conces.præb.quia cunctis.[ad instar] iuuat rationem præcedentem per duo argumenta legalia [d] [ignora- d ta.] ff.si cert peta. l.eius qui in prouincia. [& domini.] Aliud argumentum sumptum.ff.de pecul.non statim. & arg.ff.de optio.lega.apud Aufidium.

ADDITIONES PROBI.

a NAM potestas ordinaria. Firmat idem Ioã. Mo. in c. 1. de cler. ægro. & in c. 2. & ibi dico. de sent. excom. ĵ.

b ¶ Et minor. Idem Ioan. Mo. & latius in c. ne aliqui. & ibi dico. s̃ de hæreti.

c Non intelligitur. Ad id facit quod citat Dec. consil. 171.
1 sub num. 3. in causa venerabilium ꝙ † clausula generalis non porrigitur ad specialiter expressa. l. doli clausula. ff.
2 de verbo. obliga. l. sanctio legum. ff. de pe. Ideo † masculinum non concipit fœmininum, quando de fœminino sexu exprimitur, quia expressum facit cessare tacitũ. Bald. in l. in multis. ff. de sta. ho. Pro hoc vide Paul. de Cast. cõ-
3 si. 21. num. 2. Primum dubium, in 1. par. ꝙ † generalis prouisio vel statutũ non refertur ad ea, de quibus est specialiter prouisum vel statutum. alleg. C. de silentia. l. decurionibus. & l. stipulationes cõmodissimum ff. de verb. oblig. & ff. de vulga. l. alimenta. §. Basilicæ. & l. Stichus nutriens. dixi. s̃. de elect. in c. generali. in ver. cõcipit. ad idem quod no. Alex. in consi. 2. col. 4. versic. pro hoc. volu. 3. Quia vbi aliqua dispositio, quæ de sui natura aliquid includebat, si illud a disponente excluditur, amplius non inducitur. l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulga. & pupil. substitu. quod videtur comprobari per eundem Alexã. consil. 8. num. 3. visis subtilissimis vol. 3. dum dicit ꝙ verum verbum speciale
4 † iunctum alteri verbo generali alterat illud genus. l. sed si adijciatur. & ibi Bar. ff. pro soc.

d Legalia. Vide maiora argu. legalia. in c. 1. ĵ. de conces. præben.

5 Et sic nota † ꝙ ius ciuile non est superfluum etiam in materia beneficiali ac in terris Ecclesiæ, quamuis idem disponatur de iure canonico. Areti. in c. cum a nobis. in princ. s̃. de testib. dicens istud facere ad quæstionem quæ
6 ponitur in c. 1. s̃. de res. vtrum statutum † disponens id qđ ius commune, sit superfluum, an verò inducat nouũ vinculum, de qua per Bar. in l. 1. ff. ad leg. Falcid. num. 3. & ibi Alex. & eundem Aret. in c. 1. col. antepe. s̃. de res. vbi Fel. post alios. col. fi.

Adde quæ notat in proposito Io. Lup. Hispa. in repeti. rubr. de dona. inter vir. & vxor. in introductione. num. 6.
7 vbi hoc comprobat, & subdit, ꝙ etiam † iura disponentia circa beneficia trahuntur ad officia sæcularia, vt sentit Bart. in l. 2. §. data. ff. de optio. lega. & Luc. de Pen. in l. annonas. de eroga. mili. an. lib. 12. C. Panor. in c. postulationem. in fi. s̃. de postul. prælat. & in cap. cum in iure. in fi. s̃. de elect.

Bonifacius Octauus. Cap. XV.

¶ Quia sæpè dubitatur a multis si canonicat⁹ alicuius &c.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas potest stare de iure cum canonicatu.*
2 *Decet canonicos promoueri ad dignitates suæ ecclesiæ.*
3 *Mandatum primum non reuocatur per secundùm, nisi expresse caueatur de primo, vel nisi iuris sequatur absurditas.*
Beneficia annexa non dicuntur duo, sed vnum.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Non est necesse quòd tollatur obstaculum in rescripto, quando non obstat.*
2 *Expresse idem est quòd specialiter.*
3 *Verba in dispositionibus collata, operantur suos effectus, si nulla surgit absurditas.*

QVIA. Hic declarantur opiniones aduersæ ab Innoc. & Hostien. notatę. s̃. eo. cum olim. [prouideri] hic loquitur vbi vterq; est cano-
1 nicus, quia † tunc dignitas potest stare de iure cum canonicatu, vt hic.

Sed pone, nullus habet canonicatum, sed est mandatũ prouideri vtriq; in forma. s̃. eo. si clericus. 1. respon. non cõferendo canonicatum. s̃. hoc lib. de res. duobus. 1. respon. quis erit potior an primus, vel secundus? dic secundum, & sic loquitur Inno. vt apparet per rationes ibi tactas, & olim non consueuit conferri canonicatus primo, nisi ex
2 gratia valde speciali. Et cum deceat † canonicos promo-
a ueri ad dignitates suæ Ecclesiæ.ᵃ 61. dist. nullus inuitus, & c. obitum. dignitatem non debet habere non canonicus, & inconueniens semper sequeretur, si secundus dignitatem non haberet, quia hoc esset contra formam mandati, aut si haberet tantum dignitatem, dignitas sine præbẽda & canonicatu remaneret, quod esse non debet [non debet.]

3 Nota ergo † mandatum primum non reuocari per se-
b cundum, nisi expresseᵇ caueatur de primo, vel nisi seq ua-
c tur iuris absurditas, ᶜ vt in qõne proxima [annexa] tunc
d enim non sunt duo beneficia, sed vnum.ᵈ no. s̃. eo. sup eo.

ADDITIONES PROBI.

a SVAE ECCLESIAE. Istud comprobat Collect. in c. postulastis. num. 4. s̃. de conces. præben.

b ¶ Expresse. Verum si primum est validũ, tenemur de eo facere mentionem, vt reuocetur, per regulam, quam citat Domi.
1 in consi. 79. col. fi. domi. Ioannes. ꝙ † non est necesse ꝙ tollatur obstaculum in rescripto, quãdo non obstat. iuxta no. in c. mandatũ. s̃. de rescrip. Pro hoc vide quæ latius tradit idem Dom. cõsi. 82. col. 3. Bonifacius. Vlterius quo
2 ad hoc verbum expresse † dic ꝙ idẽ est ꝙ specialiter. no. Alex. cõsi. 76. num. 9. viso themate. vol. 4.

c Absurditas. Istud videtur placere Card. consi. 102. Sup facto testamenti, dum dicit, ꝙ si Papa mandauit, seu concessit aliquibus religiosis, ꝙ ad solutionem procurationũ non possint cogi per literas apostolicas, etiam si in eisdẽ continetur ꝙ ad quęuis loca exempta se extendant, & alias cuiuscunque tenoris existant, nisi fiat de indulto prædicto plena & expressa mentio. Deinde emanant aliæ literę apostolicę cũ clausulis derogatorijs pluribus, & pręcipuè in quibus exprimitur, quòd nõ obstent quæcunq; literæ sub quacunq; forma concessæ, etiam si de eis deberet fieri expressa & specialis mentio. Et concludit quòd non tollitur prima indulgentia, ex quo non est facta mentio eo modo, quo debuit, quod latè examinat idẽ Card. consi. 3. domi. Gregor. Papa X. pro quo possunt indu
3 ci iura quæ volunt verba † in dispositionibus collata operari suos effectus, si nulla surgit absurditas & aliquid speciale. de leg. 1. l. si quando. c. si Papa. de priuileg. hoc lib.

d ¶ Sed vnum. Vide de annexione, seu vnione, quæ tradit Cardi. in consil. 96. Papa vniuit. vbi ponit formam vnionis.

Bonifacius Octauus. Cap. XVI.

¶ Cum in illis quibus beneficia curam animarum &c.

SVMMARIVM.

1 *Magis idoneis maiora debentur beneficia.*
Io. Mona. pronunciauit in facto Decanatus Rothomagen. & Bituri. ipso auditore dato.
2 *Omnis pluralis locutio est copulatiua, saltem implicitè, sicut est vniuersalis propositio.*
Ad veritatem copulatiuæ requiritur quòd vtraque pars sit vera, secus in disiuncta.
3 *Collatio debet pertinere pro maiori parte ad illum, cui mandatur.*
4 *Quod est commune mihi & alij, propriè non est meum.*
Verba generalia propriè non impropriè assumi debent.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *De more auditorum rotæ est conferre dubia cum alijs auditoribus, & cum eorum consilio & assensu auditor pronunciat.*
2 *Quis non potest rem communem cum alio in totum alienare.*
3 *Quando paries est communis, non altius extollitur inuito socio.*
4 *In venditione rei communis qui præferatur in emptione.*
Casus in quo eo ipso res efficitur communis hic vide.
5 *Proprium dicitur, quod non est proprium secundum quid, sed simpliciter.*
6 *Verbum communiter debet intelligi æqualiter.*

7 Qui

CVM IN ILLIS. Hæc decretalis habet quinquè dicta. Ecce primùm [requirat.] 1 ¶Nota † magis idoneis maiora a deberi beneficia [prouideri.] Sic pronunciaui in facto Rothomagen. & Bituricen. b me auditore c dato in vtroq; : cum nullus impetrantium haberet in suo rescripto de dignitate cū cura. Et hoc responsum & sequens & ipsorum ratio declarantur. ſ. hoc lib. de regu. iur. in generali. [institutionem] de qua habetur. ſ. hoc lib. de institu. c. 1. & de reg. iur. c. 1. [nō debet.] ff. de liber. & posthum. commodissimè. §. hoc. lib. de rescript. susceptum [non potest.] Et est ratio, quia 2 † omnis pluralis locutio est copulatiua, salrem implicitè, sicut est vniuersalis propositio, & vt sit vera oportet quālibet eius partem esse veram. ff. de reb. dubi. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de verb. oblig. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. in ius vocati vt eant. l. fi. ff. si quis cautio. si seruus. §. si plurium. Secus si esset disiuncta, vt dictis iuribus [pertinent.] Et est ratio. Cum impetro mihi 3 † prouideri de beneficio spectāte ad collationem talis, ad minus collatio debet spectare ad illum, contra quem impetratur pro maiori parte. Nota simile. ſ. hoc lib. de verb. significa. sicut.

¶Item alia ratio, quia iam læderetur ille, contra quem non impetratur, quod est æquitati aduersum.

d 4 Item quod d est commune † mihi & alij, propriè e nō e est meum. ff. de ritu nup. illud. Et verba † generalia ppriè, 5 non impropriè f assumi debent, vt d. c. in generali. argu. §. cum de beneficio. in fi.

ADDITIONES PROBI.

a MAIORA. Vide Ioan. Mon. in c. Auaritiæ. §. de elect. & ibi dixi.

b ¶Bituricen. Roma. consi. 328 Præsens consultatio. testatur (prout & reipsa apparet) in facto Decanatus Bituricen. consuluisse. idem videtur Pet. de Anch. consi. 51. consuetudo.

¶Auditore. Attende ad Roma. consil. 436. vbi latè ponit. de priuilegijs datis ab antiquo dominis auditoribus Sacri palatij apostolici, de quorum numero hic legitur Ioan. Mona. Ideo non hæsites quòd ipse Ioan. Mona. non fuerit auditor Rotæ & Cardinalis, vt in c. in generali. ſ. de regu. iur. secutiuè vicecancellarius, vt in cap. is cui. in fi. ſ. de senten. excommunica. Et dic quòd de mo 1 re † auditorum curiæ est conferre dubia cum alijs auditoribus, cum eorumq; consilio & assensu auditor pronūciat, quod non est in deputato extra curiam. refert Barb. in cap. mandatum. nu. 102. §. de resc. dicitq; Petr. de Ancha. consi. 255. in fi. in causa & quæstione ꝙ dominorum officium est, tantummodo sententiam rescindere, siue introducere in Concilio ipsam rescindendam esse, & si ita videbitur, irritatur, & ad iudices, qui tulerunt, sententiā, reformanda remittitur, vel ius parti ad petendum iterum reseruatur.

d ¶Item quod est commune. Ioan. Mona. doctrinam Domi.consi.93.colū.fin.Clemens VII. illam referendo sequitur.

¶Vide in simili Franc. Curt. consil.21. num.21. Idem Ioan.Mona.istud firmat in cap. sicut. de verbo.significa. & ibi dico. & Dec.consi.275.num.10.in causa,quæ Lucę. allegans glo.in l.si id quod nostrum.ff.de regu.iur. Barto. & Docto.in l.serui electione.§.1.de lega.1. per quod vulgare videtur verificata conclusio de iure clara secundùm 2 Dec.consi.283.colum.2.viso puncto.quòd † quis non potest rem communem cum alio in totum alienare.l.1.& per totum.C.de communi rer.alien. facit text. in l.cohæredibus famil.ercisc.C.& l.per fundum.ff.de seruitu.rusti. prædio.& l.Sabinus.cōmu.diuid.ff.& est speciale in fisco. vt rem communem alienare possit.l.2.C.de commu.rer. alien.& in l.1.de vendi.rerum fiscal.lib.10 C.

¶Et sic secus videtur de iure communi.l.1.in fi. ff.ad municip. Pro præmissis faciunt ea quæ citat Dec. consil. 3 388.in in princip.verba laudi. Quod si † paries sit communis pro indiuiso, vnus non potest altero inuito altius tollere parietem communem.d.l.Sabinus.ff.commu. diuid.l.parietem.ff.de seruitu.vrba.prædio. secus si communis sit pro diuiso, quia quilibet potest pro parte sua altius tollere.not.Ange.in l.hoc quod dictum est.§.si ex tribus. per illum text.secundùm vnam lectu.ff.de seruitu. vrba.prædio. Ratio clara videtur quia ædificat super suo pariete, quod intellige si paries sit ita grossus,quòd vnusquisquè vicinorum versus se ędificare possit in sua dimidia, non tangendo partem alterius, & præsupponendo quod paries sit huius qualitatis. Vide Petr.de Ancha.cō si.160.præsupponitur.

4 ¶De venditione † rei communis quis præferatur in emptione, vide eundem Petr.de Ancha.consi.370.cum sequen.

Et adde modum vnum quando res efficiatur eo ipso communis, per Alexan.consi.38. in princ.visis his.vol.5. vbi dicit quòd vbicunquè emitur res ab aliquibus communiter, in re illa intelligitur societas contracta.l.cum proponas.& ibi Bart.& Bald.C.pro socio.& l.2.& ibi Bar. ff.commu. diuidun.& l.& sit.ff.pro socio. nisi aliud esset actum inter eos, putà si incontinenti post contractum rem dimisissent, quia tunc non videtur contracta societas. Raph Cum.in l.reos.in prin.ff.de duob.reis.

e ¶Propriè. Rationem dic secundùm ea quæ a Maria. Soc.citantur consi.9.col.penul. prosequendo ordinem, 5 quòd † proprium dicitur quod non est proprium secundùm quid, sed simpliciter.l.hoc legatum. de leg.3. l.proprium.ff.commu.prædio.l.si ita quis. §.vlti.ff.de legat.2.l. fin.C.de his qui veniam æta.imp. Idem Soci.consi.1. colum.1.Inde proprietas quæ verum dominium importat. l.interdum.ff.de acquir. rerum dom. & l.2. §.quædam. ff. de interdic.

Pro intento Ioan.Mon.idem Soci.consil.240. colū.5. versic.postremò circa præsentem. pro quo adducit glo. in l.id quod nostrum.ff.de regul.iur.Bar.in l.serui electione.§.Labeo.ff.de leg.1.vide tamen eundem ibi subtiliter arguentem contra dictum Io. Mo. hic quod placebit tñ ad dictum Io.Mo.hic videtur ratio,per id quod no.Alex. 6 in consil.76. in princ. vbi dicit † ꝙ verbum communiter debet intelligi æqualiter.vt l.fi.§.Lucius.de leg.2.

7 Et sic qui † habet rem communem cum alio, intelligitur habere dimidiam partem rei: sic dicitur quòd in re communi quis sociorum non dicitur committere furtūm, nisi id appareat fecisse malo animo & per fallaciā. l.rei communis.ff.pro socio. Notat Alex.consi.227.num. 13.visa inquisitione.volu.4.istud non est præsumendum in dubio. l.meritò. ff.pro socio. quod comprobat idem Alex.in consi.seq.num.3.& seq.eo.num.3.

f Non impropriè. Vide Hiero. de Tortis in suo consil. col.6.quod reperies post cons.Ant.de Bur.

Præterea Retento themate tex.nostri mouetur dubium latè impræsentiarū 8 discutiendum, an modus † a iure aut priuilegio, vel consuetudine alicui concessus de prouidendo de beneficijs, possit per talem alterari, ita ꝙ aliter de eis prouideat: vt habeas intētum clarum, pone, capitulum Ecclesiæ Bitur. priuilegio,consuetudine,aut alias canonicatus & præbēdas eiusdem Ecclesiæ pleno iure confert, prout & contulit a tempore immemoriali, labitur tamen annus, quo eorum statuto dictatum est, ꝙ hebdomadarius occurrente vacatione canonicatus & præbendæ in eius hebdomada,ad eos qui capitulum ipsum faciunt aliquem nominabit,per capitulum instituendum & prouidendum, quod de facto in facti contingentia datum & actum est, Gilber.Probus hoc intuens a sede apost.de eisdē canonicatu & præbenda in forma obtinuit sibi prouideri, occasione cuius lis orta dicitur inter huiusmodi prouisos,quęritur quę prouisio dicatur validior.Pro parte Gilber.Probi consulendo & breuiter secundùm ea quæ proponuntur more Sceuo.iurisconsulti(citat in simili Dec.consil. 148.in prin.reuerende pater.Aret.consi.76.in princ.ibi, 9 quoniam † consulens breuiter debet declarare veritatē: quod incipit diligenter) licet dubitatio satis diu me cogitabundum tenuerit, nec ausus eram ad calamum manū apponere,vt cum Card.loquar consi.12.num.7.in dubijs præmissis.tñ in quæstione pro ipsa parte moueor sequen-10 tibus. Primò habeo ꝙ ad Episcopum diocęsanum † de omnibus beneficijs ecclesiasticis regulariter spectat prouidere, iura sunt in aperto,possem allegare.c.omnes Basilicæ.16.q.7. Ioan.Mona.in c.1.de institu. Anto.de Butr. in c.fin.col.1.s̄.de cau.possess.& proprie.Mil.in reperto.in ver.Episcopus. quòdquè ordinarius totius diocœsis dicitur.c.regenda.20.q.1.dicitur eius parrochia.dixi.s̄.in cap. eos.in fi.de tempo.ordi. & sic iurisdictionem in ea obti-11 net, quod intento conuenit, quia † beneficia conferre est iurisdictionis.gl.& ibi Scrib.in c.trāsmissam.s̄.de elec. Dec.consil.117.in princ.Card.consi.13.col.1.pro elucidatione dubiorum.

Hinc Bellam.ait consi.10.colum.3. versicu.3. non valet, quòd institutio, seu beneficiorum collatio pleno iure est impræscriptibilis per inferiorem ab Episcopo,quia istud est ius Episcopale,quod ossibus inferiorum adhærere non potest, siue sint clerici,siue laici.text.in cap.ex frequentibus.s̄.de institu.

Si igitur hoc veritate fulciatur, sequitur fatendum ꝙ nullus ab eo inferior possit de beneficijs eius diocœsis ꝓuidere, nisi id moderādo dicamus quòd concurrat priuilegium,aut præscriptio titulo & bona fide concomitata, siue consuetudo legitimè præscripta.arg. eorum quæ no. in c.cum venissent.s̄.de institu.& c.2.s̄.de exces.prælat.& de præben.cap.referente. vbi glo.1.quam ibi sequuntur Panor.& alij. tenet idem Bellame.d.consil.10. colum.9. in princi.Cal.in titu.de præscrip.consi.2.vbi quærit an Archipresbyter cum capitulo Ecclesiæ cathedralis possit pręscribere cum aliquo colorato titulo omnia iura episcopalia (de quibus in c.conquerente. & ibi Panor. & alij.s̄.de offic.ordin.) & iurisdictionem episcopalem in aliquibus suis ecclesijs & monasterijs, qui dicit quòd sic, exceptis aliquibus, idquè ius dicitur quæsitum non consuetudi-12 ne, sed præscriptione, cuius natura † est detrahere vni, & acquirere præscribenti: impropriè tamen potest dici consuetudo, ad cuius efficaciam requiritur titulus, sicut in præscriptione gl.in c.non est.in ver.canonicè.s̄.de cōsue.hoc lib.vbi Io.And.& Panor.in c.cum ecclesia. num. 6.s̄.de elect.

Præmissis iunge, quæ in proposito latè traduntur per Alex.consi.75.visis ponderatis.vol.4. Contra tamen præmissa habeo Do.de Rota in antiq.hoc titu.decis.8.vbi di-13 cunt ꝙ collatio † præbendarum spectat iure communi ad decanum & capitulum, per c.ex transmissa. in fi. s̄.de renuncia. casus videtur ad literam. in cap.ex insinuatione.s̄.de symo quod firmat Hostiens.in cap.2. s̄.de institu. Imo.in cap.significatum est.s̄.hoc titu.Fely.in c.cum venerabilis.num.37.s̄.de exeptio.Quod non placet Panor. in d.cap.cum Ecclesia. colum.4. versicu.Ioan. de Lignia. quia imo institutio beneficiorum ad Episcopum pertinet, & habet prouidere de præbendis & alijs beneficijs, cum iura loquantur generaliter. text.in cap.nullus.15.q. 7.& in cap.1.16.q.5. vbi probatur quòd si Episcopus capellam construat in aliena diocœsi, duntaxat eidem reseruatur præsentatio sicut alij patrono priuato,cum hoc in casu dicitur priuata persona, in qua non habetur consideratio dignitatis: institutio vero & alia iura episcopa-14 lia Episcopo loci reseruari dicimus. Ex † quo infero quòd si per prælatum & capitulum Ecclesiæ collegiatæ etiam ex bonis capituli fuerint fundatæ Ecclesiæ, seu

aliæ

aliæ præbendæ,solum ius habent in eis præsentandi.Fely. in d.c.cum venerabilis.d.nu.37.Præpo.in c.1.21.di.col.7. Vide Rochum de Curte in tract.de iurepa. col.6. cum sequen.Paul.de Cast. consil.258. Primo sciendum in j.par.

Si autem cõsuetudo aliter disponat, illam serua, quod Placet Panor.in d. cap. cum ecclesia.col.fi. ibi hæc omnia procedunt,nisi contrarium habeat ipsa consuetudo, quæ in prouisione beneficiorum iuri communi pręfertur,per tex.ibi & in c.fi.s̃.de inst.& c.sane de verb.sig.

Et sic resultat opinionum diuersitas, tamen sumamus oportet hanc,pro qua stylus curiæ Romanæ laborat atq; firmat,iuxta doctrinam Panor.in c.illud in prin.s̃.de præ-

15 scri.ꝙ † data varietate,seu canonum contrarietate tenendum prout recurrendum est ad id, quod Romana seruat curia.Dicit quippe stylus, denunciando prouisiones beneficiales a non diocęsanis factas de antiqua,& approbata,& hactenus pacifice obseruata consuetudine.

Et vtcunque, & quomodocunque prouisio (cessante consuetudine) spectat ad capitulum, procedit ꝙ communiter,& collegialiter,& non singulariter. Facit id qđ citat Panor.in d.c.cum ecclesia col.fin.dum dicit, ꝙ præsupposito, quòd creatio canonicorum ad episcopũ spectet, & capitulum simul,si episcopus in vnum cõsentiat, & capitulum in aliam,neutrum admittendum fore,quia nullus consensum episcopi, & capituli seu maioris partis habere dignoscitur. Ideo si non conueniant infra tempus,de quo in c.2.s̃.de conces.præben. ad superiorem immediatum per modum negligentiæ fiet deuolutio. dico & latius in rubrica de iure patronatus.

In themate supponitur capitulum non prouidisse ante Papæ præuentionem, quæ præualet tanquàm ab ordinario ordinariorum facta c.2.s̃ hoc tit.

Nec iuuat in contrarium institutio capituli ad nominationem canonici,cum nominatio hæc instar præsenta-

16 tionis introducta dicatur, quod probo. Præsentatio † patroni ecclesiastici electio dicatur, seu vim electionis habere,firmat Inno. (ad quem omnes recurrunt) in c.cum autem.s̃.de iure patr.Lapus alleg.8. Car.in Cle.1.oppo.1. de supplen.negli.præla.Archi.in d.c.2.hoc ti. Panor. in d. c.cum ecclesia.nu.2.vbi dicit ꝙ patronus dicitur quodãmodo eligere.c.nobis de iur. patro. vbi idem Panor. nu. 4.Primo enim in se eligit vnum ex pluribus, postmodũ illum episcopo præsentat. Ad idẽ Cal.consi. 1.vt lite penden.circa medium.Fely.in c.cum Bertholdus.col.3.nu.7. s̃. de re iudi. quem tex. ad propositum nostrũ allegat pro

17 singulari Bal.in sua Marga.in verbo,patronatus, ꝙ † sola præsentatio etiam non admissa ab eo, cui fit præsentatio, & ad quem spectat ius confirmandi, tribuit ius præsentato,nec in ea potest variari.dicit Card. vbi.s̃.& latius Pan. in d.c.cum autem in prin.per rationem prædictam, quia quemadmodum electores variare nequeũt. c. publicato. s̃.de elec.ita nec patronus.

¶Idem dicimus de eo,quæ facultatem nominãdi habet,quia nõ potest variare.Rota in antiq.dec.22.&35.vbi post nominationem episcopi, qui ex priuilegio vel consuetudine nominat,non potest secundò nominare, ratione cuius patronus non potest pręsentare alternatiue.c.2. s̃.de elec.hoc lib.secus in laicis vel clericis patronis ratione patrimonij.gl.in Cle. fi.in ver.præsentare.de iure patr.

18 & ibi † solũ variãt vice bina.Cal.cõs.16.de iurepa. Et hoc in casu velit, nolit institutor præsentatum recipere & instituere(idoneum tamen) tenetur. Testatur Domi. hic in §.cum autem per c.decernimus.16.q.7.& c.si postquam.s̃.

19 de elect. Ad † morem namq; suum institutor de talibus beneficijs non disponit,sed patroni,q solus dicit,hic opus manuum mearum est.

¶Ex quo capite habeo ꝙ mera & pura donatio & qua si collatio ad patronum dicitur spectare, cum ad maiora prout nec ad minora teneatur is, ad quem pleno iure spectat prouidere.Adest enim vtrobiq; liberalitas cõsimilis nõ in cõferẽdo,sed in cui cõferẽdo.gl. Pan.& alij.scriben. in c.relatũ.s̃.hoc.ti. q̃ quidẽ appellatur liberalitas secũdũ quid,quod est cui dando,in qua nõ est pręcisè liberalitas, quia de iure quilibet beneficiorũ prouisor prouidere tenetur,cum viderit ex iusta causa & rationabili & nõ incapaci,& indiscrete,si diuinam offensam & sedis apostolicę debitam vitare voluerit vltionẽm. Cle. 1. de ęta. & quali. & ordi.præficien.& c.commissa,in fi.s̃.de elec.hoc lib.

20 ¶Item ex præmissis habeo ꝙ † nominatio non solum dicitur præsentatio, verum etiam electio, quia sepissimè pro electione capitur.c.cum olim.s̃.de re iudi.vbi Hostię. & Io.And.pro quo est tex.in l.nominationum forma,de decur. lib.10.C.& ibi Lucas de Penna allegat pro hoc Auth.vt iudi.sine quo.suf §.vlt.col.2.Ad idem Bal.in rub. de elec.s̃.Franc.in c.1.de præben.isto tit.& lib.vbi dicit ꝙ in actu præsentationis nõ est necesse vti hoc ver.præsento, sed sufficit eligo.vt c.2.& d.c.nobis.s̃.de iure patro. Quod autem nominatio hmõi sit vera & mera præsenta-

21 tio,probo & ratione inconuincibili.Tres† enim personę sunt requisitæ in præsentatione,prout dr̃ in iudicio.nor. Io.Mo.s̃.in rubri.de iudi.& ibi,dicto.Pręsentans videlicet præsentatus, & ille cui fit præsentatio, ꝙ si vnus horum desit, præsentatio nõ dr̃.Istud patet ad oculum.Præsentare est cũ effectu, per doctrinam vulgatam, ideo si patronus dicat præsento Titium, & nõ dicat cui, certè non vr̃ pręsentatus.Idem si dicat dñe Episcope ego præsento vobis ad talem Ecclesiam nõ dicendo quem, non est facta pręsentatio.testatur Lappus alleg.75.casus talis est.qui ibi tangit punctum nostrum, ꝙ nominatio dicatur præsentatio,cum in ea nõ reperiatur certa forma a iure data,nisi quod patronus superiori debet præsentare.refertq; ibidẽ Lappus ipse.col.1.in fi.ꝙ nõ vitiatur præsentatio si corã superiore dicat patronus dñe Episcope. ego vt patronus eligo & nomino. A.in præsentandum, quo vobis præsento: q̃ omnia deduco ad propositũ, quia in nominatione per aduersarium prætensa adsunt hmõi requisita,cũ effectu illorũ. Meritò dico negari nõ posse quin vera sit præsentatio, quia in his extat parificatio.Et sic quod de vno dicitur de alio dictatum intelligitur.ista est doctrina glo. & Ant.de But.in c.de multa.s̃.hoc titu.quam refert & sequitur Milus in repertorio in ver.distributiones.

¶Ex quibus liquet ꝙ nominatio vera dicitur præsentatio,cum in omnibus vim & efficaciam præsentationis

22 habeat, ideo succedit iuris theorica, ꝙ † non est vis faciẽda in verbis, dummodò mentem iuris siue legis medulã habeamus Pet.de Anch.consi.381.& 304.quòd licet aliqua reperiatur dissimilitudo, sufficit tamen quòd similitudo reperiatur in eo respectu, de quo agitur Panor.in c. translato.s̃.de constitu.in c.quemadmodum.s̃.de iureiur. & in c.constitutus.s̃.de appella.quem refert & sequitur ibi Deci.not.2.Idem Deci.repetit.consi.416.nu.13.in testamento.

23 ¶Iuuat id quod diximus, ꝙ † per variationem nominis ius nõ immutatur.testis est Io.And.in nouel.in c.2.s̃. hoc tit.& lib.Facit quod no.Soci.pater consi.3.col.1.circa præsentem.ꝙ de nominibus non videtur esse curandum,sed de effectibus.traditur.in c.in tantum.s̃.de symo. firmat Domi.in consi.6.antè finem,quia diffusè. vbi dicit ꝙ variatio nominis quando materia est eadem & simul alligata, non variat dispositionem legis etiam pœnalis quomodocunq; nominetur quæ sunt de illa materia, includit.tex.in c.excommunicamus.§.1.s̃.de hæreti.

¶Item si dicitur ad capitulum collationem pertinere, sequitur ꝙ in cõsequentiam aliud a collatione non perti-

24 net,per tex.nostrũ.facit regula a contrario.Quia,† quando vnum prohibetur,cętera intelligi.l.concessa,cum pręter.ff.de iudi.l.ex eo.ff.de testib.Facit etiam illud vulgatum ꝙ vnius exclusio alterius est inclusio.l.maritus de procura.C.c.non ne.de pręsum.s̃.Iuuat hoc argumentũ tamquàm in iure fortissimum.l.1.§ huius rei.ff. de offi. cius cui manda.est iurisdi.c.cum apostolica.s̃.de his quæ

25 fiunt a præla.quod † habet locum etiam in priuilegijs & gratijs.testis est gl.in c.licet de priuileg.quam ad hoc singularem & auream dicit Curtius iunior.cõsi.16.Pro quo domi.meus de Ripa lib.2.respon.c.4.col.1.qui dicit facere tex.in l.pater filium.§.quindecim de leg.3.& l.cum filiusfa.§.cum patri.de leg.1.

In puncto non iuuat argumentum quod in iure dictatur de multò magis, de quo per Scriben.post tex.in aur. multò magis.C.de sacrosanc. Eccle.Soci.consi.93.versi. confirmantur eleganter.vol.3.

¶Ratio quia in terminis iurium laxationis stamus in quibus argumentum hoc locum non habet. testantur Scriben.in d.aut.multò magis. Do.hic.adducit text.in c. cui non.de sacerdotali.hoc tit.dixi.in c.permittimus.s̃.de ęta.& qualita.Ideo ex quo facta est mutatio personarum

in modo prouidendi (qui consuetudine, vel priuilegio dicitur acquisitus.) mutatum dici debet ex consequenti ipsum priuilegium, per regulam, ꝙ mutatione personæ ipsum priuilegium extinguitur signanter. hoc procedit in priuilegiis stricto modo sumptis, quæ iuri cōmuni contrariantur prout in supposito casu, secus in priuilegiis largo modo, quæ magis accedunt beneficio secundū mentem Bar. in l. pater. ff. de serui. leg.

26 Immutare † enim morem antiquum (per consuetudinem, aut alias quæsitum) non potuerunt capitulum retinendo maximè institutionem, quod ius iure communi soli episcopo datum dignoscitur. d. c. ex frequentibus. s. de insti. Ioan. And. in c. 1. s. hoc lib. & tit. Rochus in tract. de iure patro. in ver. competens. q. 29. nisi iure speciali consuetudine, aut alias. notat Dec. consil. 134. num. 3. vbi

27 dicit, quòd quando acquisitio † est contra ius commune, in illius præscriptione requiritur titulus, vel debet esse tanti temporis præscriptio, ꝙ initij memoria non sit in contrarium. c. j. s. de præscrip. hoc lib. quod comprobat in fi. con. quia tunc obtinet partes priuilegij. vulgata. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quotidia. & estiua, & concessionis. notat latè Bar. Soc. cons. 181. col. pe.

Attende pro hoc ad ea quæ traduntur per Alex. cons. 74. & seq. vol. 4. & consil. 106. col. 3. perspectis, volu. 2. & ibi latissimè pro ipso intento, quod non est dicendum in casu supposito, quia hæc dicitur prima nominatio, & sic institutio, in quo casu quis labia sua tantum possidet. Panor. in c. 2. in fi. s. de rest. in integ. ideo non suffragari, nec præscriptionem cum ti. nec consuetudinem, prout nec

28 possessionem dicemus. Ad cuius essentiam † plura dicrequiri, quæ videbis deducta per Dec. consil. 117. quod exorditur. Et pro tenui facultate mea, col. 2. post Cald. consil. 12. in tit. de iure patro. qui dicit tria requiri. Primò quod bona fide facta sit. Secundò quod præsentatio facta fuerit & admissa, & confirmata. Tertiò quod præsentatus, & institutus fuerit tanquàm rector in possessionem beneficij, & sic, quod habuerit effectum, & efficaciam, de quo per eundem Cal. in d. tit. de iure patro. consil. 13. & Dec. 129. col. 2. in fi. Panor. in d. c. 2. in fi. de rest. in integ. & per eundem Dec. consi. 149. sub nu. 3. in causa iurispa. Aliquid dico in c. j. infra de iure patro.

¶Neutrum enim habet capitulum, ideo nec immutare potuit antiquam dispositionē, tum quia vergit in detrimentum episcopi, cui per antea immediate iuris deuolutio competebat tanquam loci ordinario. Car. in cle. j. in j.

29 oppo. de supplen. neglig. præla. natura † est deuolutionis, vt de præsentāte ad instituentē fiat, & sic gradatim. no. gl. pragma. in titu. de colla. in §. quod si quis. in ver. gradatim. Est enim quedā successio, quæ ordine successiuo fit. no. Dec. cons. 318. nu. 5. & 6. in causa istorum, quod intellige prout Inn. citat in c. cum in cunctis in fi. s. de elec. nisi instituens scienter indignum instituit, quia tunc deuolutio fit ad aliū immediatum superiorē, quod cōprobāt

30 ibi Io. And. in fi. & Pet. de Anch. col. pe. in 6. q. Et sic † bono zelo moti nō videntur volentes innouare, & a solito statu recedere. l. in rebus. ff. de consti. prin. Dec. cons. 114. col. j. in causa cathedralis ecclesiæ Tutellen.

¶Item in quacūque dispositione etiam principis, semper intelligitur, saluo iure tertij. Alex. cōs. vlt. col. fi. vol. 4. vbi dicit post Bal. in l. j. col. 1. vers. Et nota ꝙ nō licet. ff. de consti. Prin. ꝙ omnia mādata & Principum rescripta intelliguntur salua iustitia, si quid dat, confirmat, semper intelligitur saluo iure alterius. l. meminerint. C. vnde vi. firmatur per ea quæ tradit Alex. in consi. 106. nu. 10. perspectis vol. 2. ideo ipsi capitulo immutare hūc modum prouidendi non licuit, cum nō habeat Imperium, prout nec facultatem de super datam etiā ab Archiepiscopo, cuius (etiam semota omni exceptione) permissio non videtur sufficiēs: quod patet, quia vergit in detrimētum Primatis & Metropolitani, si dabilis esset, quod nō in ipsa ecclesia,

31 quia † Patriarchalis & Metropolitana, vt liquet in iuribus nostris. Notat Io. Montaigne in trac. de auth. & præeminen. mag. cō. in §. 4. & Do. Brunellus in trac. de po. leg. cō. clu. 5. in prin. ac Barthol. Chassa. in catha. 4. par. nu. 21. vbi dicit post Alber. in Rub. de sta. ho. Archiepiscopum Bituricen. præcedere Senonē. & Lugdunen. Archiepiscopos. Præcedit etiam Burdegalen. Archiepiscopum. tex. in c. fi. s. de maior. & obed. & c. fi. de dila.

Quod si dicamus contrarium, sequitur immutatio dispositionis canonū, quæ vergit in præiudicium superiorum, quod viro non licuit excogitare. notatur in c. requi-

32 sistis. s. de testa. quia nemo † potest facere quin in eius dispositione iura locum habeant. l. nemo de lega. 1. & ibi Scriben. & in c. tua. s. de test. hinc Panor. in d. c. nobis. s. de iure patro. num. 5. ꝙ si quis in vltima voluntate capellam construi mandauit disponendo ꝙ capellæ institutio ad p̄latum Episcopo inferiorem pertineret, non valet dispositio illa, & hæc particula pro nō adiecta habebitur, & ad ius cōe redibit dispositio. Not. Pau. de Cast. cōsi. 358. Primò est sciendum. in 1. par. quod seruit proposito nostro pp subsistentiam similis rationis, meritò frustrati dicūtur priuilegio, eo abutendo. Scriben. in Cle. 2. de vit. & hone. cler. gl. no. in c. suggestum. s. de deci. Io. Mo. in c. volentes. de priuil. & in c. vnico. s. de eta. & qualit. vbi dixi.

¶Pro præmissis poteris deducere quæ mouet. Maria.

33 Soci. cōsi. 40. col. 2. ex actis, dum dicit ꝙ facultas † reclamandi, querelam vel appellandi, non videtur posse tolli per inferiorem in præiudicium superioris, vt per Bal. in l. fi. C. de senten. & in terlo. omnium iudi. & in 1. constitu. C. §. quibus Tenent Bart. Ang. & Io. Imo. in l. 1. ff. a quib. appel. non licet. Et sic in totum a potestate conferendi videntur exclusi (dico exclusione iuris, quæ potentior exclusione hominis dijudicatur) Soci. consi. 150. col. 2. versi. Sed ad hanc rationem, vide quæ dixi. in c. si duo in ver. hominis. s. de procura.

¶Fuit enim huiusmodi modus prouidendi (antiquis a consuetudine aut priuilegio) datus, ideo nō debet immu-

34 tari, maximè cum expediat † Ecclesiæ & eius ministris gratos habere canonicos. Panor. in d. c. cum Ecclesia. nu. 5. de elec. habebitq; locum quod in simili citat Alex. cōs. 92. nu. 29. perspectis. ibi ne Ecclesia cogatur habere vasallum illum, quem nollet, & quem habere nō expediret. vol. 6. ad idem quod not. Do. consi. 55. quidam populus. ꝙ

35 populi † interest bonum habere rectorem, propter quod auditur ad remotionem illius. Idem Alex. in d. cōsi. 106. nu. 13. vol. 2. Meritò huiusmodi prouidendi modus dicitur fauore Ecclesiæ introductus, & causa vtilitatis ipsius, quæ potentior & principalis præsumitur. Nō autem personarum, prout in simili citat Cal. cōsi. 8. in tit. de priuileg. præsumiturq; finalis, quia futura respicit. Refert & sequitur Do. meus. 2. lib. respon. c. 2. nu. 16. Et sic videtur dicendum, ꝙ si aliter fiat, dicitur cōtra ius publicum, quia inutiles poterunt (maximè nostris temporibus) vocari, & ita diminuetur cultus diuinus, cum paria sint nō habere, & inutilem vocari. c. 2. s. de transla. epi. dixi in c. duobus. s. de res. ideo perinde ac si non vocarentur. igitur vergit in detrimentum iuris publici, quia quantò sunt plures, tantò melius iuri publico subuenitur. iuxta illud, ꝙ detracta-

36 tio † sacerdotum lędit ius publicum, cum peccata hominum comedant, & suis precibus ea deleant & cōsumant. 3. q. 1. c. nulli. & 10. q. 1. quis sacerdotes.

Ex quo capite habeo ꝙ mos ille antiquus prouidendi p forma reperitur datus, quod est facilimè in perceptione per theoricam Bart. in l. cū hi. §. si prætor. ff. de transac.

37 citatam, vbi dicit ꝙ † solemnitas substantialis est, qua omissa cōtingere potest mutatio circa substantiam eius, de quo agitur, & quod eius omissio vitiat, quod reperitur in puncto hoc, quia non verisimiliter data est persona ab ipso nominante ipsi Ecclesiæ, grata & idonea, prout per capitulum, quod firmiori stylo & potentiori tamquàm in maiori numero cōsistens, dari potuisset. arg. eorū quæ dicam in c. super eo de hæreti. & quæ dicit Io. Mona. in c. deliberatione, ibi, quia est verisimilius ꝙ capitulum non ita exorbitet in eligendo, sicut vna persona. s. de offi. leg. Et hęc idoneitas siue capacitas videtur solemnitas substātialis, cum pp officium detur beneficium, sic peccatum dicitur in materia & forma, ergo viribus nō subsistit mutatio hæc, & ex cōsequenti prouisio ab ea descendens, cū

38 ad † efficaciam cōsequentis requiratur validitas antecedētis, per hæc q̄ dico. in c. nemo. in ver. nec est. de reg. iur.

¶Item materia dicitur mater rei, & forma, quæ ipsi rei dat esse, & ipsam conseruat. tex. in c. cum dilecta. s. de res. l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. l. si is qui. §. quædam. ff. ad leg. Falcid. per quem text. Bald. in c. fi. nu. 28. s. de con-

39 suetu. dicit † ꝙ forma dat perfectionem esse, & cuilibet rei nomen imponit.

¶Com-

40 ¶Comprobatur intentum nostrum.pone, † statutum dicit ꝙ iudex ferat sententiam cum cōsilio sapientis,modò iudex tulit sententiam sine illo,dic ꝙ sententia nō valet,cum iudex habeat potestatem a lege municipali ciuitatis. Et lex illa ciuitatis dictat consilium debere requiri, & sic est necessitatis, quo omisso actus corruit, ratio quia sapientis cōsilium trahere potest iudicem in sententiam cōtrariam.l.Item si vnus.§.principaliter cum.l.sequenti. ff.de arbitr.

¶Ita in proposito, consuetudo aut priuilegium introduxit ꝙ de consensu capituli aut maioris partis (quæ fictione iuris totum representat capitulum iuribus vulgatis) fieret ipsa prouisio.Igitur trahitur in cōsequentiam, ꝙ aliter facta viribus non subsistat,& eo medio immutatio prouidendi non potuit fieri, quia publici iuris est & publicæ vtilitatis,ideo non potuit renunciari, per ea quæ notaui.in c.tibi.s̄.de ref.

¶Iura enim introduxerunt vt sanctius & salubrius Ecclesijs per electionem prouideretur.no.in c.quia propter & alijs.c.s̄.de elec.Et id datū est pro forma.Ideo per aliud etiam equipollens non potest iuribus satisfieri.gl.in Cle. 1.de vita & honest.cleri.similis.in c.1.de milite vassal.qui contumax est & vbiq; Scriben.Ant.de Butr.& Panor.in c.tuæ.s̄.de cler.non residen.vide Scriben.in l.1.ff.de liber. & posthu.Maria.Soci.consi.59.viso.

In proposito,si iura per cōsuetudinē capituli pmiserint ius prouidendi acquiri, non sequitur id facere posse per equipollens, videlicet nominationem, aut præsentationem & institutionē sequentem,eo maximè quia in damnum alterius ipsa immutatio vergit,putà Ecclesiæ & superiorum,quod dicere nō conuenit viro licitum, per ea quæ in simili voluit Bellam.cōsi.35.versi.3.vbi dicit ꝙ nō

41 † est verisimile qđ lex vni velit fauere,vt alterum ledat. C.de sta.& ima.l.1.& C.qui po.in pigno.habean.l.fi.§.exceptis.

¶Habeo & aliud. Nam in omni actu,vbi forma datur aut consideratur, talis forma dicitur quid indiuiduum. tex.est & ibi.glo.in c.quorundam.23.dist.& ibi Car.Alex. in prin.citat ꝙ in his quę sunt de forma,nec respectu materiæ, nec respectu personæ potest recedi. facit.c.fi.versi. his autem, de offi.deleg. addit etiam respectu temporis, quando tempus est pro forma,vt in vno tempore fiat ipsa collatio & prouisio, alias si posset interuenire ex interuallo,vt in nominatione, & institutione dicitur,tunc nō iudicatur pro forma requisitum. ista resultant ex doctrina Bar.post gl.in l.vniuersi.C.de præcib.Imper.offe.

¶Item ius conferendi datum dicitur consuetudinis medio, quod est per modum vnicum, putà collationis, ergo alij modi dicuntur seclusi & in dispositione iuris cōmunis remansisse.l.cōmodissimè.ff.de liber.& posthu. Probat tex.noster.& in c.susceptum de ref.hoc lib.

42 ¶Et sic habeo ꝙ † in eo solo est præscriptum, in quo possessum est. dico cōprobando.j.nu.48.Facit quod possessio quæsita in vno actu,in alio nō habet locum, vt per gl.in c.odia de reg iur.hoc lib. not.Bart.in l.1.§.si quis hoc interdicto.ff.de itine.actuque priua. dicens ꝙ quasi possessio quæsita in vno actu in illo tantum actu restringitur. Refert & sequitur ampliori quodam stilo Deci.cōsi.149. nu.4.in causa iurispatro.Panor.in c.cum inter.nu.16.s̄.de

43 re iudi.ꝙ præscriptio † non extenditur de casu ad casum. c.cum contingat.s̄.de deci.Inno.in c.dilectus.s̄.de capel. mo.dixi in Rubri.de præscrip.s̄.nu.4.Et in consuetudine acquirenda vt prouideretur per modum collationis,non fuit cogitatum de alio modò prouidendi, putà præsentatione, nominatione aut alias, igitur ex eo capite habeo intentū, per ea quæ etiam not.Do.in c.vnico.col.4.circa

44 medium.s̄.de cler.coniug.ꝙ † deficiente intentione inducendæ consuetudinis, nō potest dici cōsuetudo inducta.iuuat argumentū,quia propōsitū in mente retentū de nihilo operatur. facit dictum Io.Mo.in c.cordi.s̄.de appella.dum dicit. Non sufficit velle,nisi exprimatur ore.

¶Iuuat vlterius,quia per immutationem modi prouidendi fit iuris Ecclesiæ translatio,quæ de nihilo operatur superiore in consulto,putà diocęsano aut Pontifice maximo, per ea quæ no.per Fely.in c.cum accessissent.nu.19 s̄.de constitu.sic quædam iuris capitularis non modici præiudicij alienatio,quæ iuribus prohibetur.not.Scribē. in c.cum Bertholdus.s̄.de re iudi.in c.ex literis.s̄.de iure patro.Panor.in c.suggestum.eo.vlt.not.

¶Facit quod notab. voluit Cal.consi.9.in tit.de iure

45 patro.dum dicit ꝙ † ius præsentandi dicitur quasi ius patrimoniale cuiuslibet de vniuersitate. Meritò dicemus per capitulū mediante huiusmodi immutatione alienari minimè posse. Ad id etiam facit quod citat Pet.de Anch. in c.1.in fi.hoc tit.iuuat etiam quod not.Panor.in consi. 57.col.pen.Ex infrascriptis.vol.1.ꝙ in creatione quorumcunq; beneficiorum reseruatur ius patronatus præsentandi,dummodò patronus specifice ius non immutet.c. significant.s̄.de testi.& 16.q.7.c.filijs.

¶Suadet & vlterius,quia ius illud dicitur priuilegium, cuius vires nō est in potestate capituli inferioris eludere seu absoluere.c.2.s̄.de renuncia. hoc lib.c. quamtò. s̄.de priuile.Ant.de But.consi.42.in prin.pro quo Io.Mo.in c. si postquàm.s̄.hoc tit.

46 Item natura † priuilegij est se solum extendere ad expressos & nominatos,inter quos partes obtinet, & nō inter alios.glo.in c.constitutionem. in ver.prorogamus.de regula.hoc lib.gl.in Cle.dudum de sepul.& in regula,quę a iure,hoc lib.faciunt quæ not.in tex.nostro,per quæ Pet. de Anch.in d.Cle.si de beneficio.in 3.oppo.de praben.citat ꝙ gratia siue rescriptum beneficiale nō debet extendi ad alium casum quàm ad expressum in eo.sicut dicitur de rescripto ad lites.vt in c.licet & in c.P.& G.s̄.de offi. deleg.no.Scriben.in c.vno de cler.coniuga.hoc lib.

¶Ad idem facit quod no.Domi.consi.45.col.pen.cō-

47 suetudo est,quòd in quæsitis † ex consuetudine, nō quæritur nisi tantum ille actus,qui exercetur, vnde ille qui ex præscriptione acquirit institutionem, non intelligitur acquisiuisse destitutionem, vel renunciationis receptionem, etiam si actus essent connexi,per regulam,Odiosa. de reg.iur.hoc lib.ratio, quia præscriptio non procedit sine possessione,regula est, ideo dic tantum præscriptum quantum possessum.Inno.in c.tua.s̄.de deci.Io.And.in c. cum ex iniuncto.s̄.de hæret.

¶Comprobo,quia mos ille antiquus prouidendi, per capitulum (medio consuetudinis) quæsitus,dicitur tamquàm collatio extraordinaria superinducta, collatoribus ordinarijs præiudicans.arg.no.per gl.in Cle.fi.in ver. nolumus.de offi.ordi.quam ibi reputat singularem Car. & Panor.in c.cęterum.s̄.de iudi.& in c.fi.col.2.s̄.de confirma.vtili.vel inutili.Ergo ad casum concessum restringendus, & ad alium minimè ampliandus,quia a iure speciali descendit. Pro hoc habeo doctrinam Pet.de Anch. in d.Cle.si de beneficio.col.2.quòd quando priuilegium vel consuetudo iuri communi aduersantur, tamquàm odiosa restringenda sunt.c.ex parte.col.3.s̄.de deci.Ioan. Mona. in c.1.de fil. presby. cum similib. quòd priuilegium vel consuetudo inducta super certa specie aliam non comprehendat.not.in c.cum in Ecclesia hoc titu. & lib.

¶Nec iuuat in contrarium, si dicas ꝙ prouisio aduersarij processit ab his, a quibus antiquitus solita est progredi,quia istud non admittimus,cum præsentatio & institutio sint distincta & diuersa, vt patet ex tex.nostro.& d.Cle.si de beneficio. Facit quod citatur a Pet.Domi.& Fran.in c.1.hoc tit. quòd ex vi iuris patro.ad patronū pertinet presentatio & non collatio.facit etiam.c.fi.s̄.de iure patro.Ideo paritate rationis ex vi collationis siue iuris cōferendi nō potest occurrere præsentatio & institutio, sic non valet obiectum, per ea quæ.not.in d.c.susceptum.§.

48 fi.s̄.de ref.& in l.fi.ff.de calum.vbi † ex distinctis & separatis non fit illatio.tangit Oldra.consi.118.nu.4.ex virtute gratiæ.

Item ex quo translata est potestas præsentandi in singularem de capitulo, in quo potior beneficij dispositio residet, vt diximus, sequitur quòd non dicitur procedere ab his, a quibus est solitum prouideri, quod verificatur per ea,quæ singulariter not.Cal.consi.11.Populus.

49 in tit.de iure patro. Quia† quando præsentatio aliqua spectat ad plures patronos vt singulis,hoc in casu neuter patronorum dicere potest,quòd præsentatio sit sua,cum propriè non dicatur suum esse,quod est sibi commune cum alio. dixi hic post Ioan.Mona.& in c.sicut.de verb. signifi.prout non potest dicere suum ille, qui est de collegio vel vniuersitate, illud, quod est collegij.c.qui manumittuntur.12.q.2.

¶Item per huiuſmodi prouidendi immutationem capitulum facit canonicum vnum patronum, & ſic extendit fimbrias ſuas ad fictionem, quia fingit ſe inferiorem 50 & ſuperiorem, ratione cuius obſtant iura, ꝙ duo † ſpecialia non cōcurrant in vno, & ratione vnius priuilegij. no. in l.1.C.de do.promiſ.l.mulieri.ff.de cōdit.& demō.Paul. de Caſt.cōſi.359.col.fi.dico non obſtante.in 1.par. Et hæc quando ex eodem fonte procedunt, ſecus a diuerſis. Dec. conſi.428.col.2.viſo. Prædicta no. Domi.in c.fin.in fi.de cler.non reſid.hoc lib. Ex quibus reſultat immutationem ipſam fore de maximo imperio, cōtra quod per inferiorem non licet arripere iter.facit quod not.Alex.cōſi.9.viſo themate.vol.3. vbi tractat de alteratione rei & quod tempus in ea requiratur.

Et per hæc concludo prouiſionem medio præſentationis, aut nominationis per capitulum factam, ipſo iure viribus non ſubſiſtere, ſic nō iuuat ꝙ ſuperiorum querela non ſuſcitatur, prout nec per eos in cōtrarium inuehitur, cum tacitus nec etiam expreſſus cōſenſus in nihilo ſuffragari dicatur. Pro quo habeo quæ in ſimili citat Soc. conſi.283.col.2.ver. Prima ratio. eleganter & iuriſdice. Facit etiam quia id ab eorum velle & nolle non dependet primordialiter, ſed a lege mortua, putà conſuetudine dictamine iuris communis & ſententia Pontificis comprobata, igitur nullum ipſo iure. Meritò cuius a parte, ſine ipſo ſuperiore ratificari non poteſt. Io. Mo. in c.diſpendia.s̄. de reſ.glo.& Scrib.in c.quorundam.s̄. de elect.hoc lib. Et ita reſpondi iuris eſſe ego Philip. Prob. Kal. Martij anno 1530. quæ apud iudicem integri iudicij debent ſufficere, inſtante quodam famoſiſſimo aduocato ciuitatis Bituris cognomine Lamoignon, qui licet ſua ſcientia & doctrina hoc melius nouerit, tamen quia in cauſa geniti ſui, ſcribere diſtulit propter affectionem. quæ nota, quia alibi non reperies ita tacta.

¶Continuando propoſitum. Pone, Epiſcopus & capitulum rationibus quibuſdam moti, conueniunt, vt Epiſcopus ipſe nō poſſit cōferre aliquam dignitatem (quam alias inuicem conferebant, putà archidiaconatum dictę Eccleſiæ) alteri, quàm vni ex canonicis ipſius Eccleſiæ, modò locus occurrit vacationi dicti archidiaconatus, ratione cuius vacationis Epiſcopus illum confert alteri q̄ canonico, quæritur an valeat collatio.

Iſtam quæſtionem in terminis firmauit Paul. de Caſt. conſi.365. quod incipit ſuper primò & ſecundò, in 1.par. & decidit non valere. Suadent pro hac parte ſequentia, quia capitulum per hanc conuentionem & compoſitionem, ꝙ ſolus conferret Epiſcopus, transferebant in Epiſcopum ius ſuum conferendi, quod habebant cum Epiſcopo, vnde licuit eis apponere conditionem quam volebant.l.in traditionibus.ff.de pact.cum ſimili.ſic quod factum eſt in contrarium non valet, ſicut in illo qui recipit rem de manu hæredis ſub conditione ne alienet. Nō enī poteſt alienare poſtquàm de manu alterius ſub tali conditione recepit.l.Titio centum.ff.de condi.& demonſt.no. Bar.in l.filiusfa.§.diui.de leg.1.

Item prohibitio hæc non eſt generalis, ſed reſpicit tantum certas perſonas, & ſic valet, & impedit actum. l.codicillis.§.matre.de lega.2.l.cum ita legatum.ff.de condit.& demon.vbi habetur ꝙ licet generalis prohibitio de non nubendo non valeat, ſi tamen prohibetur ꝙ non nubat niſi tali, valet, ſi poteſt nubere licitè. Hunc articulum cōprobare poteris per ea quæ citat gl.pragma.in titu.de electio.in §.ad tollendum. in ver.liberè. Sed in caſu noſtro prohibetur conferre extraneis, ergo ſi reperiatur aliquis canonicus dignus, non debebat conferri extraneo, hæc enim prohibitio videtur iuſta & rationabilis, quia quo-51 uſq; † reperiatur aliquis idoneus in Eccleſia, non debet eligi extra Eccleſiam.61.diſt.c.nullus.& c.obitum.& 85. diſt.c.Florentinum.

Item iſta prohibitio eſt facta in fauorem canonicorū, ergo valet & impedit collationem extraneo fiēdam. arg. eorum quæ diximus, ꝙ prohibitio facta in fauorem familiæ valet, & impedit alienationem extraneo.l.cum pater. §.liberis.de leg.2.l.voluntas.C.de fideicom.

Item Eṗs non pōt compoſitionem ipſam pro parte approbare (vt ſolus cōferat) & ꝓ parte reprobare vt canonicè nō cōferat, imo debet totā approbare, aut totā reprobare.ff.de oper.liber. l.ſi iſta ſtipulatio. in fi.l.nā abſurdū. ff.de bon.liber.& l.cum quæritur.ff.de admi.tutor.

¶Et ſic habemus intentum ꝙ non valet ipſa collatio, alias ſi valeret ſequeretur inconueniens, ꝙ canonici fruſtrarentur commodo & iure ſuis, quia non habent agere contra Epiſcopum ad intereſſe, cum in beneficialibus nō 52 cadat intereſſe, quia † non recipiunt ſacram ęſtimationē. Rota in antiq.deciſ.104. Pau. de Caſt.conſi.365.in 1. par.

Meritò ſubuenitur canonicis, vt collatio non valeat, ne remaneant fruſtrati de dicta compoſitione & iure ſuo, arg.ff.de eo per quem factum eſt.l.fina.& C.ſi mancip.ita fuerit alie.ne proſti.l.ea quidem. ideo ſi reperiatur prouiſio apoſtolica, ſequens viribus ſubſiſtet, ꝙ ſi non reperiatur adhuc poterit Epiſcopus ipſe iterum conferre idoneo videlicet canonico, quia hoc caſu Epiſcopo non reperitur priuatus poteſtate conferendi, cum non ſit de quatuor caſibus, in quibus, ſi Epiſcopus conferat indigno, perdit poteſtatem conferendi, quæ habentur in c.cum in cunctis.de elect.s̄.extra quos non priuatur, licet collatio ſit nulla, vide quæ pro intento tradit in ſimili Alex.conſ. 53 perſpectis his.vol.2.ꝙ non valet † conſuetudo ꝙ prouiſio, vel electio ſpectans de iure communi ad Eccleſiam conuentualem debeat expediri per viam nominationis, putà quod conuentus debeat nominare duas perſonas Patriarchæ vel Principi, quòd ad dictum Patriarcham vel Principem ſpectet irritare dictam electionem vel nominationem in totum, vel vnam ex illis perſonis nominatis eligere.c.cum terra.s̄.de elect.vbi Anto.de Butr.per il. text.dicit non valere ſtatutum Eccleſiæ, per quod diſponitur quòd non poſſit prouideri Eccleſiæ, niſi per viam nominationis vel poſtulationis, ſic non per viam electionis, attento quòd Eccleſia poteſt ſibi tribus modis ꝓuideri.c.bonæ.el 1.s̄.de poſtul.præla.

¶Nec in hoc dicitur variare, quia confert diuerſis medijs, quod comproba per ea, quæ latè ſcribit de Selua in tract.bene.3.par.q.47.

Adde præterea tex.noſtrum hic in §.cum autem dicere.fore magnam differentiam inter collationem pręſentationem & inſtitutionem; cuius occaſionem ſumpta.

54 Pone, † Titius habens beneficium de patronatu Abbatis S. Ambroſij, illud (exiſtens infirmus) in manibus loci ordinarij reſignauit, de quo Gaio ad præſentationem dicti Abbatis per ordinarium ipſum prouiſum extitit, quo ſic acto, Titius ex ea infirmitate morit, ego hoc percipiens a legato Franciæ de d.beneficio prouideri mihi obtinui, tāquàm per obitum Titij vacante, inſequendo regulam cācellariæ, de in infirmitate conſtitutis reſignantibus.& ꝫ. 20.dies decedentibus, modo contenditur inter Gaiū & me de validitate noſtrarum prouiſionum, & quis erit potior in iure. Et ſuſtinendo partes meas dico prouiſionem Gaij per dictam regulam fore nullam, cum vacauerit per obitum & nō per reſignationē, de viribus regulæ non eſt dubitandum, quia Papa in talibus poteſt fictionē facere ꝓ veritate.no.Bart.Bal.& alij in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucapio.quia etiam poteſt habere factum pro infecto.c. is qui.s̄.de ſpon.Fel.in c.1.col.7.s̄.de conſti.

Item regulæ cancel.habent locum apud ipſos ordinarios ita vt ex eis arctent.gl.regul.cancel.in 17.col.pen.

Ideo non mihi obſtat prouiſio ipſa, quia nulla; ſic ſuc-55 cedit regula iuris.† Nō præſtat impedimētū quod de iure nō ſortit effectū.no.in ſimili de electione nulla.Cal.cōſi. 13.in tit.de reſ.Et de vnione nulla idem Cal.cōſil.29. ſub tit.noſtro.de præb.latius per Oldr.cōſi.299. quidā Hugo.

Gaius verò ſuſtinendo prouiſionem ſuam validiorem medijs ſequentib.dicit. Primò quia regula ipſa loquitur precisè de collatione, ergo nō vr̄ habere locum in inſtitutione, per tex.noſtrum, & ſic habet intentum pro regu-56 la, ꝙ quando † verba non conueniunt, non debet habere locum diſpoſitio.l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſ.l. 4.§.totiens.ff.de damn.infe.c.idemnitatibus.§.ſupradicta.de elec.hoc lib. Quod nō habeat locum, id operatur differentia ipſa, quæ rectę intuenti apparet lucidè, quia collatio propriè dicitur, quando prælatus qui habet poteſtatem prouidet alicui de beneficio abſq; præſentatione. no.Panor.in c.ex frequentibus.num.7.s̄.de inſti.item collatio eſt libera in cui dando. Idem Panor.in c.authoritate.eo.tit.de inſtitu.

Et ſic dicitur donatio.c.cum acceſſiſſent.s̄.de conſtitu. c.eam te.s̄.de reſcript.c.licet.s̄.de ſupplen.neglig.prælat. c.propo-

c.proposuit.& c.quia diuersitatem.s̄.de concess.præb. Institutio verò liberalitatem non includit, quia instituens nō instituit quem vult, sed cogitur præsentatum (si idoneus est) instituere.not.Panor.& alij.in d.c.ex frequentibus.& c.authoritate. Et hoc medio non voluntaria sed necessaria, ratione cuius in generali vicariatu includitur. d.c.ex frequentibus. nō collatio.c.fi.de offi.vica.hoc lib. quod procedit.in c.sede vacante.quod instituit & nō cōfert.c.1.de institu.hoc lib.

¶Item firmat intentum suum, quia regula ipsa est cōtra ius commune, cum in rei veritate beneficium vacauerit per renunciationem simpliciter factam.iuxta no.in gl.in ver.vacabunt.post tex.ibi in c.si propter.s̄.de rescrip. hoc lib.text.in c.susceptum.eo.tit.& lib.glo.in c.cupientes.in ver.vacationibus de elec.hoc eo.lib.glo.in c.quia sępè in ver.vacat.isto tit.eo.lib.facit tex.in c.1.de renun. eo.lib.

¶Si igitur vacauerit per resignationem, fictio quæ ex dicta regula inducitur, tollit ius quæsitum Gaio, quod dicit valde rigorosum, cum sine gratia manifesta & rationabili id (etiam per Papam) fieri non debeat.no.in c.cōquerente.s̄.de restitu.spol.pro hoc facit quod not.Petr.de Anch.consi.398.in fi.præmitto pro clariori, vbi dicit ꝙ non † statur declarationi Papæ aliquid asserentis in præiudicium tertij, cum sit ius quæsitum.

57

¶Item dispositio summi Pontificis (qui fons iustitiæ dicitur) diximus.s̄.in proœ.in ver.interiectio, admirantis. In dubio semper debet interpretari ꝙ non voluerit tertiò præiudicare, nisi appareat de eius voluntate.c.super.eo.s̄.de offi.delega.c.quamuis de rescrip.hoc lib.c.ex tuarum.s̄.de authoritate & vsu pal.

¶Vnde de collatione (in qua ipsa regula expresse loquitur) constat ꝙ voluit preiudicare illis, qui habent potestatem conferendi, cum quibus Papa pater patrum cōcurrit, & cum quocunq; ordinario.dixi post Io.Mo.in c.si eo.s̄.de elec.no.Bal.in c.1.qui feud.dare po.& in c.1.quis dicatur Dux vel Mar.dixi etiam.in c.fi.in ver.tertiū quæsitum.s̄.de constitu.

Et in illis cum quibus concurrit constat ꝙ voluit præiudicare annullando collationem, quia talis annullatio de necessitate refertur ad illos, qui contulerunt, & habebant potestatem conferendi, sicut in simili dicitur in priuilegio exemptionis, in quo cōstat ex natura ipsius exemptionis, ꝙ Papa voluit ordinario præiudicare, ideo nō est opus facere mentionem de ordinario.not.per glo.in c.cum olim.el 1.& ibi Panor.& alij.s̄.de priuileg. Adde aliud simile de priuilegio decimatum, in quo reipsa derogatur iuri parrochiani.no.Io.And.Panor.& alij.in c.dudum de priuileg.

¶Et sic quantum ad illos qui conferendi potestatem habent constat de voluntate Papæ, ꝙ in hoc eorum iuri collatiuo voluit derogare, de potestate autem nō venit in ipsis beneficialibus hęsitandum.c.2.s̄.hoc tit.cum similib.igitur in hoc habet locū id quod in iute dicimus, ꝙ in † quolibet actu voluntas & potestas requiritur.c.cū super.s̄.de offi.deleg.l.nolle.vbi Bal.ff.de acquir.hæred.l.cum te.vbi idem Bal.C.de donatio.antè nup.Non autem sic videtur in præsentatione & institutione, quia nō apparet (vt in collatione) ꝙ voluerit illis quibus ius competit instituendi & præsentandi derogare. Et sic in dubiò non præsumitur ex quo non apparet.

58

Item alia ratio videtur in institutione, quæ est (vt.s̄.diximus) necessaria & pendet a præsentatione patroni, quę quidem præsentatio ex iure patro.dicitur patrono competere.Panor.in c.nobis, per illū text.s̄.de iurepatro.post Hostien.in summa.eo.tit.in §.quod competat & Goffr. eo.tit.in summa.cui iuripatro.de facili non derogatur. not.Scriben.in d.c.2.s̄.isto tit.& in c.cum dilectus.s̄.de iure patro.Nam in renūciatione beneficij requiritur patroni consensus.not.Inno.in c.fi.s̄.de renuncia.Panor.in c.significatum.nu.7.s̄.isto tit.Et facta tali renunciatione cum eius consensu, est aperta via patrono ad præsentandum, ex quo vt diximus beneficium verè vacat.Et talem præsentationem legitimè factam a patrono & institutionem sequutam non videtur Papa tollere voluisse saltem in tali regula, quæ de collatione loquitur, & eius verba non conueniunt institutioni, nec præsentationi, cum sit differentia, vt prædiximus. Satis ergo sit ꝙ illa operetur in præiudicium ordinarij collatoris prout loquitur, & sic non trahatur ad præiudicium patroni, vt minus iuri cōmuni derogetur.arg.l.si quando.in prin.C.de inoffi.testa. & c.cum dilectus.s̄.de consue.

¶Adducitur etiam ꝙ regula ipsa intelligenda non videtur, & habere locum in renunciatione facta extra curiam coram ordinario, sed de facta coram ipso summo Pontifice, per ea quæ no.Pet.de Ancha.consi.298.in prin. efficacibus.vbi dicit ꝙ Papa per regulas cancellariæ, quas fecit sibi ipsi in suis agendis, leges imponit derogatorias suæ voluntatis.Et si sic fecerit.vel non fecerit, non valeat.

¶Ad hoc facit quia in summo Pontifice est maior suspitio subreptionis & fraudis ne decipiatur, quàm in ordinario.facit tex.in Cle.1.de offi.ordina.

Et per hæc videtur contra me, intentum Gaij liquidè firmatum. Huic tamē adhuc videtur obstare ratio ędicti, quæ fuit vt per regulam ipsam fraudibus obuiaretur. Dic tamen ꝙ huic fraudi satis videtur prouisum de iure cōmuni, per ea quę no.in c.2.de renuncia.hoc lib.Ideo prouisio huius regulæ, quę taxauit pręcisè terminum.20.dierum est contra ius commune & fundata in sola voluntate Papæ, cui ita placuit, quæ etiam post.20.dies ratio p̄sumptę fraudis militat, ideo strictè prout loquitur intelligi debet.facit.c.quæ a iure communi.de reg.iur.hoc lib.

Et in tali casu in quo Papa videtur motus sola eius voluntate in taxando terminum.20.dierum prout in simili dicit glo.in l.1.in §.postulare.in ver.ratus.ff.de postul.quā Ang.in l.2.ff.de orig.iur.dicit singul.ad hoc ꝙ voluntas † in iure positiuo habetur pro ratione. facit tex.in l.prospexit.§.1.ff.qui & a quib.Guil.Benedic.in repeti.c.Rainutius.in ver.in eodem testamento relinquens.1.nu.180. s̄.de testa.dum dicit quòd quotiens agitur de iustitia positiua, sufficit in lege vel statuto voluntas pro ratione. Et in eo non proceditur de similib.ad similia.Not.Bal.in l.3.col.2.C.de iure dot.vbi dicit ꝙ statutum quod non habet in se aliam rationem, nisi quia ita placuit ipsi statuenti, non trahitur de similib.ad similia.vnde diligenter habemus considerare & perscrutari verba prædictæ regulæ an habeat locum in isto casu.Et indubitanter videtur cōcludendum ꝙ non, quia verba regulę loquuntur de collatione beneficij & non de institutione. Igitur resultat ꝙ effectus tex.nostri ad casum multum vrget, iunctis rationibus prædictis.quod no.perpetuò, quia multi dicerent cōtrarium.Et in hanc partem quilibet iudex, qui aliquid saperet, inclinaret, & quod iuridicum est, sequi vellet, vt in simili dicit Soci.consi.288.col.pen.circa primam.

59

Quicquid tamen dictum sit, putò contrarium verius, vt regula habeat locum tam in collatione, quàm in institutione propter rationem regulæ, quæ dicitur, ne fiat in beneficialibus successio hæreditaria.Io.Mo.& ibi dixi remissiuè.in c.Sequen.nu.14.quæ quidem ratio habet locum in institutione prout & in collatione, & cęteris per quæ venitur ad titulum beneficialem, sic non attenditur ad verba sed ad mentem & rationem legis, secundùm quam regulariter ampliatur & extenditur lex prout & ipsa regula, quæ solum dicit de collatione, eo ꝙ regulæ cancellariæ in curia præcipuè exercitium sumunt, & in curia nō expediuntur institutiones sed collationes, ideo Papa potius vsus est hoc ver.famosiori & frequentiori q̄ minus frequentato videlicet institutione.

Et quia Io.And.hic in nouel.col.2.mouet dubium satis frequentatum temporibus nostris, ea de causa illud citare & latius comprobare post alios Scriben.nō video dissonum. Et habet in compendio, quòd si sint plures † patroni vnius Ecclesiæ, qui simul conueniunt, quòd alternatis vicibus præsentabunt, quod iure firmatur per ea quæ not.Alex.consi.25.num.2.attentis narratis.vol.5. Vbi post alia in proposito vrgentia ait quòd licet iurisdictio sit indiuidua quo ad habitum, potest tamē commoditas vsus diuidi, vt in themate.pro hoc etiam vide in simili eundem Alex.consi.18.col.fi.visis capitulis.vol.2.Et Papa postea mandet Titio prouideri de eadem Ecclesia, ꝙ illud mandatum præiudicat huic, qui tunc temporis præsentare habebat, & non alteri, adeo quòd ille alter præsentare poterit secunda vice.

60

¶Nec obstabit quod alter fuerit impeditus liberè præsentare propter mandatum Papæ. Pro hoc allegat quæ no.in c.dilectus.el 3.s̄.isto tit.& in c.1.de iure patro.hoc lib.

lib. Ad quod etiam benefacit quod habetur in l.via.§. vsus.ff.de seruitu.& in l.communi diuidundo.§.cum de vsufructu.ff.commu. diuidun. Ioan. Andr. hic videntur sequi Petr.de Ancha.Domi.& Franc.& meritò,cum pro hac parte videātur rationes in aperto, quia potestas vicis vnica euacuatur vacatione.c.ne pro defectu.s̄.de elect.

¶Item exercitium iuris patronatus diuisum est per vices; & quia diuisio vim alternationis obtinet. Et sic sicut commodè, ita & incommodè.Clemen.1.de censib. facit in arg.l.lectos.ff.de pericu.& commo. rei vendi. vbi si vendidi tibi lectos, & post traditionem, vel postquàm per me non stat, prætor dilaniauerit, tuum non meum est periculum. Si enim ius patronatus taxatum est per vices, si vice mea nihil erit, non fiet compensatio.l.cum certus.ff.de vino triti.& oleo lega. Istæ sunt rationes quæ in facto thematis tradit Collect. in c.querimoniam. s̄.de iure patro.

¶Hanc partem videtur sustinere Ioan.de Ana.consil. 43.stante vicissitudine.vbi Lud.Bolog. dicit quòd ex quo opin.Io.And.videtur expresse & communiter approbata, ab illa recedi non debet, maximè cum eius authoritas præualeat pondere & mensura,& vbi haberet authoritatem Io.Andr.in iudicando & consulendo, minimè ab ea discederet.dixi.s̄.in c.1.de consue.circa fi.

¶Tamen contra Ioan.Andr.videtur Rota decisi.190. in antiq.tenere formaliter contrarium. vbi dicit quòd 61 † quando primus collator impeditur in suo turno, habet sequentem turnum, quam deci.refert glo.pragm. in titu.de col.in §.item ꝙ omnia prædicta. in ver.faciendæ. in fi.quæ videtur primæ opinioni astipulari, si ambo patroni reperiantur ecclesiastici, secus si vnus laicus existat, quia ipsi non fit præiudicium; cui adhæreo, quia Papa videtur talem priuasse pro illa vice potestate præsentandi, quod potuit.c.2.s̄.hoc tit.Eius enim authoritas & potestas intelligitur reseruata in ipsa conuentione vicissitudinis, iuxta id quod habetur in l.Imperatores. ff.ad municipal.cum alijs adductis per Ioan.de Ana.vbi s̄.quibus adde gl.pragm.in tit.de collat.in ver.decem. in §.nō tamen intendit.

¶Pro themate vide Rotam in antiquio.deci.3.de concess.præb.& Domi.consi.79.vacante.vbi disputat de turno Papæ & ordinarij, qui secundùm litis euentum iudicatur, prout in simili dixi in c.commissa.in ver.euentus. s̄.de elect.Idem Domi.consi.143.

¶Præterea reperio in proposito vicissitudinis ꝙ in vi-62 cissitudine † collatio causa permutationis.facit turnum, prout alius vacandi modus, ita habeo conclusum per Stepha.Bertran.consi.294.viso ac considerato.& melius cōs. 323.Quicquid dixerit Io.Mo in 1.par.

Istud videtur satis durum, cum non disponat cui velit prout in alio vacationis modo, quia soli compermutanti tenetur conferre.c.1.de re.permuta.hoc lib.& Cle.1.eo.sic videtur necessaria, non voluntaria.

Tu tamen dic ꝙ licet in hoc videatur necessaria, tamē in alio dicitur voluntaria & principaliter, quod attendimus, non quod minus principaliter, videlicet quia si nolit, non tenetur, nec astringitur resignationem admittere, ideo venit tali admittenti imputandum. quod nota pro mandatarijs & nominatis.

63 ¶Quòd debeat † attendi illud quod principaliter agitur.probat Alex.in consi.114.in fi.viso instrumento. vol. 2.per l.si is qui nec causam.& l.rogasti.ff.si cer.peta.& l.verum.ff.de fur.

Bonifacius Octauus. Cap. XVII.

¶Si tibi absenti per tuū Epm conferat̄ beneficium. &c.

SVMMARIVM.

1 *Potest beneficium conferri, & aliter pro absente potest inuestiri.*
2 *Dominium beneficij acquiritur absenti medio inuestituræ procuratoris, nec requiritur ratihabitio, secus in negociorum gestore.*
3 *Ius ad rem acquiritur ex consensu eligentium & electi.*
4 *Acquiritur dominium legatario ignoranti, licet commutabiliter.*
5 *Executor an possit prouidere de beneficio vacante, licet vacationem ignoret.*
6 *Non differtur legatum, seu prouisio, licet ignoretur existentia conditionis eiusdem.*
7 *Nihil videtur actum, si est prætermissa causæ cognitio.*
Verbum generale efficitur singulare, vt hic.
8 *Delegatus delegantem repræsentat, & ratio quæ mouet delegantem, debet mouere delegatum.*
9 *Papa habet plenitudinem potestatis, non eius delegatus, qui formam mandati habet diligenter seruare.*
10 *Non est satis esse certum de veritate, sed oportet quòd hoc declaret iudex sua sententia.*
Quis potest in re sua statuere quod placet.
11 *Executor causæ cognitionem assumere non habet, nisi velit.*
12 *Quando dicitur beneficium vacans intelligitur de iure & de facto.*
13 *Collatio valet de beneficio vacante de iure, licet non de facto, executio tamen non valebit, nisi tenente vacato.*
In beneficialibus licitum approbatur, & illicitum reprobatur.
14 *Generalis clausula citius impeditur, ne per eam fiat descensus ad speciem.*
In beneficijs est successio, licet non hæreditaria.
Non agnoscitur hæreditas, nisi sciat ille qui succedet defuncto.
15 *In successione hæreditaria habet causam hæres a defuncto, secus in successione beneficiali.*
16 *Aditio hæreditatis non recipit diem neq; conditionem, secus in collatione præbendæ.*
17 *Ex donatione sine traditione regulariter non transfertur dominium, secus in collatione beneficij.*
18 *Non licet factum proprium impugnare.*
Nemini licet suam turpitudinem allegare.
19 *Quis aliquando venit contra factum suum.*
20 *Factum non tenet, non propter factum facientis, sed propter prohibitionem iuris.*
21 *Prælatus non agit nomine suo, sed nomine alieno.*
Quis non est præcipitandus in deliberatione facienda.
Optione semel facta, variare non licet.
Quando variare liceat, & quando non, vide hic.
22 *Iudex ordinarius pōt iterato cognoscere, cum eius sententia est nulla.*
Refert an quis procedat iure suo, an iure alieno.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Procurator in beneficijs acceptandis debet habere speciale mandatum.*
2 *Per sententiam non acquiritur dominium, nec transfertur, prout nec possessio.*
3 *Non est in potestate iudicis, vel arbitrorum, quòd transferatur dominium, seu possessio sine traditione.*
Lex potest inducere fictionem, sed non homo.
4 *Dominium nunquàm perditur, nisi alteri quæratur.*
5 *Veritas attenditur, non ignorantia.*
Occidens bannitum, ignorans tamen eum bannitum an puniatur.
6 *Conditio ponit rem dubitatiuè & suspensiuè.*
Quando quis dubitat dicitur nescire.
7 *Sufficit quòd sit notorium, licet iudici non constet.*
8 *Vti plenitudine potestatis dicitur vt hic.*
Clausula, supplentes omnes defectus de plenitudine potestatis operatur vt hic.
9 *Princeps non præsumitur vti plenitudine potestatis.*
Ordo literæ non attenditur quando actus redderetur nullus.
10 *Princeps recognoscens superiorem non vtitur plenitudine potestatis, nisi cum causæ recognitione.*
11 *Plenitudo potestatis non extenditur ad iniquum.*
12 *Plenitudo potestatis non debet exerceri in præiudicium subditorum.*
13 *Princeps quando videatur vti plenitudine potestatis.*
14 *Clausula de plenitudine potestatis quos tollat defectus.*
15 *Quando donatio a patre facta filio in potestate, valeat.*
16 *Princeps non debet vti plenitudine potestatis sine causa.*
17 *Stricta interpretatio fit quando agitur de validando actum ex plenitudine potestatis.*
18 *Papa habet plenitudinem potestatis in beneficialibus.*
Papa tollit constitutionem, quo ad effectus præteritos.
19 *Collatio facta illi, qui ignorabat vacationem, an valeat.*
Regula de verisimili notitia quando habeat locum, & quando non.
20 *Hæreditas non potest dari per pactum vel donationem causa mortis prout nec per codicillos.*
21 *Mala fides prædecessorum non nocet successori in præscriptione, secus in defuncto.*
22 *Pro donatione ante traditionem non præsumitur.*

23 Quis

23 *Quis non videtur renunciare priuilegio sibi competenti, vbi alia ratio, quàm renunciationis cadere potest.*
24 *Possessio an transferatur sine corporali apprehensione.*
Mortuus saisit viuum.
25 *Lex vel statutum non potest transferre possessionem sine aliquo actu corporeo.*
Authoritas legum non potest veritatem naturæ tollere.
Veritas est firma & incommutabilis.
26 *Casus nouitatis practicatur in tota Gallia.*
27 *Possessio de iure communi non transit in hæredem.*
28 *Dominium dicitur vt hic.*
29 *Acceptationis actus fit per procuratorem speciale mandatum habentem.*
30 *Quando quis dicitur habere speciale mandatum ad acceptandum.*
31 *De præcipitatione laudi statutorum & aliorum vide hic remissiuè.*
32 *Præcipitatio magis reprobatur apud iudices.*
Præcipitatio dicitur iustitiæ nouerca.
33 *Virtus lenta est, & omnia percunctatur, iniquitas autem omnia præcipitat.*
In laberinthum erroris incidit, qui prius iudicat quàm intelligat.
34 *Cogitare & meditari quis debet quid loquatur.*
Antequàm perscruteris non reprehendas, & intellige prius, & tunc increpa.
35 *Quando est compromissum vna die & illa laudum est latum.*
36 *Iudex pronuncians secundùm consilium reddendum an rectè pronunciet.*
Non potest esse potentiatum quod est nimis festinatum.
37 *Authoritas vel decretum iudicis requirit causæ cognitionem.*
38 *Variatio potius consistit in factis quàm in verbis.*
39 *Per postulationem nullum ius quæritur postulato.*
40 *Post publicationem variatio prohibetur.*
41 *Erubescit varians.*
42 *Expectans, mandatarius, vel nominatus an possint variare post acceptationem.*
43 *Acceptans non variat sit acceptatum consequi non potuit.*
44 *Acceptans per sententiam succumbit semota collusione.*
45 *Protestatio in acceptando fiat.*
46 *Qui minus benè acceptant an tenentur sententiam expectare.*
47 *Absurdum est quòd quis compellatur litigare contra conscientiam, & iura.*
Quis debet a lite discedere quam nouit improbam.
Non est expectandus euentus qui nihil prodest.
48 *Vbi de conscientia agitur, ibi debet exuberare bona fides.*
49 *Recredentia debet dari potiora iura afferenti.*
50 *Sententia recredentiæ dicitur interlocutoria.*
51 *Acceptatio maximum potest generare præiudicium in beneficialibus.*
De minoribus vltima fit quæstio.
52 *Patroni an possint variare.*
Optio minus legitimè facta habetur pro infecta.
53 *Patronus scienter præsentans indignum peccat, vt hic.*

1 SI TIBI. Absenti † potest beneficium conferri, & alter pro absente potest inuestiri. s. eo. accedens.

¶Verum a quo tempore acquiratur beneficium dicto absenti dubitabatur: vnde hic articulus & cõtingentia ipsius hic deciduntur [absenti.] Sed quid si inuestitutus nomine absentis erat eius procurator? (& dic procurator,[a] vt ff. de solu. verò. in princi.) An statim † acquiratur dominium sine ratihabitione, videtur ꝙ sic.[b] ff. de dona. cũ mihi donatum. & l. absenti. in fi. ff. de conditio. indeb. si procurator. in princ. Secus in negociorum gestore. ff. de nego. gest. si ego & hic [per tuum.] Idem si per alium, vnde his verbis facta est narratio, ius non mutans [ius] quod primum † acquiritur ad rem ex consensu eligentium & electi. s. de transla. epi. c. fi. in prin. 63. dist. quantò. 2. ius tamen benè acquiritur, vt eligens nequeat variare in præiudiciũ assumpti arg. s. de elect. publicato & statim. j. sequitur [ratum] quauis acceptatione. ff. de solu. ratum [habueris.] ff. de acquir. pos. qui absenti. & ff. de dona. absenti. in prin. [non acquiras.] Secus in legato speciei, quia tunc † acquiritur dominium [c] legatario ignoranti, licet commutabiliter. ff. de lega. 2. cum pater. §. surdo.

Sed quæro, Papa confert alicui canonicatum & præbẽdam si vacat, alioquin proximè vacaturam nulli alij de iure debitam, certo executore sibi deputato, cumq; nulla præbenda vacaret tempore gratiæ factæ, vacaret tamẽ eo tempore, quo executor procedit † ignorans ipse & impetrans de vacatione huius, idem executor sic procedit, prouidendo isti imperranti de præbenda, si qua vacaret in dicta Ecclesia, cum in veritate vacaret de iure, licet non de facto, cum Episcopus illam præbendam contulisset post dictam gratiam decreto vallatam, & videtur quòd impetrans habeat ius in re, cum conferens, & ille cui confertur, sint præsentes, & conferens habeat intentionem prouidendi si vacat, & ille, cui facta est collatio, intentionem acceptandi.

d Sed contra cum iste, cui prouisum, ignoret præbẽdam vacare, sic sibi ignoranti non acquiritur, vt hic.

e ¶Sed contra,[e] morari, seu frustrari prouisio non debet, propter conditionem, quæ est de præsenti. Nec 6 † differt legatum, seu prouisionem, licet ignoretur existentia conditionis[f] eiusdem.

¶Item in veritate vacabat dicta præbenda cum ligatur propter decretum potestas ordinarij. s. eod. dudum. §. Nos igitur. & cap. si postquàm. nec impediebatur collatio propter detentionem ab alio de facto præsumptam. j. eo. licet.

Sed forsan dices illa loquitur in ordinario, qui prima facie habet titulum pro se, hic in delegato, cui videtur 7 causæ cognitio committi, † quia prætermissa, nihil videtur agi. ff. de transac. l. cum hi. §. si prætor. ff. de reb. eorũ. magis. §. si æs alienum. ad quod dic ꝙ hic est rescriptum. Et si sit verbum generale, tamen est effectu singulare. no. s. de offi. delega. ex par. 1. Vnde ipsum rescriptum ad vnũ solum refertur. s. eod. si clericus. 1. & 2. Respon. Vnde hic non est genus sed species circa iuris interpretationem. ff. de liber. & posthu. nominatim.

8 Item cum delegatus † delegantem represent et. 23. dist. c. vlti. Et ratio quæ mouet delegantem debet mouere delegatum. s. de res. super literis. in fi. & Papa delegans hoc faciat, vt acquirat ius prouiso in præbenda si vacat, etiam g si ignoret [g] delegans & prouisus. s. eo. si postquàm. ergo & delegatus idem poterit.

9 ¶Sed dices aliud in Papa, † qui habet plenitudinem [h] h potestatis. s. eod. licet. 1. respon. & 2. q. 6. decreto. Secus in eius delegato, qui formam mandati habet diligenter seruare. s. de res. cum dilecta.

¶Sed dic quòd iste delegatus exequitur mandatum delegantis contrarium non faciens, & super certo, quod non est suspensum electione vel acceptatione, & sic est firmum quod facit. j. hoc lib. de conces. præben. quia cunctis.

10 ¶Sed dices, † non est satis esse certum in veritate, sed oportet ꝙ hoc declaret iudex sua sententia. C. de senten. quæ certa quantitate. l. 3. Institu de actio. curare. ergo idẽ est in executore qui non habet plenitudinem potestatis sicut Papa. 19. dist. in memoriam. & qui potest in re sua statuere quod placet. C. manda. in re mandata. Insti. de iure na. §. sed quod Principi.

11 Sol. executor † causæ cognitionem assumere non habet, nisi velit. s. de præsumpt. dudum. no. Innoc. vnde si in i veritate res teneat, habebit [i] effectum hæc declaratio, vt d. l. 3. de senten. quæ sine cer. quanti. prof. sicut subreptitia, quæ inficiat, non tenebit quod non est factum. s. de re iud. cum olim.

12 Sed dices loquendo † de beneficio si vacat, intelligitur si vacat de iure & de facto, j. de conces. præb. literas & c. cum nostris. Et constat quod aliquid dicitur non vacans, quia tenetur de iure & de facto, vt j. eo. licet. ergo vacans dicetur, quod vacabit de iure & de facto. ff. de actio. emp. l. 2. & l. ratio. 1. & 2. respon.

13 Sol. in eo ꝙ confertur † vacans de iure, licet non de facto, valet collatio, sed executio non valebit nisi tenente vocato, qui habet aliqualem titulum, vt d. cap. licet. Et sic collatio valet, licet executio, parte tenente non vocata, non teneat, vt licitum approbetur & illicitum reprobetur. s. eo. dilectus. 1.

¶Sed hæc solutio est contra text. d. cap. cum nostris. §. auditor.

Sol. ibi est subreptio. non tamen tanta quæ reddat rescriptum nullum quin posset procedi secũdùm formam iuris, vt ibi no. Inn. Nec d. c. cum nostris. & c. literas. intelligitur reprobari collatio, sed potius executio facta, parte tenente

tenente non vocata, vt reſcriptum non ſit nullum, ſed debeat procedi contra tenētem cum cauſæ cognitione C. ſi contra ius vel util. publ. præſcriptione. & 25. q. 2. præſcriptione. & c. ſi non cognitio. Vnde illa reſcripta impetrata, de quibus narratur d. c. literas. & cum noſtris. valuerunt.

Sed contra. ȷ̄. de deci. c. dudum.

Sol. Illa loquitur vbi erat reſcriptum impetratum in genere, non ſuper certa ſpecie & generalis † clauſula [k] citius impeditur, ne per eam fiat deſcenſus ad ſpeciem, ſed dictis capitu. eſt impetratio certi beneficij, quæ nō ita impeditur. s̄. de reſcr. paſtoralis. & c. ſignificauit.

Item dices in beneficijs eſt quædā ſucceſſio, [l] licet nō hæreditaria. [m] Quia ille qui ſuccedit non habet ius ex defuncti facto, ſed potius ex noua collatione, [n] ſeu electione. Sed in hæreditaria ſucceſſione non poteſt agnoſci hæreditas, niſi ſciat ille, qui ſuccedet defuncto. C. de captiu. & poſtlim. reuer. l. nec nos præterijt. ff. de acquir. hæredi. qui hæreditatem adijt, & l. hæres inſtitutus. ergo ſic in propoſito.

Sol. † In ſucceſſione hæreditaria habet cauſam hæres a defuncto. ff. de regu. iur. hæreditas. Vnde non debet verecundiam facere illi, cui ſuccedere vult, qui vult contra iura eſſe in dubio ſollicitus de hæreditate illius, quem ignorat mortuum. argu. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. l. 2. §. interdum. Sed hic nihil habet ſucceſſor ex facto prædeceſſoris, nec ex eius facto innititur. Concludo ergo impetrātem potiorem.

Item aditio [o] hæreditatis † non recipit diem neq; conditionem, ſaltem iſtam, ſi vacat vel ſi eſt mortuus, vel aliam. ff. de reg. iur. actus. Secus eſt in collatione præbendæ, vt liquet ex præcedentibus, & in contractu donationis. C. de donat. quæ ſuo mo. l. 1. & per totum. concludo ergo impetrantem potiorem. Nam licet ex donatione † ſine traditione regulariter [p] non transferatur dominium. [q] ff. de acquir. re. domi. traditio. in princ. C. de pact. l. traditionibus. & de rei vendica. quotiens. licet fallat quādoq;. C. de ſacroſanct. eccle. vt inter. s̄. de conſuet. ex literis. Ex collatione tamen beneficij ius acquiritur in re abſquè traditione. ȷ̄. eo. quorundam. & ȷ̄. de conceſ. præben. quoniam §. ſanè. Vnde cum veritas facti narrati declaret hanc præbendam eſſe iſtius, debet ipſa ad impetrantem declarari ſpectare [nequibit] ne videatur factum propriū impugnare † quod non licet, etiam ſi non ſit beneficium, cum nemini liceat ſuam turpitudinem allegare, [r] cum ex eo quòd debet pati incommodum, non debeat ſuſtinere commodum. ff. de adop. poſt mortem. C. de ſeruo pigno. dato ſi creditoribus. C. de reuo. dona. cum profitearis. ff. de ſerui. ruſtic. prædio. per fundum. ff. de nego. geſt. ſine hæreditate.

¶ Sed contra † quis venit contra factum ſuum. C. de agrico. & cenſi. quemadmodum. lib. 11. C. de liber. cauſa. l. 1. C. de murileg. lib. 11. l. murileguli.

Sol. refert, aut factum eſt tale quod in ſe poteſt valere, & ſic tenet quod fit. Sed ſi eſt prohibitum a iure, tunc non tenet, non propter factum facientis, ſed propter inhibitionem iuris.

Item contra. C. ſi aduer. rem iudica. l. ſi cum pater. C. ne de ſtatu defunc. quod eſt conſtitutum. Sol. ibi non improbat veniens contra factum ſuum, ex ſuo facto malo, ſed ex iure priuilegiato, vt in d. l. ſi cum pater. vel ex nouo iura acquiſito. vt d. l. quod eſt conſtitutum.

Item arg. contra ȷ̄. de reb. eccle. non alienan. ſi quis presbyterorum. Sol. prælatus † non agit nomine ſuo, ſed nomine alieno, ſicut facit procurator, non dominus. ȷ̄. de donat. c. 2. s̄. de dila. literæ.

¶ Et ob hoc malè agens, alienando de quo non habet mandatum. arg. ff. de procur. l. qui duos. & l. ſeq. [eius] beneficij collati abſenti [non liberè.]

¶ Sed nunquid eſt affectum? Dic quòd ſic vt ſaltem deliberatio quam habet abſens iſte an acceptare [t] velit, necne non auferatur eidem. Nec eſt præcipitandus [u] iſte abſens ſi deliberare velit, vt ȷ̄. ſequitur. argu. ff. de ſuc. edicto. l. 1. §. ſanè. Et ſi enim hoc caſu factum pendens ſimile. ff. ſi cert. peta. proinde. ff. de manu. l. 2. ff. de teſtamen. milita. ſi miles. §. Titio. & hoc caſu ſubintelligitur ſi volet. argu. ff. de legat. 1. ſi ita legatum. §. illi. ſi volet [aſſignet.]

Et ſic terminus dari ad acceptandum, ne Epiſcopus fruſtretur iure ſuo. arg. s̄. hoc lib. de elect. ſi compromiſſarius. 1. reſpon. Sic datur terminus ad optandum. arg. ff. de optio. lega. mancipiorum. Et optione † ſemel facta, variare non licet. [x] ff. de optio. lega. l. apud Aufidium. ff. de lega. 1. ſerui electione. Secus tamen ſi acceptanti non imputaretur, vt ff. de optio. lega. l. 2.

Et vt plenè liqueat iſte articul⁹ diſtingue, aut eſt optio ſeu electio data in contractibus, & tunc variare licet. ff. de verb. obli. eum qui certarum. in fi. ff. de actio. emp. ſi ſterilis. §. fi. Aut in beneficijs, ſeu vltimis volūtatibus & hoc dupliciter. Aut tenuit electio, & tunc non pōt variare. ff. de leg. 1. ſerui electione. & d. l. apud. Aut tenuit, & hoc dupliciter. Aut eam fecit optans iure proprio, & tunc iterato poteſt optare. ff. de optio. lega. 2. §. fi. & l. ſequ. & ſequ. ad inſtar † iudicis ordinarij, qui poteſt iterato cognoſcere, cum eius ſententia eſt nulla. C. de accuſa. ſi accuſatoribus. & l. abſentem. ȷ̄. hoc lib. de conceſ. præb. ne captandę. 2. reſp. Aut iure alieno, & tunc iterare non poteſt. s̄. hoc lib. de elec. ſi compromiſſarius. §. 1. ad inſtar iudicis delegati. C. quo. & quando. l. ſi vt proponis. poteſt etiam terminus aſſignari [y] ad accuſandum. C. de inge. & manumiſſis. diffamari. ȷ̄. de accuſ. licet. [aſſenſu] vt d. l. mancipiorum. Sed contra. s̄. hoc lib. de elec. quàm ſit. dic vt ibi no.

ADDITIONES PROBI.

[a] ET DIC PROCVRATOR. Qui procurator † debet habere mandatum ſpeciale, vt ſatis deduco in tracta. de manda. apoſtol. tractando materiam inſinuationum. not. Io. Mo. in c. cupientes. nu. 104. de elect. dico in ſequen. in ver. acceptare.

[b] Quod ſic. Vide Lap. alleg. 119. col. 2. quæro, pone.

[c] Acquiritur dominium. Secus venit dicendum per ſententiam, † per quam non acquiritur dominium ſiue trāsfertur, vel quaſi, neq; poſſeſſio, niſi ſubſecuta traditione. l. ſciendum. §. ſi fundum. ff. qui ſatiſd. cogantur. l. non eſt mirum. in fi. ff. de pign. actio. gl. ſingul. Inſti. de offi. iud. in §. fi. No. Bar. & alij in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu. quod verum dicas ſiue tractemus de ſententia rei corporalis, ſiue etiam de ſententia rei incorporalis rei corporali adhærentis, vt ſunt iura ſeruitutum corporalium ſiue prædialium, quæ adhærent prædijs. not. Inno. & alij poſt eum in c. cum noſtris. s̄. de conceſ. præb. Bal. l. in traditionibus. in vlti. col. C. de pact. & in l. 1. in fi. C. commu. vtriuſq; iur. Ang in l. 3. §. 1. ff. de publi. & in l. qui reſtituere. ff. de rei vēdi. Roma. in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acquiren. poſſ. facit l. 3. §. dare. ff. de vſufruc. & l. a quo fundus. ff. de dam. infec.

Ex quo infero † quòd non eſt in poteſtate iudicis vel arbitratorum facere ꝙ tranſferatur dominium, ſeu poſſeſſio ſine traditione. d. l. non eſt mirum. in fi. & d. l. traditionibus. Ratio, nam licet lex poſſit inducere fictionem, tamen hoc non poteſt. l. ſi forte. ff. de caſtr. pecul. no. Bar. in l. ſi is qui. ff. de vſucapio. in q. 1. princ. ideo licet lex vel ſtatutum poſſit inducere, ꝙ ipſo iure transferatur dominiū & poſſeſſio abſq; traditione, & ſic quod fingatur res tradita, vbi non eſt. l. raptores. & ibi no. Bart. C. de epiſc. & cler. & l. fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. tamen homo hoc non poteſt inducere, ſeu fingere, quòd res quæ non eſt tradita, fingatur tradita, niſi interueniat aliquis actus, quem lex habeat loco traditionis. iuxta. l. primam. §. ſi iuſſum. & l. quod meo. in prin. & §. ſi per vēditorem. ff. de acquir. poſ. Ita not. Ang. & Imo. in l. qui vniuerſas. §. 1. ff. de acquiren. poſ. idem Ang. in l. 1. ff. de diſtrac. pigno. facit l. nemo poteſt. ff. dē leg. 1. no. Alex. conſi. 1. col. 2. vol. 5.

Et per hoc habeo comprobatam regulam per nos iuribus & authoritatibus dotatam. in c. ſi duo. s̄. de procur. quod potentior eſt prouiſio legis quàm hominis.

[d] Dominium. Quod † nūquam perditur, niſi alteri quęratur. l. nec vtilem. ibi, nec enim intelligitur amiſſum quod alteri obligatum non eſt. ff. ex quib. cau. ma. notat Pet. de Anch. conſi. 352. pro clariori &c.

[e] Sed contra. Et ſic † attenditur veritas non ignorantia, quod verificatur per id quod no. Alex. conſi. 36. in fi. viſo themate. volu. 4. ſi ſtatuto caueatur ꝙ impune bannitus offendi poſſit, & tu offendiſti bannitū, tamen ignorabas eum

eum esse bannitum, non punieris.l.inter omnes.§.rectè vbi not.Bar.ff.de iudi.& in l.quid ergo.per illum tex.ff.de his qui no.infa.& hæc allegat Alex.(corruptè tamen) sed debet poni in l.genero.& loco de iudic.debes ponere.ff. de furt.quod firmat Corn.consi.122.col.fi.viso d.puncto. vol.4.& post eos Deci.consi.337.col.2.viso.casu proposito.Idem Alexan.consi.56.in fi.viso themate.vol.4.vbi in hoc citat regulam.ꝙ vbi allegatur ignorantia alicuius, vt ex ea damnum sentiat, non attenditur ignorantia sed veritas.

¶Pro intento Io.Mo.hic vide Lap.alleg.7.vbi videtur illud comprobare & alleg.89.col.antepenul.factum super quo.

f ¶Conditionis. Quæ conditio ponit † rem dubitatiuè 6 & suspensiuè.l.cum ad præsens.ff.si cert.peta.Bart.in l.demonstratio.in fi.ff.de conditio.& demonstratio.

¶Et cum quis dubitat non dicitur scire, quia dubitare est ad neutrum animum applicare.l.fi.C.de conditio.& demon.no.Lap.alleg.119.in fi.quæro,pone.

g Ignoret. Vide quæ in simili tradunt Neapol.deci.178. nu.7.in causa filiorum post Inno.in c.tua,de coha.cler.& 7 mulier.Quod si iudici † non fuit factum notorium, & iudex ferat sententiam antequàm probetur ꝙ factum sit notorium, si tamen in rei veritate factum sit notorium, licet iudici non sit, valet sententia.

h Plenitudinem potestatis. Dic ꝙ vti † plenitudine po- 8 testatis nihil aliud est, quàm derogare iuri communi seu ordinario.no.Inno.in c.innotuit.in glo.ordinatione.§.de elec.sequitur Alexan.de Imo.consi.30.nu.10.ponderatis narratis.vol.5.Quomodò autē per hanc clausulam, supplentes omnes defectus, de plenitudine potestatis, tollātur ipsi defectus, vide per Alex.consi.195.assumo.vol.2. vbi dicit antè finem, ꝙ hæc clausula nō supplet defectus a natura surgentes:quod latè ibi comprobat.

¶Vlterius vide quæ in proposito dico.in c.ſ.de scisma. 9 quibus iunge huic maximè ꝙ princeps † non præsumit vti plenitudine potestatis, ꝑ ea quæ traduntur per Deci. consi.289.col.pen.Non est parui.& Ias.in consi.1.col.9. vol.1.Si tamen actus aliter non valeret, tunc præsumitur. Pau.de Cast.in l.ex imperfecto.in fi.C.de testa.Alex.in l. quamquàm.C.de testa.mil.Iuuat in simili,quia ordo literæ non attenditur, quando actus redderetur nullus.Bald. in l.in testamento.§.hæc verba.ff.de hæred.insti.Alex.in l.2.§.si prius.col.3.ff.de vulg.& pupil.

10 Hac † enim clausula (de plenitudine potestatis) non vtitur princeps qui recognoscit superiorem, nisi cū causæ cognitione.Bald.in l.si testamentum.C.de testa.& in l. rescripta. C.de præcib. Impera. offer.in 3.q.quod sentit Alex.consi.94.col.4.consideratis his.volu.1.Cur.cōsi.66. col.3.versi.5.cōprobantur super præmissa.Sequitur Deci. consi.373.in fi.viso.consi.Ita videtur intelligendum dictum Soci.consi.158.col.pen.visis processu.dum dicit ꝙ inferior a principe non potest vti plenitudine potestatis & Moder.in l.nemo potest. de leg.1.

11 ¶Item † plenitudo potestatis non extenditur ad iniquum.Cur.consi.73.col.29.in fi.non debetq; exerceri, nisi cum iusta & magna causa.Ias.in l.Barbarius.col.7.ff.de offi.prætor.facit quod not.Io.de Sel.in suo tractatu beneficiali.in 1.q.2.par.col.7.& alijs sequen.dum loquitur de Papa; astipulatur his dictum Pet.Rauen.in suo Alpha.in 12 ver.priuilegium.col.2.dum dicit ꝙ plenitudo † potestatis non debet exerceri in præiudicium subditorum.Et ꝙ princeps ea rarò vti debet.Bald.in l.1.§.cum autem.C.de caduc.tol.Ideo dicitur ꝙ Papa debet præmittere (quando vtitur plenitudine potestatis) clauem discretionis.Inno.in c.quanso.§.de iureiuran.vbi Bal.dicit ꝙ intelligitur concessa Papæ, dummodò non faciat expressè iniquum. tradit fidelis relator.d.Neuiza.in consi.patres comederunt vuam, in secunda ratione.col.penul.Et dicitur iusta causa in hoc, quando illa est noua causa, vel etiam antiqua, quam tamen princeps ignorabat tempore cōcessionis.l.si hominem.ff.manda.vbi Bart.tradit comprobando Ias.in d.consi.1.col.10.vol.1.

Inquantum autem dico.§.& in d.c.1.de scisma.ſ.principem nō præsumi vti plenitudine potestatis, dic verum 13 alio modo limitando, quando † actus ipse, in quo princeps aliquid agit, potuisset fieri validus ex iure ordinario, seu potestate ordinaria, secus si actus non potuit fieri validior de potestate ordinaria ipso sciente, quia videtur velle vti plenitudine potestatis. Pau.de Cast.in l princeps. ff.de legib.& in l.ex imperfecto per ibi not.per glo.C.de testa.refert Alex.consi.9.nu.35.perspectis.vol.6.

¶Facit in simili quod idem Alex.no.consi.4.col.1.vol. 1.nu.3.& 9.

14 Item in proposito thematis habes, ꝙ † clausula de plenitudine potestatis tollit omnes defectus, qui essent inducti a iure positiuo, licet non tollat illos, qui essent de iure naturali inducti.c.illa quotidiana.§.de elect.c.1.§.de transactio.& vtrobiq; Doc.& in Cle.pastoralis.versi.ceterum.de re iudic.Benefacit quod no.Bal.in c.1.§.Item sa- 15 cramenta.in tit.de pace iur.fir.vbi voluit, ꝙ licet † donatio facta a patre filio in potestate non valeat.l.2.C.de inoffi.dona.tamen si volens legibus derogare donat filio suo in potestate, & exprimit velle in illa donatione vti authoritate regia, valebit donatio, per id quod habetur. in l.pen.C.de dona.inter vir.& vxor.iuncta.l.bonorum. C.qui admitti ad bo po.pos.

16 ¶Item † in eo ꝙ dicitur ꝙ princeps non debet vti plenitudine potestatis sine causa. Ang.in l.benè a Zenone. C. de quadri. præscript. Bald.in l.2. C.de commu. rer. alie.suadetur, quia ille magis debet cauere quàm alius. glo.habes.in l.pen.ff.de hæredib.institu.Igitur in dubio non præsumitur velle vti plenitudine potestatis Alexan. consi.203.nu.5.perspectis his quæ in themate.vol.6.Si tamen sine causa vtatur, valet, cum Papa vel Imperator sit causa causarum, nō est igitur de eius potestate inquirendum, cum primæ causæ nulla sit causa, & illud quod primum est, aliud antè se habere non potest.Bal.in c.Ecclesia sanctæ Mariæ.col.pen.de constitu.§.no.Ias.in cōsi.107. col.2.vol.4.in præsenti.

¶Præterea vide quæ tradit de plenitudine potestatis Hiero.de Tortis.consi.suo.col.14.posito post consi.Ant. de But.& Alex.in consi.84.col.pen.in causa.vol.3.dum 17 dicit ꝙ † quando agitur de validando actum ex plenitudine potestatis, debet stricta fieri interpretatio, vt per Innoc.in d.c.innotuit.§.de elec.& Bald.in l.2.C.de com.re. alie.& in l.bonorum.C qui admitti.Ang.in d.l.benè a Zenone.C.de quadri.præscri.sic etiam fit in omni dispensatione regulariter.c.1.de fil.presb.hoc lib.

Attende postremò ad vnum quod dicit Bal.in d.l.2.C. de com.re.alie.ꝙ princeps rarò debet plenitudine potestatis vti, quia vt dixi, se debet magis cauere quàm alius. no.in l.penul.ff.de hæred.insti.quod placet Alex.in cōsi. 18 2.nu.17.vbi vnum aliud subdit, ꝙ licet † Papa habeat plenitudinem potestatis, debet intelligi in beneficialibus, vt ibi comprobat.dico in c.filii in ver.in beneficialibus, de hæreti.Tamen absolutorie idem dicito habere in his, quæ sunt inducta de iure positiuo.Doct.in c.proposuit. §.de conces.præb.Adeo quòd potest tollere constitutionem quo ad effectus præteritos, & quòd virtute illius innodatus, absolutione non indiget. Panor.in c.per venerabilem.col.5.§.qui filij sint legiti.alleg.text.in Cle.1.§.de immunita.eccle.& ibi est gl.singul.per Scriben.communiter reputata.

i ¶Habebit effectum.Bald.in l.hæc sententia.in fi.C.de senten. quæ sine certa quantita. profe. concludit cum 19 Io.Mo.quòd obstante † ignorantia executoris & impetrantis, ualet prouisio, dummodò uacet de iure, licet non de facto, secundùm eundem Bald.quibus iunge quæ not. per domi.meum de Ripa in 1.respon.c.16.regula de non uerisimili.ubi fatetur ualere collationem sub cōditione, si uacet etiam ignoranti factam (dico ignoranti uacationem) alleg.glo.& Doc.in c.2.de elec.hoc lib.& Lap. alleg.6.& Rotam deci.161.in antiq.tamen ibi nihil reperio.subditq; ibi regulam de uerisimili notitia hoc in casu non habere locum, sed solum quando fit collatio purè & assertiuè de beneficio uacante per mortem beneficiati, cuius obitus notus esse nō poterat impetranti, nec collatori.

Postremò uide pro themate.glo.pragma.in tit.de collatio.in §.neq; etiam.in uer.faciendas.

k ¶Et generalis clausula. Clausulam hanc dic habere unum effectum, quia ubi sunt expressi aliqui defectus, tunc sine dubio clausula generalis subsequens comprehendit omnes alios (etiam non specificatos) per id quod habetur in c.qui ad agendum. de procurator. hoc lib.

Alex.

Alexan d.consi.111.nume.11.perspectis.volum.6.

20 ¶Successio. Quæ seu hæreditas † non potest dari per pactum vel donationem causa mortis, sicut nec per codicillos, nisi inter milites. Not. Doct. post tex. in l. licet, C. de pact. quod placet Alex. in consi. 28. num. 5. ponderatis verbis. vol. 3. vbi subdit rationem, quia cum a communiter accidentibus agatur in actione hæreditatis de maiori præiudicio, voluerunt iura hoc fieri per actum magis solemnem, & vallatum maiori testium numero & maiore solemnitate, quàm sit illa quæ sufficit communiter in contractu. l. fi. C. de fideicom. & l. hac consultissima. C. qui test. fac. pos.

m Non hæreditaria. Vide quæ dixi in c. indemnitatibus. §. de elect. & in c. si te. §. de renuncia. no Bertran. consi. 250. nu. 8. viso processu. par. 2. vbi subdit istud sibi vendicare locum etiam eo casu, quo beneficium vacat per resignationem seu renunciationem prælati, sicut per mortem.

n ¶Noua collatione. Idem Io. Mo. in c. indemnitatibus. §. de elect. & in c. si hi. §. vt lite penden. dixi ibi. & in c. fi. circa fi. §. de renuncia. & ratione † huius mala fides prædecessorum non nocet successori in præscriptione, secus in defuncto & hærede. dixi. §. in c. 1. de præscrip. in ver. bona fides.

21

o ¶Aditio. Quæ per multos actus inducitur, quos citat Alex. de Imo. consi. 32. col. 1. viso processu. volu. 3. quem præcor vide. in consi. 34. col. 2. viso processu. eo. vol.

p ¶Regulariter. Dic ꝙ donec fuerit secuta traditio, videtur donatio stare in dubio, ideo sine traditione regulariter non perficitur, & † pro donatione antè traditionem non præsumitur, iuxta regulam. l. cum de indebito. ff. de proba. adeo ꝙ potius præsumitur error q̃ donatio. Bal. in l. generaliter. in 4. oppo. C. de non nu. pecu. vbi Ang. in 2. col dicit se ita consuluisse. no. Imo. in l. a Titio. col. 2. ff. de verb. obliga. Alex. consi. 13. nu. 3. Ex his quæ in themate. vol. 1. & sic in donatione procedit non verisimilitudo, in cuius probatione requiruntur efficaciores & clariores probationes. Panor. in c. quia, verisimile. §. de præsump. Spec. in tit. de proba. §. fi. col. fi. in versi. 5. Alex. post Bal. in l. transactionem. C. de transactio.

22

¶Præmissa poteris firmare per ea quæ in simili tradit Deci. in consi. 364. nu. 4. in casu proposito, dum dicit ꝙ † quis non videtur renunciare priuilegio sibi competenti, vbi alia ratio quàm renunciationis cadere potest. firmat Alex. consi. 33. col. 3. quod incipit ponderatis his. vol. 5. Ratio, vt descendamus ad themа, quia talis renunciatio videtur donatio, quæ non præsumitur vt. §. diximus, maximè vbi alia coniectura resultat. c. super hoc. §. de renunciatio. Ideo ex quo requiritur clara probatio, non admittitur semiplena, nec coniecturalis, sic non est locus delationi iuramenti, per ea quæ no. Soci. consi. 194. col. fi. subtiliter. & Alex. consi. 34. col. 2. viso processu. vol. 3.

23

24 ¶De possessione † an transferatur sine corporali apprehensione, vide per Alex. consi. 83. col. 1. visa facti. vol. 2. vbi videtur concludere ꝙ non, tamen fieri potest, solo ministerio legis, statuti, vel consuetudinis. per no. in c. 2. §. de consuetudi. Super quo videtur fundata generalis consuetudo regni Galliæ, ꝙ mortuus saisit viuum, hoc est dictu, possessio defuncti continuatur in hæredem, quod intellige per actum fictum inductum a consuetudine. tenent Cy. & Bald. in l. ea lege. C. de conditio. ob caus. Ita intelligitur dictum capitulum secundùm, per quem magis communiter fundant se Docto. & ita videtur esse de mente Io. Imo. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. secus si diceret expressè, quod transferatur possessio seu acquiratur nullo actu ficto vel vero mediante, quia talis consuetudo non valeret, vt in specie dicit Franc. de Aret. in l. 1. ff. de acquir. possess. firmatur per id quod not. Bald. in l. 1. C. communia de lega. vbi dicit, ꝙ † lex vel statutum non potest transferre possessionem sine aliquo actu corporeo. allegat no. in l. de quibus. §. idem respondit. ff. pro socio. nisi interueniat ficta traditio. l. quod meo. in princ. ff. de acqui. pos. l. & l. quisquis. C. de dona. latè comprobant Neapol. decisio. 299. Rex Ferdinandus. subiiciendo ꝙ authoritas legum nõ potest veritatem naturæ tollere, & essentiam realitatis suæ eradicare, quia veritas est firma & incommutabilis prępositio in re, vel de re, cui inest, vel de qua prædicatur. l. 2. ff. de vsufruc. earum rerum.

25

De dicta consuetudine regni, vide quæ tradit do. Bart. Chass. in consuetu. Burgundiæ. in rubr. des successions. §. 1. in princ. vbi vnum subdit, quòd iste actus fictus de stilo & consuetudine generali regni Franciǽ tantum operatur, quòd in dicta possessione acquisita per talem actum fictum concluditur in interdicto recuperandæ, & intentatur † casus nouitatis, qui quidem practicatur in tota Gallia, vt tenet in specie Ioan. Fabri. in §. fi. Insti. de hæred. quali. & diffe. in §. 1. in prin. Insti. de interdic. & Guid. Papæ. 552. quæstio.

26

¶Tu tamen attende ad id quod dicimus de interdicto recuperandæ, quia imo etiam secundùm eundum Alex. in d. consi. 83. nu. 9. post Cy. in d. l. ea lege. datur huic viuo saisito interdictum adipiscendę possessionis, quorum bonorum, & verius dicitur, quàm recuperandæ, per ea quæ tradit idem Alex. vbi. §. num. 11. & consi. 37. nu. 4. in causa mota. vol. 1.

Licet enim illud interdictum non detur ei, qui habet possessionem. l. 1. in fi. ff. quo illud verum est quod non datur tale interdictum ei, qui est plenus possessor, sed vbi fingitur possidere, tunc competit illud, sicut ei qui fingitur dominus, competit conditio ad rem. l. qui mortis. ff. de donatio. causa mortis. l. 1. C. de donat. quæ sub mo. licet verus & plenus dominus non possit condicere rem suam. l. fi. ff. vsufruc quemadmo. caueat. hoc etiam in effectu sequitur Bald. ibi & in l. sororis. C. de iure delib. vbi dicit quando statutum disponit quòd possessio defuncti transeat incontinenti in hæredem, & post mortem aliquis (non hæres) occupauit bona hæreditaria. An hæres habebit interdictum adipiscendæ, & concludit ꝙ sic, quia authoritas statuti licet eum faciat possessorem iuris, non tamen facit eum possessorem facti & cum effectu, vnde secundùm eum quousq; habeat effectualem possessionẽ perinde est, ac si nullam haberet.

27 ¶De † iure enim communi non transit possessio in hæredem etiam si sit filius in potestate, nec in eum continuatur, nisi eam apprehendat. l. cum hæredes. in princ. ff. de acquiren. possessio. not. in l. 1. §. Sceuola. ff. si quis testa. liber esse. & in l. cum miles. in princ. ff. quibus ex causis maior. & est communis conclusio. vbiquè dicit Alexan. in d. consi. 37. uol. 1.

¶Possessio enim quæ dicitur fieri per consuetudinem Galliæ, dicitur quædam possessio datiua data a lege, seu causata absq; præsentia corporali, quæ non impedit hæredem petere se mitti in possessionem, ut in simili dicit Deci. consi. 467. nu. 3. benè & consulte. qui ibi notatu dignum dicit contra hæredes, qui dicunt se debere teneri uirtute cõsuetudinis in primis possessione & saisina, quia nõ procedit si incontinenti proberur exceptio defectus dominij, ut ibi comprobat. Vide tamen ibi pro hærede. & quæ tradit Ias. in cõsi. 85. col. 2. quando. uol. 3. ꝙ præmissa cõsuetudo debet intelligi, nisi per aliũ fuerit actualis possessio apprehensa. quia tunc impedit cõtinuationẽ, ut ibi cõprobat; de quo etiã ꝑ eundẽ in cõs. 152. uol. 4. ubi subdit ꝙ hęc cõsuetudo nõ habet locũ in eo, q succedit illi, q solũ naturaliter possidebat, ut feudatari⁹ & usufructuarius.

q ¶Dominium † Quod est de re corporali liberè disponen. nisi lege prohibeatur Bar. in l. si quis ui. §. differentia. ff. de acq. pos. Bal. in l. fęmine. §. fi. de secund. nup. Saly. in l. traditionibus. C. de pac. tradit Soci. consi. 176. col. 4. præsens consultatio.

28

r ¶Allegare. Vide quæ latè per nos dicta fuere. in c. 1. §. de confes. in uer. non debet.

s ¶Contra factum. Vide Pau. de Cast. consi. 361. nu. 4. uenerabilis uir. in 1. par. ubi latè disputat quando liceat uenire contra iuramentum, & quando non.

29 ¶Acceptare. Cuius † acceptationis actus, fit per procuratorem speciale mandatum habentem. not. glo. in uer. præsenti. in Cle. 1. de conces. præb. Panor. post Ioan. And. Imo. & alios. in c. accedens. §. isto tit. Io. And. post Archi. in c. ne captandæ de conces. præb. hoc lib. & ibi Franc. & alij mod. Quando autem † dicatur habere mandatum speciale ad acceptandũ, in hoc uariè reperiuntur opiniones, quia aliqui uolunt eum mandatum speciale ad acceptandũ tale beneficiũ. N. Alij dicunt sufficere habere mãdatũ ad acceptandũ beneficia sine alia expressione. Hæc ultima vr̃ placere Io. And. Ant. de Butr. & Io. Imo. in d. c. accedẽs, vsq; uelle ipse Io. And. ꝙ sufficiat ẽt si simpliciter sit datũ mãdatũ ad acceptãdũ bñficiũ, licet nõ fuerit adiectum,

30

ctum, etiam si dignitas uel curatum &c.ut eo mediante possit acceptare beneficia curata uel dignitates, quia talis constitutio procuratoris tamquàm fauorabilis est latè intelligenda, secundùm ea quæ not. Io. And. post Inno. in c. sedes de resc. Magis tamen uidetur placere Io. de Imo. quòd fiat procuratorium ad acceptandum generaliter, & recipiendum omnia beneficia cum cura & sine cura, etiam si sint dignitates uel personatus.

In proposito ad unum uenit attendendum quod citat Io. Imo. in d. c. accedens. col. 6. quòd si absenti foret collatum beneficium, & ipse post collationem constitueret procuratorem ad acceptandum illud, ipse cõstituendo acceptat, quod comprobat multifarie. Et hæc est tacita acceptatio, sicut illa quæ fit recipiendo collationem sibi factam. Satis enim est ꝙ in tali actu appareat de animo.

¶De reuocatione talis procuratoris si cupis videre attende ad ea, quæ diximus. in c. procurator. š. de procurato.

y Præcipitandus. De præcipitatione † laudi, vide quæ dicit Cardi. consi. 139. nu. 3. Factum tale est. de præcipitatione autem causæ cognitionis in cõfirmatione statutorum lege apud Alexan. in consi. 123. in col. antepenul. Scripsit. volu. 4.

31 ¶De præcipitatione verò decreti, vide Ioan. de Imo. in consi. 98. nu. 6. in quæstione.

32 ¶Vlterius dic ꝙ hic reprobatur præcipitatio † & magis apud iudices. Bart. & alij. in l. prolatam. C. de senten. Pet. de Anch. consi. 188. visis.

Præcipitatio enim dicitur iustitiæ nouerca. text. in Cle. pastoralis. in §. verum, de re iudic. Pet. de Anch. consi. 255. col. 2. in causa. vide plusquàm latè quo ad nullitatē sententiæ propter præcipitationem per Ias. in consi. 44. in fi. ex inspectione tituli. vol. 3. & per Bertran. consi. 113. sententia. 1. par.

33 Præterea dic ꝙ virtus † lenta est & omnia percunctatur, iniquitas autem omnia pręcipitat. Refert Deci. in sermone pro iustifica. Concilij Pisani habito post consi. 151. descriptum in prin. vbi subdit, in Laberinthum enim erroris incidit qui prius iudicat quàm intelligat, vt legitur in c. sciendum. 29. dist. & tale iudicium temerarium est, quod non nocet illi de quo temere iudicatur, sed ei qui

34 iudicat. c. temerarium. 11. q. 3. Nam cogitare † & meditari quis debet quid loquatur. 50. dist. c. ponderet. faciũt verba quæ dicuntur Salomonis. Antequàm perscruteris non reprehendas, & intellige prius, & tunc increpa. c. eorum. 11. q. 3.

¶In proposito dicit Pau. de Cast. in consi. 68. nu. 2. versi. breuiter. in q. quæ vertitur. in 1. par. ꝙ fraus videtur colligi

35 ex compromisso & laudo lato inter eos, eo † quia vna & eodem die fuit factum compromissum, & latum laudũ, vnde non est verisimile ꝙ arbiter inuestigauerit veritatē eorum, propter quæ dictam adiudicatione fecit propter breuitatē temporis. c. tum ex literis. š. de restitu. in integ. & quod no. in l. sed si per prętorem. §. quotiens. ff. ex quib. caus. maior. Ad idem Pau. de Cast. consi. 237. nu. 5. Primò quæritur. in 1. par. Vide Dec. consi. 295. in fi. in causa istorum. & consi. 587. nu. 5. coram magnificis.

¶Postremò in hoc puncto præcipitationis habes ad vnum attendere, quod citat post alios Maria. Soci. consi. 124. col. penul. præsens consultatio. dum dicit quòd vbi

36 iudex † qui tenetur iudicare secundùm consilium sapientis, si est in fi. potestatis iurisdictionis, & consilium haberi non potest, pronunciat secundum consilium reddendũ, valet, licet alias non posset, rationem præmissorum adducit Alexan. consi. 45. col. fi. visis. vol. 6. dum dicit, quòd non potest esse potentiarum quod est nimis festinatum, hinc idem Alex. de Imo. consi. 163. in fi. alias consultus. vol. 5. & antè eum Pet. de Anch. consi. 83. visis diligenter actis. quòd si eodem momento temporis quo quis fuit designatus curator minoris per decretum iudicis, fuit etiam præstita authoritas curatoris in certa obligatione minoris, & interpositum decretum iudicis in dicta obli-

37 gatione uel alienatione, non ualebit actus, quia † authoritas uel decretum iudicis requirit causæ cognitionem. l. magis putò. §. ne passim. & l. qui neque. ff. de reb. eo. cum similib. hæc uidetur ratio principalis ędicti, per ea quæ not. idem Alexan. consi. 213. circa fi. uisis ac ponderatis. uolum. 7. quòd festinus processus non infert quòd processus seu sententia sit nullius momenti, nisi quando supplantant causæ cognitionem. alleg. id quod habet in c. cum Bertoldus. š. de re iud. melius probatur in c. iurgantium, eo. tit. & in Clem. sępe. post prin. de verb. signifi ca. fatetur tamen præbere causam rest. in integ. Vide Pet. de Anch. consil. 36 col. 2. visa quadam petitione.

38 x Variare. Dic ꝙ proprie variatio † potius consistit in factis, quàm in verbis, per regulam, quam citat Soc. consil. 277. col. pe. in ver. 2. & quando visis publico. dum dicit variatio autem in verbis, & non in effectu, non inducit varietatem considerabilem, prout in simili dicimus in testibus, vt per Ant. de But. in c. cum ecclesia Sutrina š de causa posses. & proprie. & Bal. in c. bonæ el 1. š. de arguendo de testibus ad instrumenta. iuxta l. in exercendis. C. de fide instrumen.

Non licet. Vide quæ dixi in c. 1. in versi. nec nego. š. de confes. & latius in sequentibus.

y Assignari. Adde eundem Io. Mona. in c. 1. š. de rest. spol. & Milum in suo repertorio, in verbo, actor agens. & quæ latissimè tradit Alex. consi. 103. in prin. volu. 5. consideratis his. Domi. in cons. 4. in causa domini Philippi. & Berta. in trac. de episcopo, in 3. par. lib. 3. col. 4. incipit. Restat. Alex. in consil. 108. in viso themate. vol. 1.

Inquantum ad rem pertinet de variatione, vide Præpo. in c. de Siracusanę. 28. dist. in gl. 2. ubi citant, aut electores processerunt per viam electionis, tunc postea variare non possunt. c. cum inter canonicos, & c. publicato. š. de elect. Aut processerunt per uiam postulationis, adhuc peius, quia facta postulationis præsentatione, non possunt discedere, c. bone. el 2. š. de postul. præla. secus non facta, quia tunc possunt variare, ratio diuersitatis redditur per

39 Panor. ibi num. 11. Quia † per postulationem nullum ius postulato quæritur, cum sit inhabilis, vnde non habet de quo conqueratur, nec superior potest conqueri, ex quo sibi non est facta præsentatio. & hanc dicit idem Panor. in c. in causis de elect. esse communem, quod placet Rocho de Cur. in tract. de iure patrona. in verbo honorificum, num. 32. versic. 2. suboritur quæstio & Præpo. in cap. Osius. §. 1. 61. dist.

Ex quibus infero ius quæri per electionem, & non per postulationem, merito dicitur ꝙ antequam sit ius alteri quæsitum posse variare, secus quando est quæsitum. Cle. 1. de renuncia.

¶Item quæ supra dicuntur post Panor. reperio placere Io. Imo. in d. cap. cum inter canonicos. num. 15. & Pet. de

40 Ancha. in d. c. publicato. qui dicit, ꝙ post † publicationē, variatio prohibetur propter iniuriã, quę fieret nominato postquam publicatio facta est; ante vero publicationem Scrutinij est permissa, ne prius impediatur vtilis variatio. Quod etiam procedit in publicatione testium. c. cum venisset, de testib. ędictum enim publicũ arctat quod alias non arctaret. cap. 1. de elec. & ff. de insti. l. si pupillus. §. j. Et hoc principale intentum tamquam commune sequitur Bal. in d. c. bonæ. nu. 10. dicens ꝙ post præsentationem Papæ factam non licet variare, cum variatio sit quædam il-

41 lusio, dicit lex ꝙ erubescit † variãs. l. eos. C. de modo mulctãdi. Idem Bal. in d. c. publicato, nu. 6. nisi vota essent ipso iure nulla, quia tunc debent cassari electiones, siue lacerari, & tunc non dicitur variatio, ex quo prima electio est nulla, & pro infecta habita.

¶In proposito tamē Domi. in d. c. si compromissarius. §. si vero. š. de elec. distinguendo dicit. Aut potestas transfertur a iure vel ab homine. Primo casu si fiat electio ab illo, cui defertur originaliter potestas a iure non ex accidenti, & tunc possunt iterato eligere si non sortitur effectum electio. c. si electio. š. de elec.

¶Aut potestas defertur à iure, sed accidentaliter, putà propter delictum vel negligentiam inferioris, & tũc vnica electio consumit potestatem illius, & redit ad primũ. not. glo. pen. in d. c. si electio. Aut defertur ab homine. & tunc suo iure potest eligere. l. 2. de optio. lega. ff. Aut eligit iure alieno & tamquam procurator, tunc non licet variare. d. cap. si compromissarius, nisi aliud importent verba commissionis.

42 ¶Sed quid in proposito, an is † qui vigore alicuius gratiæ expectatiuæ aut mandati de prouidendo, siue nominationis beneficium acceptauit, ab ea acceptatione variando possit resilire, & alterius occurrēte vacatione, acceptare. Scribentes hic excitant dubium & resoluēdo dicentes

centes quod regulariter variatio est viris prohibita ecclesiasticis, Clem. 1. de renunciationib. mouentur plurimis fundamentis, quæ videre licet, ideo præfatos variare non posse, quod intelligas, nisi acceptans fuerit deceptus, vt quia alteri beneficium debitum erat, quod ignorabat acceptans. c. si beneficia hoc ti. ĩ. Aut pro dignitate simplex elegit beneficium, iusto errore ductus. argu l. 2. ff. de oper. liber. & l. si maritus. §. vlt. ad leg. Iul. de adult. & c. quia s̃. de præsumpt.

Huius sententiæ fuit Host. in c. quia cunctis de concess. 43 præb. quod acceptans † non variat, si acceptatum consequi non potuit. d. c. quia cunctis. §. penul. Et sic si consequi non potuit, quia alius habens priores literas illud acceptauerit, uel acceptauit non vacans, medio cuius talis acceptatio non tenuit, tūc variabit, & aliud acceptabit. l. 2. ff. de adoptionibus. Quia cum effectu verba sunt intelligẽda. Ioan. Mona. hic & in c. non potest. ĩ. hoc ti. tex. in c. relatum. s̃. de cleric. non residen. vbi gl. adducit concordantes. no. Domi in propriis terminis, cons. 88. Firmantur ista secunda dubia &c. ubi dicit ꝙ qui dimisit ius ad rem iuuatur beneficio. d. c. si beneficia ĩ. hoc ti.

44 Attendat tamen talis † acceptans ꝙ per sententiã succumbat semota collusione. c. 2. s̃. de collu. detegen. vt placet aliquibus, prout latius in sequentibus dicetur. not. domi. Stepha. Bertrandi, consil. 224. §. ad secundum viso cōsultationis themate, par. 3.

Nec iuuaret si compromitteret, vel componeret, quia ei imputaretur, nec posset aliud acceptare. c. ad audiẽtiã. s̃. hoc ti. & ff. de euictio. l. si dictum. §. si compromisso.

45 Tu dic quòd mos inoleuit, vt fiat † protestatio, putà accepto eo casu quo mihi debeatur, alias si non debeatur, a iure meo non discedo, & ad aliud recursum habere protestor, istius sunt voti Ioan. And. & Franc. hic in fi. pro quibus habes gl. in pragma. in tit. de colla. in §. Ita tamen in 46 uerbo, nominatorum, col. 4. quæ etiam disputat an † teneatur expectare sententiam, vel non, pro cuius dubij decisione addendo ad eam dic, quòd de rigore sententiam non tenetur expectare, in talibus enim commendatur q non expectat sententiam. l. fideiussor. §. quidam. ff. mandati. d. c. si beneficia. isto tit. secundùm Io. And. & Franc. hic facit. c. pen. s̃. de elect. quod procedit secundùm Domi. hic. col. fi. maximè quando est notorium ꝙ ille qui acceptauit non habet ius in beneficio, quia tunc nulla expectata sententia, secundùm potest acceptare in quo ius habet, quod verificatur per id quod voluit Oldra. consi. 304. infrascriptæ allegationes. col. 3. nu. 8. & consi. 37. nu. 3. quod quando. vbi dicit ꝙ in prima acceptione inest tacita conditio, si acceptanti sit debitum quod acceptat beneficium. Compo. in c. capitulum. col. antepenul. s̃. de resc. Rota formaliter. in antiq. decisio. 142. per dictum citatum, per Archi. in c. ne captandæ, de concess. præben. hoc lib.

¶Pro præmissis tamen vide consilium quod in simili dat Archi. quem ibi Io. Andr. in fi. & alij sequuntur. in d. c. si beneficia. ĩ. eo. ꝙ acceptans ostendat per literas & publica instrumenta vel alio modo, ꝙ beneficium accep-47 tatum erat alij debitum. Alias sequeretur † absurdum, ꝙ quis compelleretur litigare contra conscientiam. & iura. l. 2. §. generaliter. ff. de doli excep. l. si quis inficiatus. ff. depo. & l. Quintus. Archi. in c. ne captandæ. de elect. s̃. l. rem non nouam. in fi. C. de iudic. ꝙ quis debet a lite discedere quam nouit improbam ex post facto: debet similiter abstinere a matrimonio quod ex facto nouit illicitum. l. qui contra legum. C. de incest. nup.

Item non est expectandus euentus qui nihil prodest. l. cum hæres. §. vlt. ff. de acquir. hæred. & l. aliquando. §. fi. ad 48 Velleia. Maximè in his, vbi de conscientia † agitur, in quibus debet exuberare bona fides, de qua conscientia vide quæ diximus in c. 1. in ver. conscientiam. s̃. de re iudic. sub num. 5.

¶Quod tamen teneatur sententiam expectare. firmat latè Roma. consi. 329. præsens consultatio. quem pro informatione animi videas præcor, quia peroptimè distinguit, ista est tutior opinio. Et procurabis vocationem aduersarij (si quem tunc habeas) vt in forma processus assistat, ne fiat collusio imposterum obijcienda. Alias nō nocebit sententia quominus possit idem aduersarius audiri deducendo ꝙ inique & per collusionem lata fuerit sententia, quod fastidiosum diceretur, cum illa sententia præsumptionem solam iuris & non de iure afferret. Ista fuit sententia Domi. de Rota in antiq. decisio. 88. faciunt no. per Cald. consi. 5. hoc tit. & in consi. 6. tit. de consuetu. Istud videtur placere d. Bertran. vbi. s̃. in consi. 224. 2. par. qui adducit simile in sententia per iniuriam vel imprudentiam contra emptorem lata, quæ sibi non sufficit ad hoc vt de euictione cōtra venditorem agere possit. Alias oportebit te docere ꝙ huiusmodi beneficium non erat tibi debitum, nec in turno vacauit, de quo per Rebuf. in repeti. l. diuus. ff. de senatuconsul. Claudia. car. mihi. 15. hæc est opinio Io. And. hic in fi. Ideo attendant mandatarij & nominati, quia ex quo acceptauerunt, tenentur prosequi vsq; ad sententiam, aut ostendere beneficium non fore suum, nec sibi debitum.

¶Et per hæc dico sententiam recredentiæ non fore sufficientem, cum in discussione illius ad plenum de iure partium non liqueat, nisi summarie & literatorie. Pro 49 hoc vide ord. Kharoli. 7. arti. 74. & sequen. quæ † recredentia debet dari potiora iura asserenti instar bonorum po. ex ędicto diui Adriani. l. 2. & ibi Io. Fabri. C. de ędic. diui Adri. tol. facit. c. licet ad fi. ibi, probationes. s̃. de probatio. Hæc enim opinio. Io. And. placet d. Bertran. vbi. s̃. qui dicit Franc. pro hoc allegare Oldra. consi. 264. quod non potuit reperire.

50 Aliud suadet, quia sententia † recredentiæ in casu saisinę & nouitatis dicitur interlocutoria, cū nondum sit lis finita, & grauamen per eam illatum per diffinitiuam emendari possit (ferendam dico in possessorio) a quo de iure ciuili non appellatur, vbi grauamen reparari potest in petitorio. l. 1. C. de momen. po. & ibi Scriben. secus de iure canonico. c. significauerunt. s̃. de testib. vbi etiam Doct. & Archi. 2. q. 6. §. sunt etiam quorum versi. de possessione. Specu. tit. de appella. §. 2. versi. vide glo. de resti. spolia. c. ex conquestione. Latè Freder. consi. 76. domino auditori. quo iure canonico vtuntur in puncto hoc Galli tenẽt. glo. pragma. in titu. de causis. in §. statuit in ver. nequiret. col. 6. nisi vbi grauamen illatum in tali possessorio non posset reparari in petitorio, quod prosequere vt per eandem glo. in pen. col. vbi concludit ꝙ possessorio lato in casu saisinę & nouitatis omni iure valeat appellatio. Et in recredentia, licet sit interlocutoria, appellatur, executio tamen illius per appellationem non suspenditur. teste ordi. regia Caroli. 8. artic. 53. Et Francisci primi artic. 4. in publi. 1519.

¶Quod verum dicas, si lata fuerit a iudice regali, secus si a ducali aut alio, vt patet in verbis, quæ nocet iuges: nec pro uidetur per literas, prout in facto vidi.

¶Ex quibus concludere habes necesse expectare sententiam diffinitiuam in possessorio aut de rigore in petitorio: si aliter non possit debitę de non iure acceptantis fides fieri. Et sic si feratur sententia contra acceptantem, & non appellet; poterit secundum acceptare. Rota in antiq. decisio. 234. Ideo à contrario, si appelletur, non poterit acceptare, donec fuerit dictum an bene sententiatum: cum appellatio suspendat hoc casu iudicatum. iuribus vulgatis.

¶Non mireris igitur si ad beneficium acceptandum requiratur speciale mãdatum vt diximus. s̃. de procurat. 51 in c. 1. Quia acceptatio † maximum potest generare præiudicium vt ex præmissis videre licet, etiam quo ad forũ animæ, sed de hoc præiudicio apud multos vltimus fit sermo, prout in simili diximus. de moribus vxoris, de moribus vlt, quæst.

¶Redeundo ad propositum quæro quid dicendum de 52 patronis † ecclesiarum, an possint in præsentatione variare. Breuiter dic aut queris si patronus pręsentauit huic, ad quem institutio non spectabat, seu ius instituendi non habebat & sic nulliter præsentasse dicitur, tunc de nouo pręsentare poterit, ista fuit sententia Io. Mon. s̃. hoc. c. & Car. in Cle. 1. in 9. q. de iure patron. dicentis quòd præsentare debet intelligi cum effectu. c. relatum. s̃. de cler. non residen. cum similibus, in qua præsentatione tres requiruntur personæ, præsentans, præsentatus, & cui fit præsentatio, & vno deficiente, actus non est completus instar iudicij. c. forus. s̃. de verb. signific.

¶Suadet alia ratio, quia optio minus legitime facta habetur pro infecta. l. 2. & l. optime. ff. de optio. leg. Itẽ facta

coram

coram iudice non competente pro nō facta etiam habetur.l.si pater.C.ne de sta.defunc.& c.at si clerici.§. de iudi. tenet Card.in c.fi.§.de iure patr.& Io. Imo. in d.Cle.1.nu. nu.13.& ibi Pet.de Anch.nu.7.

¶Istud procedit etiā in patrono laico, qui nulliter præsentauit, quia potest pęnitere & aliam legitimam præsentationem facere,& in totum a prima recedere. probatur arg.not.in c.cum laici.de iure patro.plus enim his, quàm clericis fauetur.firmat dominus Brunellus in trac.de leg. po.concl.24.col.fin.

53 ¶Tu autē in puncto hoc resolutiue dic,aut quęris † de patrono præsentante scienter indignum. Si sit ecclesiasticus,tunc illa vice priuatus est potestate præsentandi, secus si laicus,qui non punitur etiam si scienter presentauerit indignum nisi in ea perseueret vsque ad quatuor menses,secundum Io.de Imo.in d. Cle. 1. nume. 12. & Cardi. ibi in 13.q.

¶Istud tamen quod in vltimo diximus nō videtur placere Panor.in c.cum vos.§.de offi.ordi. qui dicit ꝙ patrono laico, qui scienter præsentauit indignum, non licet alium accumulare. Refert domi.meus in rubr. de iudi.nu. 68.quod placet,quia videtur dolo & malitia illudere ecclesiæ & derisorie præsentare, meritò non est dabilis regressus hac vice,sed potius debet pati pęnam arbitrio superioris propter abusum quem in actu gratiosè laicis cōcessum commisit.

¶Facit quod dicit Io.Mon.§. in hoc.c.ꝙ in eo ꝙ debet pati incommodum,non debet sustinere commodū.igitur doctrinam teneas. Panor.in d.c.cum vos post. gl. ibi, tamquam communem opinionem,ꝙ vterque præsentādo indignum sit ea vice potestate præsentandi priuatus. Hanc sequitur Domi.in c.1.nu.5.§.hoc tit. pro qua videtur tex.apertus secundum Inno.in c.proposuit.§. de filijs presbyt. in Auth.de sanct.epi.in §.si quis oratorij.col.9. & ibi Ang.citat ius patro.silere, quando patronus præsentat indignum,adeo ꝙ ius præsentandi ad episcopum deuoluitur. Barba.latè consi.33.col.6.quod incipit. Scripsit psal mista.vol. 2. vbi loquitur de præsentatione facta in fauorem pueri ad capellā. Imputari enim eis debet mala electio,non se informando de personis præsentatis, prout in simili dicit Decius consil.160.colum. fin.in causa monasterij.

Et licet hæc communis non videatur placere. Ioan. And.in d.c.cum vos. Nec Freder.consil. 147. Nec etiam Innocen.in d.capitu.cum vos & Dom.consil.37.col.3.sibi contrariis,mihi tamen, vt dixi placet ipsa communis. motus ea potissime ratione, quia si eligentes, vel conferre de iure communi habentes priuantur, quando ecclesiæ de indigno prouident.capitu.cum in cunctis.supra de elec. a fortiori hi quibus suffragatur priuilegium, cuius medio non iure communi laici præsentant. Abutuntur enim eo priuilegio.

Ideo meritò hac uice dicuntur priuati. arg. c. gratum. supra de postul.præla.c.priuilegium.11.q.3.Ioan.Mon.in cap.unico.supra de æta.& qualit.ord.Ita firmat in proposito.d.Domi.Brunellus ubi supra col.fina.ver. secunda limitatio. Et sic siue scienter, siue ignoranter præsentauerunt, maxime si institutio uariationem processerit, quia tunc res desijt esse integra, quod nota.uide glo.pragma. in ti.de colla.in uerbo non ualeant in §.item circa.

Non uariat etiam prælatus habens indultum, ut aliquos nominet ad primarias preces, postquàm nominati gratam habuerunt nominationem. Testantur Domi. de rota Deci. 22.& 35. in antiquis & in antiquio. in titu. de consuetu.deci.3. Quibus nominatis præfertur apostolicus expectans. Rota in antiquio. deci. 55. & etiam nominatis ab uniuersitatibus Galliæ, ut uidere licet per glo. pragma. in titu.de collatio. in §. uolens in fine in uerbo effectum.

Pro ampliori discussione præsentis puncti, uide Petrum de Bellapertica peroptimè distinguentem. quæst. 527.& remissiuè ad Bertachi. & Alber. in dictionario in uerbo uariatio, & nouissime Domin. Petrum Rebuffum, hac nostra tempestate hic, Parisijs in restaurata decretorum facultate ordinariè legentem in repe ti.l.quod iussit.in rationibus dubitandi.ff.de re iud.

Bonifacius Octauus. Cap. XVIII.

¶Eum qui beneficium,cui animarum cura &c.

SVMMARIVM.

1 *Violentum est, cuius principium est ab extra progressus.*
2 *A violentijs abstineamus, naturalia prosequentes.*
3 *Error sepe ad falsa adducit.*
Oderunt peccare mali formidine pęnæ.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Qui obtinuit in beneficio, illius possessionem non debet intrare propria authoritate, alias iure priuabitur.*
2 *Amotus a beneficio per sententiam non statim desinit possidere.*
3 *Pęna.l.si quis in tantam, non habet locum, nec est in vsu.*
4 *Malus semel, quando non præsumitur malus.*
5 *Differentiam inter ius in re & ius ad rem, vide hic.*
6 *Clausula, dummodò tempore datæ præsentium, operatur vt hic.*
7 *Clausula, aut si aliqui super prouisionibus, importat vt hic.*
8 *Verbum huiusmodi est relatum.*
9 *Violentia committitur, eo ipso quòd quis propria authoritate intrat possessionem.*

a EVM QVI BENEFICIVM a. Hæc decre.habet duo dicta, Primum est quando est peccatum in facto & in modò. Secundum vbi est peccatum solum in modò [obtinebat.]

Sic vidi in duobus electis,quorum vnus lite pendente se fecit per literas falsas in Episcopum consecrari. Et hoc declarato,beneficia sua fuerunt collata,ac si canonicè fuisset consecratus.§.de elec.cum in cunctis. §.cum verò.

Et ratio statim subijcitur, quæ habetur.ff.quod vi aut b clam.l.nam & Seruius b[violenti.]

1 Et est violentum † cuius principium est ab extra progressus,Meritò procedit diminuendo, sed in motu naturali econtra, qui fortior est in fi.

2 ¶Et ideo † a violentijs abstineamus, naturalia prosequentes,præsertim propter illud Boetij:Inserta est hominibus naturaliter veri, alias vis boniq; cupiditas, hoc est 3 desiderium.Licet ad falsa † error sepius adducat [formidine] iuxta illud.

c Oderunt c peccare mali d formidine pęnè.§.de vita & d honesta.cler.vt clericorum. 2.Respon.§.hoc lib.de offic. ordi.Si canonici.in fi.[ad ea.]

e ¶Nota ius competere in re, & ad rem e.§.eo.licet.1. Responso.§.hoc lib.de conces.præb.c.vlt.§.sanè.& §.eo. si postquàm.

ADDITIONES PROBI.

a EVM QVI. Adde ad tex.nostrum quæ citat Io.Cal.in c.cum nostris.q.6.§.de cōces.præb. 1 quòd † qui obtinuit in beneficio, illius possessionem non debet intrare propria authoritate, alias iure priuabitur. alleg.l.qui restituere.ff.de re vendi.l.a diuo Pio.ff.de re iudic.l.si quis missus.ff.ne vis fiat ei,& text.nostrum. Et subdit rationē, 2 quia † amotus a beneficio per sententiam nō statim desinit possidere.d.c.cum nostris. Istud noluit firmare Philippus hic.In §.insuper, sed reliquit cogitandum, & citat Rotam quam reperio in nouis decis.417.si pro spoliato, vbi domini de Rota videntur tenere contrarium, quia iura pro contrario allegata, & quæ pro eo adduci possunt, intelliguntur quando quis per violentiam absq; sententia, aut sine canonico tit.se intrudit, vel intrudi permittit in beneficio.

Istud reperio firmatum per Aufre.in decis.capel.Tholos.443.in fi.vbi dicit quòd pęna text.nostri non habet locum, si quis ingrediatur possessionē beneficij per violentiam factam iudicis authoritate.

¶Faciunt præterea quæ scribuntur per Guil.Benedicti in repeti.cap.Raynutius. in ver. si absquè liberis moreretur. 2. de testa. nume. 148.car. mihi. 348. in prima

impre.§.pe testa.dum dicit post Specu.in titu.de resti. spolia, §.1.versicu.quidam dicunt sic, quòd † pęna.l.si quis in tantam.C.vnde vi,locum nō habet,nec in vsu est,cum pęnę sint potius moliendæ.l.cum quidam.ff.de liber.& posthu.& l.pen.ff.de pęnis.

¶Et per hunc modum cessant omnes constitutiones punientes inuasores aliarum possessionū priuatione iuris, quod in eis habent, sic cessat pęna.l.meminerint & aliarū similium.C.vnde vi.& l.extat.ff.quod metus causa,ita seruatur,dicit. Nec vnquàm vidit pęnam dictarum legum quo ad iuris priuationem practicari,nec seruari, quod placet Pet.Rebuf.in repeti.l.quod iussit.in 2.no.nu. 184.ff.de re iudi.Puniuntur tamē violenti inuasores alia pœna arbitraria Regi & parti applicanda pro modò excessus.Quę cōsuetudo est foro conscientiæ consentanea, in quo vltra interesse partis tales pęnę non debentur.per tex.in c.fraternitatis.12.q.3.vbi glo.fi.in fi.dicit, quòd si quis confessus fuerit suo sacerdoti furtum fecisse, pœnitentia non debet ei iniungi, vt vltra rem ipsam, scilicet pęnam restituat. De quo Panor.in c.si ingressus.§.de iniurijs.& c.fi.post Inno.in c.sicut dignum.in fi.§.de homicidio.idem Panor.in c.quoniam.§.de probatio. Fely.in c. 1.col.11.sub num.41.versi.tertius casus.§.de constitu.Et ea æquitate vtuntur Galli, vt viuat secundùm conscientiam præsertim in curijs supremis, in quibus iudicatur maximè secundùm æquitatem & conscientiam ac secundùm quod dominis ex bono & ęquo videtur,non attendendo ad apices iuris.

¶Præmissa faciunt quòd quis petest ingredi possessionem beneficij virtute simplicis signaturæ, & sine executore, ideo propria authoritate.pro quo vide deci.prædictam.c.tholo.443.& quæ latè dicimus in tracta.de manda.aposto.eo.in loco,in quo de signatura tractamus.

¶Ex præmissis igitur resultat limitatio ad text.nostrū, ad quem secundam addo limitationē post Egidium Bellam.deci.563.vbi dicit text.nostrum non habere locum in eo, qui recipit beneficium incompatibile, credens se ius habere in eo, & non habes, & quod hoc casū præsumitur ignorantia,nisi scientia probetur.ff.de probation. l.verius. Et c.nostrum non habet locum nisi in sciente, vt patet hic in princ. Domi.in consi.78.col.2. quod exorditur, formantur, vbi dicit quòd hæc ignorantia debet esse facti, non iuris, quia talis non excusat.iuribus vulgatis, quod videre licet.per not.in l.leges sacratissimę.C. de legib.& in l.latè.ff.de verbo.signifi.tamen illud non procedit in eo, qui ignoraret aliquam legem singularē, quæ esset contra communes regulas, quia illud non cadit in dolum præsumptum, neque in latam culpam.not. Alex.post alios consi.19.nu.11.circa primum.vol.7.antè eum Anto.de Butr.in c.cognoscentes.col.2.§.de constitu.Licet enim non alleget, tamen eundem Anto.citat. in c.finem.in versi.venio ad quartum.§.de dolo & contu. & Saly.& Roma.in l.quod te.ff.si cer.peta.

b ¶Nam & seruius. Vide Cępol.consi.164.colum.licet in causa supra scripta. Et dic vnum, ad quid apponatur pœna talibus, reperio apud Domi.in consi.106.col. 2.super dicto dubio, quod hæc pęna & similes contra tales se intrudentes in beneficijs introductæ sunt, vt liberius prouideatur, quando etiā de facto vacant, quàm si vacant de iure, & non de facto.vt patet.§.de concess. præb.c.cum nostris.& c.literas.& quod ibi not.& hoc tit. lib.c.licet Ep scopus.

c Oderunt. Adde alium versum oderunt peccare boni virtutis amore.

d ¶Mali. Vide quod voluit Ange.post text.in Aut.de mo.§.hinc autem nobis.colum.1.in fi.quòd † licet malus hodie præsumatur esse malus, tamē si probatur quod a tribus annis citra ille qui semel malus fuit homo, fuit semper mitis & in conuersatione honestus,& honestatis amator,& qui disciplinas assumpsit, per hoc cessat prima præsumptio.

In proposito vide etiam quæ not.Bon.de Cur. in trac. de nobili.in 3.par.nu.92.

Attende equidem ad id quod citat Domi.in consi.53. col.4.Gregorius.12.quòd non debet quis condemnari, quin prius constet de causa, alias ita posset condemnari innocens sicut nocens,& sic mali ex hoc nō terrerentur, si videant ita bonos sicut se damnari.

5 Et ad rem. Inter † hæc iura dic latam fore differentiā, prout diximus aliud esse tuum fore beneficium, & aliud esse fore tibi debitum.c. si tibi absenti.isto tit. quia iuri ad rem Papa.per clausulam in prouisionibus beneficialibus 6 apponi solitam, videlicet dummodo † tempore datæ p̄sentium non sit in eo alicui alteri ius quæsitum.&c.intendit derogare,& præseruare ius habentes in re.no. Cal.cōsil.8.in fine, An existens in ætate, in tit.de rescrip.& est de mente Roma.consil. 256. Approbo sententias præfatorum. Pro hoc habeo quod not. Compost. Ioan. And. & communiter alij in capitu.causamque.de rescrip.& idem Ioan.And.in capitu.fi.de conces.præbend.hoc lib.in nouella,quòd curiales tenent literas beneficiales,quæ dant impetrantibus prærogatiuam super primos, intelligi de primis, quibus non erat quæsitum ius in re, non de illis, quibus erat ius quæsitum ad rem facit d. cap. fina. supra de conces.præben.ex quo text.& doctrina scriben.ibi,resuitat,quòd literæ beneficiales,& quicunque actus collationem præcedentes, non tribuunt ius in re, etiam si interuenerit reseruatio decreti, interpositio ac petitio, seu acceptatio impetrantis,quod ultimum uidetur cōtra doctrinam Fely.in capitu.capitulum,colum.7.versic.prima conclusio. supra de rescrip. vbi dicit quod licet habens clausulam,anteferri, præcedat primum habentem ius affectum,&.processum factum pro prima uacatura c.pen. isto tit.& lib.tamen fallit ubi primus acceptasset uacantem,licet prouisio non esset secuta.allegat rotam,subiungitque rationem,quia non est verisimile Papam uoluisse tollere ius primi ita appropriatum, sicut appropriatur per acceptationem.Tu tamen dic quòd datum est remedium per stylum curiæ, dum apponitur clausula in pro-7 uisione dante ius in re † Aut si aliqui super prouisionib. sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiastici s in illis partibus speciales literas impetrauerint. Etiam si per eas ad inhibitionem,reseruationem,decretum,vel aliàs quomodolibet sit processum,quibus omnibus te in assecutione dictæ parochialis uolumus anteferri. Per quæ uerba satis apparet de contraria mente Papæ, quodque fuerit uerisimile uoluisse tollere ius primi ad rem, immo 8 de expressa mente ponderando verbū † huiusmodi quod est relatiuum.c.1.& 2.§.de foro compe.& c.2. vt lite pen. dē.hoc lib.quod refert beneficium,de quo est prouisum, & verbum,omnibus, in quo nemo excluditur. Ista comprobat domi.Bertrandi cons. 292.visis copijs tertia parte qui ibi num. 9. subdit pro intellectu.tex. nostri. in §.insuper,quòd licet glo.& Ioan. Andr. in nouella hic & in c.si tibi absenti hoc. titu. & lib.senserit quòd.d.§.non puniat furem vel iniustum appræhensorem, sed solum violentum,& quod innititur rigori, de quo in glos. alias principium.tex.nostri frustra posuisset ista duo tamquam diuer-9 sa:tamen Archi.intelligit violentiam † committi eo ipso quòd quis propria authorite sine iudicis vel executoris authoritate intrat possessionē.l.extat.ff. quod metus causa.c.placuit.16.q.6.

¶Lapus allega.101. Anastasius in versi.ad tertiam quęstionem tractando materiam.tex.nostri,concludere videtur quòd si quis intrat possessionem beneficij vacuā propria authoritate,tunc procedit dictum Ioan.And.si non vacuam intrat contradicente & inuito possessore, tunc procedat opinio Archi. quia ille dicitur violentus possessor,& habet locum pęna.d.§.Etiā si primus possessor non dimiserit suam possessionem, quia licet illam non dimiserit,passus tamen fuit violentiam & turbationem.argu. c.quoniam.§. vt lite non contesta. Pro hac distinct. facit glo. in l.non est dubium de legi.C.dum quærit an legatarius perdat ius. quod habebat in re legata, si propria authoritate intret possessionem eiusdem rei. Et distinguit an possessio sit vacans,vel non, quam glos. communiter Doct.ibi sequuntur. Ista distinctio videtur placere. Domi.hic.

¶Et quod supra diximus de mente,facit in simili quod notat Dec.consi.520.nume. 4. in causa Pistoriensi, quòd quando constat de mente principis,quòd ex causa (videlicet pro bono pacis) vult ius priuatorum remittere ex tali causa,hoc facere potest. Angel. in l.conuentionum. ff. de pac.in fi.& Bal.in l.bene.a Zenone.col. 1. C. de quadri. præscrip.cum alijs per eundem Dec.adductis.

¶Bonifacius

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIX.

¶Is cui conceditur, vt authoritate apostolica &c.

SVMMARIVM.

1 *Non est idoneus beneficiatus, cum in iure communi beneficiatus non mandetur beneficiari.*
Potestas delegata minor est seipsa non delegata.
2 *Genus leuius patitur debilitationem, seu annihilationem, quàm species.*
3 *Genera sunt ciuiliter intelligenda.*
Verba idoneæ personæ, debent intelligi secundùm ius commune.
Satis est quòd habilis sit persona, quando potentia excitatur ad actũ beneficiatum.
4 *Pluralis locutio sic est intelligenda vt sit salua, non vaga.*
5 *Singula officia, sunt singulis committenda.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Doctorum diuersitas, rem facit dubiam.*
2 *Gratia quando non dicatur ambitiosa, licet reperiatur ad instantiam obtenta.*
3 *Propter importunitatem sæpenumero, non concedenda tribuuntur.*
4 *Concessum motu proprio solet fauorabilius interpretari, quàm id quod conceditur ad partis postulationem.*
In dispensatione obtenta ad instantiam, sunt duæ causæ odij.
5 *Idoneitas duplex reperitur, quoad beneficia obtinenda.*
Tacens vel minus bene exprimens valorem beneficij & impetrationem nullam sibi refragatur vt hic.
7 *Quando duo tempora sunt ad vnum reducta, fit vt hic.*

a IS CVI. Hæc decret alis tollit opinionem positam. s. eod. cum olim. in fi. per Inno. [non potest] contrarium notabat Inno. in d. c. motus ista ratione, quia hoc casu fiebat gratia prouiso, sed prouidenti. Nec prouisus secundùm eum poterat b dici hoc casu ambitiosus, cum ad sui instantiam b nihil fuerit obtentum. s. eo. quàmuis. 1. respon. & Clemẽs IIII. cuius rescriptum vidi, mandauit contra d. opinionem. Nolebat tamen eum, cui erat prouisum per formã hanc, dimittere beneficium. Sed hodie non valet talis prouisio per hanc literam. & s. hoc lib. de elec. si compromissarius. §. 1. & per d. §. & s. de elect. cum in cunctis. § fi. & s. hoc lib. de elect. quamquàm. dico illum, qui primo peccauit prouidendo cõtra hãc cõstitutionẽ, illo purgato nõ posse iterato prouidere, secus si esset tantum peccatum in forma. Et ratio diuersitatis no. d. c. quàmquàm. ar. ff. de condit. & demon. hæc conditio est no. Innoc. j. de re iudi. c. 1. Nam 1 non † est idoneus c beneficiatus. s. eo. super inordinata. cũ c in iure communi beneficiatus non mandetur beneficiari. s. eo. quia in tantum. j. eo. c. si motu. §. 1. Nec ratio Inn. valet. Nam quantu quis plus recedit a primo, tanto mi-2 noris est virtutis. Et inde est ꝙ † potestas omnis delegata, minor est seipsa non delegata. s. eod. dudum. §. nos igitur. Si ergo tenet prouisio, quam mihi facit Papa tacen-d ti d de beneficio, multò fortius in casu isto.

Item genus leuius patitur debilitationem, seu annihi-3 lationem, quàm species. s. de rescr. significauit, quia † ge-e nera ciuiliter sunt intelligenda. e ff. de serui. si cui. ff. ad exhib. l. pe. vnde hæc verba, prouideat personæ idoneæ, debent intelligi secundùm ius commune, vt beneficiatus f non beneficietur. f s. de rescrip. ad aures. & c. postulasti. & c. si proponente. & d. decre. si motu, quæ distinguit [dimittat] in hoc est differentia in hac forma, & in illa, quam p me impetro. Quia si impetro, & post impetrationem dimitto, non sufficit. no. s. de elec. dudũ. 2. §. nos igitur. Sed in casu isto secus. Nam nihil actualiter habetur, sed potẽtia liter per rescriptum hic obtentum, & ideo hoc satis est g ꝙ hoc casu sit habilis g persona, qñ potentia excitatur ad h actum h beneficia.] No. qualiter hoc verbum interpretatur, quia de vnico beneficio, quod non sit curatum. arg. s. 4 eo. cũ in illis. & ibi no. [restringi.] No. pluralis locutio sic est intelligenda, vt sit salua non vaga. j. eo. non põt. §. 1.

5 Et est ratio, singula † officia sunt singulis committenda. j. eo. cum singula. & ratio redditur. s. de cler. non resid. quia nonnulli. C. de assesso. nemo. in prin.

ADDITIONES PROBI.

a OPINIONEM. Cuius † etiam Doctorũ 1 diuersitas rem facit dubiã. no. in l. & ideo. de leg. 2. & in l. cum de nouo. C. eo. tit. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 6. oppo. ff. de verb. obli. refert & sequit Alex. cons. 19. nu. 10. circa primũ & tertium. vol. 7.

b Instantiam. Vide Pau. de Cast. in cõsil. 314. nu. 4. super 2 eo. par. 1. vbi dicit gratiam non esse ambitiosam, licet † ad instantiam fiat, videlicet, quando gratia nulli est nociua & supplicanti proficua, vt potè quando fit ad commodũ vniuersitatis, vel communis, putà pauperum, & hoc in casu nõ habet locum dispositio. c. si motu. quia loquitur quando fit petitio pro singulari persona & illius commodo, non pro vniuersali, in qua non cadit ambitio, quia res est inanimata & persona ficta & representata, quæ nõ capit delictum. no. latè Calca. consi. 1. dico post Io. Mo. & alios in c. Romana. in ver. vniuersitatem. de senten. excõ. vide etiam in c. vt circa. s. de elect. ꝙ autem gratia obtenta ad instantiam sit ambitiosa, non quæ motu proprio, habes Panor. in c. quia in cunctis. §. quia verò. num. 7. & 8. s. de elect. Roma. consi. 327. col. 2. in fi. Doct. post text. in c. si pluribus. j. hoc tit. Dec. consi. 268. colũ. 1. vers. modò in casu. reuerende pater, quem vide in simili consi. 489. in prin. in casu occurrenti. & in consi. 541. in fi. visa donatio-3 ne. & consi. seq. in replica. Dec. col. 1. vbi ait, quia † propter importunitatem sępenumero non concedenda tribuuntur. l. 1. de peti. bo. subla. lib. 10. C. & c. cum in iuuentute. §. cęterum. s. de purga. vulga. c. tuæ. s. isto tit. Iuuat glo. in c. 4 2. s. de mutuis peti. dicens ꝙ † priuilegium cõcessum motu proprio solet fauorabilius interpretari, quàm illud qđ est concessum ad partis postulationem, quia hoc casu prę sumitur ambitiosum & odiosum, iunctis dispensationibus, tum quia sunt duæ causæ odij. no. Cor. consi. 12. col. 1. viso puncto. par. 2.

5 ¶Idoneus. Dic ꝙ quo ad beneficia duplex reperitur † idoneitas, vna videlicet a iure communi introducta, & ista est nota. Alia a iure speciali, videlicet a lege viua per dispensationem, aut gratiam data, & vtraq; semper tacitè inest. Et sic si exprimantur non dant nouam formam, sed personam excitant. not. Petr. de Ancha. consil. 404. num. 5. Tria dubia.

6 Tacenti. De tacente aut † minus benè exprimente valorem, vide Card. consil. 31. num. 4. cum inter religiosos. & de tacente eius impetrationem nullam attende ad Domi. in consi. 140. casus talis est.

e Intelligenda. Vide quæ dico in c. in generali. in ver. ciuilem modum. de reg. iur. vltra quæ lege notata per Ant. de But. consi. 19. col. 4. quia hic agitur de authoritate episcopali. vbi latè disputat de proportionabilibus & conuenientibus personis prouisis.

f Non beneficietur. Ista sunt de iustitia Io. Mo. in c. si pauper. j. hoc tit. Latè dixi. s. in c. gratia. de res.

g ¶Sit habilis. Hoc dictum. glo. hic sequitur, cum qua Archi. Petr. Domi. & Franc. idem tenent post Ioan. Mo. glo. Scriben. in c. ei cui. j. hoc tit. Roma. consi. 327. vers. 5. quia. num. 14. istę sunt. Domi. in c. si pauper. hoc titu. & in c. si eo tempore. s. de rescrip. hoc lib. domi. meus de Ripa post Fely. & alios in c. eam te. s. de rescrip. hæc enim duo 7 † tempora impetrationis videlicet & vacationis, seu collationis hoc in casu ad vnum sunt redacta, iuxta illud Auli Gel. lib. 7. noct. Atticarum. c. 21. cum duo tempora inter se opposita sunt atq; ita cohærentia, vt alterius finis cum alterius initio immisceatur rursum, vitæ & mortis. Item habendi senatus & dimittendi, non refert vtrũ per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demõstretur. Et in his quasi videtur necessaria consequentia, & melius, quàm quando oppositum consequentis stat cum antecedente, quia tunc non est necessaria, nec concludens consequentia. Hinc sumpta est illa regula, quod non probat hoc; esse, quòd ob hoc contingat abesse. l. non hoc. C. vnde cog. c. in præsentia. s. de probat. not. Maria. Soc. consi. 165. col. 4. visis inuestituris.

h Ad actum. Idem dicẽdum venit in opposito, videlicet quando adest inhabilitas, quando volumus excitare ad actum, possumus ponere exemplum in eo quod citat

Maria. Soc. consil. 177. col. 4. versi. secunda ratio. Præsens consultatio. ibi, quòd si statutum prohibet vxorem legare viro, non potest legare rem existentem extra territorium, quia ex quo resultat inhabilitas personæ & exclusio ab actu, prohibitio statuti porrigit effectum suum ad rem vbiq; existentem.

Pro intento Io. Mo. habeo in argu. a contrario ea quæ citat Maria. ipsæ consi. 183. col. pen. Eleganter. dum dicit ꝙ si tempore existentis conditionis donans non est habilis ad acquirendum vel disponendum, & sic extremum a quo non est habile, ideo non potest per fictionem trāslatiuam conditio retrotrahi ad tempus donationis. Bart. in materia fictæ translationis. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. quem sequuntur Docto.

Vide quæ not. Pet. de Anch. consi. 25. circa finem, videtur prima facie.

Bonifacius Octauus. Cap. XX.

¶Si beneficia quæ per se. apo. conferuntur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dimittens beneficium ex necessitate an sibi præiudicet.*
2 *Ignorantia præsumitur vbi scientia non probatur.*
Quis habet beneficium iuris, quando contra illud non committit.
3 *Damnum quod ab vno iudice prouenit, omnino purgari debet.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quod non est verisimile incredibile reputatur.*
2 *Nobis sufficit quod est verisimile.*
3 *Rationabile est quòd verba restringantur ad verisimile cogitatum per testatorem.*
4 *Testibus verisimiliora deponenti bus magis creditur, etiam si sint pauciores.*
5 *Experimentum verorum sermonum est, vt concordet rebus sensatis & verisimilibus, nam quod est valde longe a verisimili, est imago falsitatis quædam.*
Quis præsumitur sanæ mentis, non mente captus.
6 *Creditur potius testibus deponentibus de bona fama, quàm testibus deponentibus de mala.*
7 *Scriptura priuata quando faciat fidem pro scribente vide hic.*
Quod est verisimile habetur pro expresso.
8 *Natura recisoriorum est vt hic.*
9 *Vbi requiritur plena & indubitata scientia, nunquàm intimatio procuratori facta nocet domino.*
10 *Regulariter dominus præsumitur ignorare procuratoris sui gesta, nisi probetur scientia.*
11 *Non est præsumendum quòd procuratori sit mandatum illicitum.*
12 *Cum vitium ex vna radice nascitur, consequens est vt vna lege tollatur.*
13 *Plus est facto facere, quàm verbo.*
14 *Quando permutatio non est sortita effectum an permutans propria authoritate valeat redire ad beneficium resignatum.*

a SI BENEFICIA. a Hæc decretalis iustæ ignorantiæ prouidet. Et primò circa hic expressa statuit. Secundò. §. [eundem] statutum ad gradus posteriores extendit [conferuntur] per Papam, & nihilominus per aliū iusta ignorantia excusante, vt ĵ. sequitur [reseruantur] vt sæpe fit de beneficijs, quæ habent illi, quibus prouidetur per sedem apostolicam, præsertim si sunt absentes, quando eis prouidetur [ignorantibus] verisimiliter b [dimissa]
b iuris necessitate, vt credebant, non propria voluntate,
1 nisi † quatenus opinantur ex iuris necessitate c ꝙ non cō-
c patitur primum cum secundo obtineri, idem crederem nisi primum & secundum possent se compati, sed malebat habere secundum quàm primum, vnde frustratus potest primum recuperare, quia primum non videtur propria voluntate dimisisse, sed potius ex sequela facta prio-
d ris. ff. de minor. l. 3. §. 1. & 2. [ignorantia d] quæ præsumi-
tur. vbi scientia non probatur. ĵ. hoc lib. de reg. iur. igno-
2 rantia. [difficultate.] No. ergo illum beneficium iuris habere, qui contra illud non committit. ff. sol. mat. si ab hostibus. § 1. ĵ. hoc lib. de hæreti. c. vt commissi. in fi. [reuertantur.] arg. de inoffi. testa. l. nihil. §. eum. l. fin. ff. de hæred. insti. vbi voluntas secunda circunuenta primæ non præiu-
3 dicat. [alios.] Et est ratio e vt damnum † quod ab vna ra-
e dice prouenit omnino purgetur. arg. C. de duo. reis. l. vlti.

ADDITIONES PROBI.

a SI BENEFICIA. Vide Domi. in consil. 78. formantur ista secunda dubia. & Lap. allega. 120. Fulcinius.

b ¶Verisimiliter. † Alias si non verisimile esset incredibile reputaretur. text. in l. Meuius. ibi, incredibile videtur id egisse hæredem, vt eadem portio bis eidem debeatur. de lega. 2.

1 ¶Vide quæ latè in materia non verisimilitudinis dixit Hipol. consi. 83. quia cuncta. & Ias. in consi. 160. visis diligenter. vol. 4.

2 ¶Vlterius dic quod nobis † sufficit, quod est verisimile Ioan. de Ana. in c. significasti. s̄. de homicid. per text. in l. 1. in princ. ff. de appella. vbi appellatio permittitur, quia plerunq; appellationis iudex iniquitatem vel imperitiam primi iudicis corrigit, licet quandoq; in pœnis reformet, vt ibi dicitur, sic quod verisimile est, non quod possibile sit, attenditur, vt in simili. q. Bald. dicit in l. scripturæ. C. de fide instrum. de quo per Dec. in c. proposuisti. sub num. 14. s̄. de probatio. pro hoc facit quod notat Alexan. in consi. 76. col. 1. viso themate. vol. 4. vbi dicit ꝙ rationa-
3 bile † est vt verba restringantur ad verisimile cogitatum per testatorem. l. si quis. §. fi. ff de testa. tutel. text. est optimus. in l. solutum. §. solutam. ff. de pigno. actio. ibi, non enim credibile est conuenisse &c. qui probat ꝙ verba debent semper restringi ad verisimilia, quod procedit in contractibus, in quibus debemus etiam inspicere verisimilitudinem resultantem ex quantitate precij vel qualitate rei glo. in l. semper in stipulationibus. ff. de verb. obliga. secundùm Bart. in l. Paulus. circa princip. ff. de solutio. pro quo atende ad Ias. in consil. 84. col. 3. vol. 3. verba.

¶Vide Alexan. conf. 77. num. 8. quia per suprascriptos. vol. eod.

4 Hinc † est quòd testibus verisimiliora deponentibus magis creditur etiam si sint pauciores. c. in nostra. s̄. de testib. l. 3. post prin. & l. ob carmen. §. fi. ff. eo. Notat Alex. in consi. 65. col. 2. visis processibus. vol. 2. & consi. 180. col. fi. in causa Angelorum. eo. vol. 2. & consil. pen. num. 10. vol. 1. & Neapol. decis. 363. in fi. verum. vbi subdunt quòd ex-
5 perimentum † verorum sermonum est, vt concordet rebus sensatis & verisimilibus. Nam id quod est valde longè a verisimili, est quædam falsitatis imago. Pone instantiam in testibus deponentibus Titium fore sanæ mentis, & in alijs testibus deponentibus, quòd est mente captus, quibus credetur? dic ꝙ primis, quia est verisimilius quòd sit sanæ mentis, & non mentecaptus, & hæc est præsumptio iuris. l. nec codicillos. C. de codicil. gl. in ver. compotem. in cap. fi. s̄. de succes. ab intesta. quam sequitur Panor. in c. cum inter ea. col. 4. s̄. de elect. comprobat Dec. consil.
6 448. num. 9. vis tota. vbi idem dicit de testibus † deponentibus de bona fama & conditione, vt eis citius stetur quàm deponentibus de mala, quia primi concordant cum præsumptione iuris, alij contra, sic duo vincula sunt vno fortiora, vt latè per nos extitit comprobatum. in c. 1. s̄. de rescrip.

¶Vltra quæ vide quæ dicimus in c. filij. & in c. cum cōtumacia. de hæreti.

7 Item in alio iuuat verisimile, † quia scriptura priuata q̄ regulariter pro scribente non facit fidem. l. exemplo. l. rationes. l. instrumenta. C. de proba. & c. 2. s̄. de fide instrum. tamen in his quæ verisimilia sunt, etiam pro scribente fidem facit. No. latè Dec. consi. 519. num. 2. in casu. & consi. 596. col. 2. ad dubia.

¶Item illud quod est verisimile habetur pro expresso. l. Titius. §. 1. & ibi Doct. ff. de liber. & posthu. glo. in l. tale pactum. § fin. ff. de pact. notant Neapol. decis. 44. num. 26. de tribus.

c Necessitate. Pet. de Ancha. consi. 404. col. 4. sub num. 9.
8 & 10. tria dubia, subdit in proposito ꝙ natura † recisoriorum est quando facto legis vel iudicis de nouo qnæsitum rescinditur, semper ad antiquum quis reuertitur ipso iure, vt patet in minore restituto aduersus traditionem.

Nam

Nam & creditori actio iam extincta reformatur antiqua. l.1.C.ſi aduerſ.tranſac.quod facit ad q.no.ibi per eum diſcuſſam,quam videas precor.

d Ignorantia. Quæ debet tolli per certiorationem & intimationem reſeruationis, ſeu collationis faciendas ipſi ignoranti, non eius procuratori etiam ſpeciali ad litigãdum ſuper ipſo beneficio, ratio quia in caſu tex.noſtri requiritur talis ſcientia reſeruationis, ſeu collationis, quæ careat omni dubitatione,ſecundùm Archi.hic quem ſequitur Io.And.per c.certum.12.q.3.de quo per Fely.in c. præterea.in prin.de teſtib.

9 Sed vbi requiritur † plena & indubitata ſcientia, nunquam intimatio procuratori facta nocet domino.glo.eſt in Cle.cauſam in ver.appellatum.de elec. quam reputat ſingularem.Alex.de Imo.in l.non ſolum.§.morte.ſub nume.38.ff.de no.oper.nunc.ad hoc ꝙ vbi requireretur per ſtatutum ꝙ veniret in plenam & in certam notitiam domini,non ſufficeret proteſtari procuratori etiam ſpeciali.

¶Item quotiens ſcientia eſt perſonalis,id eſt requiritur ad conſtituendum ſeu inducendum malam fidem, tunc procuratoris ſcientia non nocet domino.l.item veniũt. §.ſi petitam.ff.de peti.hæredi. Sed hic ſcientia reſeruationis ſeu collationis requiritur ad conſtituendum dominũ in mala fide, qui nititur beneficium reſeruatum retinere,contra voluntatem Papæ,& in præiudicium alterius, igitur non obſtat ſi dicas ꝙ dominus præſumitur a ſuo ꝓcuratore certioratus, cum in caſu noſtro non ſufficiat

10 præſumpta ſcientia,imo regulariter † dominus præſumitur ignorare procuratoris ſui geſta,niſi probetur ſcientia. l.quod vulgo. cum gloſſ.ff.pro empt. vide concor. per Cor.conſi.156.col.fi.cum in cauſa.volum.3. Non obſtat etiam,quia ſibi imputet dominus, qui dedit mandatum ſpeciale ad litigandum ſuper ipſo beneficio,quia reſpondetur ꝙ tale mandatum non ſe extendit, vt procurator viſa alterius reſeruatione ſeu collatione debeat in lite per

11 ſiſtere, alias cenſeretur mandaſſe illicita, † quod non eſt præſumendum.l.ſi procurator tuus. vbi glo.Salyc.& Iaſ. poſt alios ff.ſi cer.peta.cum ſimil.glo.2.in c.dilecto. s̃.hoc tit.Rota in nou.dec.81.quo ad aduocationem attentatorum.

e Ratio.Guil.hic dicit hanc fore rationem ad iſtud quo ad omnes alios,vt ex hoc ſi per diuerſas manus multa beneficia tranſeunt,ad ſtatum ſuum reuertantur.Hinc dicit hic Petr.no.8.ꝙ ſi error in prin.eſt cauſa læſionis plurium ſucceſſiuè & gradatim,primò reſtituto aduerſus ſecũdũ, ſecundus aduerſus tertium reſtituitur, & ſic deinceps, vt

12 ſic quilibet reuertatur ad ſuum. Cum enim † vitium ex vna radice naſcitur,conſequens eſt,vt vna lege tollatur. l.ſi libertam.C.de nup.c.cum inter vos.s̃.de re iudica.ibi, quæ de ipſo cauſam & originem acceperunt.

Hinc ſumpta occaſione Scribentes hic mouent an talis ignorans propria authoritate ad beneficium (ſic dimiſſum per acceptationem,& adeptionem ſecundi indebiti etiam iam alteri collatum) poſſit reuerti:Breuiter Archi. hic quem ſequuntur Io.Andr.in nouel. Petr.de Anch.6. not.ſimpliciter & indiſtinctè dicunt poſſe, beneficio huius conſtitutionis propter iſtud verbum liberè, in tex.deſcriptum. Et ſic fictione vel beneficio iuris non videatur diuertiſſe vel beneficium dimiſiſſe.cap.diuortium.& ibi gl.de peni.diſt.1.

Contra iſtud videntur vrgere notata per Scribẽ. poſt tex.ibi.in c.vno.j̃.de rer.permu.vbi beneficia reſignata,dicuntur verè vacare,prout ibi latius probo, & reſignatio

13 fit ſolo verbo,in caſu autem noſtro facto. Et plus † eſt facto facere quàm verbo iuxta doctrinam Archi. in c.vnico.col.2.s̃.de cler.coniuga. vbi dicit, ꝙ plus operatur renunciatio facti,quàm verbi,cui aſtipulatur Io.Mo. in c.2. j̃.de pẽn.dum dicit quia plus mouent facta quàm verba, fortiuſq; exprimit̃ mentis intentio factis, quàm verbis. ff.de ędil.edic.l.ſi tamen.§.& qui,idem Io.Mo. per illum tex.in c.is qui.de homicid.in c.in generali.de regu.iur.ꝙ per facta plus iudicorꝗ per verba.

Ad hoc reſpondeo poſt Federi. conſi.156. col. fi. Punctus talis eſt,verum eſſe ꝙ plus vel tantum valet renunciatio,quę fit ipſo facto,ſicut illa quæ fit verbo.c.ex ore.s̃. de his quæ fi.a maio.par.cap.& vlt.s̃.de vita.& hone.cler.

Sed in tex.noſtro non renunciauit nec verbo, nec facto,cum non fuerit uerè tranſlatus.quod ex finali euentu apparet.Et ſic non reſultat vis renunciationis, igitur hac de cauſa non eſt opus noua collatione, ſecũdùm omnes hic,quod patet,quia ſecundùm Pet.hic in fi.quem ſequũtur Domi. & Philipp. Si talis ignorans moriatur priuſquàm ad ipſum dimiſſum redeat,cenſetur vacare per eius mortem & non per adeptionem ſecundi.

Quia licet præfati Scriben.ſic indiſtinctè tranſeant, tu tamen attende ad diſtinctionem Dom.& Philip.hic.Aut primum beneficium ſic dimiſſum non erat per aliquem occupatum,ſed de iure & de facto vacabat,& tunc procedat ꝙ s̃.diximus,aut erat per alium occupatum, & tunc non poterit propria authoritate redire, & tunc procedat dictum Io.And.hic,ibi & ideo cautum eſt iudicem requiri,vt caueat a pęna c.cum qui.s̃ hoc titu.quod nõ placet, per ea quæ ibi diximus,ꝙ c.deciſio non habet locum pro ut nec eius pęna,quando propria authoritate intrans habet ſententiam aut canonicum titulium, vt hic diximus talem ignorantem habere. poterit tamen aliqua pęna ratione violentiæ & expulſionis extraordinariè puniri,vt li quidè.in d.c.eum qui, probauimus.

¶Et cum his reſidet Philipp.Probus cum Archi. quod comprobo, quia iſte ignorans, qui vult redire ad ſuũ beneficium,nõ habet cauſam ab eo, à quo beneficium ſuũ repetit, ideo aliquid miniſterio iudicis denunciare non tenetur.Si tamen poſtquàm præmiſſo modo dicti beneficij poſſeſſionẽ intrauerit talis,cui ſecũdò erat prouiſum, reclamãti fiet fides ꝓ talẽ ignorãtẽ,ꝙ illud,quod dimiſit, non erat ſibi, ſed alij debitum, prout dictum extitit.s̃. hoc tit.in c.ſi tibi abſenti,& teſtantur hic Docto.poſt glo.

Quid autem dicendum de reſignante cauſa permuta-

14 tionis, ſi permutatio † ipſa nõ ſortiatur effectum,an propria authoritate poſſit redire ad beneficium, hunc punctum latè tangit Stepha.Betran.conſi.131.verſi.præterea eſto, viſo proceſſu.in 2.par. vbi multum inſiſtit quòd ſic.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XXI.

¶Non põt diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorũ,&c.

SVMMARIVM.

1 *Facilius diſpenſatur vbi pauca ſunt beneficia, quam vbi ſunt multa. Multitudo beneficiorum eſt canonibus inimica.*
2 *Verba ſunt cum effectu intelligenda.*
3 *Quando copulata ſimpliciter accipiuntur, quid dicendum vide hic.*
4 *Refert an diſpenſetur ad duo curata cum eo,qui nullum habet, aut cũ illo,qui vnum obtinet beneficium.*
5 *Clauſula ad certum finem poſita,ad alium finem operari non poteſt.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Quando vnus ſolus reperitur ad beneficia idoneus,quid agendum.*
2 *In defectum ſapientum, ſtulti cathedras aſcendunt. In defectum boni, triſtis ſedet in banco.*
3 *Maior quis dicatur inter homines.*
4 *Quando ſermo eſt negatiuus,actu primario non finitur propoſitio, ſecus ſi ſit affirmatiuus.*
5 *Promittens reaptare & reaptatum manutenere obligatur,vt hic.*
6 *Infinitas debet vitari.*
7 *Commiſſio legis differt a commiſſione hominis, vt hic.*
8 *Clauſula,& loco dimiſſi vel dimiſſorum,importat vt hic.*
9 *Natura dictionis,quotiens,eſt,quòd ſi non reperiatur reſtricta,importat vniuerſaliter poteſtatem variandi.*
10 *Poteſtas prorogandi ad compromiſſum quid operetur,vide hic. Qui tenetur ad compromiſſum ex diſpoſitione legis,aut hominis aſtringitur vt hic.*
11 *Quando eſt conceſſus ſaluuſconductus eundi & redeundi ſit operatio, vt hic.*
12 *Poteſtas ſtatuendi & reformandi quid importet.*
13 *Quando requiritur vſus & habitatio in caſum viduitatis, an intelligatur de prima viduitate.*
14 *Verbum,canonicè,quid importet.*
15 *Quando quis dicatur obtinere canone,vide hic.*
16 *Canonica inſtitutio dicitur tripliciter vt hic. An canonicè obtinens de iure naturali dicatur in foro animæ tutus.*
17 *Ius poſitiuum quare introducit formam,ſeu ſolemnitatem.*
18 *Meretrix an teneatur reſtituere id quod pro meretricio eſt datum.*

Clausula, si tibi canonicè, semper tacitè inest, in quibuscunquè dispensationibus.

19 *In incompassibilitate quatuor tempora consideranda sunt.*

20 *Vt cesset ambitio in dispositionibus, requiritur q fiant motu proprio.*

21 *Priuilegia immunitatum quomodò concedi debeant.*

22 *Ambitio est quando quis a seipso mouetur, nulla vocatione precedente habentis prouidere.*

23 *Consuetudo insurgit ex tacito consensu populi, & statutum consensu expresso.*

Gratiæ ad beneficia quare dicuntur ambitiosæ.

24 *Legatū de duabus facibus in perpetuū comburendis operatur vt hic.*

25 *Quando dispositio referatur ad rem consumptibilem & peritam suffragatur vt hic.*

26 *Episcopus prouidens de beneficio ei, quem sine titulo ad sacros promouerat, an sit obligatus.*

27 *Testator legans rem ad certum visum, quæ non reperitur sufficiens ad illum.*

Perpetuum dicitur vt hic.

28 *Obligatus ad luminaria Missæ ad quid teneatur.*

29 *Aduerbium semper, innititur verbo, & illud determinat.*

30 *Quando quis ad victum familiæ tenetur, & familia reperitur augmentata.*

31 *Quando dispositio emanat super verbis extensiuis in futurum, extenditur ad subiecta postea superuenientia.*

32 *Indefinita apposita circa personas æquipollet vniuersali, si sumus in fauorabilibus.*

NON POTEST. Hæc decretis habet tria dicta. Ecce primum [subticuit] Et est 1 ratio quia facilius † dispensatur vbi pauca sunt beneficia, q̃ vbi multa, quorum a multitudo est canonibus inimica a. s̃. eo. quia in tantum. s̃. de elec. dudum. 2. circa b fi. [primis] Et est ratio b quia duobus obtentis est impleta gratia. arg. ff. de verb. signifi. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. oblig. Eum qui calendis.

¶Sed quæro, ille. cui est commissum secundum prædictam formam, dispensat cum vno, qui tempore illo habebat iam beneficium curatum, an possit. Et videtur q non, propter formam rescripta, quæ respicit futura: dic contra. s̃. de ref. mandatum.

¶Et est ratio nullus potest recipere duo beneficia cu- c rata, nec insimul retinere etiam si sibi canonicè c confe- d rantur iure communi cum effectu. s̃. eo. de d multa. e Et e verba † cum effectu sunt intelligenda. j̃. de cler. non resi- 2 den. c. relatum. & ff. ne quis eum qui in ius voca. l. fi. §. docere. Et sic iste nō videtur habere beneficium primò habitum quo ad intentū ex effectu dispensantis & dispensationis, sed iure communi, hæc etiam declaro.

3 ¶Aut copulata † accipiuntur simpliciter, vt Sortes & Plato currunt, & tunc sequitur quælibet pars copulati. ff. de verb. oblig. inter stipulantem. §. 1. Aut accipiuntur respectu conditionis, & tunc nō est satis alterum existere, sed oportet vtrunq; impleri. ff. de ver. oblig. si quis ita stipulatus. Ergo hæc conditio, si canonicè conferantur, nō erit impleta per impletionem vnius de copulatis, nisi & aliud impleatur arg. C. ad Sylania. cum Silanianum. ff. de reb. dub. l. si is qui ducenta. §. vtrum. in fi. ff. de conditio. indebi. l. si hæredi. & sic nec habere efficaciter tempore dispensationis.

4 Item quia dispensatio † quæ fit cum illo, qui nullum habet beneficium, dat occasionem & materiam maioris f ambitionis f id est ad duo beneficia curata, q̃ si dispensetur cum illo, qui habet iam vnum, quia non anhelat, nec datur materia ambitionis, nisi ad vnū tantū, & hæc deductio tollitur ex. d. c. mandatum. Magis ergo videtur ista permitti ex intentione præsumpta gratiam concedentis arg. ff. de reg. iur. quotiens nihil. 13. dist. c. 1. s̃. de transla. c. licet. argu. ff. de conditio. & demon. l. si iam facta. & C. de institutio. sub conditio. fac. l. si quis [dispensatum.]

Et ratio statim subijcitur, ne videatur gratia obtenta super secundò subreptitia propter taciturnitatem si fieret primi beneficij, de quo oportet fieri mentionem. j̃. eo. si motu. § secus, non enim tollitur per hanc gratiam, Concilium generale, de multa. s̃. eo. de quo non est facta specialis mentio. arg. j̃. de cape. mo. ex parte, vnde ista clau- 5 sula non obstante, † ad certum finem posita, alium finē operari non potest. ff. de adimen. l. ega. legata inutiliter.

ADDITIONES PROBI.

1 INIMICA. Procedit id maxime in mi- a nus idoneis. Hostien. in c. graue. s̃. hoc tit. vbi dicit quòd † si unus solus idoneus reperitur, illi soli. sunt potius cōferenda beneficia plura, quàm indignis, quod uerū dicit Panor. ibi, vbi esset tanta indignitas, quòd non posset prouideri sine peccato, aut aliorum graui scandalo. Si autem non reperiantur satis idonei, assu- 2 muntur minus idonei, iuxta illud uulgare. In† defectum sapientum stulti cathedras ascendunt. Cy. in l. 1. C. qui & aduer. quos in integ. rest. pos. pro hoc l. generaliter. §. spurios. ff. de decur.

Item in defectum boni, tristis sedet in banco. Neuiza. in Silua nupt. charta mihi. 200. col. 2.

Nostris tamen temporibus siue sint idonei, siue non, ad prelaturas nepotuli, & asini deferrati assumi dicuntur, licet non his, sed viris literatis indigeat ecclesia. Io. Mona. in c. cum ex eo s̃. de elec. & in c. fi. de verb. sig.

Volunt quippe uideri per honores, & dignitates fore inter mortales maiores, quod per uirtutes sibi acquirere 3 non potuerunt. Sed profectò ridiculum est, quia † non qui maior in honore inter homines, ille est iustior, sed qui fuerit iustior ille, & maior dicitur, quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. c. sicut 23. q. 4. & c. sunt nonnulli. 16. q. 1. Facit dictum Policratici, lib. 8. c. 2. Quoniam uirtus comitem secum semper trahit honorem, velut corpus vmbram.

b Et est ratio. pro uerificatione intenti, uide id quod citat Oldrad. consil. 16. col. 1. quod initium sumit, thema ta- 4 le est, quòd quando † sermo est negatiuus actu primario non finitur propositio. allegat. ff. de uerbo. oblig. l. si sic, & ff. de cond. & demon. l. hoc genus, secus si sit affirmatiuus, ut in tex. nostro & in c. ne captandæ, de concess. præb. hoc lib. l. dotis promissio. ubi glo. coadunat concord. ff. de iure do. facit gl. ibi a Bar. commendata in d. l. hoc genus, quam etiam exaltat Bald. in l. si proponis la 1. in 2. opp. C. quo. & quan. iudex quòd quando actus affirmatiuus, & successiuùs per aliquem venit explicandus, de primo duntaxat intelligitur, & in eo extinguitur.

¶In proposito Bal. in l. diuortio. § quod in anno. ff. solu. matri. quem refert Rauennas in alphabeto, in verbo, vendere, dicit, q si aliquis vendit vuas vel rosas viridarij sui, qui fructificabant bis in anno, intelligitur de primis. Idem Bal. in l. licet ver. 4. quæro. C. de loca. q si quis conduxit molendinum destructum cum pacto q ipsum deberet reaptare, reaptauit: sed iterum destructū est, medio cuius fructus percipere nequiuit, an fiat remissio mercedis, quæstio stat in hoc, an debeat iterum reaptare, necne, dic q non debuit iterum reaptare. not. Beneuenta. in questionibus sabba. q. 14. Bal. in d. l. licet. q. 4. C. loca. Ias. in l. duobus. §. si ei qui. col. 2. ff. de iureiuran. Alex. in cōsi. 154. videretur. vol. 2. Ideo fit remissio. l. fideicōmissa. §. si quis 5 ita, de leg. 3. secus si † promisit reaptare, & reaptatum manutenere, quia tunc tenetur reaptare quotiens opus est. ar. ff. de arbit. inter castellanum.

¶Ad idem Bar. in l. cum quidam. ff. de cond. & demondū dicit q si testator reliquit fratribus in festo sancti Frācisci vnam pietantiā, semel tātum debere præstari. l. eum qui talem. ff. de verb. oblig. Ista possemus per infinita iura authoritates & doctrinā antiquorū & modernorū scribētiū comprobare, quæ veniunt breuitatis cā omittenda, vt 6 ad edicti rationem veniamus, quæ dicitur vt infinitas † uitetur. l. qui bona. §. fi. ff. de damno. infec. Io. Mo. in c. 2. s̃. de rescri. firmat latè do. Pet. Rebuf. in repe. l. vnice, in primo not. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. Quia si intelligeretur de secundo, eadem ratione de tertio, quarto, & singulis in infinitum. Alex. cons. 16. breuiter in casu præmisso. uol. 4. quod esset absurdum & iniustum.

7 ¶Hæc intellige uerificari † in mandato siue cōmissio ne aut actu hominis, secus si a lege dommittatur, aut mādetur. Ista fuit sententia Cy. quam citat Bal. in d. l. si ut proponis. col. fi. ibi in 3. gl. quod firmat in statuti mādato Rapha. Cuma. cons. 14. Statutum. quod nota, quia a paucis in passu nostro excogitatum reperitur.

¶Vide q̃ dixi in proposito intēti. in c. j. in uer. reuocari. 8 s̃. de confessis. Et † attende quòd de duobus primis intel-

ligitur,

ligitur,niſi in diſpenſationis tenore dicatur. Quotiens ſibi placuerit illa duo beneficia vel vni ex his permutare vel dimittere. Et loco dimiſſi vel dimiſſorum aliud vel alia ſimile vel ſimilia recipere &c. Deci.conſi.169.col.1. & latiſſimè Domi.in conſi.97.Titius, vbi ſubdit ꝙ natura † huius dictionis, quotiens, ſi non reperitur reſtricta, importat vniuerſaliter poteſtatem variandi.allegat Archi.in c.nunc vero.9.q.3.

¶Inquantùm ſ.proximè diſcrepantiam dicimus inter actum hominis & diſpoſitionem legis, habeo aliud ſuadere, quia verbũ prolatum ab homine cõſumitur etiam ſi poſtea eueniat, ſecus ſi a lege.l.veluti.§.fi.& ibi per Cy. ff.de eden. quia lex ſemper loquitur. l.Arriani. C.de hęreti.& Manicheis, ideo ſemper ſumus in principio vſq; ad rem finitam.tradit Maria.Soci.conſi.117.col.fi.viſa & diligenter.vbi ſubdit in propoſito thematis noſtri, ꝙ ſi † in compromiſſo fuit actum ꝙ dies compromiſſi prorogetur per arbitrum, poterit ſemel prorogari.& non vltra per text.in d.l.fideicommiſſa.& in c.cum in multis.ſ.de reſcrip.hoc lib.Hoc etiam decidunt Petr.& Cy.in d.§.ſi quis per illum tex.vbi volunt ꝙ ſi arbitro eſt data in cõpromiſſo a partibus poteſtas prorogandi cõpromiſſum, tantum ſemel poterit prorogari.Idem Bal.in l.1.in antiqua lectura.C.de his quæ pęnę nomine, vbi dicit ꝙ quando quis cogitur ad compromiſſum ex diſpoſitione legis, tenetur itirum compromittere, donec res fuerit determinata, ſecus quãdo quis cogitur ex diſpoſitione hominis: quia tunc ſatis ſit ſemel cõpromittendo.d.l.boues.§.hoc ſermone. Firmat Alex.in conſi.81.col.3.lecto.volu.3.& Deci.conſi.512.cum reuerendiſſimus, vbi dicit (& latè) id procedere in quibuſcunq; odioſis. Ad idem facit quod not.Bart.in l.1.ff.ad leg.Iul.maieſt.& in l.dotis.ff.de iure do.& Ang.in l.vtimur.ff.de ſepul.viola.ꝙ ſi eſt † conceſſus ſaluuscondutus eundi & redeundi, intelligitur de prima vice tantum.ita intelligas quæ dicimus.in c.1.de iur. patro.ſ.Et hoc niſi ſaluuſconductus reperiatur datus vſq; ad tempus. quia tunc propter temporis adiectionem nõ intelligitur pro vna vice tantũ, ſed totiens quotiens voluerit.ſ.illud tempus per.l.ſi cum in annos.C.quib.mod. vſufruc.amittatur.ſecundùm Rapha.in l.ſi mihi & Titio. ff.de verbo.oblig.tradit apoſtillator Bar.in d.l.1.ff.ad leg. Iul.maieſta.

¶Facit in ſimili quod not.Deci.conſi.562.col.1.viſo puncto.vbi ait ꝙ de primò actu diſpoſitio intelligitur, qñ primus actus cõſumit effectum ſecundùm intentionẽ diſponentis, ſecus ſi nõ conſumit, quia tunc de vlteriori actu intelligit̃.l.hæc cõditio filiæ.ff.de cõditio.& demon.

Ad præmiſſa facit etiam quod no.Alex.conſi.65.col. 6.quoniam omne datum.vol.6.ꝙ quando datur † poteſtas ſtatuendi & reformandi, intelligitur de prima vice, non autem in perpetuum.d.§.hoc ſermone.l.hæc conditio filiæ meæ.ff.de conditio. & demon. di. l.dotis promiſſio & quod ibi not.Bar.ff.de iure do.

¶Pro hoc vide Iaſ.in conſi.36.in fi.vol.3.& Petr.de Ancha.conſi.27.col.penul.verſi.ſi hoc eſt in rebus, quod exorditur, non ſeruato ordine, vbi dicit præmiſſa intelligi debere, quando non eſt affectio diſponentis, ſecus ſi ſit, ponit ibi exemplum, quod videre licet.

¶Item † in propoſito ſi relinquatur vſus & habitatio in caſum viduitatis, an intelligatur de prima ſolum. Ant. de But.conſi.30.latè diſputat quæſitum, qui concludit de quacunq; viduitate, ſiue ſecũda, ſiue tertia, & hoc per plura fundamenta, quę videre iuuat ꝓ intellectu thę.noſtri.

c Si ſibi canonice.Canonicè † id eſt ſecundum iura, pro quo text.in c.1.ibi, ſi ei aliud canonicum non obſtat.ſ.de fil.presb.hoc lib.& in c.vnico.ſ.de ęta.& qualita.eo.lib. c.grauis, ibi, contra formam canonum.ſ.de cenſib.glo.fi. poſt tex.ibi in c.cauſam.ſ.de reſc.Dicitur † enim quis canonicè obtinere, quando obtinet ab eo, qui poteſtatem habet conferendi, ſecundùm Domi.conſi.88.Innocen.& conſi.8. quidam Cardinalis. qui vbiq; dicit ꝙ canonica † inſtitutio dicitur tripliciter, largè videlicet, ſtrictè, & ſtrictiſſimè.

¶Et attende, quia dupliciter dicimus obtinere beneficium canonicè, videlicet canonicè.vt.ſ.diximus de iure poſitiuo, & canonicè de iure naturali, putà quando ſolemnitates iuris non interuenerunt, & in hoc habemus hic ſtare an ſic obtinens tutus dicatur in foro cõſcientiæ, adeo ꝙ nõ teneatur renunciare, faciatq; fructus ſuos prout dictatum eſt iuris cõmunis diſpoſitione. Breuiter reperio Compoſtel.quem communiter alij ſequuntur in c. quod ſicut.ſ.de elec.qui dicit nõ teneri ipſi beneficio renunciare.quod firmat gl.pragma.in c.licet.in ver.canonicas.de elect.quod intellige ſi alias ſit idoneus, quia tunc in foro conſcientiæ eſt tutus. Firmat etiam Iaſ.in l.ſi poſt diuiſionem.col.2.de iur.& fac.igno.Iſtud latius proſequitur Malere.doc.Pictauen.in tract.de elect.in q.15.vbi dicit car.mihi.90.col.3.ꝙ † ius poſitiuum inuenit formam ſeu ſolemnitatem ad tollendam fraudem.Ideo cum ceſſet præſumptio fraudis, quo ad Deum, nõ ligat conſtitutio poſitiua reſpectu formæ, ſeu ſolemnitatis.

Iſtud comprobare poſſem per ea quæ no in l.3.de conditio ob turpem cauſam, ꝙ† meretrix id quod ei pro meretricio datur, nõ tenetur reſtituere in foro conſcientiæ, quod firmant ibi Doct.in §.1.& in c.ex tranſmiſſa.poſt glo.ibi.ſ.de deci.Multa poſſemus in propoſito adducere, ſed quia reperio do.Petr.Rebuffum id latè tangere in ſua repetitione ſolemni.c.poſtulaſtis.in gl.in ver.reſtituere. ſ.de cleri.excommunica.mi.Ideo hac eris contentus remiſſione.

Poſtremò dic ꝙ hæc clauſula Si tibi canonicè &c.ſemper tacitè ineſt in quibuſcunq; diſpenſationibus, per ea quæ tradit Areti.in conſi.7.procedendum.

d ¶Cum effectu. Vide.Stepha.Bertran.conſi.142.adherendo.in 2.par.

e De multa. Car.conſi.3.dicit † ꝙ in incompaſſibilitate quatuor tempora ſunt conſideranda, quę ibi ponit, & dicit hoc fore tertium tempus & quartum.extrauagan.execrabilis.Ioan.22.

f Ambitionis.Id procedere dic ex veriſimilitudine, quæ vt ceſſet, requiritur ꝙ diſpenſatio † ipſa fiat motu proprio, per id quod tradit Domi.conſi.204.col.2.conſuetudo.& Alex.conſi.35.in fi.ponderatis his.vol.5.vbi dicit ꝙ priuilegia † immunitatum, ſi ſunt cõceſſa motu proprio, valent, ſecus ſi per ambitionem vel importunitatem petentium.

¶Ratio quia de iure reprobata ſunt reſcripta conceſſa ſuper immunitate tamquàm iuri publico contraria.l.vacuatis, de decur.lib.10.C.l.omnium.C.de vectiga.& commiſ.& l.1.de immunita.ne. conce.lib.10.C.facit.l.ſi.C.ſi contraius vel vtili.publi.& l.nec damnoſa.C.de precib. Imper.offer.niſi eſſet adiecta in reſcripto clauſula, nõ obſtante lege in contrarium faciente, vel alia clauſula ęquipollens, vt clauſula, ex certa ſcientia, ſaltem iuncta cum clauſula, de plenitudine poteſtatis noſtræ.l.quidã conſulebat.ff.de re iudi.l.Vlpianus.ff.de excu. tuto. cũ ſimilib.

¶Facit pro præmiſſis quod no.Domi.in conſi.84.col. 3.Quia iſtud dubium. vbi dicit ꝙ † ambitio eſt quando quis a ſemetipſo mouetur, nulla vocatione præcedente, habentis prouidere, ſecus ſi præcedat. Pone exemplum de electo qui poteſt proſequi ſuam electionem & petere confirmationem abſq; nota ambitionis, cum iam ſit ab alio vocatus.not.glo.in ver.poſt obtentam in c.cupientes.§.1.ſ.de elec.hoc lib.Idem dicitur de illo qui obtinuit voces in ſcrutino, quem canonici nolunt eligere poſt publicationem, quia poteſt petere vt ipſi compellantur eum eligere, nec ambitioſus dicetur, ex quo ab alio fuit vocatus.no.in c.publicato.ſ.de elect.

Præmiſſis adde Lap.alleg.75.in fi.caſus talis eſt, ꝙ quis ſine ambitione poteſt ſupplicare pro obtinendo beneficio per viam collationis, ſic & per viam inſtitutionis a paritate rationis.

Vlterius dic ꝙ dictum Io.Mo.hic videtur ratio vt conſuetudo valeat cõtra canones, & ſtatutum nõ, quia† ipſa cõſuetudo cõſurgit ex tacito cõſenſu populi, ſtatutum vero ex cõſenſu expreſſo. Et ſic in inducenda pſcriptione nõ præſumitur tanta ambitio.Ratio autẽ quare gratiæ ad beneficia dicantur ambitioſę, quia impetrantes ſe aſſerunt dignos ad beneficia obtinenda, & ambiunt honores, ideo reſtringenda, quia de ꝑiudicio tertij.ſ.Eccleſiæ (q̃ aſſeritur viduata paſtore) agitur. Ang.in conſi.17.col.1. Comes.

¶Et quia in propoſito text.noſtri heſterna die occurrit mihi propoſitio dubij, videlicet † teſtator ſuum condendo teſtamentum in eo clauſulam deſcribere curauit ſequentem.

Item Ecclesię beati Petri duas faces cereas in perpetuum comburendas ad reuerentiam Dei trini & vni, quando corpus Christi in ea & illius altaribus eleuabitur, do & lego: modo quæritur de viribus huiusmodi clausulæ, an istæ duæ faces intelligantur omne per æuum, an solummodò debeantur duæ & nō plures, quæ comburent tantum quantum durent. Aut ꝙ quolibet anno in perpetuū solummodò debeantur duæ & non plures quæ comburent tantum quantum durent. Aut intelligitur ꝙ continuæ in perpetuum duæ faces debeantur de tempore in tempus succedendo de facibus combustis in duas comburendas, quæ comburantur continue ad omnes missas, quæ dicentur in dicta Ecclesia qualibet die in perpetuū, quando eleuatur corpus Christi, an & vltimò hoc intelligatur solū quando eleuatur corpus Christi ad tot Missas, quot Missæ solitæ erant dici in dicta Ecclesia tempore mortis ipsius testatoris, siue tempore hodierno quo plures augmentatæ reperiuntur. Istud dubium primum prima facie videtur decisum per tex. nostrum vt intelligatur solum de primis duabus, quantum durabunt & nō de pluribus, ita vt eis combustis nihil amplius de voluntate testatoris quæratur in hoc, pro quo faciunt etiam ea quæ. s. conscripsi. in 2. apostilla, quibus adde sequentia.

25 Primò nam † quando dispositio refertur ad rem cōsumptibilem & perituram, sufficit rem semel esse positam, licet non duret ad perfectionem totius actus, nec est alia similis res loco illius subroganda, pro quo videtur text. in c. cum in veteri. s. de elec. vbi si datur potestas eligendi vsq; ad consumptionem candelæ, licet candela non duret, quousq; perficiatur electio, nō subrogabitur alia candela, prima consumpta.

26 Item si Episcopus † qui tenetur dare beneficium clerico, quem ad sacros promouit sine titulo, seu alias necessaria ministrare. c. si Episcopus. isto tit. & eo. lib. dederit beneficium & illud contingat consumi sine culpa Episcopi concedentes, non tenetur ei virtute obligationis contractæ ex tali ordinatione sine tit. aliud loco illius tradere (nisi fraus in hoc ex parte Episcopi interuenerit, vtpotè scienter conferendo beneficium alij debitum) Ista est doctrina gl. in c. cum secundùm. in glo fi. & in c. seq. s. isto tit. concordat gl. Io. in c. præsentium. 7. q. 1. in gl. fi.

27 ¶Pro intento facit quia † licet testator pro certo vsu, leget rem, si illa res non est sufficiens ad illud perficiendum, non tenetur hæres plus expendere, licet possit in alium vsum conuerti. tex. est in l. legatum. ff. de admi. rer. ad ciuita. pertinen.

Sic dicendum in proposito quod satis aperte demonstratum videtur per hoc verbum, perpetuò, relatum ad

28 rem consumptibilem ex tempore, quia intelligitur † perpetuum illud quod durat ad vitam termini, cui coniungitur. glo. in ver. perpetuas. in c. fi. de resc. hoc lib. quæ exponit perpetuò, id est, donec vixerit. simile in c. 1. de capel. mo. eo. lib. & in l. 1. ff. pro socio.

¶Cum igitur istud verbum perpetuò fuerit per testatorem coniunctum cum verbo, faces, quia dixit perpetuò comburendas, & faces habeant ex incendio vitam consumptibilem, intelligitur perpetuò comburentur, id est, donec durauerint faces datæ primò, & sic aliæ nō debent subrogari.

¶Licet hæc aures demulceant & multi pro hac parte iudicarent, ego tamen huic sententiæ non astipulor, sed contrarium puto de iure motus sequentibus. Primò quia

29 obligatus † ad luminaria Missæ continuè manutenenda, illa debet semper habere parata quando Missa celebratur. probat tex in c. 1. s. de offi. custo. facit tex. in c. vnico. s. de offi. sacri. Sed cum luminaria cerea consumantur ex incendio. c. nimis. s. de excessib. præla. oportet ꝙ illis consumptis statim alia preparet illis similia. Quia natura manutenendi perpetuò rem vsu consumptibilem est vt re consumpta, alias similis subrogetur, vt patet in vasis vestimentis & corporalibus necessarijs pro cultu diuino. dicit text. in c. fi. s. de custod. Euchariſt. & in Cle. 1. §. multis. insuper de celebratio. Missa Sed testator hic per dictam clausulam videtur astrinxisse hæredem ad retinendum in perpetuum duas faces comburendas, quando corpus Christi eleuaretur in ipsa Ecclesia, ideo obligatur hæres ipse perpetuò manutenere rem consumptibilem, ergo totiens debet habere paratas faces, quotiens corpus Christi ibi eleuatur. Et sic patet ꝙ verbum perpetuò, hic denotat actum continuum & infinitum, cum referatur ad celebrationem Missæ, dum dicit ꝙ perpetuò coburantur, quando corpus Christi in dicta Ecclesia eleuatur: quod sic iunctum tali actui perpetuitatem denotat. gl. in c. perpetuò. de elec. hoc lib. Et per hoc cessat ratio contraria de hoc verbo, perpetuò, vt denotet durationem facium tantum, quia dictio perpetuò, non refertur ad conbustionem, sed ad actum eleuationis corporis Christi, vt sit sensus, ꝙ cum eleuatur corpus Christi in dicta Ecclesia, Legauit in perpetuum duas faces comburendas.

¶Vel dic ꝙ verbum in perpetuum, non potest referri ad combustionem, sed refertur ad verbū, legauit, quia dictio in perpetuum ponitur hic aduerbialiter, sed aduer-

30 bium † semper vnitur verbo, & illud determinat. gl. in c. cupientes. §. quod si per. 20. in ver. petere. s. de electio. hoc lib. Et idem importat secūdùm interpretationem grammaticalem, quæ in iure allegari potest. c. abbatè. s. de ver. signif. Vnde determinat verbum, legauit, vt sic sensus, legauit in perpetuum duas faces comburendas, qñ corpus Christi leuaretur, per quod patet ꝙ istud legatum est perpetuum, & ad perpetuū cultum diuinum. c. fi. s. de testa. c. significasti, de præb. isto tit. Ergo nō includit vnicā prestationem tm̄, vel vnicam annuatim, cum de anno nihil dixerit, sed perpetuam præstationem, qñ Missæ in dicta Ecclesia celebrantur. Et ex his cessat ratio cōtraria de. d. c. cū in veteri, quia ibi fuit limitatus actus ad consumptionē vnius candelæ, ergo si alia subrogaretur, esset cōtra intētionem loquentis quod nō venit admittendū, per ea quæ latè diximus. in c. fi. s. de consti. Sed hic actus legati fuit vsui perpetuò, & legauit in perpetuum, ergo non potest extingui ex vnica præstatione.

Item ad illud quod sufficit adimplere actum licet nō duret. Respondeo ꝙ illud nō est verū in materia, in qua requiritur permanentia actus. c. nam & ego & quod ibi no. s. de ver. signi. Faciunt quæ dico. in c. 1. in ver. cum perseuerantia de scisma. hic antem requiritur pertinentia ꝓut denotat verbum, perpetuum, idem dic ad alia obiecta.

Et sic clarum habes intentum pro primo dubio. Quo ad secundùm autem nō arguendo ad partes dic ꝙ debet

31 attendi etiam † numerus augmentatus secundùm tempus hodiernum per. c. quantò cum ibi no. s. de censib. secundùm cōmunem lecturam, vbi dicitur ꝙ habens procurare familiam alicuius Ecclesiæ, tenetur procurare etiā familiam augmentatam. Dum tamen augmentatio non sit facta fraudulenter sed ex iusta causa.

Item istud legatum est reale quia factum Ecclesiæ. c. abbas. s. dæ offi. delega. c. si gratiosè. s. de rescrip. vnde presbyteri Ecclesiæ qui nunc sunt, licet sint augmentati, videntur esse hi qui olim erant. c. deniquè. 7. q. 1. forma. §. quamquàm. ff. de censib. facit c. cum. M. s. de constitu.

Item in hoc legato apponuntur verba extensiua in futurum, quia dicit in perpetuum ponantur faces quando

32 corpus Christi eleuatur. Sed quando † dispositio emanat sub verbis extensiuis in futurum, extenditur ad subiecta postea superuenientia. no. Bar. in l. si ita. nu. 2. ff. de auro & argen. lega.

¶Suadet illud quia si numerus presbyterorum fuisset diminutus diminueretur etiam legatum, ergo sicut diminutio sibi prodesset. Ita debet sibi nocere augmentatio, per regulam qui sentit commodum &c. per quam rationem Ioan. Mo. in c. vnico. de reliquijs & venera. Sanc. quem sequitur ibi Io. And. in nouella, dicit, ꝙ si aliquis arctatur ad ponendum cereos in officio Ecclesiæ in festiuitatibus, si festorum celebratio multiplicabitur, arctabitur ad festa multiplicata. Ad idem facit theorica Ioan. And. quam cito. in c. si ciuitas. in ver. fit extensio. de senten. excommunica. j. quæ loquitur in priuilegijs, quæ sunt strictè interpretanda. c. quod dilectio. s. de consangui. & affi. no. in c. postulasti. s. de rescrip. & sic fortius in vltimis voluntatibus, in quibus fit larga interpretatio. c. cum dilectus. s. de dona. Istud tamen vltimum dubium intellige si ad hoc onus supportandum suppetant facultates hæreditatis, alias moderabitur iudicantis officio, iuxta regulam, de qua est recordatus Barba. consi. 42. colum. 7. volu. quòd iudex ex officio debet supplere ne quis cum aliena locupletetur iactura. Imo. in c. peruenit, de empt. vendi.

¶Istud

¶Istud principale intentum poteris comprobare per ea, quæ traduntur in quæstione. Quando quis legauit alimenta futuræ vxori alicuius, an intelligatur solum de prima, an de omnibus, videtur de omnibus, cum legatū illud dicatur valde fauorabile, quia alimentorum.l.1. C. de fideicom.l.cum hi.ff.de transact. etiam si diuiti relinquatur, vt ibi.§.nihil.

Item in simili quando quis posthumum sibi nasciturum instituit, intelligitur non solum de primo, sed de omnibus etiam posthumis fauore testamenti.l.placet.cū l.seq.ff.de liber.& posthum. Hoc comproba per id quod Bar.concludit,& alij post eum in l.si pluribus.in princ.de leg.2. dum per illum text.& in l.si quis ita.ff.de testa.con-33 cludunt ꝙ indefinita † apposita circa personas, æquipollet vniuersali, si sumus in fauorabilibus, quod seruit intēto nostro, in fauorabilibus enim de causa vna ad aliam fit extensio etiam in exorbitantibus. Firmat Alex.in consi.171.col.2.viso processu.vol.2. qui dicit hoc procedere in quacunq; dispositione fauorabili, prout placet Oldra. consi.212. Quidam in suo testamento per l.inter veteres. versi.maximè.C.de fideicom.liber.& l.si quis ita dederit. §.1.ff.de testa.tutel.& l.qui filiabus. in prin.de leg.1. huic sententiæ conuenit Freder. consil.42. Testator instituit filium.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XXII.

¶Si Apostol.sedis legatus volens tibi suæ legationis &c.

SI APOSTOLICAE. Hæc decretalis est habita.§.eod. Si eum, quia adiectio hic facta non facit diuersitatem in iure, & quæ ibi dixi hic repete. Possunt tamen multæ differentiæ hinc & inde assignari quo ad factum [vacatura.] §.hoc lib. de rescrip.duobus.1.Respon.a contrario sensu.

Bonifacius Octauus. Cap. XXIII.

¶Si motu ꝓprio alicui aliquod beneficiū obtinenti &c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Proprius motus cadit in gratijs seu priuilegijs.*
2 *Non est nouum quòd in mente concedentis duo cadant motiua.*
3 *Clausula, motu proprio, operatur quòd in Principe iusta causa præsumatur.*
Factum ex certa scientia in dubium reuocari non potest.
4 *Quis non debet audiri contra illud quod Princeps facit ex certa sciētia, imo debet repelli, & illi perpetuum silentium imponi.*
5 *Clausula ex certa scientia, non habet locum quando Princeps non habet notitiam, prout nec quando vergit in detrimentum tertij.*
6 *Per motum proprium Principis, non tollitur ius tertij.*
7 *In concessionibus & rescriptis Principum, semper intelligitur clausula, saluo iure alterius.*
8 *Deus omnia potest, non tamen iniustum facere, quia id nihil est.*
9 *Motus proprius non operatur, vt in literis Papæ præsumatur pro inconsulto.*
Inconsuetum non præsumitur factum de mente Papæ, etiam si motu proprio dicatur factum.
10 *Princeps videtur proferre verba tamquàm informatus.*
Præsumitur causa, quando Princeps motu proprio procedit, secus quando ad instantiam partis.
11 *Clausula ex certa scientia non præsumitur.*
Papa quando dicatur facere ex certa scientia.

SI MOTV PROPRIO. Hæc decre. habet tria dicta. Ecce primum [beneficium.] Quid si beneficia? recedo ab hoc casu, & teneo regulam.ſ.eod.2.respon. positam. & si alias intelligeretur, palliari posset multitudo beneficiorum per hoc verbum, motu proprio, quod exponitur.ſ.eo.in fi.[obtinere.] §.de res.ad aures.& c.postulasti.&c.si proponente.

ADDITIONES PROBI.

SI MOTV. Paul.de Cast.consi.357.dicendum videtur in 1.par. refert & sequitur dictum vnū, quod dicit esse Abbatis canonum patris & magni practici, in c.is cui.§.hoc titu.(quem censeo fore Lapum) ꝙ si Papa nouam constitutionem facit?vel aliquid concedit motu proprio sufficit generalis clausula, non obstante.alleg.c.vlt.§.de mag.cap.sicut. de hæret. c.1.§.de constitu.hoc lib.& tex.nostrum.

Si verò facit gratiam ad petitionem, vel aliquid aliud, tunc non sufficit generalis mentio de eo, de quo habebat notitiam impetrans, sed debet esse specialis & specifica.c. 1.§.de offi.ordi. Dic tamen gratias & priuilegia non præsumi concessa motu proprio, sed ad postulationem, vt ꝓbat text.noster, nisi data fuerint & concessa statuendo legem & ius generale.Bar. post tex.& gl.in auth.quas actiones.C.de sacrosan.eccle. quia tunc intelligitur concessa ex liberalitate & non ad postulationem.

Præterea dicit idem Paul.de Cast.consi.414.col.3.in fa1 cto præsenti.1.par.ꝙ † proprius motus cadit in gratijs, seu priuilegijs.

Item quo ad motum proprium attēde ad vnum, quod citat Bal.in c.nisi spectabilis.num.4.§.de offi.lega. quod si in literis summi Pontificis, ita continetur. Supplicauit nobis Bald.super tali beneficio, cui concessimus ipsum, etiam motu proprio:respon. in verbis istis non est repugnantia, sed significant quòd motus proprius peruenit in mentem Papæ supplicationem Bald. adimplendam.
2 Nec † est nouum ꝙ in mentem concedentis cadant duo motiua. Istud sequitur Dec.consi.341.num.4.viso pūcto. vbi subdit ꝙ propter clausulā motus proprij probantur vera esse quæ narrata sunt a summo Pontifice, in quibus gratia fit. Pan.in c.dudum.col.fi.in versi. Et putò hoc limitandum.§.de priuileg.
3 Item † operatur hæc clausula ꝙ in Principe causa iusta præsumatur.alleg.pro hoc idem Dec. Fely. collegam suū in c.quæ in Ecclesiarum.§.de constitu. & Roma.cōs.436. quod indultum Petri.Vide eundem Dec.consil.373.nu. 6.& seq.viso consilio.& cons.498.num.26.viso processu. & consi.516.num.8.quoniam causa. & ibi latè, vbi citat de clausula huic simili, videlicet de clausula ex certa sciētia, quia factum cum hac clausula in dubium reuocari non potest.Bar.in l.conficiuntur.§.codicilli. ff.de iur. co-4 dicil.quodq; † non debet quis audiri contra illud, quod Princeps facit ex certa scientia, imo debet repelli quis,& illi perpetuum silentium imponi. Dec.consil.463.nu.15. in causa.

Habet enim hæc clausula (etiam per se sola apposita in literis circa gratiam, & vbi non agitur de præiudicio tertij) vim clausulæ, non obstante.l.quidam consulebat.ff.de re iudi.cum similib. per Alexan.adductis.consil. 111.num.12.perspectis.volu.6.Bene dicitur.vbi non agitur de sublatione iuris tertij, propter hæc quæ in sequentibus dicuntur, quibus adde Domi.consil.104. colum.2. consuetudo.

¶Idem de clausula, de plenitudine potestatis: quia nihil opponi potest qnod annullet gratiam. Bald.in ꝓœ. Gregor.col.4.Et stante dicta clausula nō potest dici Principi, cur ita facis?

¶Attende sanè ad ea quæ diximus de clausula ex cer-5 ta scientia, † vt non habeat locum & non operetur in his, in quibus Princeps non habet notitiam. Notat Ias. in consi.12.colum.pen.versicu.2.& notabilius.volum.3. Bald.in l.fi.colum.2.versic.dicas etiam.C.senten.rescindi non posse. latè per Soci.consil.164. colum.4. visa bulla Bonifacij.

¶Non operatur etiam hæc clausula vbi vergit detrimentum tertij. Bal.in præludio feud.ver.item dicit.And. de Iser.

¶Item licet motus proprius sit magnæ efficaciæ in ꝓuisionibus Principum. vt latè per Claud. de Seisel.in l.si 6 quis.col.2.ff.quod quisq; iuris. non tollitur tamen † per eum ius tertij.no.Rota.in antiq.445.No.ꝙ licet proprius motus, putà si beneficium spectet ad ius patron. alicuius laici, de quo Papa si sciuisset, nullatenus prouidisset.iuxta no.per Io.Mo.& alios.in c.2.§.isto tit.hoc lib. Et hoc tam de iure in re, quàm de iure ad rem. Rota in no.decis.111. licet.

licet sic in quacunq; dispositione vbi adest clausula, motu proprio, intelligitur exclusum præiudicium tertij. Hostien. Panor. Imo. Anto. & Fely. in c. causam quæ. el 2. s. de testib. vbi dicunt ꝙ quando Princeps cócedit priuilegiũ motu proprio, non videtur tertio præiudicare.

Firmat Dec. consi. 407. col. fi. visis. & ibi latè, & cõs. 410. num. 23. in causa mota. & Alex. cons. 215. non obstat. vol. 7. & ibi etiam latè.

Vide de clausula, motu proprio & ex certa scientia, q̃ dicit idem Dec. consi. 468. num. 12. superiori anno.

Et per hæc habeo pro regula communi intentum, videlicet ꝙ † in cõcessionibus & rescriptis Principum sem per intelligitur clausula. Saluo iure alterius. l. authoritate. cum gl. C. vnde vi. l. nec damnosa. C. de precib. Imper. offe. l. nec auus. C. de adoptio. quod multifarie cõprobat Neuiza. consi. patres comederunt vuam acerbam. col. 24. vers. 4. quia non potuit. vbi alleg. quod vulgò dici solet, Deus † omnia potest: non tamen iniustum facere, quia id nihil est Io. c. 1. quod expone secundùm aliam lectu. sine ipso factum est nihil. i. peccatum factum est sine Deo, iuxta illud, non est inuentus dolus in ore eius.

Quia nõ intelligatur præiudicare tertio. firmat Alber. Brun. consi. 1. col. 4. vbi subdit etiam in iure competenti in spe tantum. l. 2. in ver. non facile. de na. resti. ff. quod nota pro saluagardia & protectione, quia siue motu proprio siue ad instantiam concedatur per superiorem, non tamen præiudicat iurisdictioni ordinariæ. vt ample notat las. in consi. 57. visis literis. vol. 3.

Item † motus proprius non operatur, vt in literis Papę præsumatur pro incõsueto. faciunt quæ no. Dec. cõs. 399. num. 8. Cõclusionem. vbi dicit post Bal. in l. fideicommissa. §. si seruo. de leg. 3. ꝙ si in literis Papæ continetur illud, quod est inconsuetum, non præsumitur factum de mente Papæ, etiam si motu proprio factum dicitur. idem Bal. in l. scripturæ. col. 1. C. de fide instru.

Inquantum autem. s. proximè diximus verba narrata a Papa motu proprio facere fidem. Adde Soc. consi. 266. col. 12. in causa quæ vertitur. dum dicit, & maximè quia omnia fuerunt narrata & cõcessa motu proprio, quo casu de non gestis coram se statur, quia videtur vt informatus verba proferre. ar. Clem. si summus. de senten. excom. Idem tenent Lap. Anto. & Io. Imo. Clem. 1. de probat. & Anto. in c. fi. de suc. ab intesta. firmat Alex. consi. 112. col. 1. visa copia. vol. 7.

Adde alium effectum huius clausulæ, motu proprio, ꝙ præsumitur † causa, qñ Princeps proprio motu scribit, secus est qñ procedit ad instantiam partis. Soc. consi. 273. col. pen. in præsenti dicit hoc probari in l. 1. vbi Bar. de petitis bo. sub lib. 10. C. firmat Roma. cõsi. 436. Quod indultũ Petri. Et cum hoc grano salis habes condire quæ diximus. s. in procem. in ver. relaxatio.

¶ Vlterius dic in proposito clausulæ, ex certa scientia, quia operatur vnum notandum in casu confirmationis statutorum laicorum per Papam factæ, quæ alias non valeret, per ea quæ in casu ipso not. Inno. in c. 1. circa fi. s. de transact. cum quo alij transeunt: quod comprobat Alexã. in cõsi. 39. num. 9. viso statuto. vol. 4. vbi etiam firmat hãc clausulam † expressione dignam, quia alias non præsumitur. Inn. & Doct. in c. porrecta. s. de confirma. vtili. vel inutili. Pro hoc vide Alex. in consil. 134. col. fi. præuiso thémate. vol 1.

Et dicitur Papa facere ex certa scientia, quando parte contradicente, ita scripsit ex certa scientia. no. Io. And. in c. pastoralis. col. 2. s. de offi. delega. Pro quo vide apud Alexan. in consi. 123. versi. præmitto etiam. scripsit ecclesiasticus. vol. 4. vbi dicit ꝙ ita vidit tempore Nicolai V. a quo emanarat certa bulla cum clausula, ex certa scientia, & non fuerat rescriptum obtentum parte contradicente, sed fuit obtentum parte absente, & consuluit ꝙ non videbatur operari naturalem effectum suum illa clausula, ex certa scientia, cum non emanasset parte contradicente, & ita fuit obtentũ in contingẽtia in ciuitate Ferrarię. facit, quia illa clausula nil operatur, nisi in his, de quibus Princeps præsumitur habere scientiam, sicut sunt ea, quę consistunt in iure, non autem in his, quæ præsumitur princeps ignorare, sicut sunt bonæ consuetudines locorum, & sic de alijs, quæ in facto alterius consistunt. c. 1. de consti. hoc lib. notat idem Alex. in consi. 125. in fi. viso titulo. vol. 2. & Dec. cons. 544. num. 10. Serenissimus. quod latius ibi comprobat. col. fi.

¶ Istud comprobo per ea quæ tradit idem Dec. in consi. 528. num. 8. pro resolutione, ꝙ clausula, ex certa scientia, non operatur quando processum fuit absq; causæ cognitione. firmat Rota in nou. decis. 230. Papa confirmando. meminit ipse Dec. in consi. 541. in fi. visa donatione. & d. consi. 544. num. 28. Serenissimus.

Bonifacius Octauus. Cap. XXIIII.

Si plurib. simul in aliqua Ecclesia vacãtib. dignitatib. &c.

SI PLVRIBVS. Hæc decretalis materiam præcedentis prosequitur, in qua. & c. proximò datur intellectus, seu exemplificatio regulæ & suæ instantiæ positę. s. eo. quàmuis. [decendium.[a]]

¶ Iste terminus est præfixus, vt voluit prę sidens ius condens. ar. ff. de postul. l. 1. §. nuncium. alias terminus non præfigitur a iure, sed a præsidente arbitrio suo, non condendo ius. s. eo. si tibi. §. 1. & ibi not. [existit.] de lega. 3. in minimis. [referendam.]

Quid si ille ad quem spectat collatio, conferat beneficium minoris valoris? dic aliud spectare ad impetrantẽ, ex quo gratia erat sibi nota si minus elegit. ĩ. hoc lib. de reg. iur. damnum. Si verò esset ignota, secus. arg. hic a contrario sensu, ne iusta ignorantia ipsum grauet. s. eo. si beneficia. [deuoluatur.] s. eo. tit. si tibi. in fi.

ADDITIONES PROBI.

a DECENDIVM. Cardi. consil. 77. Frater vnice. videtur dicere hoc tempus & similia dari ad purificandum voluntatem impetrantis, quam purificare potest etiam pluribus eum præcedentibus acceptando quatenus sibi debetur. Et si sint plures impetrantes, quilibet secundùm temporis prioritatem habebit suum decendium. Ideo quandiu deliberat ille qui est in primo gradu, non currit tempus ei, qui est in secundo, ratio, quia nec prius põt velle cũ effectu: imo suæ voluntatis declaratio foret nulla. l. si filio. §. si cõtra tabulas. ff. de inoffi. testa. & l. si filius. §. cum filius. ff. de bo. liber.

De acceptatione vide quæ tradit idem Card. cons. 99. dico ꝙ acceptatio gñalis, ꝙ decendium, aut mensis, currit tñ ab acceptatione speciali, non generali: nam dispositio quælibet intelligi debet in casu, quo consumari possit, cum ad impossibile non debeat quis obligari.

Sed si 10. dies vel mensis curreret ab acceptatione gñali, esset dare quòd illa dispositio limitans mensem arctaret ad impossibile, ista latius comprobat idem Card. ibi.

Inquantũ. s. diximus ꝙ quilibet impetrans habebit suũ decendium. Card. consi. 103. num. 20. casus super quo, dicit sibi magis placere ꝙ omnibus vnus mensis tantũ competat, cum quilibet possit acceptare sub ea conditione, si sibi de iure debetur. hanc tenent Galli in nominatis & graduatis, qui sex menses habent ad acceptandum & requirendum a die vacationis, postea verò non.

¶ Istud dubium idem Cardi. consil. sequenti dicit difficile, præmissamq; opinionem seruari, sic posset omnes acceptare primus, videlicet impetrans simpliciter, alij sub conditione.

Sed quo ad collationem faciendam ab executore, dico quòd cõpetunt tot menses, quot sunt impetrantes, qa non põt executor secundi conferre nisi lapso mẽse cõpetẽti primo, nisi primus expresè renunciaret, & sic de alijs, quòd si conferat, collatio dicitur nulla, non tñ impedit quin executor ĩ. mensem sibi competentem possit cõferre, quia nõ dicitur functus officio per actum, qui fuit nullus c. in literis. vbi Inn. s. de offi. delega. faciunt in simili de eo qui contulit iure deuoluto ante deuolutionem, de quo dixi post Io. Mo. in c. 3. s. hoc titu. & Card. in cons. 105. super præmisso casu, consulturi.

Dubium ipsum reassumpsit idem Cardi. d. consil. 105. qui pro opinione sua adducit capitulum fina. s. de cõsuetu. vbi ad optandum dantur solum 20. dies quotcunquè sint optare debentes.

Suadet

¶Suadet ratio longeuæ vacationis, quæ contingeret, si cuilibet daretur mensis, quando essent plures, vt sępè contigit. contra quod iura attendunt. plura alia adducit vrgentissima, quæ videbis pro vtraq; parte, & concludit ꝙ vterq; habebit mensem.

Bonifacius Octauus. Cap. XXV.

¶Cum in Ecclesia tua quæ.12. canonicorum, &c.

CVM IN ECCLESIA TVA. Hic datur instantia ad regulam, qua cauetur impetranti dari primum beneficium vacans. s. eo. si clericus. & c. si postquàm. s. de offic. delega. ex parte. 1. Similem sententiã in tali facto, quidam expectabat proximò vacaturam [a] authoritate apostolica in Ecclesia Xanctonen. in qua spectat collatio præbẽdarum ad capitulum; & in qua est consuetudo ꝙ canonicus electus in Episcopum potest conferre præbendam suam, & executor apostolicus contulit Episcopo consecrato, & Episcopus contulit sententiam episcopalem potiorem. arg. hic. & ff. de contrahen. emp. fistulas. §. frumenta. C. de fer. omnes iudices. in fi. j. hoc lib. de rerum permut. c. 1. [derogari] cum melius sit gratiam impetrantis differri, quàm Episcopum defraudari, vt hic. & d. l. omnes.

ADDITIONES PROBI.

a VACATVRAM. An beneficium quod reperitur creatum post datam mandati debeatur illi, pro quo est mandatum prouideri de beneficio vacaturo, vide quæ traduntur in Clem. fi. de rescrip. & latè per Domi. cons. 69. dominus noster Papa. vbi disputat de virtute clausulæ, cum se facultas obtulerit.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXVI.

¶Si tibi concesso a nobis vt fructus beneficiorum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Non est inconueniens quòd quis habeat beneficium, & alter fructus eiusdem beneficij saltem ad tempus.*
2 *Non valens possidere plenè fructus beneficij, pacificam non dicitur habere possessionem.*
3 *Venditum simpliciter debet esse integrum, & sic vacuum ab omnibus.*
Ingens est commodum possessionis.
4 *Possessio accipitur, vt hic.*
5 *Nomen possessio est verbale & æquiuocum.*
Beneficium dicit mihi quoddam vniuersale.
Pinguius veniunt fructus in iudicio vniuersali, quàm in singulari.
6 *Quando possidens duo beneficia ad collationem vnius moritur, & sunt duo expectantes, quid faciendum.*
7 *Vbi sunt duo apostolici non proprio motu, minus debetur impetranti.*
8 *Vincens in tempore omnibus partibus, vincit in iure.*
9 *Beneficium est beneuola actio gaudium capientibus tribuens.*
10 *Paria sunt non habere rectorem & habere inutilem.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Fructuum perceptio est actus possessionis apprehensæ.*
2 *Ille qui possidet dicitur reus.*
Quando res dubia reperitur melior est conditio possidentis.
3 *Per sententiam nõ acquiritur ius etiam in iuribus incorporalibus adhærentibus rei corporali sine apprehensione possessionis.*
4 *Possessio ex detentione præsumitur.*
5 *Possessio aliquando ipso iure transfertur, & illa appellatur artificialis seu ciuilissima.*
6 *Possessio regulariter per instrumentum probari non potest.*
Quando verba habent tractum successiuum, non sufficit momentaneum implementum.
7 *Teneo dicitur species, possessio vero genus.*
8 *Possessio ciuilis teneri dicitur animo.*
Omnis possidens dicitur tenere, sed non omnis tenens dicitur possidere.
9 *Quando præcedit genus & sequitur species, illa expressio speciei nihil auget vel minuit.*
10 *Possessio secundum etymologiam est quidam sonus vocis, id est pedum positio.*
11 *Verbum æquiuocum declaratur vt hic.*
12 *Statutum dicitur pars iuris ciuilis.*
Verba duplicia semper sunt redigenda ad intellectum iuris communis.
Verbum, promisit, quando profertur a statuto, intelligitur de promissione solemni, secus si proferatur a teste.
13 *Verbum promissionis est æquiuocum, & informe, & generale.*
14 *Verbum æquiuocum debet euitari.*
15 *Spes miseros pascit, & agricolas alit.*
Ius quod consistit in spe, non dicitur in bonis nostris esse.
16 *Quæ sunt in conditione, non dicuntur in dispositione.*
Emptio eorum quæ sunt in spe an valeat.
17 *Qui habet proximam spem successionis est citandus.*
18 *Castrum funditus destructum sine spe noue constructionis non retinet iura quæ ante habebat, sed illa perdit.*
19 *Spes succedendi non potest cedi, & sic non valet transmitti.*
20 *Spes vbi habet causam de præterito est considerabilis, sicut ius quæsitum re.*
21 *Restitutio facta a Principe intelligitur sine præiudicio iuris quæsiti alteri spe.*
22 *An pari procedant testamentum non esse factum, & nulliter factum.*
Inutilis prouisio non tollit ordinariam prouisionem iuris, imo illam magis roborat.
23 *Paria sunt non habere iurisdictionem, vel habere, non tamen ad id de quo agitur.*
Non soluitur gabella de contractu nullo & inutili.
Falsus nummus non debet in numero computari.
Falsus denarius non est denarius.
24 *De actu nullo non est opus facere mentionem.*

SI TIBI CONCESSO. Hæc decret. etiam est. s. hoc lib. de rescr. si propter. ponit quasi idem thema licet ad diuersas conclusiones, & hæc decre. interpretatur Conciliũ generale. s. eo. de multa. [debitis] idem si propter alias necessitates.

1 ¶Nam † non est inconueniens, ꝙ quis habeat beneficium, & alter fructus eiusdem beneficij, saltem ad tempus. j. vt eccle. benefi. c. vno. in fi. arg. ff. de vsur. l. 3. §. ne tamen. [vacare.]

a Et est ratio quia hoc secundum [a] non recipio plenè, li-
2 cet beneficium habeam, cum non gaudeam † de fructibus illo anno: Vnde & si res mihi data sit, propter hoc vacua possessio nõ est mihi tradita. ff. de vsur. l. si stipulatus. 1. respon. Et sic non videor ad plenum recepisse. argu. ff. commoda. l. 3. 2. Respon.

Ex quibus liquet ꝙ si Papa mihi concessisset canonicatum & præbendam certæ Ecclesiæ, & voluerit vacare beneficium ipso iure, quod antea habebam postquàm essẽ adeptus pacificam possessionẽ dictorum canonicatus & præbendæ, ꝙ non vacet primum beneficium, si exinde

b non possum percipere fructus, [b] vt hoc c. ar. ff. de actio.
3 empt. l. tenetur. §. sed si vas. Nam venditum † simpliciter debet esse integrum, & sic vacuum ab omnibus. ff. de acti. empt. l. 2. §. vacua. & l. seq. 1. Respon. & l. in venditione.

c Item ingens [c] est commodum possessionis. [d] ff. de rei
d vendica. l. is. & j. eo. si a sede. Et ideo possessor habens controuersiam super re possessa consetur non possessor quo ad multa. C. de acquir. po. nemo. Attamen iste gaudet de fructibus. ff. de rei vendica. non vtiq; licet quandoq; subiaceant restitutioni.

4 ¶Item possessio † accipitur pro re possessa. C. commu. vtriusq; iudi. possessionum. C. de acqui. pos. cum nemo. & l. vitia. & a re possessa dominium recipit originem. ff. de acquir. poss. l. 2.

e Possessio [e] etiam accipitur [f] pro actu possidendi: vnde
f possessio est vsus. ff. de verb. signifi. quæstio. C. de acquirẽ.
5 pos. l. licet. Nam cum † possessio [g] sit nomen verbale, est
g ęquiuocum, [h] vt sit rei possessæ passio & possidentis actio,
h quibus casibus possessio non debet esse sterilis, sed fertilis, vt possessor fructus comprehendat. Nam cum hãc habeat certis casibus non pacificam. vt d. l. vtiquè, multò magis habebit pacificam.

¶Item

Item beneficium dicit mihi quoddam vniuersale, pro quo agitur iudicio vniuersali, in quo pinguius veniunt fructus quàm in iudicio singulari. no. s̃. de libel. obla. c. 1. de iurepatro. cum dilectus. in fi. & ff. de vsur. videamus. §. si actionem & hoc apparet. & j̃. vt Eccle. bene. fine di. cõfer. in rubro & in nigro.

6 Sed quæro, † iste moritur sic tenens duo beneficia spectantia ad collationem eiusdem, ad cuius collationem sunt duo vel vnus expectantes. Quæro quis istorum habebit primum? & quis secũdũ? Et certum est, ꝙ ambo simul vacant, quia per mortẽ eiusdem, & sic non est prius vel posterius quantum ad tenentem.

i ¶Et dic si est vnus expectans. tene. s̃. eo. si pluribus. si sunt duo aut disparis authoritatis, & tunc ille qui est potioris erit potior. s̃. eo. hi qui. & j̃. co. si sede apostolica. Si verò sunt paris authoritatis, qui est prior tempore, potior est iure. s̃. hoc lib. de ref. ubi. C. qui po. in pigno. habe. l. 2. & 4.

7 ¶Videtur contra, quia † vbi sunt duo apostolici non prio motu, minus debetur impetranti. s̃. eo. si pluribus. §. 1. Et sic secundus erit melioris conditionis, vbi illa duo vacantia sunt inæqualia.

Nec obstant contraria, quia non est paritas iuris vtrobiquè. vt. d. c. si pluribus.

Sed responde, illa est introducta in fauorem ordinarij,

8 sed hoc est verisimile ꝙ vincens † in tempore, omnibus paribus vincat in iure. nec fauor ordinarij extendi debet ad alium. ff. de lega. 2. cum patronus. arg. ff. qui po. in pign. ha. l. Claudius.

¶Item quæro, nunquid iste tenebitur promoueri. j̃. annum? arg. ꝙ sic. s̃. hoc lib. de electio. licet canon. & c. commissa. §. annus.

Contra dic, cum primum reputari non debeat vacans, vt hic, & sic non dicitur secundùm adeptus vsquequaq; nec possessionem eiusdem integrè. Et adhoc est. arg. s̃. de elec. cum in cunctis. §. cum verò.

9 l Item beneficium † est beneuola actio gaudium cupiẽtibus tribuens. l. vt in constitutionibus Frederici. quib. ex cau. feu. amit. §. fi. 1. q. 3. si quis obiecerit, vnde beneficium benè actu faciens aliter non est beneficiatus re, sed

m spe. m

10 n Item sunt paria † non habere rectorem & habere inutilem n. ff. quod cuiusquè vniuer. l. 1. §. & quidem. s̃. de transla. præla. c. inter.

ADDITIONES PROBI.

a SECVNDVM non recipio. Dic igitur ꝙ possessio secundi intelligitur de possessione quæ producat acquisitionem fructuum secũdùm Doc. hic, quos refert & sequitur in simili Deci. consi. 312. col. fi. licet hactenus, vide Domi. in consi. 78. formantur. vbi inter alia quærit de eo qui habet pacificã animarum curam, & nõ bonorum. De eo autem qui habet pacificam de facto & non de iure, eundem Domi. in consi. 51. quo ad primum dubium.

b z ¶Possunt percipere fructus. Dic vnum ꝙ † fructuum perceptio, est actus possessio. apprehensę. l. quamuis. §. 1. ff. de acquir. po. l. litibus de agricol. & censi. lib. 11. C. l. Titia. ff. de solu. l. 2. C. de acquir. po. tradit Alex. in consi. 27. nu. 5. viso libello. vol. 1.

c Ingens. Idem Io. Mo. in c. si a sede & ibi latè dico. j̃. hoc tit. vltra quæ vide Ias. in consi. 91. col. pen. visis. volu. 3. & Deci. cõsi. 424. post prin. quod incipit proponitur, ibi, nõ

2 videtur paruum commodum possessionis, quia † ille qui possidet dicitur reus, & actore non probante, reus absoluitur. §. commodum Insti. de interdictis. c. ex literis. s̃. de probatio.

Et quando res dubia reperitur, est melior conditio possidentis. in c. nulli dubium. 12. q. 5. Bar. in l. 1. §. non autem. ff. de sec. tabul. & in l. si tutor. ff. de reb. dub.

Et dic commodum regulæ prædictæ, ꝙ actore nõ probante, reus absoluitur) retineri etiam, si reus ipse petat ꝑpetuum silentium imponi actori, quia per hoc non efficitur actor, ita quòd ipse onere probandi grauetur. Dec. consil. 3. nu. 9. allegat Ant. de But. in c. in præsentia col. 6. in 2. not. ver. verum. s̃. de probat.

Pro themate vide Soc. consil. 216. post sui principium accurate.

3 Adde unum in proposito, † quòd per sententiam non acquiritur ius, etiam in iuribus incorporalibus adhærentibus rei corporali, prout est ius decimandi sine apprehẽsione possessionis. Doc. in c. cum nostris. s̃. de conc. præb. Bal. in l. traditionib. ad fin. C. de pact. no. Alex. consil. 184. col. fi. vol. 6.

4 Possessionis. † Quæ ex detentione præsumitur. Notat gl. fi. in c. Pontifices. 7. q. 1. & colligitur ex no. per glo. in l. ob maritorũ. C. ne vxor pro mari. quam ad hoc allegat Ange. in l. qui vias. §. 1. de dam. infec. not. Inn. in c. cum olim. s̃. de priuileg. Latius firmat Alex. cõs. 112. nu. 4. viso quodam instrumento, vol. 6.

5 Et aliquando † ipso iure transfertur, & talis appellatur possessio artificialis, seu ciuilissima. notat Alex. in consil. 24. nu. 2. attentis, vol. 3.

6 Possessio. Quæ † regulariter per instrumentum probari non potest. c. inter dilectos. s̃. de fide instru. l. quàmuis §. 1. ff. de acquiren. pos. quod dic verum, quando est continuata & successiua, aliàs si sit momentanea, secus. notat Soc. cons. 205. col. fi. difficultas, pro quo habeo facere, qđ citat Alex. de Imo. in consil. 53. consideratis his in fi. volu. 5. Quod ubi dispositio seu conditio est adiecta per verba habentia tractum successiuum, non sufficit momentaneum implementum. l. si quis ita legauerit. ff. de condit. & demon. & l. si a te. ff. si seruitus uend. cum similib. per eundem Alex. adductis.

f Accipitur. Accipi dic pro iure seu appellari ius. l. liber homo. §. fi. ff. de acquir. rer. dom. l. peregre in prin. ff. de acquir. pos. no. in l. 1. in prin. ff. eo. tit. tradit Alex. consil. 159. in fi. in causa & lite, vol. 5.

g 7 Nam cum possessio. Dic ꝙ possessio, etiam respectu huius uerbi, † teneo, dicitur species, teneo uero dicitur genus, quod intelligitur de corporali possessione, & uerbũ possessio, de ciuili. arg. l. possessio quoquè. §. 1. ff. de acquir. posses.

Dic tamen ꝙ verbum tenere nedum conuenit nudo actui tenendi, prout est nudi facti. d. §. 1. sed etiam conuenit omni possessioni. l. 1. §. furiosus. ff. de acquir. poss. l. fin. cum glos. C. de dona. quæ sub modo, etiam possessioni ci-

8 uili, & sic compræhendit possessionem ciuilem, quia † illa dicitur animo teneri, vt est glo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. facit tex. cum gl. in ver. detinere in c. causam quæ. s̃. de præscrip.

¶Et sic omnis possidens dicitur tenere, non aute omnis tenens dicitur possidere. d. §. j. & l. cum legatur. ff. ex quib. cau. in po. c. Ita dicit Alex. consi. 35. col. fi. viso the-

9 mate vol. 6. vbi vnum subdit, ꝙ † quando præcedit genus & sequitur species, illa expressio speciei nihil auget vel diminuit. not. Bar. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in l. 1. in princ. ff. de iust. & iur. iuncta doctrina Dyni in regula generali, dum allegat l. quæsitũ. §. si quis fundum. ff. de fundo instruc.

10 ¶Et dic † ꝙ possessio secundum ethymologiam, est quidam sonus vocis, id est, pedum positio, quia sicut manus in operando est organum organorum, ita pes, qui significat firmitatem in possidendo, est organum possidendi, & anima per se, sine organo corporali non potest incipere possidere per se, id est possidere re, id est realiter. notant Neapol. decis. 299. nume. 7. rex Ferdinandus.

¶Equiuocum. Vide quod in proposito latius scribit Alexan. consi. 63. nume. 6. quod exorditur, inspectis & consideratis. vol. 6. vbi in sequitur doctrinam. Ioan. Mona. hic, tacito tamen authore, eam tamen ampliori stilo prosequitur.

¶Attende ad vnum quoad hoc verbum ęquiuocum, quod citat Alex. consi. 192. nu. 10. perspecta facti. vol. 6. ꝙ

11 uerbum † vnum ęquiuocum vel ambiguum positum in una parte statuti, declaratur ex his, quæ in alia parte statuti continentur, si apparet ꝙ in ipsa alia statuti uerbum illud fuerit clarum expressum & prolatum. vt est tex. optimus. in l. utrum, & ibi ponderat Bal. ff. de petitio. hæredita. bene facit. l. qui filiabus. in prin. & l. si seruus plurium: §. fi. de leg. 1. idem Alex. eo. uol. consi. 197. nu. 7. perspectis

12 uerbis. & sic declarabitur secundum ius cõmune, cũ † statutum dicatur pars iuris ciuilis. c. cum dilectus. s̃. de consue. &

sue.& l.2.C.de noxa.& l.omnes.populi.ff.de iusti.& iu.

h Verba enim duplicia redigenda sunt semper ad intellectum iuris cõmunis, secundùm Bar.in d.l.omnes,prout tradit Petr.de Ancha.consi.331.col.fi.visis diligenter. vbi subdit ꝙ quando verbum,promisit,profertur a statuto,intelligitur de promissione solemni, secus si proferatur a teste, quia tunc refertur ad nudam promissionem, secundùm Cy.& Bal.in l.1.C.de vsur.qui dicunt non sufficere si testis dicat promissum esse, nisi dicat interrogationem præcessisse,& responsionē securã esse.Ratio,quia 13 verbum † promissionis est ęquiuocum & informe & generale. Vnde in dubio dictum testis intelligitur contra producentem.not.in c.in præsentia.s̄.de probatio. Et hoc procedit quamtumcunq; testis sit peritus,secundùm Bal. in d.l.1.col.2.vera hæc dicas de iure ciuili,secus de iure canonico,per ea quæ dixi.in c.1.s̄.de pactis (dico ad effectũ verbi) quia idem operatur,verbum nudum, sicut illud quod est stipulatione vestitum, & hoc de ęquitate canonica, vt ibi ciiaui.

¶Pro intento Io.Mo.hic,vide quæ tradit idem Alex. consi.95.nu.3.vol.5.diligenter consideratis.

14 ¶Postremò dic ꝙ verbum æquiuocum debet † vitari, iuxta id quod habetur per Soci.consi.241.col.3.versi demum sit statutum, circa primam difficultatem ibi. Et sic ad fugiendam ęquiuocationem, ne contingeret paralogisare, necessarium est non extra rem sed ex re & ad rem casum considerare.

i Et dic.Pro hac distin.vide Io.And.Pet.Domi.& Franc. in c.si pluribus.isto tit.& quæ dixi.in c.cum in tua in versi. Sed quid,pone.s̄.de consue.

k ¶Quod vincens. Intellige dictum Io.Mo.quando eodem contextu vacabant ipsa duo beneficia,vt præsupponit.s̄.alias si vacarent diuerso tempore, secus, quia tunc primò vacans etiam minoris valoris debetur, & non secundò vacans maioris valoris, cum pro eo non sit scriptum,nec in suis literis inclusum, sed pro primo,dum dicitur ꝙ de proximè vacaturo prouideatur, secũdùm Domi.& Fran.in c.si pluribus.hoc tit.vide quę dico.in c.proximè sequen.

l Tribuens. Hic dic sumi beneficium largè, non autem strictè.Not.Ias.in l.fi.nu.18.ff.de consti.Prin.vbi hoc verbum declarat,de quo latè per de Sel.in suo trac.bene.q.3. in 1.par.latius Iacob.de Ardizone in summa feud.in rub. quid sit feudum.

¶Idem dic in distributionibus quotidianis, quæ licet gaudium tribuant,tamen non veniunt appellatione beneficij vt latè comprobat Domi.in consi.85.col.3.super primo dubio, vbi concludit ꝙ licet mandatum sit, solui decimam de fructibus beneficiorum,in eo non comprehenduntur fructus prouenientes a quotidianis distributionibus,sed deducuntur prout expen.quæ ratione processuum fiunt in manutentione bonorum ecclesiasticorum, quæ si non interueniat, omnia pereunt,sic similter dicas in quotidianis distributionibus, vt diuinus cultus pereat & diminuatur, ꝙ si vtrobiq; dentur saluantur & requiescunt in opulentia rerum & diuini cultus manutentione.

m ¶Sed spe.† Quæ miseros pascit.dixi.s̄.in c.si postquàm. 15 hoc tit.& secundum aliquos alit agricolas.

¶Vlterius dic ꝙ ius, quod in sola spe consistit,non dicitur in bonis nostris esse.l.precia rerum.ff.ad leg.Falci. Hinc Alber.Bru.in consi.1.col.7.ꝙ si princeps legitimet spurium sine causa antè dominiũ, seu hęreditatem quęsitam a venientibus abintestato,tollit eis ius successionis. no.Bart.Pau.de Cast.& alij Scriben.in l.Gallus.§.& quid si.tantum.ff.de liber.& posthu.vbi communiter concluditur ius in spe consistens & ius successionis antè aditam hæreditatem seu delatam auferri posse per alterius habilitatem.facit.l.quæris.ff.de natali.resti.firmat Deci.consi. 390.nu.11.Quoniam ex facto.alleg.Alex.consi.2.col.6.in versi.& casum nostrum.lib.1.

16 ¶Item ea quæ † sunt in conditione non dicuntur in dispositione.l.si quis sub conditione.ff.si quis omissa causa testa hinc dicit Maria.Soci.consi.175.in fi.diu profecto,ꝙ cum quis emit spem & euentum futuri iudicij, ridiculum est dicere ꝙ precium rationabile sit tantũ quantum est in actione.pro hoc facit notab.dictũ Inno.in c.in ciuitate.s̄.de vsur.vbi concludit,ꝙ cum bona conscientia potest quis emere actionem iam ortam tempore contractus, etiã pro minori precio,quia exponit se periculo.

¶Item spem haberi pro veritate est ex interpretatione intẽsiua,& non propria, & hæc interpretatio non habet locum in statutis.l.si viro.§.de viro.ff.sol.matrim.l.quod constitutio.ff.de testa.mili.Bart.in l.omnes.in 6.q.1.ff.de iusti.& iu. tradit Alexan. in consi.36.nu.7.viso themate. vol.4.quem vide.in consi.11.nu.17.ponderatis.vol.3.vbi ponit aliqua de iure, quod quis habet in spe.& in consi. 107.col.1.perspectis.vol.eo.vbi etiam ponit.de venditione illorum, quæ stant in spe, putà datum.

¶Præmissis iunge ea.quæ citat Alex.in consi.218.col. 2.visis verbis.vol.2.quòd ius pendens a futuro euentu fideicommissario,dicitur mortuo testatore esse in spe probabili & considerabili.vt not.declarat Bart.in l.is potest. ff.de acqui.hæredi.per id quod habetur in aut.contra rogatos.C.ad Trebel.& l.inter omnes.ff.qui satisda.cogañt.

17 ¶Et ille † qui habet proximam spem successionis est citandus.l.1.§ penul. ff.de vent. inspici. not. etiam idem Alex.in consi.2.nu.48.uol.1.ponit ibi exemplum de denunciatione, quam debet facere mulier pregnans mortuo viro,antequàm pariat.iuxta.d.§.pen.quòd fieri debet hæredi primo loco instituto, cui iam delata est hæreditas, non autem substituto, cui non est delata hæreditas, nisi instituto repudiante. Et sic denunciatio debet fieri his, qui habent spem consequendi hæreditatem ex iure de præsenti.

¶Spes enim in aliquo satis quotidiano operatur, vt colligitur apud eundem Alex.cõsi.45.nu.2.de celerrima 18 expeditione.vol.1.dum ibi dicit quòd ciuitas vel † castrũ funditus destructum sine spe nouæ constructionis, nõ retinet iura, quę ante habebat,sed illa perdit.l.si vsusfructus. ff.quib.mod.vsusfruc.amit.l.pater.§.Tusculanus.de lega. 3.Si autem ad alium locum translatum est,retinet priora iura,vt ibi vtranq; latè comprobat.

19 Item † spes succedendi non potest cedi, & sic non valet transmitti, quia quod non est cessibile, non est transmissibile.l.ex pluribus.ff.de admi.tutor.Istud latè firmat Deci.consi.443.in casu,intellige de spe,quæ non consistit ex aliqua causa de præsenti, quia ista non potest cedi.l. spem.C.de dona.Alias si consistat ex causa de præsenti potest cedi.not.Neapolita.decisio.350.nu.4.fuit dubitatum.Et sic multò magis si ex causa de præterito.pro quo habeo Areti.in consi.7.col.2.procedendum, dum dicit quia nõ potest negari quòd post collatum Episcopatum etiam antè acceptationem ipsius Episcopi, & multò fortius post acceptationem ipsius, fuit quæsitum ex causa de 20 præterito patrono ius præsentandi spe.Quæ quidē † spes vbi habet originē ex causa de præterito videtur esse considerabilis, sicut ius quæsitum re.vt l.post emancipationem.§.1.& ibi per Bart.ff.de lib.leg.& in l.is potest.ff.de acqui.hæred.probatur.in l.spem.C.de do.& in l.nomina. ff.de hæred.vel actio.vendi.

¶Vnde sicut ius quæsitum tertiò ex facto contrahentium re ipsa non potest ipsi tertiò per contrahentes auferri,ita nec ius quæsitum tertiò spe,vt est casus.& ibi,per Bal.in l.si constante.in fi.C.de dona.antè nup.Vnde dicit Ant.de Butr.in sua disputatione quem refert & sequitur Petr.de Ancha.in repeti.c.primi.de constitu.q.13.principali,quòd sicut noua constitutio siue lex non trahitur ad ius quæsitum de præterito re ipsa, ita non trahitur ad ius conditionale, quod non potest dici quæsitum, nisi spe, secundùm Bart.in d.l.is potest.Pro his facit optimè.text. in c.quamuis.de resc.s̄.hoc lib.vbi probatur quòd restitu-21 tio†facta a Principe intelligitur sine præiudicio iuris quęsiti alteri spe:Nam loquitur ibi de eo, qui habebat literas expectatiuas ad beneficia vacatura,quæ sine dubio priusqnàm beneficium vacet,non conferunt ipsi nisi ius conditionale & in spe,& facit omne ius conditionale secundùm Bart.in d.l.is potest. Posset enim impetrans præmori,& sic expiraret gratia,ideo dicitur ius quæsitum spe.Io. And.in reg.ignorantia,in Mercurial.

n ¶Habere inutilem.Dixi latè.in c.duobus.de resc.qui-22 bus adde in simili quod a pari † procedunt testamentum non esse factum & nulliter factum.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bono.possess.contra tabulas & ibi Bart.& in l.2.ff.quemadmo.test.aperi.& in l.4.§.condemnatum.ff. de re iudica.

¶Et

¶Et quod est maius, quia inutilis prouisio non tollit ordinariam prouisionem iuris, imo illam magis roborat. C.de rei vxor.actio.l.rem in præsenti.circa princ.& quod no.in l.2.C.de iure emphi.no.Anto.de But.consi.11.in fi.

¶Pro themate adde Ludo.Bolog.in additio.ad Ioan. de Ana.consi.83.visis his quæ in facto. Item habes Ioan. Mona.in c.priuilegium.circa fi.de verbo.signifi.ꝙ paria 23 † sunt non habere iurisdictionē vel habere, non tamen ad id, de quo agitur. vide Alex.in cōsi.104.col.2.statutum loquens.vol.1.vbi alleg.tex.singul.in l.2.C.de eunuchis. & Bal.ibi colligit ꝙ statutum disponens ꝙ de contractu soluatur gabella, non habet locum in contractu nullo & inutili, idem voluit ipse Bal.in l.non dubium.C.de legib. & Bar.in l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bo.po.contra tabul.

¶Item falsus numerus non debet in numero computari.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de dolo.quia falsus denarius non est denarius.glo.in l.2.C.de hæreti.per quam Doc.dicunt ꝙ statutum loquens de denario, intelligitur de verò & non de falso & reprobato. Intentum nostrum comprobant Neapol.decisio.366.nu.10. in pleno consi- 24 lio quodq; subdunt ꝙ de † actu nullo non est opus facere mentionem.

Item paria sunt manum deficere, vel manum esse aut debilitatam.glo.1.in l.de quibus.ff.de legib.vbi Ang.col. 3.sic meritò dicitur quòd statutum puniens debilitatem membrorum alicuius non habet locum in debilitante membrum inutile.not.Ias.alia in proposito subdens.in consi.46.col.6.pro fisco.vol.3.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XXVII.

¶Cui de nō sacerdotali præbēda prouideri mādatur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Forma mandati diligenter est obseruanda.*
Si est mandatum prouideri simpliciter de præbenda, an poterit prouideri de dimidia.
2 *Pars a toto separata, iam non est pars sed totum.*
Impetrando simpliciter debetur primum.
Si duo vacant simul, minus debetur.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Dispositio habens legis vel hominis auxilium & fauorem ad agendum vel excipiendum, dicitur (altera non habente) specialior firmior, & potentior.*
2 *Vbi lex non loquitur nec nos loqui debemus, vbi loquitur loqui debemus.*
3 *Valor attenditur vbi est beneficium situm.*
4 *Omissio formæ vitiat actum, etiam si omittatur a rustico per errorem.*
In his quæ pertinent ad rigorem & formam iudiciorum, non attenditur sexus vel rusticitas: sed forma generaliter tradita.
5 *Per destructionem omnium partium, sequitur totius destructio.*
Rex non potest aliquid de regno alenare.
6 *Iurisdictio dicitur cohærere territorio tamquàm nebula supra paludem.*
7 *Diuiso territorio quælibet pars retinet nomen totius.*
8 *Simpliciter quid dicatur factum.*
9 *Viam ferro apperit, qui per contraria transit.*
10 *In beneficijs Principum est plenissima interpretatio facienda.*
11 *Contra prælatos nostri temporis vide hic.*

QVI DE NON SACERDOTALI. Hæc decretalis habet tria dicta. Et ratio illorum [a] redditur.in fi.& in istis tribus dictis instantiam ad regulam, quæ datur.§. hoc lib.de reg.iur.quod ob gratiam. Sed hoc facit forma [b] † mandati quæ diligen- 1 ter est obseruanda.§.eo.in fi.§.de ref.cum dilecta.ff.mandati.diligenter.ff.de acquir.hæredi.l.si quis mihi bona.§. pater filio [prouideri.]

¶Quid, si est mandatum prouideri simpliciter de præbenda, nunquid poterit prouideri de dimidia, dic quòd sic. [c] arg.hic & §.eo.ei cui. Nam omnis præbenda ex quo 2 diuisa est, integra est, quia † pars a toto separata iam non est pars, sed totum, licet præbenda dicatur dimidia respectu perceptionis alterius, qui habet integram & sic sententiaui.

¶Item impetrando simpliciter [e] debetur primum.§. eo.si clericus.& c.si postquàm. Et si duo simul vacarent [f] minus deberetur.§.eo.si plurib.§.1.arg.ff.de verb.signifi. locus, sed concordat.d.l.ex arg.ff.de leg.1.quod in rerum. ff.de iure dot.l.cum post.§.gener.

ADDITIONES PROBI.

[a] ET RATIO ILLORVM. Adde vnū vt cōueniat rationi in textu positæ, quod nullum reperitur in his casibus auxilium, seu fauor hominis, id est, Romani Pontificis videlicet super dimidia præbenda & alio valore, quia licet sit statutum & prouisum de integra, seu de certo valore & sic fauor hominis procedat. Non tamen de dimidia & minori valore.

Item licet lex non disponat qualis cautio præstari debeat,tamē stari debet loci obseruātiæ.no.in l.si quis rem. ff.de custo.& exhib.reo.faciunt no.in l.Labeo.ff.de supel. lega.& in l.si quis in fundi vocabulo.de leg.1.& in l.cum Delanionis.§.Asinam.ff.de fun.instruc.& in c.ex literis.s. de sponsa. Alexand.consil.49. in fi. viso processu. volumi.3.

¶Et vt dixi, istud procedit,siue verba proferantur a testatore,siue a contrahente.l.semper in stipulationibus.ff. de regu.iur.l.si fundus.ff.de actio.empt.& vendi.& quod not.in l.quod si nolit.ff.de ędil. edic. tradunt Docto.in l. de quibus.ff.de legib. Panor.consi.36.num.4. Videtur primo Deci.consil.284. num.9. viso puncto. vbi dicit quòd secundùm communem vsum loquendi dispositio testatoris intelligitur.l.liberorum. §.quod tamē Cassius.de legat.3.l.Labeo.ff.de supel.lega.Dec.consil.365.viso consilio.

¶Hinc

30 ¶Hinc eſt ꝙ verba † in quibus cadit ſeu poteſt cadere interpretatio, tam iuris communis quàm vſus cõmunis loquendi, debent interpretari ſecundùm communem vſum loquendi. Notat amplè Roma.conſi.4.ſententiam prælati, & conſi.32.viſa municipali conſtitutione. concordat Maria.Soci.conſi.36.col.penul.dum dicit quòd ſi ſtatutum vel couſuetudo diuerſum ſtatuunt in filijs maſculis & fęminis, tunc in prolatione generali potius videtur teſtator voluiſſe in dubio intentionem ſuam adaptare conſonantem ſtaturo vel conſuetudini loci, quàm iuri communi, quia hæc vulgaria ad vulgarem intelligentiam referenda ſunt verba.c.ex literis.ſ.de ſponſa.& d.§.quod tamen Caſſius.

¶Et intellige conſuetudini loci, in quo verſatus eſt, & in quo habitat, non in loco originis; quod diſcutit latè Soci.conſi.247.col.4.circa primum.

31 Ratio poteſt eſſe, quia † communis vſus loquendi dicitur proprius intellectus, adeo vt poſſit eſſe contra proprium ſignificatum verbi.not. Ange.in §.ſi quis filiabus. col.penul.Inſti.qui tutor.da.in teſtamen.po.Ratio rationis, quia communis vſus loquendi dat ſignificationem rebus.l.Labeo.& ibi Bart.ff.de ſupel.leg.not.Alex.conſi. 82.nu.15.viſo.vol.3.Quodq; omni regulæ omniq; conſtitutioni ſolus vſus communis loquendi derogat.Not. Bertran. conſi.241. nume.4.viſo inſtrumento in prima parte.

32 Et propterea dicitur ꝙ † non ſolum ſtatuta fauorabilia ſed etiam pęnalia & ſic odioſa intelliguntur ſecundùm communem vſum loquendi. Iſtud videtur de mente Bar.in l.libellorum.in §.ſed ſi aliud.in fi.ff.de accuſa.comprobat latius Panor.in c.2.col.1.ſ.de arbitr.vbi dicit, ꝙ in omni diſpoſitione quamtuncunq; odioſa & reſtringibili debemus facere interpretationem ſecundùm communem vſum loquendi.alleg.glo.in c.nonnulli.ſ.de reſcrip. cum alijs. Areti.in c.per tuas.num.14.verſic.4.concluſio. ſ.de probatio. Doct.in cap.vnico de iniur.hoc lib.Latè Deci. conſil.550.quæritur in effectu, vbi ſubdit, quòd verbum dubium ſtatuti debet intelligi ſecundùm communem vſum loquendi. Iſtud videtur firmari in ſimili per id quod not. Alexan.in conſi.110.col.2.viſis acutiſſi-

33 mis.volu.1. ꝙ † probatio debet interpretari ſecundùm communem & frequentem accidentiam.glo.& Doct.in l.neq; natales.C.de probat.

¶Iſtud comprobat idem Panor.in c.per tuas.nu.7.ſ. de probatio.& Areti.ibi eo.nu.dum dicit ꝙ communis vſus loqueudi in materia odioſa & ſtricti iuris præualet proprio ſignificatu verborum. d.§. quod Caſſius. imo

34 etiam in materia † odioſa appellatione nepotis veniret filius fratris vel ſororis.Io.And.in c.fundamenta de elect. hoc lib.in nouella, licet ex proprio ſignificatu nepos dicatur filius filij, vel filius filiæ.l.iuriſconſultus.§.ſecundo gradu. ff.de gradib. & l.liberorum circa medium. ff.de verbo.ſignific.

Inquantum.ſ.proximè diximus ſtatuta debere intelligi ſecundum communem vſum loquendi, illud dic verum niſi in volumine ſtatuti dicatur ꝙ verba noſtrorum ſtatutorum debent intelligi non extrinſeco addito, vel diminuto, tunc intelligitur ſecundùm iuris communis

35 interpretationem: ratio eſt, quia ſenſus † communis loquendi eſt quid extrinſecum. ita dicit Roma.ſing.419. quod exorditur, communis doctrina eſt ꝙ verba ſtatuti.

De probando autem communem vſum loquendi attende ad ea, quæ tradit Alex.in conſi.131.nu.4.ſuper themate.volu.7.

Et quo ad materiam, quæ dicitur ſtricti iuris, comprobat idem Areti.num.12.ubi.ſ.proximè.Pone, exemplum in ſtipulatione quæ eſt ſtricti iuris, tamen recipit interpretationem a communi vſu loquendi.d.l.ſemper.ff.de reg.iur.& l.ſciendum.§.illud.ff.de ędil.ędicto.

¶Quod autem communis uſus loquendi præferatur cuicunq; propriè ſignificationi habeo.text.in c.quamuis ubi Panor.ſ.de uerbo.ſignificatio.not.in l.Labeo de ſupel.lega.

Et ſic habes quòd communis uſus loquendi derogat omni regulæ omnique conſtitutioni in exaudiendis ſermonibus.glo.in d.§.quod tamen Caſſius in conſi.16.col. 6.clarus uir.

Multa circa hunc punctũ poſſemus effundere, ſed quia plus laborioſum, quàm ſubtile videretur, ideo ſiſtamus

36 ratẽ, non omittendo † tamen ꝙ ad cognoſcẽdum cõem vſum loquẽdi attenditur maior pars ciuitatis vel loci.Panor.in c.ex parte poſt gl. in ver.1. caſu.ſ. de cenſib.Etiam attenditur ꝙ talis communis vſus loquendi receptus ſit a perſonis plus in ciuitate vel loco intelligibili. Pro quo habeo quod citat Maria.Soci.conſi.8.viſis & diligenter, ꝙ illud vulgare ꝙ res tantum valet quantũ communiter vẽdi poteſt, debet intelligi ab hominibus ſcientibus ipſius rei conditionem, ſiue qualitatem.Nõ autem ſit receptus

37 a ruſticis aut vilibus † & omnino idiotis, qui præſumuntur loqui ſecundum abuſum & impropriè ſecundum gl. in l.ſtipulatio iſta.§.his quoq;.ff.de verbo. obliga.& in l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tutel.refert Aret.in d.c.literas. nu. 15. facit in ſimili quod dicitur de fama, vt ipſa procedat & originem ſumpſerit ab honeſtis perſonis.no. Alex.cõ-83.nu.7.viſo.vol.3.

¶Quia talis vſus non attenderetur contra propriam

38 verborum ſignificationem & naturam, cum iura † ſapiẽtum & ſtatuta nõ debeant deturpari per ora ruſticorũ & idiotarum. Bald. ſingulariter in c.1. de ſuc. feud.& in l.2. verſi.nec puto.C.de ſuc.ędicto. In quibus ſeu eorum ſenſu non cadit varietas aut vocabulorum differentia. teſtis eſt gl.in l.quod ſi nepotes. ff.de teſt.tutel. Ita intelligas illud vulgare, ꝙ verba prolata a vulgaribus debent intelligi ſecundum quod accipiuntur communiter à vulgaribus.gl.& Doc.in l.ſtipulatio iſta. §. hæc quoque de verbo. oblig.ff.not.Alex.conſi. 102. in fi. viſo themate. vol.6. & conſi.26.nume.11.videretur fortaſſe. vol.3. Quia vt diximus locutiones ruſticorũ & imperitarum perſonarum, non ſunt propriæ, ſed abuſiuæ.dicit tex.in l.item ſi prętor. ff.de ſuis & legit.hæred. & ita intelligitur tex. in l. ita vulneratus.§.1.ff.ad leg.Aquil.& tex.no.in l.ſi dictum.§.1. ff. de euictio. ibi, non tamen vt vulgaris opinatur, ſatiſdare

39 debet. Nam † verificandi ſunt ſermones ſecundum communem opinionem intellectum habentium.Bald. in l.1. C.de ſeruis. fugi. per tex.in l.ſi quis ita, in fi.ibi, quod vtique nemo ſanus probauit.ff.de euictio.pro dicto Bald.facit tex. in d. cap. ex literis. el 1. ſ. de ſpon. ibi, & cogatur vterq; verba prolata in eo ſenſu retinere, quem ſolẽt rectè intelligentibus generare. Vide Alex.conſi.5.circa primum, vol.3.& in conſ.97.nu.3.viſo themate, vol.2.vbi dicit ꝙ vſus communis loquendi maxime Tuſcorum attẽditur in conſuetudinario.

A tali igitur inſenſata vulgi opinione, & aſſertione cauſari non debet communis vſus loquendi, cum de ea non ſit curandum.arg.no.in c.ad audientiam, iuncta gl.j.ſ.de

40 probationi.iuxta illud tritum. † Vanæ uoces populi non ſunt audiendæ.l.decurionum.C.de pęnis. Alex.conſ.101, nu,8.circa primum, vol.6. latius conſil.70. col.1. in cauſa vertente, vol.3.

Ratio ſuadet, quia ſępe accidit in contingentia facti, ꝙ qui magis indiſcrete & irrationabiliter loquitur inter fatuos, magis acceptus habeatur, qui ut plurimum in maiori numero quàm ſapientes exiſtunt. iuxta illud Eccleſiaſtes primo. Stultorum infinitus eſt numerus.Io.Mo.in proę.ſ.ſacro ſanctæ.

41 Item & poſtremò † qui allegat hũc communem vſum loquendi, tenetur illum probare, iuxta tritum in iure.facit quod no.Bal.in prælu dio feudo.col.2. ꝙ allegans conſuetudinem probare tenetur, cum in facto conſiſtat, & facta non præſumuntur præſertim contraria iuri uel rationi c.1.ſ.de conſt.hoc lib.Idem dic de ſtatutis Alex.conſil. 86.nu.6.uiſa inquiſitione, vol.4.

Licèt difficile ſit uſum illum probare, cum ad eum pro-

42 bandum non ſufficiat teſtes † deponere, ꝙ ſic communiter dicitur, ſed debent deponere ſe ita communiter audiuiſſe, alias nihil concluderent tanquàm de proprio ſenſu deponentes ſecundum Bar.in d.l.Labeo. de ſuppel.leg.& Bal.in l.de quibus circa fi.ff.de leg.& plene per Anton.de But.in repetitio.c.fi.col.ult.ſ.de conſuetudi.

Vide Tho.Ferra.cautela 7.ut habes ꝙ communis opinio &c.ubi inter alia concludit, ꝙ ad probandũ cõmunẽ uſum loquendi debet articulari & probari, ꝙ tẽpore facti actus ſic ſe habebat communis uſus loquendi.firmat Decius dicto conſilio 365. in fine uiſo conſilio allegat, quæ notat Alexand.in l.5.in princ.2.col. in uerſiculo, ſecundo allegat communem &c.ff.de uerb.oblig.& Soc. in l.Gal-

lus.§.si eius.col.fi.ff.de liber.& posthu.quod idem Deci. repetit.in consi.sequen.num.8.vbi vnum subdit in proposito, quod verum est, quod communis vsus loquendi debet 43 † attendi quādo profertur vulgariter, & in materno sermone, secus in sermone literali, in quo verba propriè accipi debent. Alex.in cōsi.115.col.1. Aeterni numinis.vol.2.vbi dicit quod quando verba proferuntur a statutarijs & iurisperitis, non inspicimus quomodò communiter & vulgariter loquantur idiotæ, sed respicimus quomodò loquuntur iuristæ. Idem Alexan.in consi.2.num.55.vol.1.& consi.9.num.8.visis verbis.eo.vol.alleg.Cy.in l.antè.C.de dona.antè nupt.Bart.in l.duodecim tabul.col.fi.C.de legi.her.Imo.in c.cum tibi.in fi.s.de testamen.

¶Pro præmissis vide quæ dicit Maria.Soci.consi.6.in fi.1.col.& Ias.in consi.51.col.3.circa primum.vol.1.

Facit in simili quod no.Alex.consi.44.nu.5.videretur.volu.5.quòd verba prolata a legis conditoribus seu a iurisperito intelliguntur secundum interpretationem legalem, licet si proferantur ab idiotis intelligantur secundùm quod in idiotam cadunt.per not.in l.quod si nepotes.ff.de testamen. tutel.iuncta.l.1.C.de contrahend.stipula.vide eundem Alex.consi.85.vol.4.& consi.1.num.18.volu.1.

Idem dic de verbis notarij.not.idem Alex.in consi.82.col.2.in causa vertente.vol.1.

¶Capio tertium dubium, concludendo de necessitate prouideri debere capellanię de presbytero actu Missam celebrante, quod comprobo.

Quia 44 quale † sit feudum tenor ostendit instrumenti.arg.l.ad probationem.la 1.Ibi quem tenor scripturæ designat.C.de probatio.c.recepimus.s.de priuileg.& c.porrò.eo.tit. Inno.in c.1.in princ.s.ne sede vacan.l.sancimus, ibi, pacti tenor adhæc reclamauerit.C.de fideiussor.c.ex tenore.s.de foro competen.

Item per tenorem dictæ fundationis dicitur quòd instituatur capellanus, qui vt.s.probauimus dicitur presbyter actu celebrans. Igitur si alius non huius qualitatis instituatur, non valet institutio, licet sit ætatis ad promo-45 uendum, quod probo, quia † quando lex, vel statutum, aut dispositio requirit aliquid qualificatiuè, debet prius constare de tali qualitate, ita quod talis qualitas debet prius interuenire, nec sufficit quòd subsequatur. Militat equidem in proposito theorica iuris, quod quando in aliquo actu seu dispositione explicanda requiritur certa qualitas in persona, si talis qualitas non inest tempore explicationis actus seu dispositionis, talis dispositio non tenet in præiudicium personæ habentis illam qualitatē requisitam.l.fi.§ ait lex.ff.de diuor.

46 ¶Ratio, dicunt Doc.quia † potentia & habitus non videntur esse de consideratione iuris, prout dicit.glo.reputata.singul.in Cle.1.de priuileg.quæ vult quod si parrochianus a suo sacerdote habuit licentiam eligendi sibi confessorem, quod debet intelligi ciuiliter, per ea quæ latissimè cumulat Brun. in tracta. de forma & solemnitate.in rub.quando censeatur forma vel solemnitas remissa.in prin.quod est dictu in proposito quod debet eligere Sacerdotem habentem animarum curam in actu & exercitio, non in potentia & habitu, facit dictum Philoso.in secundò de anima, quod actus actiuorum sunt in patiente benè disposito. no. Io.Mo.& ibi dico.in c.Romana.de senten.excommunica.

Cum igitur fundatione requiratur quod instituendus tempore collationis sit presbyter idoneus & sufficiens, sequitur quod huiusmodi qualitas debet adesse subiecto tempore collationis, nec sufficit quod sit tempore acceptationis, per ea quæ not.glo.in c.statutum.in ver.canonicis in fi.s.de res.hoc lib.quæ dicit quod opus est quòd delegatus sedis apostolicæ sit canonicus Ecclesiæ cathedralis tempore commissionis, licet non sit tempore præsentationis rescripti.pro quo vide Io.Mo.ibi.

Pro hoc membro attende ad ea quæ tradit Deci.in c.cum in cunctis.§.inferiora.in fi.de elec.s.

47 Item ad eum † casum non adaptantur dispositiones testamenti, ad quem non adaptantur testamenta.arg.l.4.§.totiens.ff.de dam.infec.l.quod cōstitutum.ff.de test. mi lita.c.indemnitatibus.§. sed eū eas.s.de elec.hoc lib.l.ita autem.ff.de admin.tutor.Alex. consil.48. in fi. viso statuto, vol.3. Sed dicta verba, capellanus idoneus, non adaptantur ad d.G.ergo nec eius dispositio. Igitur nullo modo potuit institui in dicta capellania. Ratio alia potest ad-48 duci, quia † vbi aliquis debet facere aliquem actum sub certa qualitate necessaria ad illum actū, si faciat sub alia non valet actus.tex.in l.1.§.si quis simpliciter.ff.de verb. oblig.c.cum aliquibus & c.susceptum. de resc. hoc lib.& c.hi hoc ti.& lib.notat Henric. Boic.in c. cum dilectus in prin.s. de iure patro. qui per hoc dicit quod si prælatus præsentatum a patrono instituit non sub qualitate, & tit.præsentationis, sed alias iure suo, perinde est acsi nullo modo instituerit, nec valet institutio.

Postremo in puncto hoc habes ea quæ.s. diximus in 49 pximo dubio, quòd si reperiatur † fundatio descripta verbis latinis, & non vulgaribus, quòd talia uerba debent interpretari secundum iuris communis dispositionem & interpretationem, & non secundum vulgare idiotarum, per ea quæ tradit Bart.in l. si quid earum in princpio. de leg.3.& in d.l.liberorum.in vlt.col.ff.de verb.sig.& in l.si quis filiabus.ff. de testa. tutel. dum dicit quòd si in testamento idiotæ, redacto in scriptis per notarium, reperiantur aliqua uerba latinè scripta, debent interpretari secundum iuris communis dispositionem seu interpretationem, & non secundum uulgare idiotarum. argu. eorum quæ notantur in l.1.C.de vsur.& in l. sciendum.ff. de ver. oblig.Bal.in l.lege.C.de legi.hæred.Sequitur Alex.consil.37.col.fi.uiso themate vol.6.

¶Capio quartum dubium.

50 An † patroni qui præsentarunt minus idoneum.s. quadrimestre, sint priuati uice hac præsentandi, & ius sit deuolutum ad loci ordinarium. Breuiter uidetur quòd sic notant Scriben.post tex.in c.unico. de iure patro. hoc libro, & in cle.vnica de sup.negli.præla.Ange. in Auth. de sanctis.episcop.in §.si quis oratorij col.9.Panor.in cap.illud in fine, & in c.cum propter. supra de iure patro. & in c.cum vos.supra de offic. ord. Arch.in cap. primo, supra isto titulo.

¶Sed dubium stat postquā scienter præsentarunt indignum, qui admissus est per prælatum instituentem, nō expectato quadrimestre, sint eo ipso priuati, vel debeat expectari quadrimestre, vt ius dicatur deuolutū, & hoc est vtile scire. In puncto ipso reperio varios varia dixisse: Hostien.in d.c. cum propter dicit quod quemadmodum patronus clericus eo ipso quod præsentat indignum, ea vice iure præsentandi est priuatus.gl.in d.c. cum vos, & ibi Scriben.in hoc concordes. Idem venit dicēdum in laico patrono per dictum.§.si quis oratorij.& §. fi.in Authē. vt clerici qui rece.& c.col.5.& in Auth.de ecclesiast.titu. §.si quis ędificationem.in fi.col.9. Ante Host.tenuit Inno.in c.proposuit, ibi, nos credimus ad superiorem deuolui prouisionem, patrono præsentante indignū. d.§.si quis oratorij, licet episcopus benefaciat, si reddat prouisionē patrono. Quia non sunt ita instructi in ecclesiasticis negocijs. Idē ibi ipse Host.ante fi.& in c.2.etiā ante finē.s.de suppl. neg.præla.vbi Ant. de But.in fi.idem tenet, qui post Hostien. tres subdit rationes. Prima est vt puniantur, in quo delinquerunt.c.1.s.de transla.epi.Secunda, quia nō refert an nullum vel minus idoneum eligant.ca. inter corporalia.§.sed neq;. eo.tit. Tertia, quia patroni clerici pinguius ius habent quàm laici, qui hac de causa priuantur eo ipso vt prædiximus, ergo a fortiori laici.

¶Suadet alia ratio, quia si eligentes scienter indignum sint priuati, quorum potestas est fauorabilis & de mera iustitia, ergo fortius in præsentatoribus, quorum potestas est de gratia. Bald.in d.cap cum vos, nume.3.& sic facilius tollenda.capit.2. & 4. s. de iure patro. Ista fuit ratio Ioan. de Lignia.in dicto capitu. cum vos, prout refert Anton. ibi. colum. 3. qui sequitur prædictam opinionem tamquam de iure veriorem, fatetur tamen contrariam ęquiorem qui subdit semper intelligi de præsentante scienter indignum, alias non delinqueret. Et in dubio præsumitur præsentare indignum.dicit Bald. in dicto capit.cum vos, nume.6.allegat.l.qui cum alio.ff.de regul.iur. quod videtur contra.l.meritò.ff.pro socio, & ea quæ notat Alexan. consi.52.colum.1.viso themate illustrissimi, vol.3 vbi dicit quòd si quis confessus fuerit intrasse monasterium monialium, qui tamen habebat licentiam intrandi, si nō

apparet

apparet quòd ingressus ille fuerit ante licentiam, iudicabitur factus post licentiam. notat Bart.& alij in l.non solum.§.sed vt probari.ff.de no.oper. nunci. Sed dic quod istud hic non militat, quia per actum remouetur præsumptio, per ea quæ diximus in cap.si eo. versicu. Item in eo. s.de rescript.

¶Hanc etiam firmat Panorm.in d.cap.cum vos.num. 5.referendo Rotam tenere & eam sentire. Barto.in l. cum quidam. de legat.2. vbi bonus textus iuncta glo. probat, quòd si quis habet electionem ex dispositione testatoris, si eligit indignum priuatur ipso facto potestate eligendi.

Suadet & alia ratio, quia vbicunq; alicui ex priuilegio, seu gratia competit potestas eligendi, vel postulandi, si scienter eligit vel postulat indignum, ipso facto perdit potestatem sibi tributam, quia dicitur abuti priuilegio. text. est not.in c.gratum.s.de postulat.prælato. c.priuilegium.11.q.3. Not.Io.Mo.& ibi dixi in c.1.s.de æta. & qualita.in ver. priuilegium.

Sed vt diximus patronus laicus habet potestatem præsentandi de gratia, ergo præsentando scienter indignum abutitur gratia sibi concessa, & sic debet remanere priuatus pro illa vice, quod videtur placere Domi.in c.1.s.hoc tit. Vide Aufre.in repetit.Clem.1.ante fi.de offic.ordin. facit quod not. idem Ioan.Mona.in c.vt commissi. in fi.de hæreti.

¶Et per hæc habes quòd ista est communis opinio, contra quam nihil facit ratio glo.in d.cap.cum vos.cum sit fragilis secundùm Antonium ibi.col.3. Quia ex quo non apparet quòd ius canonicum contradicat expresse, stabitur illi. §.si quis oratorij, hoc exprimenti, per regulam.not.in cap.1.s.de nou. oper. nunc. Pro hoc vide quæ dico latius in c.1.de testam.in ver.quatuor liberi. in versi. nec refert an integra legitima &c.

¶Contrariam tamen sententiam quòd non sit ipso iure potestate præsentandi priuatus ante lapsum quadrimestris.tenet glo.in d.c.cum vos.in fi. dum dicit quod hoc iure nostro quod sit eo ipso priuatus, expresse non cauetur. Ideo standum est canoni, & non legi: quam sententiam Inno. sibi contrarius ibi sequitur. & Bald.num.3.& in Margari. in ver. patronus. referendo dictum Innoc. vbi s.& est de mente Ioan. Andr. secundùm Collect. ibi in princip.cui hæc non placet, dum dicit quòd durum est contra stimulum calcitrare, nisi expresse per canonem corrigatur, quod non reperitur. tenet hanc opinionem Archi. in c.1.s. hoc tit.

¶Primam tamen tamquàm magis communem teneas in iudicando & consulendo, quia vrgentioribus fulcitur rationibus, igitur amplectenda venit, per ea quæ citat Io.Mo.in c.1.& ibi diximus.s.de constitu.

¶ Capio quintum dubium,

51 † an consensus Archiepiscopi loci ordinarij præsumatur interuenisse in fundatione & erectione dictæ capellaniæ, propter longi temporis diuturnitatem. Prima fronte videtur quòd non, cum sit quædam solemnitas extrinseca, quæ regulariter non præsumitur.l.quæcunq;.§.fi. ff.de publica.l.sciendum.vbi latè Scriben.in hoc puncto. ff.de verb.oblig.

Hoc tamen non suffragante habemus dicere contrarium, eo maximè quòd præcessit temporis diuturnitas, quæ videtur dispositionis testatoris executio in eo, quia perpluries fuit de ipsa capellania ad ipsam præsentationem per Archiepiscopum prouisum, quod firmo per ea quæ voluit Host.quem ibi communiter sequuntur Scri-52 ben.in c.illud.s.de præsump. Quod † clericus præsumitur rectè institutus quando diuturno tempore tenuit ecclesiam, vt rector, quia superiores sæpe visitantes Ecclesias præsumuntur vidisse titulum suum, nec subditum tolerasse intrusum tanto tēpore.no.Ant.de Butr.& Imo.in c. ex insinuatione.s.de procura. Domi.& alij in c.ordinarij, vbi latè diximus.s.de offi ordi.Pet.de Anch.in regu.j.col. 8.de regu.iur.hoc lib.Panor.in cap.licet Hely.colum.14. s.de symo.Imo.in cap.ex frequentibus.s.de instit.Domi. post Ioan.Andr.in cap.si iudex laicus.§.fina. colum.2. de senten.excommunicat.hoc lib. Bald.in l.siue possidetis. colum.1.C.de probationib. & in l.qui in aliena.& ibi latè Ias.ff.de acquiren.hæredit.Barbat.in cap.requisisti. colum.48.s.de testamen.tangit Petr.de Achar.consi.40 circa medium, visa petitione. latius in consi.162.in quæstione Ecclesiæ.& consi.420.colum.fina.in fi.quidam seruus Antonius.& consi.69. num.3. contra donationem. firmat Roma.consil.250.num.3. pro decisione præpositæ consultationis. vbi dicit quòd si est concessa iamdiu alicui immunitas, præsumitur interuenisse solemnitas requisita ad concessionem.

¶Et non eundo per mendicata suffragia pro themate habeo doctrinam Archid.in cap.nemo.de consecra.dist. 1.vbi dicit quòd quando est dubium quòd in fundatione Ecclesiæ interuenerit episcopalis authoritas, præsumendum est quòd sic, quando longo tempore locus pro ecclesia cultus fuit. ad idem Cardi.in d.c.requisisti.refert & sequitur Ias.in l.si certis annis.num.8.C.de pact. vbi plura in simili adducit. & in d.l.sciendum.num.17.ff.de verbo.oblig.

¶Et ad iura quæ pro contraria opinione sunt adducta, & adduci possunt, dic ea limitari & nō procedere in diuturnitate temporis, propter quam præsumitur solemnitas interuenisse, per tex.in l.si filiusfa.C.de petitio.hæred. Ita dicta iura limitant Bart.Ang.Imo.Roma.& Ias.in d.l. qui in aliena.ff.de petitio.hæredit.Bart.Ange.Paul.Areti. Alex.Ias.& cōiter Moder.in d.l.sciēdum.ff.de verb.obli.

¶ Capio sextum & vltimum

dubium. Et prima fronte, vt verbis iurisconf. vtar in l. quingenta.ff.de probat. videtur dicendum quòd dictus Iacobus non potuerit, prout nec debuerit intrare possessionem dictæ capellaniæ dicto G. non citato, eo maximè quòd talis adeptio videatur quodammodò alterius 53 possessionis priuatio. Et nemo † est priuandus possessionis sua, etiam si sit intrusus, violentus, vel predo, nisi prius citato ipso possessore, & interuentu causæ cognitione.l.fina.C.si per vim vel alio modò. glo.& Scriben.post text.vbi dico in cap.licet Episcopus. hoc titu. Roma.in l. iuste possidet.ff.de acquir. poss. Bald.in l.2.C.vbi in rem actio.Cardi consil.132. punctus quæstionis. & consil.79. colum.1. dominus Abbas. vbi dicit quòd vassallus non petens inuestituram intra annum & diem non priuatur feudo sine citatione.

In proposito dicit Bald.in l.si maritus. la 1. C.de donatio.inter vir.& vxor.quòd licet clericus beneficio sit ipso iure priuatus, non tamen debet expelli sine causæ cognitione, & sic prima citatione.quod latè prosequitur Ioan. de Ana.in c.2.col.1.s.de symo.Roma.consi.69.viso quæstionis themate.

Vt tamen præsentis puncti pateat veritas, & quod præmissa non obstent, habeo quod possessio beneficij ex actibus nostris acquiri non valet, cum ipsa necessariò requirat canonicam institutionem.regula j.de reg.iur.hoc lib. d.c.ex frequen.s.de insti.

Item quod talis simplex possessio non possit dici alte-54 rius possessionis priuatio, patet. Quia † quando aliquis allegat possessionem in beneficialibus, hoc non est respectu iuris spiritualis, cum in talibus non cadat possessio, notant Scriben.in c.conquestus.s.de foro compet.& Fel. in c.quātò.s.de iudi.Sed solum respectu fructuum & prouentuum beneficiorum quibus non debet quis priuari, nisi cum causæ cognitione.

¶Item si requireretur citatio in apprehensione talis possessionis, videretur id durum, cum per eam nihil fiat præiudicij alteri, igitur non videtur necessaria, per 55 regulam, quod citatio † solum fit ad illum actum, seu in illo actu, in quo quis lædi potest.l.nam ita diuus. ff.de adopt. l.1.§.denunciari.ff.de vent.inspici.no.Ias.in consi.86.vol. 3.in causa.R.vol.1.

¶Item talis immissio non fit nisi pro saluatione iuris competentis ex collatione facta. Est enim accessorium ad collationem, cum non fiat priusquàm procedat ipsa collatio canonica, alias diceretur intrusio, seu violentia. cap. eum qui. hoc titu. & lib. Et accessorium sequitur naturam sui principalis. regula iuris est. Sed in omni collatione beneficij (vbi omne ius & possessorium & petitorium quæritur) non requiritur citatio, not.in d.c.licet Episcopus.hoc tit.Soc.consi.154.col.si visa bulla. Ergo nec in acceptatione, nec in possessionis adeptione tamquàm accessorijs.

Et per hæc succinctè sit verificatum hoc vltimum dubium, vt non requiratur citatio, cum non fiat præiudiciũ. Et contraria loquuntur quando fit præiudicium. Et sic id 55 potest fieri inuito † tali, ergo multò magis eo absente & ignorante, ac non citato. l. qui potest inuitus. ff. de reg. iur. l. 3. §. illud. ff. de fideicom. lib. l. in diem. cum glo. ff. de aqua plu. arc. no. Alex. in consi. 6. col. fi. circa processum. vol. 3.

Bonifacius Octauus. Cap. XXX.

¶Si pauper clericus cui (cũ beneficiũ nullũ haberet &c.

SVMMARIVM.

1 *Obtinens beneficium post impetrationem gratiæ, an valeat collatio.*
Forma prouidens necessitati pauperum est quasi iustitia.
Quis debet beneficiari in vico suo.
2 *Iustitia beneficiatum non beneficiat.*
3 *Beneficium adeptum quando non potest se compati cum gratia.*
4 *Leuius tollitur ius ad rem, quàm in re, & spes, quàm res.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Varijs modis quis dicitur pauper vt hic.*
2 *Pauper dicitur parum potens vel quasi parum parans.*
3 *Qui nunc est pauper, seu non soluendo, præsumitur etiam in præteritum quod fuerit in genere pauper, & non soluendo.*
Quando ex præsenti præsumatur in præteritum.
4 *Dignitates & personatus non conferuntur de consuetudine regni Frãciæ extraneis.*
Melior Ecclesia dicitur, quæ melior videtur impetranti.
5 *Iustitia est virtus confortatiua & corroboratiua.*
Expositio dicti Psal. Erudimini qui iudicatis terram, hic describitur.
6 *Iustitia est quasi aurea virtus, curatiua morbidarum ægritudinum.*
7 *Officium iustitiæ est coniungi cum Deo.*
Alia est iustitia vniuersalis & alia particularis.
8 *In iustitia positiua non multum de ratione curatur, sed de voluntate.*
9 *Differentia inter ius in re & ius ad rem hic ponitur.*
10 *Ius quod se habet in potentia, non dicitur esse fortius quàm ius quod est in actu.*

a SI PAVPER.[a] Hic videtur instantia ad regulam. j. hoc lib. de reg. iur. factum legitimè & dic vt ibi. j. not [tenetur.]

1 ¶Sed quid † si sit prouisum alicui in gratia speciali s. eo. si clericus. & post gratiam factam obtinuit aliud beneficium, nunquid expirat gratia? hic est arg. ꝙ sic.

Dic contra quia hæc forma prouidet necessitati pauperum & est quasi iustitia.

2 Nam si sum † clericus & volo remanere in clero, de-b beo beneficiari [b] in vico, de quo sum. C. de epis. & cler. in Ecclesijs. & ideo ibi est quasi iuris executio prouisione facta isti impetranti, & antequàm ipsa sortiatur effectum, ipsa euanescit per adeptionem beneficij, vt hic. & arg. j. eo. si Episcopus.

3 Nec mirum quia iustitia [c] † beneficiatum non benefi-c ciat s. eo. quia in tm̃. s. de cler. non resid. quia nonnulli.

¶Et hoc intelligo vbi adeptum posset se compati cum prima gratia, si haberet effectum, vt potè, quia esset cõtra Concilium generale. s. eo. de multa. dico vtrobiq; primã gratiam extinctam.

Nam habendo primã gratiã cũ effectu p adeptionem secũdi beneficij, prima gratia tolleret, ergo magis ius ad 4 rem tolleretur, cum leuius tollatur † [d] ius ad rem q̃ in re, & spes quàm res. j. eo is cui. & c. seq. j. hoc lib. de conces. præb. quoniam. §. sanè. contra no. s. de resc. in nostra.

ADDITIONES PROBI.

a SI PAVPER. Dic ꝙ quis varijs modis dicitur pauper. not. Alex. consi. 37. consultus sum. vol. 7. vbi etiam tractat de modo probãdi paupertatem. Et quæ sit differentia inter pauperẽ, inopem, & egenum. Vide eundem Alex. consi. 91. repetitus in causa. vol. eo. Et qñ quis dicatur esse pauper, committitur iudicantis arbitrio, qui habet hoc arbitrari, inspecto statu & qualitate personæ. gl. & Doct. in auth. præterea. C. vnde vi. & plen.[9] Bar. in l. si constante, ff. solu. matri. Alex. consi. 158. in fi. vi-2 so testamento. vol. 7. vbi subdit quòd pauper dicitur † parum potens, vel quasi parum parans, vide quæ latè tradit de paupertate Alex. consi. 52. num. 40. circa hanc, vol. 4. & consi. 126. num. 9. in hac hesitatione. vol. eo. & Hipoly. de Marsi. consi. 71.

¶Et dicit Alex. vol. 5. consil. 16. num. 2. in causa. & lite 3 qui † nunc est pauper, seu non soluendo, præsumitur etiã in præteritum ꝙ fuerit in genere pauper, & non soluendo, & hoc propter præsumptionem iuris, quæ est ꝙ quis lucretur, non autem depauperetur. l. si defunctus. C. arbi. tutel. l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & honor. quod firmat idem Alex. consi. 75. in fi. videtur in præsenti. eo. vol. & ibi latè discutit, quando ex præsenti præsumatur in præteritum, subdendo ꝙ quotiens præsens status habet contra se alicuius temporis præteriti necessariam veritatem, tunc ex præsenti non præsumitur in præteritum. Bal. in l. 1. §. si magistratus. ff. de magistra. conue.

b Debeo beneficiari. Glo. hic dicit hoc iustum fore. vide pro hoc text. in c. nullus. & ibi glo. 61. dist. hinc dicit ibi, 4 Præpo. col. 2. ꝙ dignitates † & personatus de consuetudine regni Franciæ non conferunrur extraneis, subdẽs vnũ in proposito Aureo. Tholo. in addi. Guil. in c. si pluribus. hoc titu. & lib. subdit ꝙ melior Ecclesia non dicitur illa, quæ est maioris valoris, sed illa quæ melior videtur impetranti, ratio quia licet sit maioris valoris, tamen non est tantę authoritatis vel dignitatis, vel tanti priuilegij, vel illa quæ est minoris valoris est in vico impetrantis, cui melius & fructuosius poterit deseruire.

c ¶Quia iustitia. Istud expediuimus latè s. in c. gratia. de 5 resc. quibus adde ꝙ † iustitia est virtus confortatiua & corroboratiua, quę sui splẽdore Reges & regias sedes magnificat, quibus dictum est Sap. 1. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. i. Ecclesiam, quæ tota est sicut terra humilis & corde infima, vel qui iudicatis terram. i. peccatores, qui terrena diligunt, vel qui iudicatis terram. i. homines de terra formatos, vel humanam carnem, aut eos, qui carnales sunt vel habitantes in terra, quos iustitia tamquàm mater omnium virtutũ curat ab omni morbo: hinc Hie-6 ro. iustitia (inquit) est † quasi aurea virtus curatiua morbidarum ægritudinum, quia puniẽdo tollit scelera & peccata atq; putridas carnes & scabiosas curãdo abradit.

¶Sic in proposito ipsa iustitia non dat plura beneficia, vt obuiet præmissis morbis, meritò pluralitas beneficialis dicitur canonibus inimica. Ioan. Mona. in c. nõ potest. s. eo. afferens morbos infinitos. vt intuentibus, perspicuè patet S. Aug. in lib. de duodec. gradib. abusionum sic dicit in proposito, quantum iustitia Regis sæculo valeat, non tum apparet. Est enim pax populorum tutamen patriæ, immunitas plebis, munimẽ gentis, cura languorum, lætitia hominum, temperies aeris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & Principi spes futuræ beatitudinis. Et Anselm. in lib. cur Deus homo, iustitia est animi libertas suam cuiquè tribuens propriam dignitatem, maiori disciplinam, Deo obedientiam. hinc Lactantius lib. de vero cultu (inquit) 7 primum † iustitiæ officium est coniungi cum Deo, secundùm cum homine. Sed illud primum religio dicitur, secundùm humanitas nominatur.

Lego ꝑterea ẽm Aristo. testimoniũ, ꝙ iustitia est virt[9], qua hoĩes iusta volũt, ac operant̃. Et est duplex legitima. s. & particularis, legitima oẽs cõplectit̃ virtutes, & ꝑ eã aliquis leges in oĩ virtute cõdit, cõditas decernit, & decretas cũ cõditis executioni mãdat, studiumq; in beatã vitã & cõe bonũ dirigit. Particularis aũt iustitia ab alijs est virtutib. distincta species, & ei reliquę virtutes oĩum Philosophorũ opinione cedũt, quã speciali noĩe aliqui ęquitatem appellant, per hãc. n. mortalis homo ius suũ vnicuiq; tribuit, quo nihil est sanctius, nihil ęqus, nihil quoq; vtili[9].

Alio modò dicitur iustitia duplex, videlicet positiua & naturalis, inter quas reperitur discrepantia, quia naturalis habet rationem vrgentem, quæ dicitur nobiscum nasci. (dixi. s. in procem.) positiua verò habet rationem beneplaciti procedens ex mera voluntate statuentis.

Ang.

Ang.in l.iustitia.ff.de iusti.& iur.refert Guil.Bened.in c. Raynutius.in ver.in eodem testamento.el 1.num.184.de 8 testa.s̄.vbi subdit in proposito,ꝙ in † iustitia positiua nō multum de ratione curatur, sed de sola voluntate.s.tollerabili, quod procedit in omnibus quæ sunt de iustitia beneplaciti.

¶Vnum dicit Petr.de Anch.consi.70.col.2.apparuit, ꝙ fauor singularis & specialis impartiri non debet, vbi iustitia ministratur.arg.l.vnum ex familia.de leg.2.& l.si creditori.de leg.1.facit.c.nō debet.s̄.de consang.vel affi. intellige de naturali non positiua.

d ¶Cum leuius.† Differentiam dic fore inter ius in re,& 9 ius ad rem.Nam ius in re est quæsitum de præsenti, & ius ad rem est quærendum,& in spe videtur cōsistere, vt patet in literis expectatiuis ad vacatura beneficia.vt est text. in c.fi.in prin.de conces.preb.hoc lib.ibi,in quibus ius nō esset quæsitum in re licet ad rem. Et ibi,in §.1.habetur ꝙ canonicus qui post receptionem expectat præbendam iuxta.c.relatum.s̄.eo.dicitur ius habere ad rem.not.Domi.in d.c.fi.in vlt.not.Ad idem tex.in c.penul.& ibi idem Domi.in pen.no.s̄.hoc tit.Et huic iuri ad rem facilius, ꝗ iuri in re quæsito derogatur, vt probatur hic per Io.Mo. & per iura.s̄.alleg.not.Cal.in tit.de res.consi.8.in fi.Car. consi.61.volentes itaq; in fi.Ratio pro hoc extat manifesta per dictum Ioan.Mo.hic quod comproba per.l.quæ autem.in princ.ff.de his qui in fraud.credi.l.si sponsus.§. maritus.el 2.ff.de do.inter vir.& vxor.l.1.§.confert.ff.de colla bo.& l.seruus.C.de pac.l.fi.C.qui accu.po.Idem Io. Mo.in rub.de resc.in fi.vide quæ dico.in c.1.ī.de religio. domi.Fely.in c.cum inter.col.2.s̄.de re iudic.Pau.de Cast. consi.339.in 1.par.& consi.Sequen.in fi.1.col.Deci.cōsi. 357 nu.3.in casu magnifici domini Petri.

¶Pro præmissis habeo quod citat.Bar.de Chassa.consi. 10 11.nu.9.lecas est tel † ꝙ ius quod se habet in potentia,nō dicitur esse fortius, quàm ius quod est in actu.Et subdit, ad comprobationem illius præscriptio tollit ius actuale, ergo multò fortius potentiale secundùm.not.in l.si rem. §.omnes.ff.de pigno.actio.

Bonifacius Octauus. Cap. XXXI.

¶SI a sede apostolica vel legato ipsius vni &c.

SVMMARIVM.

1 *Ingens est commodum possessionis.*
Non præsumitur pro authoritate, vbi alia pars habet possessionem.
2 *Omnibus paribus pro authoritate ampliori est prælatio facienda.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *An ratione possessionis quis faciat fructus suos.*
2 *Possessio quando est contra ius commune quid dicendum.*
3 *Commoda possessionis vide hic.*
Possessio releuat ab onere probationis & transfert illud in aduersarium.
4 *Possessio est causa implorandi officium iudicis.*
5 *Ex possessione præsumitur titulus.*
6 *Papa concedens eandem rem vna & eadem die.*
7 *Idem operatur punctus quod præuentio.*
8 *Impossibile est quòd detur collatio bina eodem momento.*
9 *In pari causa melior est conditio possidentis.*
10 *Bona relicta a rectore, an præsumantur ex bonis Ecclesiæ,an ex patrimonio.*
11 *Aedificium in fundo meo ædificatum, propria possum authoritate destruere.*
12 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alium pariter priuilegiatum.*
13 *Erectio furcarum operatur probationem iurisdictionis meri imperij.*
Plures habentes iurisdictionem pro indiuiso.
14 *In re vendita vel donata duobus, præfertur ille, cui est facta traditio.*
15 *In interdicto retinendæ, ille vincit qui de antiquiori possessione probat.*
Iunior possessio præsumitur clandestina.
Duo in solidum eodem iure possidere idem non possunt.
16 *Titulus nihil patrocinatur quando possessio alterius est antiquior.*
17 *Per constitutum transfertur dominium & possessio, sicut per veram traditionem.*
18 *Quod procurator habens speciale mandatum facit, censetur facere vt dominus.*

a SI A SEDE.ᵃ Hæc decretalis in dubiò casu posita decidit quid agendum,& habet duo dicta. Ecce primum [possidentis] Ingens ᵇ † enim est commodum possessionis. Insti.de interdic.§. retinendæ, primò & Secundò Respon.C.de rei vendica.res aliena.ī.vt eccle.bene.c.vno circa prin.Et sic nō præsumitur pro authoritate vbi alia pars habet possessionem.

2 Sed si neutra pars haberet omnibus † paribus pro authoritate, amplior est prælatio facienda vt.ī.versi.proximò & facit de maior.& obed.per tuas.s̄.hoc lib.de res. duobus.

ADDITIONES PROBI.

a SI A SEDE. Vide Alexan.consi.19.admodum.vol.2.& quæ diximus.in c.eum cui.s̄.isto tit.

b ¶Ingens. Adde do.Bertran.consi.88.licet venerabilis vir dominus par.1.& Car. consi.132.col.fi.T.Archipresby.

1 ¶Et an ratione † possessionis quis faciat fructus suos. vide quæ not.Alex.in consi.121.col.2.viso themate.vol. 4.& ibi dicit ꝙ non indistinctè, sed requiritur ꝙ bona fide possideat, æstimans se dominum ad hoc vt ex tali possessione faciat fructus suos.l.qui sit.§.in alieno.ff.de vsur. & l.bonefidei.in princ.ff.de acquir.rer.do.Ideo nihil est si contra iura mercatur per regulam quam citat Alexan.in 2 consi.70.col.2.in causa.vol.3.ꝙ quando† possessio est cōtra ius commune,talis possessio non releuat,nec pręsumptionem inducit pro possidente etiam si possederat longo tempore.c.ad decimas.s̄.de resti.spolia.hoc lib.

¶Et in proposito Io.Mo.hic dic ꝙ scribentes hic satis sicco & leui pede in hoc puncto pertranseunt. Ideo ad illius comprobationem adde.glo.in c.1.quæ est glo.pen. de conten.inter do.& vassal.quę enumerat aliqua posses- 3 sionis commoda. Nam † aliquando habet iudicium nominare.l.1.ff.famil.ercis.

Aliquando releuat ab onere probationis.Insti.de interdic.§.commodum ,& sic onus probationis transfert in aduersarium.l.fi.C.de rei vendic.& l.siue possidetis,& ibi plenè not.C.de probatio.Maria.Soci.consi.127.col.3. visis.

4 ¶Aliquando est † causa implorandi officium iudicis. l.fi.ff.de offi.procur.Cęsar.l.vt liberis.§.fi.ff.de liber.causa.

Aliquando ratione illius officium iudicis proponitur, non quia deficit actio, sed quia deficit exercitium.l.si filiusf.ff.si cert.peta.

¶Aliquando est causa inducendi præsumptionem.l. pen.ff.de conditio.insti.

¶Aliquando inducendi recuperationem.l.si seruus. C.quod cum eo.l.qui possessioni.ff.de vi & vi arma.

Aliquando est causa impediendi executionem.l.maritorum.ff.ne vxor pro mari.

Aliquando est causa producendi alios naturales effectus.l.3.§.ex contrario.ff.de acqui.posses.facit Cle.1.vt lite 5 penden.vbi ex possessione † præsumitur titulus facit.c. quod autem.s̄.de iurepatro.c.ad aures de præscrip.& c. primum de controuer. inuesti.glo.fina.in c.afferte.s̄.de præsump.

Pro intento habes quod citat Bal.in c.capitulum.nu.2. 6 s̄.de res.ꝙ quando† Papa concedit potestarium Bononię duobus eadem die, præfertur is qui reperitur possidere, quia eo ipso ꝙ possidet,plus iuris habet eo,qui non possidet.l.1.in fi.ff.vti possideris.Idem si Papa vna eademq; die vnum idemq; feudum concedit diuersis personis per diuersas bullas,sicut diximus in diuersis testamentis in quibus non apparet distinctio horę vel diei, imo & puncti, 7 quia † idem operatur punctus quod operatur præuentio.no.in l.si pluribus.ff.de solu.Et hæc comprobantur ꝙ licet sola possessio beneficij non tribuat titulum beneficialem.c.ex frequentibus.s̄.de institu.& c.1.de regul.iur. hoc lib.tamē iuncta cum titulo,est potens ad extinguendum

dum alium titulum illi oppositum concurrentem in tẽpore.

¶Istud tamen intelligas & tex.nostrum, vt procedat si a diuersis prælatis procedant tituli beneficiales, secus si ab vno solo, quia tunc secundùm Pet.Domi.& Franc.hic adeundus est talis qui subtiliter & curiose certificatus, 8 quis fuit primus, illud declaret, cum impossibile † sit ꝙ detur collatio bina eodem momento, etiam impossibilitate iuris & facti, quia si dicit confero Titio & Petro (eodem instanti) si intelligitur ꝙ ambobus simul conferat, vel simul retineant, non valent tunc.c.cum nõ ignores. & c.vacante.& c.tuis.s̃.hoc tit.Si autẽ intelligatur ꝙ vellet conferri alteri, tantum ille qui primò est nominatus debet obtinere.arg.c.mandato.s̃.eo.& de elec.c.pen.hoc lib.Ergo ipsa possessio non potest operari, ꝙ ille qui est prior, perdat ius prioritatis, vt vult etiam iste tex.qui loquitur quando de prioritate apparere non potest. Sed in casu nostro est impossibile quasi ꝙ non appareat saltem per declarationem prælati cõcedentis.Et per hæc videntur dicta.Bal.in casu beneficiali non habere locum, sed in prophanis tantum.

¶Pro principali intento vide Bar.in l.si inter.in fi.ff.de reb.dub.vbi ponit.q.de viro & vxore, inter quos est facta donatio, & mortui sunt ambo, nec apparet de prioritate mortis illorum, quos dicemus hæredes præferri, an donãtis, vel donatarij, dicit ꝙ hæredes rem donatam possidentes. Nam si hæredes viri vendicant, ipsi debent probare vxorem prædecessisse, & econtra, alias agentes cadunt ab intentione sua, iuxta regulã vulgatam ꝙ actore non probante, reus absoluitur.l.qui accusare.C.de probationibus cum alijs vulgatis: Ideo super hoc non est opus in superuacuis rõnibus.in legib. insistere, ꝑut in simili dicit Alex. 9 consi.140.nu.5.super testamento.vol.1.Et sic in pari † causa melior est conditio possidentis.idem Alex.consi.93.in prin.in causa.& lite.vol.5.

¶Pro hoc vide quæ tradit Ioan.Lup.Hispa.in repeti. rubr.s̃.de dona.inter vir.& vxor.in §.ista procedu nt.car. mihi.55.

¶In hoc iuuat quod dicit Deci.consi.517.nu.8.in sententia, quòd reus qui conuenitur, videtur habere ius fortius, ex quo habet dominium cum possessione de præsenti, quod comprobat. Et hæc est ratio regulæ text. nostri.

¶Adduco præterea.glo.singul.in c.nulli.12.q.5.quæ 10 vult in sui effectu, ꝙ si † rector Ecclesiæ decedit, relictis bonis, & quæratur an quæsita fuerint ex patrimonio clerici, an ex redditibus Ecclesiæ, ꝙ præsumitur pro eo qui est in possessione. Ideo si consanguineus est in possessione, præfertur Ecclesiæ, & hoc propter commodum possessionis.Istud firmat glo.in c.sint manifestę.12.q.1.

¶Aliud commodum possessionis habes citatum per Bart.in l.1.§.nunciatio.in princ.ff.de no.oper.nuncia.vbi concludit post Dy.& Iacob.de Areti.ꝙ quando factum 11 fuit † ędificium in solo meo & a me possesso, ego possum tale ędificium propria authoritate destruere.l.quemadmodum.§.1.ff.ad leg.Aquil.idem no.Bald.in l.si in area. in versi.itẽ no.ff.de conditio.indeb.& Bar.in l.1.§.interdictum.versi.præterea illud fit.ff.vti pos.& in l.si vitem §. si ad ianuam, per illum text.ff.quod vi aut clam.& in l.si duo.§.item videamus.ff.vti possid.ratio secundùm Flo. & Bald.in d.l.quemadmodum ad istam conclusionem, procedit ex vi commodi possessionis quod domino tribuit potestatem resistendi propria authoritate, quod nõ esset, nisi possideret, ideo si quis fabricaret murum, vel erigeret sepem, vel aliquid faceret in fundo meo proprio quẽ possideo, propria possum authoritate illud destruere & penitus euellere. Ratio fundamentalis videtur, quia illud quod est ędificatum in meo per me possesso, solo cędit meo.l.adeo.§.ex aduerso.ff.de acquir.rer.do.& Insti. de rer.diuisio.§.ex diuerso not.Innoc.in c.1.in fi.s̃.de immunit.Eccle.sic videor destruere quod meum est, non alterius, & dictum nostrum procedit quod talis insolidum possideat, quia si ab alio possessore foret ędificatum, illud propria authoritate destruere non posse.testatur Bal. in d.l.1.§.1.alleg.l.sed si inter me.ff.de serui.vrba.prædio. Pro hoc videtur alia ratio, quia ęque videntur priuile- 12 giati in re sua, & priuilegiatus † non vtitur priuilegio cõtra alium pariter priuilegiatum.l.sed & milites.§.1.ff.de excu.tuto.dico.in c.cum personæ, de priuil.Sed recurritur ad ius commune, quod videtur in proposito, quòd est melior conditio prohibentis in re communi.c.in re communi.de reg.iur.hoc lib.Deci.latè.in consi.249.nu. 13 2.in casu.de quo, vbi dicit ꝙ licet per erectionem † furcarum arguatur & probetur iurisdictio meri imperij, vt ibi per eum latè, si tamen res est communis, videlicet iurisdictio inter plures, vnus alijs inuitis non potest pro administratione iurisdictionis furcas erigere, per regulam ipsam, quia quando plures habent iurisdictionem in castro pro indiuiso, debent cõcordari in vsu iurisdictionis, putà vtendo alternis annis.& ad concordiam compelli debent.no.Ang.in l.2.§.ex his.ff.de verbo.obliga.& Panor.in c.fi.col.1.s̃.de re iudica.

¶Et redeundo ad thema.Ioan.Mona.habeo id quod 14 dicimus.in l.quotiens.C.de rei vendic.Quod in re † vendita vel donata duobus, præfertur illi cui fuit & est facta traditio, quia ille solus dicitur possidere.

¶Effectus enim talis traditionis exequitur etiam per constitutum.not.Bald.in rubri.C.de contrah.emp.q.16. Alex.consi.14.in fi.circa primum dubium.vol.1.& consi. 25.in fi.viso testamento.volu.3.vbi dicit hanc traditionẽ fore fictam.firmat Ang.consi.106.in fi.quædam mulier donauit.quos sequitur Deci.consi.302.num.9.& pro tenui.vbi in proposito subdit (dico thematis) quòd in in- 15 terdicto † retinendæ ille vincit qui de antiquiori possessione probat.c.licet causam.s̃.de probatio.not.Bart.in l. si duo.in princ.col.2.ff.vti po.cum similib.ibi per eum alleg.firmat & latè Alex.cõsi.88.quoniam omne datum. vol.5.vbi istud comprobat. Quia iunior possessio præsumitur clandestina.l.clam possidere.in princ.& §.qui ad nundinas.ff.de acquir.possess.not.latè Alex.consi.103.in princ.super eo dubio.vol.6.cum duo insolidum eodem iure idem possidere non possint.l.3.§.ex contrario.ff.de acquir.possess.l.duo.ff.de præcar.Et subdit idem Alexan. vbi.s̃.num.7.illud procedere etiam absquè titulo, & aduersarius habeat iuniorem possessionem cum titu.Iuuat dictum Bal.in l.data opera.in fi.C.qui accusare.ꝙ titu- 16 lus † nihil patrocinatur, quando possessio alterius est antiquior. Ista tamen habent locum in prophanis, non in beneficialibus & alijs spiritualibus, vt hic per Scriben.& in c.1.de reg.iur.hoc lib.vide quæ dixi.in c.ordinarij.s̃.de offi.ordi.

¶Pro his habes quæ not.in d.l.quotiens.C.de rei vendica.ꝙ ille est potior, cui primò res est tradita, quando duo emunt ab eodem.l.siue autem.§.si duobus.ff.de publiç.comprobat Soci.consi.239.col.4.præsentis, vbi discutit de domino & procuratore eandem rem duobus vendentibus, vt præferatur emptor procuratoris, si primò per procuratorem possessio fuit tradita verè vel fictè, fictè quidem, vt quia procurator constituit se dicti emptoris nomine possidere per constitutum.vt in l.ꝙ nemo, & ibi per Bart.ff.de acquir.possess.vbi habetur ꝙ 17 ita per constitutum † transfertur possessio & dominium, sicut per veram traditionem, dico si præcedat causa habilis.Bart.in l.quod meo.ff.de acqui.possess.Alex.consi.51. nu.13.quod exorditur, perspectis his.vol.6.Et hoc procedit quando procurator ad id habet speciale mandatum, quod est de mente Bart.in l.1.ad fi.ff.de acquir.possess.vbi dicit ꝙ tutor, & curator, & procurator non habens speciale mandatum, non potest possessionem transferre.Igitur sensit manifestè ꝙ habens mandatũ speciale potest. Hanc opinionem approbat Io.Imo.& communiter Moder.ibi & idem Imo.in l.1.§.per procuratorem.ff.eo.de 18 acquir.possess.Iuuat quia † quod procurator (habens speciale mandatum) facit, censetur facere dominus.l.quod iussu alterius.ff.de reg.iur.regula quę facit per alium cum sua materia.Et in hoc videtur adesse volũtas domini, secus igitur si habeat generale mandatum, ꝙ procedit in differentia ratione commodi possessionis, quæ multum operatur, vt per præmissa apparet, quibus iunge quæ.not. ipse Alex.in cõsi.26.in col.fi.circa primũ dubium.vol.1.

¶Vide vnum commodum possessionis notatum per Deci. in consi. 443.num.28.in casu quod est primum.4. partis.

Et sic concludas cum gl.in c.1.§.si tres de pace tenenda.Beati possidentes. Meminit Ias.in consi.148.col.1.viso processu.vol.4.vbi subdit ꝙ qui prior est & antiquior

in

in poſſeſſione reportat plamam victorię.Bal.in c.ſi diligẽti.col.fi.ſ.de præſcrip.

Poſtremò quando non procedat hoc.c.vide quæ dicimus ſ.in c.eum cui.iſto tit.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XXXII.

¶Cũ ſingula officia ſint ſingulis cõmittẽda pſonis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Monachis clauſtrum debet eſſe carcer.*
2 *Religioſis ambitio eſt improbior, cum regulæ inſeruiant ſtrictiori.*
3 *Sæpe verba referuntur ad factum.*
4 *Monachus quando de licentia ſolius Abbatis poteſt dimittere monaſterium, & quando requiratur conſenſus conuentus vide hic.*
5 *Nullus Abbas debet dare licentiam monacho intrandi religionem arctiorem, niſi primò eam inueniat & paratus ſit eam recipere.*
6 *Ad religionem latiorem ſolus Papa diſpenſat.*
Solus Papa eſt ſupra ius.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Verbum ſingula, eſt aptum comprehendere particularia comprehenſa ſub generalitate præmiſſa.*
2 *Dicta in vno, quando intelliguntur repetita in alio.*
3 *Sententia quæ eſt ipſo iure nulla, aliquando rumpitur & infirmatur.*
Verbum de facto exponitur, vt hic.
4 *In his quæ ſunt iuris, verba quæ alias denotant improprietatem & fictionem, veritatem ſignificant.*
5 *Tranſlatus ad alium monaſterium, an recuperet bona ad primum monaſterium delata.*
6 *Monialis dotari debet.*

b Debet formari. Hæc est vna ratio, quare. s. in rub. de litiscontest. conclusimus libellum fore necessarium in processu sub pena nullitatis.

c Vt est petitum. Alias sententia est nulla. l. 2. C. commu. diuid. l. vinum. ff. si cer. peta. no. in c. Hely. hic per Io. Mo. alleg. & per Neapo. decis. 32. quidam Florentinus. vbi po- nunt vnam modificationem, videlicet quando inest ali- 2 quid faciendum de natura rei, vt si condemnet † ad solutionem, potest condemnare ad pignoris restitutionem, iudex enim potest pronunciare super successiuo eius qđ principaliter petitur. text. in c. constitutus. de relig. domi. Bal. in l. fi. in 1. col. C. de fideicom. & in l. cum eorum. C. de senten. & interlocu. omni. iudic.

Vide alium casum per eosdem Neap. decis. 95. in fi. Angelus Galliota.

d Capituli. Quid dicendum an † consensus patroni laici 3 in talibus alienationibus, vel dationibus in emphi. rerũ ecclesiasticarum requiratur, dic breuiter non reperiri iure cautum, ꝙ debeat requiri laicus, ius enim illius est limitatum solum ad actum præsentationis, & etiam se opponendi, si res Ecclesiæ dissipentur, & sine causa distrahuntur. ita concludit Petr. de Ancha. consi. 122. col. fi. ex narratis. Et id habet ex gratia, quæ non extenditur vltra id quod concessum est a iure: pro quo vide quæ in simili citat Alex. consil. 110. adeo grauis. lib. 6. Domi. consil. 67. licet copiosè.

e Seruetur forma. In talibus † præsumptio solemnitatis cursu temporis xl. anno. habetur. no. Alex. consi. 92. nu. 8. perspectis. volu. 6. Domi. in consi. 87. apparet. vbi discutit an in vnione facta ab Episcopo (quæ dicitur alienatio) præsumatur in dubio ꝙ in ea consensus capituli interuenerit, vbi concludit ꝙ sic.

f 5 ¶ Non debet. Vide † de alienatione rerum ciuitatis an sine consensu principis fieri possit Steph. Bertrã. in 2. par. consi. 216. viso.

g Interponet. Sed resultat dubium an in huiusmodi authoritatis interpositione præsumatur, & etiã in alijs Episcopum fecisse cum consensu capituli, pro hoc reperio In no. in c. veniens. circa fi. s. de præscrip. & gl. in ver. debet. in c. ea noscitur. s. de his quæ fiunt a præla. ꝙ præsumitur, cũ 6 qua ibi videtur Innoc. in ver. intelligi. dum dicit ꝙ † præsentationes ab abbate factæ semper præsumuntur fieri de consensu conuentus, ideo etiam si abbas non ostendat literas conuentus seu capituli, Episcopus secure potest eas

confir-

confirmare: & in tantum est efficax huiusmodi præsumptio,ꝙ ei statur,nisi probetur contra.hanc glo.videtur insequi cum grano salis.in c.cum dilectus.col.2.s.de consuetu.Compostel.videlicet si partes non referunt de hoc, quæstionem, præsumitur interuenisse.per.d.c.ea.secus si retractarent,cum quo videtur Inno.in d.c.ea.ibi.Alij dicunt ꝙ licet sic præsumatur, si tamen aliquis apparet cõtradictor, oportebit abbatum probare consensum & cõuentus seu capituli.

¶Huic opinioni astipulatur Anto.de Butr.in d.c.ea.in prin.quod optime prosequitur.in penul.& vlt.col.& Panor.post eum,quod placuit Bar.in l.actor.col.fi.ff.rem ratam haberi,qui nititur ibi sustinere.d.glo.

¶Collectarius verò videtur insequi opinio.Inno.ibi relatam per Ioan.Andr.vt post sententiam non teneatur prælatus probare, secus si antè, si appareat contradictor saltem antè institutionem,& in hoc videtur residere Car. ibi,in versi.quæro de intellectu literæ,referendo d.gl.cõmuniter approbatam.

Et sic præsens quæstio videtur difficillima, prout ipse Panor.ibi fatetur, nam est quærere, an solemnitas extrinseca præsumatur, cum consensus capituli sit quid extrinsecum ad prælatum, & iura videntur velle ꝙ ipsa solemnitas † extrinseca non præsumatur.vt in l.quicunq;.§.fi. ff.de publica.vbi dicit text.ꝙ in contractu minoris non præsumitur tutoris authoritas intercessisse, nisi probetur. ad idem text.vbi Barto.& Doct.in l.sciendum.ff.de verb.oblig.

Pro opinione tamen.d.glo.& sequacium reperio Domi.de Rota in antiquis.deci.337.ꝙ vbi aliquis est præsentatus ab abbate,& institutus ab Episcopo, præsumitur ꝙ fuerit præsentatus de consensu capituli seu conuentus. Car.consi.118.col.1.monasterium sancti Iuliani.

8 ¶Hunc passum tangit & arguit ꝙ videtur absonum, ꝙ præsumatur quod est facti contra id,de offi.deleg.c.cũ in iure.& ff.de public.l.quecunq;.§ fi.& ff.de proba.ab ea. hinc Inno.in c.fi.in fi.s.de eo qui fur.ord.recep.ꝙ in iudicijs & extra, oportet probari factum, tamen hoc non obstante concludit præsumi ꝙ consensus intercesserit, vt firmat multis fundamentis in simili.consi.139.nu.29. 9 cum sequen.Quilibet enim † præsumitur benè agere officium suum.s.de præscript.ad audientiam. Nec præsumitur delinquere.c.fi.de præsumptio.facit quod no.idem Card.d.consi.vlti.allegato.nu.30.

¶Quando autem aliquis gessit actum quem genere potuit licitè & illicitè, certè præsumptio iuris est in dubio, ꝙ gerere actum voluit iure licito, quo possit valere & non delinquere.l.meritò.ff.pro socio, quia quilibet præsumptione iuris & naturæ præsumitur bonus, & ꝙ nemo lędat alium.c.fi.de præsump.s.& l.vt vim.ff.de iusti.& iure.

¶Ex quibus concludo post doctores ꝙ huiusmodi solemnitas præsumitur, & est præsumptio iuris,non de iure,sic allegans illam non interuenisse,hoc probare tenetur.Inno.in d.c.fi.in fi.s.de eo qui fur.ordi.recep.l.ab ea parte.ff.de probatio.l.1.de fide instrumen.& iure hastę fisca.lib.10.C.

Vide in proposito distinctionem Alex.de Imo.in addi.ad Bar.in d.l.actor.& in consi.1.nu.19.vol.4.

10 ¶Postremò attende ad vnum ꝙ idem † iudicamus de actione competente ad rem immobilem, quod iudicamus de ipsa re immobili, ad quem competit,adeo ꝙ illa solemnitas quæ requirebatur in alienatione rei immobilis, requiritur etiam in alienatione talis actionis.glo.& Docto.in l.1.C.si aduer.transactio.Alex.latè comprobat. consi.27.in fi.attentis narratis.vol.3.quem vide eo.vol. consi.49.nu.2.viso processu.vbi dicit ꝙ quando actio datur ad aliquid mobile,computari debet inter mobilia & non inter immobilia, quod comprobat, vt videre licet quibus iunge quæ not.per eundem Alex.consi.53.nu.7. visis.vol.3.

h ¶Non debent. Excipe casum quem no.Alex.in consi. 60.col.1.visa facti.vol.2.videlicet quando data est potestas executoribus testamenti alienandi immobilia, pro soluendis legatis, quia tunc valet alienatio sine decreto, vt ibi comprobat. vide quæ tradunt Neapoli.decisio.87. magnum, vbi ponunt casum quo alienatio rei minoris fit sine decreto.

i ¶Decretum. Quod dicitur indiuiduum Neapoli.de- 11 cisio.218.petitia. Dic insuper ꝙ decretum † (etiam inferioris a principe) facit præsumere in dubio ꝙ nulla sit lęsio.l.1.vbi Doct.de prędiis decurio.lib.10.C.tradit Alex. consi.92.nu.38.perspectis.lib.6.vbi subdit ꝙ multò magis quando interuenerit authoritas principis, qui quidē semper dicitur iustè agere, & se ex probabili causa mouere.no.Cy.in l.rescripta.in 3.& 4.q.C.de præcib.Imper. offe.Iaco.Butr.in l.fi.C.si contra ius vel vtilita.publ.Ant. de Butr.in c.cum inter P.s.de renuncia.& in c.constitutus.s.de relig.do.Ioan.Imo.in c.qui in Ecclesiarum.s.de constitu. (dixi latè.s.in prooe.in ver.relaxatio) ad idem Panor.in c.cum olim.nu.23.s.de re iud.post Cy.in d.l.rescripta ꝙ si princeps sine alia causę cognitione mandat alicui vt aliquem suspendat, potest ille sine peccato exequi,quia pro principe pręsumitur ꝙ iuste procedat,quod est no.facit.l.vindicari.C.de pęn.& in c cum apud.11.q.3.

Attende in proposito ꝙ licet decretum superioris inducat pręsumptionem pro alienatione rei Ecclesiasticę, vt omnes solemnitates debitę interuenerint (ne decretũ sit illusorium.de iudic si pretor.ff.) non tamen validat contractum, quo minus impugnari possit tamquàm ex falsis causis.no.Domi.consi.48.presbyter Franciscus.

k Authoritas. Quæ hic dicitur formalitas actus gerendi a pupillo,& interuenire debet in ipso actu, vt constituatur pars actus, iuribus hic per Io.Mo.allegatis.no.Petr.de Ancha.consi.208.col.4.iudex de iure iudicaturus, quod adducit pro comprobatione regulæ, ꝙ quandocunque 12 † in vna dispositione sunt duo disponentia,quorum vnũ adiacet alteri tamquàm forma seu qualitas, colligimus vtrunq; ad perficiendum vnũ totum, & dicimus requiri ꝙ expediantur vno contextu,& talia dantia formam seu qualitatem censentur pars actus.l.hæredes palam.in fi.ff. de testa.c.quia propter.s.de elect.

Attende hic ꝙ decretum videtur datum pro forma, qua omissa, nihil actum est,licet decreto non indigeret, vt quia alienatio esset facta in vtilitatem Ecclesiæ,adhuc non valet alienatio.probant Neapoli.deci.87.magnum. Idem dic de licentia, quia illa debet præcedere,vt valeat actus, quia ex vi vocabuli vel sermonis, licentia dicitur præcedere actum.l.1.C.de sacrosanc.eccle.& aut.licentia.C.de Epi.& cler.dico.in seq.apostil.

l Dum agitur. Vide quæ citat Maria.Soci.consi.87.col. 2.in versi.præterea.in præsenti consultatione, ꝙ magna 13 est differentia † an requiratur consensus per viam consensus, an verò requiratur authoritas, nam primo casu satis est ꝙ interueniat ex post facto.not.per Scriben.in c. cum vos.s.de his quæ fiunt a præla.& in c.cura.s.de iure patro.Bar.in l.cum nõ solum.§ necessitatem.C.de bonis, quę.liber.& in l.si quis mihi bona.§ iussum.ff.de acquir. hæred.nisi consensus requireretur per viam solemnitanitatis, secundùm no.per Inno.& Anto.in c.cum consuetudinis.s.de consuetud.& Bal.in l.fi.C.qui admit.quia tunc debet in ipso actu interuenire.Io.And.& communiter alij post .Inno.in d.c.cum consuetudinis.Bal.in d.§. necessitatem.& in l.quęcunq;.eo.tit.& in l.ii decretum. C.de ser.reip. Et hoc in casu non differt huiusmodi præstatio consensus ab authoritate, quia hæc solemnitas exigitur ad substantiam actus secundùm eundem Soci.ibi quem etiam vide.consil.12.col.3. multum abunde & consi.222.col.1.Præsens consultatio.inquantum dicit ꝙ 14 licentia † etiam debet præcedere actum,non subsequi.alleg.Io.And.in c.cum in veteri.s.de electio.Bal.in l.1.col. penul.C.qui admitti. Dixi in præceden.apo. vltra quæ dic, ꝙ vbi consensus requiritur per modum licentiæ ad integrandam personam, tunc tacens nunquàm habetur pro consentiente, vnde nec dissimulatio sufficit vbi consensus & licentia requiritur.Calca.in consi.56.nu.14.vbi dicit ꝙ non sufficit ficta voluntas,vel consensus in actu, in quo requiritur præsentia propinquorum.Bal.in l.1.§. voluntatis.ff.sol.matr.

Vide Do.consi.32.col.3.pro examinatione prædictorum,& Deci.cõs.53.in fi.superioribus.vbi firmat id quod diximus de consensu per modum solemnitatis: secus si non requiritur per eum modum,sed solum quando agitur de solo interesse, quia tunc ratificatio sequens satis operatur, vt ibi per eum & per nos in sequenti apostilla.

15 ¶Consensus. Qui † quando in aliquo actu requiritur,

potest

pôt ex postfacto interuenire:patet de patrono beneficij. c.cura ꝭ.de iure patron. facit quòd ubi actus non subsistit ratione deficientis consensus alicuius, tunc semper validatur actus per consensum superuenientem.l. si autem plures & ibi Bart.ff.de aqua pluuia arc. arg.l.ratũ.ff.de solutio.no.in l.si quis mihi bona.§.iussum.ff. de acqui.hære. Doc. in c.cum consuetudinis.ꝭ.de consuetu. Istud firmat Pet.de Anch.consi.337.in fi.de efficacia.

Quod intellige nisi consensus requiratur ad substantiã actus quia tunc requiritur ꝙ interueniat tẽpore celebrati actus, vel saltẽ antequam diuertatur ad diuersos actus. Bal.in l.1.circa fi.C.qui admit.ad bo.pos. po. quia post nihil operatur.tradit Ioan. de Ana.consil.52.col.2. versi. præterea.vltra alia dubia,firmat Dec.in consil.503.in fin. superioribus. & latè Alex. in consil.106. quo ad præsens, vol.1. ideo hic nil operatur ratihabitio, vt firmat Calca. latè in consil.56. in causa domine: ubi subdit ꝙ sic non transfertur dominium,cũ contractus sit nullus. vide quæ dixi in præcedenti apostil.

¶Et quo ad thema de consensu patroni attende ad ea, quæ latè tradit do.Stepha.Bertrandi.cons.199. uiso consultationis themate,pat.2.

16 Attende & secundò quòd si consensus † requiratur ꝑ statutum,debet intelligi de uero,non de ficto:Pone,statutum dictat ꝙ minor non possit rem alienare sine consensu,& voluntate duorum consanguineorum, nõ sufficiet illos esse præsentes & tacentes. l.2.§. voluntate, verbo uideri:ubi Bal.Pau.de Cast.Io.Imo.Roma.ff.solut.mat. Rõ

17 † quia statuta debent intelligi in casu vero,non ficto.l.3. §.hæc uerba,vbi Bar.ff.de neg.gest. tangit Alex.in consil. 114.col.pe. visa scripturarum, vol.5. ubi subdit quòd talis scientia,& patientia non dicitur uoluntas,uel consensus, sed conscientia, unde non comprehenditur sub statuto faciente mentionem de statuto.

n Contractibus. † In quibus (cursu.30. annorum) tollitur omne uitium,omnisquè defectus qui allegari potest. tradit Pet.de Anch.consil.135. ex consiliis Alex. in conf. 79.nu.14.circa primum,vol.1. firmat Dec.cõs.329. nu.5. pro defensione,& cons.341. sub nu.13. uiso puncto. Vide Domi.consil.48.presbyter Franciscus.

o Causæ cognitio. Dic quòd intantum requiritur causæ cognitio in interpositione decreti requisiti in aliquo con

19 tractu,quòd etiam † si notarius in instrumento dicat decretum fuisse interpositum, & cum causæ cognitione, propter hoc non probatur causæ cognitio,sed debet fieri aliud instrumentum separatim, loquens de causæ cognitione,& de inuestigatione,& tractatu, & ita in indiuiduo quando agitur de alienatione rei ecclesiasticæ, quòd debet fieri scriptura separata de tractatu, & de causæ cognitione,quæ scriptura præcedere debet de ꝑ se. voluit Specu.in titu.de procur.in §.1.col.12.ver.sed quid si solum.al legat.l.cum hi.§. prætor.ff. de transactio.& l. in testamen. ff.de testa.tutel.& l.quamuis ff. de rebus eo. qui sub tutel. vel cura. sunt. tenet etiam Paul. de Cast.consil. 90. quod exorditur super eo,quod quæritur viso statuto suprascripto,ubi multa singulariter arguendo ad partes hincinde in hoc passu tradit prout & practicam decreti interponẽdi in alienatione rerum minoris, & ecclesiæ concludens hęc omnino separatim fieri debere diuersis temporibus, & diuersis instrumentis,nec stari debet (secundum eum) assertioni notarij de causæ cognitione in eodem contractu adhibita, nam secundum eundem non debet esse in potestate iudicis peruertere ordinem:nec est uerisimile, quòd in tam breui tempore fuerit adhibita causæ cognitio,cum iudex debeat de causis allegatis inquirere diligẽter,vel saltem committere alicui,& cum iuramento qui se informet de omnibus,& referat tex.in l.magis puto.§. ne passim, & §.non tantum.ff. de rebus eo. probatur in l. prima,de prædijs curionũ C.ubi habetur quòd quando re quiritur decretum in aliquo actu, debent allegari iustæ causæ,& etiam probari.tenet Paul.vbi ꝭ.& in d.l.hi qui.ꝙ si fiat & interponatur sine causæ cognitione. reperietur factus contractus cõtra iuris prohibitionem,& sic nullus. probat text.nost. facit l.si libertus minorem.ff. de iure pa,

20 trona. ubi dicitur ꝙ alienatio † facta in fraudem legis, ipso iure non ualet, secus autem si in fraudem hominis. quia valet,sed rescinditur:rationem differentiæ sentit ibi Barto.quia ius magis habet potestatem annullandi, q̃ ho-

21 mo.& ex tali † contractu nullo non potest transferri dominium.voluit Bart.in l.non dubium.versi.vlt.oppo.& col.fi.C.de legib.& in l.1.§.si vir.in fi.ff.de acqui.possess. Bal.in l.vnica.C.de suffrag.tangit pedem figendo Raph. Cuma.consi.165.Gaspar quondam Iacobi,circa mediũ. & consi.190.col.2.quod est vltimum in ordine,& incipit filiusfa.& per cõsequens nec possessio ex eo transfertur. casus videtur in l.iubemus.C.de sacrosan.Eccle. ibi, sed possessionem Ecclesiasticam tamquàm nullo iure transcriptam in ipsius iure,ac dominio permanere, quam.l. alleg.Bart.in d.§.si vir.nu.3.Id comprobando in terminis nostris, dum dicit ex inutili contractu non transfertur, possessio, quando persona est talis quæ non potest perdere possessionem, vt pupillus, & Ecclesia.& post Bart. Pet.de Anch.hic.in 6.no.idem tenet, addens posse dici ꝙ

22 antequàm † super dicta nullitate feratur sententia declaratoria, non est licitum propria authoritate rem occupare,vt in simili dicit,in c.cum secundùm.ꝭ.de hæreti.nõ valet ideo allegatio exceptionis præscriptionis quadragenariæ, quæ sufficit contra Ecclesiarum.c.de quarta.ꝭ. de præscri.& c.illud.eo.tit.& aut.quas actiones.C.de sacrosc.eccl.ratio quia possessio ciuilis (quæ causat pręscri.) semper remanet pęnes Ecclesiã, ex quo nõ potuit transferri ex contractu nullo,& non potest procedere præscriptio sine possessione.vt in reg.iur.ꝭ.sine possessione.Bart. in l.deniq;.& l.nec vtile.ff.ex quib.cau.maior. Bart.& alij. in d.l.1.ff.de acqur.posses.& in l.sicut.in fi.C.de præscrip. 30.anno.

Pro his adduco quod voluit multum singulariter.Bar. in l.qui fundum.§.si tutor.in fi.ff.pro empto.ꝙ vbicunq;

23 † rector vel prælatus Ecclesiæ alienat fundum vel aliquã rem illicitè, non videtur esse rector nec prælatus quo ad illam rem,& videtur tunc Ecclesia vacare toto illo tempore prælati alienantis, eoq; tempore nunquam currit præscriptio, sed tantummodò incipit currere tempore successoris.alleg.glo.in c.2.ꝭ.de præscript.quæ dicit quòd tempore prælati male alienantis non currit præscriptio 16.q.3.si sacerdotes.potuisset allegare Io.Mon.in c.1.(& ibi dico.) ꝭ.de resti.in integ.in fi.quia dicitur illo tempore impedita agere.dicit ibi Anto.quod firmat Hostien.& Bal.ibi, in fi.dicens hanc communem fore, & donec Ecclesia est sub eodem prælato,censetur iure minoris, cõtra quem quadriennium ad petendum restitutionem in integrum non currit.C.de tempo.in integ.rest peten.l.si superuacuam.& C.de nouatio.l.doli.§.diuersum.

¶Pro comprobatione dicti Barto.vide Bald.in l.1.C. de bon.mater. in fi. & quæ dico in cap. in ver.dignus. de regul.iur.

p ¶Non astringunt.Nisi fuerint approbata ab Ecclesia.no. Raph.Fulgo.consi.6.quidam emphiteuta.

4 ¶Contractu. Qui † non a nomine expresso in eo debet iudicari, sed ab ipso effectu.l.insulam.ff.de pręscrip.verb. l.si vno.in prin.ff.loca.Bal.in l.2.cõmodati.C.& in rub.C. de iure emphyteu.in fi.Deci.consi.305.nu.2.iuridicam.& consi.312.nu.3.licet hactenus.

Et dic ꝙ ex post facto potest præstari,& hęc cõmunior. dicit Maria.Soci.consil.15.col.14. visis.& Pet.de Ancha. consi.122.ex narratis.

r Ad vitam. Vt putà alimenta quæ per mortem terminãtur.l.cum hi.§.modus.ff.de transac.Dec.consi.311.in casu

25 proposito,vbi concludit. Quia de † æquitate canonica filio Spurio alimenta debẽtur.c.cum haberet.ꝭ.de eo qui dux.vxo.in matr.vbi Panor.dicit,ꝙ illa ęquitas etiam in foro sęculari attenditur,ideo vsq; ad quantitatem alimẽtorum pater potest filio Spurio relinquere.Bar.in auth.ex complexu.C.de incest.nup.igitur (iuncto dicto Io.Mon. hic) habemus multa concedi ad tempus quę non admittuntur in perpetuum.

s Nam sine causa. Adde Deci.consi.174.& pro tenui facultate mea.Pau.de Cast.consi.34.Ego Paulus.in 1.par. Maria.Soci.consi.15.visis.& consi.29.col.3.viso.vbi dicit. col.pen.quod non valet consuetudo in contrarium.

t ¶Vtili. Licet † regulariter successor in beneficio non

26 teneatur stare colono sui prædecessoris,seu ad obseruantiam locationis per eum factæ.no.glo.in ver.terminum. in c.fi.ꝭ.ne præla.vices suas, quam Scriben.ibi dicunt singularissimam, & sic ponunt eam in superlatiuo gradu, rationes ponit amplas Rota decisio.232.si prælatus in

nouis

nouis tangit Ange. & latè. consil. 245. versi. 5. videndum successor.

¶Et vt multa paucis absoluam, ista quasi omnium opinio & sententia communis videtur pro qua vide Ias. in consi. 94. pro domino. volu. 1. tamen non procedit si talis locatio facta fuerit pro vtilitate Ecclesiæ, & pecunia inde recepta fuisset conuersa in vtilitatem Ecclesiæ. arg. c. 1. §. de solutio. & 12. q. 2. hoc huius placiti.

87 Et † debet creditor siue locatarius hanc pecuniam probare versam in fauorem Ecclesię verè, non autem per cōiecturas. not. Inno. in c. 1. §. de deposi. & Guil. de Cuneo, Rayn. & Bart. in l. ciuitas. ff. si cert. pet. licet quidam dicāt sufficere probare per coniecturas, putà quòd tempore cōtractus & expeditionis pecuniæ ecclesia indigebat. l. fi. ff. de exercito.

¶Sed dic quòd illa lex debet intelligi in eo, qui habuit mandatum recipiendi mutuum a personis nō priuilegiatis, secus si a personis priuilegiatis, putà ab ecclesia vel ciuitate. arg. l. 3. §. fi. ff. de in rem verso. ita tradit Ange. in d. consi. col. 3.

¶Pro intento vide quæ tradit Alex. consi. 160. viso ac diligenter. vol. 6. & consi. 4. col. 1. vol. 3. viso processu. dū dicit quòd quotiens contractus venditionis factus super re ecclesiastica, vel super re alicuius pij loci non valet, tunc ecclesia, vel pius locus non tenetur ad restitutionem precij si non apparet precium esse cōuersum in eius vtilitatem. not. glo. & Doct. in auth. quæ res. C. de sacrosa. eccle. Bal. & Saly. in l. iubemus. §. sanè. eo. tit. Doct. in c. ad audientiam. & in c. si quis presbyter. §. isto tit. Bal. in l. si prędium. 2. C. de præd. minor.

Vlterius dic ꝙ hic Io. Mo. videtur parificare vtilitatem & necessitatem: quod dicitur comprobatum per ea quę no. Ias. in l. iurisgentium. §. hodie tamen. versi. 7. limita. ff. de pact. ꝙ siue sit necessitas collegij, siue vtilitas tantum, ꝙ illud quod maior pars facit, præiudicat minori allegat facere. c. 1. §. de his quæ fiunt a maio. par. capi. & ita tenere Car. & Panor. in d. c. cum omnes. §. de consti. secus si facit ex sola uoluntate, quia tunc maior pars non præiudicat minori. glo. in ver. coustitutum. in fi. in d. c. cum omnes. quam dicit sequi. vbi Inno. Host. & Ioan. And. reperio tamen ꝙ Card. Panor. & Fely. ibi hoc non admittunt indistinctę, quia si non redundet in damnum & dedecus Ecclesię, valet: quod placet, vt salua sit regula.

V Sæpe. Per quæ iura Petr. de Ancha. consi. 333. col. 2. an dubia, dicit ꝙ ille ad quem primo loco spectat defensio, si patitur agere sequentem, sibi præiudicat.

X ¶Defendendi. Vt quia habuit opinionem insignium Doctorum pro se, quæ iustam credendi causam affert. not. Neapol. decisio. 87. in fi. magnum. quos vide pro intento tex. nostri.

¶Gregorius X. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. II.

¶Hoc consultissimo prohibemus edicto &c.

SVMMARIVM.

1 *In donatione rerum mobilium, certa non potest dari regula.*
2 *Hæc decretalis continet ius commune propter appositionem verbi, edicto.*
Appellatione masculini continetur fœmininum.
3 *Regulariter res ecclesiasticæ, mobiles & immobiles prohibentur alienari.*
4 *Beneficiati an faciant suam voluntatem in vita & morte, de fructibus beneficiorum.*
5 *Beneficiatus incipiens infirmari comparatur vsuario, non sic de clerico non beneficiato, quia vsufructuario comparatur.*
5 *Fructus pendentes, qui ratione beneficij procedunt, cuius sint.*
7 *Incorporalia censentur iura immobilium.*
Bona ecclesiastica dicuntur esse ecclesiæ, & aliorum vt hic.
Ecclesia dicitur vt hic.
8 *Licentia specialis plus valet quàm generalis.*
9 *Seruitus non potest imponi rei, postquàm ipsa res est facta Ecclesiæ.*
Necessitas & vtilitas quæ dicantur, ad validitatem alienationis rei Ecclesiasticæ.
10 *Modicum quid dicatur vide hic.*
11 *Si non valet principale, nec accessorium, nec pœna, nec iuramentum.*
Beneficium propter officium habetur.
12 *Constitutio Principis quando ligat.*
13 *Rustici & alij simplices, possunt allegare ignorantiam iuris.*
14 *Pacta & contractus ex conuentione partium legem accipiunt.*
15 *Alius pro alio punitur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Faciens contra edictum prohibitorium, dicitur esse in dolo.*
2 *In iuramento, dolus semper intelligitur exceptus.*
3 *Possessio immobilium tollit præsumptionem fugæ.*
Qui nihil habet in loco, præsumitur promptus ad fugam.
Nihil, & parum æquiparantur.
4 *Tutor, quæ bona pupilli vendere possit.*
5 *Pecunia non est de rebus, quæ seruando seruari possunt.*
6 *Idem iudicamus de actione, prout de eo ad quod datur actio.*
Prælatus dans mandatum compromittendi, quid includat.
7 *Prælatus viuit tamquàm dominus, sed moritur tamquàm seruus.*
8 *Vsus dicitur commoditas rei.*
9 *Fructus sine solemnitate possunt alienari.*
10 *Dominium probatur, vt hic remissiuè.*
11 *Licentia specialis quando dicatur data.*
12 *Plus astringit singularis mentio quàm specialis.*
13 *Princeps non potest sibi legem imponere a qua non possit recedere, prout nec priuatus testans.*
Disponat testator, & erit lex.
14 *Conditio impossibilis de iure, vitiat actum.*
15 *In his quæ nulla sunt non cadit reuocatio.*
16 *Conuentio a iure communi remota, inutilis esse censetur.*
17 *Libertas matrimonij non impeditur, eo quod viro particulari mulier sit nubere prohibita.*
18 *Bal. contra Bar. satis inciuiliter locutus est.*
19 *Statuentes non possunt facere statutum, quod ab eis tolli, vel suspendi non possit.*
20 *Forma in dubio videtur substantialis.*
21 *Principes sunt suarum legum domini.*
22 *Modicum & parum intelligitur, secundùm qualitatem personæ.*
Magnum & parum considerantur respectu personarum.
23 *Ea quę sunt paruæ quantitatis, quandoq; sunt magnæ considerationis, eo quia sunt magnæ qualitatis.*
Facultas donandi, intelligitur vt hic.
24 *Modicum, multum non habetur in consideratione.*
Tempus nouem annorum dicitur tempus modicum.
25 *Longum tempus in iure dicitur vt hic.*
De modico non est curandum.
Quis non dicitur transgreßor mandati, si in modico transgreditur tempore.
26 *Modicum tempus quod dicatur.*
27 *Constitutio ligat a tempore notitiæ.*
28 *Regulæ cancellariæ ligant a tempore publicationis.*
29 *Stipulatio adiecta super aliquo contractu, sortitur naturam contractus super quo apponitur.*
30 *Verba contrahentium interpretatiorem recipiunt vt hic.*
31 *Pacta ex conuentione partium licita, & non illicita, legem accipiunt, etiam quando conuentio non est contra naturam contractus, ad publicam vtilitatem, & bonos mores.*
32 *Quando duo copulatiue mandatur, quorum vnum sufficit, tunc sufficit vnum tantum existere.*
33 *In contractibus semper inspicitur quod actum est.*
34 *Procurator contrahens, an ex contractu obligetur, vel dominus.*

HOC consultissimo. Hæc decretalis inhibet certum modum alienationis rerum ecclesiasticarum immobilium. & ꝭ. hoc lib. de immniuta. eccles. c. clericis. etiam inhibetur motus quotam dandi in rebus mobilibus. Sed 1 in donatione † mobilium certa regula dari non potuit, quia secundùm quod donum est paruum vel magnum tenet, vel non tenet, & donator magnus, vel paruus, aut donatarius meritus, vel non ꝭ. de dona. c. 2. & 12. q. 2. terrulas. 16. q. 1. possessiones.

Et hæc decretalis habet 4. partes. Nā Gregorius primò 2 edictum ᵃ prohibitorium cum certis modificationibus ponit. Secundò. §. contractus] conuentiones contra hoc edictum factas nullas decernit. Tertio. versi. & nihilominus. & vers. clericos. & §. laici] prælatos contra hoc edictū

Ioan. Mona. Card. Nn alienantes

alienantes & clericos contrarium scientes, sed non denunciantes, ac laicos contra hoc edictum contrahere compellentes diuersis penis punit. Quartò.§.ex contractibus.] determinat quid contrahentibus secundùm primam modificationem competit, & incumbit: pone igitur [edicto.]

2 ¶Et sic † hæc decretalis continet ius commune. C.de legi.l.leges generales [vniuersos] & sic vniuersas, cum appellatione masculini contineatur femininum.not.s.hoc lib.de elect.statuimus.[immobilia.]

Et sic hæc prohibitio non se extendit ad mobilia, & tales submissiones non consueuerunt fieri de rebus mobilibus, cum tam mobiles,† quàm immobiles b res ecclesiasticæ prohibeantur alienari regulariter.C.de sacrosan. eccle.l.iubemus nulli.s.eo. si quis presbyterorum. in Authen.de non alie.reb.eccle.§.vlti.col.2. illa tamen mobilia, quæ seruando seruari non possunt, sine aliqua solemnitate alienantur, vt animalia superuacua, vestes attritę, poma, cerasa, & similia.c C.de administr.tuto. l.lex quæ tutores.12.q.2.terrulas.vtilia tamen non possunt alienari sine consensu capit.12.q.4.quicunq;.

Sed quid de fructibus beneficiorum ecclesiasticorum, 4 nunquid † beneficiati facient voluntatem suam de illis in vita, & in morte? Distingue, aut est clericus habens administrationem, & iste quandiu viuit & sanus est, donare potest (moderate tamen.) j.de dona.ceterum.comparatur enim vsufructuario, quia ius suũ morte finitur, sicut ius fructuarij.j.de pecul. clerico. si quis sanè. & de dona.consultationibus. Insti.de vsufru.§.finitur. j. de pigno.cap.vlti.

5 ¶Si autem incipit † infirmari, comparatur vsuario d & sic nihil habet nisi vsum, e potest tamen vsu elemosynam facere.j.de testa.ad hæc, testari tamen non potest.j. de testam.cum in officijs.

Si autem sit clericus non habens administrationem, sed personaliter & simpliciter beneficiatus, tunc in vita & in morte comparatur vsufructuario quantum ad faciendum fructus suos, & de ipsis poterit testari.j.de testa. requisisti.§.illud.& de pecul.cler.si quis.Et hæc generalis f consuetudo obseruat, si tamen isti ab intestato decedant, ecclesia succedit eis, distinguendo, vt j.de testa.relatum. 2.& arg.j.de penis.c.2.

6 ¶Sed † quid erit de fructibus g pendentibus? videtur idem q̃ in vassallo, vt si decedat beneficiatus post Augustum, & ante Calẽdas Martij, ad ecclesiam pertineant, si verò post Calendas Martij, ad clericum, vt in lib.feudorum, hic finitur lex regni.§.si vassallus.

Dic verius ipsum comparandum vsusfructuario, vt perceptos & reconditos suos faciat, alij autem omnes ad ecclesiam pertineant [iura.] No.incorporalia † censeri iurium immobilium, vt idem iuris sit vtriusq;. C de longi temporis præscrip.l.vlti.§.pen.& vlti. Auth.de non alien. reb.eccle.§.vlti.colla.2.[ipsarum] scilicet ecclesiarum.

¶Et sic nota q̃ bona ecclesiastica dicuntur esse ecclesiæ, & ita ecclesia habet dominium ipsorum, & alibi dicitur q̃ sunt bona Christi quæcunque offerunt homines ecclesiæ Dei.12.q.2.nulli liceat.& c.prædia.& c.qui abstulit.a.libi dicitur q̃ dominium h habet ecclesia, vt hic. & 12.q.3.Pontifices.j.de testa.requisisti.§.nec est contrariũ. Et intelligitur ecclesia, id est congregatio fidelium, quæ est corpus, cuius caput est Christus.not.s.de sacra vnct.c. vno.§.hoc vnguento.& §.quia verò Christus. alibi verò dicitur quòd sunt pauperum & ibidem q̃ sunt clericorum.16.q.1.quoniam. Et prædicta sic concorda dicendo, quòd ecclesia, id est congregatio fidelium habet dominium istorum, & etiam Christus tamquàm caput. Et quod dicitur pauperum, verum est quo ad sustentationẽ, & quòd dicitur clericorum, verum est quo ad administrationem, siue gubernationem, & propter hoc clerici dicuntur procuratores, non domini. i j.de dona.fraternitatem [submittere] hoc verbum cum duobus sequen tibus idem representat, & intelligo quòd hæc verba sonent in obligationem, vt ff.de reb. eo. magis.[speciali k] non 8 ergo sufficit hoc casu licentia generalis. Et sic nota † plus valere licentiam specialem, quàm generalem. l argu. 23. distin.quàmquàm.j.hoc lib.de iniur.& dam.dato. c.vno. [non] scilicet hanc submissionem faciebant isti prælati non concedendo.

Vel dic non scilicet prohibentes hoc edicto [concedendo] hoc est concedere &c. [alienando] vel vendendo, permutando, vel consimilia faciendo in forma &c.

Sed quare magis prohibetur hæc submissio, quàm alienatio? dic q̃ hæc submissio erat quædam seruitus † quæ imponi non poterat postquàm res est facta ecclesiæ. 10. q.1.si quidem.& c.nouerunt.s.de constitu. ecclesia. s.eo. cum laicis [permissis] qui sunt illi? dic necessitas, vt cum es alienum vrget.10.q.2.hoc ius.

Item pietas, vt pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum tempore famis.12.q.2.aurum. & c.gloria.16.q.1.quoniam quàmquàm.

Item vtilitas m 12.q.2.sine exceptione.

Item æquitas.s.eod.ad aures.

Item incommoditas, vel minorum vtilitas.12.q.2.terrulas [sed] scilicet submissionem illam faciebant [constituendo] &c. vel dic [sed] prohibemus hoc edicto constituendo, hoc est constituere &c.

Et sic nota hic alienationem a iure permissam hic nõ inhiberi, nec illam quæ fit cum consensu capituli, & licentia sedis Apostolicæ speciali. Et iste sunt duæ modificationes facientes instantiam ab edicto prohibitorio hic posito: vnde Papa hic non vult n per hoc edictum leges sibi imponere o nec casus a iure expressos reuocare [aduocando].i.tamquàm ab aduocatis recipiendo: & hic accipitur aduocatus.i.patronus.j.de iure patro. cum autem.& c.quia non.[modicum p] dicunt quidam † ad arbitrium iudicis ex quo hic non exprimitur.s.de offic.deleg.de causis.ff.de iu.delib.l.1.

Alij dicunt tempus non modicum, q quod excedit spatium.30.anno.quia vsquè ad hoc tempus res ecclesiastica locari potest.auth.de alie.& emphi.§.si verò aliquis.& §.seq.colla.9.[huiusmodi] scilicet sedis Apostolicæ [consensus] scilicet capituli [carere.] Et sic † nota, si non valet principale, nec accessorium, nec pœna, nec iuramẽtum.arg.ff.de vulga.& pupil.substitu.l.2.in princ.& idem ponitur.j.hoc lib.de reg.iur.nõ est obligatorium [secus] scilicet prædictas submissiones faciendo [ab officio] & p̃ consequens a beneficio, cum beneficium propter officiũ habeatur.s.de appel.pastoralis.in fi.no. istud innuit quod sequitur.& s.hoc lib.de rescrip.c.vlti. [& administratione] scilicet facta submissione, non seruata forma huius decretalis [in ecclesia] in qua facta est submissio.s.hoc li. de elect.si compromissarius.§.1.& vlt.[ecclesiasticas quascunquè] vt templarios & hospitalarios & similes.12.q.4. quisquis [hactenus] id est vsquè ad tempus huius decret.

12 Sed quid † si postquàm hæc Decre.fuit condita.j.duos menses: tamen facta fuit talis submissio ab ignorãtibus, dicũt quidam idem esse, ac si ante tempus huius Decret. esset facta, quia post duos menses r computandos a tempore s publicationis, vel insinuationis, constitutio Principis ligat. Authen.vt factæ no. constit. colla.5.j.ne cler. vel mona.c.vlt.j.de senten.excommuni.nouit, quia post hoc tempus nullus potest ignorantiam allegare. 16. dist. quod dicitis.s.de postul.c.1. & quando ignorantia excusat.s.de constitu.cognoscentes.82.dist.proposuisti.32.q.4. dicit sa c ra

13 Et excipe rusticos † alios simplices, qui postea possunt allegare iuris ignorantiam.ff.de proba. cum de indebito. §.1.& traditur de hoc.1.q.4.§.vlti.vel dic, vt no. j.hoc lib. de reg.iur.in generali.circa princip.[taliter] id est nõ seruata forma huius Decretalis [de cętero.]

Ergo ante hãc Decretalem moueri debent, ne incidãt in excommunicationem sine monitione [præmissis] id est talibus submissionibus, et sequitur.& s.eo. in prin. l.vt lex, seu pactum in contractum apposita, seu appositum seruetur, quod natura contractus exigit.

14 ¶Et sic nota † quòd pacta & contractus ex partium cõuentione legem accipiunt. t ff.depositi.l.1. §.si cõuenerit. [egerint] vsurpando aliquid vltra naturam contractus, hoc est vltra id, quid exigit contractus de sui natura, seu vltra legem appositam in contractu. infra hoc lib. de regul. iur. contractus [moniti] trina monitione, vel vna pro omnibus.34. quæstio.3. de illicita. [ipsorum.

Nota hic alium pro alio puniri.s.de offic.deleg.sanè.2. j.hoc lib.de vsur.vsurarum.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a 1 EDICTVM prohibitorium. Contra † quod facies, dicitur esse in dolo, iuxta regulam. Nam ille qui cõtrahit in casu a lege prohibito, videtur esse in dolo.l.quẽadmodum.de agrico. & censit.lib.11.C.c.quæ contra.8.dist.regula est.hoc lib.quę contra ius fiunt debent pro infectis haberi. Et sic talis venit puniendus: tum etiam ratione inobedientiæ, quia resistit legi & prohibitioni illius c.2.s.de maio.& obed.ex quo commodum ex ea reportare non debet.c.eum qui.de præb.hoc lib.l.auxilium.ff.de minor.c.tuæ.s.de procur.cum similib.quod procedit etiã si in tali contractu interueniat iuramentum, cum non sit iustum contrahere contra legem superioris.c.1.s.de his q̃ fiunt a maio.parte capitu.& in iuramento debent adesse comites tres, videlicet veritas, iudicium, & iustitia. c.& si Christus.s.de iureiur.c.animaduertendum.22.q.2.Sed in tali iuramento non possunt reperiri iudicium, neq; iustitia, per rationem deductam, quod iustum non est contrahere contra legem superioris.

2 ¶Item alia ratione, quia in iuramento † semper dolus intelligitur exceptus. c.si verò. & c.cum contingat. s.de iureiur.auth.sacramenta.C.si aduers.vend.& cap.2.de pact.hoc lib.

b 3 ¶Immobiles. Quarum † possessio tollit præsumptionem fugę. testatur Maria.Soc.consi.120.colum.2.cum in præsenti.vbi dicit quòd qui nihil habet in loco, præsumitur promptus ad fugam, quæ præsumptio tollitur per possessionem immobilium.

¶Idem dicas si parum, cum idem sint & parificentur. testatur idem Maria.consil.108.colũ.3.in hac consultatione.

c ¶Et similia. Putà, frumentum: pro quo Angel. in l.si procurator.ff.de procurat. & quod not.glo.in l.procuratorem.in versi.desideramus.C.de procura.per quam ipse 4 Angel.vult quòd tutor † vendere possit omne frumentũ, & fructus pupilli, etiam si essent tales, qui vltra triennium seruari possent, etiam si vellet id facere ante confectũ inuentarium, quia dicitur esse res, in quibus dilatio est periculum allatura.

¶Idem de alienatione pecuniæ, in qua (si fiat per prælatum, vel Ecclesiam) non requiritur solemnnitas decreti, tamquàm res sit quæ seruando seruari non potest propter periculum.no.gl.in ver.necessaria.in l.j.§.fuit quæsitum.ff.ad Treb.quam singul.dicunt ibi Bar.& Alex.& alibi in iure nõ reperitur, quia est vnica ſm Bal.in l.si curatorem.C.de in integ.restit.minor.& est perigrina, ſm eundem.in l.1.in prin.ff.de reb.eor.& singul. ſm Ange.in l.1. 5 col.2.ff.sol.mat.ad hoc quòd pecunia non † est de rebus quæ seruando seruari possunt.

Ex quo infertur ꝙ põt alienari sine authoritate curatoris, & decreto iudicis. Ad idem facit quod not.Barto.post gl.ibi in l.interdum.ff.de condi.indeb. & in l.si ex legati.ff.de verb.oblig.Bal.in d.l.si curatorem. Idem Bal.in l.ẽt.C.de fideiusso.vbi dicit ꝙ prælatus potest pecuniam mutuare, seu alienare sine solemnitate.

Ex quibus habeo, ꝙ paritate rationis idem videtur dicẽdum in remissione vel translatione actionis competentis ipsi Ecclesiæ, ad fructus, vel pecuniam, quia idem iudi-6 camus † pro ipsa actione, prout iudicamus de ipso, ad qđ dicitur dari actio.gl.& Doct.in l.1.C.si aduers.transac.Cy.& Bar.in l.potest pupillus.ff.de autho.tuto. & in l.mouentium.ff.de ver.signifi.firmat Alex.consi.92. col.2. perspectis diligenter.vol.6.

¶Ideo si contingat prælatum dare mandatum compromittendi, debet intelligi super istis & similibus, videlicet super rebus quæ alienari possunt sine solemnitate & authoritate superioris, intelligitur enim quod prælatus senserit de compromisso valido.l.hæc conditio filiæ meæ.ff.de condit.& demonstra.l.si quis locuples.in fi. ff.de manu.testam. alias videretur mandare illicitum, si diceremus ꝙ videatur mandasse, vt sine authoritate superioris & solemnitate possit compromittere super rebus ecclesiæ, super quibus non poterat transigi, vel compromitti sine dicta solemnitate.

¶In dubio autem non est præsumendum mandatum comprehendere id quod esset illicitum.l.si procurator.ff.de conditio.indebi. l.pater.ff.quæ in fraud.credi.l.3.§.si is pro quo.ff.quod quisque iur. cum similibus.

d ¶Vsuario. Hinc Bald.in c.cum M. num.20.s.de consititu.ꝙ præbendarius in fine suæ vitæ efficitur vsuarius, & 7 viuit † tamquàm dominus, sed moritur tamquàm seruus, sola vita contentus. vide quæ dixi in c.nemo. versi. beneficiati enim s.de electio.& in c. fi.s.de offic.ordinar. Soc.consi.32.col.2.vers.circa secundam.Ex his quæ superius.Et dictum Io.Mo.hic refert & sequitur Rota decisio.232.in fi.si prælatus.in nouis.

e 8 Vsum.i.commoditatem † rei: sic accipitur in l.si quis binos.vbi gl.fi.in versi.vsus.ff.de vsufruc.& in l.si alij. vbi glo.in versic.vsum. eod.titu.videmus id in commodatario, qui etiam dicitur habere vsum.l.fi.l.eum qui.in prin.ff.commoda.

f Generalis consuetudo. Maximè in hoc regno Galliæ vt latè per nos discussum est in c.fi. s.de offic.ordina. pro qua vide glo.in l.1.de anno.ciuilib.lib.11.C.

g ¶Fructibus. Qui censentur de rebus, quæ seruando seruari non possunt, præsumptione non censentur triẽnio posse conseruari, ideo in his maior & Ecclesia (quæ minori æquiparatur.c.1.& ibi dixi post Ioan. Mona. s.de 9 restitu.in integ.) † sine aliqua solemnitate, vt maior diponere possunt. gl.in l.1.C.si aduer.vsucapio. Ioan.Imo. post glo.reddet. in l.diuortio.§ interdum. ff.solu. matri. Latius comprobat Alexan.consil.37. num.3. consideratis his. volum.4.& consil.49.colum.2. Maturè ponderatis.vol.1.

h 10 Dominium. Ad duius † probationem vide quæ citat Maria.Soci.consil.89.col.5.in causa agitata. vbi discutit an probetur per instrumentum locationis, cui in hoc adde Barth.de Chassa.consi.10.& Dec.cons.564.colum.1.& Calca consi.55.col.fi.in causa fosseti.

i Non domini. Vide quæ diximus in c.nemo. in fi. s.de elect.Pau.de Cast.consi.337.col.fi.in 1.par.

k Specialiter. Alex.cõs.189.versi.3.probatur viso statuto. sub rub.vol.7.alleg.Io.And.hic.in nouella.quęrentẽ qũo 11 intelligatur licentia specialis, qui respondet quod † intelligitur licentia specialis, id est expressa, & sic sufficit generalis dummodo sit expressa, ꝙ prosequere latius, vt ibi per eum & per Neapo.decis.122.si comes.

l 12 Quam generalem. Etiam plus † astringit singularis mẽtio, q̃ specialis, vt patet ex not.per Bart.in l.1. ff.de vulg.& in l.filius.de donatio.refert Paul.de Cast.in consi.317.nu.3.viso.in 1.par.& Soc.consi.159.col.2.in præsenti consultatione, vbi dicit, librum rationum debere esse compositum, taliter ꝙ in eo omnia singulariter inserantur, vt ex tali fundo, a tali colono tantum, tali anno, non autem debet in genere, vel in summa poni, & hoc ideo, vt possit veritas reperiri vel falsitas.alleg.l.antepen.ff.de condi.& demonstr.& qui aliter edit rationem, non videtur edere, quia intelligi non potest.l.argentarius.§.edi.ff.de eden. ꝓ hoc vide Petr.de Ancha.consi.316. in col.2. in causa quæ vertitur inter Iacobum.

m Vtilitas. Adde Pau.de Cast.consi.337 primò quæritur. in 1.parte. Soci. consil.15. visis prædictis publicis instrumentis. Dec.consil.282. colum.3. viso puncto. vbi dicit quòd communis opinio est, quòd in alienatione rei ecclesiæ, duo copulatiuè requiruntur, solemnitas.i.forma requisita, & iusta causa alienandi.

n ¶Non vult. Adde quòd hic, vt in sequenti apostilla dicemus. Ioan.Mona.videtur inferre, Papam posse sibi legem imponere. quod videtur dissonum a mente cuiuslibet iurisperiti, saltẽ quin ab ea possit discedere prout apertè hic ostendam, & dixi in c.1.s.de constitutio.cõtra Io.Mona.

13 ¶Ex quibus † habemus intentum id non solum procedere in Principe, verum etiam in quolibet priuato testante, cuius uoluntas dicitur lex, siue dispositio. Ioan.Mona.in cap.si pro te.s.de rescript.vulgare est, disponat testator, & erit lex.i Auth.de nupt.§ disponat.colla.4.

Ex quo infero ꝙ si testator dicat Philip. Probum hæredem instituo, & si contingat me mutare testamentum, ex nunc dono eidem Philip.Probo omnia bona mea, talis donatio tamquàm facta in pœnam mutationis testamenti nõ valet, ista est doctr. Bar.in l.stipulatio hoc mõ.nu.2.ff.de ver.obli.vbi inuehit cõtra Dy.dicens dãno vnã opin.Dy.quam aduocati habent pro canonizata. Barto. sequitur Alexan.ibi post Angel.& consi.25.col.2.uersic.

Secundo modo, viſo teſtamento condito. in 3. vol. alleg. Bart. Bald. & Fulgoſ. in l. cum duobus. §. idem reſpondit. el 1. per illum text. ff. pro ſoc. Ioan. Imo. in l. hæredes palam. §. fin. ff. de teſtam. Petr. de Ancha. in fi. & Ioan. Imo. in rub. de teſtam. ſ. ratio poteſt eſſe, quia hæc donatio videtur † ſub conditione reputata de iure impoſſibilis, ſeu turpis, meritò vitiat contractum donationis. l. impoſſibilis. iuncta. l. generaliter. & d. l. ſtipulatio iſta. ff. de verb. obli. idem ſentit Alex. conſi. 83. num. 17. viſa facti narratione. vol. 2.

14

Pro præmiſſis habeo quæ citat Ang. conſi. 66. colum. fi. Comes Robertus. vbi concludit, quòd cum in laudo emologato dictum fuiſſet, ꝙ altero præmoriente ſine liberis alter ſuperſtes ſuccederet, tale laudum nō valere, quia directè includit votum captandæ mortis. Et quod eſt fortius (dicit) quòd etiam ſi illud laudum non referatur ad totum patrimonium, ſed ad quædam bona, clauſula illa ꝙ de dictis bonis teſtari non poſſit, non valet, quia impeditur libera teſtandi facultas, & eſt contra bonos mores, hanc latè proſequitur & multis fundamentis comprobat Roma. conſi. 171. in princ. pro deciſione conſultationis. contra Dy. in c. quod ſemel. de regu. iur. hoc lib. & Oldra. eius diſcipulum, vt ibi ipſe Roma. teſtatur conſi. 114. factū eſt tale hanc dicit idem Roma. fore communem Scribentium opinionem: quia ſi opinio Dy. eſſet vera, tolleretur libera teſtandi facultas, quæ ambulatoria eſſe debet vſq; ad extremum vitæ exitum. l. diui. § licet. ff. de iure codicil. l. 3. §. fi. ff. de adimen. lega. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 1. l. 1. C. de ſac. ſanct. eccleſ.

Nec eſt opus reuocatione in tali donatione, quia in his † quæ nulla ſunt non cadit reuocatio. ff. de iniuſto teſta. l. nam & ſi ſub conditione. verſ. poſt defectum. & l. 2. in fi. ff. de capi. diminu.

15

Publici enim iuris eſt teſtamenti factio. l. teſtamenti factio. ff. de teſta. & l. teſtandi. C. eo.

Igitur conſequens eſt vt priuata conuentione tolli nō poſſit. l. ius publicum. ff. de pact. cum ſimilib.

16 Vrget in propoſito, quia † quæcunq; conuentio a iure communi remota inutilis eſſe cenſetur. l. iuriſgentium. §. generaliter. ff. de pact. Sed cōuentio per quam inducitur vltimæ voluntatis immutabilitas, a iure communi eſt remota. d. l. 1. C. de ſac. eccle. & d. §. in legatis. & apud nos. in c. cum Marthæ. ſ. de celebr. Miſſa.

Et licet Ang. vbi ſ. velit extēdere hanc opinionem ad donationem certorum bonorum, tamen contrariam reperio tenere Scrib. videlicet Alex. & Roma. in d. l. ſtipulatio hoc modo, quia in tali nō dicitur auferri libera teſtandi facultas. pro cuius comprobatione habes tex. in l. cum ita legatum. ff. de condit. & demonſtra. vbi dicitur, quòd

17 † libertas matrimonij non impeditur, ex eo ꝙ viro particulari prohibita ſit nubere: quia omnibus alijs nubere poteſt. latè comprobat gl. pragma. in titu. de elect. in §. ad tollendum. in verſ. liberè. Et in his reſidet Moder. Philip. Dec. conſi. 295. viſo teſtamento.

Et ſic per hæc habeo comprobatum ꝙ teſtator nō pōt ſibi facere legem à qua nō poſſit diſcedere, & in hoc habet poteſtatem quam generaliter habet Princeps, & hoc fauore vltimæ voluntatis: quia nihil magis debetur hominibus. d. l. 1. C. de ſac. ſanct. eccle.

o Sibi imponere. Hic Ioā. Mon. videtur innuere ꝙ Papa poſſit ſibi legem imponere, quod fatetur etiam in c. 1. ſ. de conſt. & hoc per verba derogatoria, quod nō placet, vt ibi diximus, quia imo non poteſt, a qua non liceat diſcedere vtcunq; per eum procedatur, & in hoc Io. Mo. defecit in ſalutari ſuo.

18 Non tamen vtar † verbis, quibus vſus eſt Bald. contra Bart. videlicet Bar. errauit & eius rationes ſunt phantaſticę. refert Pau. de Caſt. diſcipulus ipſius Bal. conſi. 19. nu. 5. dubia. in quibus. in 1. par. quem pro intento videas conſi. 261. nu. 4. venerabilis vir. in d. 1. par.

Contra Io. Mo. habes citatum a Dec. conſ. 229. in prin. ſtante conſtitutione conciliali, vbi inter alia pro intento adducit Pau. de Caſt. in l. 1. in princ. ff. de conſtitu. Princi.

19 & in l. 1. in prin. ff. ad leg. Falcid. vbi concludit † quod ſtatuentes non poſſunt facere ſtatutum, quod ab eis tolli, vel ſuſpendi nō poſſit. Sufficit enim quod conſtet de voluntate facientis. Bald. in l. 1. ver. vnde hic quæro. ff. de leg. quod verum quando ſtatutum, aut conſtitutio ſimpliciter prohibet non annullando actum in cōtrarium factū, ſecus ſi apponat decretum irritans, quia tunc factum in contrarium non valet, niſi expreſsè & ſpecialiter tali cōſtitutioni (decretum habenti) derogetur. ita firmat & cōcludit optimis fundamentis Dec. in d. conſi. 229. ſubdens quòd tale decretum inducit formam. Bal. in l. 1. ff. de libe.

20 & poſthu. Et forma † in dubio videtur ſubſtantialis. Bald. in l. comparationes. in 3. opp. C. de fide inſtru.

Contra Io. Mo. tenet Stepha. Bertran. Carpen. Comitatus venaiſſini propè Auinionem. in conſi. 292. num. 7. viſis copijs. par. 3. dum dicit ꝙ Papa, nec alij Principes ſibi le-

21 gem imponunt, a qua diſcedere non poſſint: ſunt. n. † ſuarum legum domini.

p Modicum. De modico vide gl. notab. in c. ſi ꝑponente. ſ. de reſcrip. Rotam in nouis deciſio. 332. ſi prælatus. Hipoly. de Marſi. conſi. 71. propter anguſtiam temporis.

22 Et dic modicum † magnum, vel paruum ſecūdū qualitatem perſonæ intelligi. l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iudic. & ibi, gl. in ver. modica. Neapol. deciſ. 305. num. 6. in cauſa. Dec. conſil. 289. in fi. non eſt parui ponderis. ad idem Oldra. conſi. 159. col. fi. ex præſenti themate. dum dicit ꝙ magnum & paruum cōſiderantur reſpectu perſonarum, vt in Authē. de nō permutā, aut ali e. reb. eccle. §. finimus igitur imperio. Et cōſueuit not. in Auth. niſi breues. C. de ſent. & interlo. omn. iudic. vide Dec. conſi. 342. ver. 2. contra dictas, quod exorditur, in cauſa partus. ibi, ꝙ tractatur de modico attenta qualitate perſonarum, iuxta d. glo. in ver. modica. no. Alber. in l. in bonæfidei. col. fi. C. de reb. cre. ad idem facit quod no. Bal. in l. edem. in 3. col. ver. Sed nunquid quod vno nūmo. C loca. Quod pro vno nummo nō ſoluto, vaſſalus & emphiteuta cadūt a re, eo quia

23 in eo repreſentatur honor domini: ſubdens ꝙ ea † q̄ ſunt paruæ quantitatis quādoq; ſunt magnæ cōſiderationis, eo quia ſunt magnæ qualitatis. Et ſecundùm hæc habeo intelligere ea quæ tradit Maria. Soc. conſi. 112. col. 6. verſ. ſuccedit nūc, quod exorditur, multum abunde, ꝙ q̄n alicui datur facultas donandi, qui aliàs donare nō poterat, hæc facultas reſtringitur ad modicum, videlicet ſm̄ quali-

24 tatem perſonæ, quia † quod eſt modicum nō habet multum in cōſideratione, prout plenè no. Alexā. conſi. 186. vol. 7. quem vide pro his, quæ principaliter diximus in cōſil. 127. nu. 3. viſo inſtrumento. vol. 5.

Pro intēto noſtro attende quæ in propoſito citat Car. conſi. 95. B. Abbas. col. 2. ꝙ tempus nouem annorum dicitur modicum, probatur ſic: quia longum tempus dicitur decem annorum tantum. C. de præſcript. long. tempo. in rubro & in l. 1. Archid. in c. alienationes. 12. q. 2. Bar. in l. 1. §. quod ait. ff. de ſuperficieb.

Et in hoc ꝙ dicitur fore arbitrio iudicis. l. continuus. ff. de ver. oblig. verum eſt, quādo iura ſtatuunt ſimpliciter, ſic intelligas iura per Io. Mo. hic allegata.

Sed ſi iura ſtatuunt de tempore, cū aliqua adiectione cōſiderari debet ſignificatum illius adiecti: quia tales adiectiones ſignificatum terminorum, quibus adijciuntur qualificant. de leg. 1. l. ſi ſeruus plurium. §. fi.

Et iura diſponentia ꝙ prælatus poſſit locare, non dicūt ſimpliciter ꝙ poſſit locare ad tempus, ſed quod poteſt ad

25 tempus modicum, nō autem ad longum: & in iure † nomine longi temporis, intelligitur de decennio.

Item de modico non eſt curandum, ſeu non eſt faciendа vis. glo. in l. ſcio. ff. de in integ. reſt. & in l. in rebus. § poſſunt. ff. commoda. hinc Alex. in conſi. 25. in fi. viſo inſtrumento. vol. 2. ꝙ non dicitur tranſgreſſor mandati limitati tempore. ſi in modico tempore tranſgreditur. l. furti. ff. de in litem iuran. c. 1. de arbitr. hoc lib. Iſtud firmatur, & moderatur per Neapo. deciſ. 73. emptor cuiuſdam, quos vide ad comprobationem huius dicti, de modico nō eſt curandum. in deciſio. 229. in fi. Comes.

q Non modicam. Dic vltra præmiſſa quòd † tempus

26 dicitur modicum, vt per Soci. conſil. 32. colum. 2. ex his, quæ ſuperius in facto, vbi videtur concludere quòd intelligatur de decennio. Et Alexand. in propoſito dicit modicum, quod conſtat ex quinquennio. conſi. 160. viſo ac diligen. in princ. volu. 6. vbi ſubdit, quòd aliqui dicunt intelligi debere de biennio.

Alij iuxta regulam ꝙ illud ꝙ non eſt à iure limitatum relinquitur arbitrio boni viri. l. 1. in fi. ff. de iure delib. c. fi. ſ. de tranſactio. Iaſ. in conſil. 73. in fi. volumi. 3. quòd ſtat

in

in iudicis arbitrio. Rota Decisio.232.in princi. Si prelatus in nouis,& in hoc conueniunt ipsi Dom. cum Ioan.Mona.hic.

r Post duos menses. Etiam ante lapsum duorum mensiũ

27 si cõstitutio est nota alicui † quia a tempore notitiæ obligat ipsa constitutio, etiam non publicata, nec in scriptis redacta.probat gl. hic in ver. hactenus. late firmat dom. meus in rub.de const.nu.47.

s A tempore. Vide quæ † in regulis cãcellariç notat Do.

28 in cons.92.col.2.in causa canonicatus.

t Exigit. Id procedere dic etiam si stipulatio in his interuenerit,

29 per regulam quòd stipulatio † adiecta super aliquo contractu, sortitur naturam contractus, super quo apponitur, casus est in l.stipulatio.ff. de vsur. & in l. id quod ff.de consti.pecu.& in l.1.§.si quis sub conditione. ff. vt lega.no.cauea.firmat Soc.consil.199.col.2.versic.pro solutione,in causa facta qui subdit illi col.3. quia ex quo principalis promissio non obligat precisè, sed debitor soluendo rem cum interesse liberetur: eandem naturam & easdem conditiones recipit garentigia,quia regulatur secundum naturam contractus super quo apponitur,prout no. declarant Cy.Bal.& Saly.in l. contractibus.ff. de non nu. pec.Bal.in l.si absentis.C.si cer.pet.allegat text.quem dicit singul.in l.fi.ff.de const.pecunia.

v Accipiunt. Etiam verba † contrahentium interpreta-

30 tionem recipiunt & declarationem secũdum iuris communis & statutorum dispositionem, ita vt cum ipsa iuris communis & statutorum dispositione intelligantur cõformari.not.in l.1.& in l.iurisiurandi,& ibi per Bart.ff.de oper.liber.& per Bal.in l.liberti libertęquè.C. de oper.lib. Similiter verba contrahentium recipiunt interpretationem secundum consuetudinem loci.traditur in l.fi.C.de fideiusso.& l.si prius.§.rectè.ff. de aqua pluuia arcen. & l. quod si nolit.§.quasi assidue.ff.de ædil.edic.& in l. si fundus.§.in commissoria & ibi gl.ff.de lege commisso.tradit Maria.Soc.cons.19.col.2.pro decisione.

31 Et dic † conuentione contractus legem accipere, si cõuentio fuit licita.gl.in d.§.si conuenerit, secus si illicita l. fi.ff.de suis & legi.firmat Card.consil.83.num.3. reuerendissimus.

¶Et etiam quando conuentio non est contra naturã contractus alias secus.l. cum precario. ff.de preca. & c. fi. eo.tit.vbi Panor.& Barb.vide Dec. cons.488.in causa,vbi dicit regulam non procedere,quando conuentio est contra publicam vtilitatem, vel contra bonos mores.

¶Pro dicto Ioan.Mon. vide Neapol. decisio 91.nu.14. iterum vbi ponunt multos casus in quibus partium conuentio operatur.

¶Vlterius subde quod voluit Pau.de Cast. consi. 340.

32 nu.4. præmissis allegationibus in prima parte ꝙ † cũ duo copulatiue mandantur, quorum vnum per se sufficiens est,tunc sufficit tantum vnum existere no.in c.2 s̃. de rescrip.& in c.exhibitã. in gl.fi.s̃.de iudic. & in c. cum iamdudum.s̃.de præben.quod verum in rescriptis,quæ interpretantur secũdùm ius commune, vt ibi per eum. Sed in contractibus & vltimis voluntatibus requiritur concursus vtriusque,cum ex voluntate cõtrahentium, & ex voluntate testatoris vim capiant.l.si quis ita.ff.de verb. obli. & l.si hæredi plures.ff.de hæred.instit.

¶Istud etiam procedit in principe quando agitur etiã per modum legis vel priuilegij, quæ ex conuentione ipsius fiunt cum non subditis.l.Cęsar.ff.de publica.& vectigal. Quia tũc lex ipsa vel priuilegium non potest in dispẽdium non subditi reuocari.l.1.ff.de decre.ab ord.faciẽ.Innoc.in c.in nostra.s̃.de iniur.& dam.dato.

¶Intentum Io.Mo.comprobat Dec.consi.298. col.1.

33 viso testamen o. vbi infert,ꝙ ideo † in contractibus semper inspicitur quod actũ est. l. semper in stipulationibus. ff.de reg.iur.l.Celsus.§.si fundus.ff.de cõtrah.emp.l.in cõuentionibus.ff.de verb.obl.l.fi.C.quę res pig.oblig.poss.& in l.in promittẽdo in prin.ff.de iure dotium, vide Maria. Soci.cons.87.in præsenti.

¶Et dic thema nostrum facere ad id,de quo sæpe quęritur.

34 Si procurator † cõtrahat, an obligetur vel dñs ex illo contractu,dic ꝙ si constat ꝙ procurator voluit solum dominum obligare, solus dñs obligatur. Si quod se solũ, ipse tantum tenetur. Si quod vtrunque, ambo sunt obligati,quia cõtractus ex cõuentione legem accipiũt. l.legẽ. C.de pact.& l.contractus.ff.de reg.iur.ita concludit Bart. in l.procurator qui pro euictione.ff.de procura.quem ibi alij sequuntur Idem glo.Bar.Ang.& Alij.in l.si pupilli.§. 1.ff.de nego.gest.

¶Casus autem in quibus procurator non obligatur, multi reperiuntur,inter quos dic,quando contrahit procuratorio nomine & nihil procuratori acquiritur, tunc solus dominus tenetur & non procurator, finito officio, ita procedit.tex.in l.fi.ff.de instito.per quem tex.ita concludunt Bar.Bal.& cõmuniter alij.in d.l.procurator Bal, & Saly.in l.ei qui.C.quod cum eo & Ange.post alios.in d.l.si pupilli §.1.de nego.gest.& hic est primus casus.

Secundus casus quando contractus gestus est domini contemplatione,quia tunc tenetur solus dominus,& nõ procurator. casus videtur.in d.l.si pupilli.§. 1.in ver.tui contemplatione. ita tenet ibi glo.quam ibi sequitur ipse Ange.quod euidenter apparet ibi quia si ibi ad vtilitatẽ domini non fuisset mutuum factum, & eius contemplatione,daretur certi conditio,ex mutuo iuxta.l.certi conditio.in prin.ff.si cer.pet.Sed quia mutuans fecit hoc domini cõtemplatione,& ad sui vtilitatem,& hoc fuit principale intentum quod debet cõsiderari.l.si quis nec causam ff.si cert.peta.idcirco datur actio neg.gestorum.

Tertius casus quando procurator mutuo rem accipit simpliciter procuratorio nomine, & sic in alijs cõtractibus quæ re contrahuntur, nam tunc dominium acquiritur domino & procuratori nil quęritur.l.1.C.per quas ꝑso.nobis acquir.& est casus d.l.si pupilli.§.quem ita intelligunt Bar.Sal.& Ang.ibi Bal.& Saly.in d.l.ei qui.

¶Quartus casus est quando procurator aliquid simpliciter confitetur, nec ad aliud se obligat. Nam tunc solus dominus tenetur,& non procurator:ita potest intelligi tex.in l.fi.na.ff.de instito.vt ibi per Bar.

¶Quintus casus quando explicatur actus qui soli domino conuenit,& non procuratori, prout est in iudicijs in quibus solus dominus repræsentatur,& tunc solus dominus tenetur.l.Plautius.ff.de procura. ita concludunt Bal.Ange.in d.l.procurator & in d.§.1.Nam ex quo actus non cadit in procuratore,non potest dici procuratorem obligari: idem est dicendum quando actus respicere potest vtrunq;,scilicet dominum & procuratorem, & ipse contrahit procuratorio nomine, obligatur solus dominus,iuxta not.per glo.in l.quecunq; de procurato.ff.probatur.in d.l.si.firmat Ang.in d.l.procurator.

Reperio equidem casus in quibus ipse procurator tenetur: Primus,quando nomine procuratorio contrahit, & ad obseruantiam se obligat proprio nomine, nã tunc tenetur, cum videatur fidem suam astrinxisse: ita potest intelligi.d.l.procurator,secundùm Iacobum de Arena. Iaco.Butriga.& Ange.ibi, pro quo vide quæ citant Bart. & Bald.ac communiter Doc.in simili.in l.cum quid.ff.si cert.peta.

¶Secundus casus est quando procuratoris contemplatione contractus est celebratus, secundùm glo.Bald.& Doc.in d.l.si pupilli.§.1.ad idem.tex.in l.liberto.§.inter negocia.ff.de neg.gest.tex. etiam & ibi Cy.& alij in d.l.ei qui. idem quando contemplatione vtriusq;, secundùm mentem glo.& Doct.in d.§.1.

¶Tertius casus quando expressè fidem suam astrinxit, quo casu etiam tenetur finito officio suo.d.l.procurator. & est communis,secundùm Ang.ibi.

Quartus casus quando fecit se procuratorem in eo in quo nõ erat, quia tunc ipse tenetur cum videatur fidem suam astringere, secundùm glo.& Bar.quem communiter alij ibi sequuntur.in d.l.procurator.

Quintus casus quando nulla officij fit mentio & contrahit, tunc distinguitur, aut super re domini,& videtur contrahere nomine domini, & sic solum dominũ obligare, secus si super negocio ad se pertinente, quia tunc se solum, vel ad vtrunq;: quo casu etiam dominum videtur voluisse obligare. testantur Bald.Bart.& Ange.& alij.in d.l.procurator idem Bart.& Ange.in d.l.si pupilli.§.1.

¶Sextus casus,quando procurator obligauit, se suos hæredes,& bona:nam ex quo hæredum mentionem facit,excedit notissimos terminos officij.l.cuius bonis.§.1. ff.de cura.furio.Ita concludunt Iaco.de Are.Bal.Saly.in d. ei qui.C.quod cum eo.

Septimus casus, quando procurator procuratorio nomine actum gerit, qui conuenit soli procuratori & ipsum tantum respicit: nam tunc videtur fidem suam astrinxisse prout promissio rati, & iudicatum solui: & sic procurator tenetur. l. si procurator meus. §. fin. & l. sed & hæ. §. prætor. ff. de procur. secundùm Bald. in d. l. procurator. & est de mente Bart. ibi, dum vult quod teneatur, quando fecit se procuratorem, vel promisit de rato procurator. idem Ang. in d. §. 1.

Octauus casus quando ex contractu gesto per procuratorem procuratorio nomine aliquid procuratori acquiritur, putà actio directa, vel precium rei venditę ab eo, quia tunc ipse de euictione obligatus, & censetur fidem suam astrinxisse. casus est in l. seruū Titij. ff. manda. secundùm quod intelligunt illū tex. Bar. & alij Doct. in d. l. procurator. ad idem l. solutum. §. pro libera. ff. de pignor. actio. per quem declaratur. d. l. procurator. secundùm Barto. ibi. idem tenent Bar. & Sal. in d. l. ei qui. & Pau. de Cast. in d. l. fi. ff. de instito.

Nonus, & nota. casus, quando mutuans pecuniam procuratori non solum numerauit, per quam numeratione̅ dominus obligatur, sed vltra procedit stipulando a procuratore procuratorio nomine, quia tunc obligatur procurator. ita videtur notabiliter probare. tex. in d. §. 1. 2. resp. quem ita ibi intelligit Ang. inducendo eundem dupliciter. Primò, dum dicit a procuratore tuo stipulatus fuero, quia nō diceretur quis stipulatus a procuratore tuo, nisi procuratorio nomine stipulatus esset. l. si ex re. & ibi Ange. ff. de procur. tamen dicitur ꝙ procurator obligatur.

Secundò quia dicitur ꝙ talis stipulatio post numerationem fuit ex abundanti cautela apposita, per quod dat̄ intelligi ꝙ mutuans non stetit contentus ꝙ dominus esset obligatus, sed voluit etiam procuratorem obligatum, licet contraheret procuratorio nomine.

¶ De rerum permutatione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio est vnius rei pro altera præstatio.*
Permutatio ex voluntate conuenientium initium efficax non capit, sed ex traditione rei, secus in emptione.
2 *Permutatio dicta est, quia est mutatio speciei pro specie.*
Fit permutatio de re temporali ad temporale, & de spirituali ad spirituale, vel econtra.
2 *Permutatio venditionem præcessit, & eius origo, & necessitas ab indigentia hominum sumpsit.*
4 *Pro spirituali nihil debet dari seu promitti.*
Permutatio non fit authoritate superiorum, sed totum ponitur in arbitrio superioris.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *An statutum loquens de venditione, & datione insolutum sibi vendicet locum in permutatione.*
2 *Cognoscitur fauorabile & odiosum vt hic.*
3 *Vbi vna dispositio continet fauorem & odium, fauor ampliatur, & odium restringitur.*
4 *An capitulum sede vacante possit authorizare permutationem.*
5 *Patronus laicus, quando possit agere de contemptu.*
6 *Virtus permutationis, fundatur ex authoritate superioris.*
7 *Quando fit permutatio de beneficijs electiuis, quid fiendum.*
8 *Renunciatio facta ex causa permutationis, dicitur voluntaria, aliæ verò necessariæ.*

CVM RES ECCLESIASTICA quandoquè alienetur. vt s̄. titu. proximò. & vnus modus alienandi fit per permutationem. s̄. de reb. eccles. non alienan. c. 1. ideo subijcit. de rer. permut.

a Et notandum quòd permutatio[a] † est vnius rei pro altera præstatio. Nam permutatio ex voluntate conuenientium initium efficax non capit, sed ex traditione rei secus in emptione, q̄ habet initiū efficax ex solo cōsensu partiū cōtrahentium. ff. eo. l. 1. §. itē emptio. Et inde dicta 1 † est permutatio, quia est mutatio speciei pro specie, sed tunc est per. 1. valde hoc est efficaciter re tradita.

Et fit permutatio de re temporali ad temporale, & de spirituali ad spirituale, non temporali ad spirituale, vel econtra, quia tunc esset symonia, sed temporale ad temporale commutetur: & spirituale ad spirituale, vt contractus non commisceantur. s̄. eo. c. fi.

Cęterum dn̄i authoritate sua permutare possunt, sed non domini, vt personæ ecclesiasticæ authoritate superioris[b] si causa rationabilis subsit. s̄. eo. c. 1. s̄. de reb. eccles. nō alie. c. 1. & s̄. eo. cum vniuersorum.

3 Et permutatio † venditionem præcessit, & eius origo & necessitas ab indigentia hominum originem sumpsit. ff. de contrahen. empt. l. 1. & in prooe. ff. in fi.

Sed quomodò potest fieri permutatio in beneficijs, cum permutatio vigorem non habeat, vt prædixi, nisi re 4 tradita, & pro spirituali † nihil debet dari, seu promitti? 1. q. 2. quàm pio.

Sol. hæc permutatio non fit authoritate beneficiatorum, sed totum[c] ponitur in arbitrio superioris,[d] qui ex causis propositis ad permutationem procedit, seu illam denegabit. s̄. eo. quæsitum. & 16. q. 7. memini. j̄. de excessib. præla. c. sicut vnire.

ADDITIONES PROBI.

a 1 PERMVTATIO. An statutum loquens de venditione & datione in solutum, sibi vendicet locum in permutatione. Alexan. consi. 197. in princip. vol. 7. quod incipit, visis dubitationibus, distinguit post Bald. in l. fina. de condi. ob causam. ff. videlicet, aut statutum loquens de venditione est fauorabile, & tunc comprehendit permutationem, aut est odiosum, vel pęnale, tunc secus. 2 plura iura allegat videnda, qui subdit cognosci † fauorabile vel odiosum, quando statuentes fuerunt moti principaliter propter fauorem, vel odium. l. qui exceptionem. in princip. ff. de condit. indebit. vbi Bart. facit l. rogasti. in princ. & l. si is qui nec causam. ff. si cert. peta. pro hac distinct. vide eundem Alex. & latius consi. 141. num. 11. viso statuto. vol. 7.

3 Habes tamen vnum, ꝙ vbicunq; † vna dispositio continet fauorem & odium, fauor ampliatur, & odiū restringitur. gl. & ibi Bal. in l. 2. C. de in ius voc. & in l. sed si hac. §. fi. in ver. semper. ff. eo. tit. idem Alex. consi. 37. num. 16. viso themate. vol. 6.

Vlterius vide quæ citat de permutatione. Alex. in consi. 16. viso themate. volu. 2. vbi tractat quando liceat pęnitere, vel non.

b 4 Authoritate superioris. Quid de capitulo sede vacante, an possit † authorizare permutationem? vide gl. in Clemen. 1. isto tit. quæ distinguit: pro qua vide etiam Domi. de Pauinis in tracta. ne sede vacan. in 2. par. q. 2. versi. quęro subsequenter. & Car. consi. 36. venio ad dubia.

c 5 Sed totum. Adde Rotam in antiquis decisio. 863. Si A. & B. colum. 3. etiam si dicantur beneficia de iure patro. laicali. Quia licet † patronus. j̄. quadrimestre possit agere de contemptu, vt collatio & permutatio reuocetur & cassetur, & non post, quia tunc potius videtur se contempsisse, quàm fuerit contemptus. Car. Flo. in Cle. 1. versi. tamen putò quòd si non præsentauit alium, de supplen. negligen. præla. Fely. latè in c. cum Bertoldus. col. 4. ver. tertiò aduerte. & col. 5. ver. limita. quartò. s̄. de re iudi. & post eos Stepha. Bertran. cons. 273. nu. 11. cum seq. par. 3. Etiam si dicamus vbi subdit, ꝙ non poterit præsentare ante factam cassationem, iuxta id quod legitur in c. auditis. s̄. de electio. & in c. inter dilectos. s̄. de excessi. præla. Io. Imo. in c. fi. s̄. isto titu. qui ibi dicit, quòd hæc collatio nō est ipso iure nulla, sed annullanda. tenet Rota in nouis decisio. 307. permutatio.

e Superioris. De his quæ non dependent a voluntate partium vide quæ dixi in c. tibi. s̄. de rescrip. Ioan. Mona. in c. seq.

6 Io. And. In addi. ad Specu. in tit. isto. col. 3. dicit, ꝙ † virtus permutationis fundatur ex authoritate superioris, sicut aliarum rerum permutatio tota pendet a consensu & verbis contrahentium.

Et dicitur superior in causa permutationis instituens, cum consensu patroni, vt in superiori apostilla dicimus.

Quantum verò attingit permutatio beneficij electiui, vide Domi. in consi. 97. col. fi. Titius habuit. dum dicit, quòd

quòd quando beneficia electiua vacant per renunciationem, mortem, vel priuationem, ea nō pōt inferior a Papa conferre. de electio. c. 1. c. cum dilectus s̄. de consuet. tamen quando vacāt per viam resignationis ex causa † permutationis, non est necessaria electio & confirmatio, sed fit collatio per Episcopum de consensu habentium eligere. alleg. not. hic c. & glo. in Clem. 1. hoc titu. & Frede. in tracta. permuta. q. 19. in princip. ratio potest esse per ea quæ citat Domi. in consi. 136. in fi. super 1. dubio, quòd talis † renunciatio facta ex causa permutationis, dicitur vacatio voluntaria, aliæ verò necessariæ, hinc est quòd si commutatur talis receptio renunciationis, & potestas conferendi, non dicitur beneficium affectum si non sequatur renunciatio animo permutandi, quia Papa committens non intelligitur apposuisse manum, nisi solum ad finem, si permutatio fiat. Clem. 1. isto titu. & cap. 1. isto titu. & lib.

Bonifacius Octauus Biteren. Episcopo. Cap. Vnicum.

¶Licet in tua diocęsi aliquid authoritate apostolica &c.

SVMMARIVM.

1 *Primum beneficium debetur regulariter impetranti.*
2 *Rescripta de iustitia sunt stricti iuris.*
Nomen diocœsis ciuitatem quandoq; comprehendit, & nomen Ecclesiæ cathedralis.
3 *Nomine cathedralis Ecclesiæ continetur Metropolitana.*
Regulam tenebo nisi expressè reperiam vitiatam.
4 *Diuersi prælati quando funguntur vice vnius.*
Liberè quis dicitur conferre, vt hic.
5 *An valeat permutatio de beneficio pingui ad tenue.*
6 *Emptio & venditio a permutatione originem sumpsit.*
7 *In permutatione non videtur vacatio iuris fictione, sed continuatio ministerio præsidentis.*
Resignatio est quo ad beneficiatum, non tamen quo ad præsidentem.
8 *Sub genere non complectuntur illa, de quibus non est verisimile ipsa comprehendi sub genere.*

SVMMARIVM. Philippi Probi.

1 *Expectantes etiam pro quibus est mandatum cum clausula motu proprio non impediunt permutationes fieri.*
2 *Quando vna dictio potest accipi, vt genus & species fit vt hic.*
3 *Quare literæ de iustitia sint stricti iuris.*
4 *Verba debent intelligi per prius, non per posterius.*
5 *Regula tenenda est quousq; inueniatur immutata.*
Allegans casum specialem contra regulam, probare habet, alias stabitur regulæ generali.
6 *Collatio facta sub conditione quando valeat.*
7 *Absolutio non extenditur ad alienata dolose.*
8 *Allegans dolum probet illum.*
9 *Pemutantes non possunt se iuuare iuribus, quæ non habebant tempore permutationis.*
Cessionarius non potest vti actionibus, quas cedens tempore cessionis non habebat.
10 *In permutatione vera vacatio inducitur.*
11 *In permutatione facta fauore Ecclesiarum, non inducitur vacatio, & in ea non requiritur consensus patroni laici.*
12 *Renuncians priuatur beneficio per renunciationem.*
13 *Quare in permutatione requiratur consensus patroni.*
Legatus nihil potest in beneficijs quæ sunt de iure patrona. laicorum, vel clericorum & laicorum simul.
14 *Si permutatio non est suum sortita effectum, an permutantes propria authoritate possint redire ad beneficia resignata.*
15 *Extinctio actus quando inducatur.*
16 *Permutanti non competit interdictum, vnde vi, nec conditio ex canone reintegranda.*
17 *In beneficialibus nihil nobis quæritur, nisi per ministerium & authoritatem superioris.*
18 *Forma licentię ordinarij pro redeundo ad beneficia permutata quorum permutatio suum non est sortita effectum.*
19 *Iudex concedit licentiam, quod rem adiudicatam quis propria authoritate ingrediatur.*
20 *Actus qui non potest fieri a principio sine licentia superioris potest refici si erat destructus absque illius authoritate.*
21 *An per renunciationē vacent, & proprietas, seu titulus, & possessio.*
22 *Facilius perditur proprietas quàm possessio.*

1 LICET. Impetranti † primum beneficium debetur regulariter. s̄ de offic. delega. ex parte. 1. s̄. hoc lib. de præb. si clericus. hoc tamen fallit[a] ex causis certis, vt hic. & s̄ hoc lib. de præben. is cui. & cap. si tibi absenti. not. [diocęsis.]

¶Quid si in ciuitate? videtur quòd non. s̄. de rescript. Rodolphus.[b]

Quid si in ecclesia cathedrali? videtur ꝙ non. s̄ hoc lib. de præb. quàmuis. 1. §. 1. dic contra vtrobiq; quia. d. c. Rodolphus loquitur in rescriptis de iustitia † quæ sunt stricti[c] iuris. s̄. de rescrip. nonnulli. in fi. & d. c. quamuis. in prin.

Sed in statutis & honoribus aliud est. 63. dist. sacrorum j̄. de verb. signi. cum clerici. C. de municip. & orig. l. filios. lib. 10. Nam ibi nomine diocœsis ciuitatem comprehendit, sic & quandoq; nomen ecclesiæ cathedralis continet s̄. de vsu pal. c. 1. & c. ad honorem.

3 ¶Et noīe † cathedralis continet̄ Metropolitana. 7. q. 3. scitote. & d. c. quamuis. in fi. [spectent] qn̄ quis est apostolicus expectans vel nō. no. s̄. hoc lib. de rescrip. cum aliquibus. [formam] quæ est illa. s̄. in rub. not. [ad tuam.]

Quid si ad collationem diuersorum, seu illa sint in diuersis diocęsibus, videtur secus, quia vt prædixi hæc decreta. ponit exceptionem a regula, vnde regulam tenebo nisi reperiam expressè vitiatam. ff. de reg. iur. l. 1. C. de appel. l. præcipimus. in fi.

Dic contra, nec in dictis verbis notatur iuris diuersitas. arg. de temp. rest. in integ. l. vlti.

Sed in istis terminis propositus fuit casus. Et dico istos 4 † prælatos in ista permutatione debere conuenire in vnū ac si esset vnus, vnde isti duo vice vnius funguntur. arg. j̄. de senten. excommuni. cum illorum. §. si verò claustralis. ff. de condit. & demonstr. cui fundus. in fi. alias non est permutatio, & tunc regulam[d] tenebo [liberè][e] sine pacto, promissio, seu conditione[f] illicita, transactione prima. q. 2. quàm pio [fraude] tunc enim non valeret. g s̄ hoc lib. de renunc. c. 2.

5 Sed quæro † ego qui habeo pingue beneficium, tecum qui habes tenue, permuto,[h] dicit expectans ꝙ non valet permutatio in sui præiudicium, quia saltem est fraudulenta in re ipsa. arg. s̄. hoc lib. de renunc. c. 2.

Sed ibi renuncians minori habuit maius vacans postmodum, vnde ipso facto videtur fraus inesse & de hoc nota. j̄. hoc lib. de reg. iur. scienti. sed hic est econtra.

Item ad idem. arg. ff. de diuor. si filia. ff. sol. matr. filię, sed ibi auferetur si non fieret interpretatio fraudis, sed hic nō aufertur, sed differtur.

Item arg. s̄. de præsumptio. quia verisimiliter. Sed ibi prima facie erat præiudicium enorme contra illum, qui dicebatur renunciasse. arg. s̄. de renuncia. super hoc, hic non, cum de consensu vtriusq; constaret, vnde dictam ꝑmutationem valere.[i] arg. ff. de contrah. emptio. si quis donationis.

6 Et constat ꝙ † emptio & venditio a permutatione originem sumpsit. ff. de contrah. empt. l. 1. in princ.

Si igit̄ tenet vēditio, vt d. l. si qs. & sic in casu proposito.

7 Item hic † non videtur[k] vacatio iuris fictione, sed cōtinuatio ministerio præsidentis. arg. ff. de constitu. pecu. l. Et licet. & ff. de diuor. diuortium. & ff. de testa. mili. l. quod dicitur. §. miles. ibi, quasi coniuncto toto munere. s̄. eod. quæsitum. & facit ad hoc. j̄. eod. in fi.

Nec obstat verbum. j̄. eod. resignent, quia ibi non est ꝓpriè resignatio, sed totum potestati superioris[l] reseruatur vt s̄. eo. in rub. notatur.

¶Et licet sit resignatio, quo ad beneficiatum totum ponentem in dispositione superioris, nō tamen est quo ad præsidentem,[m] nisi post ipsius acceptationem. s̄. de renuncia. admonet & c. quod in dubijs. Et tunc transfert[n] personam de loco ad locum. s̄. eod. quæsitum. [rigori.] 1 C. de iudic. placuit. [impediri.]

8 ¶Et sic nota † sub genere non complecti illa, de quibus non est verisimile ipsa comprehendi sub genere, de qua materia. not. j̄. hoc lib. de regul. iur. in generali.

Ioan. Mona. Card. Nn 4 ADDI-

ADDITIONES PROBI.

1 a FALLIT. Etiam † si in mandato reperiatur clausula motu proprio, quia licet illa inducat fauorem gratiæ respectu subreptionis. c. si motu. s̄. de præb. & c. si pluribus. eod. titu. non tamen intelligitur tollere dispositionem iuris simpliciter loquentis & disponentis beneficiũ esse alteri debitum vnde licet expectatiuus habeat gratiã motu proprio, non tamen impediet permutare volentes, secundùm dispositionem tex. nostri, cum dicat indistinctè expectantes non posse permutationem impedire. pro his vide quæ citat Domi. in consi. 104. colum. 2. consuetudo.

b ¶ Rodulphus. Per quem text. & text: nostrum Panor. 2 ibi. colum. 2. ponit nota. theoricam, quòd quando † vna dictio potest accipi vt genus, & etiam vt species, tunc si sumus in materia odiosa, capitur vt species, si in materia fauorabili, capitur, vt genus. Nam diocœsis potest accipi, vt genus, quo casu comprehendit etiam ciuitatem, & etiam potest capi vt species differens a ciuitate. vnde in materia stricta & odiosa accipitur, vt species. d. cap. Rodulphus. Sed in materia fauorabili secus, vt in tex. nostro: quod placet Alex. consi. 248. num. 9. ponderatis narratis. volu. 6.

c Stricti iuris. Vide eundem Ioan. Mon. in c. ne aliqui. s̄. de hære. vbi dico: & sic sunt strictissimè interpretanda, nõ extendenda. c. significante. c. ad hoc. s̄. de rescr. vbi assigna 3 tur ratio, † ne derogetur iurisdictioni ordinariç. Secundò ne derogetur ordinario modo procedendi a lege introducto. c. causam quæ inter. eod. titu. Tertiò ne derogetur parti, quæ læderetur ex tali rescripto. arg. l. 2. §. si quid a Principe. ff. ne quid in loco publ. firmat Maria. Soci. consi. 96. col. 3. viso processu.

Pro themate adde Alexan. in consi. 97. col. 4. viso the- 4 mate. vol. 2. Vbi subdit, quòd verba † debent intelligi p. prius, non per posterius. l. hoc legatum. de lega. 3. l. 2. ff. de stipul. seruo.

d ¶ Regulam tenebo. Regula † tenenda est quousq; in- 5 ueniatur immutata. Ioan. Mona. in c. vnico. num. 6. s̄. de cler. ægro.

¶ Hinc est ꝙ vbi quis allegat casum specialem contra regulam generalem, debet illam probare, alias si nõ probat standum est regulæ generali. no. Petr. de Ancha. consi. 368. dubium principale.

e Liberè. Quod licet in resignationibus causa permutationis & in procuratorijs dicatur, ad resignandum purè, liberè, & simpliciter: causa tamen permutationis &c. tñ non minus dicitur resignatio pura, quia illa verba non faciunt resignationẽ non puram, prout in simili dicit Alex. consi. 40. nu. 12. super primo dubio. vol. 4.

6 Seu conditione. Istud non procedit † in collatione per f regem facta, quia valet sub conditione si vacat beneficiũ, ita video in collec. Arestis. in 3. vbi dicit aliud ꝙ in impetratione regia non oportet exprimere diocœsim, neq; se clericum dicere, quod admitto iuris cõis dispositione fomentatum, in duobus videlicet, in conditione si vacat, q̃ nõ vitiat, cũ tacitè insit, idem de expressione clericatus iuribus vulga. sed quo ad nõ expressionem diocœsis secus, qui alias non constaret de corpore beneficii, quod debet, nec cancellaria hunc defectum reparat, prout vidi.

g ¶ Non valeret. Idem dic si dolo, per ea quæ notat Lu- 7 do. Bologn. consi. 13. duo fratres. vbi dicit quòd † absolutio non extenditur ad alienata dolosè. l. Aurelio. § Gaius. ff. de libera. lega. l. si quas rationes. §. Mæuia. in fi. eod. titu. l. quidam decedens. ff. de administr. tuto. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. no. Bart. in l. non solum. §. fina. ff. de liber. lega. & Bald. in l. cum necessarium. C. de fideicom. glo. & Doct. in l. actione. C. de transact. & Cyn. in l. sub prætextu. 8 C. eod. tamen opus est quòd probetur † dolus per allegantem. l. quotiens. § qui dolo. ff. de probat. & l. cum ita. §. species. ff. de leg. 2.

h ¶ Permuto. Tales † permutantes non possunt respe- 9 ctiuè se iuuare iuribus, quæ non habebant tempore permutationis, per ea quæ not. Soci. consil. 206. in princip. in præsenti consultatione. ibi, nam cessionarius non potest vti actionibus, quas cedens tempore cessionis non habebat. Bald. & Salyc. in l. emptor. C. de hæred. vel actio. vendi.

i Valere. Steph. Bert. consi. 311. etiam si beneficium. parte 2. per doctri. Io. Mo. hic. & aliorum per eum ibi coadunatorum concludit tales permutationes beneficiorum valoris inequalis valere, & hoc nisi sint aliæ fraudis coniecturæ. dixi. s̄. in c. fi. de renunc.

10 ¶ Non videtur. Istud non placet, quia † imo in pmutatione vera vacatio inducitur, cum quilibet renunciet, pbat tex. noster ibi, ipsa resignauit. & in Cle. vna. ibi, aliquibus resignata eo. tit. glo. not. in ver. vacabunt. in c. si ppter tua. de rescri. s̄. hoc lib. quam ibi sequuntur Domi. & Frãc. 11 vbi dicunt restringendo, intentum non procedere † in permutatione fauore ecclesiarum facta, quia ibi non dicitur vacatio, quòdq; non requiritur consensus patroni laici hoc in casu. Domi. consi. 50. licet famosissimus. Et in hoc potest saluari dictum Io. Mona. & sequacium, contra quem sic simpliciter loquentem tenet Ioã. And. in d. c. si propter. col. 2. in eo quòd habens priuilegium de percipiẽdis fructibus beneficiorum vacantium, potest petere fructus beneficiorum vacantium ex causa permutationis. Collec. hoc citat in c. fi. col. 2. s̄. eo. ꝙ hæc opinio seruatur, prout audiuit a curialibus. sequitur Freder. consi. 156. col. 2. punitus talis est.

Istud enim patet ad oculum, quia huiusmodi permutationem sequi debet vera collatio & institutio. d. Cle. j. ibi, alijs, quàm ipsis permutare volentibus conferantur, quç fieri non possent de beneficio non vacante. text. in c. 2. s̄. de conces. præb. Ergo habeo intentum contra Io. Mo. vt in permutatione adsit vera vacatio.

¶ Posset etiam saluari dictum Ioan. Mona. & aliorum, per ea quæ dicit Collec. in c. fina. in fi. s̄. eo. quòd resignãs beneficia ex causa permutationis non censentur illa vacare, quo ad hoc quòd alij conferri possint. d. Clem. 1. vbi Bonif. num. 9. dicit ꝙ permutatio est vera vacatio in beneficialibus.

Citat enim domi. meus de Ripa in c. ex parte. num. 23. 12 de rescript. s̄. in 2. lib. interpreta. Quia per † renunciatio- k nem quis renuncians priuatur beneficio. c. super hoc. & c. ex transmissa. s̄. de renunc. & c. quàm periculosum. 7. q. 1. ad idem firmat Stepha. Bertran. Carpen. consil. 284. colum. 1. viso ac considerato. in 1. par. & latius consil. 323. exordiente, quicquid dixerit Io. Mo. ea. parte.

¶ Hunc punctum prosequitur Domi. consi. 45. consue- 13 tudo est, vbi dicit quòd ratio quare † consensus patroni requiratur in permutatione est, quia in permutatione venit vera vacatio & noua collatio, vt probat tex. noster, intellige de permutatione facta coram Episcopo, sic intelligitur. cap. decernimus. 16. q. 7. secus coram Romano Pontifice vel legato. c. dilectus. s̄. de offic. lega. nisi patronus sit laicus, quia tunc nihil potest, vt ibi dicit gl. in ver. concessione sui similis. in cap. dilectus. s̄. de iure patr. idem si ad laicum & clericum simul secundùm Panor. ibi, pro quo vide Brunel. conclu. 23. colum. 4. in tracta. de potesta. legati.

l Superioris. Citat Rota in antiq. decisio. 863. Si. A. & B. col. 3.

m ¶ Ad præsidentem. In simili vide glo. in c. si electio. in ver. renunciat. circa fi. s̄. de electio. hoc lib. istud placet Stepha. Bertran. consil. 323. nume. 4. quicquid. in prima parte.

Et quia hic ex doctrina Ioan. Mona. videtur resultare (dum dicit hic non videtur vacatio iuris fictione) quòd ex quo permutatio defectu aliquo obstante, non suum 14 sortitur effectum, quòd permutantes possunt † ad sua beneficia propria authoritate redire, quod placuit Ioan. Andr. hic & Archi. placuit etiam Freder. in tract. permut. q. 8. qui dicit opinionem Io. Andr. æquiorem, eo quia per eã vitiatur circuitus, qui debet omni modò (in eo quod generat incommodum) vitari. Clem. auditor. de rescrip. dixi latè in c. dispendia. s̄. de rescrip. pro hoc allegant. c. si beneficie. s̄. de præb. hoc lib. Et ꝙ per hoc tollitur occasio expẽsarum & laborum, quibus semper de iure est parẽdum. s̄. de dolo & contuma. c. finem. c. vt litigantes. s̄. de offi. ordi. hoc lib. cum similib.

¶ Et sic si disponeretur in contrarium potius esset imponere legem verbis, quàm rebus, quod non conuenit viro.

Hanc sententiam idem Frederic. vbi s̄. in q. 10. videtur sentire, ad idem Petr. de Anchar. in cap. fina. nume. 13. quem

quem ibi sequitur Io.Imo.s̄.hoc tit.per dic.c.si beneficia idem Io. Imo.in c.penul.ad fi.eo.tit.concordat Bonifac. in d.Cle.vna.nu.96.& ibi Io.Imo.nu.37.

¶Item permutatio principaliter fieri videtur fauore permutantium, cui fauori possunt renunciare.l.si quis in conscribendo.C.de pac.cum similib. Dubium ipsum aggressus est Domi.in consi.45.in fi.consuetudo est.vbi dicit,ꝙ si permutatio non tenuit absq; culpa permutantiū, licitum est cuiquàm ad suum beneficium redire.d.c.si beneficia.igitur ex quo bona fide deuentum est ad permutationem, non debet per legem sibi parari laqueus. 27.q.2.c.de viduis.

¶Quod licet opinio hæc videatur aliquibus ęqua,per præmissa, nō tamen videtur in puncto iuris sustentabilis quod probo per tex.nostrum.in fi.quem Ioan.Mo.pro se allegat, quia imo facit contra eius intentum,vt videre licet,dum dicit tex.resignant.Et sic est vera vacatio prout. s̄.probaui.in versi.non videtur, saltem quo ad ipsos resignantes, ideo proprietatē & possessionem amittunt.not. in c.admonet.in c.quod in dubijs.& in c.super hoc.s̄.de renun.in c.quia periculosum.7.q.1.

¶Ex quo liquet ꝙ titulorum priorum veram & totalem extinctionem inducunt præmissa, sic hoc ex capite infero,ꝙ non ipso iure sed iuris authoritate competit regressus ad beneficia permutata de facto, quod probatur sic,quia si talis regressus ipso iure cōpeteret, aut ex priori titulo. Et hoc non, quia,vt dixi,penitus est extinctus per veram renunciationem, & superioris admissionem.d.c. quod in dubijs.aut ex nouo titulo:& hoc nō,quia nemo sibimet potest dare.c.fi.s̄.de institutio.igitur habet petere licentiam a superiore vt redeat, vel ex officio suo rescindat,& de nouo conferat:quod placet glo.penul.in fi. in c.cum vniuersorum.hoc tit.s̄.& ibi Panor.in fi.Rota. in antiq.decisio.399.quæ ibi inuehit contra Ioan.Mona.

¶Id sequitur idem Panor.in c.cum venerabilis.nu.23. s̄.de exceptio.& ibi Fely.nu.11.

¶Fredericus sibi contrarius has partes sustinet.consi. 156.punctus.talis est, posset tamen saluari,quia vt.s̄.dixi, quando fit propter vtilitatem Ecclesiarum procedit opinio Io.Mo.sed ibi Fre.citat ꝙ bona fide & propter vtilitatem beneficij iste ad permutationem procedebat: vnde per legem isti laqueus immitti non debet.c.de viduis. 28.q.1.iurisq; occasio ad dispendium trahi non debet.l. cū qui.C.de vsucap.pro empt.& s̄.de priuileg.quia nonnulli.

¶Ista tamen non videntur satisfacere,siue procedatur fauore Ecclesiæ,siue personarum, quia vtcunq; sit, opus est noua collatione, ex quo ius primæ per veram renunciationē extincta est, & sic obstaret.reg.1.j̄.eo.lib.& c.ex frequentibus.s̄.de insti.

¶Nec militat hæc ęquitas,cum non reperiatur in iure scripta, benè tamen rigor, qui hoc in casu venit præferendus, quia scriptus.no.Cy.Bart.& alij.in l.placuit.C.de iudic.Guiler.de Monte Laud.in Cle.quamuis.col.2.& 3. de appella.Et cum his stat Rota in nouis.decisio.23.contra Io.Mo.& alios sequaces.

Intentum hic firmant Petr.col.2.& Domi.col.5.& respondent ad obiectum.de d.c.si beneficia. factum ꝙ ibi non resignauit,sed dimisit, quæ dimissio non habet vim renunciationis, quia non renunciauit verbo,nec facto, cum non fuit verè translatus,& sic ex finali euentu apparet & declaratur ꝙ nō vacauit primum beneficiū, quòd non habuit animum dimittendi nisi credidisset posse assequi secundum effectualiter,secus si scienter percepisset. c.eum qui.s̄.de præb.hoc lib.vel quia acceptauit beneficium litigiosum, quia tunc dicitur esse in culpa in nō inuestigando. istud latè examinat Soci.consi.168.col.pen. versi.præterea.dum dicit si habebat scientiam litis, per consequens præsumitur habuisse scientiam impetrationis,cuius occasione lis mouebatur, per quam solam impetrationem res effecta est litigiosa.vt in aut.litigiosa.C. de litigio.Ex quo permutans cum beneficio litigioso,dicitur esse in culpa. arg.l.fi.C.de litigio.vel ad minus scire debuit quia ex quo lis mouebatur super dicto beneficio, & voluntariè ad dictam permutationem accessit,pro certo,inuestigare debebat de iure alterius.arg.tex.cum glo. in l.qui cum alio.ff.de reg.iur.ista sunt de mente Scriben. hic, quod nota.

Ergo qui permutant cum beneficijs litigiosis vt in casum euictionis non redeant ad sua priora beneficia permutata, licet in permutatione dicatur simpliciter beneficia,sine adiectione,seu cum iure prætenso,quia idem est, cum beneficium litigiosum, quod tamquàm notorium & in iudicijs tractatum non dicitur ignorare: & hæc est præsumptio sufficiens ad excludendum præpositionem ignorantiæ,per ea quæ dixi.s̄.in proœ.

¶Hæc intellige nisi aliter per compermutantes esset tractatum & per superioris authoritatem comprobatū, quia tunc secus.

Quod autem.s̄.diximus in casu.d.c.si beneficia, posse regredi ad beneficium, verum si a nemine fuerit occupatum. comprobat Soci.vbi.s̄.in fi.consi.qui ibi.col.2.dicit opinionem nostram secundam fore communem,quam 15 comprobat hoc medio. Nam videmus ꝙ † quandoque per vnum contractum, vel vnum actum, in consequentiam illius virtutis inducitur extinctio seu annullatio illius actus vel contractus, non inducitur si ille actus non sortitur effectum. casus est secundùm vnum intellectū in l.Claudius.ff.de acquir.hæred.benè facit text.in l.certi conditio.§.quoniam.ff.si cert.per.bonus tex.in l.qui cum ita.§.te & Titium ff.de verbo.oblig.probatur.in l.si iure. de legā.3.tenent Bart.Saly.Imo.& Moder.in l.si cum dotem.in princ.ff.solu.matr.& est casus propriè.in d.c.si beneficia.

¶Si verò inducitur aliquid expresè, putà expressa priuatio, vel extinctio, & reuocatio alicuius actus ad finem alterius actus,vt in casu nostro, vbi interuenit expressa & vera renunciatio importans tituli & possessionis abdicationem,vt.s̄ probatum extitit:tunc licet ille finis non sequatur, tamen talis expressa priuatio & extinctio remanet firma. casus est in l.planè.in princ.de lega.1.quem ita intelligunt Saly.& Imo.in d.l.si cū dotem.& sequuntur communiter alij.

Item si tale ius est extinctum per talem puram & expressam renunciationem, nec reperiatur in corpore iuris ius aliquod positiuum, quod illud sibi restituat, ergo habeo intentum, quia si reperiretur ius in corpore iuris, non esset dubium an propria authoritate posset redire, firmātur p̄missa per Do.de Rota in nouis.decisi.62.Quod 16 permutanti † non competit interdictum,vnde vi,nec cōditio ex canone reintegranda, obstante sibi renunciatione voluntaria, per quam amisit possessionem. Inno.in c. super hoc.s̄.de renun.facit decisio sequens,idem in antiq. sub illis verbis decisio.401.cum seq.facit præterea,quia 17 † in beneficialibus nihil nobis quæritur,nisi per ministerium & authoritatem superioris etiam in permutationibus,vt probat hic & in rub.ipse Io.Mo.igitur &c.

Pro præmissis habeo in arg.ea quæ not.idem Soci.cōsi. 167.non inutilis,ꝙ dominus non debet propria authoritate expellere emphyteutam,vt ibi latè comprobat.

Intentum nostrum comprobant idem de Rota.in antiq.decisio.863.Si A.& B.qui dicunt ꝙ ista opinio est tutior & securior vt quilibet obtineat nouam collationem & authoritate superioris reuertatur.d.c.ex frequentibus de insti.& d.c.eum qui. quod sentit Io.And.in nouel.in d.c.si beneficia. circa medium: ibi cautū est iudicem requiri, quod intellige de ordinario,vel alio,ad quem spe-18 ctat prouidere. Et talis † superior requiritur licet solum vnicuiq; compermutanti det licentiam, ad suum beneficium redeundi, absq; datione alterius executoris super reditione in possessionem pristinam facienda, & non faciat aliam collationem, tamen hæc licentia habetur pro collatione noua, & tunc quilibet fit quasi executor ad rē 19 suam,sicut in simili dicimus ꝙ iudex † potest illi,pro quo tulit sententiam,dare licentiam propria authoritate rem sibi adiudicatam recipiendi.Inno.in c.cum nostris.s̄.de concess.præb.facit.l.creditores.C.de pigno.& hypothe.facilius enim absq; noua collatione resumit quis ius in beneficio, quod primitus habuerat quā nouiter acquirat. facit glo.in c.cum accessissent.s̄.de consti.quæ reputatur 20 singularis secundùm Docto.ibi,ꝙ actus † qui non potest fieri a principio sine licentia superioris, potest tamen refici si erat destructus absq; illius authoritate.vide glo.& Docto.in c.3.s̄.de iure patro.& in Cle.fi.de rescrip.

Per hæc tamen non intendimus ꝙ per huiusmodi licentiam nō dicatur noua collatio,quia imo est collatio, nec

nec aliud requiri in collatione, etiam si nunquàm obtinuisset, quàm solum verbũ, conferimus, aut inuestimus, vel aliud simile prægnans, prout diximus latè in tracta. de manda. apostoli. Et hæc verba, licentiam damus vnicuiq; permutanti ad suum beneficium redeundi, dico ministerium iuris respectu proprietatis siue tituli, & ministerium propria authoritate possessionẽ intrandi, quæ duo, vt dixi, per renunciationem sub cõditione & modo permutationis fuerunt in toto extinctæ, quæ extinctio nisi præcederet, non esset possibile ꝙ fieret per superiorem inuicem permutantibus aliqua collatio, vt prædiximus, collationes habeant fieri de vacãtibus: in quo videtur, ꝙ sola proprietas, seu titulus perdatur, non autem possessio, 21 quod patet, quia † sola non vacatio proprietatis impedit collationem nõ possessionis, cum beneficium etiam possessum per aliquem (dummodò quo ad proprietatem vacet) benè potest conferri. c. licet Episcopus. ṡ. de prӕb. hoc lib. no. Inno. in c. cum nostris. col. 3. in ver. irritum de cõcess. præb. Ideo vacationem possessionis dicemus in hoc non necessariam.

Facit quia intentio renunciantis ob causam est renũciare si obtineat collationem alterius beneficij, nec velit aliquid perdere nisi in euentu huiusmodi causæ. Ideo nõ plus perdat, quàm sit necessarium pro expeditione & impletione illius causæ. Cum ergo perditio possessionis nõ sit necessaria, donec secuta sit collatio, ergo antè non perdit.

¶ Sustinendo tamen propositum dicemus & proprietatem & possessionem vacare, quia si perditur proprietas id est titulus, quod est vnũ principale, multò fortius possessio, quę dicitur accessoria ad titulum. Facilius † quippè 22 perditur possessio quàm proprietas. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss.

¶ Ex quibus infero ꝙ electio seu potestas conferendi non cadit in tali nisi præcedat noua collatio, siue licentia regrediendi, subsequente possessionis adeptione, quæ necessariò ad actum conferendi (prout tituli habitus) requiritur. no. Ioan. de Lond. In breuiario. in c. 1. de reg. iur. hoc lib.

¶ Ex præmissis videtur resultare decisio. no. Pone, duo permutantes post expeditam permutationem sine superioris licentia remanserunt (de mutuo consensu) in suis primis beneficijs, sicut ea tenebant antè permutationem. Modò Gilbertus Probus impetrauit vnum illorum beneficiorum tamquàm vacans, ex eo quia beneficia erant incompatibilia, putà erant duæ dignitates curatæ, vt decanatus, & præpositura: quæritur nunquid valeat impetratio, videtur ꝙ sic, quia ex quo decanus per mutauerit cum Præposito, expedita permutatione incępit habere ius in præpositura, & eius assequi potuit possessionẽ optimè si voluit. Ex quo igitur sine superioris licentia retinet decanatum, in quo desiderat habere ius propter permutationem, censetur se intrudere scienter & iniustè, & sic videtur, ꝙ per illam iniustam intrusionem seu retentionem decanatus ipso iure vacauerit præpositura, quã virtute permutationis obtinebat, saltem de iure, ex quo in ea ius habuit. arg. d. c. eum, qui. de præb. hoc lib. Nam perinde erat ac si eã de facto pacificè possideret, ex quo per eum stabat quominus pacificè eam possideret. arg. c. cõmissa. §. 1. ṡ. de electio. hoc lib. & c. de multa. ṡ. de præb.

¶ Etiam ex medio potest deduci, ꝙ vacet decanatus, in quo virtute permutationis olim Præpositus ius habuit, ex quo post permutationem se intrudit iniustè scienter in præpositura & indebitè sine superioris licentia retinẽdo, & sic videtur duo beneficia incompatibilia tenere.

¶ Reperio tamen rotam per hæc & sequentia tenuisse contrarium in tit. hoc, in antiquio. decisio. deci. 3. Præsertim quia in istis cessat causa prohibitionis, putà ambitio & cupiditas, cum re vera neuter de facto teneat, nisi vnicum beneficium, nec habeat animum nec intentionem duo beneficia obtinendi, sed vnum tantum licet errent in iure. vt. ṡ. probatũ est. Igitur cessat pęna decre. de multa. & c. eum qui. vbi eius intentio ferebatur ad duo, & assequendo secundùm, intendebat etiam tenere primum, vel ius quod in eo habebat, hic verò non, imo assequendo secundùm intendebat dimittere primum.

n ¶ Rigori. Dic quod ęquitas non est præferenda rigori scripto in specie prolato, imo præfertur rigor scriptus in specie ęquitati generali. probat text. noster. & c. fi. ṡ. de transac. not. Domi. consi. 75. col. fi. in causa: vbi latè videre poteris de publicatione resignationis facienda in loco beneficij secundùm regulam cancellariæ, alias quotas descripsi. in c. ordinarij. in versi. continuando propositũ. ṡ. de offi. ordi.

¶ De testamentis & vltimis voluntatibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum est iusta sententia voluntatis nostræ, de eo quod post mortem nostram (hærede instituto) fieri volumus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando contentio est de funeralibus, dicitur agi de lacte & lana acquirenda.*
2 *Licet testamenta habeant efficaciam a iure diuino & naturali, tamen per statutum potest addi vel detrahi.*
3 *Licet matrimonium sit de iure naturali. tamen forma traditur a iure positiuo.*
In testamento requiritur quadruplex perfectio.
4 *Voluntas domina & regulatrix testamenti dicitur.*

VISO DE HIS. Quibus nobis prouidetur in vita, sequitur videre de prouisionibus, quæ habent exitum post mortem, vnde subdit de testamentis & c.[a]

1 ¶ Et dic ꝙ testamentum † est iusta sententia voluntatis nostrę de eo quòd post mortem nostram (hærede instituto) fieri volumus. ff. eo. l. 1. Et si iusta non fuerit nõ tenet. ff. de conditio. insti. quidam. de leg. 1. si quis Inquilinos. §. pen. in fi.

¶ Et est testamentum mentis testatio, & tunc omnem b vltimam voluntatem [b] cõprehendit. inst. eo. in princ.

ADDITIONES PROBI.

1 DE TESTAMENTIS. Dic ꝙ quando † contẽtio est super funeralibus, dicitur agi de lacte & lana, scilicet acquirenda. not. Petr. de Anch. in consi. 210. col. 1. inter contraria.

¶ Et procœium testamenti satis adornatum describitur per Card. in consi. 49.

De solemnitate autem testamenti secundùm ius nostrum quo ad numerum testium, vide quę latè tradit Domi. in cõsi. 49. super isto puncto. vbi refert varias opiniones, quem vide quo ad clausulas impedientes factionem secundi testamenti. in consi. 115. super dubio.

2 Vlterius dic ꝙ licet testamenta efficaciam † habeant a iure naturali vel diuino, tamen per statutum potest addi vel detrahi, quod patet ex. not. in l. fi. C. si contra ius. & in l. 1. ff. de consti. Prin. & in c. quæ in Ecclesiarum per Inno. ṡ. de consti. & in specie. not. Bal. in l. ex duobus. §. fi. ff. 3 de vulg. vnde videmus ꝙ licet † matrimonium sit de iure naturali. c. ius naturale. 1. dist. & in l. 1. §. pen. ff. de iust. & iure, tamen forma traditur a iure positiuo. c. tuæ. & c. seq. ṡ. de sponsa. Alex. consi. 65. col. 4. quoniam omne datum. volu. 6.

Postremò dic ꝙ in testamento de necessitate requiritur quadruplex perfectio, vna est perfectio in materia, quæ est vt voluntas testatoris sit completa & perfectè enunciata. l. si is qui. & l. ex ea. ff. de testa. Secunda perfectio est in forma substantiali, quæ consistit in institutione hæredis, sine qua testamentum consistere non potest. §. ante hæredis. inst. de lega. Tertia perfectio est in solemnitate legali. l. Codicillis. §. fi. de leg. 2. Quarta perfectio est quo ad confirmationem, quæ est duplex, vt per Bal. in l. 1. circa princ. ff. de test.

4 Voluntatem † Quæ domina & regulatrix testamenti dicitur. C. de lega. l. cum quæstio. in fi. Car. cõsi. 49. & cõsi. 56. nu. 12. Titius condidit testamentum. tamen dic ꝙ patitur dispositionem canonum. c. tua nos. & c. requisisti. ṡ. eo. & l. nemo. de leg. 1. Domi. in consi. 20. col. 1. mihi videtur ꝙ difficultas.

¶ Boni-

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Si pater filium & filiam habens impuberes, &c.

SVMMARIVM.

1 *Obscurus fio, cum breuis esse volo.*
2 *Masculus est impubes, vsq; ad decimumquartum annum & mulier vsq; ad duodecimum.*
Institutus simpliciter, & alius ex certa re dicuntur hæredes.
3 *Hæres aliquando donatarium, aliquando legatarium representat.*
4 *Trebellianica debetur quando rogatus restituere hæreditatem adijt sponte, non coactus.*
5 *Verba generalia intelligenda sunt in casu in quo competunt verbis & personis institutis.*

SVMMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quanto breuius, tanto difficilius.*
2 *Ex decisione vnius quæstionis, via inuenitur ad alias quæstiones.*
3 *Liberi dicuntur succedere patri tripliciter, vt hic.*
Cum liberis succedunt filij aliorum liberorum mortuorum.
4 *Petitio supplementi, & petitio legitimæ non est propriè testamenti impugnatio.*
5 *Testator in dubio videtur voluisse suam dispositionem esse conformem iuri communi quantum potest, & quatenus verba patiuntur.*
Testator in dubio, videtur cogitasse illud quod ius disponit.
Veniens ab intestaco succedit ex mente defuncti.
49 ¶Nunc intro dubium quotidianum & subtile, an † acquisita filio contemplatione patris veniant computanda in legitimā. Pone, precibus patris mei erga Regem Christianissimum acquisita est mihi militia seu officium senatorię maiestatis valoris trium milium ducatorum: an hi ducati computabuntur in legitimam. Istam.q.tangunt Petrus & Cy.in l.omnimodo.C.de inoff.testa.vbi arguūt ad partes decidendo, ꝙ tanquàm profectitium in legitimam computabitur, quod placet Guiller.de Cuneo.ibi.col.3.& Saly.in §.fi.per illum tex.facit tex. in l. sed si plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pupil. hunc punctum latè examinat Alex.consi.179.viso processu. vol.5. vbi plura adducit.tangit idem.consi.141.viso testamento.vol.2.& consi.31.viso testamento.vol.4 vbi allegat quæ no. Ang. in l.quartam ad leg Falcidi. ff. vbi quærit, quid si auus dotauit neptem, & Auo, ac demum patre mortuis: vult dicta neptis venire ad successionem patris sui: vel vult saltem tegitimam ex forma iuris uel statutorum, an dotem quam habuit ab auo debeat sibi imputare In legitimam debitam ipsi nepti in bonis patris sui: ibi refert se pluries consuluisse: ꝙ si auus dotauit neptem cōtemplatione sui, & hoc constet liquidò, uel per uehementia inditia, non computabitur in legitimam, quia illa dos, non fuit profecta à patre, sed ab auo, ergo nō debet in legitimam debitam in bonis patris imputari l.scimus. §.repletionem. C. de inofficioso testamento. Sed si auus dotauit contemplatione filij, uel dubitatur cuius cōtemplatione, quo casu scilicet quando dubitatur est idem ac si cōtemplatione filij sui dotasset.l. dedit dotē.& ibi no. Iàco. de Aretio & Bar.ff.de colla.bono. tunc debet imputari sibi in legitimam debitam in bonis patris, quasi ipsa a patre suo dotata sit.d.§.in arrogato: breui enim manu censetur dos primo tradita filio per auum nepti. l. 3.§.fin.ff.de dona.inter vir & vxo.l.singularia.ff.si cer.peta.

¶Contra tamen hoc vltimum membrum (de dubio) tenet ipse Alex.consi.185.nu.15.viso titu. vol. 2. dicens id fore non profectitium, sed aduentitium: quod late ibi cōprobat, & consi.199.nu.8.viso præstanti con.eo.vol.

¶Pro his vide quæ tradit idem Ang. consil.78. Ioan. Philippi & consi.sequen.vbi idem consuluit quod placet ipsi Alex.vbi s̄.cuius dicta vide in consi.89. vtrum emphiteosis, vol.4.& consi.8.visis subtilissimis, vol.3. vbi etiam disputat an res emphiteoticę computētur in legitimam: ubi per multa decidit quòd non.

¶De expensis autem factis pro acquirendis beneficijs ecclesiasticis, an computentur, uide Iaso.in cons.140.uol.2. & de acquirendo alia militia, uide Calca. consil.73. colum.6.casus.

50 ¶Et attende secundum eundem Alex.in consi.57.col. 2.ponderatis uerbis uol.3. quòd legitima † portio debita filijs (uel quasi debita si credamus glo. in l. 3. ubi Bar.& alij.C.de iur.& fac.igno.glo.in l. si duo. ff. de acquir. heredi. Bal. & alij in l.iuris ignorantia. C. qui admitti tex.in l. fi.§.sinautem perpetuus in uer.quasi debita.C.de cura.fur. in l.& quia in uerbo quasi debita. ff. pro socio.Bart. in l. si quis legatum.ff.de fal.) debet taxari secundum quantitatem bonorum testatoris (deducto ęre alieno.).l. Papinianus.§.4.ff.de inoff.testa.Dec.consi.485.colum. fi.casus de quo quæritur, ubi idem dicit de usufructu legato per.l. in usufructu bonorum.ff. ad leg. Falcid. istud placet Calca.in consi.33.num.3. quidam bonomus quod legitima intelligitur deducto ęre alieno, & quantuncunque dicatur quòd sit quota, est uerbum quòd est quota bonorum, sed non quota hæreditatis, inter quæ est magna differentia: l. non amplius.§. fina. de lega. primo, & l.si quis seruum.§.fina.cum l.sequen.de lega.secundo, unde infert quòd institutus in re certa non est mere hæres nec mere legatarius, sed est quædam tertia species de per se & vocatur hæres, quia sicut participium participat de nomine & verbo, ita iste hæres in re certa & hoc nota quia est maximi effectus, vt ibi per Calca.

Et hæc omnia intelligas de filijs naturalibus & legitimis, quia † naturales nunquàm possunt succedere cōtra voluntatem & testamentum patris, dato ꝙ possint succedere ex testamento, vel ab intestato glo.reputata singu.in l.1.in glo.2.& ibi Bar.ff.de bono.posse.contra tabul. pro illa glo.est text.in l.fi.quem ad hoc ponderat Bald.C. de natura.liber.idem Bald.in l.1.C.quor.bono.& in l.certum.C.vnde legiti.quod placet Alex.referenti in cōnsi.74.circa fi.viso processu.vol.2.quem videas pro verificatione, an donatio facta filio simpliciter, vel in præmium emancipationis computetur in legitimam.cōsi.142.circa primam dubitationem.volu.2.vbi discutit an libri & arma veniant in legitimam.

51

Item si quæras an dos matris computetur filiæ in legitimam, quando agitur de legitima debita nepti in bonis aui materni, quia mater prædecessit superstite ipsa nepte & auo, vide Alex.in consi.24.col.2.visis dubijs.vol.1.

An autem dicatur prædecessisse si ambę insimul naufragium & submersionem patiantur, vide eundem Alex. in consi.39.col.1.viso themate.de quo.vol.1.vbi dicit ꝙ ex quo ęquitas suadet, vt secundùm ordinem naturalem filius cōsequatur hæreditatem patris potius quàm econtra, præsumimus patrem prædecessisse superstite filio.l. qui duos.§.cum filio.ff.de reb.dub.

k Intestato. An † pupillus vel infans dicatur decedere 52 intestatus mouent. Petr.de Ancha.consi.177.reuocatur in dubium.& Deci.consi.466.nu.2.stante statuto &c.& consi.563.col.1.duo dubia.

l Pauperes. Vide per quem fieri debeat illorum bonorū hæreditariorū distributio, per Alex.in consi.12.attentis. volu.5.Et qui dicantur pauperes.per Arety.in consi.13. col.7.viso.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Religiosus executor ab aliquo in sua voluntate &c.

SVMMARIVM.

1 *Solus Papa potest ius ab eo constitutum immutare.*
Regulariter sufficit petere licentiam licet non obtineatur.
2 *Plus habet voluntas expressa quàm tacita.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ea quæ concernunt fauorem animæ, discutiuntur secundùm iura diuina & naturalia, non secundùm iura humana, & corãm iudicibus Ecclesiasticis, etiam contra laicos.*
2 *Fauor pię causæ non supplet defectum scribentis.*
3 *In dispositione ad pias causas non attendimus prohibitionem iuris ciuilis, sed iuris diuini, vel canonici, etiam in terris imperij.*
4 *Vna & eadem res non debet iure diuerso censeri.*
5 *Voluntas in dubio non extenditur ad impossibilia.*
6 *Expressum & non expressum quid dicatur.*
7 *Multa valent tacitè & conceduntur in consequentiam, quæ non principaliter & expressè.*
8 *Consideratur quod principaliter agitur, non illud quod venit in consequentiam.*
9 *Tacitum & expressum aliquando equiparantur.*
10 *Stante validitate actus, quæritur de mente partium.*
Sententia tacitè referri intelligitur ad acta.
11 *Potentior videtur expressa dispositio quæ habet expressum consensum, quàm tacita.*
12 *Expressus consensus in vno actu extenditur ad similes, secus in tacito.*

a RELIGIOSVS. a Hæc decretalis habet duo dicta. Ecce primum [non habeat.]s̄.hoc lib.de elect.quàm sit [&] scilicet si religiosus.& s̄.hoc lib.de tempore ordinan.cum nullus.

Sed quid si monasterium vacat, dic negotium differēdum arg.s̄.de offi.deleg.quoniam abbas.

¶Sed quid si diu differtur prouisio monasterii propter 1 litem pendentem? dic Papam consulendum, qui † solus potest ius ab eo constitutum immutare.s̄.hoc lib.de rescriptis statutum.1.Responso [obtenta.]

¶ Sed quare hic requiritur obtinere licentiam, nec sufficit petere. vt d.c. si religiosus [adimplere] contrariu est verum regulariter. s. hoc lib. de procura. si duo. in prin.

b ¶ Sed hoc fallit fauore animæ, b vt in causis electionum. vt in d. cap. si duo. §. sanè & fauore pupillorum. ff. de administra. tuto. decreto. § vlti. & fauore testantium, vt hic, nisi expresè testator aliud dixerit. Quia † plus habet voluntas c expressa d quàm tacita. e argu. C. de nego. gest. l. si.

2 c d e

ADDITIONES PROBI.

a RELIGIOSVS. Vide materiam executorum testamentorum latissimè tractatam per dominum Vitalem Nemausen. in repetitio. c. Ioannes s. hoc titu. & Dec. in consi. 494. quod s. vbi disputat de fratre minore. & consi. 499. in causa quæ Parpiani.

1 ¶ Fauore animæ. Dic quòd ea quæ concernunt † fauorem animæ, putà testamenta ad pias causas & similia, discutiunt secundùm iura diuina & naturalia, non secundùm iura humana. not. latè Alex. in consi. 105. viso ac diligenter. volu. 4. Dec. consi. 504. in casu. & coram iudicibus ecclesiasticis potius debeat tractari. vt text. & ibi not. glo. in l. hæredibus. §. si defunctus. vbi Bal. ff. de petitio. hæred. & in c. relatum. el 1. & ibi Doct. s. isto titu. iuncta l. solent. vbi Barto. ff. de alimen. & ciba. lega. Ioan. Andr. & alij in c. Ioannes. & in c. si hæredes. eod. titu. etiam si conueniatur laicus, secundùm Docto. in dict. locis. dicit Alex. in con si. 160. colum. 1. circa primum dubium. volum. 2. Qui ibi subdit, quòd executoribus ad pias causas competit ius agendi pro legato pio, licet regulariter pro alijs legatis non competat. l. nulli. & l. si quis ad declinandum. C. de episc. & cler. iuncta l. Lucius. §. 1. ff. ad Trebel. & ibi plenè not. & in l. si quis Titio. de lega. 2.

¶ Quod licet multa fauorabilia reperiantur introducta pro relictis ad pias causas, illud tamen sanè venit intelligendum, primò non facit fidem priuata scriptura,

2 † quia fauor piç causæ non supplet defectum scribentis. Bald. per illum text. in l. in fraudem. §. si quis. ff. de testa. mi lita. Dec. consi. 551. num. 10. plenè & sic regula venit intelligenda, quando est relictum ipsi piæ causæ, sed si laico est relictum, quod de sui natura dicitur ad pias causas, tunc fauores non habent locum. per ea quæ tradit idem Alex. in consi. 177. num. 6. versic. nec prædictis etiam, viso themate. volum. 2. sic hoc casu non procedit id quod citat idem Alex. in consi. 14. in colum. fina. circa primum.

3 volum. 1. quòd in dispositione ad pias causas non attendimus prohibitionem iuris ciuilis, sed iuris diuini, vel canonici, etiam in terris Imperij, per ea quæ habentur in c. cum esses. & in c. relatum. el 1. s. hoc titu. & hæc videtur esse magis communis opinio secundùm eundem Alex. licet quidam aliter dixerint.

¶ Pro his vide quæ dicit Dec. in consi. 455. in fi. placet conclusio. vbi comprobat dictum Alex. in eo quod dicit verum, si est relictum piæ causæ, secus si alij, putà laico, quia tunc non suffragantur fauores introducti pro pijs, sed regulantur secundùm naturam communem. comprobat quia statutum laicorum habens iustam causam & rationem (etiam in pia causa) debet obseruari. Cal. in consi. 20. de constitutioni. an si statutum ciuitatis. Petr. de Ancha. consi. 25. videtur prima facie. Card. consi. 144. super themate. Et in hoc habes casum fallentialem, ꝙ vna

4 † & eadem res non debet iure diuerso censeri, quod non videtur absurdum. vt probat Dec. in d. consi. 504. num. 5. quem pro intento. vide consi. 529.

5 ¶ Voluntas. † Quæ in dubio non extenditur ad impossibilia. Bart. in l. si quis sub conditione. ff. de conditionib. institu. Bald. in l. fina. §. in computatione. C. de iure deliber. tradit Socin. in consil. 266. colum. 11. in causa quæ vertitur.

d Expressa. Quid † dicatur expressum, Maria. Soci. consi.

6 112. col. 5. & 7. multum abundè inter alia dicit, ꝙ non dicitur expressum in lege, quando lex non determinat casum expresè, licet argumentatiuè.

e ¶ Quam tacita. Vide quæ dixi in cap. nullus. in versic. quæ tactum. s. de electio. & quæ dico in cap. constitutionem. in fi. de regula. habeo tamen quòd aliquando, † mul

7 ta valent tacitè & conceduntur in consequentiam, quæ non principaliter & expresè. l. nonnunquàm. ff. de conditio. & demonstr. hinc Dec. consil. 293. colum. 3. viso testamento. dicit quòd quando non fit directè a laicis prohibitio, quòd bona Ecclesiæ acquirantur, sed in consequentiam, quia nolunt bona alienari, sed conseruari inter ciues, statutum laicorum valet in præiudicium ecclesiæ, secus si prohibita esset directò alienatio in eccle-

8 siam. sic operatur regula iuris, † consideratur quod principaliter agitur, non illud quod in consequentiam venit. l. 1. in prin. ff. de authorita. tuto. l. si quis nec causam. ff. si cer. peta. Notat latissimè Alex. consi. 65. col. 4. & 5. quoniam omne. volu. 6. quem videas rogo. & quæ dico in c. 1. in ver. principali. de homicid.

Et sic verificatur quod s. diximus, quòd quandoque tacitè permittitur, quod expresè fieri prohibetur. l. illa institutio. iuncta. l. si quis Sempronium. ff. de hæredi. institu. & in l. si vnus. §. illud. ff. de pact.

9 Item habes quod tacitum † & expressum aliquando æquiparantur, per ea quæ citat Alex. in consi. 55. in 1. colum. ponderatis his. volum. 3. quòd mens testatoris etiam tacita habetur pro expressa, & seruari debet præ ceteris, etiam magis, quàm verba. l. 3. C. de liber. præter. l. inter ve stem. ff. de auro & argen. lega. l. cum quæstio. C. de legat. idem Alex. consi. 59. attentis verbis. eod. volu. dum dicit

10 quòd taciti & expressi idem est iudicium, vbi stante † validitate actus, quæritur de mente partium. l. cum quid. ff. si cer. peta. secus. quantum ad finem inualidandi actum, quia tunc tacitum & expressum idem non operantur, vnde videmus quòd licet sententia tacitè intelligatur referri ad acta. l. 3. C. de senten. quæ sine cer. quantita. c. cum ad sedem. s. de restit. spol. not. in l. enim. ff. de suspect. tuto. & & in l. si quis ad exhibendum. ff. de except. rei iudica. & in c. si confirmationem. de elect. hoc lib. tamen si in sententia non sit expressus error iuris, sed tacitè ex relatione tacita, quæ fit ad acta, non vitiabitur sententia, secundum communes conclusiones. l. præses. ff. de re iudic. l. seruo inuito. §. cum prætor. in fi. ff. ad Trebel. glo. & Docto. in l. 2. C. quan. prouoc. non est neces. & in l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi.

Item quòd taciti & expressi non sit semper idem iudicium, habes quod no. Bart. in l Centurio. circa 2. colum. ff. de vulga. & pupil. substit. quod videmus quod expressa pupillaris excludit matrem pupilli. l. Papinia. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testam. cap. si pater. in fi. quod est. cap. præcedens, tamen secus in tacita. l. precibus. & ibi no. C. de impuber. & alij substitu. l. fina. C. de institu. & substitu. sub condi. factis.

Etiam videmus quòd filius debet expresè & nominatim exhæredari, non silentio præteriri, sic non sufficit tacitè excludi, seu exhæredari, alias testamentum esset nullum. l. inter cetera. ff. de liber. & posthum. & l. maximum vitium. C. de liber. præter.

Et sic verificatur intentum Io. Mona. hic, pro quo vide

11 Dec. consi. 481. num. 10. in casu. de quo Perusij, quòd † potentior videtur expressa dispositio, quæ habet expressum consensum, quàm tacita. glo. in Clem. sæpe. in ver. partib. circa med. de verb. signifi. quæ reputatur singularis secun dùm Fely. in c. si quis contra clericum. s. de foro compet. & est aurea secundùm eundem Fely. in c. cum dilecta. col. 14. s. de rescrip. & singu. secundùm Imo. in d. Clem. sæpe.

12 col. 30. ad hoc † quod expressus consensus in vno actu, extenditur ad similes, secus in tacito.

¶ De Sepulturis. Rub.

a TESTANTES. De quorum testamento est dictum, quandoque eligunt sepulturam, a vt in c. 1. eo. Et ipsi testantes post mortem habent sepeliri, quandoque secundùm sui electionem, & quandoque secundùm iuris electionem, & quandoq; secundùm maiorum suorum consuetudinem. j. eo. c. 1. & c. 2. & c. licet. & c. fi. ideo subijcit de sepultur.

ADDITIONES PROBI.

a SEPVLTVRAM. De cuius iure & illius translatione ad alios. vide Domi. consi. 32.

¶ Boni-

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Animarum periculis & scandalis &c.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in virtute sanctæ obedientiæ, quid inducit si non pareatur.*
2 *Quare illud quod possum eligere, non possum iuramēto voto, vel alio modo firmare.*
Vltima voluntas debet esse libera.
3 *Ius eligendi sepulturam morienti, si moriens illam sibi non eligat.*
Electio sepulturæ est ius speciale.
4 *Non potest alius a Principe tollere ius commune, ita nec aliud ius speciale inducere, quo arctetur ius commune.*
Inducens contra iura, commodum non habet.
5 *Male agens punitur, vt male inducens ab intento cadat.*
Quare propter fatuitatem vnius alij puniantur.
Impingendum est illi, qui non diligenter quæsiuit.
6 *Quod non est meum, debeo credere ad alios pertinere.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Vltima voluntas est difficilis probationis.*
2 *Voluntas vltima præsumitur esse talis, qualis esse debet secundùm iuris interpretationem.*
3 *Illud quis dicitur velle, quod de iure potest & non plus.*
4 *In voluntate & potestate actus hominum regulantur.*
5 *Voluntas, & authoritas fabricant omnes actus humanos.*
6 *Quare non valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum.*
Reciproca donatio, an impediat factionem testamenti.
7 *Facultati testandi non potest renunciari.*
8 *Quis non potest se facere intestabilem.*
9 *Variabilis & ambulatoria est vltima voluntas, vsque ad mortem.*
10 *In matrimonio, & in testamento maior libertas requiritur quàm in quolibet alio contractu.*
11 *Impediens aliquem testari conuenitur, vt hic.*
12 *Contrahens contra mandatum, vel præceptum legis peccat.*
13 *Sciens me habere ius in aliqua re, non excusatur a dolo, si in ea mandato alicuius aliquid faciat.*

ANIMARVM. Hæc Decretalis habet tria dicta. Nam quidam libertatem electionis sepulturæ voto, vel fide interposita, iuramento, seu aliàs promittendo impediebant, vnde circa hoc primò prohibitionem ponit in ver. [statuentes] inductos 3. §. [si verò] inducentes contra dictam prohibitionem diuersis pœnis punit [in 1 virtute] hæc verba † & sequentia inducunt peccatum mortale, si non pareatur. s. de maiorit. & obedien. si quis venerit, & illud nisi forsan quis dicat, quòd ista sunt ver a ba comminationis. j. de iure patro. relatum, a in fi. [ad vo uendum.]

2 Sed quare† illud quod possum eligere, nō possum voto vel iuramento, vel alio modo firmare?

b ¶Solu. hæc electio est pars vltimæ voluntatis.b Et quia c vltima voluntas c debet esse libera. d C. de sacrosanct. ec- d clesi. l. 1. ob hoc ligari non debet libertas dictis vinculis e argu. j. de sponsal. gemma. e argu. C. de inutil. stipula. libera.

3 ¶Item † ius eligit sepulturam morienti, si moriens sibi non eligat. j. eod. c. 1. & c. sequ. 1. respon. & c. vlti. vnde f hoc ius non debet impediri f nisi nuda & mera testantis electione, vt hic & non adiectione, quoniam libertas electionis tolleretur.

Item electio sepulturæ est ius speciale contra ius commune inductum. j. vers. proximo.

Et hoc speciale solus Princeps (qui est. s. ius) inducere 4 potest. Et ob hoc sicut non potest † g alius a Principe tol- g lere ius commune, ita nec aliud ius speciale inducere, quo arctetur ius commune.

Et ex hoc concluditur quare hic deceptus punitur, sicut contra iura attentans [firmitatis] quia hæc præmissa tollūt libertatem electionis, & ideo quia hæc sunt contra substantiam electionis, ob hoc hic adiecta inficiunt electionem. arg. j. de condi. appo. c. vlti.

Et ob hoc electione sublata mortuus secundùm dictamen iuris communis est sepeliendus. j. eo. versi. proximo. [sepulturam.]

No. hāc decisionem optimam: nam sic decidit ꝙ indu h cens contra iura cōmodū non habeat, h nec inductus cōtra præmissa faciat, & ꝙ secundùm ius cōmune illi fiat.

5 Est ergo sancta decisio quia † male agens punitur, vt male inducens ab intento cadat, & male inductus, qui inductioni huius consensit electionem supulturæ perdat & ius commune inconcussum remaneat [corporum.] s. eo. cum liberis. [ad eosdem.]

Et est ratio, isti fecerunt indebitum. s. eo. 1. respon. & 2. & ideo quod est eis indebitum & debitum Ecclesiæ parrochiali, illi est restituendum.

Sed quomodo propter fatuitatem vnius fratris contra hanc prohibitionem facientis, ecclesias & cemiteria inducentium punientur? respondeo ecclesia debet scire qñ recipit alienum iure communi, quomodo vel qua electione est effectum suum.

i Et ideo est sibi impingendum i si diligenter non quæsi- 6 uit, quod † enim non est meum debeo credere ad alios k pertinere. C. vnde vi, conquerebatur. k [eo ipso]. i. sine alterius iuris adminiculo. no. s. hoc lib. de elect. q̃ sit in fi.

ADDITIONES PROBI.

a RELATVM. Vbi vide quæ latè dicit Panor. in ipso proposito.

b Vltimæ voluntatis. Quæ † difficilioris videtur proba- 1 tionis, quàm solemnitas super ea occurrēs, licet probatio voluntatis respiciat ius gentium, non autem probatio solemnitatis, quæ dicitur de iure positiuo. istam comprobat Alex. in consi. 47. col. 2. abundè per celeberrimos. volu. 2. vbi concludit satis esse quod appareat testes esse rogatos, vel a testatore, vel a tabellione, vel etiam a quocunque alio, dummodò hoc vltimò casu fuerit factum præsente, & intelligente, & patiente testatore.

c ¶Vltima voluntas. Quæ † præsumitur esse talis qualis 2 esse debet secundùm iuris interpretationem. Bald. in l. 1. col. 5. C. de sacrosanct. eccle. no. Io. de Ana. consi. 28. col. 2. visis. vbi dicit in princ. consilij, ꝙ verbo, facto tacitè, & expresśè, nuda & solemni voluntate apparet: & hoc est quod vulgo dicitur voluntas testatoris est ambulatoria vsq; ad mortem. l. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de adimen. lega. Et Bolog. ibi in additio. ad eundem Io. de Ana. col. 2. dat aliqua quibus fiat mutatio voluntatis vltimę, siue testamenti per aliud testamentum solemne, videlicet, & verbo, qñ declarat se non velle suum testamentum per antea factū valere, & hoc debet probari ad minus per tres testes.

Vide Anto. de Butr. consi. quod exorditur, condidit, in vlti. car. & Alex. consi. 54. col. fi. viso puncto. vol. 4. & consi. seq. num. 2. Pro primò dicto vide etiam eundem Alex. consi. 122. num. 5. viso puncto. vol. 4. vbi subdit similia, ꝙ 3 illud † dicitur quis velle quod de iure potest, & non plus. Bal. c. 1. s. de iura. calum.

Idem dicimus in contrahente, ꝙ non præsumitur voluisse, nisi id quod statutum disponit. Bart. in l. hæredes. ff. ad Trebel.

4 Vlterius adde ꝙ † in voluntate & potestate, actus hominum regulantur. quod comprobat Alex. consi. 52. nu. 27. circa hanc. volu. 4. & apud eundem Alex. consi. 123. in prin. scripsit ecclesiasticus. eo. vol. 4. ibi. ꝙ duo sunt ex quibus actuum humanorum constat effectus, videlicet volūtas & potestas, quorum si alterum desit, nihil est, quod explicari nequeat ita probatur in cap. cum super abbatia. in ver. posset & nolet. s. de offi. deleg. in l. si filio. de dona. ante nupt. C. l. omne verbum. C. commu. de lega. in ver. voluntas legitima. & ibi Bar. colligit per illum tex. ꝙ volun- 5 tas † & potestas fabricant omnes actus humanos, quod voluit Io. And. & alij in d. c. cum super.

Item est maxima in iure, ꝙ mens & voluntas cōtrahētium magis debet inspici, q̃ verborum conceptio. l. fin. C. quæ res pigno. obli. pos. cum simil. adductis per Ias. in consi. 84. col. 3. vol. 3. verba conuentionis.

Et sic data est regula, ꝙ in omni actu voluntas cum potestate requiritur. Bal. in d. l. omne verbum. col. 2. C. cōmunia deleg. & in l. cum te. per illū tex. C. de donat. ante nupti. dicit tamen idem Bal. in l. cum testamentum. C. de iu. & facti igno. ꝙ imo tria sunt necessaria, volūtas, potestas, & scientia. Sed tamen ꝙ de scientia dicitur satis sub capite potentiæ comprehenditur.

Et quæ dicta sunt de volūtate intellige maximè de voluntate testantis, quia illam lex pedetentim sequitur sicut venator leporem. Bal.in l.fina.C.de nec.seruis hæredib.institu.de quo latè per Ias.in consi.66. in princ.viso testamento.vol.3.quem vide in consi.104.col.fi.vol.4.vbi dicit ꝙ in vltimis voluntatib.voluntas testatoris tāquàm Regina regulat dispositionem legis.

d Libera. Dic† ꝙ ratione huius non valet donatio oīum 6 bonorum præsentium & futurorum,secus tamen si dicatur ꝙ donat omnia bona sua præsentia & futura reseruata sibi certa re vel quantitate, quia tunc valet talis donatio, nec dicitur impedire liberam testandi facultatem, quia de illa re vel quantitate poterit testari & habere hæredem,sicut dicimus valere donationem omnium bonorum præsentium,reseruatis bonis futuris, quia de his poterit testari.l.si quis argentum. §.sed & si quis. & ibi Bald. C.de donatio.no.Bar.& alij Doct.in l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verb.oblig. Alex.de Imo. in consil.59. num.2.super 1.dub.volum.5.not.Dom. consi.136. col.3. in causa.idem Alex.consi.83.col.pen.visa. vol.2. vbi etiā mouet,an reciproca donatio valeat & impediat testamēti factionem,de quo & latissimè per Ias.in consi.5. vol.3. & consi.60.eo.vol.

7 Ista enim testandi † facultas est adeo fauorabilis,quòd ei non potest renunciari,ita ꝙ talis renunciatio impediat testamenti factionem, hinc est ꝙ si testator dicat nolo me posse vlterius testari,nec vlterius me pœnitere, nihil est.not.Alex.consi.7 col.pen.vol.4.videretur prima fronte.quem vide consi.44.videtur.eo.volu. & est ibi repetitum.sic idem. pro hoc iuuat quod citat Domi.in consil. 8 115.super dubio. vbi dicit ꝙ quis † non potest facere se intestabilem,cum sit cōtra bonos mores.l.stipulatio hoc modo.ff.de verb.oblig quod idem Alex.latius comprobat consi.25.viso.volu.3.quem vide consi.28. eo.volu. & d.consi.83. d.colum.pen.& fina. Sed bene potest facere derogationem secundæ voluntati, dicendo, ꝙ si fecero, non valeat.Bart.& alij in l.si quis.in princip.de legat.3. Et hæc derogatio submouens secundùm consensum præstat illi impedimentum, nisi appareat contraria voluntas 9 testatoris,quæ † est ambulatoria & variabilis vsq; ad mortem.c.cum Marthæ.§.de celebrat.Missa. & hoc est quod voluit.d.l.si quis.in princ.videlicet quod quis non potest sibi imponere legem,a qua non liceat recedere aliter testando. ideo nullus dubitat ꝙ qualitercumq; testator in primo prohibuerit dispositionem alterius vltimæ voluntatis,illa prohibitio non est potens ad auferendum sibi facultatem testandi.pro his facit quæ tradit Ias.in cons.64. col.pen.in causa.volu.3. ꝙ viuo testatore & eo inuito nil potest fieri contra testamentum & contenta in eo, non nocent eidem etiam si in eo fateatur multa,quæ vergant in eius detrimentum, ideo non fit eius publicatio viuēte eo:& notarius non potest cogi per exterum ad tradendū illud,vt ibi comprobat.

¶In proposito tex.adde de sepultura libera.quæ tradit Pet.de Anch.consi.56.Io.And.in Clem.dudum.vbi multum inuehit contra opinionem Io.Mo.per Io.Andr.citatum in Cle.dudum.isto tit.vide Domi.in consi.1.

e Gemma. Dic ꝙ in matrimonio † & in testamento ma-10 ior libertas requiritur,quàm in quolibet alio contractu. not.Pet.de Bellaperti.in l.2.C.si quis aliquem testa.phib. refert Aureol.in ca.vnico.de sponsal. & matri.in addi.ad Guiller.de Monte Lauduno.

f Impediri.Vide de eo,qui † aliquē testari impedit Ant. 11 de Butr.consi.incip.inquantum Paulus.in pen.car. vbi cōcludit duplex remedium eidem competere, videlicet actionem de dolo ad interesse.l.si quis affirmauerit. ff.de dolo.& secundùm aliquos agere ad duplum conditione ex lege.vt hoc ibi latè comprobat.

g Non potest.Tex.in Cle.ne Romani.in prin. de electio. Pau.de Cast.consi.66.col.2. num.2.dubia supra scripta. in 1.par.

h Non habeat.Dic ꝙ non † solum commodum habere 12 non debet,sed etiam peccat per ea quæ no.Alex.in consi. 12 39.num.3.viso statuto. vol.4.vbi dicit ꝙ contrahens contra mandatum,seu præceptum, aut prohibitionem legis, peccat.per id quod habetur in c.2.§.de maior.& obed. & 11.q 3.c.qui resistit.no.idem Alex.in consil.102.col.1.cū statutum dirigit prohibitionem.eo.vol.4.vbi citat vnam theoricam in proposito dicens omnes ferè legistas & canonistas concludere non debere fieri differentiam an lex vel statutum loquatur in personam,prohibendo personā contrahere, vel loquatur in personam, prohibendo vel innuendo certum actum.

i Impingendum.Vide quæ in simili voluit Pet.de Anch. cons.49.de iuribus.& Neapol.decis.82.dubitatur. vbi latè tractant de male eligentibus.

k Conquerebatur.Alex.consi.21.num.8.repetitio.vol.4. pro hoc alleg.l.fi.C.commu.vtriusq; iudi. eundem Alex. vide in consi.36.visis his.vol.1.vbi num. 3. vnum dicit, ꝙ 13 vbicumq; apparet † ex aliqua præsumptione ꝙ si Titius sciebat me habere ius in re aliqua quamquàm de mandato alterius in dicta re aliquid faciat,non excusatur a dolo. alleg.Saly.in l.non ideo minus.q.2.C.de accus.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Cum quis cuius maiores sunt soliti ab antiquo &c.

SVMMARIVM.

1 *Natura originis est potior acquisitione,sic natura regenerationis.*
2 *A maiori est facienda denominatio.*
Quis dicatur habere domiciliū,& per quem modū constituatur illud.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Episcopus duarum diocœsum simul vnitarum decedens in vna, an altera habebit portionem.*
Perfectior facit cessare minus perfectum.

a CVM QVIS. a Hæc decre.habet tria dicta.Ecce primum [sacramenta.]Nam cum concurrebant Ecclesia parrochialis,in qua quis consueuit recipere ecclesiastica sacramenta,in quis de iure communi habet sepulturā, & alter locus in quo consueuerunt maiores illius sepeliri,dico nulla electione facta per istum, ecclesiam parrochialem esse potiorem. argu.ff.ad municip. l.libertus. §. præscriptio.

1 Nam sicut natura † originis est potior acquisitione, vt d.§.Sic natura regenerationis.quæ est per sacramēta,quæ debent assumi in ecclesia parrochiali,erit potior cōsuetudine,quæ dat ius sepulturæ.arg.ff.de lib.& posthu.l.filio.§. quęsitum. [portionem] ar.ff.de leg.1.Titię textores.secus 2 si instructior esset in vno loco.Nam † a maiori b est facienb da denominatio.arg.ff.de statu homi.l.quæritur. & no.§. hoc lib.de ver.signi.c.vlti.

Vbi autem quis dicatur habere domicilium,& per quē modum constituitur,habetur.ff.de ver.signi.in l. C.de incol.ciues.lib. 10.[Si quis]hoc.§.deciditur dubium Doctorum.no.§.eo.fraternitatem.

ADDITIONES PROBI.

a CVM QVIS. Pro intento tex.nostri vide ea quæ not.Card.consi.90. Episcopus Feltren.vbi mouet dubium. Si Episcopus † duarum diocœsum simul vnita-1 rum (vt dicitur de Valen.& Dien.in delphinatu) moriatur in vna earū,putà Valen.& in illius Ecclesia cathedrali sepeliatur. An portio aliqua debeatur Ecclesiæ Dien. breuiter dicit quòd portio diuiditur pro æquali, quod ibi comprobat maximè per ea quę hic in text.dicuntur,ratio videtur data per ea quæ scribit Do.consi.1.in princ.

b A maiori.vide Ioan.Mon.& ibi dixi in c.statutum.de electio. vltra quæ adde pro comprobatione huius dicti 2 quando concurrit † qualitas minus perfecta perfectorum perfectior facit cessare minus perfectā.l.si reus.ff.de duo. reis.& l.generaliter.& l.si reus.ff.de fideiusso.quibus iunge,quæ tradit Signorol.consi.95.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Is qui habet domicilium in ciuitate,vel castro &c.

SVMMARIVM.

1 *Periculum imminens ius commune immutat.*

SVM-

SVMMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Mulier fulgere debet radijs mariti.*
2 *Mulier popularis rupta in domo nobilis, dicitur nobilis.*
Vxor dicitur de familia mariti.
3 *Per fœminas, agnationes, & familiæ minimè conseruantur, cum sint caput & finis suæ familiæ.*
Fœmina eo ipso quòd traditur nuptui, in alienam transit familiam.
4 *Soror appellata est, quasi seorsum nascens, separaturque ab ea domo, in qua nata est, & in aliam transgreditur familiam.*
Vxor sequitur forum mariti.
Vxor videtur se supponere legibus vrgentibus in domo viri, etiam si eas ignorauerit.
5 *Filia nupta an dicatur familiæ mariti vel patris.*
6 *Maritus & vxor sunt vna & eadem caro.*
7 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*
8 *Eadem est ratio principalis & additamenti.*
9 *Fœmina naturalis si nupserit viro legitimo & naturali, legitima efficitur.*
10 *An radij mariti resplendeant in vxorem, post mortem viri.*
Vidua dicitur de domo & familia viri, quia videtur stare in primo matrimonio quandiu est vidua.
Vidua appellatione vxoris venit, quia quandiu est vidua censetur in seruitio viri esse.
11 *Expedit potius reipublicæ bonum honestum, quàm multiplicatio hominum procedentium ex corruptis moribus.*
Secundæ nuptiæ sunt signum incontinentiæ.
12 *Vidua Regis Regina appellatur.*
Vidua committens stuprum quomodò puniatur.
13 *Cessante causa, cessat effectus.*
Vidua in quo loco debet sepeliri.
14 *Non debet induci discrimen ex dominio locorum.*
15 *Non debet amplius habere castitate luxuria.*
16 *Vidua impudica desinit esse de domicillo viri.*
17 *Titulus inualidus non transfert dominium.*

IS QVI. Hæc decreta. duo dicit Ecce primum [dictæ ville]. arg. ff. de pignor. debitor. ff. de hæred. iusti. ex facto. §. rerum. & ff. de verb. signifi. malum. in fi. [deportari] 1 Not. periculum imminens † ius commune immutat. s. hoc lib. de procura. si duo. §. sane. & j. eo. c. fi. [Tumulanda a.] ff. ad municip. l. filij. §. vidua b. ff. de senato. fœmine. C. de incol. l. fi. lib. 10. quod est verũ si fuit legitima vxor. argu. ff. ad municipal. l. de iure. §. fi.

ADDITIONES PROBI.

a 1 TVMVLANDA. Hic habes regulã quòd mulier debet fulgere radijs mariti, quod comprobo multifarie multisq; modis: Primò iuribus. Secundò authoritatibus. Iuribus quidem vltra Ioan. Mona. hic adduco. l. primam. de dignita. lib. 12. C. tex. in l. benè a Zenone. C. de quadri. præscript. l. fi. §. Item rescripserunt. ff. ad municipa. & de incol. l. cum quędam puella. ff. de iurisd. omni. iudic melior text. in l. fœminæ. ff. de senatori. in Auth. de consulib. §. hæc itaq; col. 4. l. fi. C. de nupt. l. si Augustæ. de leg. 2. not. Cardi. consi. 91. versi. ad vltimum. A. vsurarius manifestus.

¶Authoritatibus verò. Primo habeo Bart. in l. fi. num. 2 2. C. de verbo. signifi. vbi dicit † ꝙ mulier popularis nupta in domo nobilis dicitur nobilis, quod post Pau. de Cast. & Fulgo. sequitur ibi Ias. num. 15. ratio, quia vxor dicitur de familia mariti. l. quicunq; vbi Bart. de re milit. lib. 12. C. Probat text. in l. penul. §. Iulianus ibi, qui filiam suam maturius in familiam sponsi perducere voluit, & ibi Alber. ff. ꝙ falso tuto. authore. sequitur Bald. in d. l. maximum vitium. col. fi. versic. 4. quia ista filia nupta. C. de liber. præteri. Maria. Soci. in consi. 30. col. 3. versi. nec obstare videtur, quod exorditur. lex; quãuis. ex his quæ. s. vbi 3 dixit quòd per fœminas agnationes & familiæ minimè conseruantur, cum sint caput & filius familiæ suæ. vt in l. pronunciatio. §. fi. ff. de verbo. significat. fœminæ enim eo ipso quòd traduntur nuptui, in alienam transeunt familiam, prosequitur Deci. in l. 1. colum. 3. versicul. illud etiam notandum. C. vnde vir. Angel. consi. 283. colum. 3. circa finem. in aduertentia. vbi dicit quòd conseruatio non cadit in agnatis fęmininis, quoniam transeunt in 4 aliam familiam & aliam agnationem. facit quia † soror appellata est quasi seorsum nascẽs, separaturquè ab ea domo in qua nata est, & in aliam familiam trasgreditur. Socinus, vbi supra post Aulum Gellium lib. noct. Actica. 13. cap. 10. & hac de causa sortitur forum viri. no. per scrib. in d. l. cum quædam puella, adeo quòd etiam si vxor litiget cum marito se defendendo, sequitur forum mariti, pro hoc habeo doctrinam Bal. post tex. ibi in cap. constitutis in 2. not. supra de testibus sequitur Bald. Iason in dicta l. cum quædam, sub numero primo, ratione cuius dicitur ꝙ vxor videtur se supponere legibus vigentibus in domicilio viri, etiam si eas ignorauerit. Cuma. consil. 26. cui statutum Paduę.

5 Et sic † habemus concludere filiam nuptam, fore familiæ mariti, non patris, quod sane intelligitur videlicet in his duntaxat quæ ad obsequia (marito præstanda) pertinent, in aliis autem secus, putà circa honores, priuilegia, munera, & similia, propterquæ a viri famulatu non distrahatur, facit quia ea retinet quæ sunt propriè ciuitatis. & non desinit esse ciuis illius. Barto. in l. fi. §. Item rescripserunt. ff. ad municipal. & de incol. & ea ratione si testator prohibuerit quicquàm alienari extra familiam, poterit alienari in fœminam nuptam. Bal. per illum tex. quem ibi sequuntur Paulus de Cast. & Corneus, ac alij moderni in l. voluntas. C. de fideicommis. firmat Fel. in c. super eo el 2. col. 1. s. de testibus.

In simili de statuto nisi statim loqueretur de ciue non simpliciter, sed vtendo verbis denotãtibus actualitatem facti, putà de ciue qui facit factione. Card. consil. 135. Titius.

Pro dicto Bal. & aliorum vide hic Pet. de Ancha. nu. 3. & Domi. qui firmat, ꝙ ea quę sunt in fauorem vxoris retinet, per l. quotiens, de priuileg. scholar. lib. 12. C. & post eos Philipp. in §. mulier h oc c.

Et redeundo ad thema, facit alia ratio, quia cum mari-6 tus & vxor † sint vna & eadem caro. Genesis. 1. c. fin. s. de coniug. leproso. c. Martinus. s. de cognatio. spiritu. & c. debitum. s. de bigamia. c. fina. 23. q. 5. dicanturque socij diuinæ & humanæ domus. l. aduersus. C. de crimi. expila. hęre dita. Oldra. cons. 95. col. 3. Ang. cons. 141. in prin. super eo. allegat. l. quamuis. C. de furt. & l. 1. ff. rer. amota. per quem tex. dicitur quoddammodo domina bonorũ mariti. Raphael. Cuma. consi. 89.

¶Aequum est igitur, prout & rationi cõgruit vt mari-7 ti nobilitate vxor fulgeat: cum vna eademq; res res † nõ debeat diuerso iure cẽseri. l. eum qui ędes. ff. de vsucapio.

¶Istud firmatur per ea quæ dicimus de rebus insimul cõiunctis, in quibus consequitur quis per alium quod nõ per seipsum. no. per scriben. in l. si communem. ff. quẽadmo. seruitu. amittan. Ias. in l. emancipati. nu. 12. cũ seq. C. de collatio. idem Ias. in l. si quis ex argẽtarijs. §. cogentur. ff. de eden. & in l. 1. col. 1. C. de transact.

¶Item ratione huius vnionis (dico carnis) quia vt dixi vna & eadem caro sunt. vxor consepelitur viro. Io. And. hic in nouel. cum quo Pet. nume. 4. dicentes idem in filio, quia vna caro est cum patre: & vxor videtur quoddã additamẽtum ad virum: sic occurrit in campo doctrina Io. 8 Mo. in c. quamquam. in fi. s. de elec. vbi dicit eandem † fore rationem principalis & additamenti (& ibi dixi) quæ vide pro firmiori fundamento.

¶Item moueor, quia infortunia vnius dicuntur esse alteri cõmunia. l. si cum dotem. §. sinautem. ff. sol. mat. hinc succedit regula iuris: qui sentit onus sentire debet & cõmodum. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & qui in vno grauatur in alio debet alleuiari. l. eum qui. ff. de iureiur.

¶Præmisso themati astipulatur dictum Ang. in Auth. quib. modis naturę effic. sui, in §. quod vero in fi. colla. 7. 9 ꝙ † fęmina naturalis tantum, si nupta sit viro legitimo & naturali: ipsa propter qualitatem mariti, legitima efficitur. sequitur Dec. in l. fœminæ, nume. 9. ff. de regu. iur. rationem assignant, quia capacitas viri ad vxorem porrigitur. Bal. in l. si quis. per illum tex. C. de natura. liber. Meritò potest dici qualitas iuxta diffinitionẽ qualitatis, quæ dicitur, quicquid substantiæ additur: seu vltra substãtiam. Et hæc nota quia videtur, nouus casus, in quo quis efficitur legitimus & hoc iuris ministerio, non hominis, videlicet Principis.

Ioan. Mon a. Card.

¶Ad idem, quòd si nobilis, qui non tenetur ad tributa soluenda, contraxit matrimonium cum plebeia siue (vt ita dicam) villana, quæ habebat bona patrimonialia, pro quibus solita erat contribuere cum alijs vicinis in collectam, cui nobili bona ipsa in dotem dedit, non tenebitur ad munera patrimonialia mixta, vel extraordinaria, vt not. tradit Iacob. de Bellouisu in l. Lucius. § idem respondet. ff. de muner. & hono. refert Lupus in repe. rub. col. 6. vers. ad idem. s. de dona. inter vir. & vxor.

Præmissa. n. videntur habere locũ vita mariti comite.

10 Sed maius dubium oritur an † radij honoris & dignitatis ipsius mariti in personam vxoris post mortem resplendeant, licet Scrib. hic aliquid citent, vltra tamen eos addere conabor. Primò habeo ꝙ vidua dicitur de domicilio, & familia viri. text. est in l. filij. §. ff. ad municipal. & de incol. vbi Bart. reddit rationem, quia videtur stare in primo matrimonio quandiu est vidua. l. fi. C. de bon. mater. verũ si sit j. tempus luctus, cum nubere non possit in corpore. Ang. d. consi. 41. Ias. sequitur Bar. in l. suggestioni. nu. 16. C. de verb. sign. Alex. vol. 7. consi. 125. sub num. 6. viso processu vertentis. vbi dicit quòd viduæ retinent statum quẽ in matrimonio habebant, ratione cuius vidua appellatione vxoris venit. testatur idem Alex. consi. 20. num. 7. vol. 2. & quandiu est vidua censetur in seruitio viri esse. Ang. consi. 142. super primo inquirendum.

Vidua enim debet seruare honorem viro donec tenet viduitatem, & valet conditio viduitatis. auth. cui relictũ. 11 C. de indict. viduita. tol. vbi Bald. dicit ꝙ potius † expedit reipublicę bonum honestum, quàm multiplicatio hominum procedentium ex corruptis moribus, teste Valerio in tit. de institu. antiq. ꝙ secundæ nuptiæ sunt signum incontinentiæ. meritò dicitur quod vidua nubens non reputetur caste viuere. Ideo relictum a viro sub conditione si caste vixerit, si nubat, legatum non deberi, secus in extraneo, vt latè comprobat Pau. de Cast. consi. 259. nu. 6. omnis difficultas. in 1. par.

Vltra præmissa pro themate habemus gl. in Authẽ. de consuli. in verb. claritate. in §. hæc itaque. col. 5. gl. in c. ex parte. B. quæ est finalis. in fi. s. de fo. comp. quæ dicit quod 12 vidua † Regis Regina appellatur, eandem gl. communiter sequuntur Doct. secundùm Fel. ibi in princ. Barb. consi. 6. num. 6. vol. 1.

Inquantum s. diximus ꝙ viduæ retinent statum quem in matrimonio habebant, istud potest clarè comprobari per ea quæ citat Paul. de Cast. consi. 147. reuocatur in dubium in 2. par. dum dicit ꝙ vidua se supponens committit stuprum, & propter hoc repellitur a repetitione dotis, cum dicatur violare matrimonium putatiuum & fictum, quod dicitur (viuente ipsa vidua in viduitate) durare: fingiturq; idem matrimonium, cum gaudeant priuilegio primi matrimonij. Ideo debet viduitatẽ inuiolatã cõseruare, alias punitur sicut violans matrimonium.

Item sicut nõ licet violare matrimonium, ita nec opinionem matrimonij, vel fictionem. argu. not. in cap. plerumq;. s. de diuor.

Sic in puncto thematis habemus concludere, ꝙ licet vita mariti esset causa dignitatis, & mors illius extinctionis apparentis causa, sic succedit verissima & vulgata conclusio fundata in c. cum infirmitas. s. de pęniten. & remis. l. generaliter. C. de episc. & cler. & l. adigere. §. quamuis. ff. 13 de iure patro. videlicet ꝙ cessante † causa cessare debet effectus idem. c. cum cessante. s. de appella. cum alijs infinitis, tamen ex quo dicimus ꝙ vidua quousq; nupta fuerit alij viro, retinet nomen primi, debebit inhumari in loco sepulturæ mariti sui præmortui, & in hoc resident hic Io. And. Archi. Domi. Petr. & Philip. etiam si tempore mortis non reperiatur morari in domo defuncti, quia licet vidua ipsa ad domum parentum sit reuersa, nihilominus ex quo in eodem matrimonio videtur perdurare. §. soluto. in Auth. de nupt. collat. 4. & priuilegium huiusmodi datum sit personæ, & non loco: quodq; † non debet 14 induci discrimen ex differentia locorum. C. de tempo. in integ. restitu. l. superuacuam. & l. si vltra medium. C. de præscrip. longis. tempo. Io. Mo. in c. cupientes. num. 12. de elec. hoc lib. debet ergo gaudere huiusmodi priuilegio, & in hoc etiam resident præfati Scriben. licet Guiller. de Mon. Laud. hic videatur tenere partes aduersas dicens ꝙ si mortuo viro ad parentes sit reuersa animo se totaliter transferendi etiam per vnicam horam. c. fin. & ibi plenè per Hostien. s. de parroch. & moriatur ab intestato, tunc parentum sepulchrum debet sequi potius quàm mariti, cum pater onus sepulturæ subeat, non maritus. ff. de religio. & sumpt. funer. l. ꝙ si nulla, tamen præfatis astipulatur, & sic non deuiat a communi, quam habes intelligere, vt præmissa omnia procedant tam respectu sepulturę quàm aliorum priuilegiorum dignitatum & prerogatiuarum, si vidua ipsa caste vixerit.

¶Sed si luxuriosè viueret, in nullo gauderet priuilegio viri. probant Bal. & Saly. post tex. in l. his solis. C. de reuo-15 can. donatio. vbi glo. fina. dicit quòd nec amplius † debet habere castitate luxuria. Auth. de restit. & ea quæ parit. §. fi. facit tex. in l. 3. §. videamus. Ibi ne melior conditio sit eorum qui deliquerunt. cap. eum qui. s. de præben. hoc lib.

Intentum comprobat Fely. in c. significantibus sub nu. 7. s. de offi. deleg. ibi no. quòd priuilegia data viduis intelliguntur de viduis honestam vitam seruantibus.

¶Facit quia scholaris non studens non gaudet priuilegio scholarium, sicut enim studium est vnum essentiale scholasticis. Ita viduis caste viuere: vt vterque prærogatiua a iuribus in eorũ fauorem introducta gaudeat. istud prosequitur idem Fely. in cap. pastoralis. num. 6. & 7. s. de iudic.

¶Facit dictum Ang. in d. l. cum quædam puella. quòd 16 vidua † impudica desinit esse de domicillo viri, comprobatur per illud vulgatum, quòd viduæ miseria, virũ mortuum afficit ignominia.

Et hæc sufficiant pro hac modificatione: quæ videntur comprobare illud Io. Mo. hic, dum dicit si legitima fuit vxor, quia si post mortem impundice viuat, non dicitur legitima saltem respectu morum & aliorum honestatis, ideo sicut dicimus ꝙ vidua quæ de iure non potuit esse vxor, non potest hæres institui. l. fi. de leg. 1. l. 2. circa fi. ff. de his quib. vt indig. Bar. in l. miles. § mulier. circa fi. ff. de milita. testa. sic dignitate viri non suffragabitur.

17 Facit in argumentum ꝙ † sicut titulus inualidus non transfert dñium. l. fi. cum ibi no. C. de non alien. l. non dubium. C. de legib. Corn. consi. 908. col. fi. litera. K. in 1. par. cuius est initium, uidetur j. facie. Ita dicemus ꝙ matrimonium nullum, nullomodò habet trãsferre in mulierem prærogatiuam huiusmodi.

b Vidua. Vltra ea quæ dicta sunt in præcedenti apostilla, de uidua. uide Alex. in consi. 20. viso processu. vol. 2. & ibi latè & Dec. consi. 485. casus de quo quæritur.

Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Licet pater minores filios, qui nequeũt antequam &c.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo & electio, & ius commune dant ius sepulturæ.*
In dubio ordo scripturæ est seruandus.
2 *Castrense peculium, & quasi Castrense quid dicatur.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Argumentum ab ordine scripturæ valet.*
Primo nominatus videtur dignior.
2 *Canonici regulares dicuntur monachis minus digni.*
3 *Ordo scripturæ, designat ordinem voluntatis.*
Pudor est allegare gl. vbi habemus textum.
4 *Prior in ordine scripturæ præsumitur prior in tempore.*
Ordo prioris denominationis, demonstrat ordinem charitatis & maioris dilectionis.
5 *Ex ordine verborum præsumitur ordo intellectus.*
Quod prius est in voce, præsumitur prius esse in sensu.
6 *Forma mandati est seruanda.*
7 *Ordo talis præsumitur qualis esse debet.*
In concursu duorum præsumitur id factum quod erat faciendum.
8 *Ordo verborum reducitur ad ordinem intellectus & rationis.*
9 *Abbates præferuutur alijs prælatis inferioribus sæcularibus.*
Ille præsumitrr maior, qui primo nominatus est.
10 *Maior religio dicitur, ad quam transitus permittitur.*
11 *Filia non habet in dote priuilegium testandi, quod habet filius in quasi Castrensi peculio.*

11 *In*

12 *In laicis peculium est quadruplex, & in clericis duplex.*
13 *Pater nihil habet in bonis filijs prouenientibus ratione beneficij.*

LICET. Hic duo dicuntur, ecce ergo [cõsuetudo] 1 nota hic † ꝙ consuetudo, & electio, & ius commune dant ius sepulturæ. Et consuetudo hic dat quod ius commune denegat [tumulandi] Sed cum hic sit disiuncta cu-a ius erit electio, videtur in dubio a ordinem b scripturæ b seruandum. s. hoc lib. de præb. mãdato. & sic habens c cõ-c suetudinem obtinebit vt hic. & s. cum quis. 1. Respon. & amici defuncti quorum interest & quibus imminet cura tumulandi.

¶Sed videtur ꝙ Ecclesia parrochialis habeat electionem, vt not. s. eo. cum quis. 1. Responso. arg. s. hoc lib. de rescrip. duobus. 1. Responso. dic Ecclesiam parrochialem contendentem cum alia potiorem.

Sed si non contendat, dic amicos habere electionem huius, vel illius.

¶Vel dic Ecclesiam parrochialem potiorem vbi parrochianꝰ decedit in parrochia, sed si alibi, secus, vt hic. & c. is qui ibi, in qua potius. Et ratio potest esse propter onus incumbens amicis [sepulturam] cum hoc casu non sit in potestate paterna, cum sepultura sit post mortem, quo filiusfamilias non est in paterna potestate [iudicare] Id est in vltima voluntate dare, nam sicut iudicium in vno sensu idem est quòd vltima voluntas. vt not. s. de iudic. in rub. sic iudicare in vno sensu, idem est ꝙ in vltima voluntate relinquere, vt hic [non potest.] ff. de dona. causa mor. cum is.

¶Sed hoc fallit in castrensi, vel quasi peculio, vt hic. Et 2 est † castrensæ peculium ꝙ a parentibus vel cognatis in militia degenti donatum est, vel ꝙ ipse filiusfa. in militia acquisiuit quæ acquisiturus non esset nisi militaret. ff. de castren. peculio. l. castrense.

d ¶Sed quasi castrense d est, quod acquirit e filiusfa. ad-e uocatus, in aduocando. Nam isti militant. C. de aduoca. diuerso. iudic. aduocati.

ADDITIONES PROBI.

a IN DVBIO. Vide Lap. alleg. 60. quædam puella.

b ¶Ordinem scripturæ. Valet argumentum † ab or-1 dine literę glo. no. in c. quorundam in ver. prædicatorum. s. de elec. hoc lib. quæ vult ꝙ quando duæ personæ in aliqua scriptura exprimuntur, primò expressa videtur dignior. text. in c. Episcopos. 17. distin. facit glo. 2. in fi. c. sedes. s. de rescrip. & ibi Panor. num. 5. vbi hoc limitat, nisi nominentur circa turpia, quia tunc est incipiendum a vilioribus. not. in c. Auaritiæ. s. de præb. per quem text. dicunt curiales Romani ꝙ quando aliqui de aliquo vitio notati nominari habent, primò minus dignius debet no-2 minari, quod patet ibi quia † canonici regulares dicuntur minus digni quàm monachi. c. Deus. s. de vita & honesta. cleri. tamen. in d. c. auaritiæ. primò nominantur.

¶Istud comprobat Præposi. Alex. in c. Isidorus. 16. dist. dicens regulam nostram procedere in his quæ sunt de genere laudabilium.

¶Vide Deci. in c. Nicolao. nu. 3. s. de appella.

¶Et redeundo ad thema. Io. Mona. habeo glo. in Cle. vnica. in ver. Regum, ibi, per quod videtur ex ordine, de baptismo. glo. in c. cum plures. in ver. forma. s. de offi. de-leg. hoc lib. Bart. in l. qui duos. de lega. 1. ꝙ si dominus habens duos equos, vnum relinquit hospitalarijs, alium verò fratribus prędicatoribus, electio erit hospitalariorum, 3 quia primò nominati, ratio quia † ordo scripturæ designat ordinem voluntatis. Bald. post tex. in l. quotiens. ff. de vsufruct. Idem Bart. in l. hęres. la 2. §. peto. ff. ad Trebel. ꝙ ordo scripturæ respicitur inter personas, inter quas cadit affectio.

¶Et quia pudor est allegare glo. vbi habemus tex. glo. in l. sed licet. ff. de offici. præsidis. Ideo adduco tex. in l. generaliter. §. quod si legatum. verò & si fortassis quis rectè dixerit ordinẽm scripturæ sequendum. ff. de fideicom. liber. & ibi glo. in ver. scripturæ. tex. etiam cũ gl. in c. mandato. s. de præb. hoc lib.

4 Bald. in l. aduersus. in fi. C. de furt. dicit quòd prior † in ordine scripturæ, præsumitur prior in tempore. Ias. in d. l. qui duos. de leg. 1. citat ꝙ ordo prioris denominationis demonstrat ordinem charitatis & maioris dilectionis. alleg. Ange. Imo. & modernos. in l. qui soluendo non erat. ff. de hæred. instit. & Bald. in l. penul. 3. oppo. C. de verbo. signifi. & in l. 1. C. de ędictio diui Adria. tol.

Idem Bald. in l. si duas. col. 3. ff. de excusatio. tuto. citat 5 ꝙ ex ordine † verborum præsumitur ordo intellectus, & ꝙ prius est in voce præsumitur esse prius in sensu. l. si seruus communis. ff. de stipula. seruo. per quem tex. Bald. in l. de rebus. C. de donatio. antè nupt. dicit, ꝙ primus in ordine scripturæ dicitur potior in tempore. firmat Petr. col. 1. post text. ibi. in c. penul. de electio. hoc lib. dum dicit text. Is qui primò in instrumento, vel literis procurationis extiterit nominatus.

Et sic habeo ꝙ in mandatis exequendis seruandus est ordo scripturæ, istud tamen intellige prout not. Domi. & Præposi. in c. sit rector. in fi. 43. distin. vbi distingunt, aut constat de mente mandantis ꝙ velit vel nolit ordinem seruare, tunc sequenpa erit voluntas mandantis. Quia 6 forma † mandati exactè est seruanda. c. cum dilecta. s. de rescrip. cum suis concordantijs.

¶Si verò est dubium de mente, & tunc si seruaretur ordo scripturæ, surgeret repugnantia iuris eo casu ordo scripturæ non attenditur. c. causam. s. de rescript. Si verò non surgeret repugnantia iuris. & tunc aut ordo est positus alternatiue, & tunc non est seruandus. s. de rescrip. c. cum inter cęteras. Aut est positus sine alternatiua, tunc procedit glo. in d. c. cum dilecta. quæ concludit quòd aut plura mandantur ęque principaliter, tunc non attenditur ordo scripturæ, quia plus non videtur ponderasse vnum, quàm alterum, aut non veniunt ambo principaliter, sed vnum venit per prius ponderatum, & tunc seruandus est ordo. iste est casus. in d. c. cum dilecta. nam ibi fuit mandatũ vt primò fieret restitutio quæ per prius debebat fieri cum spoliatus ante omnia debeat restitui, & sic per prius videtur mandata restitutio, in hoc vltimò casu non videtur necessarium, vt ordo scripturæ seruetur, per regulam, quòd quia, non attento ordine verbo-7 rum, talis † ordo præsumitur, qualis debet esse. l. talem. in princip. ff. de hæred. insti. facit glo. in l. qui duas. vbi Floria. ff. de seruitu. vrban. prædio. Ex qua colligitur quòd in concursu duorum, præsumitur id factum quod prius erat faciendum. l. illud. ff. de acquir. hæred. & glo. in ver. creatum. in Cle. fi. de rescrip. glo. penul. in c. venerabilibus. de senten. excom. hoc lib. Fely. col. 3. in c. pastoralis. s. de rescrip. & ibi apostilla. ad Panor.

¶Pro hac regula adduco Bald. in c. ad audientiam. el 1. num. 3. s. de rescrip. vbi dicit quòd ordo conuersus non vitiat rescriptum, sed reducitur ad iuris ordinem. c. causam. supra. de rescrip. argu. l. quidam. ff. de pecul. lega. 8 Nam ordo † verborum reducitur ad ordinem intellectus & rationis. d. l. talem, hinc est quod admittitur libellus, peto cogi & condemnari, licet deberet præponi condemnari, est enim præposteratio verborum, non intellectus.

¶Et redeundo ad thema vt in prælatione procedat argumentum ab ordine literæ, vltra prædicta habeo Domi. in c. fin. colum. 1. s. de offi. delega. ibi not. argu. ex ordi-9 ne literę, quòd † abbates debent præferri alijs prælatis secularibus inferioribus. hinc Bald. in l. penult. versicu. tertiò, oppono. C. de verbo. significa. quòd ille præsumitur maior qui primò nominatus est, ratio resultat ex. l. 1. ff. de albo scriben. vbi dicitur quòd digniores prius scribi debent.

¶Item digniora sunt præponenda. glo. fi. in § fi. Institu. de iure natur. gent. & ciuili. glo. post text. in §. aliam Insti. de bono. possessio. istud potest resultari in facti contingentia. vt in c. veritatis, ibi, Episcopo abbati & præpo. circa principium. s. de dolo & contuma. & multis alijs. c. & eorum suprascriptionibus.

¶Et hæc est ratio vna, vt regularibus canonicis præferantur monaci.

Sed quia ad omnes priori loco descriptos extendi dicitur, ideo descendo ad aliam in particulari tractatam videlicet, quia canonici regulares latiori subijciuntur regulæ. c. quod Dei timorem. s. de statu monach. & ea ratione canonici regulares possunt monachi effici. latè per Panor. & alios. in cap. sanè. s. de regular. Cal. eod. titu. consil. 14. cuius initium est, canonici regulares, ergo

datur intelligi (dicit) Deci. in d.c. Nicolao. nu. 3. s. de appellat. quod monachorum religio prefectior sit, & maior † religio dicitur ad quam transitus permittitur. d.c. sane. & c. licet. s. de regul. Nam qui prouehitur a minori ad maius, prouehitur in talibus. c. legimus. 93. distin. circa fi. fi. s. de transla. prælato.

c ¶Habens consuetudinem. Pro comprobatione dicti Ioan. Mona. hic vide quæ tradunt Neapoly. decisio. 173. in causa Hectoris. & decisio. 181. in quodam processu. & decisio. 191. in fi. Michael.

d ¶Quasi Castrense. Alex. in consi. 17. col. 1. visis & opportune. vol. 2. dicit quod filia † in dote non habet priuilegium testandi, quod habet filius in Castrensi peculio vel quasi, quia non reperitur hoc iure cautum. Bald. in l. 2. in penul. col. C. de hæredita. actio. & in l. senium. C. qui testa. facere pos. vbi dicit ꝙ si est factum testamentum in dote (etiam patre consentiente) non valet.

e ¶Acquirit. Vide quæ in proposito latè scribit Alexan. consi. 2. in 6. volu. in consultatione præmissa. & Cardina. consi. 79. thema tale est: vbi dicit quòd in laicis † peculium est quadruplex, profectitium, aduentitium, Castrẽse, & quasi Castrense: in clericis tantum duplex, profectitium, quod prouenit de rebus Ecclesiæ, & Castrense quod prouenit aliunde. Pone exemplum in feudis quæ dicuntur castrensia. Bald. in l. cum multa. C. de bo. quæ liber. de quo sunt recordati Neapolitã. decisio. 183. num. 4. quis debeat præferri, vbi subdunt quod in bonis castrẽsibus filiusfa. potest facere testamentum etiam quod esset in potestate patris, ex quo in istis bonis nõ reputatˀ vt filiusfamilias. vt in l. Macedoniani. C. ad Macedon. l. pen. & l. fi. C. qui testamen. facer. pos. not. in l. fi. C. de inoffi. testamen. Pone etiam exemplum in clerico beneficiato, quia bona ex beneficio prouenientia dicuntur quasi castrensia, de quibus disponit, iuxta glo. in c. præsenti. de offi. ordina. licet fuerit & sit filiusfa. & in potestate patris, quia in eis † pater aliquem vsumfructum non habet. Bal. post text. in l. sacrosanctæ. C. de Episco. & cleri. firmant Neapoli. decisio. 241. quidam notarius, vbi subdunt quòd cum beneficiatus vult succedere in bonis patris cum fratribus, illa non confert. Et si pater ea perceperit, eius hæredes tenentur ad restitutionem vel precium. not. Panor. in cap. quia nos. s. de testamen. cum in talibus dicatur extra patriam potestatem. c. fi. de iudic. hoc lib. & ibi dixi.

¶Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Religiosi. ¶ (nisi a proprijs monasterijs &c.

SVMMARIVM.

1 *Quis debet sepeliri, vbi audit diuina, & Ecclesiastica recipit sacramenta.*
2 *Impossibilitas & incommoditas, ius commune immutant.*
Monachus eligit sepulturam, vbi ad monasterium portari non potest.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Conditio impossibilis vitiat contractum, non tamen modus impossibilis.*
2 *Nolle & velle ab animo dependent, & per extrinseca probantur.*
3 *Monachus an tamquàm procurator patroni, possit præsentare, & valeat præsentatio per eum facta.*
4 *Monachus quos actus facere possit sine abbatis imperio.*
Monachus non potest testari.
5 *Monachi non reperiuntur habiles ad statutum, legem, aut consuetudinem inducendam.*
Qui non potest expressum actum facere, ita nec tacitum.
6 *Romanus Pontifex dat monacho potestatem testandi.*
7 *Romanus Pontifex dat licentiam testandi Cardinali & Episcopo, de bonis acquisitis ab Ecclesia.*
8 *Monachus effectus abbas an possit testari.*
9 *Nulla dignitas liberat monachum a substantialibus regulæ.*
10 *Regula quæ dicit, qui potest testari, potest codicillari, quomodò debeat intelligi, vide hic.*

1 RELIGIOSI. Et est ratio huius capituli, quia † sicut de iure cõmuni quis debet sepeliri vbi audit diuina, & Ecclesiastica recipit sacramenta. s. eo. cum quis 1. respon. Sic monachus audire debet diuina, & Ecclesiastica recipere sacramenta in suo monasterio [non possunt.] Simile. s. eo. Is qui.

2 a ¶Nam † impossibilitas a & incommoditas ius commune immutant, vt hic & ibi.

¶Sed contra. j. de excessi. prelato. nimis iniqua verò, & si quis decedentium.

Sol. hanc intellige secundùm illam, vt monachus eligat vbi ad suum monasterium portari non potest, vt ibi, b alias non, vt hic [nolle b]. s. hoc lib. de electio. si religiosus. 12. q. 1. non dicatis. s. hoc lib. de testamen. c. 2. respon. 1.

ADDITIONES PROBI.

a 1 IMPOSSIBILITAS. Dic quod licet † eius conditio vitiet contractum. l. nõ solum. ff. de actio. & obli. l. impossibilis. ff. de verb. oblig. cum similibus. secus tamẽ est in modo impossibili, quia modus ille non vitiat contractum. firmat Alex. consi. 113. col. penul. perspectis his. volu. 6. ratio quare conditio impossibilis dicatur vitiare contractum, est, quia qui sub tali conditione promittit, quam scit esse impossibilem, nõ videtur habere animum se obligandi. d. l. non solum. Ias. post alios. in d. l. impossibilis. ff. de ver. oblig. quæ ratio militat siue in præteritum, siue in futurum concipiatur, quid enim refert quantum ad voluntatem me obligandi, sine dicam promitto si cęlum digito tetigerit Meuius, vel sic, promitto si cœlum digito tangat, cum vtroq; modò intelligam esse impossibilem, ex quo lex præsumit non esse animum obligandi, quod sequitur Petr. Stella doctor Aurelia. in repet. §. Augerius. l. qui Romæ. ff. de verb. oblig.

2 ¶Nolle. † Nolle & velle ab animo dependere dic & per extrinseca probari, maximè per verba. l. Labeo. ff. de supel. lega. facit quod no. in l. Fulcinius. ff. ex quib. caus. in posse. ea. c. 1. s. vt ecclesiastica. benefi. 22. q. 5. c. humanę aures: refert Petr. de Ancha. consi. 21. num. 6. pro solutione dubiorum.

¶Et dic ꝙ medium inter ista duo, est taciturnitas, & ad deliberationem accedit, vt patet in hærede, qui nisi attingat aliquid, non videtur adire, sed deliberare. facit. l. si duo. ff. de acquir. hæred. tradit idem Petr. de Ancha. consi. 156. col. 2. propter tria.

3 Vlterius dic ꝙ hoc brocardicum tex. nostri induci potest pro comprobatione. q. an monachus, † qui habet potestatem a patrono (pone laico) præsentandi aliquem ad Ecclesiam Patro. viribus subsistat eius præsentatio. Prima facie videtur per tex. nostrum & similes quòd non, funesta enim est vox ipsius & mundo mortuus, ꝙ adeo nec ciuiles actiones, nec spirituales haber actus. c. quàm sit. s. de electio. hoc lib. text. in c. placuit. 2. q. 7. multa possent pro hac parte cumulari, quæ taceo, vt ad vnum reliquum veniam, videlicet ꝙ religiosus parrochialem Ecclesiam per laicum patronum nõ valet præsentari. Rota in nouis. decisio. 262. in religioso: quod videtur durum quia religiosi ab electionibus non sunt excludendi, imo vocandi, & eorum consilium & consensus requirendus. tex. in c. 2. in fi. s. de conces. præb. c. ne pro defectu. s. de elec. ad idem tex. in c. obeuntibus. 63. distin.

4 ¶Et vt paucis multa absoluam. Monachus † eos actus qui pertinent ad pietatem & misericordiam exercere potest sine abbatis imperio, ex iuris communis beneficio, vt latè discutit in proposito Paul. de Leaza. in quadam quæstione incipiente patronis laicis, qui subdit text. nostrum & similes loqui, cum datur monacho materia euagandi, vel veniendi contra suam professionem, & obligationem: contra suam professionem, vt si contingat eum de facto testari, quia non potest, vt latè discutit Maria. Socin. consi. 13. persens consultatio. vbi subdit id etiam non posse induci ex consuetudine. Bald. in auth. 5 ingressi. C. de sacrosan. Eccle. ratio potest esse, quia † monachi reperiuntur inhabiles ad legem, statutum, aut consuetudinem inducendam instar mulierum, forensium, infantium, & similium, qui non computantur in numero eorum, qui possunt legem vel statutum condere, nec operatur aliquid eorum vsus circa consuetudinem. testatur Soci. consi. 7. colum. penul. nunc quæsitorum. quod comprobat per vnum, videlicet ꝙ qui non potest

potest expressum actum facere. ita nec tacitum.l.qui ad certum.ff.loca. Obstant enim duo, vt non possit testari, primum, defectus propriè voluntatis, secundùm, defectus bonorum, & hæc duo de facili tolli possunt p Romanū 6 Pontificem qui † monacho ad libitum dat testandi facultatem, prout id etiam comprobat ipse Soci.in d.consi.13.col.4.& seq.per infinitas rationes & Doctorum authoritates, quas non refero, quia laboriosum & non subtile foret: illum igitur videas, si non desunt luminaria no. Stepha.Bertran.consi.116.quamuis.3.par.vbi pro hoc alleg.Bald.in l.fin.C.vnde legiti. & in authen.nisi rogati.C. ad Trebel.

¶Vnum tamen habes in proposito attendere, videlicet, quòd hæc licentia testandi datur in forma, quando ad certam summam, videlicet ad centum ducatos, vel plus, & componitur cum datario. ita lego apud Alex.VI. in rubr. de licentijs.

Pro hoc puncto vide Paul.de Cast. in l.hæc conditio filiæ meæ.§.si sic.cum l.seq.ff.de condit.& demonstr. vbi 7 loquitur † de concessione testandi facta Cardinali, vel Episcopo, de bonis acquisitis ab ecclesia, quæ tempore indulti fecerat: quod confirmatur, siue Papa sciuerit, siue ignorauerit factum testamentum. quod tangit Alex.consi.95.num.9.requisitus.vol.7.& latius in consi.146. num. 6.& seq.in causa & lite.vol.5.tangit etiam consi.15.reuerendissime.vol.2.

Istud intentum permissionis testandi de bonis ecclesiæ, seu intuitu illius quæsitis prosequitur ipse latissimè Alex.eo.vol.consi.101. Super 1.dubio.in facti contingentia testamenti Richardi de Senis.S.Roma. Ecclesiæ vicecancellarij vnius ex compilatorib.huius lib.6.vt patet in pœmio in §.nos ad apicem.& consi.116. viso chirographo. eo.volu.7.

8 De monacho † autem effecto Abbate, an possit testari Bertran.consi.cap.visis propositis. par.1. mouet dubiū. Et concludit non posse testari etiam de bonis mobilibus intuitu religionis acquisitis, ratio quia talis non desinit esse monachus. c.fi.& quod ibi no.per Docto.s̄.de symo. quod procedit etiam in monacho facto Cardinali, quia vt dicit Bald.in authen.licentiam.col.1.C.de episc.& cler. 9 nulla dignitas † liberat monachum a substantialibus regulæ, quia dignitas facit quem ascendere, sed liberari a substantialibus regulæ esset descendere in deteriorem statum.c.statutum.18.q.1.

Item facultas hæc testandi data religiosis, & alijs debet strictè tamquàm dispensatio (& sic odiosa) interpretari, iuxta ea quæ traduntur in c.non potest. vbi dicimus. s̄.de præb. Ideo ad primum testamentum solum, & non poterit (si in facultate non fuerit expressum) codicillari, quia 10 regula † quæ dicit ꝙ ille, qui potest testari, potest codicillari.l.2.de leg.1.& l.conficiuntur.§.1.ff.de iure codicillo. procedit in eo, qui testari potest de iure communi, secus si de iure speciali.vt probat Dec.consi.512. cum reuerendissimus.

¶De decimis. Rub.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *An decima prædialis solui debeat de præcepto, & an consuetudo excuset quominus integraliter soluatur.*
2 *De quibus rebus soluatur decima & quibus hominibus, vide hic.*
An mala fides prædecessoris, noceat successori in beneficio.
3 *Quis fundatus sit de iure communi ad perceptionem decimarum.*
Laici an præscribant decimas.
4 *Ecclesia potest agere pro decimis, rei vendicatione.*
5 *An deducantur expensæ in decimis.*
Decimæ debentur ratione perceptionis sacramentorum & auditionis diuinorum.
6 *An modus soluendi decimam præscribi possit.*

DICTO de sepulturis, quæ de iure communi habent fieri in Ecclesia parrochiali, etiam de a iure communi decimæ debentur.a s̄.eod. cum contingat.& s̄.de parroch.c.vlti. Ideo annectit b de decimis.

ADDITIONES PROBI.

a 1 DECIMAE DEBENTVR. Steph.Bertran.consi.14.viso processu.par.1.tangit. An decima † prædialis solui debeat de præcepto. & an consuetudo excuset quominus integraliter soluatur, & dicit consuetudinem non excusare, & hæc est communis canonistarum.glo.in c.in aliquibus.s̄.isto tit.vbi Innoc.Hostien.Ioan. Andr.& communiter Doct. gl.in c.quicunq;.16.q.7. Firmat idem Bertran.ea parte.consi.116.in prin.illud est indubitatum, & ibi latius, quàm in præcedenti. tangit etiam idem consi.132.Perceptio.& consi.156.decima soluenda.ea parte. 2 vbi ponit de † quibus rebus soluatur decima, & a quibus hominibus. idem in consi.6.vidi casum.in 3.par.vbi quærit an mala fides prædecessoris noceat successori in beneficio, & decidit quòd non. quod comprobat per plura idem consi.252.Si animalia.ea parte. vbi discutit de animalibus in diuersis parrochijs pascentibus, quod est frequens quæsitum.

3 Card.consi.26.discutit † quis fundatus sit de iure communi ad perceptionem decimarum, & concludit pro ecclesijs parrochialibus. Et quo ad earum præscriptionem etiam per laicos, vide eundem consi.88. capitulum Ciuitatem.& latissimè per Ias.in consi.156.volum.2.absolui. quem vide in consi.19.vol.3.quo ad transactionem inter laicos & Ecclesiam, pro quo etiam vide Spe. Claudij de Seissello in fi.

Et ꝙ pro rectore dicatur ius commune adhęrere, habeo quòd rector Ecclesiæ potest petere, vt fructus non colligantur per dominum fundi, nisi eius nuncio præsente, cum habeat partem in fundo & in fructibus, quia sunt pars fundi. ff.de rei vendi. fructus, & sic patet quòd habet ius in illis. istud fuit dictum Ioan. Andr. in cap.ex parte.el 2. s̄.hoc titu. quod sequitur Domi.in consil.72. colum.2. Quia punctus & illud adducit ad comprobatio 4 nem, quòd ecclesia † potest agere pro decimis rei vendicatione. notat glo.in cap.moderamine. 16. q.1. & glo.in cap.tua.el 2.s̄.isto titu. vbi Panor.fatetur hoc verum quo ad fructus tantum, qui sunt quid corporale, secus quo ad ius decimandi, quod est incorporale, & tunc agitur confessoria.

¶Et quod dicimus quo ad fructus, intellige secūdùm Io.And.ibi si sint segregati, & a fundo separati, quod nō placet gl.in d.c.moderamine.

¶Et de probatione huiusmodi iuris vide quæ tradit in simili Domi.in consi.117.col.2.in quæstione.

5 ¶Et † an deducantur expensę, vide Neapolyt. decisio. 252.Magnificus.

Et quia decimæ dicuntur deberi ratione perceptionis sacramentorum & auditionis diuinorum. notat. in cap.de decim.16.q.1. & cap.in sacris.ea.q. mouetur dubium.

¶Pone, rector Ecclesiæ parrochialis sancti Petri Guillardi Bitur. hac ratione in tota parrochia percipit decimas licet protendatur in extenso extra menia ciuitatis in multis pagis, quorum habitatores conqueruntur, quia ratione loci distantiæ commode (maximè tempore nocturno, eo, quia fores ciuitatis clauduntur) non possunt percipere sacramenta, vtpotè confessionis, altaris, & similia, quæ sæpe occurrente necessitate, per laicos petuntur. Et ea de causa decimas soluere renuunt petendo super his per loci ordinarium sibi de remedio prouideri opportuno, & prouidendo capellam extra muros (in qua ibi resideat vicarius) ædificari qui eisdem sacramenta sibi occurrente necessitate, ministret, dicendo ad decimarum distributionem, donec id actum fuerit, non teneri: quæritur quid iuris. Breuiter videtur dicendum hanc exceptionem fore canonicam & admissibilem, per ea quæ in proposito notat Lapus allegat.67. quoddam monasterium. Postremò si quæras an Papa possit eximere monachos, vt non soluant decimas laicis habentibus ius decimandi, vide Ias.in consil.93. in causa venerabilium.vol.1.

6 ¶Decimis. Adde an † possit præscribi super modo soluendi decimam, per Card.consil.146. Notum sit vniuersis.

Grego-

¶Gregorius IX. fratribus prædicatoribus & minoribus. Cap. I.

¶Discretioni vestræ mādamus districtius inhibētes, &c.

DISCRETIONI. Vt habetur in integra, relatum fuit Grego. IX. quòd prædicatores & minores in suis prædicationibus asserebant quòd nemo tenebatur decimas soluere ex præcepto, ex quo contingebat, quòd laici, qui erant in præstatione decimarum remissi remissiores fiebant, propter quod hoc in isto capitulo prohibetur, mandando eisdem, vt ad solutionem decimarum laici prompto animo sint intenti: & est consimile. s̄. eod. tua nobis.

¶Alexander Quartus. Cap. II.

¶Statuto perpetuo declaramus quod indultum &c.

SVMMARIVM.

1 *Tempus impetrati rescripti est considerandum.*
Initium est spectandum, præsertim in priuilegijs quę absorbent iura aliorum,
2 *Verbum portionis facit vt amplius media parte non debeatur.*
Quę non verisimilia sunt, verbo generali non comprehenduntur.
3 *In dubio decimę presumuntur concesse in feudum, post Lateranen. Concilium.*
Periculum animę inducere facit presumptionem.
4 *Translatio rerum & possessionum in alias personas, non facit vt Ecclesia ius decimarum amittat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Verbum, portio, quando non denotet mediam partem.*
2 *Laicus quomodò non teneatur probare infeudationem ante Conciliū.*
3 *Lateranen. Concilium quo tempore fuerit celebratum.*
4 *An in dubio videatur facta donatio a muliere.*
An in dubio videatur factum legitimum in fauorem legatarij.
5 *An in dubio venatio debeat interpretari facta causa recreationis.*
In dubio non intelligitur apposita pœna ipso iure, sed per sententiam.
6 *In dubio res præsumitur libera.*
In dubio pro iudice præsumitur, qui sententiam tulit.
7 *In dubio interpretamur quod actus prælati sit factus non contra sed secundùm ius.*
8 *Quando duplex cadit intellectus, capitur ille per quem quis non cadit in delictum.*
9 *In dubio semper interpretatio fieri debet, quod falsum excludatur.*
10 *Falsum non committitur sine dolo.*
11 *In dubio potius præsumitur ignorantia quàm dolus, vt falsitas excludatur, & error, quàm malitia.*
12 *Filius qui nascitur in domo præsumitur esse mariti.*
13 *Ea quæ sunt de sui natura mala & quæ respiciunt fauorem animæ.*

a STATVTO.[a] In hac decre. Alex. I. circa quoddam indultum duas declarationes ponit. Secunda, ibi. §. [statuimus.] Secūdò. §. [religiosos.] duos ordines a dictis declarationibus excipit. Tertiò. §. [vbi autem] quæstionem tacitam dissoluit. Quartò. §. [sanè.] & §. sequen. diuersos casus super decimis annectit. Ecce ergo [extendit.] ĩ. de priuile. dudum. [habebant] nam † tempus[b] impetrari rescripti est considerandum. s̄. de re. eam te. & initium. s̄. de elect. dudum. 1. [antiquas] propter rationem prædictā cū initium sit spectandū, seu incipiendum, præsertim in istis priuilegijs quæ absorbent iura aliorum. ar. ĩ. de censi. quāto. & c. ex parte. [extendatur.] Et est ratio, quia verbū † portionis facit, vt amplius media[c] parte non debeatur. ff. de verb. signifi. nomen filiarum. §. portionis. ff. de vsufruc. et [quia non est.] Ex hoc ver. & seq. quidam no. ꝙ quæ non sunt verisimilia verbo generali non comprehenduntur. & no. ĩ. hoc lib. de reg. iur. in generali [vbi autem] hic respondet tacitè quæstioni, quæ insurgit ex dicto immediate præcedenti. Nam si per dictam exemptionem curati enormiter lęderentur, diocęsani, ipsis curatis vt sequitur prouidere tenerentur. s̄. de supplen. neglig. præla. sicut. & de præb. de monachis. & c. auaritiæ. & no. hoc tit. hoc lib. c. 1. in fi. §. [sanè.] iste. §. & eius intellectus colligitur. s̄. de his quę fiunt a præla. sine consen. cap. cum apostolica. vbi sunt argumenta pro & contra de ista materia [ante[d] Lateranen.][e] Sed quid in dubio,[f] responde † præsumā ipsas concessas in feudum post Concilium,[g] quia tenens iure communi non est capax[h] nec præscribere potest eas. s̄. de præscrip. causam. s̄. eo. dudum. & c. prohibemus. arg. s̄. de elect. constitutis. & etiam hæc præsumam propter periculum animæ. ar. ĩ. de homic. ad audientiam. & ĩ. de cler. excommu. min. illud. Et consimilis quæstio. not. 33. q. 1. in prin. vbi quæritur si dubitetur de maleficio, an precesserit vel sequtum fuerit contractum matrimonij. Et est præsumendum[i] quòd impedimentum matrimonij fuerit subsecutum. arg. C. de ędil. actio. l. 3.

Nec obstat. ff. de vsur. cum de in rem verso, quia loquitur vbi illud quod agitur non est contra ius, sed secūdum vel præter [exemptis.] Nam si Ecclesiæ essent exemptę, & sic per consequens decimæ dictis ecclesijs de iure communi debitę, tunc diocœsanus non haberet se intromittere. Sic intelligo hic. & s̄. de sup. negli. præla. sicut.

Si verò dictæ ecclesię non essent exemptę, licet ille decimæ illis ecclesijs de iure debitæ sint, exēptorum diocœsanus pōt procedere. s̄. hoc lib. de præb. c. 1. in fi. [decimales.] Et est rō nam † translatio rerum & possessionum in alias personas non facit, vt Ecclesia[k] ius decimarū amittat. s̄. eo. cum in tua. arg. ff. de serui. rusti. præd. certo generi. C. rem alie. gerē. &c. l. vna. nisi vt sequitur. [Nec ꝓ eo.] simile per omnia. s̄. eo. cum contingat.

ADDITIONES PROBI.

a STATVTO. Vide materia Soc. consi. 296. in presenti consultatione.

b Nam tempus. Vide Io. Mo. in c. si eo tempore. & ibi dixi. s̄. de rescrip.

c ¶Media parte. Adde † id non procedere si vtatur hoc verbo, partiri, quia denotat decimam partem totius. gl. in c. maiores. 16. q. 7. sequitur Domi. in con. 20. in fi. mihi videtur quòd difficultas. vbi dicit ꝙ si est mandatum partiri res inter aliquos, intelligitur de minutis partibus non dimidia, vel simili: non procedit etiam dictum Io. Mon. si apponatur hæc dictio aliqua, quia hæc in minima parte verificatur. glo. in Clem. 2. in ver. aut earum parte. de foro competen. not. Bart. in l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. Dec. consi. 456. num. 3. consului alias. & consil. 581. in princ. viso puncto. qui num. 2. dicit debere intelligi secundùm subiectam materiam. vt ibi latè comprobat.

d Ante Lateranen. Adde id quod signanter voluit Ioā. And. Ant. de Butr. & communiter alij post eum in c. cum apostolica. s̄. de his quæ fiunt a præla. ꝙ laici decimas cōcessas ante Cōcilium Lateranen: in feudum licitè tenēt, sed post Concilium non, modo pone, † laicus est in quasi possessione feudi decimalis alicuius ecclesiæ, vt quia positum est in parrochia ipsius ecclesiæ. iuxta c. ad decimas. s̄. de resti. spo. hoc lib. An si ecclesia vult illas vendicare, & dicit concessionem in feudum esse factam laico post Cōcilium Lateren. laicus verò dicit ꝙ concessio fuit facta ante, quis debet probare, & concludunt ꝙ si laicus pōt probare possessionem tanti temporis, cuius initiū non est memoria, obtinebit ac si appareret concessionem fuisse factam ante Concilium Lateranen. quod placet Claudio de Seissello, in Specul. feudo. in fi. vbi citat pro hoc Bal. in consi. 418. præsupposito. vol. 3. placet etiam Alex. in consi. 6. in fi. vol. 1. quem vide pro comprobatione, quia multa ponit in proposito temporis, de cuius initio nō extat hominum memoria.

3 Lateranen. Vide quo † tempore fuerit celebratum in eo quod dicimus in c. cum in tua. ver. item pro petente. s̄. de consue.

f In dubio. Adde aliqua in simili: primo quæ citat Dec. consi. 521. nu. 4. consultus ab illustri. vbi tradit. An † in dubio videatur facta donatio a muliere.

Item in dubio videtur legatum factum in fauorem legatarij. gl. Bart. & Doct. in l. 1. C. de lega.

Et etiam in dubio debet iudicari ꝙ legatum conseruetur & non extinguatur. ar. l. quotiens. in actionibus. ff. de reb. dub. & l. quotiens in stipulationibus. ff. de verb. obli. not. Dec. consi. fi. in fi.

Item

5 ¶Item † in dubio venatio debet interpretari facta causa recreationis Alexand.consil. 72. colum. fin. inspecto. volu.primo.

¶Item in dubio pœna non intelligitur imposita ipso iure, sed per sententiam ferendam: quod probat Alex. in consi. 103. nu. 22. videtur prima consideratione. vol. 1. & latius consi. 124. col. 1. Omissis. eo vol.

6 ¶Item in dubio † res præsumitur libera Alex. in cons. 129. post principium, ponderatis his. vol. 1.

¶Item in dubio pro iudice qui protulit sententiã præsumitur. Inno. in c. fi. s. de fer. vbi allegat tex. optimum in c. in præsentia. de renuncia. no. Neapol. dec. 152. nu. 6. fuit dubitatum in consilio.

g ¶Post concilium. Ratio videtur, quia id concordat cũ iure communi: ergo potius præsumẽdum, per ea quæ tradit Dec. consi. 448. col. 2. vis tota, quem vide & pro intento Ioannis Mona. hic & Ias. in consi. 156. volu. secundo. absolui.

h ¶Non est capax. In proposito vide quæ citat Domi. in consil. 87. col. 2. Apparet quòd actus prælati qui potest in 7 dubio † interpretari quòd sit factus contra ius & etiam secũdum ius, potius debemus interpretari, quòd sit factus secundum ius, quàm contra ius. Inn. in c. cum in officijs. s. de testa. tex. & gl. in c. causam quæ. s. de rescrip. c. proposuit. s. de conce. præben.

¶Faciunt quæ not. Dec. in consi. 448. col. 2. vis tota, quòd testes deponentes & concordantes cum præsumptione iuris, præferuntur: pone exemplum de deponentibus, ꝙ quis sit bonæ conditionis & famæ, alijs cõtrarium asserentibus, quia primis statur, per ea, quæ in sequẽti apostilla tradentur.

¶Idem de his qui deponunt aliquem sanè mentis, & de alijs qui dicunt quem fore mente captum, quia primis statur potius quàm secundis, cum quis in dubio sanæ mentis præsumatur, non mentecaptus. l. nec codicillos. C. de codicil. latius comprobat idem Dec. vbi supra numero 9.

i ¶Et est præsumendum. Vide pro comprobatione horum quę hic citantur per Ioan. Mona. Primo habeo regu-
8 lam in iure tritam, vbicunque † duplex capi potest intellectus, semper ille debet capi, per quem quis non cadat in delictum. l. meritò. ff. pro socio, & l. item apud Labeonẽ. §. si communem. ff. de iniur. ad idem lex in obscuris. ff. de reg. iur. hinc Barto. in l. non solum. §. Sed ut probari. circa medium. ff. de noui operis nuncia. quòd ubi statuto cauetur, quòd nobilis non possit intrare palatium, nisi tempore concilij sub pęna: modo reperitur, quòd quidam nobilis intrauit palatium, sed nescitur quo tempore, dicit ibi Barto. quòd præsumitur, quòd intrauit tempore concilij, ne cadat in delictum, sequitur Bar. Panor. in capitu. auditis. nume. 3. supra de præscrip. facit quod idem Barto. voluit in l. 2. circa finem. ff. de duobus reis. ubi. dicit, quòd si accusatus est Tirius, quòd cognouit Bertam per vim, & hoc deponunt testes, ꝙ debet intelligi ꝙ ipse Titius fuerit passus violentam, vel vim, ad hoc vt excludatur dolus seu delictum.

9 Item in dubio † semper interpretatio fieri debet, quòd falsum excludatur. Baldus in l. iure gentium. §. quod fere. ff. de pact. & in l. Imperator. colum. 3. ff. de statu. homi. Firmat Alexand. in consil. 70. nume. 2. uiso processu primo volum. idem Alexand. consil. 74. nume. 6. eodem volum. viso testamento, dum dicit si reperiatur, ꝙ notarius aliter scripserit, quàm prolatum fuerit a partibus tempore actus gesti, potius præsumitur per errorem, quàm per dolum. no. Bar. & alij post eum in l. quotiens. §. 1. per illũ tex. ff. de hæred. insti. sic excusabitur a dolo notarius, & per cõ-
10 sequens a falsi crimine, quod committi † non potest sine dolo. l. nec exemplum. C. ad leg. Corn. de Fal. idem Alex. consil. 93. sub numero 6. in causa & lite, volum. 5. Latius punctum hunc prosequitur Barb. consil. 77. praeclare scribitur, lib. 4.

Pro intento facit quod citat Barto. in d. l. quotiens. §. 1.
11 nu. 3. ff. de hęred insti. quòd in dubio † potius præsumitur ignorantia, quàm dolus, ut falsitas excludatur, quod placet Aret. consil. 47. nume. 3. uisis. iuuat quod no. Bald. in l. prima in fin. ff. de legib. ꝙ in dubio potius præsumitur error, quàm malitia. alleg. tex. in l. quod adhibitus, ibi, magis errore quàm malitia. C. de his qui in testa. sibi ascri.

¶Item si obijciatur electo in Episcopum quòd sit venator, hanc exceptionem debemus interpretari in meliorem partẽ, scilicet causa recreationis, & sic licitè hoc fecerit. d. l. meritò ita Alexan. in consi. 72. in fi. suspecto. volu. 1.

¶Iuuat in hoc dictum Bart. in l. verum. ff. de fur. dum dicit, quidam fecerunt pacem simul, & promiserunt se inuicem non offendere: modò vnus adulteratur vxorem alterius, an cadat in pœnam? dicit quòd non. sequitur dictum Bar. Roma. consi. 258. in casu proposito, quia præsumitur quòd potius fecerit causa libidinis, quàm iniuriam inferendi, hinc dicit idem Bart. in consi. 108. quæstione vertente, quãdo aliquod verbum profertur quod potest sonare iniuriam & non iniuriam, quod accipiendum est in mitiorem partem, videlicet quòd non sonet iniuriam, per l. si de interpretatione. ff. de fideius.

In simili etiam dicimus, quòd verba consulentis quæ possunt trahi ad bonum & malum, in dubio semper debent in bonam partem interpretari, vt consulens non teneatur. Bald. in l. 1. col. 4. versi. & no. C. de seruis fug. refert & sequitur Alex. consi. 128. num. 3. quoniam abunde. volu. 4.

¶Præterea facit quod iure nostro dicitur. Si duo testes laici, & duo testes clerici reperiantur in causa examinati, & duo clerici testificentur me deliquisse, alij duo testes laici super eodem tempore loco & facto dicunt contrarium, & sic me non deliquisse, quod creditur testibus laicis, licet clerici digniores sint laicis, vt habetur. in c. deniq; 4. dist. & c. duo sunt genera. 12. q. 2. c. sacerdotibus. 11. q. 1. no. in c. cum ex iniuncto. s. de hęreti. Et tamen dignioribus testibus est standum. c. in nostra. s. de testi. l. ob carmen. ff. eo. tit.

12 ¶Item † filius qui nascitur in domo, præsumitur esse filius mariti, licet probetur illo tempore vxorem eius fuisse concubinam alterius, quia illa est præsumptio honestior &, quæ excludit delictum. Areti. in c. per tuas. col. 1. s. de probatio.

¶Vide quæ pro præmissis tradit Deci. consi. 448. vis tota. & consi. 459. nume. 4. viso eleganti. vbi dicit, quòd in dubio debet interpretatio fieri, quòd homicidium commissum fuerit ad defensionem potius, quàm ad vindictã, quod probat, & rationem adducit, quia melius est nocẽtem absoluere, quàm innocentem condemnare. l. absentem. C. de poen.

Istam tamen regulam præmisso modò firmatam habes moderari secundùm Areti. in c. cum dilecti. in 7. not. s. de accusa. Fely. in c. 1. sub num. 7. versi. tamen factum. s. de re iudic. & Deci. in c. in præsentia. sub nu. 12. s. de prob.
13 vt † non procedat in his, quæ de sui natura mala sunt, & naturali iure prohibentur, prout est homicidium quod omni iure prohibitum est. c. si. §. his. 6. distin. firmat Ang. consi. 217. colũ. 4. versic. 2. quia de eodem delicto in causa accusationis. Et generaliter in illo præcepto, alterum non ledere. §. iuris præcepta. Insti. de iure na. iuxta illud quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. c. 1. 1. distin. in his enim malus animus præsumitur. l. 1. C. de sica. c. 1. de præsump. Et sic in talibus quæ de sui natura mala sunt & tendunt euidenter in præiudicium tertij, receditur ab illa regula generali, secus quæ ex statuto aut alias ex aliquo accidenti prohibentur, & in quibus non capitur in dubio sinistra suspitio, pro hac moderatione Areti. & Fely. vbi. s. dicunt fore tex. in d. c. cum dilecti.

¶Moderare & secundò regulam ipsam non procedere in foro animæ, quia in tali casu in dubio delictum præsumitur, vt tutior via eligatur pro salute animæ. iuxta gl. in c. iuuenis. s. de spon. & in c. 1. in ver. estimare. s. de scru. ti. Panormi. in cap. 2. per illum tex. s. de obserua. ieiu. facit dictum Petri de Ancha. consi. 189. in fi. quod, sic incipit, prima facie videtur, qu òd cum quæritur de salute animarum, est faciendum peccatum vbi non est, & timenda culpa vbi non est, iuxta illud vulgare trepidauerunt timore vbi non erat timor, de quo per Domi. in consi. 72. colum. 2. quia punctus. & sic in hoc probata est doctrina Ioan. Mon. hic.

k Ecclesia. Vide tu differentiam inter Ecclesiam & oratorium per Card. consi. 8. in themate. & consi. 13. Pro elucidatione dubiorum.

¶De

¶De regularibus & transeuntibus ad Religionem. Rub.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Clerici sæculares regularibus sunt præferendi.*
Abbas præponitur Ecclesiæ cathedrali.
Regulares sæcularibus præferuntur.
Multæ sunt species regularium.

a b DICTO de clericis sæcularibus & rebus eorum, sequitur[a] videre de regularibus &c.[b]

ADDITIONES PROBI.

a 1 SEQVITVR videre. Hic constat clericos † sæculares regularibus preferendos, quod firmat gl. fi. in c. qualiter. el 2. §. de accusa. no. Ioan. And. in regula. delictum, in Mercurial. Ideo omnes clerici sæculares in processionib. præferuntur religiosis. tradunt Doct. in c. fi. §. Episcopos. 16. dist. habeo tamen in iure communi, ꝙ Abbas præponitur ecclesiæ cathedrali. probat text. ab ordine literæ. argu. quod dicitur validum. glo. post text. in c. quorundam. §. de elect. hoc lib. text. & ibi Panor. in c. Nicolao. de appel. Io. And. in c. Ioannes. §. de testa. glo. in c. bene. in ver. Mediolanensis. 96. distin. in c. fi. §. de offic. deleg. hoc lib. vbi Domi. Bald. in c. pastoralis. in ver. extra quæro. §. de offic. deleg.

Tu tamen dic primum procedere, quando collegialiter per sæculares clericos proceditur, secus quando per eos, vt singulos, quia tunc regulares præferuntur. Firmat Dec. consi. 161. pro domino præposito.

2 Regularibus. † Quorum multæ sunt species, quia quidā sunt, qui nec in communi, nec in particulari proprium habere possunt, putà minores, qui penitus sunt mendicātes ex constitutione, & ex regula. Clem. exiui. de verb. signifi. Et etiam prædicatores, ex constitutione tamen, non ex regula. traditur in c. in præsentia. §. de proba. & per Scribenin auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. testatur Freder. consi. 12. Fratres prædicatores, sequitur Bal. in authē. nisi rogati. C. ad Trebel.

Alij verò sunt, qui licet non possint habere in particulari, possunt tamen habere in communi, quales sunt Cistercienses. no. per gl. in Cle. j. de deci.

Alij sunt religiosi largo modo sumendo, qui in particulari & communi habere possunt, vt milites Hierosoli.

Alij equidem vltra illud habere possunt vxores, non tamen in generali, de quibus meminit Maria. Soc. consi. 13. col. 7. Præsens consultatio.

¶Innocentius Quartus. Cap. I.

¶Is qui monasterium ante 14. annum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ante 14. annum, quis non dicitur aptus ad matrimonium carnale cōtrahendum.*
2 *Monachum facit paterna deuotio, vbi est impubes, sed propria professio vbi est pubes.*
3 *Honestum est quòd filius paternam oblationem ratam habeat.*
4 *Præsumptio iuris & de iure non admittit probationem in contrariū.*
5 *Annus professionis dicitur introductus in fauorem ingredientis, & monasterij.*
6 *Qui in vno releuatur in alio grauatur.*
7 *Tacitè professus eligi non potest, bene tamen eligere.*
Pubes intrans monasterium dissolutum quod postea reformatur an possit exire.
8 *Aetas infantiæ quicquid videt ignorat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quis propriè dicatur religionem ingredi.*
2 *Præsumptione iuris, pater melius, quàm alius consilium capit pro liberis.*
3 *Decet importat honestatem, non necessitatem.*
4 *Nouitius volens discedere a monasterio, non potest inquietari ab ipso monasterio, pro expensis ibi per eum factis.*
5 *Contra id super quo inducta est præsumptio iuris & de iure, conceditur restitutio ex clausula generali, si qua &c.*
Sententia quæ transiuit in rem iudicatam adducit presumptionem iuris & de iure.
6 *Sententia Papæ non transit in rem iudicatam, quin retractari possit per eum.*
7 *Confessio eneruat omnes coniecturas iuris & de iure.*
Protestatio contraria præsumptioni iuris & de iure tollit præsumptionem sicut confessio.
8 *Probatio per confessionem, est tamquàm Sol in specie probationum, & sic luminare maius.*
9 *Verba narratiua Papæ quando inducant præsumptionem iuris & de iure.*
10 *Multa fieri prohibeutur, quæ facta tenent.*
11 *Præsumptio hominis non est probatio, nec releuat ab onere probandi, sed præsumptio legis non est probatio, sed releuatio & præsumptio iuris & de iure est simul probatio & releuatio.*
Præsumptio iuris dicitur præsumptio violenta.
12 *Monasterium dicitur ciuilis filius.*
13 *Papa non cogit monachum magis arctum intrare monasterium.*
14 *Vota mea non augeas sine mea voluntate, nec diminuas sine certa necessitate.*
15 *Limitata causa limitatum producit effectum.*
16 *Coactus intrare religionem dicitur pati bonum dolum.*
17 *Domus monachi proprietarij, iudicio scripturæ est velut spelunca latronum.*
18 *In Gallia omnes monachi dicuntur, non gallinacei, sed Galli, qui generare possunt.*
19 *Abbas Cluniacen. non potest transferre suos monachos ad ordinem sancti Benedicti.*
20 *Vt religio dicatur strictior quid veniat attendendum.*
21 *Propter reformationem nil ad regulam adijcitur.*
Oculus dicitur animæ intellectus.
22 *Sola veritas est obiectum intellectus, quæ sæpè vulneratur, sed mori non potest.*

IS QVI. Hoc c. habet tres partes. Prima enim tractat de ingresso religionem minore 14. annorum. Secunda, § [qui verò] tractat de ingresso maiore 14. annorum. Tertia. §. [distinctos] qui habitus dicantur dissimiles vel distincti, interpretatur: pone igitur [quartum decimum] cōpletum & ante† quis non est aptus ad matrimonium carnale contrahendum. ĵ. de despon. tuæ. ĵ. de despon. impuber. c. 2. & 3. neq; ad spirituale vt hic. & 20. q. 1. & 2. §. eo. significatum. & c. ad nostram. Et ratio, quia adhuc non habet plenum intellectum. ĵ. eo. vers. Secus [ingreditur] accipe quod est. ĵ. & c. [potest] & c. & tūc resume nisi eo. & c. & dic ingreditur,[a] non offertur a parentibus[b]. Nam tunc videtur fortius alligatus: vnde dicitur quod monachum † facit paterna deuotio vbi est impubes, sed propria professio vbi est pubes, & sic hęc duo æquipararì videntur 20. q. 1. firma. & c. monachum. §. eo. cum virum. Sed non est ita. nam quod dicitur ꝙ paterna deuotio facit monachum, intelligendum est occasionaliter, scilicet si non contradicat. in princip. 15. anni. tunc enim exire potest si vult. §. eo. cum simus. 20. q. 1. illud. & q. 3. præsens vel intelligitur de honestate, quia honestum † est ꝙ filius pater nam[c] oblationem ratam habeat, sic exponitur in matrimonio carnali contracto per patrem nomine filij, quod debet. i. decet[d] hoc omnino implere. ĵ. de despon. impub. c. 1. ff. de ritu nup. si patre [eo completo] scilicet. 14. anno. [faciat] solemniter more solito [in sequenti] scilicet. 15. §. eo. statuimus [consueuit] vbi discerni potest, alioquin contra. ĵ. eo. §. proxi. d. c. statuimus. [prius] idest ante quartum decimum annum [ratam.] arg. C. si maior fac. ra. ha. l. 1. & 2. [expresse] ergo. ĵ. 15. annum non intelligitur tacitè profiteri [liberè][e] non obstante cuiuscumq; contradictione [ĵ. ipsum,] scilicet 15. annum, ergo a contrario post 15. annum non licet. §. eo. significatum.

Et hodie est expressum ꝙ completo 15. anno ĵ. triduū potest exire. ĵ. ep. constitutionem. in fi. [sequentem] scilicet. 15. annum [permanserit] in habitu fratrum [vbi]. i. in quo monasterio [indistincti] distincti tamen ab habitu vitam communem cum eis ducentium, alioquin contra. ĵ. eo.

j.eo.versic.nisi tanta [per hoc] scilicet quia per annum. 15.sine reclamatione remansit ibidem sic inductus [fecisse] sed videtur ꝙ est.j.tacitè [f] per lapsum anni, & de hac tacita & expressa professione & diuersis effectibus earum habetur.s.hoc lib.de electio.nullus.& c.ex eo.in fi.[fecerat] in ętale impubere & in hoc forsan differt iste versiculus.a 1.Responso.s.eo.quia ibi requiritur expressa ratificatio,nec sufficit tacita vt hic videtur [præsumitur] præsumptione [g] † iuris [h] & de iure quæ nō [i] admittit probationem in contrarium.s.de spon. [k] is qui fidem [nisi tanta] hic excipit ab eo quod.s.dixerat versi.vbi professorum [cum eis] vt quia presbyteri & clerici omnes sunt quasi in habitu clericorum secularium, quod tamen est per Episcopum corrigendum.s.de testamen.quia ingredientibus.

Sed nunquid est cogendus talis profiteri, dic non præcisè, sed causatiuè,ꝙ profiteatur vel exeat.s.de elec.cum causam quæ.in fi.Sed si pubes intrasset, tunc præcisè cogeretur. Et ratio diuersitatis.j.colligitur [quartum decimum] & sic erat pubes,vnde fortius obligatur quàm impubes [assumpserit] in monasterio in quo certa regula obseruatur, alias si per plures annos ibi moraretur non cogeretur præcisè,sed causatiuè vt est dictum [ex tunc,] id est, completo anno a tempore ingressus computando qui † in fauorem introductus est,tam ingredientis,quàm monasterij ingressi s.eo.ad apostolicam.j.eo.non solum [præsumitur] præsumptione [l] iuris & de iure [vbi, id est, in quibus] distinguuntur [non videntur professi tacitè, nisi cęperit habitum professorum Sed secundùm hoc melior esset conditio puberum,quàm impuberum, quia impuberes in hoc casu omnino obligantur. s.eo. §.proxi.

¶Sol.impuberes melioris sunt conditionis in casu sequenti, vnde non est mirum † si in vno releuentur,si in alio grauantur,iuxta regulam.ff.de iureiur.cum qui:vel distinguè vt.s.proxi.§.est distinctum [coutantur,] id est, communiter vtuntur, vel cum alijs vtuntur.Sic Ioan.4. Iudei non couṫuntur samaritanis [quoniam] in hoc ver. & sequenti reddit rationem diuersitatis eorum quæ præmisit [hic] scilicet pubes [annos.s.eo.†.qui verò [agnoscit,] id est, cognoscere præsumitur [discretionis tempore,] id est, pubertatis tempore [hunc] scilicet ordinem [probauerit] in habitu religiosorum [intelligitur,] id est, præsumitur pręsumptione iuris & de iure [firmiter] adeo ꝙ pęnitere non licet.

¶Sed nunquid isti poterunt eligere statim & eligi? dic ꝙ † isti professi tacitè, eligi non possunt, sed eligere possunt.s.hoc lib.de elec.nullus.& c.ex eo.

Sed quæro [m] aliquis intrat monasteriū dissolutū [n] pubes in eo stans per annum & amplius credens tempora sic perdurare, tandem reformatur monasterium & arctatur secundùm formam.j.de statu mona.in singulis.& c.ea quæ vult.resilire nunquid potest, videtur ꝙ sic quia est arctatum monasterium contra statum quem credebat ingrediens, dic contra [o] quia iste non est deceptus in ordine qui reformatus est, sed est [p] deceptus in promissis tacitè vel expressè arg.de conuers.coniuga.contingat.j. de voto & voti redemp.dudum [induit.] s.eo.§.ꝙ si per totum [plenum] aliquando tamen habet quia potest mentiri & multa committere.j.de delic.puer.c.2.Sed nō habet quo ad hoc de quo hic quæritur, vt se obliget religioni, hæc sunt vera si est maior infante, minor.7.annis nec semiplenum intellectum [q] haber.C.de iure deli.si infanti.Et ideo † talis etas quid agat ignorat [r] C.de fal.mo. l.1.[fiat] quandocunq; sit illud per quē &c.[discernatur] vt quia non habet vocē in Capitulo nisi fuerit professus.

ADDITIONES PROBI.

a INGREDITVR. Dic quòd quis † dicitur propriè ingredi,quando profitetur, ante non.Bart.in authen.si qua mulier.C.de sacrosan.Eccle.vnde legatum factum mulieri,si intrauerit monasterium, non debetur nisi fecerit professionem.no.Bal.Saly.& alij.in l.quis hæredem. C.de insti.& substi.sequitur Deci.consi.330.nu.4.conclusio,vbi eum vide ponentem casum in quo adesse, quod dicatur quis ingressus,non requiratur professio Et iste ingressus est adeo priuilegiatus quòd statuta laicorum aliquomodo non inficiunt directè vel indirectè per ea quæ citat Soci.consi.241.col.2.versi.Secunda est opinio, circa primam difficultatem, & latius.col.4.vbi idem concludit de voluntate testatoris, vt non noceat in aliquo contra dispositionem iuris communis.

b ¶A parentibus. Quæ oblatio non valet fieri a tutoribus,secundum Maria.Soci.consi.61.col.6.in præsenti,vbi dicit, quòd licet reperiatur quòd tutores possint reuocare,non tamen reperitur quòd possint offerre,quia tutoris potestas non videtur extendi ad hunc casum,cum in cōsequentiam personæ sequatur alienatio bonorum, quæ regulariter tutoribus videtur prohibita siue interdicta.l. lex.C.de admi.tuto.subdit tamen quòd tutor ęquiparatur parenti, & sicut pater potest, sic & tutor:& hanc opinionem multos tenere.

¶Vlterius in proposito attende quid dicendum de oblatione carnalium & spiritualium ad fidem, videlicet baptisma an obliget paruulos & infantes, tractant Neapol. decis.151.num.5.& sequen.Serenissimus Rex Fredericus.

c ¶Paternam. Rationem dic quia † iuris præsumptione pater melius quàm alius cōsilium capit pro liberis.l.nec in ea.ff.de adulter.quia nullus amor vincit paternum.l.fi. in prin.C.de cura.furiosi.vide quæ dixi.in rub.de renunc.

d ¶Decet. Verbum est quod † importat honestatem,nō necessitatem.Pau.de Cast.consi.66.versi.ad quartum dubium quod incipit dubia suprascripta.in 1.par.

e ¶Libere. Adde post Domi.hic quæ citat Alex.de Imo. consi.96.in 1.col.Consideratis his.vol.5.vbi dicit quòd † propter istud verbum liberè,nouitius volens discedere non potest inquietari a monasterio pro expensis ibi per eum factis, vide quæ dico.in c.sequen.in ver.monasterij. Idem firmat ipse Alex.consi.12.col.1.viso themate.vol.2. vbi de hoc ver.liberè traditur.

f ¶Tacitè.Quod non habet locum vbi non potest adesse expressè,vt in mente capto & similib.vt latè sentit.Maria.Soci.consi.61.col.5.& vi.in præsenti.

g ¶Præsumptione.Vide quid sit præsumptio per ea, quæ tradit Alex.consi.79.col.2.viso themate.vol.3.

h ¶Iuris & de iure. Dic licet † quotienscunq; adest præsumptio iuris & de iure ille succumbit qui nō debet succumbere quia non potest alleganda allegare.l.qui habebat.in fi.ff.de manumis.& c.cum Ecclesiasticæ.de excep. not.Ias.consi.11.col.2.volu.1.tamen contra id super quo inducta est præsumptio iuris & de iure, conceditur restitutio ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur.vt in l.si mater.in prin.& ibi Bart.ff.de excep.rei iudi. vbi aduersus sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, est præsumptio iuris & de iure, adeo quòd nō admittitur probatio in contrarium.vt in l.si sub specie.ff.de re iudi. & in l.imperatores.ff.eo.titu.tamen contra ipsam datur restitutio in ntegrum.Bart.in l.inter stipulantem.§.1.ff. de verb.oblig.Firmat Maria.Soci.consi.153.col.antepen.

Et quo ad hoc dicitur non transire in rem iudicatam, prout dicimus de sententia † Papæ, quæ non transit in rem iudicatam, quin retractari possit per eum.c.cū olim. s.de re iudi.not.Domi.consi.53.col.4.Gregor.

i ¶Non admittit.Excipe † confessionem propriam quæ eneruat omnes coniecturas iuris & de iure.glo.in §.si autem mulier.in authen.de ęqualita.do.col.7.Arety.consi. 80.num.3.Adde in simili quod citat domi.meus in Ripa post alios.in c.cum M.s.de cōsti.nu.94.quòd protestatio contraria præsumptioni iuris & de iure, tollit ipsam præsumptionem, sicut confessio, ex quo infert quòd stante statuto,quòd contra instrumentum non admittatur nisi exceptio solutionis,tamen opponi poterit exceptio fundata in protestatione contraria instrumento facta ante instrumentum, sicut potest opponi exceptio confessionis secundùm Fely.in c.ex parte 2.col.4.versi.14.de offi. deleg.& in rub.de proba.

Vide quæ in proposito Ioan.Mona hic dicimus.in c.1. s.de cōfes.& ratio regulæ potest esse,quia † probatio hęc est tamquàm sol in specie probationum,& sic luminare maius, meritò dicitur quòd nulla potest esse efficacior probatio,quàm illa quæ resultat ex confessione.l.cum te.C.de transactio.& l.fi.C.de fideicom.Alex.in cōsi.46. nu.15.viso & opportunè.vol.6.

¶Vide alium casum in quo operatur confessio partis contra regulam communem, quam posui.s.de appel.in c.Romana. Principiumq; huius apostil.vide comprobatum

tum per Alex. consi. 164. num. 4. in causa & lite. volu. 4. & Do. consi. 56. in prin. inter sanctissimum, vbi dicit ꝙ verba † narratiua Papæ, super quibus fundatur eius intentio, & continent factum proprium, inducunt præsumptionē iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. vt in Cle. 1. cum ibi not. de probatio.

9

¶Vide aliam exceptionem a regula citatam per Ioan. Mon. hic. & per Deci. consi. 575. nu. 6. in causa, videlicet ꝙ propter honestatem personæ, etiam contra præsumptionem iuris & de iure admittitur probatio in contrarium.

k ¶Is qui. Text. & glo. in l. antiquæ. C. ad velleia. Et istud intelligas non procedere si probatio admittatur, quia si admittatur valet probatio, iuxta illud vulgatum, † multa fieri prohibentur, quæ facta valent, pro hoc habes. glo. in l. quamuis. C. de adulter. quæ vult, ꝙ licet in causa criminali non admittatur procurator, vel alia persona. l. seruū quoq;. § publicè ff. de pcu. & l. pen. §. ad crimē. ff. de publi. iudi. & c. tuæ. s̄. de procur. tñ si fuit admissus procurator, valet iudiciū. glo. in ver. criminalis. in c. 1. s̄. de iudi. hoc lib. quam ad hoc reputat singularem Barb. in c. quoniā. col. fi. s̄. de proba. & c. 2. col. 7. de libel. oblatio. & in c. 1. de iura. calum. Panor. in c. veniens. s̄. de accusatio. facit quòd not. Bald. in l. fi. in ver. Secundò quæro. circa fi. C. de non nume. pecu. dum dicit ꝙ si iuramentum non apponitur solutioni, sed veritati, quia iurat quis sibi verè fuisse numeratum, non habet locum. d. l. vlt. quia non potest allegare periurium, facit. l. non alias. cum ibi no. ff. de iureiur. Si tamen admissus est ad probandum negatiuam, & probauerit, eam quia tūc periurium est detectum, potest ipsum allegare, iuxta. no. in d. l. non aliàs.

10

¶Item licet spoliatus ante omnia veniat restituendus, nec admittatur quæstio dominij. l. si quis a se fundum. C. ad l. Iuliam. de vi. tamen si spoliatus est passus probationē de dominio, debet succumbere Doct. post tex. in c. 1. s̄. de restit. spolia. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. & in l. 1. §. si is. ff. de noui oper. nuncia.

l ¶Præsumptione iuris. De præsumptione hominis vide quæ dicit Bal. in c. bonę. el 1. col. 1. s̄. de elec. ꝙ † non est probatio, nec releuat ab onere probandi, sed est quoddā probationis adiutorium: præsumptio autem legis non est probatio, sed releuatio. Sed præsumptio iuris & de iure est simul probatio & releuatio.

11

Hinc dicit Alex. in consi. 15. nu. 10. viso processu. vol. 1. ꝙ præsumptio iuris dicitur præsumptio violenta, quæ etiam dicitur illa quæ mouet iudicem ad condemnandum. no. in c. afferte. s̄. de præsump.

m ¶Sed quæro. Vide pro hoc Petr. de Ancha. consi. 352. pro clariori.

n ¶Monasterium. Quod dicitur † filius ciuilis. c. in præsentia cum ibi not. s̄. de proba. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. & in authen. si qua mulier. C. de sacrosan. Eccle.

12

o ¶Dic contra. Secus dic si ipse superior vellet talem monachum aliud monasterium magis arctum intrare. pro hoc habeo Oldra. consi. 96. quod incipit, nunquid monacham, vbi ait quòd Papa † non potest vnam monacham etiam iam professam includere in monasterio magis arcto contra voluntatem suam: & requiritur ꝙ det sibi aliū annum probationis in illo monasterio, quod probat. Nam ab initio datur ingresso annus probationis, vt experiatur asperitates ordinis. j̄. quem, si sibi non placet, potest exire. probat tex. noster. & in c. ad apostolicam. s̄. eo.

13

¶Facit sententia Bernardi. Vota † mea non augeas sine mea voluntate: sic nec diminuas sine certa necessitate. faciunt. no. in c. cum dilectus. s̄. quod me. causa. Nemo inuitus cōpellitur promoueri: ita ab ordine non debet eijci aliquis sine culpa. Do. post Archid. 74. distin. gesta. Oldra. multa iura pro hac parte adducit: sed quia illius opinionem non video adherere cōmuni ideo nō insisto in eorū relatu: meritò ad opinionem Io. Mona firmandam veniamus oportet, quam in proposito firmat Panor. in c. ad nostram. nu. 4. s̄. de appel. vbi pro hac adducit illum text. & glo. in c. quod omnes. de reg. iur. hoc lib. ibi, monachis autem professis qui renunciauerunt proprię voluntati austerior regula posset iudici secundùm Innoc. qui hoc not. in c. super. eo s̄. eo. ibi, melius tamen videtur dicendū ꝙ ex quo professionem fecit etiam in iudicio Ecclesiæ & in iudicio animæ semper tenebitur illam regulam obseruare. Et est ratio dicit, quia præsumitur quòd quando regulam beati B. vel aliam elegit, quòd plenè deliberauit de honore & vtilitate eiusdem regulæ, immo plus dicit, quia si tunc plenè non deliberant, postea deliberare non possunt. 8. q. 2. c. dilectissimi, sic habet locum regula, quod semel placuit &c. & semel approbatum &c. talis enim nō potest dici seductus, quia Deo magis seruire deuouit, istud enim non procedit solum in viris, verū equidem in mulieribus. ꝓ hoc est tex. expressus. in c. vno. de statu. reg. hoc lib. qui omnino vrget contra opinionem Oldra. secundùm modernos, licet aliqui dicant quòd per illum text. strictior vita nō inducatur, vltra quàm conditio personæ & qualitas Religionis expostularet, qui loquitur in monialibus quæ impudenter contra verecundiam sexus extra sua monasteria vagabantur: vnde ibi non videntur grauatę vltra naturā religionis, sed potius ad pristinum bonum modum viuendi reducuntur. facit. c. mulieres. s̄. de iudi. hoc lib. & hoc casu clausura non facit regulam strictiorem. istud facit pro Oldra. in parte, siue in tanto, non in toto quia per thema. Oldra. fit in alio reformatio, quàm per clausuram, vt putà in non esu carnium & similium, prout dictat regularis disciplina.

14

¶Hanc doctrinam Io. Mon. refert & sequitur Collec. in d. c. super eo, & post eum Cardi. Zabar. & Pet. de Anch, qui vltra procedit dicens quòd non solum in reformatione monasterij dissoluti non obstat contradictio paucorum, sed etiam in monasterio regulato, secundùm regulam institutam a principio potest maior pars capituli reliquis inuitis indicere & ordinare regulā magis arctam super modō viuendi.

Intentum nostrum firmat Card. ibi in fi. dum dicit, putò ꝙ non tantum in religiosis, sed etiam in secularibus locum habet hæc determinatio.

¶Hinc est quòd si quis obtinuit beneficium in Ecclesia in qua viuebatur dissolutè, quod ad habitum, vel quid simile, poterit cogi cum alijs obseruare reformationem factam in Ecclesia secundùm ius vel aliquem laudabilem Ecclesiæ institutionem: quia acceptando beneficiū videtur se ad hoc obligasse, & hoc ipso tenente beneficium: imputatur enim sibi, quia potuit hunc casum cogitare. c. 1. s̄. de seruis non ordi. & l. si quis domum. §. 1. ff. loca. Nostra communis opinio potest fundari in hoc, quia religiosi eorum proprię voluntati renunciauerunt. 12. q. 1. c. non dicatis. & c. si religiosus. ibi, cum nolle vel velle habeat. s̄. de elec. hoc lib. concordat. c. quorundam. eo. tit. & c. fi. de sepul. hoc lib. & c. fi. de testa. Et id apud eos pro lege habetur, cum vltimum sit eis elogium, quod pro lege habetur vt, dixi iuxta illud in iure tritum, disponat testator, & erit lex. text. in authen. de hęre. & falci. in §. exheredatos autem. ibi, vna est enim legis intentio, vt quæ disposita sunt a morientibus impleantur. colla. 1. Et sic quātuncunque dura debet seruari. vulga. l. prospexit. ff. qui & a quib. debet enim ingredi sua propria voluntate quæsitum, licet intolerabile videatur tollere. 19. distin. c. in memoriam. Quod tamen temperare habes, per id quod citat Inno. quem sequitur ibi Car. Petr. de Ancha. & communiter alij, ꝙ si impotens esset ad ordinem sic reformatum tollendum, ꝙ de mitiori & minori religione faciliter poterit secum dispensari. c. significatum. de reg. istud operatur corporis necessitas, quæ non habet legem. vulgata sunt iura. Domi. Deci. vbi. s̄. nu. 7. modificat intentū nostrum tres casus in exceptione ponendo, primus est propter corporis debilitationē quod placet Domi. hic. Et hoc generaliter locū habet in omnibus professis, qui propter debilitatem ad latiorem regulam transire possunt. vt per Inno. in c. fi. s̄. de renuncia. prout refert idem Deci. tamen nihil est: sed dic vt per Domi. in c. cum singula. in §. prohibemus. col. fi. de præb. & Fely. in d. c. ad nostram. col. 2.

Secundus casus dicitur quando professio limitata fuisset secundùm regulam, quæ tempore ingressus obseruabatur, nam † limitata causa limitatum producit effectū. l. in agris. ff. de acquir. rer. domi. l. etiam. §. 1. ff. solu. matr. l. Fulcinius. §. quod si aduersus. ff. quibus ex causis in po. ea. l. 2. vti. possi. Signor. consil. 97. colum. 3. quæstio disputanda.

15

Tertius casus est quando tanto tempore regula relaxata fuisset quòd initij memoria nō esset in contrarium, quod

quod tempus inducit præsumptionem alicuius tituli argu.cap.primo,supra de præscriptio. hoc libro,& vim priuilegij.l.hoc iure.§. ductus.ff. de aqua quotidiana & estiua.Quia tunc non tenetur ingressus nouam reformationem obseruare,ratio quia propter diuturnitatem temporis reputatur noua austeritas,de qua ingressus verisimiliter non cogitauit.

Istud non placet,tum primò,quia talibus ingredientibus(priusquàm profiteantur) datur prout & legitur in regula siue sancti Benedicti,aut alia sub qua volunt profiteri,& dum adest hora professionis, iurât & vouent viuere imposterum secundum regulam illam : in cuius signum legitur publicè sępissimè in loco capitulari,medio cuius protestari,ꝙ non intēdunt ad reformationem venire,nō iuuat,cū protestatio repugnet actui, quod repugnat opinioni.Fely.in d.c.ad nostram,vbi dicit ꝙ talis sic protestās licet nō possit redire ad seculum , potest tamen laxiorem religionem ingredi. Ex quo infero , ꝙ aliter faciens , nec quo ad mundum , nec quo ad Deum videtur esse tutus, quod est contra Panor.in d.c.super eo.s̄.eo. vbi putat animaduertendum intētionem ingressi, quia votum debet esse voluntarium.c.licet.s̄.de voto.

Istud non sufficit proposito meo , quia hæc protestatio habetur pro infecta,& remanet eo medio intentio regulata secundum iuris communis dispositionem.

Nec iuuat an puer,aut indiscretus,vel mulier sint,quia debuit eis imputari ignorare,aut ꝙ non consulerint.Io. Mo.in c.ignorantia in fi.& ibi dico.de reg.iur.

Item non dicitur deceptus,quia præsumendum est, ꝙ Dei instinctu intrauerit , sic non potest allegare, ꝙ non vult seruare regulam reformatam.

Si autem dicit se,non intrasse bono animo,sed vt viueret secundum regulam vigentem ibi,prout multi nostrę tempestatis faciunt, tunc non debet audiri tanquàm allegans turpitudinem suam. arg.c. inter dilectos.s̄. de fide instru.dixi.s̄.in c.1.de confessis.

Pro præmissis adde Lapum allegat.93.col.fi.Io.Martino.vbi dicit quòd coactus † intrare religionē dicitur pati bonum dolum : hinc est quòd si minor est, non tamen petit restitui,quia vere nō est lęsus, cum in meliorem statū tractus sit, prout firmat idem Lapus alleg. c.in quæstione,& alleg.seq.col.2.vers. Secundò probatur.quod comprobat ibi.col. 5.

¶Et per hæc habeo intentum pro his, quæ citat Ant. de But.in c.cum causam.de elec. vbi dicit ꝙ non excusantur intrantes regulam collapsam, nisi illam obseruent ad vnguem,licet tempore quo profitentur,nō sit in obseruātia:ideo secundum eum hodie,quàm plures Monachi vadunt ad domum Diaboli , & Præpo. in c. non dicatis.12. q. 1. col. 1. quòd domus † Monachi proprietarij iudicio scripturæ est velut spelūca latronum:ratio quia detrahit fundamentum religionis,quod est paupertas.

¶Item hi monachi solum non obseruant reformationem,verum equidem non attendunt ad obedientiā,paupertatem & minus ad castitatem: quia plerunq; intumescere faciunt ventrem commatrum . docet rerum experientia,maximè in regno † Galliæ, in quo omnes monachi dicuntur non Gallinacei,sed Galli, qui generare possunt.no.do.Aureolus. in additio.ad Guil. in c. 1. de statu regula.hoc lib.

¶Et per hæc sit firmata doctrin.Ioan. Mona.cum qua communis scribentium,etiam moderna iuris prudentia: & sic in iudicando tenenda, pro qua sistit glo. cuius opinio antecellit,prout in simili dico.in c. super eo.in fine.j̄. de hæreti. illam tenent supremę Gallorum curię , prout vidi tam in reformatione monialium , quàm monachorum:monialium quidem vidi dico, licet Ioan.And. in d. c. vno in princip. j̄. de statu. regula. in nouel. dicat illam constitutionem non fuisse in partibus Gallicanis receptam, quod est falsum , quicquid etiam dicat Helias Regnier,qui citat quasdam moniales medio dicti Ioā. And. contra Archiepiscopum Burdegalen. obtinuisse & male, quia Papa circa professos habet multū posse. dicit idē Io.And.vbi.s̄.in cibis,vestibus,modo manendi & similibus,quę plus cadunt in bonis fortunæ,reseruata tamē naturali substētatione & substātialibus regulę , in bonis aūt naturæ,gratię & glorię nō est tāta Papę potētia, qđ per se putet : illa enim Deus (cuius vices gerit , vt dicimus. s̄. in procemio.in ver.interiectio admirantis) non transtulit in eundem.

¶Et attende in puncto hoc ꝙ reformati non possunt per eorum abbates ad alia monasteria eiusdem ordinis non reformata transferri, cum consideremus austeritatem religionis respectu obseruantiæ de præsenti, non respectu institutionis antiquæ:ex quo infero post Bart.de Chassa.consi.20.num.25.quod incipit per inspection, ꝙ † abbas Cluniacen.non potest transferre suos.monachos ad ordinem sancti Benedicti,cum Cluniacē.ordo sit strictior & durior propter statuta & nouas ordinationes,seu diffinitiones,& eorum viuendi modum, ac obseruantiā de præsenti.quibus de causis potest dici arctior,strictior & durior.dicit Panor.in c.sanè.s̄.hoc tit.& in c.ad nostram. col.2.s̄.de appella.vbi ait ꝙ † ad considerandum quæ religio sit strictior,non debet semper attendi dispositio originalis regulæ , sed etiam statuta ordinis , quæ duriorem modum viuendi inducunt . Ex quo infert ad fratres prædicatores,qui ex regula non sunt mendicantes, sed postea ex consuetudine ordinis abdicarunt a se propria , & fecerunt se mendicantes,sic habito respectu ad regulam originalem possent intrare regulā sancti Benedicti,quod non est fatendum .

¶Et quod dicimus ordinem Cluniacen.fore strictiorem ordinis sancti Benedi.illud verum dic si ordo sancti B.nō reperiatur reformatus,quia si reperiatur, dicitur strictior ratione qua.s̄.diximus de ordine Cluniacen.& tunc poterit fieri translatio.

¶Pro dicto Panor.in eo quod loquitur de prædicatoribus habes.id quod citat Aureolus in additio.ad Guil. post Fely.in c.cum contingat.col.3.s̄.de foro compe.ꝙ de consuetudine firmari potest quòd strictius vniatur , quia illud tendit ad onus,non ad honorem,ideo consuetudine qnæri potest,per ea quæ no. Domi.in c.catholica. versi.glo.opponit.11.distin.vide quæ pro intento tradit Cardi.consi.23.quidam frater Andreas,& Lap.allega.62. quidam Franciscus,vbi latè discutit quare dicatur arctior vel minor .

p ¶Sed est. Vel dic in proposito secundùm Ioan. Mona. in c.1.in prin.j̄.de sta.regu.in ver.clausura,quòd propter reformationem † nil ad regulam adijcitur,sed modus in cohabitando taxatur , & secundùm naturam rei fit. vide quæ dixi.s̄.in rub.de renunc. An minor beneficio renuncians debeat restitui .

q Intellectum . Qui secundùm Augusti. dicitur oculus animæ discernens verum a falso.Bald.in c.fi.circa fi.s̄.de offi.deleg.qui subdit ꝙ sola † veritas est obiectum intellectus:quæ sępè vulneratur,sed mori nō potest.dicit Hippol.de Mar.consi.82.nu.44.Scientiarum omnium, eam tamen princeps mutare non potest.l.in bello.§.factæ.ff. de cap.& postlimi.reuer.l.1.C.si ab hæredi.se absti.Pau.de Cast.consi.340.col.1.præmissis allegationibus . in 1.par. vbi subdit ꝙ contra eam benè potest fingere , vt patet in fictione postliminij & legis Corneliæ.

r Ignorat . Vide Ioan.Mona.in c.contra vbi latè dico.j̄. de hæreti.

¶ Alexander quartus fratribus prædicatoribus & minoribus . Cap. II.

¶Non solum.& j̄.licet zelum animarum habentes &c.

SVMMARIVM.

1 *Zelus quomodo sumatur, vide hic .*
2 *Non est satis habere conscientiæ puritatem , nisi sit ipsa ad iura iudicio rationis .*
3 *Discretio est mater omnium virtutum .*
4 *Annus probationis reperitur introductus tam in fauorem ingredientis,quàm monasterij , quod ingreditur .*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Zelus in quibus consistat , vide hic .*
2 *Religiosi solent eße principes conscientiæ & puritatis.*
3 *Exiens infra annum probationis , non tenetur ad expensas factas in monasterio,*

monasterio, imo recuperat bona apportata.
4 *In diui Francisci institutione, tres reperiuntur ordines.*
5 *Obseruantiæ faciunt religionem arctiorem.*

a NON SOLVM. a Hæc decre. ponit exceptionem a regula qua cauetur, ꝙ quis potest renunciare his, quæ pro se introducta sunt. s̄. eod. statuimus. & c. licet. Et hæc decretalis loquitur in mendicantibus. j̄. c. proximo. & primò procemium ad dicenda ponit. secundò versicu. [vobis] inhibitionem annectit. Tertiò. §. [quod si fortè] contra prohibitionem facientes multipliciter punit [ze- 1 lum †] hoc est feruorem, vel dilectionem. s̄. hoc lib. de re iudi. ad apostolicæ. & j̄. de accus. cum oporteat. alias acci- b pitur pro inuidia, b vnde est zelus in bonum, & in malum s̄. de elect. dudū. 1. in fi. & in c. in Genesi. in prin. & c. Eccle sia. §. 1. [Rationis.]

2 ¶Et sic no. † ꝙ non est satis habere conscientiæ purita- c tem, c nisi ipsa sit adiuta iudicio rationis, d quod est discre- d tio, † quæ est mater omnium virtutum. s̄. de offi. custo. c. 3 1. [excommunicationis] ex hoc non est sententia lata, sed est comminatio. j̄. de iure patro. relatum. [institutus.] Et 4 nedum † in fauorem ingredientis, sed etiam monaste- e rij e ingressi. [Recipere] scilicet præsumatis quod est in fi. huius dicti [impedire,] scilicet præsumatis [vel] non præsumatis impedire, nisi &c. [professus] ante alium ordinem [vel expresse.] Sed hæc litera videtur repugnantiam continere, scilicet ꝙ in ordine isto non profiteatur ante annum, & quod quis fuerit tacitè vel expresse professus. verum dicit referendo ad idem, sed ad diuersos nō, & sic intelligitur hic, vt ille qui antequàm ingrederetur f ordinem prædicatorum vel minorum, f erat professus tacitè vel expresse, tunc ingrediens hunc ordinem est alligatus eidem, vt in casibus sequentibus. & concordat. s̄. eo. c. proximo. s̄. hoc lib. de elect. nullus. [ꝙ si] hic ponit tres pœnas, prima, quia per professionem contra dictam inhibitionem factam irritam decernit, & fratres a receptione professionis in qua peccauerunt, repellit, & eos mandat g sicut pro grauioribus g culpis solitum est puniri [consue- h uit] secundùm dicti ordinis instituta, seu obseruantias. h

ADDITIONES PROBI.

a NON SOLVM. Vide Lap. alleg. 4.
b ¶Pro inuidia. Io. de Ana. consi. 62. col. pen. visis & pō- 1 deratis. dicit ꝙ zelus consistit in carnalitate, nimia familiaritate, corruptione, affectione, intentione, & odio ad Deum: meritum verò consistit in moribus, scientia, vita. Et ista duo possunt referri ad personas eligentium, & etiam electi.

c Puritatem. Vide Ang. de Perus. in consi. 343. col. 3. visis 2 attestationibus, ibi. † Solent enim religiosi Deo dediti esse Principes conscientiæ, puritatis, maximè in imitantibus regulam: quam puritatem conscientiæ, nedum iudices sequi tenētur, vt in corpore. Auth. vt iud. sine quoquo suffra. & in corpo. instar. quod præsta. imo etiam arbiter, cum arbitria sint instar iudiciorum reducta. l. 1. ff. de arbi. Et male iudicantes ita faciunt litem suam, vt iudices. C. de pact. l. si quis in conscribendo. ad fi.

d Iudicio rationis. Vide quæ dixi. s̄. in rub. de arbi. in ver. reduci.

e Monasterij. Ratione cuius talis licet exeat, † non tamē 3 tenetur ad expensas per eum factas in anno probationis. not. Doct. in c. beneficium. j̄. hoc titu. ideo recuperat per eum portata. no. latè Steph. Bertran. consi. 135. ex tenore. par. 3. vide Dom. in c. 1. hoc tit.

f Minorum. In quorum † professione, seu diui Franci 4 sci institutione repeiuntur tres ordines. de tertiò meminit Soc. consi. 230. col. pen. versi. circa secundam. viso testamento. vbi dicit tales tertij ordinis fore exemptos a iurisdictione seculari. Bart. in l. semper. §. fi. ff. de iure immunita. traditur in c. 2. s̄. de foro compe. Hos enim ordines ipse Soci. consi. 245. col. 1. Omissis. connumerat dicēs ꝙ primus fuit fratrum minorum qui est arctissimus, & caret proprio in communi & particulari. Clemē. exiuit. de verb. signifi.

¶Secundus est ordo sanctæ Claræ, qui differt a primò, quia ordo ille in fœminis est arctissimus, & non habent proprium in particulari, sed tantum in communi.

Tertius ordo, est pro viuentibus in coniugio tam maribus, quàm fęminis, & habent proprium in particulari, & eorum propriè status non est regula, sed quidam viuēdi modus approbatus a Papa Nicolao: de hoc meminit gl. in Clem. cum ex eo. de sente. excommu. & in Cle. 1. de religio. domi. & Card. consil. 13. num. 7. pro elucidatione dubiorum. & consi. 17. circa primum, vbi etiam ponit hos ordines.

g Grauioribus. Vide quæ dicantur enormia & grauiora. per Alex. consi. 13. versi. 7. etiam præsuppono. consideratis his. vol. 6.

5 Obseruantias. Quæ † faciunt arctiorem religionem. no. Bar. de Chassa. consi. 20. par inspection. Lap. alleg. 62. quidam Franciscus. dixi s̄. in c. proximo.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Constitutionem Innocentianam, quæ prohibet &c.

SVMMARIVM.

1 *Professio expressa arctius ligat, quàm tacita.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Annus probationis debet esse continuus, non ex diuersis temporibus coadunatus.*
2 *Dictio, per, denotat continuitatem.*
3 *Expressus consensus debet potius, & citius, suum operari effectum, quàm solus temporis cursus.*
Verus præfertur ficto.
4 *Naturalis causa præfertur accidentali.*
5 *Casus in quo æque ligat tacitum, quod expressum.*
Expressa magis operantur, quàm tacita.
6 *Prohibitio tacita non solet irritare actum sequentem post prohibitionem, sicut expressa.*
7 *Aliquando tacitum plus operatur, quàm expressum.*
8 *Aliquando tacitum, idem operatur quod expressum.*
In societate omnium bonorum quæ veniant.

CONSTITVTIONEM. Hæc decre. habet duo dicta. Nam proximò Inno. IIII. & Alex. IIII. declaratum ad duos solum ordines extendi ad alios mendicantes prorogat. Secundò. §. [in alijs] in religionibus non mendicantibus quo ad professionem tacitam vel expressam dat regulam, ecce ergo elapsum. s̄. c. proximò [extendi] quæ est in hac compilatione [inducti.] C. ad leg. Fal. l. a vlti. [annum a] tacitè dico per susceptionem &c. [obli- 1 gat] Nota † ergo ꝙ professio expressa b arctius c ligat quàm b tacita, d & alia differētia habetur. s̄. hoc lib. de elec. nullus. c [apte.] s̄. eod. c. 1. [triduo.] No. breuem præscriptionem d simile. C. de erro. aduoca. l. vlti.

ADDITIONES PROBI.

a ANNVM. Continuum † non ex diuersis tempori- 1 bus coadunatum, quia si aliquis ordinem fratrum minorum intrauerit, & per sex menses steterit, deinde exierit, & postea reintrauerit, & per alios sex menses steterit, propter hoc non dicitur professus sed nouitius, quia hoc in casu vnum tempus cum alio non coniungitur. pro hoc habes Bart. in l. fi. §. quotiens. ff. de public. post Guil. de Cun. in l. necnon. §. si quis sæpius. ff. ex quib. cau. maior. Ange. & Moder. in l. quotiens in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. & in l. 2. §. 1. ff. de condi. insti. Vide quæ latè tradit Alex. in simili. consi. 34. Et viso priuilegio. vol. 5. dico in c. fi. de sent. excom. Idem Alex. in consi. 154. nu. 3. viso puncto. vol. 4. adde Lap. alleg. 67. Factum ita se habuit. & ibi vi debis ad vtramq; partem: tamen concludit pro hac parte 2 per vrgentiores rationes, & inter alias, ꝙ hæc dictio, † per, de sui natura significat continuitatem. Alex. cōsi. vlt. vol. 4. col. 1. vbi multas rationes adducit.

Pro intento vide rotam. in antiq. decisio. 296. no. quòd ingrediens.

b Expressa. Vide quæ in proposito latè discutit Soci. cōsi. 270. cōsideratis his. Ad id facit quod no. Pet. de Anch. cōsi. 3 34. col. fi. in hac causa ꝙ † expressus cōsensus debet potētius & citius suū operari effectum, ꝗ̄ solus tēporis cursus.

Expressus

Expressus enim consensus dicitur verus, & tacitus fictus nuncupatur.

Item quando ad eundem actum exercendum concurrit verus administrator,& fictus, verus præfertur no.Inno. de iudic.d.c.cum deputati.

¶Item quando concurrunt duo sponsi ad eandem vxorem, quorum vnus est verus, & alter fictus, si eodem tempore, verus præfertur ficto. supra de frigidi. fraternitatis.

¶Ad idem quando concurrit causa naturalis,& causa accidentalis, præfertur naturalis, vt patet. supra de præbē. hoc lib.cap.præsenti.§.Idem, per quæ & alia Domi.in cōsil.138.An habens literas, dicit quòd clausula retrotractiua, quam appellamus perinde valere (de qua latè discussum extitit per nos. supra de consue. in cap. tua nos) non est potens ad tollendum ius quæsitum, etiam ad rem, nisi aliter appareat de intentione Papę, vt diximus etiam in d. cap.tua nos.

c 4 Arctius ligat. Vide casum in quo † ęque ligat tacitum, quod expressum no.per Dom.in c.2.in fi.s̄. de iur. calum. dum dicit, quòd si expressa confessio procuratoris noceat domino, eodem modo tacita, seu ficta: pro quo est tex.in c.2.s̄.de confes. vbi si procurator recusat respondere positionibus factis in iudicio, habentur pro confessatis in præiudicium domini: secus autem vbi non præiudicaret confessio, vel contumacia procuratoris.

d Tacita. Vide modos per quos fit tacita professio, notatos per Card.cons.21.quidam Laurentius.

5 Vlterius ꝙ expressum † est extensibilius, quàm tacitū Io.And.in c.fi.in fi s̄.de consue.allegans.c.ꝙ a te.s̄.de cleri.coniug l.pe.ff.in quibus causis pig. contrahi.& l.precib. C.de impub.

Item expressa magis operantur seu operari debent, q̄ tacita l.continuus.§.cum ita ff.de verbo. oblig.hinc dicimus ꝙ expressa prohibitio testatoris magis operatur, q̄ tacita. notat domi. Chassaneus cons.55.num.28. Stante consuetudine. vide quę dixi in c.nullus. supra de elec. ad idem Io Mona.in c.religiosus.s̄ de sepul.dixi etiam in c.vt circa s̄.de elec.quibus iunge quod citat Maria.Soc. consil.53.in prin ꝙ in tacitis tacitè loquimur verbis ipsis & factis. ad idem ipse Soci.consi.198.col.4. primo aspectu. vbi dicit

6 quòd prohibitio tacita non solet irritare actum sequentem post prohibitionem, sicut expressa.casus, est notabilis.in l.fina.in prin.de leg.2.quem ad hoc allegat Bal. in l. humanum. C. de legibus, quod probatur ex his quæ ponunt Panor.& in Imo.in c.dilectus, el 2. per illum textū. s̄. de præben. vbi volunt, ꝙ licet actus contra expressum mandatum principis sit nullus, tamen secus est quādo est factus contra tacitum mandatum.

7 ¶Aliquando enim reperitur † tacitum plus operari, q̄ expressum, quia quando quis ratione contractus à se celebrati in alio loco, q̄ in sua diœcesi, cōuenitur extra diœcesim coram iudice ecclesiastico in loco celebrati contractus, tunc non potest allegare quod ibi non possit conueniri, sine episcopi sui consensu, vt in c. dilecti. s̄. de foro comp. no. Alexander consi.89.in fi. Omissis non necessarijs.vol.7.

8 ¶Aliquādo † tacitū idem operatur quod expressum. l.triticum.ff.de verb. obl. quem pro hoc cum aliis cumulat Alexander in consi.23.nu.14.visis & consideratis, vol.2.vide quæ pro concordia dixi in d.c.nullus.s̄. de elect. in verbo, quàm tacitum.

¶Pro themate tamen habeo, quæ notat idem Alexan. in consi.47.nume.4.diligenter perspectis, vol.2. ibi, nam in societate tacita omnium bonorum, quæ contrahitur expromiscuis actibus socialibus, omnia cōferendo, nunquam veniunt nisi ea, quæ ex actibus quæstionariis, & negociationibus acquiruntur, non autem quæ ex legato vel donatione etiam facta ob merita obueniunt, vt expresse probatur in l. coiri cum sequen. vsq; ad leg. sed cū dicatur.ff. ꝓ socio, licet sit secus in expressa societate omnium bonorum etiam facta per cōuentionē expressam. l.3.§.1.ff. pro socio, hanc differentiam facit tex.in l.si duobus.alias Papinianus.§.socium cum glo. omnium. ff. pro socio notat Bal.in Auth.ex testamento in pen. col. versi. 2.quæro, quid si dotet sororem. C. de colla. vbi allegat bonum tex. in l. si socius pro filio. iuncta glos.ff. pro socio; vbi etiam socius omnium bonorū non tenetur conferre ad onus dotandi filiam socij, quia illa donatio non est actus negatiationis quæstuariæ, vt per Bar.in l.legatis, ff.de testa.pro hoc vltimo faciunt quæ adducit Alex.in consi.189.nu.3.visis subtilissimis.vol.2.quòd socius non censetur tacitum mandatum habere, nisi circa ea, in quibus est expresè contracta societas, videlicet circa merces venales, nam vnus poterit vendere sine alio, quia ad hoc est societas contracta, & vnus videtur ex hoc alium proposuisse.l.1.§.fi.cum.l.sequenti.ff.de exerci.

¶Vide quo ad tacitam societatem quæ tradit. Deci.in consi.548.visa consultatione.

¶Item in proposito conditio expressa potentior videtur, quàm tacita.no.in l.precibus.C.de impub.Deci.cōsi. 570.nu.7.Casus de quo.

Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Beneficium illius qui religionem ingreditur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus Parisiensis dedit causam huic ędicto.*
Hic apparet quòd Ioan.Mona.erat superstes tempore compilationis sexti.

2 *Canonicus Ecclesiæ cathedralis intrans monasterium, si contingat Ecclesiam vacare infra annum probationis, an poterit per procuratorem eligere Episcopum.*

3 *Legatarius ignorans acquirit sibi legatum a morte testatoris, commutabiliter tamen.*

4 *Annus probationis reperitur introductus, vt hic.*
Habens ius ad rem. si intret religionem, an pereat, siue vacet illud ius.

5 *Multa impediunt faciendum, quæ non impediunt iam factum.*

6 *An existenti in anno probationis possit conferri beneficium.*
Habere beneficium sæculare, & esse religiosum per professionem tacitam, vel expressam, non possunt se compati.

7 *Vtens beneficio iuris, non est præcipitandus ante tempus a iure statutum.*
De statu dubius, non est ad militiam promouendus.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Existens in anno probationis eligit per procuratorem.*

2 *Quaudo aliquid est in pendenti, non dicitur nullum.*

3 *Obligatio intrantis religionem, dicitur pura a principio.*

4 *An laicus intrans religionem dicatur tempore anni probationis laicus vel clericus.*

5 *Religiosus dicitur is qui per professionem omnem suam voluntatem imperio prælati subijcit inabdicabiliter.*

1 BENEFICIVM. Huic ędicto dedit causam quidā † canonicus Parisiensis, qui habens præbendam sacerdotalem intrauit ordinem prædicatorum, cuius præbenda fuit collata in anno probationis, & super hoc consultus scripsi, vt hic deciditur [portione.] s̄.de appel.peruenit.2.

2 ¶Sed † nunquid iste anno probationis pendente, vacante Ecclesia, in qua erat canonicus, poterit saltem procuratorem loco sui constituere ad eligendum, videtur ꝙ sic, quia non est vacans beneficium, vt hic.

a Contra [a] dic, nam iste veniens ad terminum anni, aut approbat religionem tacitè vel expresse, aut reuertitur ad pristinum statum. Et cum hæc sint aduersa, non possunt inesse simul, & sic efficaciter ante alterum extremū electum, non erit hoc vel illud completum, sed pendet [b] eius status.arg.ff.de succe ędic.l.1.§.largius.j.hoc lib. de senten.excommunicat.Religioso.arg.ff.de leg.3.l.1.1. respon.& ff.si cert.peta.l.proinde.

b

3 Vnde † sicut legatarius a morte testatoris dominium legatę speciei (etiam ignorans) sibi acquirit, commutabiliter tamen.ff.de leg.2.l.cum pater.§.surdo, quia condi-

c tio inest tacita, si volet [c].ff.de lega. 1.l.si ita legatum.§.Illi.

¶Sic intrans religionem est purè & simpliciter religiosus, vt apparet per verba quæ in ingressu dicuntur cōmutabiliter tamen, si volet ante annum, & hoc est ex beneficio iuris [annum] propter fragilitatem humanam

4 indulgentijs, ne † quis vitam mutet cum effectu, nisi be-
d ne probet quod eligit. Et ratio [d] redditur.s.eo. non solū. & hoc innuunt verba.d.c.religioso.

Sed quid de illo, qui non habebat ius in re, sed ad rem, vt quia erat sibi facta gratia, & interpositum decretum & processus habitus, quibus erat affectum beneficium, & postmodum iste intrat religionem, nunquid vacabit sal tem hoc? videtur ꝙ sic.arg.s.hoc lib.de conces.præb.c.si. ius ad rem. & d.l.1.1.resp.

5 Item multa † impediunt faciendum, quæ non impe-
e diunt iam factum.[e] 15.q.1.cap.fina.s.de iureiur. quemadmodum.& j.hoc lib.de voto & voti redemp.c.1. j.de cogna.spirituali.per cathecismum.

Dicunt quidam Episcopum posse præfigere terminū. j.quem profiteatur, alioquin dabit beneficium quod vacauit.arg.j.de conuer.coniuga. c.verum.& c.ex publico. & no.s.eo.statuimus.in fi.

f Alij dicunt rem in pendenti fusq; ad annum.arg.hic.& ff.ad Macedo.l.1.§.si pendeat.nec hoc casu currit tempus sex mensium Episcopo, vel alij ad quem spectat collatio beneficij, quia fauor religionis præstat impedimentum, vt hic, & arg j. hoc lib.de senten.excommunic.religioso. in fi.& sic tempus non currit. s.de conces. præb. quia diuersitatem.

6 Sed nunquid † isti poterit conferri beneficium in anno probationis? dicunt quidam ꝙ sic, quia annus probationis & habere beneficium nō sunt aduersa, sed possunt se compati, vt hic. vnde habere beneficium sæculare, & esse religiosum per professionem tacitam vel expressam, non possunt se compati, sed ad ista possunt se compati, sed se compatiuntur ꝙ habeant ius ad beneficium, vel in beneficio, licet probent religionem, qua acceptata sicut perit ius in re, & sic magis ius ad rem. Et iste religionem
7 ingressus, qui iuste deliberauerat (vt porè vtens † beneficio iuris) non est præcipitandus ante tempus a iure statutum.ff.de succes.ędict.l.1.§.largius. & §.sequen.j.hoc lib.de reg.iur.indultum.

g ¶Alij contra [g] dicentes istum dubium in statu, vt.in d.
8 c.religioso.in fi.Et de statu dubius † non est ad militiam promouendus.ff.de re milit.l.qui status.& ff.de liber.causa.qui de libertate.

¶Item per hanc collationem alliceretur iste ad non probandam religionem, & sic daretur via vt tentatum contemneretur.

ADDITIONES PROBI.

a CONTRA DIC. Hanc partem tenet hic.gl.pluribus fundamentis, quod non placet Guil.hic.col.2. quia si retineat beneficium ipse gaudebit fructibus quorum pars consistit in eligendo.no.in c.cum Bertholdus. s.de re iudi.& in c.in literis.s.de resti.spolia.Ista fuit sententia Archidia hic colum.2. quia per talem ingressum in quo dat operam rei licitę & a iure permissę non debet fieri deterioris conditionis, & hoc faciat per procuratorem propter aliquas rationes per eum citatas & latius per Io.And.hic in glo.discussas.sententia hæc Archid.placet Petr.de Ancha.hic.quibus nō astipulat Domi. Philippus
1 aūt reliquit cogitandum. Ego verò sequor † Archi.opinionem tamquàm veriorem vrgentibusq; fundamentis firmatam: nec videtur vrgere ꝙ opinio Archid.obtineat locum potius in patrono, vel in eo, quem non iure collegij, sed iure singulari spectat electio, maximè ꝙ in vtroq; cessat vagatio, & professionis discontinuatio, quia eliget per procuratorem: igitur adhæreas opinioni Archi.quia eius opiniones super.hoc lib.traditę omnibus alijs communiter præponuntur, dicit Fely.in c.1.sub uum.54. s.de consti. Tho.Fer.cautela.19.in fi.& Barth.de Chassa. consi. 10.in fi.viso.

b ¶Sed pendebat. In proposito dic ꝙ quando † aliquid
2 pendet non dicitur nullum, quia quod nullum est ab initio pendere non dicitur.gl.in l.si seruus communis ita stipuletur.Calendis.ff.de stipula.seruo. pro hoc vide Geral. Alber.de Barberano. in repetitio.l.si pater. C.de insti. & substi.car.mihi.3.nu.19.

c Si volet. Dic ꝙ † obligatio intrantis religionem dicitur pura a principio, sed resoluenda in euentum condi-
3 tionis, si non placuerit.j.annum, sic eo durante anno dicitur religiosus, vt in sequentibus per Ioan. Mona. citatis, quod facit ad quæstionem, pone, quidam laicus intrat re-
4 ligionem, an durante † anno probationis dicatur laicus, aut Ecclesiasticus.istud est vtile scire, quia si laicus dicatur, ligabitur legibus & statutis laicorum, secus si clericus, quia tunc solis ligabitur canonibus.cap.ecclesia sanctę Mariæ.s.de consti. Istud potest comprobari, quia animi destinatio, de qua patet per actum inchoatum licet non consummatum, habetur pro opere consummato & perfecto, licet fortè casu fortuito, vel alio impedimento non perueniat ad effectum.l.cum quidam. & l.& si nō fuerit.§.quid ergo.ff.de auro & argen.lega. Ista est sententia Pet.de Ancha.qui mouetur hoc fundamento, & alijs in consi.69.col.3.Contra donationem.facit quod no.hic Scriben.quia talis sortitur forum Ecclesiasticum: istud tamē videtur contra diffinitionem huius verbi, religiosus, quod secundùm Card.in consi.128.in col.fi.in aliquibus
5 locis, vbi dicit ꝙ † religiosus dicitur is qui per professionem omnem suam voluntatem imperio prælati subijcit inabdicabiliter. cap.ex multa, & quod ibi not.s.de voto. Tu tamen dic quòd istud est propriè & strictè, aliud verò largè & impropriè.

d Et ratio. Vide quæ latè tradit Lap.allega.47.factum.ita se habuit.

e Iam factum. Vide quæ dico.in c.1.j.de relig.domib.

f In pendenti. Adde pro hoc id quod citat Freder.consi. vacantibus canonicatu &c.

g Alij contra. Istam videtur tenere Ioan.Mon.tamquam vltimo loco positam per doctrinam satis vulgatam: quā aliter non cito, & in hoc conuenit hic Guil.de mōte Lauduno.col.1.qui subdit nec primum obtentum poterit cū alio permutare per rationem Ioan.Mo.quod non placet Archidia.hic.colū.2. quia nulla hic apparet incertitudo cum in totum adhuc sit sui iuris, & proprię volūtatis, cui astipulatur Ioan.Andr.hic in nouella.col.fin.licet.in glo. magna hic post principium teneat cum Ioan. Mona. per eius mortua, quam & sequitur hic Petr.de Ancha. in 1.q. tamen Francus hic.col.1.dicit ꝙ licet cōferri non debeat, si tamen conferatur, valet collatio, cum adhuc non sit priuatus nolle vel velle, vt probat tex.noster ibi, accedat assensus, & redire possit ad sæculum.c.statutum.s.hoc tit.quod placet, nisi aliter appareat de tacita vel expressa professione, vt hic per Archidiaco.& sic militant quæ primò loco fuere deducta per Ioan.Mona.

¶Si autem cupis comprobare, id quod dixi de vltima opinione. Vide Soci.consi.99.col.2.in causa eximij.

Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Qui post votum a sede certa religione intranda &c.

SVMMARIVM.

1 *Votum solemne, tollit votum simplex, & vinculum maius tollit minus.*

1 QVI POST VOTVM. Hic habetur regula, ꝙ solemne † votum tollit simplex, & vinculum maius tollit minus.arg.ff.de iudic.l.per minorem.s.de offic. lega.volentes.& c.seq.

Bonifacius Octauus. Cap. VI.

Si ad solum Abbatem pertineat creatio monachorū, &c.

SVMMARIVM.

1 *Creatio monachorum de iure communi spectat ad Abbatem & conuentum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Administratio bonorum monasterij ad quem spectet.*
2 *Habens ius commune pro se, dicitur habere titulum.*
Attenditur illud quod fauet iuri communi, seu quod minus lædit ius commune.
3 *In ecclesijs collegiatis ad quem spectat collatio.*
4 *Compositio indiuidui requirit concursum omnium.*
5 *Nihil dicitur esse actum vbi restat agendum.*

Legatum

6 *Legatum factum his, qui sunt doctores in legibus & medicina interpretatur vt hic.*

SI AD SOLVM. Dubium tactum.s.de elect. c.officij.hic deciditur. Et dic † creationem a monachorū spectare iure communi ad Abbatem,& conuentum arg. s.de his quæ fiunt a præla.sine consen.cap.c.1. & arg.s.de elect.cum Ecclesia.

ADDITIONES PROBI.

a CREATIONEM Monachorum. Non idem dicas † de † bonorum administratione, quia in ea solus Abbas etiam monacho potest disponere. no.latè Domi.in consi.135.in causa administrationis.

b ¶Iure communi. Dic vnum notabile quòd habens † ius commune pro se dicitur habere titulum. citat Ant. de Butr.in c.cum ecclesia.col.fi.s.de elect.

Item quando sumus in dispositione statuti, circa quā concurrunt duo quæ se ad inuicem met ordinantur, prouidenter potius attendere debemus illud quod magis fauet iuri communi, seu quod minus lædit ius commune. Bal.in l.si Decurio.C.de fals.ad fi. vbi quærit, quod si statuto caueatur, ꝙ contra aduocatum non possit inquiri, sed contra militem,& vnus sit aduocatus & miles, an poterit inquiri, si delictum sit indifferens, quia non magis respiciat causam militiæ quàm aduocationis, dicit quòd debet attendi illa pars quæ fauet iuri communi, quod non tollitur ita de facili sicut priuilegium.l.eius militia.§.militia missus.ff.de testa.milita.l.Marcellus.ff.ad Carbo.quod cō probabo post Ioan.Mona.in cap.priuilegium.in ver.iura specialia.de verbo.signifi.Istud placet Alex.in consi.100. col.fi.ex inspectione.vol.3.

c ¶Et conuentum. Vide Pano.in c.cum ecclesia.col.fi.s. de electione tenentem ad Abbatem solum de iure pertinere, cum Ioan.Mona.tamen concordat Cal.eo.tit. consi.16.& de senten.excommunica.consi.3.istud placet Lapo alleg.82.prima conclusio, quod ad duo inducit: primū est † quòd in ecclesijs collegiatis collatio spectat ad prælatum & capitulum, secundùm ꝙ si Episcopus mandet abbatissæ & conuentui, vt recipiant vnam certam in monasterio non mendicantium, & abbatissa concordat cum quinq;, duodecim dissentientibus quòd recipi non debet, & si appelletur a receptione, appellatio est legitima de iure, per not.in cap.a collatione.s.de appellat.hoc libro.

Hunc punctum latius examino in rubr.de iure patron. vltra quæ habes, quòd vbicunquè ad compositionem † indiuidui concurrunt plura substantialia, si vnum desit & alia interueniunt, non videtur satisfactum iuri, & per inde habetur, ac si nullum interuenisset. Ideo dicimus quòd ille, qui est reus in vno videtur factus reus in omnibus.cap.consideret.de pœnitē.dist.5. hinc dicit Bald.in l.1.C.de his qui pę.nom.quòd si testator grauauit hæredē sub pœna vt soluat decem,& soluit tātum nouem, quòd incidit in pœnam perinde ac si nihil soluisset. facit.l.vulgata quæ est.l.fina.C.de silentia. quòd nihil † dicitur esse actum vbi restat aliquid agendum.

Possumus adducere pro intento, quòd voluntate & authoritate actus humani regulantur, vt comprobaui.s. in cap.1.in ver.voluntas .de sepult.& si vnum abfuerit nō dicitur actus perfectus, & ex eo nihil generatur. Pone, exemplum in monitorio generali, vt latè discussi, in cap. fina.in versicu. Et ideo præmissis attentis.in 3.quæsito.s. de constitutio.

Item quando volumus facere alienationem rei ecclesiasticę, oportet quòd subsit necessitas & vtilitas Ecclesię, & sic copulatiuè duo requiruntur solemnitas formæ & veritas causæ.12.q.2.in cap.sine exceptione,& cap.1.s.de reb.eccle.non alienan.hoc lib. ergo nec sufficit existentia alterius.tenet Domi.in consil.48. colum.4. presbyter Franciscus.

¶Ad idem facit quod not.Alexā.in consi.13.num.14. circa primum.volu.3. quòd si statuto caueatur, ꝙ mulier dotata ad successionem vel diuisionem non veniat cum fratre, venit intelligendum & loquitur statutum de muliere, quæ fuerit dotata & dotem receperit de bonis communibus, sic copulatiuè requrit ꝙ fuerit dotata,& dotē receperit de bonis cōmunibus quæ habet cum fratre vel fratrib.& sic vtrumq; requiritur.l.hæredi plures.ff.de cōditio.insti.& l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.

¶Contra tamen istud, videtur vrgere quod ipse Alex. citat in consi.20.col.3.ponderatis his. eo. volu.3. quòd si 6 † testator dixit lego centum, his qui sunt doctores in legibus & doctores in medicina, non requiritur ꝙ petens legatum sit doctor in vtraque facultate, quia in materia fauorabili quando copula cadit inter duo adiectiua, seu inter duas qualitates,& non constat expresè vel ex coniecturis ꝙ illa duo adiectiua seu ille duæ qualitates sint adiectæ, vel adiecta respectu vnius & eiusdem substantiui, an verò respectu diuersorum, debet in dubio referri ad diuersa, si hoc fieri potest, vt augeat, pro hoc etiam adducit aliud ꝙ quando duo adiectiua possunt referri ad diuersa subiecta, & sumus in materia fauorabili, vt in legato, vel institutione facta in vltima voluntate, fit interpretatio, vt sequēs adiectiuum cum copula sit adiectum vt augeat relictum,& ad aliud subiectum in dubio referatur, quàm ad aliud subiectum ad quod referatur præcedens adiectiuum per l.ea tamen adiectio.de lega.3. vbi Bart. Anto.de Butr.Ioan.Imo.in Clem.in plerisq;.de elect. & Bal.in l.1. in princ.ff.de iusti.& iu.istud latius firmo in regula si pluribus.vide quæ dixi in c.in electionibus. in ver.copulatiua.s.de elect.

Dic tamen ꝙ non obstat, quia receptio de qua s.ꝙ fit a duobus copulatis respicit fauorem ecclesiæ per ea quæ diximus latè in c.cum in illis.s.de præb.Ideo si non recipiatur, est odiosum, igitur non stamus in fauore prout in casu allegato per Alex.vbi s.proximè, idem dic de casu, qui discutitur per nos in Rub.de iu.patro.

¶De voto & voti redemptione. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Votum quandoque commutatur, quandoque redimitur.*
Votum est, vt hic.

REGVLARES (de quibus est præmissum) vouent quandoque, vnde subijcit de voto. Et quia votum 1 † quandoque commutatur, & quandoque redimitur, annectit de voti redemptione.

Et votum est alicuius rei licitæ faciendæ vel non faciēdæ cum animi deliberatione Deo facta pollicitatio.

¶Bonifacius Octauus. Biteren.Episcopo. Cap. Vnicum.

¶Quod votum debeat dici solemne, &c.

SVMMARIVM.

1 *Deus est caput ecclesiæ.*
Matrimonium a Deo institutum, fortius est voti solemnitate ex constitutione ecclesię introducta.
Quare matrimonium fuit introductum. vide hic.
2 *Votum solemne dirimit matrimonium iam contractum, sed nō solemne impedit contrahendum.*
Peccatum est grauius ex manifestatione.
3 *An valeat matrimonium contractum post inhibitionem Papę decreto vallatam.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quare valeat matrimonium contractum contra interdictum ecclesiæ, vide hic.*

a QVOD VOTVM. a Ante istam constitutionem erat dubium doctorum, quod votum diceretur solemne ad dirimendum matrimonium iam contractum, & hoc hic declaratur. Et primò ponitur quæstio. Secūdò ver.[Nos igitur] quæstionis propositę decisio. [capite].i. 1 Deo † qui est caput ecclesiæ. Et ideo matrimonū a Deo institutum fortius est voti solemnitate, ex constitutione ecclesiæ introducta [innocētię] ante peccatū, sed post peccatū fuit institutū matrimoniū in remedium fragilitatis

humanæ. not. ĵ. hoc lib. de sponsal. & matrimo. in rubri. [indissolubilitatem.] ff. de ritu nupt. l. 1. [ordinis] no. hic & in sequentibus: quando votum censeatur solemne.

2 Nam † illud dirimit matrimonium iam contractum, sed nō solēne impedit cōtrahendum, sed non dirimit iam cō tractum [manifestius.] No. ergo ꝙ peccatum est grauius b ex manifestatione,[b] vt hic, & ĵ. de pœniten. & remis. cap. 1. contracta. Sed nunquid iste sic vouens (mortua vxore) tenetur religionem ingredi, videtur ꝙ sic. ĵ. qui cleri. vel vouen. capi. fin.

¶ Item cessat impedimenti causa, vt matrimonium: ergo debet ingredi religionem. argu. ĵ. de voto & voti redemp. placet.

¶ Nec obstat hæc litera, ꝙ licet matrimonium teneat, ipso soluto, vouens tenetur religionem intrare.

3 Sed pone, Papa † inhibet, & decreuit super matrimonio & postmodum contrahit matrimonium, nunquid illud est irritum? videtur ꝙ sic. s̄. hoc lib. de elect. si eo tempore. c Dic contra.[c] argu. hic. & ĵ. de matri. contrac. cōtra inter. eccle. c. 2. not. in extraua. Rem non nouam.

ADDITIONES PROBI.

a QVOD VOTVM. Vide Lap. alleg. 47. col. penul.

b ¶ Manifestatione. Facit illud Psal. quorum tecta sunt peccata beati dicuntur.

c Dic contra. Pro concordia vide Ioan. Mona. in c. 1. de relig. dom. vbi optimè distinguit.

¶ Sed pro opin. Io. Mo. hic ꝙ teneat in matrimonium 1 † habes glo. singularem in cap. ad dissoluendum, in ver. irritum. s̄. de despon. impub. quam multum commendant Docto. ibi, ad hoc ꝙ matrimonium contractum contra interdictum Papæ etiam cum clausula decreti irritantis tenet mero iure, alio impedimento non supposito: quod firmat Rota in interdicto Episcopi. decis. 450. in nouis. si pubes. vbi subdit ꝙ fortius est matrimonium quàm inter dictum etiam Papæ. Et sic debilius superueniens non rūpit fortius vinculum. c. si inter. s̄. de despon.

¶ De statu regularium. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Status regularium debet esse in clausura, claustro, & alijs hic descriptis.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Abdicatio bonorum non est de originali substantia professionis regularis.*

Recipiens sacrum ordinem sub conditione quòd contrahere possit matrimonium.

DICTO de regularibus quorum debet esse status 1 † in clausura, vt præsertim in monialibus. vt ĵ. c. proximo. & in claustro. 16. q. 1. placuit. 2. Auth. de sancti. episc. §. prouidere. col. 9. Et etiam, vt precio non decipiantur, a nec peculium[a] habere permittantur, nec soli per villas & oppida morentur, sed insimul conuiuant, statum etiam debent habere per visitatores, & alia quę exprimūtur. s̄. eod. monachi. & c. quod Dei. & cap. cum ad monasterium. & capitu. sequen. & sequen. Ideo subijcit de statu regularium.

ADDITIONES PROBI.

a NEC PECVLIVM. Dic id fore vnum de substātialibus professionis: vnum tamen dicit Paul. de Cast. cons. 69. post princ. visa quadam commissione. in 1. 1 par. ꝙ abdicatio † bonorum non est de originali substantia professionis, sed addita fuit per constitutionem ecclesiæ, sicut castitas in sacris ordinibus, vnde si quis reciperet sacrum ordinem sub conditione ꝙ poterit contrahere matrimonium, reijceretur cōditio, & esset verè ordinatus. no. in c. diaconi. 27. dist. secus si esset facta in emissione professionis quædam reseruatio per modum conditionis in his quæ sunt contra naturam originalem, seu substantiam professionis, puta ꝙ non teneatur ad obedientiam, vel ad castitatem, quia tunc vitiatur professio. c. fina. s̄. de conditio. apposi. Si autem esset facta reseruatio per viam modi, vel conuentionis, tunc non vitiatur professio, sed modus vel conuentio. vt no. in l. per seruum. ff. de vsu. & habi.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶ Periculoso & detestabili & quarundam monialiū &c.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo aliqua arctatur grauius quæ incipit, vt ea inuita vinculo grauiori stringatur.*

Non decet mulieres vagari, nec virorum cœtibus immisceri.

2 *Mulieres plerunq; aduersus sua commoda laborare nituntur.*

Superiores habent facere clausuram, & ea quæ eam concomitantur.

Pena inflicta mulieribus, ad masculos non est extendenda.

Euestigio dicitur vt hic.

3 *Specialiats concessa, suis terminis debet esse contenta.*

Causa specialitatis cessante, cessat specialitas.

4 *Sæculares compelluntur per ordinarios, si non faciant quod conuenit ecclesiasticę institutioni.*

Laici habent primo requiri, sed prælatus prælatorum, vt Papa iniungere potest.

5 *Acrimonia dicitur, vt hic.*

Inuocatio brachij sæcularis ad quid fit.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Periculosa est sexuum commixtio.*

Monachi quare promptiores sunt ad coitum.

2 *Facies mulieris est ventus vrens.*

Amor mulieris hominem vrit.

3 *Monachi propter cucullam non efficiuntur galli gallinacei.*

4 *Iuramentum fidelitatis non potest præstari per procuratorem inuito domino, volente autem sic.*

Exhibitio reuerentiæ præstari debet personaliter.

5 *Communiter mulieres quærunt consilium contra proprium cōmodū.*

6 *Pœna non extenditur.*

7 *Quando in materia pœnali fiat extensio de persona in personam.*

8 *Statuta imponentia pœnam filijs pro patribus, sunt valde dura & rigorosa.*

9 *Statutum quòd vnus teneatur pro alio, non est tamquàm odiosum extendendum.*

10 *Dispositum in filijs quando non habet locum in filiabus.*

11 *Sub exhæredatione filiorum, non censentur comprehensæ filiæ.*

In materia exclusiua, punitiua, & priuatiua.

Quod non est specialiter expressum, non inducit priuationem.

12 *Concessum ob necessitatem, durat eatenus, quatenus durat necessitas, & non vltra.*

13 *Anathema dicitur vt hic.*

14 *An delegatus possit inuocare auxilium brachij sæcularis.*

15 *Bulla apostolica quando debeat strictè interpretari.*

Inuocatio brachij sæcularis hodie non datur absq; signatura.

16 *Qui potest aliquid exequi, ergo omnia sine quibus.*

Delegatus in causa delegata vicem obtinet delegantis.

17 *Non omnia quæ in rescripto apponuntur videntur apposita, vt delegata, sed vt potestas excitetur.*

Solet plus timeri quod specialiter indulgetur.

18 *Non est absurdum exprimere clausulas quæ insunt.*

19 *Conseruatores inuocant brachium sæculare.*

Speculator fuit discipulus Hostiensis.

20 *Subexecutor inuocat brachium sæculare & spirituale.*

21 *Brachium sæculare non inuocatur nisi in subsidium.*

22 *Non est vtendum gladio temporali, nisi præmisso spirituali.*

23 *Iudex non debet incipere a cauda sed a capite.*

24 *Rescripta sunt stricti iuris, & non extenduntur, nisi ad causas in eis expressas.*

25 *Decet iudices habere pedes plumbeos, non plumeos.*

26 *Iudex sæcularis an teneatur stare præcessui iudicis Ecclesiastici brachium sæculare implorantis.*

27 *Potestas Ecclesiastica aliquando est paralitica.*

PERICVLOSO. Hæc Decretalis habet 7. partes. Primò ad dicenda prooemium præmittit. Secundò, versic. [præsenti] de clausura monialium. & §. [sanè] ne plures

plures recipiantur quàm facultates monasterij patiatur, statuit. Tertiò. §. [verum] a regula excipit. Quartò. §. [porrò] præsidentes sæculares, vt dent abbatissis & priorissis, ac alijs monialibus (administrationem gerentibus) potestatem agendi, quæ incumbunt per alios, exhortatur & requirit. Quintò. §. [Episcopis] hoc idem prælatis iniungit. Sextò. §. [Et quoniam] statutum prædictum mandat exequi. Septimò. §. [per hoc] respondet tacitè quæstioni [statui,] scilicet, prouidere salubriter cupientes, quod
1 est. j. [clausura] Sed quomodo † aliqua arctatur grauius quam inceperit, vt ea inuita vinculo grauiori stringatur?
a Sol. hic nil ad regulam adijcitur sed modus [a] in cohabitando taxatur, & secundùm naturam rei fit, cum nō de-
b ceat mulieres euagari nec virorū cętibus immisceri [b] s. hoc lib. de iudi. mulieres. C. de arbi. l. vltima [valeat.] j. hoc lib. de senten. excomm. religioso. in fi. [speciali] Sed quis dabit hanc licentiam? Episcopus non. argu. 17. q. 2. hoc tantum & c. luminoso. & c. diffinimus. in fi. Abbatissa non, quia ipsa arctatur hac clausura, ergo contra eam
c non habet facere. j. eo. §. verum [c]. & §. sequen. Et mulieres
2 † vt plerunque aduersus sua commoda laborare nitun-
d tur [d]. C. de spon. l. 4. & 33. q. 5. mulieres.

¶ Dic hoc competere superioribus, qui habent facere clausuram. j. eo. §. & quoniam, ergo & ea quæ eam concomitantur. argu. ff. de iurisdi. omnium iudic. l. 2. s. de offi. delega. præterea. & j. de dot. post diuor. resti. de prudentia [substentari.] s. de insti. c. 2. [decernentes] secus in masculis, quibus est permissum cętibus hominum immisceri, & acquirere vitæ necessaria, vnde hic pinguius proui-
e detur mulieribus, nec hanc pœnam extendam [e] ad masculos [euestigio] sunt duæ partes, vel dic quod est vna pars vt dicatur euestigio, id est, cito, vt sit aduerbium tē-
f poris. Et nota [f] quòd specialitas † concessa, suis terminis
3 debet esse contenta, qua expedita sine fraude ad ius cōmune est reuertendum. Et causa specialitatis cessante, etiam cessat specialitas. C. de episc. & cler. auth. generaliter. ff. de vulga. & pupil. l. ex facto [Atornati] hoc est vul-
g gare Anglicorum [g] & Normanorum [cogantur.] C. de Episc. & cleri. auth. causa quæ [compellantur] Nota sæ-
4 culares † compelli per ordinarios, si non faciant quod cōuenit Ecclesiasticæ institutioni. s. hoc lib. de foro compe. sæculares. & s. hoc lib. de iureiur. licet [iniungimus] primò dicit rogamus & requirimus quo ad laicos, qui primò habent requiri. arg. s. de foro competen. ex tenore. &
h c. licet. Sed prælatus prælatorum [h] vt Papa iniungere potest [demandarent.] ff. de origi. iur. l. 2. §. post originem. s. hoc lib. de elec. vbi. §. præterea [Acrimoniam,] id est, excommunicationem. C. de sacrosanc. eccle. placet. in fi. vel
i dic acrimonia [i] † descendit ab acer, & moneo, vnde acri-
5 monia acris monitio. vnde designat austeritatem in vul-
k tu [brachij] [k] hoc enim decet vt potestas Ecclesiastica iuuetur per sæcularem, nō ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo sunt placita prosequendum. s. de offi. ordi. c. 1.

ADDITIONES PROBI.

a SED MODVS. Vide Ioan. Mona. in c. 1. in ver. sed quæro. s. de reg. vbi istud latè examinauit. Ideo hic sisto ratem, prout dicit idem Io. Mona. in c. exijt. de verb. signifi.

¶ Immisceri. Ratio quia † periculose est sexuum commixtio. l. 3. C. de custo. reo. glo. pen. in c. quāuis. j. de pęn. votum enim est homini naturaliter filios procreare. l. liberorum. ff. de verbo. signifi. & ea de causa rapere mulieres, licet enim monachi & moniales dicantur apud nos mortui, verum, quantum ad ciuilia, secus quo ad naturalia, videlicet quo ad commatres impregnandas & filios generandos, ad quod eos natura inclinat. Cle. ad nostrum. versicu. 7. de hære. & magis eos quàm alios, famelici enim & auidiores ad coitum reperiuntur, ideo si reperiantur lapsi, mitius agitur cum eis. testatur Fely. in c. at si clerici. §. de adulterijs. supra de iudi. prohibetur equidem commixtio sexuum propter dictum Salomonis, quod citat Panorm. in cap. monasteria. supra de vita & honesta. clerico. quòd facies † mulieris est ventus vrens, hinc Paulus, melius est nubere quam vri, quod citat glo. in Authen. de non eligen. secund. nub. §. cum igitur, post tex. ibi, nec possit contra feruorem naturæ resistere. col. 1. meritò dicitur ꝙ amor mulieris hominē vrit, non fiat igitur commistio sexuum etiam monachorum,
3 quia † propter susceptionem cucullę, vel professionē, nō efficiūtur galli gallinacæi, qui generare nō possunt: quia imò remanent veri galli, & potētes in opere: testatur experientia rerum magistra.

c ¶ §. verū. ibi dic fore tex. peregrinū ꝙ iuramentū † fi-
4 delitatis non potest præstari per procuratorem, inuito domino: volente autem sic. Quod autem nō possit præstari per procuratorem, testis est Bal. in l. 1. in fin. ff. de rer. diuisio. rationem adducit, quia iuramentum fidelitatis habet annexam exhibitionem reuerentię, quæ debet præsentialiter, seu personaliter præstari. l. si nō sortem. §. si libertus. ff. de condit. indeb.

¶ Item præstatur per verbum, ego. c. 1. de no. fidel. for. quod importat industriam personæ. not. in c. de forma. 22. q. 5. sic non potest præstari per substitutum. l. nemo. ff. de duob. re.

¶ Vide Malere. in tract. de elec. char. 45. vers. limita seu declara.

d ¶ Nituntur. Etiam † mulieres per eorum fatuitates cōmuniter quærere consilium contra proprium cōmodū. Amadeus in Dialogo de amicitia. Bal. in addi. ad Spec. in tit. de magi. refert. Bolog. in repetit. Auth. habita. col. 42. C. ne fil. pro patre Io. Lup. de dona. inter vir. & vxor. car. 41. col. 1.

e ¶ Extendendam. Istud placet Archi. Io. Andr. in gl. hic Pet. in 5. notabili.

6 ¶ Et dic istud facere ꝙ pęna † incapacitatis filijs inflicta per l. quisquis. C. ad l. Iuliam. maie. non habet locū in filiabus, nisi inquantum exprimitur. quod tenēt Bar. in l. 1. ff. de verb. sig. Bal. Ang. & alij in l. Gallus in princi. ff. de liber. & posthu. Cy. Bal. Ang. & Saly. in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis, & ibi Franc. Aret. Imo. in l. si ita scriptum
7 delega. 2. mouentur, quia † licet alias in materia pœnali fiat extensio de persona ad personam, habet locum nisi odium sit irrationabile, quale dicitur esse in d. l. quisquis, quòd vnus puniatur pro alio. Comprobat & latè Dec. consil. 64. Pro viribus. ita consuluit in terminis Franc. de Are. in consil. 39. in facto, quod autem contineat odium irrationabile, adduco sequentia. Primo quæ no. Bald. in l.
8 quæ dotis. C. de iure do. quòd statuta, † quæ imponunt pęnam filijs pro patribus, sunt valde dura & rigorosa, quod placet Ang. in l. sancimus. C. de pę. hinc Bald. in rub. C. res inter alios acta, singulariter dicit, ꝙ statutum imponens pœnam uni pro alio, licet sit tolerabile, tamēn nō est laudabile, sed valde iniquum. Ideo subdit idem Bal. in auth.
9 Si captiui. C. de epi. & cler. ꝙ † statutum, ꝙ vnus teneatur pro alio nunquàm tanquàm odiosissimum debet extendi, maximè quādo pęna corporalis, vel infamiæ imponitur, etiam si hoc expresse vellet, non valeret tanquàm iniquissimum, & irrationabile, dictat enim rō naturalis, ꝙ gesta debent ad auctores suos restringi, & non extendi ad alios, qui culpa carent, & tales constitutiones essent contra ius naturæ, & diuinum. meritò Bal. in l. lege Cornelia. ff. de vulg. dicit, ꝙ statuta, & constitutiones, quibus pater pro filio, vel econtra punitur, sapiunt quādam tyrānidē.
10 Habeo & secundò pro intento, quia † vbi ratio diuersa militat plus in filiabus, q̄ in filiis, tunc nunquàm dispositū trahitur in illis ad filias. Bald. in l. seruus. C. communia. de suc. Sed in casu dictæ. l. quisquis diuersa ratio militat, quia filiæ non sunt aptæ ad bella ineunda, proditiones faciendas, nec possunt arma deferre, & cætera huiusmodi propter sexus fragilitatem.

Propter ea Bal. in l. quicunque. C. de seruis fug. ait, si statuto caueatur, vt filij rebellium expellantur de ciuitate, non extenditur ad filias, quia cessat ratio, pro quo Io. Mona. hic num. 3.

Tertiò habeo, quod uoluit gl. in l. si ita. in uerbo, natus. ff. de iniusto testa. quam ibi ponderat, & sequitur Imo. q
11 voluit, ꝙ sub † exhæredatione filiorū non censentur cōprehensæ filiæ: ita uenit dicendum in proposito.

Habeo & quartò, quia in materia exclusiua punitiua, & priuatiua (qualis est ista) quod non est specialiter expressum, non inducit priuationem. Bald. in l. super chirographum. C. si cert. petat. (etiam ubi maior uersaretur ratio) Idem Bald. in authen. ex testamento. C. de

secund.nup.per.text.in §.cum igitur in auth.de non elig. secun.nub.col.1.

Habeo & quintò, quia vbi constitutio loquitur discretiuè de filijs & filiabus, tunc quod dicitur in filijs, nunquam extenditur ad filias. Bal.in l.in multis.ff.de statu.ho. Sed d.l.quisquis loquitur discretiuè de filijs, & discretiuè de filiabus igitur non sunt comprehensæ.

¶Et attento quod filij habent certam determinationem, non debet fieri repetitio eius, quod dicitur in vno, in altero, vt in simili.in c.cum dilecti de dona.vbi Card.& Imo.Bald.in c.2.requiris.de appella.& in l.1.in fi.C.de legi.hæred.

f ¶Et nota. Notabile hoc placet Archid.Io.And.Pet.de Archa.qui ad hoc optimè dicit facere.c.cupientes.§.insuper.versi.Et nihilominus.s.de elec.& quod not.Bart.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætor.ff.de noui ope.nuncia.& 12 l.senatus.ff.de offi.præsi.vbi † quando aliquid propter necessitatem conceditur, eatenus durat concessio, quatenus durat necessitas, & non vltra.c.quod pro remedio. 1.q.7.

g ¶Anglicorum & Normanorum, qui fortiter bibunt, ne eorum animę in sicco remaneant.Ioan.de Ana.in c.si aliquis.in fi.s.de homicidio.

h Prælatorum. Vide quæ dixi.s.in procemio.nu.6. Et vicarius summi Regis, dicit Innocen.in c.1.in fi.s.de offi. ordina.

i Acrimonia. Aliud est in excommunicatione, videli-12 cet † anathema quod dicitur ab ana, quod est sursum, & thema quod est figura similis literæ, cum qua olim imprimebatur damnatorum frontibus, & est quasi rotunda habens telum quasi ex transuerso.citat Ioan.Mona.in gl. extrauagan.excommunicamus.hoc titu.Bald.in l.3.C.si penden.appel.

Et dicitur superna maledictio. Panor.in rubri.s.hoc tit. no.Doc.in c.cum non ab homine.s.de iudi.vide Bartho. de Chass.cõsi.1.in §.ad quintum præsuppositum.in prin. vbi addit istud verbum, maledictio, quæ dicitur aliquid mali de pręterito vel præsenti.Bar.in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ff.de iniurijs.

k Brachij. Hic videtur tex.pro opinione abbatis antiqui. in c.significasti.s.de offi.deleg.in fi.dum dicit, delegatus 14 † nõ potest inuocare auxilium brachij sæcularis sine speciali commissione: & sic seruat cúria dicit, quia hic ordinarij dicuntur maximè circa exemptos, delegati, vt patet in text.ibi, his verò &c.idem probat tex.in c.vt officium inquisitionis.j.de hæreti. Sequitur abba.Guil.de Mon. Lauduno.in c.1.s.de offi deleg.hoc lib.Collec.in c.1.eo. titu.circa fi.quia primò debet deficere Ecclesia, & sic iudex ordinarius.arg.c.1.s.de treuga.& pace.& c.1.s.de offi.ordina.sic sunt tres gradus dicit Fely.in d.c.significasti. sub nu.2.primò per se ipsum exequatur sententiã suam, postea per ordinarium Ecclesiasticum, quod videtur superfluum in delegato Ecclesiastico cum eandem & similem habeant coërtionem: postea si non possunt ambo, tunc inuocent brachium sæculare, & hoc in rebus Ecclesiasticis dicit. Sequitur ęquidem Domi.in d.c.vt officiũ. §.denique, quia curia tenet contrarium, & sic nõ est plus instandum, & ante eum ibi Archid.in fi.dicens, hæc clausula, inuocato.&c.de stilo curiæ apponi solita debet de aliquo operari.argu.l.si quando.delega.1.& l.1.in fi.ff.ad municipa.alioquin si nihil operaretur frustra apponeretur: quod non conuenit viro dicere.

¶Facit ad præmissa quia sunt stricti iuris ideo vltra contenta specificè, non debent ampliari, ratio, quia per ea videtur quodammodo iurisdictiones ordinariæ eneruari.

Firmatur per id quod citat Alex.consi.187.nu.16.vol. 15 2.in hac causa, quod † bulla apostolica quatenus concernit interesse & præiudicium tertij j.& Ecclesiæ cõcedentis, debet strictè interpretari.c.super.eo.s.de offi.delega.l.ex facto.ff.de vulga.& secundùm ius commune debet interpretari.l.si quando.in prin.C.de inoffi.testa.pro hac opinione facit quod citat Prouincialis.car.mihi.27.col.2.in impressis Romæ, quod inuocatio brachij secularis hodie non datur per cancellariam absque signatura.

Pro parte tamen contraria immo delegati Principis possunt directò inuocare in subsidium auxilium brachij sæcularis.firmant in d.c.significasti.Inno.Hostien.Ioan.And.Car.Pet.de Anch.Panor.Fely.& Deci.Rationes ex-16 tant in euidenti, quia suas † possunt exequi sententias.d. c.significasti, ergo omnia sine quibus hoc fieri non potest.l.2.ff.de iurisd.omni.iudi.c.suspitionis.s.de offi.delega.facit.l.oratio.ff.de sponsa.l.ad rem.& l.legatum.ff. de procura.c.præterea.& c.prudentiam.& Ioan.Mona. hic.nu.2.& in c.1.s.de offi.delega.cum similib.

Item in causa delegata vicem obtinet delegantis etiã in omnibus ad causam pertinentibus, inter quæ est executio, & sic vicem personæ Papæ, aut Principis, qui dicitur ordinarius ordinariorum, pro quo vide.Ias.consi.10. volu.3.arbitro.

Nec obstat id quod dicitur de stilo curiæ, hoc in rescri-17 ptis apponitur, prout etiam vidi. Quia † hic non fit, vt potestas de nouo detur, sed vt ipsa potestas excitetur.c.licet. s.de offi.ordi.

18 ¶Item non † est absurdum exprimere clausulas, quæ insunt, iuxta no.in c.mandatum.s.de res.vbi Doc.& Car. q.15.latè firmat Ioan.Andr.in d.c.significasti.colũ.1.subdens quòd si quis vellet tenere primam opinionem quod delegatus imploret auxilium ordinarij, & ordinarius implorabit auxilium sæcularis, & sic per obliquum & viam indirectam ad idem venietur, quod nõ placet, tum quia nõ est superioris inferioris inuocare auxilium, quod hoc fieret cum sit maior quocunque ordinario in causa sibi commissa, ergo non venit admittendum cum de ea agatur.

Item fieret circuitus qui semper debet vitari.Cle.auditor.de rescrip.dixi latè.s.in c.dispendia.de res.post Io. Mona.ibi.

¶Et per hoc non placet dictum Collec.in c.cum non ab homine.num.4.s.de iudi.dum dicit, inferiores prælati non possunt inuocare brachium seculare, nisi tunc demum Episcopo requisito, quia imo possunt, si habeant potestatem excommunicandi, vltra quam nihil habet Episcopus, ideo directè habet inuocare ipsum brachium sæculare, alias fieret circuitus vanus.

Hæc secunda opinio reperitur communis secundùm Cardi.& Deci.s.quam vltra prædicta firmo authoritatibus aliorum scribentium. Primò habeo Specu.in titu. de iudi.deleg.in §.sequitur.colum.3.versic.Sed nunquid sæculare.glo.in c.1.de offi.delega.hoc lib.in ver.conser-19 uatores.in fi.quæ concludit conseruatores † (qui dicuntur delegati, vt patet rectè intuenti) posse auxilium brachij sæcularis inuocare. Archid.sibi contrarius.in c.administratores per illum.text.23.q.5.per eundem.text.idem tenuit ipse Hostien.in c.1.in fi.eod.titu.de offi.delega.de quo non facit mentionem Specu. licet fuerit discipulus Hostien.prout ipse testatur.in d.titu.§.iam nunc dicendum.colum.2.glo.in c.quoniam.in fi.vltimæ.glo.s. de offi.ordin.qui licet & eius text.qui hoc innuit, situentur sub alio titu.secundùm quem regulariter debent intelligi, doctrinis vulgatis, tamen habeo quòd loquitur in delegatis, etiam per hæc verba, ideo vbicunque deficit Ecclesiastica potestas, recurrendum est ad auxilium sæculare. ad idem Freder.consi.163.quod exorditur super inuocatione & petitione. Oldra.consi.89.in fi.Episcopus inuocat brachium sæculare.consi.319.num.5.super executione facienda in fi.quòd nõ solum delegatus, 20 verum etiam † subexecutor potest inuocare nedum brachium sæculare, sed etiam spirituale ad expellendum detentorem.

¶Idem Guil.de Mon.Laud.in Cle.vnica.col.5.versic. Item nunquid.de offi.delega.sibi contrarius videtur tenere pro hac parte.& ibi Ioan.Imo.num.33.dicit quòd communiter tenetur executorem posse inuocare brachium sæculare.tangit Bald.in consi.428.delegatus apostolicus.volu.1.idem Bald.in Marga.in ver.delegatus.colum.prima.& in additio.ad Specul.in d.titu.de offi.delega.

¶Hanc partem sic firmatam habes limitare, vt non 21 procedat huiusmodi inuocatio, nisi in subsidium, † videlicet quãdo delegatus nihil aliud habet quid faciat, quod patet per.c.primum ibi, cum opus fuerit.s.de off.ord.idẽ in text.nostro.& in c.2.ibi si necesse fuerit.s.de maledic. text.& ibi glo.fi.in c.2.s.de cleri.excom.ministran.quod firmant.in d.c.cum non ab homine.s.de iudi.Hostien. Petr.Card.Panor.Collec.Fely.& Deci.

¶Et

Et sic non est vtendum temporali gladio, nisi præmisso spirituali. cap. penult. de hære. cap. postulasti. §. de homici.

22 ¶Nec equidem † debet vti quis alterius gladio antequàm vtatur suo, Christus enim non venit mittere in terram gladium materialem, sed spiritualem. istud firmant Oldra. in fi. d. consi. 89. Episcopus inuocat. Bal. in l. 2. C. de his qui latro. & latius per Freder. consi. 251. Casus est talis. Iacob. de Cremo. iudex, vbi dicit: iudex non debet incipere a † cauda, sed a capite, istud est verum dicit Dec. in d. c. cum non ab homine. num. 7. in fi. nisi agatur de defensione in propulsando iniuriam, quia tunc in primis vtitur gladio temporali tamquàm magis opportuno ad remouendum iniuriam. vt probatur in c. dilecto. in princ. de senten. excom. hoc lib. & hoc modo venit intelligendum dictum quod citat Paul. de Cast. consi. 39 aliàs. 41. vi sis actis tractatis iu captura Thomasij: vbi etiam stringit, quæ §. diximus proximè, vt non possit incipi ab ipsa inuocatione, si sit data forma in rescripto, quia illa est summe obseruanda, vt si dicatur excommunices. Et si non timet, tunc inuoces brachium sæculare, quia tunc debet incipi ab excommunicatione, & non ab inuocatione, quòd si contra fiat, quod est actum erit nullum. cap. dilecta. §. de rescrip. pro his vide Guillel. de Monte Laud. in d. cap. vt officium. de hære. hoc lib. vbi dicit rationem quare delegatus non inuocat regulariter brachium sæculare, quia

24 † rescripta sunt stricti iuris, & non extenduntur nisi ad casus in eis expressos.

Et sic ex præmissis habes firmatum quòd inuocatio brachij sæcularis regulariter dicitur remedium iuris extraordinarium, videlicet quando deficit censura ecclesiastica hoc est, contemnitur, quia tunc ad remedia facti sæcularia recurritur. glo. in ver. remedijs. post text. in Clemen. 2. de religio. domi. vbi Bonifa. exclamat contra auditorem cameræ & officialem Auinion. qui hoc non expectato: statim implorant auxilium brachij sæcularis, non amore iustitiæ, sed pecuniæ: parcant mihi dicit, quia sunt morosi vbi esse non debent, & velocissimi, vbi pedibus plumbeis ambulare deberent. Quia † decet iudices plumbeos

25 habere pedes, non plumeos, prout dicit de Papa Io. Mo. in cap. in generali. de regu. iur. §. exclamauit etiam Anto. de Butr. in cap. 1. §. de testi. cog. contra practicos moderni temporis, qui incontinenti incipiunt ab executione. refert Brunel. in trac. de matrimo. car. 4. col. 1.

¶Quod autem ordinarij possint inuocare brachium sæculare, non discutio, quia per quam clarum est, quòd sic. no. in d. cap. 1. & ibi Scriben. §. de offic. ordina. non solum Episcopi, sed etiam alij ordinarij inferiores, etiam iurisdictionem consuetudine vel ex priuilegio habentes, probatur in d. c. dilecto. de sentē. excommunica. hoc lib. no. Archidia. in fi. vide Hostien. in d. c. 1. ꝙ ad petitionem iudicis ecclesiastici iudex sæculares debet bannire & punire subditos rebelles & inobedientes iudici ecclesiastico, non curantes de excommunicatione & econtra.

26 Sed quid quando iudex † ecclesiasticus implorat brachium sæculare, an sæcularis teneatur stare, siue credere simplici assertioni & processui iudicis ecclesiastici, hunc passum tangunt Archid. in d. c. administratores. 23. q. 5. & in c. statuimus. 11. q. 1. Petr. de Ancha. in repeti. c. ea quæ. q. 10. de reg. iur. hoc lib. Ioan. And. in d. c. 1. colum. fina. §. de offic. ordina. & ibi Innoc. qui dicit referente & sequente Alex. de Imo consi. 130. num. 5. in causa strazalorum. volum. 4. quòd ibi imploratur brachium alterius superioris extra iudicialiter, quòd nisi constet euidenter quòd iniuste petat, debet dari. Sed vbi in iudicio petitur, vt quia fuit lata sententia, a qua non fuit appellatum neque reclamatum, tunc debet impartiri officium suum, nec debet aliquomodo admittere aliquam exceptionem iniustæ sententiæ.

¶ Vnum dicit in proposito notandum Stepha. Bertran. consil. 138. num. 4. rem non nouam. par. 3. quòd † potestas Ecclesiastica aliquando est paralitica, ideo eget potestate sæculari, & ad quam propterea recurrere & ipsius brachium inuocare solet, & sæcularis potestas sibi succurrere, & econtra. vt notat Ias. consi. 10. volum. 4. Arbitror.

27

¶De religiosis domibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non intelliguntur viuere posse sine claustro sicut nec piscis sine aqua.*

Domus religiosę subsunt iure communi Episcopis, & illę ad vsus humanos non debent deputari, nec per sæculares Regi.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Monachus propter animæ periculum potest clamare, morior, quia sicut piscis sine aqua, ita monachus sine claustro viuere non potest, idē de muliere sine mundualdo.*

REGVLARES. De quibus est præmissum, 1 non intelliguntur † viuere posse sine claustro a sicut nec piscis sine aqua.[a] 16. q. 1. placuit. & c. si cupis. Et ob hoc degere habent in locis religiosis, in quibus vacent orationibus. Et ideo subijcit de religiosis domibus. Et istę domus iure communi subsunt Episcopis. §. eo. de zenodochijs. Nec istę domus ad vsus humanos debent deputari, nec per sæculares Regi. §. eo. ad hæc. & c. seq.

ADDITIONES PROBI.

a SINE aqua. Dom. cōs. 28. col. 1. attenta forma libelli di 1 cit ꝙ monachus † ꝓp animæ periculum pōt clamare morior, morior, quia sicut piscis sine aqua, ita Monachus sine claustro. Et iudex ad clamorem eius ex officio restituet, postq̄ inquisierit. l. 1. §. quod autem ff de offi pfe. vrb. vide q̄ tradunt in simili Neap. decisi. 240 nu. 1. Nūquid, ꝙ mulier sine mūdualdo nō pt viuere, nec vitā ducere, imo dicere pōt morior sine mundualdo, sicut piscis sine aqua.

¶Gregorius X. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. Vnicum.

¶Religionum diuersitatem nimiam, &c.

SVMMARIVM.

1 *Diuersitas religionum confusionem inducit.*
Per importunitatem sæpe non concedenda conceduntur.
Electio facta per importunitatem laicorum non valet.
2 *Extorqueri dicitur, quod per importunitatem obtinetur.*
Qui magis deliquerunt magis puniuntur.
3 *Nouum collegium institui non potest, inconsulto Principe.*
Affatim dicitur vt hic.
4 *Vbi simpliciter aliquid prohibetur, si fiat contra, non tenet.*
Multa fieri prohibentur, facta tamen tenent.
Quando fit contra constitutionem, an valeat factum.
5 *Mendicitas dicitur incertum, quia non habet quid fixum vt victum sumat, sed querit per eleemosynas quæ sunt incertę.*
6 *Domus si detur mendicantibus vt vendetur.*
Non dicitur versum, quod non durat versum.
7 *Causa propter quam datur est intuenda.*
Terminus ad quem, est potius inspiciendus quam terminus a quo.
8 *Nullus audire debet confessiones de iure communi, nisi proprius prę latus, vel ille cui idem commiserit.*
9 *Transitus specialis non generalis permittitur.*
Pro quolibet peccato mortali potest fieri denunciatio.
10 *Quædam est denunciatio euangelica, quædam iudicialis, quædam canonica, & quædam regularis.*
11 *Non refert quis denunciet, dummodo anima saluetur.*
12 *Omnino occulta, diuino sunt iudicio relinquenda.*
Modus per quem perire potest iurisdictio gladij temporalis.
13 *Interest bonum habere prælatum, vel bonum subditum.*
14 *Quando triplex requiratur monitio vide hic.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Religio dicitur vt hic.*
2 *Prædicatores non sunt mendicantes, sed ex constitutionibus suis a sede apostolica confirmatis.*

3 *Multa impediunt contrahendum, quæ non dirimunt contractum.*
Facilius aliquid a principio impeditur quàm post factum tollatur.
Facilius quid esse conseruatur, quàm de nouo fiat.
Facilius inducitur extensio quàm creatio.
4 *Multa retinere licet, ad quæ agere non conuenit.*
5 *Monachi an valeant testificari sine licentia Abbatis.*
6 *Præiudicium fit in quærendis, sed non in quæsitis.*
7 *Domus dicitur quid totum integrale, quod constituitur ex solo tecto, & parietibus.*
8 *Incapax bonorum immobilium, capere potest ad effectum, vt bona vendentur, & ipse habeat extimationem cõuertendi in vsus suos, cum sine sua culpa incapax est.*
9 *An poßit consuetudine induci, vt mendicantes poßint poßidere bona immobilia siue redditus in communi.*
10 *Sicut constitutiones consensu expresso firmantur, ita per consuetudinem infirmantur.*
11 *Agentes iniuste non minus per constitutionem ligantur, quàm illi qui licitum actum gerunt.*
12 *Paria sunt quòd actus valeat, vel quod de nullitate opponi non posit.*
13 *Quando de periculo corporis & animæ agitur, est cautius procedendum.*
14 *Propter bonum pacis inducendæ, vel habendæ, præcepta canonum plerunque relaxantur.*
15 *Quando inferior protestatur superiori, requiritur trina protestatio vbi vnica sufficit in alijs personis.*
16 *Quando requiritur monitio trina non sufficit vna, cum peremptorio.*
17 *Forma a statuto tradita debet seruari ad vnguem & specifice.*

a RELIGIOSVM. [a] Hæc Decretalis habet quinq; partes. Primò, Grego. statutum Concilij generalis recitans omnes religiones post statutum huiusmodi adinuentas (approbationem sedis apostolicæ non habẽtes) b perpetuæ inhibitioni subijcit, & eas reuocat. [b] Secundò. §. [confirmatos] de ordinibus post dictum Concilium approbatis per sedem apostolicam: & mendicantibus de locis & personis eorum sub certo modo disponat & ordic nat. Tertiò. §. [sanè] prædicatorum [c] & minorum ordines excipit ab ordinatione prædicta. Quartò. §. [cæterum] Hæremitarum & Carmelitarum ordines cõsolidat. Quintò. §. [ad hæc] modum transeundi prædictos ad alias religiones approbatas insinuat [confusionem] nota diuersi-1 tatem † religionum confusionem inducere, vt hic [Cond cilium.] [d] s̃. eo. ne nimia. [importuna.] Nam per impore tunitatem sæpe non concedenda conceduntur. C. de peti. bo. su.] l. 1. lib. 10. Et electio facta per importunitatẽ laicorum, non valet. 61. dist. miramur. & s̃. de elect. Osius. [il-2 larum] scilicet religionum [extorsit.] No. † ꝙ extorqueri dicitur, quod per importunitatem obtinetur. Sicut exigere est ab initio extorquere. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si rem. [approbationis.] Et isti magis deliquerunt, & ideo magis puniuntur, quia penitus reuocantur, vt statim sequitur [repetita] quia quod erat dudum inhibitum. s̃. eo. ne nimia. Item hic inhibet simile. C. de emen. Iusti. C. epistola vna. circa medium: ibi, cum nemini. &c. [ordi-3 nem.] Quia † nouum collegium institui non potest, inconsulto Principe. ff. de colleg. illici. l. 3. [afatin] idest abũde, & tunc est vnum. f. media breuis, & vltima litera. n. & descendit ab afatos græcę, quod idem est quod generaliter, vel abunde.

Sed affatim quod descendit ab affor. faris, & scribi debet per duo. ff. & media longa & vltima litera m. & tunc idem est ꝙ facunde, vnde versus. Si dicas afatin tunc significauit abunde, dicas affatim facunde significabit: & afatos primi caput, affatoſq; secundi [Cõcilium.] s̃. eo. ne nimia [prohibitionem] & sic religiones inuentę contra Concilium penitus reuocantur.

4 Et sic nota quòd si † aliquid simpliciter prohibetur, si fiat contra, non tenet. Sed contra. ĩ. de matrimo. contra inter. eccle. contracto. per totum. Et illud generale, mulf ta fieri prohibentur, facta tamen tenent. [f] s̃. de regulu. ad apostolicam: vnde versus. Multa nec est fieri, sed facta necessè teneri.

Sic distingue, aut lex, seu constitutio prohibens est cõtenta finibus suæ prohibitionis, & tunc si fiat contra, nõ tenet, vt hic. s̃. eo. ne nimia. C. de sacrosan. eccle. nemo. C. de legib. non dubium.

Aut non est contenta terminis suæ prohibitionis, sed procedit vltra, & tunc seruabitur prout est processum, & sic loquitur ius in contrarium [processerant] de facto [Concilium.] s̃. ea. ne nimia. [incerta] hæc verba sunt. C. de mendic. vali. l. 1. lib. 11. Et dicitur mendicitas incerta, 5 † quia non habet quid fixum, vnde victum sumat, sed quærit per elemosynas, quæ sunt incertę a quibus habebuntur: vnde mendicus a mene. i. defectu dictus, & aliquãdo subuenitur eidem mendicanti, & aliquando non, & g ideo est hoc incertum [g] [subsistere]. i. stare quasi dicat, nõ confirmatas religiones penitus reuocamus, confirmatas autem, vt sequitur, stare volumus.

Sed hoc nihil est, quia religiones inuentas post concilium generale non approbatas reuocauit. s̃. c. proxi.

Hic. §. proximo dicto aduersatur. vt patet in ver. autẽ. & ideo de non approbatis hic nil agitur, & dic subsistere, idest s̃m modum subtus dictum stare, vt hic comprehenh dat omnia sequentia, non præcedentia [domum.] [h] Sed, si 6 † aliquis eis domum dedit, vt vendatur, & precium in suis necessitatibus expendatur, habet ne locum hæc prohibii tio? dic ꝙ non, [i] ex quo debet apud eos manere, quia non k dicitur versum quod nõ durat versum. [k] ff. de in rem verso. l. si pro patre. §. versum. & ff. de diuor. diuortium. in fi. ar. ĩ. hoc lib. de verb. signifi. exijt. §. ad hæc. quia fratribus.

7 Et causa † propter quam datur est intuẽda. ff. de liber. cau. l. qui ex libertate. ff. de fur. verum.

Item est inspiciendus terminus ad quem potius, quàm a quo. C. de dona. ante nup. quod sponsę. Dic contra. ff. de reb. eo. l. 1. in fi.

¶ Sol. ibi erat res remansura pones minorem, hic non. [ordinarios.] Nec hæc poterunt fieri per ordinarios sine speciali mãdato Papæ, cum Papa reseruet hoc dispositioni sedis Apostolicæ, vt hic.

Si verò [secus] vt quia recipiunt aliquem de nouo, vel locum de nouo acquirunt, vel de nouo alienant [confes-8 sionis,] quia † nullus audire debet confessiones de iure communi, nisi proprius prælatus, vel ille cui idem commiserit. de pęni. dist. 6. c. vlti. ĩ. de pęni. & remis. c. omnis. & eo. titu. hoc lib. c. si Episcopus. & c. fi. [euidens] isti enim duo ordines in Ecclesia Dei proficiunt, verbo, opere, & exemplo, [solido] non dico solito, quia hic aliquid detrahitur & mutatur Concilio præsenti, quia Greg. in antiqua istos duos ordines in suo statu remanere concessit, donec de istis fuerit ordinatum aliter, intendens tam de illis quàm de reliquis etiam non mendicantibus ordinibus prouidere, prout animarum saluti, & eorum statui expedire videret [ad hæc] id est iuxta hæc, vel propter hæc 9 [totaliter] nota permitti † transitum specialem non generalem. ar. ff. si quis cautionibus. l. si quis. §. quæsitum. s̃. de appella. inter cęteras.

Sed quid si transierint generaliter & ita remanent, nũquid poterunt super hoc denunciari? dic ꝙ sic, quia sunt huius canonis transgressores, & pro quolibet peccato mortali potest fieri denunciatio. s̃. de iudic. c. nouit.

10 Et notandum † ꝙ quædam denunciatio est euangelica, quædam iudicialis, quædam canonica, quædam regularis. Ad euangelicam si quidem, prælatus & quilibet alius admittitur, & potest fieri cuilibet in crimine perseueranti. 2. q. 1. si peccauerit. s̃. de testi. in omni. Et de necessitate nullus tenetur ad istam, sicut ad alia opera charitatis, nisi sit talis, ad quem ratione officij, vel curę hoc spectet. 23. q. 4. duo. Et ad hanc faciendam omnes admittuntur, etiam infames, & mulieres: dummodò in crimine non perseuerent. Nec sunt repellendi per exceptiones & ca-11 uillationes. Quia † non refert quis denunciet, dummol do anima [l] saluetur. s̃. de iureiur. quemadmodum. §. vlti. ĩ. cogna. spirituali. de tua. Et enim effectus istius denunciationis est, vt peccator agat pœnitentiam, non vt priuetur beneficio, vel officio, nisi sit tale peccatum, de quo non possit agi pœnitentia, retento beneficio, vel officio. 14. q. 6. c. si res. s̃. de ordi. c. vlti. & tunc non priuatur [directò.] Sed per quandam consequentiam, cum alias non possit agere pœnitentiam: hanc autem denunciationem debet præcedere duplex monitio, prima probatur per solum monentem. Secunda per monentem & alium s̃. de testib. in omni. Quidam addunt tertiam, in qua debent adijci duo testes præter monentem. Et hoc videtur innuere litera, in ore duorum vel trium testium &c. & hæc locum habet generaliter in foro ecclesiastico. 2. q. 1. si pec-

12 m ſi peccauerit,& in peccato nõ omnino occulto,ſed quod † probari poteſt,m omnino.n.occulta diuino ſunt iudicio relinquenda.7.q.1.ſi omnia. Et caueat denuncians, quod peccatorem conuincere poſſit. Nam ei ſoli nõ creditur ſuper crimine, etiam ſi eſſet Epiſcopus.6.q.2.ſi tantum.& c.placuit.

¶Eſt & alia denunciatio iudicialis publica, quæ competit ex officio mero & puro, in qua non requiritur monitio, ſed iudex ex officio ſuo per denunciationem ſuorum officialium in ea procedit, & habet locũ in notorijs tantum.C.de accuſa.ea quidem.35.q.6.Epiſcopus in Synodo.ſ̃.de teſtib.cog.præterea.

¶Sic poteſt procedere Metropolitanus annis ſingulis. ĩ.de cenſib.Romana hoc lib.& de accu.ſicut olim.

Et eſt alia iudicialis priuata,quæ competit ſeſo ratione ſui intereſſe,& iſta in foro ciuili quandoq; de plano expeditur, etiam ſi monitio non præceſſerit, vt quando ille qui opprimitur,non poteſt agere, vt quia eſt ſeruus, vel poteſtati alterius ſubditus. idem eſt in his quæ ſpectant ad forum venale,vt in ruſticis oppreſſis.ff.de offi.proconſul.l.nec quicquàm.§.de plano.ff.de offi.præfec.vrb.l.1.§.quod autem Inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.pen.

In foro autem canonico requiritur monitio.ſ̃.de iudi.nouit.circa prin.de plano tamen hic articulus expeditur, vt.d.c.nouit.§.vlt.

Iudex autem Eccleſiaſticus licet præcedentem denunciationem, ſcilicet,euangelicam debeat admittere, non tamen indiſtinctè,quia non niſi in defectum iuſtitiæ, vel ſi crimen eſt de ſui natura Eccleſiaſticum,vel ratione pa- n cis,n vel iuramenti,vel quando non audiretur in foro ſeculari,vt quia obligatio eſt tantum naturalis,vel quando hanc proponit miſerabilis perſona & depreſſa.ſ̃.de iudi.nouit.ſ̃.de pactis.c. qualiter.87.d.c.1.2. & 3.& quaſi per totum.

Alias ſi indiſtinctè admitteretur perire iuriſdictio gladij temporalis, & omnis cauſa per hanc viam ad Eccleſiam deferretur, hanc autem denunciationem poteſt facere indiſtinctè Epiſcopus iniuriam vel læſionem paſſus, quando grauatur ab illo qui immediate ſubeſt Imperatori, vel nimis diſtat Imperator.Auth.vt differ.iudi.§.ſi cauſam contigerit.col.9.Et in iſta adhoc agitur vt res reſtituatur, ſeu vt leſus ſeruetur indemnis, & denunciatio talis de plano examinatur, & tandem in ea pronunciatur.ſ̃.de iudi.nouit.Et in iſta requiritur trina monitio, & ad minus in duabus vltimis requiritur plena probatio. ĩ.de accu.cum dilectus.1.circa prin.& c.qualiter.2.§.vlti.& de ſymo.licet Hely.

¶Item in iſta non admittitur, niſi ille qui leſus eſt.ſ̃.de iudi.nouit.Et ſic benè apparet in quo differt iſta ab euangelica.

¶Alia eſt canonica,& eſt duplex,quædam eſt ſpecialis 13 & competit illi ſoli, † cuius intereſt bonum habere prælatum,vel bonum ſubditum eccleſiaſticum,& fit ad hoc, vt quis de beneficio ſuo remoueatur.16.q.7.filijs.ſ̃.de offic.cuſto.c.1.in fi.& ad hanc non admittitur niſi ille cuius 14 o intereſt. Et requiritur † triplex monitio o vt in iudiciali quæ fit in foro Eccleſiaſtico, per eadem iura.

Alia eſt generalis & publica, vt quando agitur de matrimonio diſſoluendo, vel impediendo.ĩ.de ſpon.impu.ad diſſoluendum.ĩ.de ſpon.preterea.ĩ.de clande.deſpon.cum inhibitio.& hanc ſi denuncians deſiſtat proſequi,iudex ex officio ſuo proſequitur.ĩ.de ſponſa.cum in tua.

¶Eſt etiam regularis denunciatio, id eſt, clamatio in Capitulo:quæ debet fieri potius ſecundùm obſeruantias regulares & diuerſas religionum inſtitutiones, quàm ſe- p cundum iuris ſubtilitatem.Et hæc de plano p & ſimpliciter expeditur, in qua non eſt appellatio admittenda.ſ̃.de appellatio.ad noſtram.& c.reprehenſibilis.§.vlt.& c.cum ſpeciali.§.vlt.

ADDITIONES PROBI.

a 1 RELIGIONVM. Archi.in c.præſens.20.q.2.dicit quòd religio † dicta eſt a religando, quia vnit nos,& quaſi ligat cum Deo,vnde religio dicta creditur, ꝙ omni ſuperſtitione careamus, & ſecundùm Tullium dicitur à religando,id eſt recolligendo,vel retractãdo omnia quæ ad cultum Dei pertinent:hinc Tullius ipſe de re publica, totos dies deprecabantur, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati ꝙ omnia quæ ad cultum Deorum pertinẽt, retractarent,& tamquàm relegarent: hi ſunt dicti religioſi dicit Papi.ꝙ religio appellata eſt,ꝙ per eam relegemus vni Deo animas noſtras ad cultũ diuinum vinculo ſeruiendi.

Et videtur religio dici ſicut eligeo, in cuius cultu perquiruntur fides, ſpes, & charitas, ſecundùm Papinia.qui dicit ꝙ religioſum ad iuſtos homines, ſacrum ad Deum pertinet.

b ¶Reuocat. Formam procedendi contra ſic inhibitos ponit ad longum Cardi.conſi.118.& incipit,Honorius.

c 2 ¶Prædicatorum †. Qui ex regula non ſunt mendicantes, ſed ex conſtitutionibus ſuis a ſede apoſtolica confirmatis.no.Alex.in conſi.88.nu.4.Eximie domine vicariæ.volu.2.

d ¶Concilium.Quod per Inno.3.fuit celebratum.Anno domini.1215. in Mẽſe Nouembris,Pontificatus ſui.Anno.19.citat hic Archidiaco.

¶Reperio tamen ꝙ ſedem apoſtolicam ſolum tenuit.18.an.& ſic adeſt repugnãtia,eo enim tempore viuebant beati Dominicus & Franciſcus.

e Per importunitatem. Vide quæ de importunitate tradit Ioan.Lup.in repetitio.rub.ſ̃.de donatio.inter vir.& vxo.in §.tertius caſus eſt.in antepenul.car.

Et de importunitate mariti ad vxorem vt ſibi donet, vide Neapol.deciſio.69.quædam domina Catherina.

f 3 ¶Tenent.Text.in l patre furioſo.vbi glo.colligit concor.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.qui dicit ꝙ † multa impediunt contrahendum, quæ nõ dirimunt cõtractum.

Item facilius aliquid a principio impeditur quàm poſt factum tollatur,& facilius quid ineſſe conſeruatur quàm de nouo fiat.l.ſi pluribus.verſi.quod ſi vna.ff.de ver.obli. Item facilius inducitur extenſio quàm creatio.l.ſed & ſi manente.ff.de preca. Item facilius eſt tollere ius quęrendum q̃ quæſitum,iuxta illud Ioan.Mo.in c.ſi pauper.ſ̃.de præb.ꝙ leuius tollitur ius ad rem q̃ in re,& ſpes,quàm res.

4 ¶Item multa † retinere licet ad quæ agere non conuenit.c.intelleximus.ſ̃.de iudi.glo.in §.certè illud.Inſti.de rer.diuiſio.

¶Item turpius eijcitur, quàm non admittitur hoſpes. c.quemadmodum ſ̃.de iureiuran. glo.fi.in c.literas.ſ̃.de reſtitu.ſpolia.Alex.de Imo.in conſi.213.nu.9.vol.6.ponderatis his.alleg.l.nõ diſtinguemus §.ſacerdotio.ff.de arbitr.& c.quidam.ſ̃.de apo.

Item ius creandum facilius tollitur, quàm creatum.Io.Mo ſ̃.in rub.de reſcript.in fi.

¶Pro intento vide eundem Ioan.Mona.in c.conſtitutionem.ſ̃.de reg.vide etiam quæ dixi.in c.ſi pauper.ſ̃.de præb.

¶Habes equidem quæ citat Maria.Soci.conſi.17.in fi.ſupraſcripta,poſt Panor.in c.cum nuncius.ſ̃.de teſtib.ꝙ 5 monachi † licet non debeant teſtificari ſine licentia ſuperioris, ſi tamen teſtificati ſunt, valet eorum teſtimonium, quod tamen intelligit idem Socinus,quando pars non opponit, alias ſecus, quia tales non habent nolle nec velle.

¶Ad thema etiam facit quod facilius aliquid retinetur quàm de nouo acquiratur.l. patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.cum ſimilibus traditis per Maria.Soci.conſi.22.colum.2.quod incipit ſequendo ordinem, pro quo vide quæ dicimus.in c.fi.in verſi.tertium quæſitum.ſ̃.de conſtitutio.& quæ tradit idem Soci.conſi.98.colum.2.verſi.4.Primò aſpectu,vbi dicit † licet in acquiſitis quis ſuo creditori præiudicare non poſſit, tamen in acquirendis poteſt.l.qui autem.ff.de his qui in fraudem credito.idem videmus in filio & ſeruo qui in acquirendis poſſunt patri & domino præiudicare.not.in l.fratribus.C.de pact.idem in prælato.Inno.in c.2.ſ̃.de donatio. Panor.in c.tuæ.ſ̃.de his quę fiunt a præla.Petr.de Rauen.in ſuo compendio.in rub.de conſuetu. colum.1.ſ̃.dixi.in cap.1.in nume.9. & ſequenti.ſ̃.de reſtitutio.in integrum.

g Incertum.Dixi.ſ̃.in c.quia.de pactis.vide pro hoc Cardin.conſil.38.in aliquibus locis & vbi dicit non poſſunt dici mendicantes, ex quo nec regula nec conſtitutiones eos arctat ad mendicandum, quod citat hic Ioan.Andr.col.2.in prin.

h Domum. Quæ dicitur † quid totum integrale, quod 7 constituitur ex solo tecto,& parietibus Maria.Soc.consil. 138.col.fi.circa primum.

i Dic quod non. Vide Antonium Corsetum in singul.in ver. mendicantes Panormit. in c. recolentes s̃. de stat. monach. Cardina.in clementina finali de statu monach. in fine.facit text.in lege cetera.§.si duobus, in fine de lega. primo,late per Dominic. consi. 40. Titius condidit testamentum,Cardina.consil.67.in fine,statuto ciuitatis,dum 8 dicit.Incapax † bonorum immobilium capere potest ad effectum vt bona vendentur,& ipse habeat extimationē conuertendam in vsus suos, cum sine sua culpa sit incapax,de legatis primo.l.apud Iulianum.§.finali, cum lege sequenti.vide etiam Angelum consi.224.in themate prędicto considero,Cald,consi.penul. in tituto de testamen. & Cardinalis consi.102.nu.4.Super facto testamenti, Alexander in cōs.88.eximie,vol.2.quē attende in simili cōsi. 120.nu.6.super eo.vol.1.

In proposito Signor. de Homede.consil. 40. quæritur inuehit in hanc opinionem vt videre licet.

9 Sed quid an consuetudine † possit induci vt mendicantes possint in communi bona mobilia, siue redditus(qui inter ea connumerantur) possidere Domi. vbi supra, Petrus de Ancharano consil. 56. quod exorditur Ioannes Andr. videtur tenere quod fratres prędicatores id possint, viso quod per ipsam consuetudinem ipsi fratres ad primariam conditionem reducuntur. Sunt enim originaliter canonici de regula beati Augustini, quibus est permissum habere proprium in communi,vt per Ioannē Andr.in capitulo sane,s̃.de regula. Et sic licet per constitutiones ordinis sint ipsi fratres prædicatores incapaces immobilium, possunt tamen per consuetudinem redigi ad originalem regulam, secundum quam est eis permis-10 sum immobilia in communi possidere. Nam sicut † constitutiones consensu expresso firmantur, ita per consuetudinem infirmantur.l.de quibus.ff.de legibus.Ratio, qa res de facili ad suam reuertitur naturā capitulo ab exordio.35.dist.in d.l.si unus.§.pactusne peteret.ff.de pactis. glos.in capitulo,si de terra, s̃. de priuileg. istud referendo sequitur Malere.in tract.de elect. car. mihi. 57. ver.tertia ratio: non placet tamen per ea, quæ latè deducit Raph. Ful.in consi.104.Titius condidit,vbi latè & post eum Domin.in d.consi.56.siue in Carmelitis(in quibus ponit thema) siue in alijs etiam prædicatoribus, cum eadem sit ratio,vt dicit idem Raphael.vbi.s̃.

¶Nec obstat inter alia(dīt Doct.pręfati)ipsa cōsuetudo:quia repugnat voto mendicitatis illaqueās eos ad preciū,vnde quantò diutius est obseruata, tantò grauius detinet eos alligatos,c.cum tanto, s̃.de consuetudi.

¶Attende tamen ad decisionem Pet. de Anchar. quia est menti tenenda, & miranda decisio. secundum Felinum in capitulo,in præsentia,sub nume.51.supra,de proba. tamen subdit vt operetur consuetudo non consonat: quia ex quo eorum constitutiones sunt per Papam cōseruatę,non vidētur propter particulares cōsuetudines posse tolli,nisi esset consuetudo totius ordinis: tu tamen dic si non iuuet cōsuetudo, iuuat tamen Papæ priuilegium. Bar.in d.l.apud Iulianum.

¶Item si contingat ꝙ tales fratres de facto immobilia possideant,tunc pro illis tenentur soluere: sicut si de iure possiderent,c.eum qui,de præben.hoc lib.vbi traditur re-11 gula generalis,ꝙ † agentes iniustę,non minus per constitutionem ligantur,quàm illi qui licitum actū gerunt. intentum per id & alia comprobat Pet. de Anch. in consi. 109.contra fratres vel ordines mendicātium, quod dictū placet Dec.in consi. 456. Consului alias. col.1. per quod comprobat dictum aliud satis mirabile videlicet, quòd 12 paria † sunt quòd actus valeat, vel quòd de nullitate opponi.non possit gl.fi.in l.qui habeat.ff.de manumi. testa, no.Dec.idem consi.557.nu.13.

¶Pro intento Malereti,adde Bald.in consi. 371. Si lapsum est quadriennium.vol.2.

k ¶Quod non durat versum. Vide Feli.in c.in præsentia. nume.32.s̃. de proba. & Decium in consil. 559. vbi id comprobat.pro principali intento multa adducit,vt videre licet.

13 ¶Anima saluetur. Dic cū † de periculo hominis & sa-l lute cōscientię agitur,est cautius procedendum. l. additos. C.de appella.l.1.§.sed si quis.ff.de Carbo.edic.c.quiescamus.42.dist.c.vbi.s̃.de elect.hoc lib.refert Luc.de Penna. in l.1.col.4.in fi.de priuileg.schola.lib.12.C.

m ¶Potest. Vide quæ dixi.s̃.in c.fi.s̃.de constitu.in prosecutione quarti quæsiti.

n ¶Vel ratione pacis. Propter † bonum pacis inducen-14 dæ vel habende præcepta canonica plerunq; relaxantur. tex.est in c.vbi non est.s̃.de despon.impube.& ibi glo.adducit versum. Pax vt seruetur moderamen iuris habetur,ad idem tex.in c.dudum.§.aliquando.cum c.sequen. 3.q.6.vbi dicitur ꝙ propter bonum pacis Episcoporum depositio & aliorum subrogatio (etiam contra cōscientiam) facta fuit per Papam,& per Ecclesiam tollerata,sic mala multotiens sunt toleranda pro pace consequenda, & consecuta cōseruanda.no.in c.1.& in c.ecce,inquiunt. 23.q.4.& in c.nolite.11.q.3 comprobatur, quia videmus quòd pro bono pacis princeps potest actiones & ius alteri quæsitum tollere. not.in l.Antiocensium.ff.de priuileg. credi.Ias.in l.2.in fi.C.de in ius.voc.

o Triplex monitio. Pro hoc vide tex.in c.1.s̃.de supplen. negli.præla.quem reputant singularem Anto.& Panor. in c.cum causa.s̃.de offi.delega.& Alex.de Imo.illis assentit.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.oper. 15 nuncia.in apostillis suis ad Bar.ad hoc ꝙ vbicunq; † inferior protestatur superiori suo, requiritur trina protestatio, vbi vnica sufficit in alijs personis. vltra quos addo tibi glo.singularem,ibi per Panor.& Cardi.in Cle.dudum in ver.recusarint.de sepultu.reputatam etiam per Fely.in c.ex literis.col.5.s̃.de constitu.Ad hoc quod superior ter requisitus per ipsum inferiorem,& non respondens,tunc videtur recusare: habes tamen in contrarium text.apertum.in Cle.quamuis.ibi vno contextu de appella. Vide pro hoc Roma.consi.427.col.1.quod exorditur. in proposito casu vide gl.in ver.3.in Cle.1.de vita & hone.cleri.quam Panor.in c.tuæ.s̃.de cleri.non residen.& Præpo. in c.2.s̃.de spon.& matri.& Fely.in c.cum causa.s̃.de offi. 16 deleg.reputant singularem ad hoc, ꝙ quando † requiritur trina monitio non sufficit vna cum peremptorio:de quo per eundem Fely.in c.meminimus.col.3.s̃.de accusa.& Areti.in §.fi.institu.de pęna teme.litig.adde Alex.in consi.81.in prin.stantibus.vol.4.

¶Huiusmodi enim monitio fienda superiori videtur perinde data sicut ea quę datur pro forma, aut per legem aut per statutum; quo in casu vna nō potest fieri pro omnibus.l.nonnunquàm.ff.de iudic.Facit text.in l.impuberibus.§.fi.ibi, nouissimeq;.ff de suspect.tutor.Bald.in c.ex literis.circa fi.ibi item facit ad aliam quæstionem.s̃.de constitu.& in c.ex insinuatione.circa fi.s̃ de rescript.& in l.non sunt liberi.ff.de statu.homi.& in c.1.de mili.vas.qui contumax est.vide Alex.consi.127 num.8.& 9.2.volu.in causa & lite vertente inter Lancelotum.

Firmantur hæc per ea quæ voluit Maria.Soci.consi.14. col.7.versi.nec obstat ꝙ Inno.cuius initium est, visis & 17 diligenter, vbi dicit forma † a statuto tradita debet seruari ad vnguem & specifice, nec habet locum regula, ꝙ nihil interest quin ex ęquipollentibus fiat.not.Bal.Ang. & alij.in l.1.ff.de liber.& posthu.istud prosequitur idem Maria.Soci.consi.33.col.3.Prosequendo ordinem prædictarum,ꝙ si statuto sit data forma, ꝙ ante bannum fiant duæ citationes tot dierum pro qualibet,ꝙ non potest iudex pro qualibet citatione conglutinare ambas citationes, & sic dare vnam pro ambabus, quia cum duplex citatio sit data a statuto pro forma substantiali prouenien-di ad bannum, nihil mutari potest de tali forma, etiam terminus vnius horæ per.l.& si nihil.ff.de regu.iur.& si aliud fieret vitiaretur bannum,allegat forè pro hoc.text. in l.1.§ Offidius.ff.ne qui eum. qui in ius vo.est vi exi.firmat idem Maria.consi.59.col.2.viso elegantissimo.consi. Quando verò fit monitio de pari ad parem, vide quæ dico.in c.fi.de hære.ante fi.

De monitione autem,seu citatione fienda per delegatum Principis ad vniuersitatem causarum alicuius qualitatis non discutio in præsentiarum, quia res agitur contra aliquos, quos defendere non est mei, quia tamquàm suspecti de hæresi per ędictum publicum hodie hodie hic Parisijs ad tres breues dies sub formidaliaus pœnis in talibus assuetis sunt adornati vltra num.80.per sonum tubę & vocem præconis.

¶De ca-

¶ De capellis monachorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *An ædificans capellam eam teneatur dotare.*

QVIA sæculares de quibus est præmissum, nedum morantur in monasterijs suis, sed in capellis [a] quandoque ĵ. hoc lib. de verb. signific. priuilegium, ideo subijcit de capellis monachorũ.

ADDITIONES PROBI.

a SED in capellis. Adde † quòd si quis ædificet, capellam, eam dotare tenetur, prout ædificans Ecclesiam. vide Io. de Ana. & ibi Bolog. in additio. consil. 24. Primò videtur, vbi decidunt ꝙ non tenetur eam dotare quod comprobat iuribus, authoritatibus, & rationibus.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶ Presbyteri qui ad curam populi per monachos &c.

SVMMARIVM.

1 *Patres non debent esse temporales.*
Statuto & consuetudo quæ sunt contra naturam rei, non tenent.
2 *Inde venit curæ priuatio, vnde & datio.*
Sæcularis & religiosi intitulati non debent a suis beneficijs sine causa rationabili amoueri.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *In dubio beneficium dicitur esse perpetuum.*

PRESBYTERI. Nonnulli monachi consuetudine vel statuto habebant, vt præsentati per eos Episcopis, & instituti ab ipsis per monachos possent remoueri, quod hic tollitur [ab ipsis] id est Episcopis [perpetui [a].] Nam cum † sint patres non decet esse temporales. arg. ff. de adopt. si tibi [consuetudine] nota statutum & cõsuetudinem, si sint contra naturam rei, de quo agitur, non tenere, [b] vt hic. argu. de conditio. apposi. c. vlti. & 10. q. 1. sic quidem. & c. nouerint. [per episcopos.] Nam † inde venit curæ priuatio, vnde & datio. Auth. de defen. ciuita. §. non habente. colũ. 3. [rationabili.] Et sic nota sæculares † non debent a suis beneficijs sine causa rationabili amoueri, sic in religiosis habentibus administrationes intitulatas. de statu regula. s. c. monachi. §. priores.

ADDITIONES PROBI.

a PERPETVI. In dubio beneficium dicitur perpetuum, prout comprobat Ludoui. Bolog. in additio. cõsi. Io. de Ana. consi. 14. viso puncto.

b ¶ Non tenere. Vide quæ dixi. s. in c. vnico. de cler. non residen. in ver. Item in iure habes.

¶ De iure patronatus. Rub.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Vassallus fundans Ecclesiam de bonis feudi, ratione cuius acquirit sibi ius patronatus an faciat illud ius transire ad successores in feudo.*
2 *Patronus se & sua dedicans monasterio quod ingreditur, an faciat transmittere ius patronatus ad monasterium illud.*
3 *Verbum ius patronatus prolatum in laici dispositione, quomodo intelligatur.*
4 *In dubio quis præsumitur statuere super re sibi subiecta.*
5 *Præsentatio est futuri iuris promissio, sicut sponsalia contrahere.*
Præsentatio fit nomine proprio, seu iure singulari. Electio verò nomine ecclesiæ, & non singulari, sed iure communi.
6 *Vnus patronus alium non potest vocare, vt fiat præsentatio.*
7 *Collegium potest esse iudex singulorum de collegio.*
Iurisdictio est penes capitulum, non penes canonicos singulos.
8 *Ad Episcopum & capitulum spectat conferre præbendas Ecclesiæ cathedralis, nisi consuetudo, vel priuilegium aliud inducant.*
9 *Natura copulæ, &, requirit de necessitate vtrunq; copulatum.*
10 *Dictio, cum, quando apponitur inter personas, operatur effectum copulæ, & idem est quòd copula.*
11 *Copulæ, &, & cum, non differunt.*
12 *Quando vnus nihil potest sine altero.*
In coniunctis non sufficit alterum impleri.
13 *Ibi dicitur esse capitulum, vbi totum est, vel maior pars.*
14 *Plures nepotes ex vno filio descendentes habentur loco vnius, & veniunt in stirpes in successione aui, & non in capita.*
Natura societatis est vt diuidatur lucrum operarium in capita non in stirpes.
15 *Potestas eligendi data Rectori & vniuersitati Scholarium quomodo intelligatur.*
Confitens recepisse decem a duobus, intelligitur quinque ab vno, & quinque ab alio recepisse.
16 *Dispositio quæ concernit vniuersitatem, non habet locum in aliquibus consideratis vt singulis.*
17 *Quando imponitur pœna Capitaneo & Antianis, quilibet est pro dimidia.*
18 *Copula, &, in dubio diuidit inter partes in viriles.*
19 *Natura copulæ est pariter copulata inuitare.*

DICTO DE PRAEBENDIS & religiosis domibus, in quibus plerunque institutio est facienda ad præsentationem [a] patroni, ideo subijcit de iure patronatus.

ADDITIONES PROBI.

a AD PRAESENTATIONEM. Pro informatione rub. Card. consi. 122. quidem habens latè discutit de Vassallo † qui ex bonis feudi dotat ecclesiam, ratione cuius acquirit sibi ius patronatus ꝙ ad successores feudi (licet non sint filij) transit ius patro.

Idem de prælato qui de bonis prælaturæ dotauit, quia ad prælaturam non ad hæredes transit.

Vide eundem Card. consi. 124. vbi tractat de renuncia. iuris patro.

2 De ingrediente † autem religionem, & dedicante se & sua, an transferat in monasterium ius patronatus tractat Domi. consil. 32. Pro examinatione, vbi decidit ꝙ non: quia licet quis efficiatur monachus, non tamen transfert in monasterium iura, vel dignitates sibi cõpetentes, quæ deferuntur iure sanguinis in posteros, quod verum, si sint posteri, alioquin secus.

3 Item † si hoc verbum ius patro. proferatur in dispositione laicorum quomodo intelligatur, an de patronatu ecclesiastico, an de sæculari quod dicitur quoddam ius seruitutis, vt patet. ff. de iure patro. vel de vtroq; vide Domin. in consi. 67. licet copiosè. vbi subdit conclusiuè debere intelligi solum de iure patro. sæculari, tum primò propter defectum potestatis statuendi super ecclesiastico, tũ propter coniecturatam statuentium, seu disponentium intentionem, quæ in dubio † præsumuntur statuere super re sibi subiecta. c. 1. s. de consti. hoc lib. c. a nobis. s. de senten. excommu. pro quo facit, quia quando ponuntur verba quæ possunt secundùm proprium intellectum intelligi pluribus modis, tunc debent intelligi in illa interpretatione, quæ congruat subiectæ materiæ. not. Bart. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. alleg. l. si seru us plurium. de leg. 1. facit cap. cum de beneficio. de præb. hoc lib. vide pro hoc glo. fi. in c. si Papa. de priuileg. hoc lib. no. Domi. consi. 122. quia reuerende pater.

De modo autem præsentandi, & per quæ verba fiat præsentatio. vide quæ tradit Lap. alleg. 75. casus talis est, qui firmat alleg. 84. versi. Sed nunquid in dicta gratia. dominus Papa, ꝙ præsentatio propriè prædicatur de patron. laicis, quia præsentatio clericorum dicitur electio propriè.

¶ Vlterius adde quòd præsentatio secundùm Paulum de Leaza. q. 4. quæ incipit Patronus ecclesiæ. colum. 11. est † futuri iuris promissio, sicut sponsalia contrahere, & fit nomine proprio, seu iure singulari. Electio verò nomine ecclesiæ, & non singulari, sed communi iure: hinc est ꝙ præsentationi singulares possunt cõsentire, hodie vnus, alius cras, & sic de singulis, & propter accessum vnius ad alterum fit validum quòd a paucioribus fuit inchoatum

Quodq;

6 Quodquè vnus † patronus alium non potest vocare, vt fiat præsentatio, cum vnus plus potestatis non habeat quàm alter, propter quod alium requirere non tenetur, nec ei aliquid denunciare, secus in collegijs, quia collegium † potest esse iudex singulorum de collegio. c. irrefragabili. §. excessus. s. de offi. ord. vbi Inno. Host. Bal. Ant. de Butr. & communiter Scribē. dicunt ꝙ ipsa iurisdictio est penes ipsum capitulum, non penes singulos canonicos. no. Steph. Bertran. consi. 157. nu. 7. puto ꝙ nota. sit 1. par. vide latius per eundem Paul. q. 9. ante fi. quæ incipit patronis laicis: istud videtur firmare Collec. in c. cum ecclesia. in prin. s. de elect. quia istud non reperitur expressum.

7

¶Hinc sumpta occasione mouetur dubium: pone, ad Episcopum Aurelianen. & Capitulum Aurelianense spectat conferre præbendas illius ecclesiæ, iuxta † iuris communis dispositionem. no. Archid. & alij in c. a collatione. s. de appel. gl. fi. in c. ea noscitur. s. de his quæ fiunt a præla. quæ id restringit, nisi consuetudo contraria inducat, vel priuilegium. Pone exemplum in Ecclesia Bituricen. vbi solum capitulum eligit ad præbendas conferendo. & in hoc dictum glo. placet Rocho de Curte in tractatu de iure patro. in ver. competens. q. 11. Idem dic de capitulo Xātonen. testatur Io. Mo. in c. cum in ecclesia. s. de præb. qui etiam tenet cum Archid. & sequa. in c. 1. in ver. potuit. & ibi dixi. s. de conces. præb.

8

Modò vacat præbenda, occasione cuius capitulū hoc percipiens, requirit in crastinum Episcopum, aut eius vicarium (Episcopo absente) fortè ne præoccupet Legatus aut Pontifex Romanus quatenus velit conuenire cum eis, vt conferant præbendam ipsam, dicit Episcopus aut vicarius habemus semestre. c. nulli. s. de conces. præben. Ideo conueniemus s. hoc tempus nobis a iure indultum & non s. hoc tempus a capitulo determinatum & coarctatum, quo audito, capitulum die statuta confert Titio: Episcopus hoc intuens etiam cōfert die sequenti Meuio. Ego verò de ea præbenda certa alia die sequenti a Legato de latere, aut Romano Pontifice mihi prouideri obtineo. Nunc quæritur quis nostrum dicatur ius habere potius, breuiter dic ꝙ videor habere ius potius. moueor sequentibus. Primò natura † copulæ, &, quæ requirit de necessitate vtrunque copulatum, istud est satis tritum. Ideo non deducendum: sufficiat. l. si quis, ita stipulatus fuerit. ff. de verb. oblig. no. latè Io. Mo. in c. cum in illis. s. de preb. & Ias. in consil. 78. vt opportunè. vol. 1. Alex. consil. 105. num. 3. quod exorditur magnifice prætor. vol. 3. alleg. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. & d. l. si quis. Idem Alex. in consi. 110. num. 6. circa primum. eo. vol. 3. quem vide etiā pro ipsa natura copulæ, &, consil. 9. num. 10. visis. vol. 2. & consi. 120. Super eo. vol. 1. Quod procedit etiam si copulatiua fiat cum hac dictione. Cum, quia quando illa † apponitur inter personas, operatur effectum copulæ, & idem est copula, & tantam tribuit vni, seu potestatem vni sic coniuncto, quantam habent omnes alij. l. si quis Titio. ff. de vsufruc. accre. & ibi Bald. & l. Titiæ textores. §. nihil distat. de leg. 1. Soc. cons. 40. col. 2. Ex actis gestis, hinc dicit Freder. consi. 1. col. 3. ꝙ ipse † copulæ, &, cum, non differunt. no. Bal. in l. si quis Titio. ff. de vsufruc. accrescē. & Panor. consi. 57. colum. 2. versi. Sed his, ex infrascriptis. volum. 1.

9

10

11

Item Episcopus & Capitulum hinc censentur tamquā iudices delegati, arbitri, executores, aut procuratores, quorum vnus † nihil potest sine altero, nisi adiecta fuerit clausula insolidum. De delegatis tex. in c. si. in fi. de testamen. hoc lib. De procuratorib. tex. in c. si duo. s. de procura. eo. lib. cum similib.

12

Item in coniunctis non sufficit alterum impleri. tex. in c. cum in illis. in fi. s. de præb. hoc lib. l. si quis ita. §. Titius. ff. de verb. oblig. ista sunt motiua Io. Andr. quæ adducit in c. a collatione. s. de appellat. hoc lib. in quæstione nostra. Vbi concludit ꝙ neutrius Episcopi videlicet & capituli valet collatio, etiam si interueniant aliqui canonici, qui non faciant maiorem partem cum Episcopo, quam sententiam per ipsa motiua & alia ibi sequitur Dom. & post eum Francus paucioribus verbis, tangit ibi Petr. & non determinat, sed remittit se ad notata per eum in c. postulastis. s. de conces. præb. vbi. col. fi. prædictæ sententiæ astipulatur dicens ꝙ non valet aggregatio duorum, vel triū canonicorum cum Episcopo, quia licet in hoc Episcopus & Capitulum videantur conferre, vt singuli, videlicet tamquam duo extrema. notat Collect. in d. c. postulastis. post princip. Capitulum tamen de per se stans & habens mediam partem conferendi, seu ius illud confert vt collegium: & sic vt dicatur extremum requiritur maior pars capituli, quia ibi dicitur † esse capitulum, vbi est totum, vel maior pars, vt in simili dicit Io. Mon. in c. sicut. de verbo. signific. not. in c. cum inter. s. de elect. c. 1. s. de his quæ fiunt a maio. parte capitu. l. quod maior. ff. ad municipa. l. vbi. ff. de tuto. & cura. datis ab his. & l. 3. ff. de decre. ab ordi. fac.

13

Quæstionem hanc latissimè tractat Frederi. de Sen. cō si. 232. in fi. vacantibus. & cōsi. 1. vbi multipliciter arguit, cuius etiam motiua Pet. & communiter alii ad calamum tradunt, & tandem concludit neutrius, scilicet Episcopi & Capituli valere, ita consuluit de consilio Ioan. Andr. excellentissimi decretorum doctoris, de quo Freder. in casu nostro meminit. idem Io. And. in d. c. a collatione. col. 1. firmat hanc latè Compostel. in c. cum ecclesia vulterana. versi. quid autem erit. s. de elect. post glo. in c. 1. in ver. assensu. ne sede vacante. hoc lib. quam cōmendat Panor. in d. cap. cum ecclesia. tenet & firmissimè cum prædictis Calder. filius adoptiuus Ioan. Andr. in repeti. d. c. postulastis. circa fi. vbi dicit se respondisse Io. Andr. super Nouella scribenti hoc modo contra opinionem Host. contrarium tenentis. Quæ opinio Hostien. non seruatur in practica dicit Io. de Ana. consi. 62. col. 3. visis & ponderatis.

Hic enim repetitur ꝙ in ipsa collatione fienda debent interuenire nomen collectiuum, putà capitulum, & nomen singulare, putà Episcopus.

Et sic habeo conclusionem ꝙ maior pars illius collectiui simul cum illo singulari requiritur, cum collectiuū totum sit pro vna dimidia tantum, & singularis persona pro alia dimidia, prout in simili dicitur, quod † plures nepotes ex vno filio descendentes habentur loco vnius, & veniunt in stirpes in successione aui cum patruo suo, sed non in capita, ipse autem patruus in tantum succedit solus, quantum ipsi omnes nepotes. no. Alex. in consi. 63. col. 1. Super primo dubio. vol. 2. Et sic contra naturam societatis quæ dicitur, vt diuidat lucrum operarum in capita & non in stirpes. notat idem Alex. in consi. 99. col. 1. habita. vol. eod.

14

¶Hanc conclusionem vltra præmissa comprobo sic. Primò per ea quæ tradit Bald. in l. fi. col. 1. C. de impube. & alijs substi. quod nomen collectiuum ponitur pro singulari persona, ideo si ei adiungitur alius specialiter nominatus, per ille habebit dimidiam vocē, & totum id collectiuum aliam vocem, quia tunc vniuersitas illa apud intellectum nostrum habetur pro singulari persona.

Secundò, per ea quæ not. Ang. & Imo. in l. liber homo. §. Titius. el 1. ff. de hæred. instit. vbi per illum tex. tenent si † Rectori & vniuersitati scholarium datur potestas eligendi notarium, tantum habet vocem Rector solus, quātum tota vniuersitas. in hoc videtur verificatum quod dicit Alex. in consi. 24. col. 1. visis dubijs. vol. 1. Quod si quis fuerit confessus recepisse decem a duobus, intelligitur ab vno quinq; & ab alio quinq;. l. reos. § cum in tabulis. ff. de duo. re.

15

Tertiò habes quod not. Panor. consi. 57. col. 3. ex s. scriptis. vol. 1. Quod si Papa mandat Episcopo vt aliquid expediat cum consulibus capituli, non sufficit quod Episcopus cum aliquibus ex capitulo id faciat, sed requiritur maior pars ipsorum consulum, quod comprobat multifarie subijciendo. ita moderniores tenere contra Hostien. cuius opinio cōmuniter reprobatur, quia oportet quod nomen collectiuum verificetur in maiori parte, per ea quæ iam diximus. Et in hoc videtur comprobata doctrina, quam citat Deci. consi. 221. num. 2. non patitur angustia. Quod dispositio † quæ concernit vniuersitatem, non habet locum in aliquibus consideratis vt singulis, istud est dictum Pet. de Anch. consi. 204. col. 2. versi. in contrarium ad partem affirmatiuam, visis & ponderatis.

16

¶Et nedum ista procedunt in fauorabilibus, sed etiam in pœnalibus & odiosis, quod patet per ea quæ not. Bald. in d. l. si quis Titio. ff. de vsufruc. accrescen. vbi per illum tex. dicit, ꝙ quando imponitur † pœna capitaneo, & Antianis, quilibet est pro dimidia, ac si essent duæ singulares personæ, sic etiam dicit ipse Bald. quando daretur arbitrium

17

trium ipsi capitaneo cum prioribus, nam omnes priores habent vnam, & capitaneus aliam vocem: hanc doctrinam Bal. aliorumquè scribentium authoritatibus comprobat Steph. Bertran. Carpen. d. cōsi. 157. num. 7. puto ꝙ nota. sit. par. 1. vbi nu. 2. dicit pro themate. Alber. citare in l. de creationibus. C. de episc. audien. ꝙ quo ad executionem eorum de quibus ibi tantum valet voluntas præsidis, quantum Episcopi & trium primatum: pro quo allegat. in argu. d. l. si quis Titio. ff. de vsufruc. accrescen. & l. Titius fundi. ff. de hæredi. insti. & l. fi. cum his quæ ibi not. C. de impub. & alijs sub. alleg. etiam ad hoc glo. in auth. causa quæ fit cum monacho. C. de Episco. & cleri. dicitq; etiam ibi Alberi. quod si aliquid committitur arbitrio potentis, & antiquorum vel sapientum, tantum operatur vox & voluntas solius potestatis, quantum omnium antiquorum, aut sapientium. hanc opinionem sequitur Iacob. Butri. in d. auth. causa vbi Pau. de Cast. dicit si aliquid committatur capitaneo & Antianis, tantum habet capitaneus solus, quantum omnes Antiani simul, per quæ & alia idem Bertran. concludit, ꝙ si dicatur decanū & capitulum habere iurisdictionem, tantam per se habebit decanus, quantam habebit capitulum, quia† copula, &, in dubio diuidit inter partes in viriles. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. si mihi. & Titio. ff. de verbo. oblig. & l. 4. ff. de stipulatio. seruo. & l. 1. C. si plur. vna sententia. c. prudentiam. ꝟ. de offi. deleg. Petr. de Ancha. cōsi. 245. col. 2. Duo prima dubia. & Rapha. Fulgo. consi. 31. ex facto proponitur testatorem, dicit per iura prædicta ꝙ virtus huius copulæ, &, proueniens, est, vt inter extrema copulata diuidat effectum dispositionis, & summam vel rem in obligatione deductam pro ęquis portionibus, & extremorum copulatorū numero, licet alteri extremorum tanquam collectum plura sub se pertineat.

¶Ad idem quod not. Alex. in consi. 2. col. 4. versi. Sed in hoc est aduertendum. vol. 3. ꝙ vbi duo extrema copulātur per copulam, &, videntur ambo exprimi principaliter, per id quod legitur. & not. in l. si cui. ff. de fundo instruc. & in l. 1. in fi. cum. l. sequen. & cum ibi not. per Bart. ff. de pecu. lega. Istud firmat Philippus Corn. consi. 231. col. 1. visis scripturis. in 1. par. vbi dicit † Natura copulæ est pariter copulata inuitare. d. l. si mihi. & d. §. cum in tabulis. Etiam quando inuitantur pater & filius. c. Raynutius. ꝟ. de testa. Esto etiam quòd vnus nominetur. nomine proprio, & plures nominentur nomine collectiuo, omnes enim nominati nomine collectiuo habentur pro vno (vt tantum recipiant quantum ille solus nominatus nomine proprio. l. si pater. ff. de vulga. & l. si Titius. ff. de hæredib. insti. & in l. planè. in prin. de leg. 2. Vide quæ tradit Alex. in consi. 116. col. fi. perlectis verbis. vol. 3. & cōsi. 116. col. 4. animaduersis. vol. 2. & Deci. in consi. 455. Casus de quo quæritur. vbi mouet quæstionem si maritus legauit vxori sub conditione duplici videlicet si cum filijs in domo steterit & vitam duxerit vidualem, quia vtraq; conditio debet impleri. d. l. si cohæredi plures. ff. de conditio. insti.

¶Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶ Si laicus ius patronatus Ecclesiæ sibi competens &c.

SVMMARIVM.

1 *Laicus dans loco religioso ius patro. adiecta aliqua conditione.*
2 *In beneficialibus, quod est licitum approbatur, & quod est illicitum reprobatur.*
3 *Concessa simpliciter concedi censentur, quòd alij præiudicium non fiat.*
4 *Ex quo ius patro. ad Ecclesiam peruenit, est iudicandum, vt de patronatu Ecclesiastico.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *An consensus patroni laici requiratur in permutatione necessaria & vtili Ecclesiæ.*
2 *Licitum est cuicunq; priuato donanti res suas Ecclesiæ, dicere conditiones & onera, & Ecclesia tenetur illa seruare.*
3 *Quilibet est moderator & arbiter in re sua.*
Prouisio hominis, facit cessare prouisionem legis.
Nemo inuitus crescere cogitur.
4 *Ius purum & conditionale differunt vt contradictoria.*
5 *Ius patro. dicitur vnum mixtum compositum ex duobus simplicibus.*
6 *Ius patro. est indiuisibile consistens penes omnes patronos insolidum.*
7 *Ius patronatus est ius reale.*
8 *Vnus patronus non potest augere numerum patronorum.*
Præiudicium Ecclesiæ est, quòd plures habeat patronos.
9 *Quasi possessio præsentandi per vnicum actum acquiritur.*
10 *Possessio vnius actus, ius vniuersale producit, nullo alio in possessione existente.*
11 *Per vsum partis ius in totum conseruatur.*
12 *In beneficialibus non licet cuiquàm apponere quod vult, sed hoc pendet ex ordinatione iuris.*
13 *Saluusconductus de eundo, videtur concessus de redeundo.*
Non dicitur venire secure, qui non potest redire.
14 *Ius præsentandi & eligendi est quæsibile vt hic.*
15 *Ius patro. est quæsibile, etiam per fundationem altaris.*
16 *Quod iuris humani esse desijt, seruitutem non recipit.*
Ius patro. creatum quatuor modis in aliam transfertur.
17 *Primogenitus Regis quando præferatur patruo.*
18 *Non attendimus initium, postquàm res semel suam mutauit naturam.*
19 *Mutatione personæ priuilegiatæ, desinunt priuilegia competere ei ad quem perueniunt, sicut econuerso incipiunt si ad priuilegiatum perueniunt.*
20 *Natura & origo contractus initi cum priuato, non mutatur ex persona priuilegiati.*
21 *Ex persona successoris non mutatur conditio, & natura obligationis etiam pro futuro tempore.*
22 *Quando in priuilegiatam personam transfertur ius non priuilegiatæ personæ, priuilegiata vtitur suo priuilegio.*
23 *Quando vna res alteri vnitur assumit naturam, consuetudinem, & priuilegia illius cui annectitur.*
24 *Res conditionari debent secundùm conditionem personæ.*
25 *Clerici quando soluant collectas de bonis a laicis Ecclesiæ donatis vide hic.*
26 *Res sumit conditionem à persona, non econtra.*

a SI LAICVS. a Hæc decretalis primò factum antiquitus dubium decidit. in 2. & 3. responsis duo dubia circa dictam decisionem tollit. Ecce primum [censenda] olim fuit opinio. no. ꝟ. eo. illud.

b ¶Sed quæro b † laicus dedit c loco religioso ius patronatus d hoc adiecto, ꝙ quando vacaret Ecclesia, cuius ius patronatus datum erat ad nominationem cuiusdam Episcopi, dicti religiosi ad illam Ecclesiam illa vicem haberent præsentare. Quæritur vtrum hæc adiectio valeat, dic ꝙ non e, quia est contra Lateranen. Concilium. ꝟ. de concess. præb. nulla. & c. constitutus. & c. fi.

Sed nunquid hæc adiectio vitiet, vel vtietur? dic quòd vitiatur. arg. 10. q. 1. sic quidam. & c. nouerint. Nam in be-2 neficialibus † quod est licitum approbantes, & quod est f illicitum reprobantes f. ꝟ. de præb. dilectus. 1. & c. dilecto. ꝟ. hoc lib. de reg. iur. vtile vt frangatur turpis adiectio. ꝟ. de condi. appo. c. 1. Cum sit contra naturam rei. ff. de preca. cum precario aliquid. & ꝟ. de præca. c. vlti. ff. depo. l. 1. §. vlti. [per præfatam] ex decisione. ꝟ. posita simpliciter facta, videtur Episcopo præiudicium generari, quod hic 3 tollitur. Nam † concessa simpliciter sic concedi censentur g, ꝙ alij præiudicium nō fiat. C. de emancipa. lib. l. nec auus. ff. ne quid in loco. pub. l. 2. §. meritò. & §. sequen.

Verum hic aliud remouet dubium, nam cum Ecclesia succedat patrono laico in iure patronatus, videt fungi iure illius patroni concedentis. ff. de eden. quidam. §. 4 nihil interest, sed hic hoc remouet. Nam † ex quo ius patronatus h ad Ecclesiam peruenit, est iudicandum i vt de patronatu Ecclesiastico. arg. ꝟ. de præb. dilectus filius. 3. & in lib. feudo. de pace tenenda. ad hoc si allodiū. ff. de vsur. cum quidam. §. si debitores. ff. de iure fisci. l. fiscus cum. in priuati.

ADDITIONES PROBI.

a SI LAICVS. Vide Domi. cōsi. 45. consuetudo est. 1 & consi. l. licet. vbi latè disputat an † consensus patroni laici requiratur in permutatione necessaria & vtili Ecclesiæ.

¶Sed

b ¶Sed quæro. Istud quod hic dicitur de adiectione siue conditione non extendi in quocunq; casu, vt putà testator legando feudum Ecclesiæ, disponit ꝙ Ecclesia teneatur soluere onera & collectas assuetas solui per laicos in talibus, & quæ tempore suo soluit, quia ad hoc tenetur Ecclesia, licet de iure communi non teneatur. Istud pro-
2 bo quia licitum † est cuicunq; priuato donanti res suas Ecclesiæ, adijcere conditiones & onera, & Ecclesia tenetur illud seruare. text. videtur expressus. in c. verum. s. de conditio appo. Et adeo est verum dicit Petr. de Ancha. consi. 217. dubium facit, si bona in Ecclesiam sub prædicta conditione transferantur, ꝙ si non subierit onera imposita, liceat laico donatori sua authoritate capere, quod potest (Ecclesia non parente) propria authoritate. arg. d. c. verum. & l. 3. de pigno. C. & est hoc expressum secundum Hostien. in cap. cum dilectus. s. de donation. Ita not. Ioan. And. post Hostien. in c. verum. s. de foro competen.

3 ¶Item † quilibet est moderator & arbiter in re sua. l. in re mandata. C. manda. Igitur potuit adijcere onus, sic prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. si cũ dotem. in prin. ff. solu. matri. & l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulga. pro quo vide quæ latè diximus post Ioan. Mona. in c. si duo. s. de procurato. in ver. hominis prouisio, fuit enim a principio in potestate Ecclesiæ vel respuere vel amplecti legatum. l. 1. C. de caduc. tollen. quia inuito non confertur beneficium, iuxta illud Ioan. Mona. in c. in generali, & ibi latè diximus. s. de electio. ꝙ nemo inuitus crescere cogitur.

Sit igitur donatio siue legatum purum, non sub conditione, vel modo, quia si vnum afferat, aliud negabit, per ea quæ tradit idem Pet. de Anch. consi. 220. colum. 3.
4 versi. videndum, hæc quæstio iam vulgaris ꝙ ius † purũ & conditionale differunt, vt contradictoria, quia in vno inuenietur natiuitas, in alio non. l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonstra.

c Dedit. Istud potest etiam extendi ad exercitium solũ, vt firmatur apud Deci. consi. 542. nu. 8. præsupposita, vbi. in fi. concludit ꝙ tunc non alteratur natura iurispatro. & sic Ecclesia poterit variare, aut cumulando præsentare prout licet laicis, secus si fiat donatio iurispatro. perpetuò & irreuocabiliter.

d Ius patrona. † Quod dicitur vnum mixtum ex duobus
5 simplicibus compositum, ex corporalitate videlicet & spiritualitate, & accedit ad naturam simplicis dignioris, videlicet spiritualitatis. c. quanto. s. de iudic. facit. l. Titiæ textores. de leg. 1. no. Pet. de Anch. consi. 384. dubium. vide Signorol. consi. 95.

e ¶Dic ꝙ nõ. Vide in simili de adiudicatione iurispatro. quæ inter hæredes fieri non potest, putà ꝙ vnus sit solus
6 patro cum sit ius † indiuisibile, consistens penes omnes insolidum. glo. in c. 1. s. hoc tit. Istud tenet & firmat Panor. post Gofr. & Ioan. And in c. querimoniam. s. hoc tit. nec testator etiam hoc facere potest. Archid. in c. præsens. in prin. 20. q. 3. vide Ias. in consi. 97. in spectabilem. volu. 1. qui præmissa latè comprobat.

Istud dictum debes intelligere quando adiudicatio fieret singulariter & sine aliqua vniuersitate, putà in adiudicatione castri, vel villæ, quia si cum adiudicatione castri, vel alterius vniuersitatis fieret, valeret equidem mero iure. c. ex literis. & c. cum sæculum. s. hoc tit.

¶Et sic dic adiudicatione vniuersitatis, cui adheret ius patrona. quia tunc in concessione illius, quod in ea reperitur, includitur. not. Panor. in d. c. ex literis. in fi. Anto. Panor. & alij. in d. c. cum secundùm Oldra. consi. 312. thema quæstionis. Roma. consi. 368. in prin. Præsens consultatio.

7 ¶Ex quo datur intelligi, quod tale † ius patro. est reale, quia ista est natura realis, vt cum re ipsa transferatur. l. forma. §. quanquàm. ff. de censib. l. si aquæ ductus. ff. de contrahen. emptio. pro his vide Deci. consi. 149. in causa iu-
8 rispatro. qui ibi aliud in proposito subdit, ꝙ non † potest vnus patronus augere numerum patronorum consentiendo quod aliquis qui nõ erat efficiatur patronus, quia tractatur de præiudicio Ecclesiæ, ꝙ pluribus patronis subijciatur. ita tradit notab. Dominic. dicens se ita cum Petr. de Ancha. consuluisse. in c. fi. §. laici. in princ. de rebus eccle. non aliena. hoc lib. refert & sequitur Deci. cõsi. 445. in fi. in causa. quem vide in simili præiudicio Ecclesiæ videlicet in emphyteusi.

¶Idem dic in quasi possessione iuris præsentandi, cum eadem ratio militet de præiudicio Ecclesiæ, quia talis possessor habetur pro patrono quantum ad præsentandum in præiudicium Ecclesiæ, vt in cap. consultationibus. s. hoc titu. capit. querelam. de electio. s. quæ quidem
9 † possessio per vnicum actum seu vnicam præsentationem (secuta institutione) acquiritur. tradunt Oldrad. consi. 312. colum. fin. versic. præterea, dum dicit in talibus attenditur solum vltima & immediata possessio. cap. cum Ecclesia sutrinæ. s. de causa posses. & pro. Et per eundem text. Frederi. consi. 234. Super primò puncto Calde. consi. 12. hoc titu. firmat idem Panor. consi. 54. colum. 1. quod exorditur, videtur. 1. alleg. Innocen. in cap. 2. de in integr. resti. & in cap. in literis. s. de restitu. spolia. & tex. in d. c. consultationibus. & in d. c. querelam. s. de electio. & c. cum olim de causa po. & proprie. text. alios cumulat Bartho. de Chassa. consi. 10. num. 10. viso processu. Et hoc dummodo illa vnica præsentatio habuerit effectum Calde. in d. consil. 12. Decius consil. 134. viso puncto. vbi etiam optimè comprobat dictum. s. proximè discussum.

¶Facit quod in simili dicitur de renunciatione facta in compromisso, quæ non præiudicat nisi laudum sequatur. Bald. in l. si diuersa. in versicu. ex prædictis. C. de transactio. & ibi Rapha. Fulgo. refert & sequitur Alexan. consi. 22. in prin. viso instrumento. lib. 1.

¶Quod autem dicimus quòd ex vnico actu possit acquiri possessio, istud comprobat Deci. consi. 272. nume. 5. in casu transmisso de Hispania, dum dicit possessio
10 † vnius actus ius vniuersale producit, nullo alio in possessione existente. alleg. Innocen. in cap. dilecto. s. de offi. Archidia. & Panor. per illum textum. in cap. 1. colum. 1. versicu. vlti. tene menti. s. de relegio. domib. vbi concludit quod per exercitium vnius iuris seu articuli comprehensi sub vniuerso, infertur ad possessionem vniuersi, vide Alexand. consi. 68. nume. 20. Et viso & dudum discusso. Fely. in cap. auditis. nume. 19. versicu. præscribens. supra de præscriptio. & Deci. consi. 276. annectitur. col. secunda, versicu. Et licet dux. vbi pro hoc dicit benefacere textum in l. is qui vsumfructum. ff. quibus modis
11 vsufruct. amitta. vbi per vsum † partis ius in totum conseruatur, & ibi Bald. idem bonus textus in lege tertia, in principio. ff. de acquiren. possessio. vbi ex possessione partis fundi in toto fundo vsque ad terminum possessio acquiritur.

f Reprobantes. Quasi dicat ꝙ in † beneficialibus non
12 licet cuiquàm apponere quod vult, sed hoc pendet ex ordinatione iuris. ita dicit Oldra. consi. 259. col. pen. impugnatur electio.

g ¶Censentur. Etiam concesso vno, videntur concessa ea, sine quibus. & tex. iuribus hic probatur vulgatis, potest poni exemplum de dispositione loquente de eunte, vt comprehendat redeuntem. vnde saluus conductus
13 † concessus alicui pro veniendo ad certum locum, intelligitur etiam concessus pro redeundo. l. vtimur cum. ibi not. ff. de sepul. viola. vbi Barto. & Ange. ratio secundùm eos, quia non dicitur venire securè qui non potest redire. argu. l. de ętate ff. ad Trebel. Doct. in l. 1. ff. ad leg. Iul. maiesta. & in l. relegati. ff. de pœnis. Bart. post text. in l. 1. C. de naufragijs. lib. 10. Præposi. in c. disciplina. in prin. 45. dist. vbi dicit quòd quando dicitur ite & reditè, fit ad maiorem expressionem. latè per Fely. post Panor. in c. ego. N. nu. 8. s. de iureiur. vide Alex. consi. 19. Ponderatis verbis. volu. 6.

h ¶Ius patro. Dic quòd † etiam ius præsentandi nedum
14 est acquisibile absq; iure patronatus, sed etiã quidem ius eligendi absque iure canonicali. c. bone. s. de postula. prælato. cap. scriptum. de elec. c. cum Ecclesia. s. de cau. pos. Et hoc habet communis opinio, quam tenet Ioan. Andr. s. de elec. c. querelam. & in c. quod alicui. de regu. iur. hoc lib. tradit Anto. de Butr. consi. 62. colum. 1. hic de duobus.

15 Est equidem † quæsibile ius patronatus per fundationem, etiam altaris, licet iura solum dicant de Ecclesia, vt latè comprobat Card. consi. 82. ad primum dico. Modos alios acquirendi ius patro. vide per Alexand. consi. 74. colum.

col.fi.& conf.sequen.volu.4. vbi tractatur de modo præscribendi,& acquirendi patrona.per consuetudinem, & modo probandi illam.

Quæsibile igitur dicitur,per fundationem,dummodò id fiat ante consecrationem, quia si post consecrationem quis efficeretur patronus,iam videretur imponi seruitus rei sacræ,quod esse non debet l. seruitutes.§.fi. ff. de serui-16 tu. quia † quod humani iuris esse desijt, seruitutem non recipit.l.caueri.ff.communia prædio.pro hoc vide glo. in c.piæ mentis.16.quæst.7.

Postquàm tamen est creatum,potest transferri ad aliũ, quatuor modis,videlicet successione,donatione,in sinuatione,& permutatione.comprobat Domi.in conf.45.cõsuetudo est vbi etiã firmat, quod supra proxime diximus de impositione seruitutis rei sacræ,& hoc dicit fore alteram rationem,quare non acquiratur ius patro.per dationem alicuius rei temporalis post consecrationem ecclesiæ. Alteram dicit,quia patronus dicitur qui adducit rem de non esse ad esse.

Istud tamen modificat, & dicit non procedere quãdo ecclesia foret consecrata sine dote, vel minus sufficienti, quia tunc si detur dos sufficiens, & interueniat authoritas episcopi,bene acquiretur ius patro.fauore ecclesiæ, & tũc dos fingitur præcessisse consecrationem. ar.c. tanta.s̄. qui filij sint legiti.

Est iudicandum. Vide quæ in simili dicimus.s̄. in cap.r. in uerbo,hæreditas. de testa. Pro quo vide Aret. in consil. 14.num.13.viso,quibus adde quę nota.in c.licèt.s̄.de voto, & in cap.grandis.supra de supplen. neglig. præla. hoc lib. 17 vbi dicitur,quando filius † primo genitus vixit post mortem patris,& regnum acquisiuit, tali casu filius primogeniti excludit patruum, quia ex quo filius primogenitus acquisiuit regnum, videtur tractari de successione ipsius filii, & non de successione eius patris, & in tali casu filius præfertur patruo in regni successione, secus quãdo primogenitus non acquisiuit regnum, quia decessit ante mortem patris sui,seu patre viuente, quia tunc patruus reperitur primogenitus cui debetur regnum, vt latè comprobat Dec.conf.443.in casu ad me transmisso.

Vltra præmissa pro intento Ioan. Mo. hic vide quæ citat per tex.nostrum Pet.de Anch.conf.50.col. 2. visis di-18 ligenter verbis. vbi dicit non † attendimus initium postquam semel res suam mutauit naturã. allegat.l. Paulus. alias per procuratorem.ff.de acq.hæredi.ibi,quia Castrẽsia esse mutatione personæ desierunt.

¶Vide pro comprobatione consilia, quæ cumulaui in c.1.in verbo, hæreditas. s̄. de testa.& quæ dixi. s̄. in c. 1. de cleri.coniuga.

¶Pro intento Io.Mona.videtur facere,quod not. Pet. 19 de Ancha.consi.110.prima facie.Quod † mutatione personæ priuilegiatę desinunt priuilegia competere ei, ad quem perueniunt,sicut econuerso incipiunt si ad priuilegiatum perueniunt.l.cum quidam. §. cũ fiscus.ff.de vsur. idem Pet. de Anch.consi.129.col.2.ibi,mutatione enim bona mutant statum.

20 ¶Cõtra præmissa vrgent:quia † natura & origo cõtractus initi cum priuato non mutatur ex persona priuilegiati.l.fiscus de iure fisci.& l.Emilius.ff.de minor.Ad hoc potest responderi, quod in tex. nostro cõtractus non habet certam legem,in contrarijs vero secus,quia cõtractus a principio pro omni tempore suscepit legem, ergo tituli posterior formatur euentus.l.1.de impo.lucra. descrip. 21 lib. 10. C. Et ex persona † successoris non mutatur conditio, & natura obligationis: etiam pro futuro tempore dicta l.Emilius.& l.secunda. §.ex his. ff. de verbo. obliga. Item alio modo respondeo: quia in iure præsentandi non est mirum si assumit nouam naturam: quia totum pendet ex futuro tempore scilicet præsentare: secus in contractibus: pro his vide Petrum de Anchar. consil. 155. cum duobus sequentibus: ad quem etiam attende pro principali intento.consi. 215.colum.2. versic. octa-22 uo.Sic scripsit Papa, vbi dicit quando † in priuilegiatam personam transfertur ius non priuilegiatę personæ, priuilegiata vtitur priuilegio suo, sic verificatur doctrina vulgata,quòd magis dignum atrahit ad se minus minus dignum:quã iuribus cõprobat ibi idem Petrus.ver.6

¶Pro intẽto nostro videtur facere id quod dicitur de 23 vnione rei ad aliam,& sic habeo quòd † quando res vna alteri vnitur assumit naturam, consuetudinem, & priuilegia illius cui annectitur.c.recolentes.s̄.de regu. Domi. in consi.25.col.1.duo videntur.

Pro themate facit quod no.Domi.Bertran.consi.207. 24 nu.4.pro responsione.par.1.Quod res † conditionari debent secundùm conditionem personæ.l.1.de impo.luc. descrip.lib.10.C.facit.l.licitatio.§.mercatores.& §.fiscus. ff.de public.& in Auth.de eccle.tit.§.ad hæc.col.9.

¶Huiusmòdi intentum habes intelligere cum grano salis,vt si res nõ priuilegiata deuenerit ad priuilegiatum, gaudeat priuilegio, quoad actus qui sunt de futuro, vt in tex.nostro,casus est etiam secundùm vnum intellectũ in c.porrò.de priuilegijs.s̄.nõ tamen quo ad illa,quæ prę cesserant primò priuilegium, & ligamen in ipsam rem, quia tunc transeunt ad priuilegiatum cum illo onere.c. pastoralis.s̄.de deci.c.ex literis.s̄.de pignor.vide Neapol. decisio.211.cum duabus sequen.

Hinc Io.And.post Archid.in c.1.circa fi.in nouella.de 25 immunita.eccle.dicit si res † quæ erat ascripta pro libra & solido ad soluendas collectas laicorum,peruenerit ad clericum, dato ꝙ clericus habeat priuilegium, vt laicis non soluat, nihilominus soluet collectas pro illis bonis (pro pręteritis etiam annis) cum istud onus iam esset impressum rei, quare transit ad priuilegiatum cum onere suo. sic intelligas.c.quanquam.tit.sequen.quia illud habet locum in collectis imponendis postquàm res peruenit ad clericos sic priuilegiatos. Sed de collectis iam impositis ipsis rebus per laicos non habet locum: Pro huius dicti comprobatione habes, ꝙ licet priuilegium vel alia dispositio etiam expressa disponat de præteritis, non tamen extenditur ad illa, quæ sunt de præterito,& iã erant executa tempore dispositionis. casus est in c.audita.s̄.de resti.spolia.c.ex tua.s̄.de fil.presb.not.Io. Andr.in c.detestanda.de concef.præb.hoc lib.

Habeo præterea ea de quibus meminit Alex.in consi. 101.col.pen.visis instrumentis.vol.1.Quis laicus tenens rem in emphyteusim ab Ecclesia, tenetur ad collectas soluendas propter fructus quos percipit, dato ꝙ Eccle-26 sia cogi non possit, quia res sumit † conditionem a persona, non econtra.l.1.de impo.lucra.descrip.lib.10.C.gl. fi.in fi.C.de inoffi.testa.

¶De censibus, exactionibus, & procurationibus. Rub.

DICTUM EST DE IVRE patronatus. Et quia patronus quandoquè exigit censum,quã doquè aliam exactionem, quandoquè procurationem:ideo de his subijcit.

¶Innocentius Quartus. Cap.I.

¶Romana Ecclesia. & ĩ.¶ Statuimus,vt quilibet &c.

SVMMARIVM.

1 *Ordo substantialis est diligenter seruandus per omnia.*
Io.Mo.hic testatur vidisse dari literam in cancellaria, vt hic.
Ordo a iure debitus,si petatur & non admittatur petitio, potest appellari,alias si non appelletur & procedatur,tenet quod est actũ.
2 *Detentus impedimento, alium mittere potest Archiepiscopus ad visitandum.*
Omnes Archiepiscopi sunt Episcopi.
3 *Quando duo concurrunt in visitatione,quis præferatur.*
4 *Ordinarius habet regularem potestatem, & quasi naturalem.*
Secundùm maius fit denominatio.
5 *Ecclesia non valens Archiepiscopum & Episcopum (simul visitantes) recipere,quem recipere habet.*
Primò veniens est admittendus.
6 *A capite edenda est ratio.*
Quis alios corrigit,prius debet corrigere se & suos.
7 *Plenum potest dici,etiam vbi est aliqua exceptio.*
8 *Personæ præsentia multum consueuit operari.*
9 *Hoc possumus quod commode possumus.*
10 *Forma mandati exacta diligentia est seruanda.*
Ad Archiepiscopum pertinet cura & solicitudo totius prouinciæ.
11 *Ad impossibile quis non tenetur.*
Officium visitantis describitur hic.

Quod

Quod tibi vis fieri, mihi fac & econtra.
12 *Ordo non est seruandus, si incommoditas vertatur in ordine seruando.*
13 *Officia non sunt promiscuis actibus perturbanda.*
Inquisitio melius procedit, quando fit sigillatim.
Episcopus est alijs in exemplum.
14 *Quando est eadem ratio, idem est ius.*
15 *Solum consilium non obligat.*
16 *Malitia vel fraus regulariter est probanda.*
17 *Casus, in quibus scriptura requiritur, describuntur hic.*
18 *Probatio fit leuius & securius per scripturam.*
19 *Delusoria, non debet esse visitatio.*
20 *Nemo est compellendus de occultis dicere veritatem.*
21 *Quando non reperitur certa pœna in iure, arbitratoria infligitur.*
22 *Quis stipendijs suis debet esse contentus.*
23 *Nomine victualium, quid contineatur.*
24 *Pœna suos debet tenere auctores.*
25 *Fraus nemini debet patrocinari.*
Qui agit extra potestatem, nihil facit.
26 *Legatus vices Papæ gerit.*
27 *Ecclesia Romana contra se & membra sua immediate, priuilegium non concedit.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *An delegatio visitationis fieri possit per ordinarios.*
2 *Probatio quæ fit subijciendo locum oculis, est tantæ virtutis, vt illi nunquam intelligatur esse derogatum, & præfertur cuicunque probationi.*
3 *Connexa ad mandatum debent seruari, sicut forma mandati.*
4 *Probatio motus proprij debet fieri per scripturam.*
5 *Probatio clericatus fit per testes & scripturam.*
6 *Quælibet forma tradita a lege, censetur substantialis, & de essentia actus.*
7 *Ad onera personalia scholares cogi non possunt, nisi consuetudine aliud inducatur.*
8 *Quæ volumus habere executionem paratam, in scriptis probare habemus.*
9 *Per testes non probatur simulatio contra instrumentum.*
10 *Quod fieri potest per legem, fit per statutum.*
Per pactum fieri potest quod requiratur scriptura.
11 *Nemo præsumitur aliquid concedere contra seipsum.*

ROMANA. Hæc Decretalis tangit formam visitationis per Metropolitanos exercendæ.

Et diuiditur primò in duas partes: nam primò, formam visitationis per Archiepiscopos faciendæ tangit: Secũdò, §. [hanc autem] formam huius constitutionis ad alios prælatos visitantes extendit. Prima in duas partes: nam primò, tangitur modus circa visitationem faciendam. Secundò, §. [procurationes] circa procurationem recipiendam. Prima in duas. Primò, tangitur ordo visitandi loca. Secundò, § [sanè] modus visitandi eadem. Prima in duas partes. Primò tangit ordinem visitandi capitulum ecclesiæ suæ ciuitatis & diocœsis. Secundò. § [deinde] tangit 1 ordinem visitandi prouinciam. Et iste est ordo † substãtialis & per omnia diligenter seruandus. Et ideo facere contra ordinem hic tactum est facere processum nullũ. arg. s. de rescrip. cum dilecta. C. de sent. & interlocut. om. a iud. l. prolatam. & hoc casu via nullitatis vidi dari ª literam in cancellaria.

Si verò ordo non esset substantialis, esset tamen a iure debitus, & peteretur, si non admitteretur petitio, posset appellari. C. de appella. l. 1. alias si pcederetur teneret quod esset actũ. s. de resti. spo. c. 1. j. hoc lib. de accu. c. 1. nota [visitare] personaliter. s. eo. procurationes.

2 Quid † si Archieps iusto impedimento detineretur? b dic ipsum ᵇ alium mittere posse. 10. q. 1. Episcopum. Et qualiter iste missus sit procurandus habetur. s. hoc lib. de offic. ordi. si Episcopus. nec curo si dicta iura loquantur de Episcopo, quia oẽs Archiepiscopi sunt Episcopi. 21. distin. in nouo. & de sacra vnct. c. vno. §. quia verò.

3 Sed † quid si simul concurrant, & simul visitent? dic si concordent, bene quidem, si discordent regulariter tenet sententia pro reo. Sed in casibus specialibus pro actore, quando sunt ordinarij, quod est verum si sententia pro actore lata fauorem foueat, secus si impugnet, vt si actor peteret matrimonium separari.

¶ Sed in delegatis, delegans vnam sententiarum, quam voluerit, approbabit, & interim erit in pendenti, & in arbitris neutra tenet. s. de re iudica. cap. vlti. ff. de re iudi. duo.

4 Sed quæ est ratio, dic ordinarius † habet regularẽ po- c testatem, & quasi naturalem ᶜ & ob hoc sententia vnius ordinarij tenet, quæ iam est maior, vel propter casum specialem vel propter regulam.

Et ideo secundùm maius denominabo. ff. de statu homi. l. quæritur.

Sed delegati habent ab alio, qui non propriam, sed alienam iurisdictionem exequuntur. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 1. §. qui mandatam.

¶ Et ob hoc dependet a delegante, sicut riuulus a fonte, alteram approbante. Sed in arbitris est omnino res extra ordinaria, & ab exordio extra necessitatem posita, & ob hoc sententiæ arbitrorum aduersæ vigorem non habent.

5 Sed quid si † ecclesia non potest Archiepiscopum & diocœsanum venientes simul recipere? dic primò veniẽtem admittendum. ff. de offi. consul. l. 1. s. de foro compet. proposuisti. ar. ff. de iudi. qui prior. s. de iure pa. cum autẽ. s. de maio. & obed. c. 1.

Quid si non appareat qui prior? dicunt quidam Episcopum præferendum, cui cura specialius est commissa. 10. q. 1. regenda. 9. q. 2. nullus. tu dic Archiepiscopum præferendum. 11. q. 3. c. qui resistit. & c. seq. Nam habet quandam specialitatem, quæ regulari iuri præfertur. ar. ff. de reg. iur. 6 l. 1. [prius] Nam † a capite ᵈ edenda est ratio. ff. de eden. d argentarius. Et qui alios corrigit prius debet corrigere se & suos, vt hic. & s. de statu mon. c. ea quæ. 25. d ist. c. vlt. 16. dist. vna tantum. 3. q. 7. iudicet. [plenè] ita quòd nulla parrochia remaneat visitanda, dummodo commodè potuit visitari, & causa visitationis subfuit.

Et hæc omnia intelligo redigenda ad arbitrium boni 7 viri, nam plenum † potest dici, etiam vbi est aliqua exceptio. de conse. dist. 2. re vera. 76. dist. ieiunium.

Sed nunquid sufficit conuocatio Synodi, in qua fiat diligens inquisitio & correctio peccatorum? videtur ꝙ sic. j. de accu. sicut olim. 17. distin. quoniam. dic contrarium, quia. j. tam breue tempus quo consueuit Synodus celebrari, non posset fieri plenè inquisitio singulorum, quod est contra mentem huius c. tum quia ibi non veniunt clerici & laici, qui tamen sunt vt sequitur visitãdi, tum quia e res subijcienda ᵉ est oculis, & personæ † præsentia multũ 8 consueuit operari. ff. fi. regundo. si irruptione. s. de offi. delega. quoniam. 2. §. penul. & vlti. [minorum] & est ratio. s. de præb. maioribus [populorum] ex hoc & sequentibus liquet non sufficere visitationem synodalem, vt not. s. pro 9 ximè. [commode] hoc † enim possumus, quod commodè possumus. ff. de verb. signifi. nepos. 22. q. 2. c. faciat [difficultatem] fortè propter niues, vel glacies, vel aliud consimile. ff. si quis cautio. l. 2. §. si quis in iudicio. j. de eccle. edific. c. 3. [accedere] ex hoc probatur ꝙ hic loquitur de visitatione personali [locis] scilicet incongruis quia non potest quilibet locus per se Archiepiscopo prouidere [congruum,] id est, omnibus communem prout erit possibile, sic. s. de fide instru. accepimus. ff. de iudi. si locus [laicos] quo ad uisitationem, quæ tam in laicis, quàm in clericis, prout sequitur fieri debet, a clericis tamen tantum procuratio exigitur, nam sic est consuetum [liceat ei] nõ an- 10 te. Quia forma ᶠ † mandati exacta diligentia est seruanda. f C. mandati. in re mandata. ff. manda. diligenter not. s. eo. c. in princ. [prouinciam] si constet Metropolitano de suf fraganei negligentia, nõ aliter nec ante secundùm quosdam. Dic contra quia ad Archiepiscopum pertinet cura & solicitudo totius prouinciæ. 21. distin. cleros. 9. q. 3. [per singulas.]

Et ideo ex officij sui debito nulla præscriptione obstãte visitat annuatim. s. de præscrip. c. cum ex officij. s. eo. so pite. & c. cum nuper. & j. eod. §. sanè. & §. notoria. & est expressum. j. eo. cap. fi. [partem] si non potest totam: nam 11 † ad impossibile non tenetur. ff. de reg. iur. impossibilium. hoc lib. de reg. iur. nemo potest. not. ex quo tamen exiuerit, vnam diœcesim & aliam visitare inceperit, non reuertatur ad dimissam. vt j. sequitur [officium] ad quod pertinet

pertinet statutum clericorum primo discutere, qualiter baptismum, & alia sacramenta ministrent, & qualiter se habeant in ecclesia, & in vita, & si omnia, rectè Deo gratias agant. Si autem aliter, est: ignaros instruat, & puniendos puniat, & hoc decet nocte, quia venit expedire, & sequenti die in mane plebi conuocare, prædicet verbũ Dei docendo fidem, & articulos fidei, & vitia mortalia fugiẽda, & quod est de lege naturali, scilicet quod tibi vis fieri mihi fac, & econtra, & vt resurrectionem sperẽt, & diem iudicij timeant, se in bonis operibus continuè exercendo. Et sic de ecclesia militante, poterunt ad triumphantem proficisci. 10. q. 1. placuit, de quibus dictum est. s. de elec. fundamenta hoc lib. [ciuitatem & diocęsim] per ordinem primò si ciuitatem tanquàm caput, & secundò diœcesim. s. eo. primo. Resp. Sed licet ibi dictus ordo sit seruandus, non tamen puto ipsum de necessitate hoc casu esse seruandum: si † incommoditas verteretur in ordine seruando, & ratio apparet ex prædictis [subditos] quasi dicat, nedũ suffraganei in hoc casu Archiepiscopo cum visitat sunt subditi, sed etiam suffraganeorum subditi subsunt ei [aliorum conuentualium, parochialium, & aliarum quarumcunque tam in capite, quàm in membris, vt sequitur [pia loca] & similia visitanda sunt: grangie tamẽ in quibus sunt oratoria non visitabuntur, sed inhabitatores earum ad caput conuocabunt, nec in procurationibus grauabuntur. supra eo. auctoritate [clericos, & populos] non tamen simul, sed separatim, quia separata est vita talium. 12. q. 1. duo sunt, nec sunt † promiscuis actibus officia perturbanda. C. de testa. consulta. Et etiam inquisitio melius procedit quando fit sigillatim. j. de accusa. inquisitionis. §. tertiæ. s. de testib. cum clamor. Et hoc credo seruandum si negocii qualitas hoc exposcat, alias in genere, & in communi fiat hæc inquisitio. j. eo. §. sanè.

12

13

Sed nunquid de statu episcopi a Metropolitano in cap. inquiretur? dic ꝙ sic, decentius tamen est, vt interrogetur & seorsum corrigatur, cum enim sit episcopus aliis in exẽplum. supra de voto, magnæ §. 1. bene potest corrigi sine membris, & correctio membrorum differri. supra de re iud. cum. I. & A. §. 1. [libere] idest contradictione, præscriptione, vel appellatione. non obstantibus. s. de præscrip. cum ex officij. & c. accedentes. s. de offi. ordi. licet. & c. sequen. [visitatis] visitare intelligitur si vadat causa crismandi pueros, vel consecrandi Ecclesias. s. de reliq. c. 1. siue pro quocunq; alio negocio communi, seu quod multos tangit. 10. q. 3. nec minus. j. de simo. cum sit siue fiat pro salutæ animarum, seu cultu diuino ampliando vel statu Ecclesiæ in melius reformando. 10. q. 1. placuit.

¶Et appellat loca visitata siue sint illa ad quæ accedit personaliter, siue illa, quæ vocat ad suam visitationem. s. eo. 1. & 2. Respon.

¶Et hanc vocationem potest facere non tantum Archiepiscopus in sua diœcesi, sed extra, ex quo visitat in suorum suffraganeorum diœcesi, cum † sit eadem ratio, ergo idem ius. s. de constitu. translato. s. de exceptio. cum inter priorem. §. vlti. [cœpit] caueat ꝙ perficiat, aliàs nõ poterit reuerti in illa visitatione. vt j. sequitur [de vno] & sic secundam incipiat visitationem facere, secundùm ordinem superius prætaxatum, Et. j. ad modum anni fiet visitatio circularis. s. de offi. Archid. mandamus. 10. q. 1. placuit. præmissa tamẽ diffinitione de qua habetur. j. eo. §. postquàm [indiguerit] aliquo casu superueniente, vel etiam ex antiquo [intermissa] sine præiudicio redeundi, cum hoc fiat de iuris licentia [requisitus] non aliter, cum iam per exitum videatur renunciasse visitationem illius anni [& assensu] hoc ideo dixit, quia nisi hæc duo interuenissent, solum consilium † non obligaret. s. de arbitr. cum olim.

14

15

Sed quid si loci diœcesanus contradicit? dic ꝙ Archiepiscopus redibit, si maior & sanior pars Episcoporum consentit. 65. dist. c. 1. & 2. [profectus] quasi totis viribus debet Episcopus pastorale officium procurare. s. eo. cum Apostolus [malitiose] quod præsumitur, eo ipso ꝙ indigẽtia nota est, vel famosa, licet alias malitia † vel fraus sit probanda. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo [confidenter] quasi dicat nõ requireret probationem, sed de facili hoc concedet [consilio,] scilicet, consilio quod annuatim tenere debet. j. de accu. sicut olim nec adiungit de assensu. vt s. § proximò, quia siue discordent, siue concordent hoc ad ipsum solum pertinet diffinire. arg. s. de arb. cum olim. & j. sequitur [ipsius.] scilicet, Archiepiscopi & nõ dicet Episcoporum [diffinitione] hæc erit diffinitio, diffinimus procedendum esse per nos ad visitationem prouinciæ nostræ.

16

Nec est, nec esse quod fiat causa cognita. sed sufficit ꝙ de plano, nec a tali diffinitione (cum sit tantum super executione sui officij) poterit appellari. s. de offi. ordi. irrefragabili. 2. Respon. [in scriptis] hic est vnus casus in quo scriptura exigitur.

Secundus in minore iurante se maiorem esse. C. si minor se maior dixe. l. 3.

Tertius si pactum fiat cum aduocato de re immobili sibi danda. C. de suffrag. l. vna. 2. Respon.

Quartus in solutione debiti contenti in instrumento publico. C. de testib. testium. & auth. rogati.

¶Quintus si quis cauit de debito in scriptis redigendo ex causa antecedenti, & vult hoc probare. C. de consti. pecu. l. generaliter.

Sextus in testamento in scriptis redigendo. C. qui testa. fac. po. l. hac consultissima. §. at cum humana.

Septimus quando de facto antiquissimo quæritur, ꝙ nec per testes probari possit de proba. ff. census. s. de præscrip. ad audientiam. s. eo. de probatio. cum causam.

Octauus in delegato Papæ. s. de offi. deleg. c. cum in iure. C. de manda. Prin. l. vna.

¶Nonus in priuileg. j. de priuileg. porrò. s. de vsupal. c. vlti.

h Decimus in clerico [h] dimisso a suo episcopo. 71. dist. extraneo. s. de cleri. non residen. fraternitati. C. de epis. & cler. si qua. §. præterea.

Vndecimus in clerico ab hæresi reuertente. 1. q. 6. c. saluberrimum.

¶Duodecimus in libello criminali, vel ciuili. 2. q. 1. c. legum. s. de libel. obla. c. 1.

Tertiusdecimus in profitente. 27. q. 7. omnes fœminæ.

Quartusdecimus in electione. s. de elect. quia propter.

Quintusdecimus in alienatione rei Ecclesiasticæ. s. de his quæ fiunt a maio. parte capi. c. 1. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. sine exceptione.

i Decimussextus in emphyteusi [i]. C. de iure emphi. l. 1.

¶Decimusseptimus quando appellatur ante diffinitiuam. s. hoc lib. de appel. cordi.

Decimusoctauus secundùm quosdam in fideiussore. C. de fideiusso. l. penul.

Decimusnonus in donatione quæ excedit quingentos aureos. C. de dona. l. si quis argentum.

Vigesimus in eo qui variauit circa procuratorem cõstitutum. s. de procura. c. 1.

Vigesimusprimus in sententia excommunicationis.

¶Vigesimussecundus in rescriptione transcripti sententiæ excommunicationis. j. hoc lib. de sen. excommunicationis cum medicinalis.

¶Vigesimustertius quando agitur ꝙ aliter non valeat contractus, nisi sit in scriptis redactus. C. de fide instru. contractus. s. de pac. c. 2. s. de transac. c. 1. s. de confir. vtili. venerabili.

¶Vigesimus quartus in extrauagan. de senten. excommunica. proinde. in fi.

Vigesimusquintus. in extraua. iniunctæ. versi. præsenti.

¶Vigesimussextus. s. hoc lib. de elec. fundamenta. §. vt ergo in fi. alias regulariter [k] potest probari instrumentis vel testibus [l]. s. de fide instru. cum Ioannes. C. de fid. inst. l. in exercendis probatio † tamen fit leuius & securius per scripturam. ff. de pignor. l. contrahitur [superius.] s. eo. 1. Respon. & §. 1. & 2. [visitati] quia magis egere visitatione præsumitur, & ideo primitus sunt visitandi. s. eo. §. quòd si forsan [opportunum] & de hoc eiusdem arbitrio erit standum [verbo Dei] & hoc per se vel alium. 10. q. 1. Episcopum. de offi. ordi. inter cætera [coactione] hic vult dicere ꝙ uisitator non debet aliquem cogere ut dicat quæ sint corrigenda circa ea quæ ad uisitatoris officiũ spectant, sed simpliciter quærat & uolentẽ respondere audiat. Et idem est dicendum in Episcopo, & quolibet alio uisitante, benè tamen potest eos cogere dicere ueritatẽ de his, super quibus inquirit: & quæ ad uisitationem conueniãt, & in his quæ ad ipsum spectant eidem obediant. Quia cui cõmittitur principale, & accessoriũ.

k l 18

19 s.de offi.deleg.c.1.& c.prudentiam.§.penul.alias † delusoria esset talis visitatio, quod non debet esse.ff.ne quid in loco publ.l.fi.

¶Idem in iurisdictione si coërctionem aliqualem non haberet.s.de offi.delega.præterea.& c.ex literis.ff.de offi.

20 eius cui manda.est iurisdi.l.vlt.Et dic ꝙ † nemo est compellendus de occultis dicere veritatem.j.de accusa.qualiter primò & c.inquisitionis.§.1.Nec ab inuito iuramentum exigetur per quod occultum promere constringatur, ex quo cum aliqua sine iuramento referantur corrigenda, post modum poterit inquisitor super ijs exigere iuramentum [aspera.] 43.dist.si rector.45.dist.disciplina. j.de pœniten.& remissio.omnis. Quod si de aliquibus de quibus alij interrogati de plano nihil dicunt vt præmisit [inquirant] seruata forma.j.de accusatio.qualiter.2.[denunciet] distingue de denunciatione vt no.s.de religio. domib.religionum.in fi.[notoria] de speciebus notorij. dic vt.s.de cohabi. cleri.& mulier.vestra.& c.vlti.[non egent.] s.de elec.bone.1.in his enim ordo iudiciarius nō est seruandus.s.de iureiur.ad nostram.3.[negligentia] ergo nisi constet de ea, non habet se intromittere nisi forsan aliud de consuetudine haberet.arg.s.hoc lib.de offi. ordi.Romana.§.quia in causis.

¶Contra videtur.j.eo.perpetuo,tu dic ibi est casus diuersus,non aduersus,nam hic loquitur.& s.eo.§.proximò dum Archiepiscopus prosequitur post diffinitionē suā, visitationem suam: sed ibi loquitur quando vult reiterare & Episcopus dicit benè stare omnia ipsumq; negligētem non fuisse. Sed hoc nō obstante Archiepiscopus potest visitare, qa hoc ipsum Archiepiscopus habet rimari, sed verius ibi loquitur de vtraq;,vt liquet ex tex.[pœnam]

21 certam † si reperiatur in iure determinata, alioquin arbitrariam infliget.s.de offi.deleg.de causis.ff.de testib.l.quæsitum [canonibus.] 16.q.3.relatum.s.eo.cum apostolus. & c.sequen.& c.sopitę.& c.cum nuper[pecuniam] hoc statutum pęnę adiectione iuuatur.j.c.proximò [familia,] id est,clericus,vel laicus, & hoc fuit, inductum ad remouenda grauamina subditorum [officij] vt scriptor,vel sigillum deferens.j.de symo.c.1.1.q.2.sicut Episcopum. Et hoc si ratione visitationis petatur, nec intendo damnare clericū, si literas faciat, & aliquid habeat pro labore.arg.

22 12.q.2.charitatem nisi forte salarium † perciperet de publico, quia tunc stipendijs suis debet esse contentus.23. q.1.militare[consuetudinis] nota consuetudinem reprobari vt hic.& not.vt hic.& not.s.hoc lib.de consuetu.in rub.[eorum nomine,] scilicet Archiepiscopi vel familiæ.46 dist.non suo.j.hoc lib.de reg.iur.ꝙ alicui.s.de elec. auaritiæ[in victualibus] hic moderatur.j.eo.fœlicis, &

23 hoc nomine continetur † cibus,potus, vestis,stramenta, & quæ sunt homini necessaria ad viuendum.ff.de verb. signi.victus,& hospitum.ff.de alimen.lega.legatis[moderatas] ne quid fiat in grauamen Ecclesiæ vltra facultates eiusdem s.eo.cum apostolus.& c.sopitę.& c.cum instantia, & vt in gratiarum actione recipiatur, quod leta facie ministratur, & ita non videantur quærere quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi.s.eo.cum apostolus.& j.eo.§. caueant[minus,] scilicet ex quacunq; causa:multò minus donum quod fit sine causa.ff.de verb.signif.inter donum [quodcunq;] siue magnum siue paruum.simile.1. q.1.sunt nonnulli.s.de vita & hone.cleri.cum ab omni. excipe tamen esculentum & poculentum, quæ tamen nō producantur ad munerum qualitatem.ff.de offi.præsid.plebiscito.ff.de offic.proconsul.& lega.solent.in fi.s. hoc lib.de rescri.statutum.§.insuper.

¶Sed quomodo potest esse esculentium & poculentum,cum recipiat tantum in victualibus? Dic ꝙ visitatus aliquod excellens in istis victualibus præsentabit,licet visitans expensas communes in victualibus recipiat [recipiens.] Sic ergo pœna † suos teneat authores. de his,quæ

24 fiunt a maio.parte capit.quæsiuit. & de pę. C.l.sancimus. [maledictionem,] idest,pœnam ęternā,quæ pro peccato mortali debetur Gene.3.[nisi dupliū restituat] illi a quo recepit & aliter nō potest absolui, nec ei pœnitētia iniū-

25 gi.14.q.6.si res.s de vsur.cum tu.§.1.[fraudem] quæ † nemini patrocinari debet.s.de rescrip.sedes.in fi.& in c.ex tenore [formam] de qua dictum est.s.eo.§.sanè vsq; huc [iure] hoc ideo dicit.qa delegati à sede apostolica inquirere habent iuxta formā sibi iniunctā.s.de res.cū dilecta.

¶Idem si ab inferiori mittantur & caueant ne de potestate quam non habet se intromittant, tunc enim nil agerent.s.de iure patro.quod autem. in fi. 1.q.7.Daybertum.

¶Sed nunquid legatus sedis apostolicæ hanc formam

m seruare cogitur? dic ꝙ non,[m] quia † vices Papæ gerit.93.

26 dist.c.vlti.item quia maior est Episcopo.s.de offi.deleg. sanè 2.itē quia non includitur sub hac clausula generali. arg.s.de res.sedes.& no.j.hoc lib.de scismati.c.vno.§.om-

27 nem. Item † quia Ecclesia Romana contra se[n] & mem-

n bra sua immediata priuilegium nō concedit 6.s.eo.cum

o instantia.1.Respon.[Episcopis] isti iure suo punitēt,cum sint ordinarij omnimode suarum diocœsum.11.q.1. de persona [obseruari] in capitulis in quibus potest.j.de statu mo.c.vlt.in fi.Nam aliqua sunt quæ Archiepiscopum tangunt specialiter, & hunc solum.s.eo.§.1.& §.sanè, & quo ad formam quę in dictis.cc.continetur[institutis.]s. de statu mo.in singul.& c.ea quæ.

ADDITIONES PROBI.

a DARI LITERAM. Dictum hoc firmat Soci.in tract.de visitatio.col.8.referendo verba hæc ad calamum.idem firmat Collec.in c.procurationes.nu.9.s.hoc tit.qui subdit hoc non habere locum in Episcopo,vt primò visitet capitulum,quia id non reperitur expressum.

b ¶Ipsum alium. Dic tu idem de quolibet alio iurisdictionem ordinariam habente, secundùm Inno.Hostien. & Ioan.Andr.hic quod refert & sequitur Soci.in trac.de visita.col.5.in prin.per §.hanc autem,hoc.c.quia ratio diuersitatis assignari non potest,quamuis Lap.& Zabarel. in Cle.si §.1.de statu mo.simpliciter teneant quòd etiam

1 † cessante impedimento ordinarij, delegare possunt visitationem, quorum opinio nostris temporibus obseruatur,super hoc tamen nonnulli pro hoc obtinent indultū a sede apostolica vt quotiens eis placuerit per alium, seu alios possint visitare, & benè alias non puto tutos, sed in iure peccare:ideo eorum auxilio non veniunt iuuandi.l. auxilium.ff.de minor. 25.annis.c.frustra.s.de vsur.

c ¶Naturalem.Glo.in Cle.si.de offi.ordi.Et adde & magis iurisdictionem appropriatam, quàm alij prælati sibi subditi, quia habet a lege, alij verò a consuetudine, priuilegio, vel præscriptione Soci.in c.cum contingat.s.de foro compe.

d Capite. Vide quæ dixi de capite.in c.vbi periculum.s. de elec.

e ¶Subijcienda est oculis. Alex.consi.35.nu.8.viso pro-

2 cessu.volu.4.dicit probatio † quæ fit subijciendo locum oculis,est tantę virtutis vt illi nunquàm intelligatur esse derogatum, & præferatur cuicunq; alij probationi.not. Azo.in summa.C.ad leg.Aquil.Bald.in l.contra negantem.in fi.eo.titu.& in rub.de probatio.circa primam col. & in l.1.C.si aduer.ven.vide quæ dixi.in c.dispendia.s.de rescrip.

f Forma mandati. Idem venit dicendum † de connexis

3 ad mandatum vt debeant obseruari citat Barth.de Chas. in consi.1.in §.sexto ꝙ anathema.nn.29.

g ¶Scriptura exigitur. Vide quæ no.in proposito.Alex. consi.57.in princ.viso processu causæ.vol.6.& consi.107. videretur,circa superius.vol.7.vbi addit ad hos casus aliū

4 casum, videlicet in † probatione motus proprij, quia debet fieri per scripturam.c.si motu.de præbē.hoc lib.hinc dicit idem Alex.consi.112.col.1.visa copia.eo.volu.7.ꝙ motus proprius Principis non præsumitur, quando hæc clausula motus ꝓprij nō est in literis inserta.d.c.si.motu. & in l.1.C.de peti.bono.subla.lib.11.C.Doc.in l.3.ī prin. C.qd quisq; iuris.& in auth.quas actiones.C.de sacrosan.

h In clerico.Bartho.de Chassa.consi.44.nu.13.voluit ad

5 probationem † clericatus extendere, vt fiat solum non per testes,sed literam,tamen habeo contra eum.glo.in c. si iudex in ver.fecerit.de senten.excommuni.hoc lib.cui concordat Alex.consi.107.vol.7.

i ¶In emphyteusi. Hunc casum firmat Alex.cōsi.50.nu. 3.in causa & lite.volu.5.vbi subdit ꝙ est speciale in illo contractu,quia fit in perpetuum, & memoria labilis est.l. peregre.ff.de acq.poss. & hęc est cōis opinio. frustra aliàs hoc posuisset legislator. in l.1.C.de iure emphyt. Nam

6 † quælibet forma tradita a lege censetur substantialis & de

de essentia actus adeo ꝙ semper aliter factus non tenet, ita dicit Bal. in l. cõparationes in tertia oppositio. C. de fide instru. l. non dubium. C. de legib. l. cũ hi. §. sumpto. ff. de transactio. operatur tamen cõsuetudo in contrarium secundum eundem. Alex. vbi. s̃. prout in simili dicit ipse Alexand. consi. 52. nume. 5. visis his, volum. eod. Quem licet † scholares ad onera personalia cogi non possint de iure. l. 1. C. de profes. & medi. lib. 10. tamen si de consuetudine eis imponeretur, poterunt cogi, vt ibi comprobat, quod autem sit communis opinio placet. Neapol. decisio. 72. Nardus.

¶Alias regulariter. Adde alium casum, in quo requiritur scriptura, vt potè in his, quæ volumus † habere executionem paratam, videlicet in garentigijs, in quibus debet adesse super his instrumentum notarij cum subsciptione duorum testium, vt latè dixi in c. tibi. in ver. per quæ in facti. s̃. de rescrip. quibus adde quæ notat Ang. post gl. in l. fi. in verbo, depositionibus. C. de ędic. diui. Adria. tol. ꝙ si ex forma statuti instrumenta garentigiata vel confessionata habent executionem paratã, pro quo allega etiam no. per Innoc. in c. fin. s̃. de fid. instrum. quod dictum approbauit Alex. in d. l. fi. prout refert in consi. 93. in fi. repetitus in causa. vol. 6.

¶Vel testibus. Istud videtur limitandum in casu quem not. Alex. de Imo. consi. 28. nume. 10. in causa & litè. vol. 5. ꝙ per testes † non potest probari simulatio contra instrumentum, vt singulariter voluit Cy. in l. 1. in fin. C. plus valere quod agitur. per id quod habetur in l. generaliter. C. de non num. pecu. & in l. antique. C. ad Velleya. & est de mente Pet. de Anchara. consi. 226. ad corroboratione, ad idem si fuerit introductum per statutum quòd nõ possit fieri probatio per testes, sed solum per scripturam, & tale statutum valet: quod patet, quia si † per legem fieri hoc potest, ergo & per statutũ. l. de quibus. ff. de legi. l. non impossibile. ff. de pactis. Bart. in l. omnes populi. in 3. q. ff. de iusti. & iure.

¶Facit, quia per pactũ fieri potest, ꝙ requiratur scriptura. l. contractus. ff. de fide instru. Doct. in c. si diligenti. s̃. de foro. compe. Anto. de Butr. in cap. 2. s̃. de proba. tradit Alex. consi. 50. in causa & lite. col. 1. vol. 5. quod comprobat idem Alex. in consi. 68. in prin. viso processu &c. vol. 3. ideo & per statutum fit.

Dic ꝙ non. Istud refert & sequitur Collect. in c. procurationes. nu. 7. s̃. hoc tit.

Contra se. Adde in simili quæ citat Bald. in l. milites. in fi. C. de testa. mili. vbi dicit ꝙ non † creditur ꝙ respublica per generale arbitrium concessum ciuibus concesserit contra seipsam, & contra iura fiscalia, per l. si pecuniam. §. sunt. ff. de pecu. lega. idem Bal. in l. 2. C. an seruus ex suo fac. facit tex. in l. licitatio. §. fiscus. & quod ibi not. Bar. ff. de public. Sequitur. Robertus de Strosis in subscriptione cõsi. Soc. 302. col. fi. videbatur primo. Et Alex. consil. 22. nu. 2. Consideratis his. volu. 7. quem ibi vide quia latè etiam in proposito tradit in consi. 149. col. 2. viso processu. vol. 2. & Neapoli. decisio. 319 num. 8. quodam Stephanus.

Non concedit. Vide quæ in proposito dicit Domi. cõsil. 44. dominus noster Papa, pro comprobatione autem Io. Mo. vide gl. in pragma. in tit. de elec. in fi. in ver. alteri, quæ adducit l. iubemus. nullam. C. de sacrosanc. eccle. & c. cum ex officij. s̃. de præscrip.

¶Gregorius X. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. II.

Exigit peruersorũ audacia vt nõ simus sola delictorũ &c.

SVMMARIVM.

1 *Audaces fortuna iuuat.*
Audacia est vitium, & medium est fortitudo.
2 *Cuiuslibet virtutis extrema accipiuntur penes excessum & diminutionem.*
Non sufficit delicta prohiberi delinquentibus, sed contra prohibita facientibus debet pęna imponi.
3 *Necesse est vt abscindantur ferro vulnera, quæ fomentorum non senserunt disciplinam.*
4 *Pecunia a Philosophis contemnitur.*
Propter pecuniam scientiã canonum non est deprimenda, nec ciuilis nummis detestanda.
5 *Non minus audebunt, qui cum multis audebunt.*
6 *Male inuenta, tempore non firmantur.*
Accipere, est quandocunq; accipere.
7 *Exigere est ab inuito extorquere.*
8 *Qui non facit visitationis officium, non debet recipere visitationis beneficium, seu stipendium.*
9 *An quis possit per alium visitare.*
10 *Officium prædicationis, alij non potest delegari.*
Ordinarij officium est latissimum.
11 *Quare minori maior pœna imponitur.*
12 *Casus, in quo rem meam, vel mihi debitam, remittere non possum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Non valet argumentum de delicto quod fit in committendo, ad illud quod fit in omittendo.*
2 *Pecunia omnia mensurat, & non mensuratur.*
3 *Incontinenti fit per dictionem, mox.*
4 *Quare excommunicato subtrahitur beneficium.*

EXIGIT. Hæc Decre. habet tria dicta. Primò, præfationem præmittit. Secundò, § [Constitutionem.] s̃. proxi. in §. procurationes.] & §. seq. narrat & ad illos adijcit. Tertiò, §. [alioquin] pœnas transgressoribus, pensatis eorum statibus imponit [audacia] licet dicatur audaces † fortuna iuuat. Audacia tamen est vitium, & medium est fortitudo, cuius extremum in excessu est audacia, & aliud extremum in diminutione est pusillanimitas. Et † cuiuslibet virtutis extrema accipiuntur penes excessum & diminutionem, secundùm Philosophum [contenti] nota igitur non sufficere delicta prohiberi[a] delinquentibus, sed contra prohibita facientibus debet pęna imponi,[b] vt quos Dei timor a malo non reuocat, saltem temporalis pœna coerceat a peccato. s̃. de vita & hone. cleri. vt clericorum, §. 1. Est † enim necesse vt ferro abscindantur vulnera, quæ fomentorum non senserunt disciplinã. 82. dist. plurimos. in fi. & c. seq. & ferrũ, quippè mẽtis nostræ ad veritatis acumen peruenire non potest, nisi hoc alterius exarserit lima. prauitatis. 7. q. 1. §. cum autem. [procurationibus.] s̃. eo. Romana. §. procurationes. [pecunia] † quæ a Philosophis contemnitur.[c] C. de Mu. pa. l. professio. lib. 10. ff. de var. mune. l. in honoribus. §. Philosophus. Auth. de consulib. §. spargere. col. 4. & l. Medicos. de profes. lib. 10. C. 12. q. 2. gloria Episcopi. ver. Socrates.

¶Nec propter pecuniam scientia canonum est deprimenda, quia nec ipsa ciuilis nummis est dehonestanda. ff. de var. & extra cog. l. 1. §. est quædam, multò minus patres ministri Dei, qui pro quæstu pecuniario canones cõtemnere nõ debent [eorum] scilicet visitantiũ [interdicta]. s̃. tit. proximo. §. caueant [familiaribus] siue sint clerici, siue laici [multorũ] non tñ pp hoc excusantur, quia† non minus audebũt qui cũ multis audebũt. 2. q. 1. multi. nec prodest hoc casu cõsuetudo, vt potè a iure reprobata, vt d. §. procurationes. 11. dist. qs nesciat. nec hæc pscribi possunt. s̃. de consue. c. vlti. Nam † malè inuenta tempore non firmantur. Auth. vt nulli iudi. &c. circa princip. col. 9. [prætere] recipiendo procurationes in pecunia, & munera ab illis, quos visitant [eam] scilicet constitutionem Innoc. [visitationis] siue factæ, siue faciendæ, quia accipere est quandoque accipere. 1. q. 1. in fi. Et quæ incontinenti fiunt inesse videntur. ff. si cert. peta. l. lecta. C. de pac. petens. s̃. de elect. officij [exigere †] id est ab inuito extorquere. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si rem. alias habet significationes hoc verbum, vt not. s̃. hoc lib. de iudi. cap. 1. [volente] hic adijcitur, seu expressius dicitur, quàm dixerit Innoc. d. §. caueant. quia multi credebant non peccare, ex quo placebat soluenti. C. de metal. deuotum. in fi. lib. 12. [munera] de hoc est notatum. d. §. caueant. [officio] vt d. §. caueant. [non impenso.] Et sic est † expressum ꝙ qui non facit visitationis officium non[e] debet recipere visitationis beneficium, seu stipendium. s̃. eo. procurationes. arg. s̃. de cler. coniuga. diuersis. s̃. de præb. cum secundùm. 16. q. 1. generaliter.

Sed † nunquid potest per alium visitare? videtur quòd non, quia visitans debet prædicare. s̃. cap. proximo. §. fanè. sed officium prædicationis alicui commissum non

potest alij delegari. s. de offi. delega. c. vlti. Sed dic contra. s. de offi. ordi. cap. inter cętera. & contrarium loquitur in
10 delegato cuius potestas est limitata. Sed ordinarij † officium est latissimum. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1.

Sed quid recipiat delegatus ab ordinario, & quid a visitans est decisum. s. hoc lib. de offic. ordi. si Episcopus. [in victualibus] quid hoc nomine contineatur. no s. c. proximo. §. procurationes [ecclesiæ.] Et est ratio, quia ab ecclesia est receptum indebitè, & ideo sibi fiat restitutio [j. mensem] hic expressè adijcitur ad d. §. caueant. vnde tempus ibi non est taxatum, hic taxatur [extunc] id est mense elapso. ff. de conditio. & demonstratio. l. 4. in fi. [interdictum] scilicet nouerint quod est j. [officio & beneficio]
f sufficeret f quòd suspenderetur ab officio, & per consequens a beneficio. 7. q. 1. si quis presbyter. s. de appella. pastoralis. 32. dist. eos. & c. propter hoc.

11 ¶ Sed † quare minori maior pœna imponitur. Sol. in corporalibus pœnis minor est maiori maior. arg. ff. de pœ. in seruorũ. in fi. sed in pecuniarijs econtra [dantium] &
12 sic not. † casum vbi rem meam, vel mihi debitam remittere non possum, licet sit regulariter contra. Insti. de rerũ diuisio. §. per traditionem.

ADDITIONES PROBI.

a PROHIBERI. Istud respicit superiores hoc non valent prohibere, nec etiam delictis ipsis obuiare, de veritate cuius vide latè Fely. & Dec. post omnes. in c. 1. s. de offi. delega.

b Imponi. Et maior in delicto quod fit in committendo, & leuior in delicto quod fit in omittendo. Probat latè Dec. consi. 178. col. 3. in causa quæ proponitur, vbi subdit non valet † argumentum de delicto quod fit in committendo, ad illud quod fit in omittendo. Bar. in l. licet. §. fin. per illum tex. ff. de pecul. facit tex. & quod ibi not. Bal. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden.

c Contemnitur. Dic ꝙ pecunia † omnia mensurat, & nõ mensuratur. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiussor. Ideo scriptum est, pecuniæ omnia obediunt, hinc Philosophus, nummus est fideiussor, & iterum. Ita debes diligere nummum, vt ei non subijcias intellectum. Bald. in l. singularia. col. 4. ff. si cer. pet.

d Incontinenti. Quod fit † per hanc dictionem mox quæ importat continuitatem sine interuallo actus extrinseci. l. 1. §. qui præsens. & ibi glo. ff. de verb. oblig. & l. cõtinuus. 1. respon. eo. tit. not. Pet. de Ancha. consi. 208. col. 2. iudex. de iure.

e Non debet. Vide quæ latè in proposito simili dixi in c. 1. s. de cleri. non residen.

f Sufficeret. Adde Frederi. consi. 246. de iure communi, dum dicit, qui non facit officium, vel non seruit ecclesiæ, non debet viuere de altari, quia propter officiũ & seruitiũ datur beneficium. s. de cleri. non residen. in cõquerente. & s. de præb. cum secundum. & hoc lib. de rescr. c. vlti. & l. generaliter. C. de episco. & cler.

4 Hinc est ꝙ excommunicato † subtrahitur beneficium, quia non potest facere officium, de ætate & qualitate. cũ bonæ. & c. pastoralis. s. de appella. Regula tamen patitur fallentias, siue exceptiones aliquas quas vide per Frederi. ibi vsq; ad num. 6.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

Fœlicis recordationis Greg. Papa X. ꝑdecessor noster &c.

SVMMARIVM.

1 *Experientia est efficax rerum magistra.*
Sumptus debent esse moderati.
2 *Accessorium non debet excedere principale.*

SVMMARIVM. Philippi Probi.

1 *Prælatus visitans, potest præscribere contra visitatos, vt hic.*
2 *Accessorium dicitur vt hic.*
3 *Quando dispositio includat plura coniunctim.*

FOELICIS. Hæc Decretalis habet quatuor dicta. Primò capitulum præcedẽs in certo articulo recitat. Secũdò, §. [verum] illud in certo dicto temperat. Tertiò, [§. adijcientes] iuxta præmissa dicit & declarat. Quartò, §. [Cętera] in cęteris a prædictis. d. c. comprobat. [volen-
1 tem] s. eod. c. proximo. [experientia] † quæ est magistra efficax rerum. s. hoc lib. de elect. quàm sit [prouenire] cũ
a visitati nec victualia a nec hospitia sufficientia habeant & deportatio victualium ad locum competentem onerosa existeret, & ipsa deportata deteriora efficerentur [moderatis] tales enim debent esse sumptus. vt not. s. eo. Ro-
b mana. §. procurationes. [persoluendam.] b Cum enim procuratio, de qua hic agitur ratione visitationis. s. de prescrip. cum ex officij. & visitationi vnius diei debetur vna
2 procuratio, aliàs enim † accessorium c excederet princi-
c pale quod esse non debet. arg. j. hoc lib. de reg. iur. accessorium. de fideiusso. græce. §. illud. ff.

ADDITIONES PROBI.

a VICTVALIA. Visitantes dic habere victualia oris quotidiani, & hospitij, non vestium, secundum Collect. in c. ita quorundam. s. de Iudæ.

b Persoluendam. Adde vnum in proposito satis quo-
1 tidianum quòd prælatus † visitans potest præscribere contra visitatos, vt in contumaciam non soluendi possit eos excommunicare & interdicere comprobat Lapus allega. 38. an dignitas inferior, & hoc iure vtuntur Archiepus Bituricen. ꝑut & Archidiaconi eius Ecclesiæ.

c ¶ Accessorium. Quod includitur sub aliquo principa-
2 liter expresso, & illi annectitur verbis coniunctiuis, vt si dico, concedo tibi manerium cum suis pertinentijs, pertinentiæ tunc dicuntur venire accessoriè ad manerium. glo. in cap. querelam. s. de symo. & post eam Domi. in cõsil. 32. colum. pen. pro examinatione, vbi subdit in propo-
3 sito theoricam notabilem, quòd quando dispositio includit plura coniunctim, addita coniunctione, cum requirit pro implemento concursum principaliter expressorum, quando illa coniuncta veniunt accessoriè & adiuncta alijs principaliter expressis, & si illud cui alia accedunt corrumpatur, intelliguntur corrupta accessoria coniuncta, vt patet de pecul. lega. l. 1. 2. 3. & 4. & l. si cui fundus. ff. de fundo instruct. Nam si legaui fundum, cum instrumento, si postea vendidi fundum, non potest legatarius petere instrumentum, vt in iuribus. s. allega. quod secus esset si illa coniuncta non venirent per modum accessorij, quia tunc perempto vno ex coniunctis nihilominus nõ periret aliud cõiũctũ. l. si quid Titio. ff. de vsufruct. accre. & l. si vt certo. §. siue rogauerit. ff. cõmoda.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶ Quãquã pedagiorum exactiones tã iure canonico &c.

SVMMARIVM.

1 *Pœnalis constitutio debet restringi.*
2 *Quod opto quo ad me ad libertatem, non debeo ab alio extorquere.*

SVMMARIVM. Philippi Probi.

1 *Quamquam, accipitur vt hic.*

a QVAMQVAM. a Hæc Decre. habet tria dicta. Primò, ponit præfationem. Secundò, §. [cũ igitur] narrans statutum Alex. IIII. ad illud adijcit prohibitionẽ. Tertiò, §. [qui vero] dictam prohibitionem adiuuat per pęnę impositionem [canonico] j. de verb. signifi. super quibusdam [ciuili.] C. no. vecti. insti. nõ posse [ab ecclesijs. C. de sac. san. eccle. placet [ecclesiasticis.] C. de epis. & cle. l. 2. [humano] vt d. l. s. proxi.] diuino. j. de immunita. eccle. non minus [quarti.] j. hoc lib. de immunita. eccles. c. 1. [guidagia] quæ sunt ista no. d. c. super quibusdã [con-
b suetudine] no. hic reprobari b consuetudinem. vt alias s. eo. Romana. §. procurationes. s. hoc lib. de consuetu. c. 1. & 2. [collegium] quid autẽ sit collegiũ, quid vniuersitas. no. j. hoc lib. de sent. excõm. Romana. §. vlti. [psonã] loqtur ne hic de psonis & collegijs ecclesiasticis, vr ꝙ nõ quia pęna j. posita potius vr respicere sęculares, vt j. §. ꝑximo.

Item

Item capitulum Alex.hic recitatum, directò fit contra laicos,ergo & hic.

Sed nunquid ecclesiasticæ personæ,& collegia astringā tur ista constitutione, videtur ꝙ non,quia ista†est pœnalis,& sic restringenda.ff.de pœn.interpretatione.Dic contra,saltem quo ad istam prohibitionem,quia quod † ego opto quo ad me,vt libertatem hic datam, non debeo ab alio extorquere.arg.ſ.de natis ex lib. vent. c. vno. ff. si serui.vend.altius [alieno].ſ.hoc lib. de regu. iur. quod alicui [competenter] nota ergo ꝙ excommunicationis & interdicti sententiæ sunt relaxandæ. Et de hoc no.ſ.hoc lib. de sent.excom.solet.

ADDITIONES PROBI.

a QVAMQVAM. Dictio est quæ consueuit poni ꝓ quamuis: nam†quamquam duplicatum accipitur pro coniunctione aduersatiua,secundùm Archid.in c.cui de non sacerdotali.s̄.de præb.hoc lib.pro puncto tex.hoc vide Card.consi.12.in dubijs præmissis.

b Reprobari. Vide Io.Mon.in c.exigit.s̄.hoc titu.num.6. ꝙ male inuenta tempore non firmantur.

Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Perpetuò declaramus ædicto, &c.

PERPETVO. Hęc Decretalis declarat ꝓ Metropolitanis in suis prouincijs [æditę].s̄.eod.Romana. [negligentes] contra.s̄.eo.Romana.§.notoria. Sed dic vt ibi.

¶De consecratione ecclesiæ vel altaris. Rub.

DICTVM est de religiosis domibus, & capellis monachorum. Et quia ecclesiæ ac eorum altaria consecrari debent, ideo de eis subijcit.

¶Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶Si ecclesiā pollui sanguinis, aut seminis effusione &c.

SVMMARIVM.

1 *Contiguum alteri, dicitur cuius extrema sese contingunt.*

SI ECCLESIAM. Hæc Decretalis habet tria dicta. Ecce primum [contiguum] illud dicitur contiguum †alteri cuius extrema sese contingunt, simile.ſ.de sentē. excommunica. si ciuitas.in fi. [videatur] simile.s̄ hoc lib. de præb.is cui.§.non sic autem. [non vnum] hic.§.declarat.quando dicuntur duo cemeteria, vel vnum.

¶De reliquijs & veneratione sanctorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ vel altaria consecrari non debent sine reliquijs.*

CVM Ecclesiæ vel altaria consecrari non debeant sine reliquijs.de consecra.distin.1.placuit,post præmissa de reliquijs & veneratione sanctorum annectit.

¶Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶Gloriosus Deus in sanctis suis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Per doctores ecclesiæ, lucis secreta panduntur.*
Enigma dicitur vt hic.
Nix gignitur ex aqua, & aqua mox gignitur ex niue.
Sacrista an teneatur ad pulsationem pro seruitio futuro.
2 *Ad quem commodum spectat, ille incommodum sustinere etiam debet.*
Fructus augent & diminuunt hæreditatem.
3 *Quando fructus veniunt & non veniunt in iudicio singulari & vniuersali, vide hic.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

Nihil est dolosius fœmina.

GLORIOSVS. Hæc Decretalis habet quinque dicta. Primò, præfationem præmittit.2.3.& 4.duodecim Apostolos, quatuor Euangelistas, & quatuor Doctores laudibus & preconijs attollit, in versicu.sic & alma. & versicu.Reuerendissimos. & versic.Egregios quoque.& versic.ideoque.ipsorum precipuas festiuitates sub duplici officio celebrari perpetuò vult, statuit, & præcipit, [sanguine] non dilatando, vt hodie, sed effundendo pro tuitione fidei orthodoxę [lucernas] hoc est lucem cernentes [diuinam] non mundi temporalia congregantes, sunt etiam lucernæ, quia diuinæ lucis archæ, 1 quia sicut ex archa res ibi posita extrahitur, sic † per istos a doctores lucis secreta panduntur [enigmata] a secundùm Donatum enigma est dira, seu dura similitudo, & ponit exemplum: Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me: & sic loquitur de niue generata a matre, sicut aqua quæ liquefacta generat matrem [duplici.]

¶Sed quid si sacrista vnius ecclesiæ tenebatur campanas pulsare,& post istam constitutionem propter duplex festum plus expenditur in pulsatione,an istud grauamen spectet ad Sacristam,& videtur ꝙ nō.ff.de aqua quotidia. & æstiua.l.1.§.illud Labeo.ff.de dam.infec.l.damni.§.si is qui.C.de serui.si non modus.s̄.de censib.quanto. contra b dic b ar.s̄.de loca.& conduct.§.1.

2 ¶Item si sumptus minorarentur, † esset commodum sacristę, ergo & incommodum debet sustinere.ff.de reg. iur.secundùm naturam.argu.C.de solutio. cum pro pecunia.

¶Est etiam alia ratio, fructus augent & minuunt hæreditatem.ff.de peti.hæred.sed si lege.§.vltimo.& l.seque. 3 & sequenti.ff.de vsuris.l.equis.vnde † aliud est in singulari iudicio,& vniuersali:nam in iudicio singulari quando peto quod nec est meum, nec fuit meum, fructus non veniunt.ff.de vsur.l.videamus.§.si actionem.secus est in vniuersali.argu.op.ff.de vsur.equis, vel quasi, vt quando agitur de beneficio, vt not. s̄.de libelli obla. cap. 1. & vbi agitur de beneficio fructus, percepti & qui percipi potuerunt in iudicio isto veniunt. s̄.de iure patrona.cum dilectus. in fi.

Item sacristę non fit aliquid per suum capitulum, sed per Papam hoc constituentem qui potest sacristam augec re & minuere c de fructibus.

ADDITIONES PROBI.

a ENIGMATA. Pone exemplum quod citat Iosephus in libro antiqui. Cum Sansonis vxor Philisteis reserasset enigma illud de Leone & apum mellificatione, quod illis Sanson proposuerat interpretandum, 1 exclamasse Sansonem, nihil † est dolosius fœmina, de cuius dolo aliqua dixi supra in cap.auaritiæ. de electio. in princip.

b ¶Contra dic. Pro hoc vide quæ dixi in c.non potest.in fi.vltimæ apostil.s̄.de præb.

c Minuere. Vide glo.in simili in c.a nobis. vbi Doct.s̄.de deci.Soc.consi.297.col.3.in versi.quibus non obstantib. viso priuilegio.

¶ De immunitate ecclesiarum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas dicitur extra munus vnitas.*

SVMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Immunitas dicitur stricti iuris, id est contra vtilitatem publicam.*

VISO de religioſis domibus & capellis monachorũ & cõſecratione Eccleſiæ, & cemiteriorũ, & quia hæc a habent immunitatem, a de his ſubijcit. Et eſt immunitas 1 hoc eſt extra † munus vnitas, vt non ſit in priuationis, & idem eſt ꝙ libertas.

ADDITIONES PROBI.

a IMMVNITATEM. Adde, quæ dicitur ſtricti iuris, id eſt, contra vtilitatem publicam. l. 1. in fi. ff. de iure immunita. c. porrò. s̃. de priuileg. glo. 3. in l. ſi ita ſit ſcrrptum. de leg. 2. Alex. de Imo. conſi. 125. nu. 8. viſo. titu. volu. 2. Et in dubio dicitur ſeu eſſe cenſetur perſonalis & non tranſire ad ſingulares ſucceſſores, vt latè probat Iaſ. in conſi. 89. col. 2. Spectabilis. vol. 3. & ſic concluditur quod eſt ſtricti iuris, vt ibi per eum.

¶Alexander Quartus. Cap. I.

¶Quia nonnulli habentes temporale dominium, &c.

SVMMARIVM.

1 *Res tranſit cum ſuo onere ad quemlibet poßeſſorem.*
2 *Concedens non videtur concedere niſi ius quod habet in re.*
Res poſtquàm deuenit ad ecclrſiam, libera dicitur.
3 *Eccleſia ſicut imperium non moritur, licet Imperator & ſponſus eccleſiæ moriantur.*

QVIA NONNVLLI. Hæc decretalis habet tria dicta. Primò tyrannidem poteſtatis ſæcularis in Eccleſiaſticam libertatem recitat in genere. Secundò, verſi. [Sanè] eandem eneruat magis in ſpecie. Tertiò, §. [volẽtes] cõtra eam prouidet ſolicitè [inuidi.] 2. q. 7. laici [expedit] morbo narrato, contra illum adhibet medelam. [Franciæ] nunquid hæc decretalis eſt localis? dic ꝙ non, ſed hic narrat accidentiam facti, vnde hanc decretalem proſequitur Papa generaliter non localiter. hoc lib. de cenſib. quamquàm adijciendo ad iſtam generalitatem a quod non faceret, ſi eſſet localis [collectas], ſuper iſtis ſpecialiter prouidetur. ĩ. eo. clericis [conſtitute.] Quid ſi cõtra poſſeſſiones erant cenſuales? dic ꝙ trãſeunt nã vbi 1 eſt onus reale, res † tranſit cum ſuo onere ad quemlibet 2 poſſeſſorem. C. rem alie. &c. l. vna. Nec concedens videtur concedere niſi ius quod habet in re. ff. de contrahen. emptio. qui tabernas. vbi tamen aliquis allodium in feudum donaret Eccleſiæ, cenſeri debet res poſtquàm deuenit ad Eccleſiam libera, niſi de gratia Eccleſiæ res daretur in feudum. col. 10. de pace iur. firma. in fi. [coarctare] ſed quid ſi res eſt cenſualis, & dominus cenſus habet iura quando moritur poſſidens, quod vulgariter vocatur releuatio, quomodo iſte dominus cenſus amittet cenſum 3 ſine culpa ſua? quia † Eccleſia ſicut imperium non moritur, licet Imperator & ſponſus Eccleſię moriantur. Auth. quo. opor. Epiſcopis. §. licentiã. col. 1. s̃. hoc lib. de reſcrip. ſi gratioſè.

Sol. hic loquitur de allodijs, non in cenſibus, in quibus nullus debet priuari iure ſuo. ĩ. de hæreti. excommunicamus. verſi. ſi verò dominus.

ADDITIONES PROBI.

a COLLECTAS. Vide Petr. de Anch. conſi. 96. Super dicto dubio. & Deci. latius. cõſi. 496. in cauſa domini. ibi, latiſſimè dico. & Iaſ. in conſi. 83. dicta prædia. volu. 3.

¶Gregorius X. in generali Concilio Lugdunenſi. Cap. II.

¶Decet domum domini ſanctitudo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quicquid domino conſecratur, ſanctum ſanctorum erit domino, nec ad humanos vſus poſtea redire debet.*
Eccleſia Dei domus orationis eſſe debet, non ſpelunca latronum.
Locus diuinis obſequijs deputatus, nullis eſt temerarijs auſibus prophanandus.
2 *Chriſtus eſt Rex pacificus, qui vt pacem daret, venit in mundum.*
Quod coram temporali domino facimus, ita & coram domino dominorum.
3 *Generaliter dictum, omnibus ſingulariter dictum intelligitur.*
Committens factum in eccleſia an habeat immunitatem.
Quicquid vult Hely, vult omnis concio celi.
In Eccleſia eſt potius orandum quàm in domo priuata.
4 *In eccleſia peccatorum venia poſtulatur.*
Si eccleſia læſa fuerit quilibet poteſt vti interdictis.
5 *Parum eſſet iura condere, niſi eſſent qui ea exequerentur & tuerentur.*
Ex quo non reperitur in iure pœna determinata, arbitraria dicitur.
6 *An contractus in eccleſia initi valeant.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Species comprehenditur in oratione generali, & ſic dicitur expreſſa in genere, licet non ſpecificè.*
2 *Seditio quando fieri dicatur.*
3 *Natura contractuum eſt quòd ad hæredes tranſeant, licet non dicatur in eis.*

DECET, Hæc Decretalis habet quatuor dicta, primo, docet quæ debeãt in eccleſijs fieri. 2. ver. [nullus] docet a quibus in eiſdem debeat abſtineri. 3. §. [ordinarij] ſtatutum hoc mandat obſeruari, & attentata contra ipſum irrita decernit. 4. §. [quæ vero] comminationem pœnæ venientibus contra ſtatutũ ſubiungit [ſanctitudo] [Quic-1 quid enim † domino conſecratur, ſanctum ſanctorũ erit domino 12. q. 2. nulli liceat, nec ad humanos vſus poſtea redire debet. s̃. de rerum permuta. mancipia [cultus] quia eccleſia Dei, domus orationis eſſe debet, non ſpelunca latronum. s̃. eo. cum eccleſia. Et locus diuinis obſequijs deputatus nullus eſt temerariis auſibus prophanandus. ſu-2 pra eo. eccleſiæ [pacificus.] Et meritò, † quia Chriſtus eſt Rex pacificus, qui vt pacem daret venit in mundum. 23. q. 1. niſi bella [ſic itaque] humiliter ergo debemus intrare coram domino dominorum, & ibi quiete, & honeſtè ſtare, cum hoc etiam coram domino tẽporali faciamus [inſtruat] per bonum exemplum [reficiat] eis complacẽdo [omne genu] hoc verbum eſt apoſtoli ad Philippen. 2. a [generaliter [a]] nota † ꝙ generaliter dicitur, qđ omnib. 3 ſingulariter dictum intelligitur [ſeditionem] [b]. Sed quid b ſi furtum committatur in eccleſia, nunquid committẽs habebit immunitatem? Gofred. dicit quòd ſic, quia tantum excipiuntur ſicut publicus latro, & agrorv depopulator. s̃. eod. inter alia, dic contra, quia ibi loquitur de delinquentibus extra eccleſiam, & cemiterium, ad quæ confugientes habent immunitatem, exceptis illis duobus, vt d. cap. inter.

Si autem in eccleſia, vel cemiterio delinquatur, nunquàm committens habet ibi immunitatem. s̃. eo. immunitatem. Auth. de mand. Prin. §. neque col. 3. [conciones] i. congregationes ad aliqua ſecularia exercẽda: vnde verſus. Quicquid vult hely. vult omnis concio cœli [pecca-4 torum] nota † in eccleſia eſſe orandum, potius quàm in domo priuata.

Item nota in eccleſia peccatorum veniam poſtulandam, vt hic. Auth. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò colum. 8. Et ſi eccleſia lęſa fuerit, quilibet poteſt vti interdictis. ff. de interdi. l. 1. & l. interdictorum. §. interdicta [iudiciorum.] s̃. eo. c. 1. Eccleſiaſtica enim iudicia ibi poſſunt tractari. 2. q. 2. c. vlti. [inibi,] id eſt in Eccleſia [ordinarij] 5 quia † parum eſſet iura condere, niſi eſſent qui iura exequerentur, & tuerentur. ff. de orig. iur. l. 2. §. poſt originẽ. s̃. hoc lib. de ſtat. regu. c. vno. §. quoniam. s̃. hoc lib. de elec. vbi. §. præterea [compeſcant] per cenſuram Eccleſiaſticam vel aliam pœnam arbitrariam, ex quo hic non exprimitur. s̃. de offic. delega. c. de. cauſis. [ad hoc] i. propter hoc [ad præmiſſa,] id eſt, ad compeſcendum ea quæ hic interdicuntur [iudicium.]

c Sed quid de contractibus [c] † initis in Eccleſia, nun-6 quid valebunt? dic ꝙ non debent ibi fieri, & qui facit ibi, d peccat, per hoc. c. facti tamen ibi non ſunt irriti, [d] cũ hic proceſſus & ſententias iudicum tantum irritet: vnde non extendam ad alia, cum ſit pœna. ff. de libe. & poſthu. cum quidem.

quidem.]. hoc lib de reg. iur. odia. [petulanti] .i. superbienti [deputandorum] .i. illorum quos ordinarijs debent deputare [assiduos] & ad ista compescēda idoneos [ab ipsis] ordinarijs [acrimoniam] hoc verbum exponitur. s. hoc lib. de statu regula. c. vno. in fi. [abstinere] hoc est vera poenitentia de malis præteritis, dolere, & dolenda vlterius pponere non committere. de pœni. dist. 3. c. 1.

ADDITIONES PROBI.

GENERALITER. Vide quod in proposito citat Soc. consi. 290. col. fi. quoniam præsens consultatio, ꝙ species † comprehenditur in oratione generali, & sic dicitur expressa in genere, licet non specificè. Et illud quod in genere exprimitur dicitur esse eiusdem effectus, acsi in specie exprimeretur gl. est notabilis in l. si qs mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. hæred. per quam ita voluit Bar. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. probatur in l. si duo. ff. de acquir. hæred. quod procedit nisi in materia correctoria requiret aliquod expresse fieri. Ang. in Auth. de hæred. & Fal. in §. si verò expressim.

b Seditionem. Dic secundum. Dec. consi. 256. in prin. in causa seditionis. ꝙ seditio † fit concitando plebem, diciturq; seditio quasi seorsum intuitio, quia in diuersos vadunt & alios tradunt. vt no. Domi. hic post Archi. & Ioa. And. & Archid. in c. seditionarios. 46. dist.

¶De seditione & tumultu habetur in l. 1. in fi. ff. ad leg. Iul. maie. in l. 1. C. de seditiosis. & in l. si quis aliquid. § auctores. ff. de pęnis. & in l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confugi. Ad satietatem vide Nic. Boer. in tract. suo de seditiosis. & Ias. in consi. 167. formate. vol. 4. vbi colum. 4. subdit descriptionem seditionis per hos versus Maronis Poetæ Mantuani in 1. Aeneid. Ac veluti magno in populo, cum sæpe coorta est, Seditio, stetitquè animis ignobile vulgus. iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat.

c Contractibus. De natura † quorum est ꝙ sint transitorij ad hæredes, licet nō exprimatur. l. si pactum. ff. de probatio. l. veteris. C. de contrahen. stipula.

d Non sunt. Iuxta illud multa prohibentur fieri, facta tamen tenent. de quo per nos. s. in c. 1. de religio. domib.

Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Clericis laicos infestos oppidò tradit antiquitas, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nitimur in vetitum semper, cupimusq; negata.*
2 *Non solum peccatur committendo, sed etiam omittendo illa, quæ incumbunt.*
3 *Collectando homines ecclesiæ quodammodo ecclesiæ collectantur.*
Interest ecclesiarum, locupletes habere subiectos.
Abundabit enim fiscus & imperium, si abundet subiectis locupletibus.
4 *Articulus mortis semper excipitur.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Honor Regis augetur per dignitatem subditorum.*

CLERICI. Hæc Decretalis adijcit ad cap. proximum. & ad cap. non minus. & ad cap. aduersus. & habet tres partes. Nam primò tam abusus potestatis sæcularis contra libertatem ecclesiasticam, quàm prælatorum indebitam patientiam excitat. Secundò, § [nos igitur] super istis statuens pœnas tam facientibus contra ecclesiasticam libertatem, quàm prælatis inobedientibus & negligentibus inflictas exprimit & assignat. Tertiò, § absolutionem. [a supradictis] a latis sententijs, non obstantibus quibusuis priuilegijs sibi reseruat [oppidò] a id est valde [antiquitas.] 2. q. 7. laicos[a] & cap. laici. [in vetitum] iuxta illud Lucani. Nitimur † in vetitum semper, cupimusque nega a [quàm] id est quantum potestas. s. de constitu. ecclesia. & cap. quæ in ecclesiarum. 96. distin. benè quidem circa fi. [dicioni] id est potestati.]. de excess. præla. nimis. in fi. in 3. Iudith. in dicione tua domine cuncta sunt posita, nec scribitur per t, vt dictio, sed per c, solum [acquiescunt.] Et sic nota † non solum peccari committendo, sed etiam omittendo illa quæ incumbunt. s. hoc lib. de reb. ecclesiæ non alienan. cap. 2. §. & nihilominus. 2. q. 7. sicut inquit. & cap. quia propter. & cap. neglegere. [Nos igitur] hic narrantur duo, primò de prælatis & ecclesiasticis personis soluentibus contra hoc statutum. 2. versic. [necnon] narratur de sæculari potestate adhæc inhibita compellente, & de pœnis illorum [imposuerunt.] Quid si hæc impositio non fiat ecclesiasticis personis, sed hominibus earundem? dic in hoc fieri fraudem legi, de qua est dictum.]. hoc lib. de regu. iur. cap. vlt. & hæc prohibitio, vt hic. prohibetur sequela.]. hoc lib. de regu. iur. cum quid prohibetur. Et collectando † homines ecclesiæ quodammodo Ecclesiæ collectantur. argu.]. de priuileg. quāto. &]. eo. cos. & 12. q. 2. ecclesiarum seruos. C. de epi. & cler. l. 2. in fi.

b Et interest[b] ecclesiarum locupletes habere subiectos, abundabit enim fiscus & imperium, si abundet subiectis locupletibus. Authē. vt iudi. sine quo. suffrag. §. cogitatio. colum. 2. & sic diminuendo de hominibus ecclesiæ, 4 de ipsa ecclesia diminuitur [articulo] hic † casus semper excipitur. s. de offi. ordi. pastoralis. [quibusuis] simile. s. de elect. sæpe. hoc lib. & eo. lib. de senten. excommuni. alma. §. vlti.

ADDITIONES PROBI.

a LAICOS. Vide quæ per hoc verisimiliter præsumūtur per Gaspar apud consi. Pet. de Ancha. consil. 12. & sequenti.

b ¶Interest. Vide quæ dico in rub. de sponsal. & matri. quibus adde dictum Bald. in c. intellecto sub num. 5. s. de 1 iureiuran. quòd honor † Regis augetur per dignitatem subditorum & fit status Regis magis potens & magis honorabilis & magis timendus.

¶In proposito not. Maria. Socin. consil. 35. colum. penul. circa præsentem dum dicit interest reipublicę locupletes habere subiectos. Institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. in princip.

¶Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Quoniam (vt intelleximus quorundā iusticiariorū, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nullus habet in se negligere quod habet in alijs obseruare.*
Primò quis habet curare de se & spectantibus ad eum, quàm de alijs.
Ipso facto interpretatur, idest sine hominis adminiculo.

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Vulgare dicitur vt hic.*
Vulgare & communis vsus loquendi sumitur a sapientibus, non ab idiotis & rusticis.
2 *Iura sapientum deturpari non debent per ora rusticorum & idiotarum.*
3 *Verificandi sunt sermones secundùm communem opinionem, intellectum habentium.*
4 *Sæpe contingit, quòd qui magis indiscretè & irrationabiliter loquitur, inter fatuos magis acceptus habeatur.*

QVONIAM. Hæc Decretalis habet tria dicta. Primò abusum potestatis sæcularis contra literas Papales & iudices ordinarios ponit. Secundò, §. [nos iustitiam] contra dictos abusores statuit. Tertiò, §. [si quis] facientibus contra statutum pœnam infligit [iustitiariorum] vulgare[a] est Apuliæ, sicut ponitur. s. de pignore. Ex literis. in princip. [balliuorum] vulgare est Franciæ, sic ponitur.]. hoc lib. de senten. excommunica. dilecto. &]. eod. cap. vlti. [pertinent] hæc parificantur. s. de offic. ordina. conquerente [confouemus] nota quòd 1 † nullus habet in se negligere quod habet in alijs obseruare, & primò quis habet curare de se & spectantibus ad eum, quam de alijs. 1. q. 1. multi. 2. & 3. respon. C. de seruit. præses. [ipso facto] id est sine hominis adminiculo: de hoc nota. s. hoc lib. de elect. quàm sit. in fi. [satisfactum] de hoc est notatum.]. hoc lib. de senten. excommunic. solet.

ADDITIONES PROBI.

a VVLGARE. Dic vulgare† quod emanat a consue
1 tudine sapientum, non insipientum rusticorum, sicut communis vsus loquendi non sumitur ex varijs locutionibus imperitorum, ratio quia si vulgare & communis vsus essent recepti a rusticis, aut vilibus & omnino idiotis personis, talis vsus loquendi & vulgare non attenderetur contra propriam verborum significationem &
2 & naturam. Quia † iura sapientum deturpari non debent per ora rusticorum & idiotarum, secundùm Bal. in l. 2. C. de suc. ędic. & in c. 1. de success. feu. in quibus, seu eorum sensu non cadit varietas, nec veritas, aut differentia vocabulorum. testatur glo. in l. quid si nepotes. ff. de testa. tutela, tales enim locutiones rusticorum & imperitarum personarum non sunt proprię, sed abusiuę. dicit tex. in l. item prætor. §. 1. ff. de suis & legiti. hæredi. & ita intelligitur in l. ita vulneratus. § 1. ff. ad leg. Aquil. & text. in l. si dictum. §. 1. ff. de euictio. ibi, non tamen vt vulgus opinatur
3 satisdare debet. Nam † verificandi sunt sermones secundùm communem opinionem intellectum habentium. Bal. in l. j. C. de ser. fugi. per tex. in l. si ita quis. in fi. ibi, quod vtriq; nemo sanus probauit. ff. de euictio. pro dicto Bal. facit tex. in c. ex literis. el 1. s. de spon. ibi. Et cogatur vterq; verba prolata in eo sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus, generare. Ad talem enim insensatam vulgi opinionem & assertionem, causari non debet communis vsus legendi, cum de ipsa non sit curandum. ar. eorum quæ no. in c. ad nostram. s. de proba. Sæpe † enim contin-
4 git, ut qui magis indiscrete & irrationabiliter loquitur inter fatuos magis acceptus habeatur, qui vt plurimum in maiori numero quàm sapientes existunt, iuxta illud ecclesia. 1. stultorum infinitus est numerus.

De materno autem & vulgari sermone vide quæ dicit Soc. consi. 267. col. 1. præsens consultatio.

Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Eos qui temporale dñium obtinentes suis subditis &c.

a EOS. a Ad hanc decretalem facit j. de priuileg. cap. quanto. s. eo. cleri cis. §. nos igitur. versic. necnon.

ADDITIONES PROBI.

a EOS. Adde videndum Petr. de Ancha. consi. 11. Factum super quo petitur consilium, cui adde ea quæ citaui in c. quia. in versicu. & inquantum. s. diximus. s. de rescrip. Contra quæ vide quæ no. in consi. 12. & sequ. Pet. de Ancha. quæ sunt Gaspar. vide eundem Petr. de Ancha. consil. 433. postquàm. & Lapum in allega. 92. inspeximus.

Ne clerici vel monachi sæcularibus negotijs se immisceant. Rub.

VISO hoc tertio libro, quæ clericis vel monachis competant, hic prosequitur quæ eis non competunt, vt scilicet negotijs sæcularibus non immisceant: vnde de hoc subijcit.

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Statũ fęlicis recordationis Honorij Papæ III. &c.

STATVTVM. Hic deciditur vetus querela: nam notant Goffre. & Inno. quòd rectores ecclesiarum audientes leges non erant excommunicati per constitutionem. s. eod. super Specula. Hostien. & Bernar. in contrarium notantibus [Honorij.] s. eod. super Specula. [Clementis] hæc constitutio non est in hac compilatione, & incipiebat, habito. cuius mens hic recitatur [plebanię] iam enim habendo perpetuas capellas sub se, plebania reputatur dignitas, ꝙ ideo comprehenditur sub statuto Honorij, non sic de rectoria non habente sub se capellas.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Vt periculosa religiosis euagãdi materia subtrahat, &c.

SVMMARIVM.

1 *Ex causa licitum est habitum transformare.*
2 *Paria sunt quòd quid fiat a toto capitulo, vel a maiori parte capituli.*
3 *Doctor sciens monachum scholarem audire leges, an incurrat pœnas iuris.*
4 *Cuilibet non potest inhiberi quin faciat in suo quod vult etiam si alij noceat, dummodo animo nocendi non faciat.*
5 *Monachus non potest iura ciuilia audire nec docere.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Licentia Abbatis pro monacho, vt possit studere in vniuersitatibus quid requirat.*
2 *Quando quis tenetur facere aliquid cum consilio alicuius, quid requiratur.*
3 *An omissio requisitionis consilij vitiet actum.*
4 *Habitus monachorum est ipsorum ossibus annexus.*
5 *Monachus in Episcopum electus non debet habitum mutare.*
6 *Dictio, semper, denotat actum continuum aliquando non.*
7 *Quando monacho sit licitum habitum dimittere.*
8 *Monachus habitum cooperiens in quo peccet.*
9 *Habitus occultus, non dicitur habitus.*
Habitus dicitur vt hic.
10 *Diuersitas habitus in religiosis, inducit diuersitatem in effectu iuris.*
11 *Qui complexus est verba, mentem offendit.*
12 *Quod non apparet, esse non videtur.*
Per signa cognoscuntur signata.
Signum vnius, alius non debet vsurpare.
13 *Obscurè dictum pro non dicto habetur.*
Præsens latitans, pro non præsente habetur.
14 *Non dicitur nunciare, qui perfunctoriè & obscure differt.*
15 *Per exteriora indicantur animi secreta interiora.*
16 *Habitus apparens, non latens debet attendi.*
17 *Habitus religionis non est solum in veste, sed in modo portandi.*
Aqua quotidiana, distinguitur ab estiua vt hic.
18 *Permittitur extensio in dispositione penali.*
19 *Faciens contra legem non incurrit pœnam legis, nisi faciat temerarie.*

VT PERICVLOSA. Hæc Decretalis habet tria dicta. Primò, inhibitionẽ ponit. Secundò, §. [si quis] violatoribus inhibitionis huius pœnam imponit. Tertiò, §. [doctores] prohibitionem prædictam ad alias personas extendit [expresse] de expressa & tacita professione est dictũ. s. hoc lib. de elect. nullus. & c. ex eo. in fi. [temere.]
1 Quia ex causa † est licitum habitum transformare. arg. s.
a de vita & honesta. cleri. si quis ex clericis [partis] a sunt
2 enim † paria quòd quid fiat a toto capitulo, vel maiori parte. s. de his quæ fiunt a maio. parte. cap. primo. & c. vlti.

Sed contra. s. de elect. si religiosus. hoc lib. dic vt ibi in §. quia verò.

Item contra hoc lib. de testa. religiosus. 1. respon. dic vt ibi tenet [temerarius violator] hæc verba expone. vt j. hoc lib. de senten. excommun. cum medicinalis. §. si quis
3 autem [retinere.] Quid † si magister scit monachum in scholis suis iuxta cathedram suam, & domum habere, & ipsum audire, an doctor & auditor sint excommunicati vñ ꝙ auditor sit ligatus, quia hic inhibetur simpliciter. s. eo. non magno, ergo quocunq; casu audiat vñ inhibitũ. ff. de postul. quos prohibet. & s. eo. super specula.

Idem in doctore, quia videtur esse in schola, hoc est in uacatione studij. ex quo scit monachum ipsum audire. Sed uerba hic posita sunt pro doctore, ut hic in scholis suis præsũpserit retinere.

Sed dices fortè ꝙ uerbum, retinere est contra ipsum, ut retinere sit pro recto tenere. arg. ff. de uerbo. significatio. uerbum reddendi. argu. j. de pœniten. & remissio. ꝙ in te. §. 1.

4 Dic tamen ut prius, nam scholari sicut & cuilibet † alij inhiberi non põt quin faciat in suo quod uult, etiã si alij noceat dummodo animo nocendi non faciat. ff. de dam. infec.

infec.l.Proculus.ff.de aqua pluuia.l.1.§.deniq;,& sic culpa hoc casu nō potest b imputari doctori, qui extra scholas scholarem coercendi ius non habet.

5 ¶Et sic † monachus non potest iura ciuilia audire, ita nec docere.C.de male.& mathe.l.culpa.

ADDITIONES PROBI

a 1 PARTIS. Vide decisio.Thol.27.item an valeat licentia, vbi decisum fuit in tex.contra † quendam licentiatum in decretis canonicum regularem Ecclesiæ Tarbien.cui per prælatum absq; consensu conuentus data fuerat licentia de existendo in studio, sed malè dicit de consensu, cum non requiratur nisi consilium conuentus, vt patet ibi cum consilio sui conuentus, vel maioris partis. Et sic de necessitate non requiritur ꝙ abbas concedat licentiam de consensu sed de consilio.

¶Sed dubium est si nolit conuentus consulere vt detur licentia an valeat. Aufre.ibi concludit ꝙ abbas non tenetur sequi consilium, per theoricam, quòd vbicunq;

2 † quis tenetur aliquid facere, cum consilio alicuius, qui non est particeps officij, tunc satis est requirere cōsilium, nec tenetur sequi.c.cum olim.s̄.de arbit.Panor.in c.cum in veteri.nu.12.s̄.de elec.Bar.in l.1.§.si plures.ff.de exercito.actio. Sequi tamen consilium conuentus, vel non teneri sequi, videtur dependere a quæstione, dę qua in glo. in c.fi.post tex.ibi.s̄.de reg.hoc lib.videlicet ad quem pertineat monachorum creatio, an ad abbatem solum, aut ad abbatem & conuentum simul, vt in primo casu non requiratur de necessitate sequi consilium.in 2.verò secus.

Et vt habeas intentum clarum in eo ꝙ dicimus, quando mandatur aliquid fieri cū cōsilio alicuius, an † omissio vitiet actum. Scribē.in c.vno.s̄.ne sede vacan.hoc lib. hoc tangunt, vbi Francus post Archi.dicit si pręcedat negatiua, putà si dicatur non conferas, vel non eligas sine consilio Petri, tunc Concilium ponitur pro consensu, & actus factus sine illius consilio est nullus.vt in d.§.si plures. Et subiungit ibi Pet.de Anch.si habenti aliquam administrationem aliquis additur vt collega, scilicet vt cōsultor, & non est nec esse potest particeps illius officij, tunc de necessitate nō expedit eius requirere consilium. vt l.quidam decedens.& l.Titium & Meuium.ff.de administra.tuto. Si verò non est particeps officij, esse tamen potest, tunc si detur consultor a lege ei qui habet administrationem a lege, vel detur consultor ab homine ei, qui habet administrationem ab homine, consilium illius est requirendum, aliàs actus est nullus. Si autem habenti administrationem a lege addatur aliquis ab homine, vt eius consilium requiratur, tunc non est opus consilium requirere: ita in puncto tenet Franci. Areti.in l.si mihi bona.§.si coram.ff.de acquir.hæred.

(3)

¶Panor.autem.in c.ex parte.s̄.de consti.dicit si requisitio consilij sit data pro forma, actus aliter factus est nullus.d.c.cum in veteri.s̄.de elec.si autem ex dispositione legis requiratur consilium, & lex dando potestatem alicuius actus adiecit ꝙ fieret cum consilio alicuius, tunc actus est nullus, si omittatur eius consilium, quia habuit potestatem modificatam & qualificatam, vt in casu.text. nostri.& in c.nouit.s̄.de his quæ fiunt a præla. Si verò habenti potestatem superior mandauit vt cum consilio alicuius actum exerceret, tunc tenet actus sine requisitione consilij, licet transgrediens sit puniendus, vt no.in c.dilectus.2.de præben.& glo.in Cle.1.de iure patro.& Panor. in d.c.ex parte.

b ¶Non potest. Opinionem Ioan.Mona.sequuntur hic Archi.in fi.Guil.Ioan.And.vbiq;.in glo.& nouel. Do.& Philippus. Et sic non erit Doctor ipse excommunicatus, benè tamen monachus, cum eidem prohibeatur auditus & studium.c.fi.s̄.hoc tit.a qua sententia excommunicationis absoluunt Episcopi, ex quo Papa sibi absolutionē non retinuit.c.nuper.s̄.de senten.excommuni.secūdùm Guil.hic.

¶Vlterius pro solatio & ad propositum tex.nostri habeo sequentia. Primò venit discutiendum de habitum monachalem relinquentibus, id est, cucullam.dicit Petr. hic.col.2.vt patet in c.mandamus.19.q.3.ibi, memorialē cucullam.& 20.q.3.c.pręsens ibi cucullā induit post prin. dixi.s̄.in c.1.de summa Trini.& fide catho.videt quippè

4 dicendum dicit hic Archi col.1.ꝙ habitus † iste est adeo annexus monachorum ossibus, quod in quicunq; consistant loco quiescentes, eo vti debent.alleg.c.vidua.20.q. 1.& c.clerici.ibi nisi monachi fuerint quos oportet ferre habitum monachalem.s̄.de vita & hone.cleri.c.sanctimonialis.23.dist.vbi dicit ꝙ eo habitu semper vti debent, & dicit glo.ibi etiam in lecto & in infirmitate Ex qua gl.

5 Archid.Domi.& Præpo.ibi no.arg.ꝙ † monachus in Episcopum electus non debet habitum mutare.quod tenet glo.in c.in noua actione.16.q.7.in fi.saltem subtus, sed desuper ferat habitum, in quo magis conueniat eis inter quos est, dicit tamen ibi Ar.vidisse de facto ꝙ dominus Honorius Papa contulit de facto abbatiam monasterij Fraxinoren.sitam in diocœsi Mutinen.quod est monachorum nigrorū, cuidam fratri, siue Monacho albo, qui existens in curia Romana monachorum nigrorum habitum deferebat in totum. dictum Archi.& aliorum sequitur Io.Imo.in l.si quis mihi bona.in §.seruus.ff.de acquir.hæred.Panor.& alij in c.penul.s̄.de vita & honesta. clerico.Car.in Cle.ne in agro.q.6.de statu monacho.

Præmissa videntur monachis huius temporis amara, ideo ea reijciunt adducendo illud prophe.laqueus contritus est & nos liberati sumus.

¶Et redeundo ad thema nostrum. Archid.hic quem communiter alij sequuntur dicit non videri ꝙ illud semper sit ita amare intelligendum, vt prima facie sonare videtur.text.in c.fine ornatu.21.q.4.sed illud.c.loquitur in clericis sęcularibus, qui ita nō sunt astricti, sicut monachi. Tu tamen dic ꝙ siue in ipsis sæcularibus, siue regularibus ista amaritudo non procedit ad semper, sed pro semper in loco conuenienti & debito, pro quo habeo, quod hęc

6 dictio † semper, denotat actum continuum, quādo iungitur actui, qui cōtinue potest fieri. Si autem adiungitur actui interpellato, tunc intelligitur semper, quod fit interuallo & tempore debito, ita dicunt. Domi.& Præpo. in d.c.sanctimonialis.alleg.glo.1.in c.si quis volūtate.50. dist.vbi dicitur fieri dicitur semper, quod fit horis debitis & statutis ac congruis, & ibi idem Domi.& Præpo.eandem distinctionem referunt alleg pro hoc.c.ad decorem. s̄.de vsu pal.& c.si quotienscunq;.de consecra.dist.2.

Secundò istud potest verificari ex textu nostro & mēte, & verbis, ex verbis quidem, quia in eo dicitur, temere habitum religionis suæ dimittant, quod verbum sonat in malam partem, & excludit ritè aut rectè, & quandoq; vtrunq; prout dico.in c.is qui de senten.excommunica. Ergo sequitur ꝙ si non temere dimittat, sed fortè vt dicit

7 hic Guillermus.col.2.causa † vtilitatis ad vitandū scandalum. vt s̄.de vita & hone. cler.c.clerici.1.& c.Deus, vel iocosè leuitatis causa, fortè vt melius proijciat lapides, tunc nō peccat.s̄.de senten.excommunica.c.1.facit quia ea quæ iocosè fiunt non inducunt obligationem.l.obligationem substantia.§.verborum.ff.de actio.& oblig.& c. illud.15.q.1.vel delicatę voluptatis præter peccatum, vel alias putà dormiendo vel fortè Missam celebrando, vt pulcrius se induat, vel onus melius portet, vel facilius itineret, dum tamen cito reassumat, quia talis hanc pęnam non incurrit.c.diuortium de pęni.dist.3.& c.2.s̄.de regu. iur.ex quo constitutio nostra sumit intentum suum ratione temeritatis, doli, & malitiæ, & sic in hoc.arg.a contrariò sensu iuuat partes nostras.

Ex mente quidem, quia dicit Ioan.And.hic in nouella.col.2.non putò de mente ꝙ monachus in sella sua habitum dimittens, vel dum balneum intrant in occulto, vel iacens sine habitu ligetur hac cōstitutione, aliàs pauci inuenirentur non ligati, sed quando exhibent se conspectibiles hominum sine habitu, in habitu laicali, vel clerici sæcularis, sine iusta causa, ligantur tunc, qui postquàm absoluti sunt & habitum reassumpserunt, in abbates eliguntur, vt hic per Petrum & alios post Oldra.consi.202. quidam monachus.

8 ¶Secundò videndum est de monacho † habitum monachalem alio habitu cooperiente. Istud videtur maioris discussionis, quàm pręcedens, quamobrem punctum, ipsum latius quàm præcedentem pro viribus discutere intendo, quia per scribentes hic minus amplè tangitur. Pro cuius discussione facio regulam iuxta decisionem textus nostri, quod monachus temerarie & sine iusta causa habitū monachalem cooperiens, ipso iure dicitur

excommu-

excommunicationis sententia innodatus, & apostata a iure iudicantur. Quod comprobo ratione & authoritate, primò habitus monachalis alio coopertus habitu di-
9 citur occultus, sed habitus occultus † non dicitur habitus quo ad id, de cuius signo apparere debet, quia habitus nihil aliud est, quàm ꝙ natura sui debet facere rem signatam in manifestam, & apparentem cognitionem venire.c.signum.de consecra.dist.2.c.si iudex.de senten. excommu.& c.vno.§.de cleri.coniuga.hoc lib.hinc Petr. de Ancha.in Cle.2.in prin.de vita & honest.cleri.dicit ꝙ
10 diuersitas † habitus in religiosis inducit diuersitatem in effectu iuris.vt not.in Cle.1.de elec.& videntur inductę istę varietates,vt vna religio ab alia cognoscatur.

¶ Secundò quia monachus habitũ monachalem cooperiens, videtur solum amplecti verba & non mentem
11 legis, ideo pœnam legis non effugit, qui † amplexus est verba, & mentem offendit. l.contra legẽ. & l.fraus.ff. de legib.& l.non dubium.C.eo.c.certum.ʃ.de reg.iur.& ibi Ioan.And.in Mercuria.& Franc.versi.extra glo.Quod autem offendat mentem & legem,patet liquidè,quia ratio vt monachus vestem non dimittat, vel habitum, est vt cognoscatur monachus a non monacho.arg.l.sed si accepto ff.de iure fisci.sic ex habitu nouitius a professo cognosciur.c.pen.§.de reg.

¶ Item Iudęus a Christiano.c.in nonnullis.§.de Iudę. clericus a laico.c.pen.§.de vita & honest. cleri. Sed cooperiens habitum istam disparitatem tollit, sicut per dimissum,cum tunc monachus a non monacho cognosci
12 non possit,quia † quod non apparet, esse nõ videtur.tex. in l.in lege.ff.de contrah.emptio.habitus enim iste debet esse superior vestis.dicit Bonifacius post Zen.in Cle. 2.§.sed & tales.in fi.de vita & honesta.cleri.sic per signa cognoscuntur signata, medio cuius signum vnius, alius non debet vsurpare.l.vna.vt nemi.liceat sig.reb.impo.C. Bar.latè in tracta.de sig.& armis.

Tertiò intentum tex.nostri esse dicetur, vt propter nõ dimissionem habitus tollatur ipsis monachis libera vagatio, & portantis lubricitas. Sed habitus occultus seu occultè portatus ista non excludit, igitur ad paria procedunt,sicut dicimus de ędicto prætoris,vt ita puniatur ipsum deturpans (cum legi non possit) sicut in totum delens Scriben.post tex.in l.si quis id quod.ff.de iurisdi.om. iudi.
13 Item obscurè † dictum pro non dicto habetur,& pręsens latitans, pro non præsente habetur.l.non intelligitur.ff.de iure fisci.l.de ętate.§.nihil.ff.de interroga.actio.l. sed & si.§.de quo palam ver.proscribere.ff.de insti.actio. & l.Fulcinius. §.illud.ff.quib.ex causis.in poss.eatur.
14 Facit quia † non dicitur nunciare qui perfunctoriè & obscurè defert.l.aut qui aliter.§.1.ff.quod vi aut clam.

Item refert inter palam deferre & occultè, quantum inter simpliciter argentum & argentum celatum, siue deauratum, & istorum neutrum est alteratum, immo vt diuersa ponuntur.l.& si non sint.§.1.& §.quid ergo.ff.de auro & argen.lega.

¶ Quartò,iste in habitu suo religionem non ostendit, vnde fingitur habitum dimisisse.text.in c.contingit.el 2. de senten.excommunica.Et per exteriorem habitũ præsumimus mentem eius mutatam.c.ex studijs.§.de præ-
15 sumptione.iuxta illud, per exteriora † iudicantur animi interiora secreta.facit quod citatur.in c.fi.ibi, incompositio enim corporis,qualitatem indicat mentis.41.distin. Et sic si habitus iste est exterius clericalis aut laicalis,pręsumimus eum interius clericum vel laicum & non monachũ.22.q.5.c.humann aures.ideo deferens vestes clericales vel laicales debet clericus aut laicus iudicari.c.si iudex.ver.iustum est.de senten.excommunica.hoc lib.& sic non monachus.c.quod interrogasti.27.dist.
16 Debet quippè † attendi apparens habitus, non latens. arg.l.si gemma.ff.arbo.fur.cesa.ratio,quia per hoc ostenditur ipsa extrinseca honestas hominis,aliàs aufert signãdi officium.c.vt famę.§.de senten.excom.

Quintò,quia licet portet habitum, tamẽ nihil est,quia
17 habitus † religionis non est solum in veste, sed in modo portandi, sicut dicimus ꝙ aqua quotidiana ab ęstiua distinguitur, nõ ex aquæ substantia, sed ex vsu & modo ducendi.l.1.§.duo.ff.de aqua quotidia.& ęstiua.

Item in simili,actus iudicialis a non iudiciali secernitur non solum ex eo ꝙ fit, sed ex faciendi modo, vnde oportet ꝙ fiat a iudice palam & in figura iudicij consedente.l.vnica.§.simili quoq; modo.C.de lati.liber.tollen. Si ergo modus portandi dimittitur,vt quia debet portari de super & portatur subtus,habitus dicitur esse dimissus, eo quia mutata & dimissa est habitus dilationi debita forma, quæ dat esse rei.l.Iulianus.§.sed & si quis.ff.de exhib.

Authoritate quidem,quia hoc tenent Io.And.Collecta.Cardi.Pet.de Ancha.Anto.de Butr.Panor.Io.Imo.in d.c.Deus.§.de vita & honest.cleri.glo.quam sequuntur ibi in Cle.2.in ver.extrinseci.eo.tit.Guil.Zensel.Cardina. Petr.Bonifa.& Ioan.Imo.& hic Francus.in 2.no.dicit illam ad id singularem. Sequitur etiam firmissimè hanc opinionem Ioan.de Ana.in rub.de aposta.§.nu.3.vbi refert Ioan.de Ligni.tenere contrarium, cuius dictum firmat, quia tex.noster loquitur in illo monacho qui habitum dimittit,& sic non videtur extendi ad alium monachum,qui non dimittit sed portat licet absconsum, quia pœnæ non sunt laxandæ,sed restringendæ. Sed nihil est dicit,quia illa vagatio de qua in tex.ita contingit si habitus occultetur sicut si dimittatur. Suadet & alia ratio vr-
18 gentissima,quia vbicunq; † dispositio pœnalis posset de facili fieri illusoria nisi fieret extensio, semper permittitur extensio per id quod habetur.in tex & glo.in c.quanquam.de vsur.hoc lib.& ibi Scriben.glo.in ver.eligatur. in Cle.1.de elect.quam ad hoc reputant singul.francus. in c.eum qui.de præben.hoc lib.Barba.in c.1.col.12.§.de proba.& in c.cum omnes.col.3.& in c.ex parte.col.3.§. de consti.& in c.1.loco.col.28.& in c.in præsentia.col. 41.§.de proba.

Istud iuuatur per ea quæ not.in Cle.1.de sepul.vbi tex. loquitur de his qui in cęmiterio tempore interdicti nonnullos interdictos sepeliunt, tamen idem venit dicendũ de sepelientibus in Ecclesia, & eodem modo incidunt in excommunicationis sententiam, quod est pęnale & tamen fit extensio aliàs de facili fieret constitutio illa illusoria, quia sepelirent eos in Ecclesijs & eo medio amplecterentur verba,mentem tamen offenderent. Et tunc non dicitur propriè extensio, sed tacità inclusio.glo.in c.1.in ver.Italiæ.§.de tempo.ordi.hoc lib.

Vltra prædictos scribentes habeo pro intento ea quæ latè effundit Oldra.consi.184.col.fi.Pater sancte, vbi cõcludit pro hac parte affirmatiua, quam dicit communem Calca.consi.132.col.1.& 2.cuius initium est.Ad primum ꝙ sit excommunicatus. Et hoc dummodo vt prædiximus non sit iusta causa cooperiendi,& sic temerariæ. glo.in c.1.in ver.temerarius.de senten.excommu.hoc
19 lib.ex qua ibi & tex.no.Philippus francus ꝙ faciens † cõtra legem non incurrit pœnam legis, nisi faciat temerariè, quod firmat intentum nostrum.

¶ Aliam ponere voluit modificationem ad text.ipse Calca.vt procedat concurrentibus duobus videlicet vagatione absq; licentia, & dimissione habitus copulatiuè quod non placet.cum etiam non referat, an vaget & habitum dimittat, vel cooperiat cum licentia, vel sine licentia, quia istud vagare, & habitum monachalem cooperire vel dimittere, non pendet ab arbitrio abbatis & alterius superioris citra Papam, vt patet intuenti, igitur quomodocunq; faciat istud, pęnã excõmunicationis & apostasiæ non euadit ipse monachus, quod non videtur placere Archi.hic, ibi quo ad alios hanc excommunicationem non extendam quod non placet per prædicta, tum etiam quia est eadem ratio in casu omisso, quæ dicitur in casu expresso,& sic extendam ad similes.l.his solis. c.de reuoc.do.glo.& Doc.in l.1.C.de interdic.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶ Episcopus seu quicunq; alius prælatus vel clericus &c.

SVMMARIVM.

1 *Absit vt ea quæ propter bonum & licitum facimus, aut habemus, si quidem propter hoc, propter nostram voluntatem quicquàm mali acciderit, nobis imputetur.*

EPISCOPVS. Prælatus,seu qsvis clericus si intendit negocio ꝑ qđ põt deueniri ad pęnã sanguinis,hoc est dupl̃r,nã hoc facit vt pars,& sic est doctrina quid agẽdũ est.ʃ.hoc lib.de homi.ꝑlatis,aut hoc facit vt supior,vt potè

potè alij committendo, vt hic, & secundùm hoc istud capit. habet duas partes. Nam factum primò ponens illud decidit. 2. versicu. [Nam licet] illius decisi causam

1 reddit. dic ergo [exequatur] absit † enim vt ea quæ propter bonum & licitum facimus, aut habemus, si quidem propter hoc præter nostram voluntatem quicquam mali acciderit, nobis imputetur. 22. q. 5. de occidendis [non liceat.] §. eo. sententiam.

LIBER QVARTVS.

De sponsalibus & matrimonijs. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia sunt via deueniendi in matrimonium.*
Sponsalia sunt, vt hic.
Matrimonium dicitur matris munium. 1. officium.
2 *Matrimonium est maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.*
Quare fuit institutum matrimonium, vide hic.
3 *Interest reipublicæ ciuitates repleri potius legitimis quàm alienis.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Matrimonium quinque vocabulis in iure designatur.*
2 *Annulus coniugis debet esse aureus, rotundus, & in quarto digito positus.*
3 *Sicut iustitia est Regina virtutum, ita & amor vxoris inter cæteros obtinet principatum.*
4 *Plus punitur occidens suam coniugem, quàm si occidat patrem aut matrem.*
5 *Quare annulus debeat esse rotundus, & ponatur in quarto digito, vide hic.*
6 *Quos Deus coniunxit homo non separet.*
7 *Arra non facit emptionem, sed est signum emptionis.*
8 *Homines quando cogitant de filiabus maritandis, solent congregare peculium, non bona elargiri.*
Filia cogit patrem ad dotem dandum, licet sit coniugata.
9 *Matrimonium dicitur quasi matris monos, id est, lex vel vt hic describitur.*
10 *Parentes quare plus diligant filios quàm filias.*
11 *Fœmina non est homo simpliciter, sed dicitur homo occasionatus.*
12 *Ventus Septentrionalis coadiuuat generationem masculorum, australis verò generationem fœminarum.*
13 *Quare matrimonium potius dicitur a matre quàm a patre, vide hic.*
Mater dicitur vt hic.
14 *Pater agit, mulier verò patitur in generando.*
15 *Quod iuris est in affinibus, idem iuris est in viro & vxore, qui non sunt affines, sed principium affinitatis.*
16 *Interest in multis, vt hic.*
17 *Res publica dicitur, vt hic.*
18 *Matrimonij institutio reperitur duplex, vt hic deducitur.*
Causæ propter quas fuit institutum matrimonium hic dicuntur.
19 *Verbum, generatio, est nomen verbale, quia aptum est comprehēdere generantem & generatum.*

VISO in tertio lib. quæ clericis sint permissa & inhibita. Hic dicit quæ laicis sunt permissa. vt matrimonia, [a] quæ eisdem in multis casibus sunt inhibita.

1 Et quia † sponsalia sunt via deueniendi ad matrimonium, ideo de sponsalibus permittit, & de matrimonijs consequenter adiungit.

Et sunt sponsalia repromissio futurarum nuptiarum, dicta a spondendo. i. promittendo. ff. de sponsa. l. 1. & 2.

b Nam moris fuit antiquitus, vt annulus [b] a sponso sponsæ detur. 30. q. 5. fœminæ.

c Et matrimonium. dictum est quasi matris munium c. i. officium: vnde Horatius munia diuidit. i. officia diuisit, nam matris est magnum munium, id est officium in prole educenda.

d ¶Vel dic matrimonium quasi matris [d] munus. nam hoc est maximum & precipuum munus fœminis, concipere, & conceptum tueri. ff. de ędil. ædic. quæritur. §. 1. & 32. q. v. pudor.

2 ¶Et est † matrimonium maris, & fęminę cōiunctio, [e]

e indiuiduam vitæ consuetudinē retinens, diuini & humani generis communicatio. Insti. de patria potesta. in prin. ff. de ritu nupt. l. 1. supra de præsumpt. illud. 29. quæst. 1. in principio.

¶Et quare fuit institutum matrimonium ante peccatum & post, habetur. 27. q. 1. nuptiarum in princ. 31. q. 1. §. his ita. & vsus matrimanialis licitus est, cum propria vxore, alias secus. 32. q. 7. vsus.

¶Et licet contractus carnalis sine motu voluptatis fieri non valeat, institutum fuit matrimonium post peccatum, vt infirmitas carnis prona in ruinā turpitudinis, honestate matrimonij exciperetur, idest extra peccatum haberetur. 32. q. 2. §. his ita. in prin.

¶Est enim in matrimonio legitimo, carnis copulatio, vt sit causa prolis non voluptatis, nec satisfactionis vitiorum. 33. q. 4. vir. cum propria.

f ¶Et interest [f] † reipublicæ [g] ciuitates repleri, potius le-

3 gitimis, quàm aliis. C. de indic. vid. tol. l. 3. in fi. ff. solu. ma-

g tri. l. 1. ff. de Decur. l generaliter. §. spurios. Matrimonium

h enim sic est institutū, [h] vt humano generi artificiosè inducat immortalitatem. Auth. de nupt. in principio. col.

i 4. nam generatio [i] ad hoc est, vt quod in se perpetuari non poterat, in suo simili perpetuaretur, secundum Philosophum.

ADDITIONES PROBI.

a MAtrimonia. Reperio tam a sacris, quàm à nostris

1 professoribus matrimonium † quinque vocabulis designari, videlicet matrimonium, nuptię, cōtubernium, connubium, & coniugium.

b ¶Annulus. Vide Alex. consi. 150. nu. 15. in causa & lite. vol. 5. & Aret. in cons. 13. viso diligenter. vbi multa tra-

2 ctat de annuli subtractione, præterea annulus † ille debet esse aureus, rotundus, & in quarto digito positus; aureus, quia sicut aurum omne aliud excedit metallum, sic amor inter coniuges, inter cæteros mundi huius habet excedere amores. videtur testari Lucas de Pēna. in l. qui-

3 cūque col. 1. ibi, sicut † iustitia est Regina virtutum, ita & amor vxoris inter cæteros obtinet principatum. de cohorta. lib. 12. C. ad hoc enim mouentur per dictum Apostol. ad Ephesios. 5. viri, inquit, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. ad Colosen. 3. c. viri diligite vxores vestras, & nolite auari esse ad illas.

Istud etiam exemplo liquet. Gene. 24. c. in fine. vbi patenter ostēditur, ꝙ Isaac Rebeccam eius vxorem tātum dilexit, vt doloris, qui ex obitu matris ei acciderat, ferè obliuisceretur.

Hinc Ioan. Fabri Insti. de public. iudi. §. alia dicit ꝙ plus

4 puniretur † suam coniugem occidens, quàm patrem, vel matrem, secundum gl. in c. decenter. 89. dist. quod non videtur placere Cepol. cons. 5. cuius dicta uidere poteris, & lętabitur animus tuus.

5 Rotundus quidem, † ad demonstrandum amorem illum coniugalem habere debere perpetuitatem, vt nunquàm finiatur donec ad mortem peruētum fuerit, quod apparet ex diffinitione matrimonij per Ioan. Mona. hic descriptam.

In quarto digito poni, vt amorem illum coniugalem ostendat debere habere præcordialitatem, hinc phisici dicunt, ꝙ quædam vena a corde procedit in quartum digitum, eaque de causa in quarto poni digito annulum cōiugalem, vt amor eorum sit fidelis, & cordialis. c. fœminæ, 30. q. 5. Cordialis enim & ꝑpetuus est amor, vt semel consummatum matrimonium nō possit (etiam amore Dei) per religionis ingressum dissolui. c. commissum. §. de spō. Nec alia ex causa, etiam de consensu ipsorum, vt patet de coniugio lepro. per totum.

¶Quod licèt propter adulterium vnius ipsorum fieri possit thori separatio, non tamen fęderis matrimonij solutio. cap. licite. 32. quæst. 7. & cap. primo, supra vt lite non contesta.

6 Non enim est homo qui ligauit, sed Deus. Ideo † quod Deus coniunxit homo non separet. Gene. 2. capi.

His iunge quæ not. Lapus allega. 57. col. mihi. 5. punctus, vbi dicit quòd annulus seu immissio annuli non fuit adinuenta ad substantiam matrimonij, sed datur in

signum

signum mutuæ dilectionis, vel vt eorum pignore corda 7 eorum iungantur. Et est simile quod dicit † l. in arra, quæ non facit emptionem, sed est signum eius. Insti. de emp. & vendi. in princ. vnde sponsalia per annulum tantum præsumentur, non matrimonium, nisi de consuetudine esset quòd annulus tantum daretur in matrimonio, vt in Tucia.

c Matris munium officium. Quod licet matrimonium munium matris sit. l. officium, tamen propter hoc non sinit esse munium patris. l. officium & graue, maximè in 8 filiabus maritandis, pro quibus † solent homines cōgregare peculium, quando de illis cogitant non bona elargiri. dicit Maria. Soci. consi. 215. col. penul. visa prædicta. Ad hoc enim tenentur patres quodam iure debito, cum filia nubens sine dote possit cogere patrem ad dotandū, secundùm Bald. in auth. res quæ C. communia. de lega. & Panor. in c. penul. §. de rapto. tradit Maria. Soci. consi. 246. col. 5. Eleganter, vbi subdit ꝙ constitutis congruis dotibus, mulieres a maritis melius tractantur & non cōtemnuntur, & hæc est vna ratio, quare patres cogantur ad dotis constitutionem, in ea profecto maxima dote, est honorificentia, quia aliàs nostris temporibus non vides filiam esse honorifice & condecenter maritatam (etiam a patre diuite) nisi ipsa dos maxima tribuatur.

¶Quando autem teneatur auus dotare neptem ex filio. vide Alex. consi. 118. viso tit. q. vol. 6. vbi latè disputat, an dos illa debeat computari filiæ in legitimam, de quo diximus. in c. vnico. §. de testa.

Et pro intento Ioan. Mona. hic vide Alex. in consi. 56. nu. 3. in præsenti consultatione. vol. 4. vbi ait ꝙ matrimo- 9 nium † dicitur quasi matris monos, id est lex, vel quia matrem monet vt fedus seruet, vel quia per maritum & filios defenditur, vel quasi matris munium, id est officium matris, pro eo ꝙ prolis acquisitio (maximè) spectat ad mulieres, in concipiendo, pariendo, nutriendo, & compatiendo, vnde sicut possessio dicitur patrimonium, quia paterna solicitudine acquiritur, sic prolis acquisitio.

¶Vlterius dic ꝙ id officium mulieris dicitur potius, quàm mariti, quia celerius prodit marem, quàm fœminam, quam grauius in vtero gerit, & parit, secūdùm Philoso. in lib. animali. vbi inquit, quæ fœminam ferunt, palidiores sunt, & grauius degunt, ratione cuius parentes 10 naturaliter plus diligunt † masculos, quàm filias, quo ad matrem suadent præmissa, quo verò ad patrem magis notum videtur in naturalibus. Primò, quia est similis ei in sexu. Secundò, quia in eo sexu maior stat dignitas. l. 1. ff. de senato. Vnde refert Lactantius. lib. 3. non sine causa Platonem de quatuor gratias egisse Deo. Primò, quòd homo natus esset, & nō animal brutum. Secundò, ꝙ Grecus potius, quàm Barbarus. Tertiò, ꝙ Athenis tempore Socratis. Quartò, ꝙ mas potius quàm fœmina, quia secundùm Thomam. in 1. par. summæ. q. 99. art. 2. Fœmina est quid occasionatū & defectuosum, iuxta sententiam 11 Philoso. in lib. de animal. dum dicit fęmina non est homo simpliciter, sed dicitur homo occasionatus. Et sequitur secundùm Thomam, eo quod virtus actiua quæ est in semine maris, producere intendit simile sibi perfectū secundùm masculinum sexum. Sed quod fœmina generetur, est propter virtutis actiuę debilitatem, vel aliquam materiæ indispositionem, aut propter aliquam transmutationem ab extrinseco a ventis australibus, qui sunt humidi secundùm Philoso. in d. lib. animalium, vbi dicit: 12 Quod ventus † septentrionalis coadiuuat generationem masculorum, australis verò generationem fœminarum.

13 Quasi matris. † igitur matrimonium dicit̄ non a patre, sed a matre, quæ est ante partum onerosa, in partu dolorosa, & post partium laboriosa, de quo. in l. assiduis. C. qui po. in pigno. habean.

Facit in proposito quod mater secundum aliquos dicitur a materia, quod in fętu materiam præbeat, nam semen patris pro artifice est, & formam præbet, mater sanguinem præstat, vnde fœtus formatur.

Vide quæ dico. in c. statutum. el 2, §. de hæreti. & Pau. de Cast. consi. 316. quod incipit. suprascriptus. in 2. par. vbi 14 dicit pater agit, † mulier verò patitur in generando, ergo partus est de generatione patris non matris, cū extremū agens potentius, & nobilius sit, q̄ patiens, ideo debet ab eo fieri denominatio, per ea quæ tradit Signo. consi. 95.

e ¶Coniunctio. Per quam causatur affinitas in his, quæ sunt de agnatione, & cognatione coniugum ipsorum, q non dicuntur affines, sed principium affinitatis. no. Cy. & alij in l. maritus. C. de procur. refert Paul. de Cast. consilio 15 190. nouiter. in secunda parte qui subdit, † quod iuris est in affinibus, idem iuris est in viro, & vxore, qui non sunt affines, sed principium affinitatis, sicut quod iuris est de numero, idem iuris est de vnitate, quæ est principium numeri. Marian. Socin. consil. vigesimoquinto, colum. tertia. Dominus Franciscus. vbi per hoc videtur firmare, quod si quis recipit emphyteosim pro se, & filiis, & nepotibus, & sic vsq; ad tertiam generationem, quod si superest nepos, & illius nepotis filius, & sic pronepos, quod pronepos excluditur in totum, quod latè discutit: quem videas pro hac dictione vsque, an stet inclusiue, vel exclusiue, vltra hæc etiam vide Alex. consil. 53. nu. 6. consideratis his, volum. 6.

Et in eo quod supra diximus, ꝙ vir & vxor non sunt affines, sed principium affinitatis, tu tamen dic quod in fauorabilibus iudicantur ac si forent affines, per ea quæ notat Alexand. consil. 125. num. decimo, vol. 7. quod statutū disponens, quòd causæ debeant compromitti inter consanguineos, & affines, porrigitur ad virum, & vxorē, quāuis ipsi non sint propriè affines, sed principium affinitatis, quod vltimum firmat idem Alex. consil. 43. num. 6. volum. 3. Ratio quia tale statutum est fauorabile, & extendēdum, quia inducit sedationem discordiarum, igitur extēdi, non restringi debet: & id legibus gratum dicitur. c. finem. §. de dolo & contu. l. properandum. in prin. C. de iudic. tamen sub uelamine huiusmodi fauoris plura aliquādo, reperiuntur accidere inconuenientia, qua interdum compromissarij præter omnem iustitiam grauāt vnum, & alteri tribuunt prædam, & multi fingunt lites, vt veniant ad compromissum. tradit idem Alex. cons. 144. circa fin. uiso statuto, sub rub. vol. 7.

f Interest. † etiam per digniores, & ditiores regi, non per 16 pauperes, & abiectos. in Auth. de defen. ciuita. in prin.

Interest etiam, vt familiarum salua sit dignitas, quæ absque diuitiis non conseruatur. l. ab omnibus. circa principium, de leg. 1. & l. 1. §. si seruus. ff. de ven. inspi. & in Authen. de testibus. §. sancimus. col. 7. & C. de suspec. tutor. l. pietatis. Cor. consi. 224. in litera E. non sequendo ordinē.

¶Ioannes Monach. in cap. clericis, in fi. §. de immuni. eccle. dicit in proposito, ꝙ interest ecclesiarum, locupletes habere subiectos, abūdabit enim fiscus, & Imperium, si abundet & subiectis locupletibus.

¶Interest equidem reipublicę, ne quis rebus suis male vtatur. Instit. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. pe. Facit tex. in l. 1. in principio. ff. de cura. furio. Dec. consi. 432. col. 2. cum sit.

¶Et dic quòd interest reipub. aliquando principaliter, aliquando secundariò. Primò quidem, vtpotè ꝙ mulieres non remaneāt indotatę, & hoc est inductum in fauorem publicū, vt viri facilius inducerentur ad matrimonia cōtrahenda, per ea quæ habentur in l. 1. ff. sol. mat. sic dicitur ęditum principaliter in fauorem priuatum.

¶Secundariò vero in fauorem publicum, quia lex in dubio, quæ respicit solum commodum pecuniarium & patrimoniale priuati principaliter, dicitur respicere fauorem priuatum, secundario publicum. casus est clarus, vt Bar. in l. 2. in fi. ff. ad municipal. & in d. l. 1. ff. sol. mat.

¶Poteris etiam ponere exemplum in statutis excludentibus fęminas propter masculos, quia dicitur concernere publicam vtilitatem, saltem secundariò. Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. & huic statuto renunciat masculus. Bald. in d. l. maximum, versic. Sed pone frater. sequitur Maria. Socin. consi. 114. colum. antepen. viso testamento.

g ¶Reipublicæ. Quæ est sicut † quoddam corpus, quod 17 secundum Hely. in Croni. lib. 2. diuino numine animatur & regitur, cuius caput dicitur princeps, & senatores locum cordis tenent: iudices autem & præsides tenent locum oculorum & aurium, & oratores locum linguæ: cæterisque membris personę aliquæ reipublicæ com parari possent: hæc patent cuilibet sensato, vt in simili citat Maria. Soci. consi. 92. col. 7. versi. præterea. Et finis cuiuslibet Principis ac Reipublicæ est, vt bene omnes beatæque viuant, quorum curam gerunt, iuxta illud Philoso. omne

ens

ens ſemper appetit manere, & appetitus naturalis eſt omnium rerum ad ſui conſeruationem.nec eſt præſumendum leges in contrarium ſtatuiſſe ſeu prouidiſſe, vt in ſimili etiam dicit Maria.Soci.conſi.165.col.10.viſis inueſtituris.

¶Fauorabilis igitur dicitur reſpublica,adeo ꝙ non eſt inconueniens propter eam & illius vtilitatem,derogare equitati naturali.l.1.ff.de vſucapio. Alex.conſi.36.num.7. viſo themate, & dubijs.vol.6.

h 18 ¶Sic eſt inſtitutum. Dic & latius, ꝙ † matrimonij inſtitutio fertur eſſe duplex, vna ante peccatum in paradiſo, ad officium, vt thorus immaculatus & nuptiæ honorabililes forent, ex quibus ſine ardore conciperent, ſine dolore parerent.

¶Altera fuit cauſa poſt peccatum extra paradiſum, ad illicitum motum carnis deuitandum. Prima cauſa fuit vt natura multiplicaretur. Secunda, vt natura a peccato cohiberetur fieretq; (vt interpretantur Theologiæ profeſſores) multiplicatio ſpeciei humanæ, ad complendũ numerũ electorum,& ad conſeruationem indiuiduorũ.

i 19 ¶Nam generatio.Dic iſtud † nomen fore verbale, ſic comprehendere generatum & generantem,iuxta.no.in l.1.C.de procurato.& in l.1.ff.de duobus reis.Refert Pau. de Caſt.conſi.316.Supraſcriptus in 2.par.eſtq; aptum cõprehendere ex proprio ſignificatu, tam maſculos, quàm fœminas.c.ſtatutum.el 2.§.de hæreti.iuncta.l.3.ff.de libera.cauſa,ſecundùm eundem Pau.ibi.quod firmat Alex. conſi.61.in fi.ſuper eo.in 1.par.

¶Vide eundem Pau.conſi.338.ad primum quæſitum. par.2.

¶De hoc autem verbo,generatio,vide quæ latè tradit Alex.conſi.125.attentis verbis.vol.5.

¶Bonifacius Octauus. Cap.vnicum.

¶Ex ſponſalibus puris & certis &c.

SVMMARIVM.

1 *Conditione extante, non eſt idem ac ſi ab initio purè contractum fuiſſet.*
2 *Quando conditio deficit, perinde eſt ac ſi contractum non eſſet.*
3 *Conditiones quæ inſunt, non faciunt conditionale legatum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Implementum conditionis eſt indiuiſibile.*
2 *Affinitas duplex reperitur, legitima & illegitima.*
3 *Quare matrimonium cum furioſo de facto contractum dicatur nullum.*
4 *A pari procedunt furioſus & mentecaptus.*
5 *Mentecaptus quis dicatur & furioſus.*
6 *Qui dicantur conſanguinei.*
7 *De natura conditionis non eſt ſtatim inducere, ſed actum ſuſpendere in euentum, vel defectum conditionis.*
8 *Idem legatum factum bis in eodem teſtamento, vnum ſub conditione, & aliud ſimpliciter de eadem re.*
9 *Sponſus & ſponſa qui dicantur.*
10 *Expreſſum eius quod inerat non debet plus operari, quàm ſi expreſſum non eſſet.*
11 *Id quod princeps poteſt, dicitur remedium extraordinarium & impoſſibile.*

EX SPONSALIBVS. Hæc decretalis primò tractat de pluribus ſponſalibus, diuerſis temporibus cõtractis purè. Secundò.§.[ille] de ſponſalibus,quorum a prima ſunt contracta ſub conditione: ª Prima in duas, Primò ponit caſum in genere. Secundò.§.[quare] illum quo ad ſecũdam partem declarat in ſpecie. Dic ergo [puris] a conditione vt differat a.§.vlt. ĩ.eo.[certis] non incertis,& eſſent certa ſponſalia ſi quis diceret, habebo iſtam filiam Petri. Sed ſi diceret vnam de filiabus non eſſent certa ſponſalia ſ.eo.ad audientiã.& facit ad hoc.ſ. b eo.c.ex literis.2.[affinitatis.]ᵇ ĩ.de conſangui.& affinita. [fridigitatis.] ĩ.de fridigis & malefi.[religionis.] ĩ.qui cleri.vel vouen.[aut alia.] ĩ.de cogna.ſpirituali,& decogna.lega.& in multis alijs titulis [defectu] qui facit con- c tractum nullum ᶜ.30.q.2.vel.29.q.2.§.is ita.in prin.Idem ſi ſit nullus iuris præſumptione.ĩ.de deſponſa.impuber. d literas.& c.acceſſit,[matrimonia] cum cõſanguinea ᵈ vel affine.ſ.eo.ad audientiam. Et ſic non obſtat.ſ.eo. ſi inter. quia ibi erat maius & minus affectu & effectu, hic equale e ſaltẽ affectu:& ibi eſt caſus diuerſus,q̃a hic ſunt duo ᵉ impedimenta.ibi vnum.

Item contra de matrimo.contra.inter eccle.c.1.Sol. fuit prius proceſſum, vnde illa cum tertio remanſit,non cum primò,cum quo tantum fuerunt ſponſalia,ſed cum tertiò matrimonium.ſ.eo.ſi inter [non autem] ſcilicet eſt efficax impedimentum &c.[ad præcedentia,] ſcilicet, ſponſalia [diſſoluendum] quod eſt verũ niſi maius vinculum interueniat.ſ.eo.ſi inter.in prin.& verſi.vlt.arg.ſ. hoc lib.de vo.& voti redemp.c.vno.in fi.& præmiſſa ſtatim declarantur [fecit] ſponſalia de futuro cõtrahendo. Quid ſi ſponſalia de præſenti contrahat cum ſecunda? Idem.ſ.eo.1.reſpon.ſecus ſi ſecunda non eſſet affinis, vel f conſanguinea.ſ.eo ſi inter.2.reſpon.[ſub conditione ᶠ.ĩ. de conditio.appo.ſuper eo.

1 Et ſic not.† conditione extante,non eſt idem ᵍ ac ſi ab g initio purè contractum fuiſſet.arg.ſ.hoc lib.de reſcrip.c. ſi pro te,& dic vt ibi.

¶Sed contra.ff.qui po.in pig.habeantur.l.potior, dic vbi primò purè ſponſalia ſunt contracta,diſſoluunt ſecunda.ſ.eo.1.reſpon.Sed vbi prima ſunt ſub conditione de futuro,vbi non eſt debitum,ſed ſpes indebitum iri.Inſtitu.de verb.oblig.§.ex conditionali, tunc propter vinculum ſuperueniens effectus dictæ ſpei tollitur per vin- h culum ſequens, quo redditur ſponſus ʰ inhabilis primæ ante exiſtentiam conditionis.arg.ſ.de iure iuran.quemadmodum.& ff.de iure do.ſtipulationem.

¶Sed ſi non eſſet natum impedimentum, exiſtentia conditionis traheretur retro.d.l.potior.arg.ff.de pigno. 2 ſi fundus.§.1.vnde ſicut ſi conditio † deficeret,eſſet perinde,ac ſi non eſſet contractum.C.communia vtriuſq; iudi l.ſi cum patrono, ſic conditio quæ non poteſt extare iure inhibente,non permittit ius retrotrahi.

i Sed pone.conditio apponitur quæ ineſt ⁱ vt ſi Deo placuerit & Eccleſiæ, nunquid ſecunda ſponſalia purè con- 3 tracta præiudicant primis, videtur ꝙ non, quia † condi- k tiones quæ inſunt,non faciunt ᵏ legatum conditionale. ff.de conditio.& demonſtratio.l. conditiones extrinſecus.Dic contra nam tacitum ſi exprimatur,facit rem cõditionalem.ff.de lega.1.ſi ita legatum.§.1.Et aliqua expreſſa non valent,ſi tamen non exprimantur habent effectum.ff.de hæredib.inſtitu.ſi quis Sempronium.ff.de reg.iur.expreſſa.[extantem] & ſic loquitur de conditione quæ pendet ex futuro,non de illa quæ eſt de præſenti, vel præterito,ille enim extant in veritate, & ideo nõ morantur obligationem.ff.ſi cer.pet.proinde [oriarur] quia illa ſponſalia quæ non habent conſenſum de præſenti, ſed pendent ex futuro euentu, & ſic ſunt incerta, tamen poſſunt publicæ honeſtatis iuſtitia germinare ante exiſtentiam conditionis, & ob hoc ſponſalia poſt purè contracta ex primis ſub conditione contractis non impediũtur,& hoc declaro ſic, vbi purè contraho licet affectus nõ habeat effectum propter certum impedimentum,ex illo puro affectu naſcitur impedimentum contrahendi cum ſecunda.ſ.eo.ad audientiam, ſed vbi non afficior purè l ſed ſub conditione,deficiente cauſa,eſt perinde ˡ ac ſi nõ eſſet contractum.ff.de verb.obliga.decem ſtipulatus.2. reſpon.

ADDITIONES PROBI.

a 1 CONDITIONE. Cuius † implementum eſt indiuiſibile,& ſic pro parte fieri non poteſt, ideo non releuat.l.cui fundus.ff.de conditio.& demonſtratio.Cy.in l.ſi plures.C.de conditio.incerti. Alexan.conſi.65.in fi. volu.7.

b 2 Affinitatis. De duplici affinitate † legitima & illegitima,vide per Pet.de Anch.conſi.391.videtur prima facie, & quæ de ea affinitate ait Iaſ.in conſi.76.col.2.reuerendiſſimi.vol.3.

c 3 Nullum. Ex hoc capite firmatur quod † matrimonium cum furioſo de facto contractum dicitur nullum, caſus eſt.no.in c.dilectus filius.R.ſ.eo.l.furor.ff.de ſponſa.facit. l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.quia eſt

actus

actus qui consensu contrahitur, & perficitur, vt hic. c. cū locum. c. cum apud. s̄. hoc ti. l. nuptias. ff. de regu. iur. ergo est impossibile talem actum a persona non sane mentis, seu a mente capto celebrari: tacite dicas, nec expresse, de expresso consensu satis supra comprobatum est, de tacito apparet per regulam tacitam in l. qui ad certum. ff. lo-
4 cati. quod qui † non potest expressum, nec etiam potest tacitum dixi in c. nullus, in verbo, quàm tacitum. s̄. de electio. Et per idem dic de mente capto, quia hoc in casu a pari procedunt furiosus, & mente captus. l. 2. & ibi Bal. de
5 cura. furio. C. Licet de sui natura differant, quia † mente captus est cui mens, & consilium animi deficit, tamē nullum furorem ostendit. Bal. in l. si furiosi. C. de nup. & in l. humanitatis. col. 3. C. de impub. ver. venio ad quartū not. & in l. sed & milites. §. iam autem. ff. de excus. tut.

Furiosus vero propriè est ille qui cum rabie euidentis furoris est, vel qui proiicit lapides, & similia citata per Ias. & alios in lege, hac consultissima C. qui testamen. fa. pos. In tali enim non cadit obligatio naturalis, ita intelligas, quod s̄. diximus in proemio nu. 33.

Quomodo autem probetur furor, vide per Alexand. consi. 10. vol. 6. & Aret. consil. 13. uiso diligenter themate, vbi disputat, an ad ualiditatem matrimonii requirantur verba, si consensus potest haberi sine verbis.

d Consanguinea. Qui † dicantur consanguinei, uide per
6 Alex. cons. 82. in causa vertente vol. 1.

e Duo. Quæ magis quàm unum stringunt, dixi s̄. in c. 1. in uerbo, duo concurrentia. de rescrip.

f Sub conditione. Vide de conditione in contractu matri. apposita, per Ioann. de Anan. & ibi Lud. Bolog. consil. 15. circa testamentum.

g Non est idem. Dic quod † de natura conditionis non
7 est statim inducere, sed suspendere actum in euētum, vel defectum conditionis, non solum in conditione expressa, ut no. in l. 1. ff. de conditio. & demonstra. sed etiam in tacita no. in l. Item quia ff. de pact. tradit Maria. Soc. consil. 91. col. 4. versi. circa secundam, quod incipit, circa primum, qui subdit ibi, col. 7. in ver. Sed postremo unum no
8 tandum, quod si in † eodem testamento legatur vna res sub conditione, & postea repetatur idem legatum eidem & ab eo, in separato capitulo testamenti, mediantibus alijs capitulis, tunc nō inducitur repetitio qualitatis, sed potius correctio per text. in l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonstra.

h ¶Sponsus. Sponsus † & sponsa dicuntur ij. qui matri-
9 monio sunt coniuncti, quod nondum est consumatum, postquam verò est consumatum, dicuntur maritus & vxor. citat Pet. de Ancha. consi. 21. num. 7. pro solutione dubiorum. vide Deci. consi. 540.

i ¶Quæ inest. Vnum dic quòd expresso † eius quod ta-
10 citè inest, seu inerat non debet plus operari, quàm si expressum non esset. l. non rectè. C. de fideiussor. l. si arrogatio. ff. de adoptio. Alexan. consi. 187. col. 2. videtur prima consideratione. vol. 5. & consi. sequenti. nu. 15.

De conditione autem si Papa dispensabit, vide Cardi. consi. 57. Pro magnifico domino, vbi dicit alia sponsalia
11 non impedire, quia sub conditione impossibili † non dicitur remedium ordinarium & possibile id quod de gratia per principem fieri potest, sed extraordinarium & impossibile, quod autem fit sub conditione impossibili non tenet. c. fi. s̄. de pac.

k ¶Non faciunt. Vide in simili ꝙ expressio eius quod tacitè inest nihil debet operari. l. 3. de lega. 1. Alexan. consi. 38. col. fi. perspectis. volu. 6. & consi. 92. nu. 4. viso themate. volu. 4.

l ¶Perinde. Verbum est fictitium, dixi latè. in capitulo, cum. in tua. s̄. de consuetu.

¶Idem dic de verbo, intelligitur. glo. in l. hæres quandocunque. ff. de acquir. hæredi. Firmat per eam Maria. Soci. consi. 165. col. 12. versi. præterea dicitur visis inuestituris.

¶De desponsatione impuberum. Rub.

VISO de sponsalibus in genere, nunc prosequitur vnam speciem.

Bonifacius Octauus. Cap. Vnicum.

¶Si infantes adinuicem vel vnus maior septennio, &c.

SVMMARIVM.

1 *Infantes dicuntur minores septem annis.*
2 *Puberes qui dicantur & impuberes vide hic.*
3 *Si non valet vt ago, valeat tamen vt valere potest.*
4 *Quando deest consensus, non valet quod agitur.*
5 *In matrimonio carnali, non est propriè materia vel forma.*
6 *Carnalia citius conualescunt, quàm spiritualia, sicut naturalia, quàm artificiata.*
Ars imitatur naturam.
7 *Matrimonium spirituale quando initiatur.*
8 *Electio cadit verisimiliter in sapientes.*
9 *In re appetibili, qui tacet consentire videtur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Impubes aptus ad copulam contrahit matrimonium per verba de præsenti.*
2 *Plerumque id accedit vt extra id quod agitur tacita obligatio nascatur.*
3 *Præsumptio quæ resultat ex defectu solemnitatis, succumbit præsumtioni quæ resultat ex substantia rei.*
Vna præsumptio elidit aliam.
4 *Iuramentum habet vim clausulæ, si non valet vt ago, & cetera.*
5 *Consensus quomodo requiratur in matrimonio.*
6 *Fortè, aliquando stat affirmatiuè.*
7 *Verba sunt adinuenta ad demonstrandum conceptum mentis.*
In compaternitate contrahenda, requiritur duplex consensus, intrinsecus & extrinsecus.
8 *An consensus parentum requiratur in matrimonio liberorum.*
9 *Excommunicati contrahunt matrimonium.*
10 *Contrahere matrimonium quomodo dicitur de re appetibili.*
Conditio si contrahat matrimonium, non est conditio potestatiua de facili.
11 *Inter expressè consentire, & expressè contradicere, est dare mediū.*
12 *Quando scribitur iuxta consuetudinem, suffragatur vt hic.*
Quando patientia habeat vim consensus.

SI INFANTES. Hæc Decretalis habet quinq; di-
1 cta. Ecce primum [in fantes] †, id est. 7. annis minores. C. de iure delibe. l. si infanli. s̄. hoc lib. de tem po. ordi. nullus. & s̄. eo. literas. & c. accessit. ff. de sponsa. l. in sponsalibus. 32. q. 2. vbi [pro eis,] id est, minoribus, secus si essent maiores, & sponsalia contraherentur ipsis scientibus & non contradicentibus, tunc enim consentire præsumūtur. ff. de sponsa. sed. quæ patris. ff. solu. matr. l. 2. §. voluntatem [conualescunt.] s̄. hoc lib. de reg. iur. nō firmatur. Et cōsensus nouus verus vel præsumptus est necessarius. argu. ff. loca. l. item quæritur. §. fi. & l. sequen. & hic statim subijcit [nulla] hæc est alia nullitas ab illa quæ est. s̄. tit. proxi. c. vno. in fi. Nam hic est nullitas consensus simpliciter, sed ibi est nullitas pro tempore contractus, ex quo non est nata adhuc obligatio, sed est spes in debitum iri,
2 vt ibi notatur [pubes] vt masculus † qui impleuit. 14. an-
a num, & mulier quæ impleuit. 12. Sed dicuntur a impuberes qui sunt minores dictis annis. Insti. de nup. in princ.
b Insti. quib. mo. tute. finitur. in princ. [supplebat] b. s̄. eod. de illis. & de sponsa iuuenis. & s̄. c. ad id quod [de futuro.] s̄. eo. a nobis not. [non tenuit.] s̄. eo. literas. & c. accessit [subsecutam.] s̄. de spons. ad id quod, [modum.] ff. de ritu nup. minorem [agebatur.]
3 Nota † generale, si non valet vt ago, valeat tamen vt
c valere c potest. s̄. eo. a nobis.

Sed quare secus in electione vbi intenditur ad matrimonium contrahendum, si non valet vt ago, nec tamen valet vt valere potest? vt potè sicut postulatio. s̄. de postulatio. c. vlt.

Sol. vbi contrahitur intentione contrahentium matrimonium carnale, consensus est sine quo cetera frustrantur. 32. q. 2. vel. 39. q. 1. §. his ita. in prin. & s̄. de sponsa. tua. in fi. Sed vbi est consensus legitimus, saltem quo ad sponsalia. Si non valet, vt ago propter materiam indebitam ad matrimonium, valet tamen consensus, qui licet non

non operetur in id quod intendit, operatur tamen in materia ad sponsalia disposita.arg.ff.de pact.l.Item si vnus.§.
d si acceptilatio. Sed [d] si desit [e] † consensus non valet quod
e agitur.ff.de acceptila.An inutilis,secus in contrario,vt in
4 electione & postulatione prædictis vbi consensus eligen-
f tium nihil agit ꝙ nec etiam consensus [f] esse potuit cum electus non possit esse sponsus, & idem in postulatione, quæ ab eis nõ dependet, sed a gratia præsidentis.s.hoc lib. de elect.cupientes.§.pen.

5 Item in matrimonio † carnali non est propriè materia vel forma,cum solus consensus sufficiat, verbo,nutu, vel aliàs expressus,s.eod.cum apud. & c.tuæ.& s.de coniug.seruo. c.fi. Sed secus in electione, & postulatione,
g quæ certis formis habent [g] fieri.

¶Nec obstat.s.eod.cap.tua nos. in fi. vbi tangitur de forma, quia ibi vocat formam quemcunque modum exprimendi consensum.

6 Item † carnalia citius conualescunt,quàm spiritualia, sicut naturalia, quam artificiata: nam & si ars imitetur naturam, non tamen ei attingit, licet quantum potest multum laboret, & matrimoniũ spirituale est quasi artificiatum respectu matrimonij carnalis, quod iure naturali initatur. distin.1. ius naturale. s.de transla.episco. licet.in prin.

7 Et per illud capi.posset responderi quòd † per postulationem,seu electionem non est initiatum spirituale matrimonium,sed initiatur ex consensu eligentium & electi vt ibi,vnde non est mirum si præcedentia consensu euacuentur,fortius,quàm illa quæ consensu ligantur.s.hoc lib.tit.proxi.per cathecismum.

8 Item † electio est quæ cadit verisimiliter in sapientes, quia patrem eligunt & rectorem futurum pluriũ,& ideo eorum culpa multum contaminat.

h Sed fatui [h] & fatuę, maiores & minores matrimonia
i contrahunt.[i] s.de resti.spo.ex parte.

Vnde de talibus accipi debuit quod elici ex eisdem potuit [obligantur.] ff.de sponsa. in sponsalibus. cum enim
k hic agatur de re appetibili [k] † per naturam, qui tacet con
9 sentire videtur. [l] ff.manda.qui fidem.& l.qui patitur.& s. hoc lib.de reg.iur.qui tacet. Idem in casu præmisso.argu. ff.de ritu nup.minorem [alias] s.quàm in casibus præcedentibus [obligantur.] ff.de spon.filio.& de ritu nup. nõ cogitur.& l.seq.

ADDITIONES PROBI.

a SED DICVNTVR. Pro intento text.nostri vide quæ no.Domi.consi.24.quia diffusè.

b Supplebat. Pro hoc vide Car.cõsil.4.priuilegia ætatis.
1 vbi discutit ꝙ si puella † proxima pubertati(fortè per sex menses) alias apta ad copulam (vt prima facie per corpulentiam apparet) contrahit cum Titio matrimonium ꝑ verba de præsenti, ꝙ hoc est verum matrimonium: si Titius sit ætatis validę,ideo si puella postea cõtrahat cum Sempronio, & inter eos subsequatur copula, ꝙ primum matrimonium est validum,& secundum nullum, quod probatur per iura & authoritates per eundem Cardi.adductas, maximè per text.nostrum, pro quo vide eũdem Card.consi.119.casus talis asseritur.

c Valere potest.l.si is qui.in §.plerunq;.ff.commoda. vbi
2 dicitur,plerunq; † enim id accidit,vt extra id quod ageretur,tacita obligatio nascatur. vbi gl.adducit cõcordantes quod facit,ꝙ intendens fieri compater meus, credens filium meum leuare,leuat tamen filium tuum, nõ meum, non meus,sed tuus compater erit,istud firmat latius Francus in regula,potest quis,in fi.hoc lib.

Et dic hanc regulam secundùm Maria. Soc. consi.137. post princi.multum eleganter ꝙ vbi est defectus solemnitatis,non habet locum.l.1.§.si quis.Ita.ff.de verb. oblig.
3 subdunt ibi ꝙ præsumptio † quæ resultat ex defectu solemnitatis,succumbit præsumptioni quę resultat ex substantia rei.l.non codicillum.ibi Doc.C.de testa. Et sic succedit regula quam citat Alex.in consi.75.num.8. videtur. vol.3.ꝙ vna præsumptio elidit aliam.l.cum de indebito. in prin.ff.de proba.l.diuus.ff.de in integ.resti.c.ex literis.s. de proba.& plenè in c.in nostra.s.de testib.

Vide pro hac via brocardica Lap.allegat.88. colum.2. commune.

Postea attende ad Areti.in consi.21.col.2. si diligenter.
4 vbi dicit ꝙ iuramentum † habet vim huius clausulæ,si nõ valet, vt ago &c. l.cum pater.§.filijs matrem. de lega.2. Bart.in l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. idem Areti. consil. 24. col.1. Quatuor. quod intellige secundùm eundem, ibi, colum.2.videlicet ꝙ habet vim clausulæ,vt suppleat solemnitatem, non vt extendat consensum Bart.in d.l.si quis pro eo.in prin.

d ¶Sed si actu imperfecto ratione voluntatis non interuenientis. Vide per Alexan.in consil.76.volum.3.ponderatis his.

e Desit consensus. Vtriusq; vel vnius † tantum,iuxta dif-
5 finitionem matrimonij descriptam s.in rub.de spõ. quia si desit consensus vnius,nihil actum est, licet interuenerint verba de præsenti cum carnali copula, vt potè si aliquis iuuenis amore cuiusdam puellæ captus promittit ꝑ verba de præsenti, vt facilius copulam extorqueat, & sic de facto matrimonium factum contrahat, non tenet in foro animæ,nec dicitur matrimonium, cum semper habuerit ꝙ id animo contrahendi non faceret, in foro autem contentioso procederet, quia dijudicaretur verum matrimonium.not.Scrib.per tex.in c.tua nos.s.de spons.
6 qui ibi communiter dicunt,ꝙ dictio fortè † ibi posita stat affirmatiuè,siue assertiuè,non dubitatiuè.Et hæc vera est resolutio in puncto.testatur Maria.Soc.consi.28.circa principium.vbi adducit vnum quod citant Scrib.in c.is qui fidem.s.de sponsa. ꝙ si aliquis bona intentione contraxit sponsalia de futuro, deinde fornicationis affectu talem sponsam cognouit, non est verum matrimonium:vnde si postea contrahat cum alia, tenet secundùm matrimonium. Et subdit quod casus contingeret ꝙ compelleretur redire ad primam, scilicet eo quia non posset probare intentionem suam fuisse duntaxat fornicariam, quia illam non declarauit, & quia nollet redire, excommunicaretur, debet potius excommunicationem pati quàm redire ad primam.

¶Et sic habes concludere ꝙ in matrimonio requiritur ad illius complementum duplex consensus,intrinsecus videlicet & extrinsecus,qui vltimus dicitur demonstratiuus intrinseci.not.Domi.in consi.61.super præmisso dubio. principalior autem dicitur intrinsecus,& extrinsecus quoddam signum demonstratiuum, quod apparet facto & verbis,de facto patet in c.cum apud.ad fi.s.hoc titu. & c.1.s.de sponsa.duorum. De secundo videlicet verbis,no-
7 tum est apud Philosophos: † quia verba sunt adinuenta ad demonstrandum conceptum mentis.c.intelligentia. s.de verb.oblig. Firmat intentum idem Domi.consi.116. Beatissimè pater.& consi.130.in fi. Quo ad delictum.vbi idem videtur concludere de compaternitate, vt non contrahatur,nisi sit intentio contrahendi, & sic consensus intrinsecus,nec sufficit extrinsecus, putà intentio,vel responsio ad baptizantem pro baptizato,vt credo,renũcio, & cętera huiusmodi quod nota.

f Consensus.† An in matrimonijs liberorum requiratur
8 paternus consensus.vide per Steph Bertran.consi.148.ponitur in facto.par.1.& ibi latissimè de hoc consensu matrimoniali,vide Lap.alleg.8.vbi dicit,matrimonium non potest constare ex consensibus iteratis,cum sit res indiuidua. Dicit equidem alleg.57.col.2.ꝙ substantia matrimonij est consensus,& forma est expressio verborum,quę in valentibus loqui requiritur,vt ibi comprobat.

g Habent fieri. Ratione huius non habet locum regula. Quòd si nõ valet vt ago, valeat vt valere potest,& hoc ꝑpter defectum formæ.Barto.in l.1.§.si quis ita.vbi las.post alios.ff.de verbo.oblig Canonistæ in c.super abbatia s.de offic.delega.Non habet etiam locum hæc regula,quotiẽs sequitur inconueniens ex aliquo actu, quia tunc licet nõ possit valere, vt agitur, nec etiam alio modo.Domin in c.Romana.§.fi.col.4.de sent.excommu.hoc lib.refert Bartho.de Cassan.consi.1.§.octauo probatur. circa fi. Et quo ad hoc quod dicit Domin.de inconuenienti, tenent ibi Ioan.Mona. & Ioan. Andr. & communiter alij ibi.

h Sed fatui & fatuæ.Dum tñ non sint furiosi & mente capti, quia hi carent consensu quod est principalius hmõi actus.comprobat Alex.in consi.54.ad quæsitum.vol.1. dixi.s.in c.vnico.tit præcedenti.in ver.nullum.

i Contrahunt. Etiam † excommunicati.not.Alex.consil.
9 56.nu.5.in præsenti.vol.4.

¶Appeti-

k ¶Appetibili. Idem Ioan.Mona.in c.qui tacet.§.de reg. iur.vbi dico.

10 Dicitur † quippè appetibile respectu mulieris.l.2.C. de indicta vidui. tollen. & l.quæritur. in princi.ff.de edi. edicto.Dec.consi.163.col.pen.in causa matrimoniali.

Item licet contrahere matrimonium dicatur de re appetibili,ego tamen conditionem,si contrahat matrimonium fore de conditione potestatiua non facili, vt diximus de ingressu religionis,.& martirio. not.Alex.consil. 47.nu.12.in causa & lite vertente.vol.6.

Et pro intento Ioan.Mon. Adde Domi.consi.55.col.fi.

11 Quidam populus.vbi vnum subdit notandum ꝙ inter expressè consentire & expressè contradicere est dare medium, videlicet neutrum facere.c.sicut tuis.§.de symo.

l Consentire videtur. Vide tu casum in quo habet locũ regula nostra licet nõ sit in re appetibili:quem ponit Maria.Soci.consil.94. colum.3.præstantissimi.quod si iuxta

12 † cõsuetudinem a Castellanis dari sunt fideiussores apud officium qui passi sunt se describi & nihil dixerunt,nõ redarguitur tabellio,qui conficiendo instrumentum dicit ipsos per stipulationem promisisse.alleg.pro hoc.l.manumissio per lictores.ff.de manu.testa.vbi si iuxta consuetudinem simpliciter scripta est fideiussio,in ea omnis solẽnitas intelligitur a iure & statutis requisita,ratio præmissorum,quia talis sic tacens poterat contradicendo descriptionem impedire, alias si non potuisset, non habet locũ regula not.Alex.consi.8.viso.vol.5. quem vide pro regula consi.1.circa fi.vol.2.vbi dicit post Bar.& alios in l.quæ dotis.ff.sol.matr.& Doct.in l.inuitus.C.de procura. & Canonistas in c.nonne.§.de præsumpt. ꝙ si quis † erat præ-

13 sens & tacens actui difformi a me celebrato,si non tractatur de magno præiudicio ipsius patientis videtur consentire l.quàm Tuberonis.§.sunt quædam.ff.de pecu.& l.Sabinus.commu.diuid.& l.Labeo.cum glo.ff.de aqua plu. arcen.vbi autem tractatur de commodo alicuius scientis & patientis, talis patientia habet vim consensus.l.si remunerandi.§.passus.& l.qui patitur.ff.manda.

¶De cognitione spirituali. Rub.

a DICTO de vno impedimento matrimonij, vt de impubertate, nunc prosequitur de alio.

ADDITIONES PROBI.

a DE ALIO. Videlicet de cognatione spirituali,quę non contrahitur inter Iudæos.notat Alex.cõsi.157. circa primum.vol.5.

Et attende in proposito ꝙ vbi in cognatione spirituali dispensatur per pœnitẽtiarium maiorem, vt cum quis tenet in sacro fonte vel in cõfirmatione filium vel filiam, ille vel illa filius vel filia spiritualis,attinet in cognatione spirituali cum filijs carnalibus leuantis,vel tenentis in cõfirmatione no.Io.Mo.in c.fi.isto titu.

Item quo ad expeditionem dispensationis tangit, habes ꝙ literæ in cognatione spirituali taxantur eodem modo,sicut in tertiò gradu consanguinitatis, vel affinitatis,addendo tamen aliquod minimum vltra,in quo non comprehendas compaternitatem,quia dispensatio ratione impedimenti ex ea procedentis solet multum taxari, vt patet curialibus. Etiam dempto ꝙ in cognatione spirituali ab ipsa compaternitate nulla est compositio cum datario,siue scienter consummatum,siue ignoranter, siue de contracto,siue de contrahendo.

Item dic in consanguinitate sunt coniuncti, & in affinitate se attinent.

Vt autem habeas aliqualem cognitionem dispensationum huiusmodi impedimenti & aliorum videlicet consanguinitatis & affinitatis& compositionum, quæ in curia percipientur ratione earum,attende ad sequentia. Primò quando petitur dispensatio de contrahendo, siue de contracto ignoranter in quartò consanguinitatis etiam consummato adest compositio. Si verò de scienter contracto & non consummato, non est compositio cum datario, sed adduntut carlini aliqui propter absolutionem, quia sunt excommunicati. in Clem.vnica.de consangui.& affinita.& hoc nisi præcesserit Episcopi absolutio,qui eam talibus potest.no.ibi gl. pen. ideo vt euitare possis illam taxam,sis cautus,ut prius facias per Episcopũ absoluere tales,aliàs impetratio dispensationis uideretur nulla.c.1.§.de rescrip.hoc lib.nisi apponatur clausula solita,teq; a quibusuis excommuni.&c.

Tu tamen dic ꝙ tales dicuntur absoluti etiam si non sit obtenta ab Episcopo absolutio, vel in dispensatione non describatur ipsa clausula, per ea quæ tradit speculatoris additionator in titulo de dispensationibus.ver.nũc breuiter, ꝙ dispensatus contra Cle.vnicam,de consang. & affinita.eo ipso videtur absolutus a censuris iuris in ea contentis, etiam non facta mentione de absolutione.vide quæ ad comprobationem tradit Brunellus in tractatu de matrimo.conclu.26.& Petr.de Ancha.consi.204. col.4.tria dubia.Alex.consi.60.col.fi.visa legitimatione. volu.2.

¶Et propter hoc non ponitur clausula hæc in talibus dispensationibus prout expertus loquor.

Item si consummatum fuerit matrimonium est compositio cum datario Papæ arbitraria. Si autem promiserunt inuicem se accipere, & postmodum scientes impedimentum, se cognoscunt, tunc ista promissio transit in matrimoniũ per copulam subsecutam, & vocatur matrimonium præsumptum & est compositio cũ datario.

¶Et in quartò siue sit matrimonium simpliciter siue præsumptum, eodem modò literæ taxãtur ad rigorem,siue scienter contracto & non consummato vel consummato. Si verò sit præsumptum matrimonium ignoran. idem sicut de contracto ignoranter & consummato.

Et quando sunt in tertiò & quarto,dantur duæ literæ, quarum prima est simpliciter super quartò. Secunda est quæ vocatur declaratoria super tertiò, nec ratione tertij gradus, quando sunt.in 3.& 4.est compositio cum datario,sed ratione consummationis, quando est de scienter cõtracto & consummato in quartò. Et fauore matrimonij fit computatio a remotiori gradu,videlicet a quartò gradu,& non a tertiò.not.in c.fi.§.de consang. & affini.& hoc casu non est compositio.

¶Et attende etiam quòd ea quæ dicta sunt de consanguinitate, similia sunt quo ad taxam & expeditionem literarum,& compositionem cum datario totaliter in affinitate, dempto videlicet, ꝙ quando affinitas prouenit ex actu in fornicario præcedente,& hoc est secretum:tũc siue scienter siue ignoranter & contractum est, consummatum siue non consummatum,etiam si in tertio simpliciter,vel in secundo & primo gradu, nulla est cõpositio, quando in præmisso casu videlicet, quando affinitas huiusmodi prouenit ex actu fornicario, datur vna litera tantum clausa, & tantum taxatur, quo ad expeditionem ac si esset aperta.

¶Et vbi in foro publico sunt necessarię duę literæ,vna videlicet super posteriori gradu,quę vocatur dispensatio, alia vero in propinquiori gradu, quæ vocatur declaratoria, quando scilicet sunt in gradu inæquali, in foro secreto,videlicet quãdo affinitas prouenit ex actu fornicario; tamen est occulta,datur vnica litera,quæ tantum taxatur ac si essent duæ literæ.

¶Item datur etiam dispensatio de cõtrahendo *in tertio* & quarto, vel in quarto simpliciter, sicut de contracto & consummato, vel non consummato scienter vel ignorãter in affinitate proueniẽte ex actu fornicario per literam apertam,vt præmissum est de consanguinitate.

¶Sed de contrahendo simpliciter in tertio affinitatis ex actu fornicario,non datur in foro conscientiæ: ergo à fortiori,nec in primo nec in secundo.

¶Sed si iam contraxerunt etiam in primo gradu,dispẽsatio datur, quòd remaneant: nec est compositio cum datario. Et hoc ne mulieres diffamentur,prout supra dixi in proęmio, in verbo, relaxatio: & etiam fauore matrimonij,cũ in illius præiudiciũ neutri crederetur, quod similia fecissent,maximè quando occultum est.

¶ Et si partibus crederetur, in similibus multa fierent diuortia, etiam si non esset verum, & inde multa & infinita orirentur scandala.

¶Item in tertio gradu simpliciter in consanguinitate vel affinitate in foro publico & notorio, siue sit de cõtrahendo, siue de contracto scienter vel ignoranter,semper fit cõpositio cum datario arbitraria: & plus soluitur pro nobilibus,quàm pro non nobilibus.

¶Item

¶ Item ſi alter ipſorum contrahentium eſſet in tertiò, & alter in ſecundò, tunc datur ſecunda litera declaratoria, & ratione ſecundæ datarius pro compoſitione vult habere.50.vel ad minus.40.duca.quādo verò ſunt pauperes,ſeparantur ſi iam contraxerunt.

In ſecundò ſimpliciter conſanguinitate vel affinitate notoria non datur per officium pęnitentiariæ,ſed per cameram contradictarum.

¶ Item ſi contrahentes vel contrahere volentes ſunt coniuncti in conſaguinitate,& vlterius ſe attinent in affinitate,tunc taxę literarum multiplicant ſecundum gradus perinde ac ſuper conſanguinitate literæ & aliæ ſuper affinitate expedirentur.

Attendendum tamen eſt ꝙ ſi eſſent cōiuncti in tertiò affininitatis & quartò cōſanguinitatis gradu,tūc rōne tertij gradus eſt compoſitio cum datario:ideo ſuper illo expediuntur literæ ad partem. Et ſuper 4. vbi non eſt compoſitio etiam expediuntur literæ ad partem, nihilominus ſi eſſent inſimul in tertiò conſanguinitatis & tertiò affinitatis,quia ratione dictorum graduum requiritur cōpoſitio,expediuntur ambo gradus in eadem litera,& duplicatur taxa. Et hæc nota,quia alibi non reperies.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶ Nedum inter baptizatum & illum qui eū ſuſcepit &c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Tenentes puerum ſuper fontibus poſt baptiſmum factum in camera an contrahant cognationem ſpiritualem.*
2 *Quod nullum eſt non poteſt inducere effectum validum.*
Nullum perdit nomen ſuum.
3 *Paria ſunt facere actum prout ſonat in facti & iuris effectu,vel prout in facto, ſed non ſonet in iuris effectu.*
4 *Matrimonium ſiue ſponſalia nulla inducunt impedimentum publicę honeſtatis iuſtitiæ.*

NEDVM. Hæc Decretalis habet tria dicta. Primò, regulam quæ & quot cognationes ſpirituales cōtrahentur ex ſuſcipiente aliquem in baptiſmo,a ponit. Secundò,§.[& eadem]hoc idem ad baptizantem extendit. Tertiò,§.ex[confirmatione]in ſuſcipientem in confirmatione,& confirmante idem eſſe aſſerit[filios.]ſ.eod. veniens[ab eodem.]ſ eod.Martinus.& c.veniens.[cenſenda.]ſ.eo.ex literis.[contracta.] de conſecra.diſtin.4. non plures.

ADDITIONES PROBI.

b IN BAPTISMO. † Quid dicendum ſi puer fuerit 1 in caſu neceſſitatis baptizatus in camera,& poſtea conualeſcat:ratione cuius adhibetur ſolemnitas introducta ab Eccleſia,videlicet illum ſuſcipiunt compater & commater. An inter ſuſcipientes & leuatum ac parentes leuati contrahatur cognatio ſpiritualis,in hoc videtur dicendum ꝙ ſi in camera interuenerit verum ſacramentum, id quod poſtea ſequitur,videtur ſuperfluum,cum tale ſa-
2 cramentum non reiteretur. Et ſic quod † nullum eſt nō poteſt inducere effectum validum.cap.ad diſſoluendum. ſ.de deſpon.impube.& cap.auditis.ſ.de elect.iſta eſt regula trita, non præſtat impedimentum &c. facit quod citat Domin.conſil.11.lite pendente. quod nullum perdit nomen ſuum.cap.fin.de re iudic.hoc lib. hinc eſt quod non poteſt dici primum,nec ſecundum,nec æquale,cum non debeat connumerari inter alios.c.factus eſt Epiſcopus.7. q.1. ad idem, quod non eſt, perpetuari non poteſt.not. Doct.in c.de cauſis.ſ.de offic.deleg.idem Domi.conſi.34. in fi.graduatus.

¶ Vide quæ latè dixi in cap.1.in ver.non ſunt.ſ.de confeſſ.

¶ Tu tamen dic poſt eundem Dom.in conſ.33.colum. 3.pro examinatione.quia aut ſacerdos non ſeruauit omnia ſolemnia requiſita in baptiſmo, quia propter feſtinantiam & periculum mortis ſolum eum aqua baptizauit in forma Eccleſiæ non faciendo eum cathecuminū, & cum pabulo ſalis & alijs requiſitis, & tunc licet non eſſet neceſſaria reiteratio baptiſmi, quo ad aquam tamē in forma Eccleſiæ debent ſuppleri illæ ſolemnitates omiſſæ, & fieri cathecuminus, vt patet in c.1.& 2.ſ.de ſacra.non iterand.& ideo ſi ſubſequentur aliæ ſolemnitates,ratione earum contrahitur compaternitas, vt id ipſe Domi.comprobat, maximè per cap.ſequens. & licet baptiſma non teneat, cum validum præceſſerit,tamen ſuffi-
3 cit quòd leuet de facto,cum † paria ſint facere actum prout ſonat in facti & iuris effectu, vel prout in facto, ſed nō ſonet in iuris effectu.c.nuper.ſ.de biga.& Cle.quod circa. de electio.

Et quòd ad inducenda impedimenta matrimonialia, etiam habilia ad dirimendum matrimonium poſt cōtractum ſufficiat facere actum prout ſonat in facto,licet nō valeat, prout ſonat in iuris effectu,eſt tex.ſ.de ſponſal.ad audientiam.& c.1.ſ.de ſponſa.hoc lib. vbi Franc.dicit in
4 4.not.illum text. fore ſingularem,quod † ſponſalia nulla de iure poſitiuo putà contracta cum cōſanguineo, vel affine, frigido vel monacho inducunt impedimentum publicę honeſtatis iuſtitię ad impediendum,dirimēdum ſequentia ſponſalia,vel matrimonia. Sufficit ergo quòd baptiſma fuerit de facto celebratum, & quòd tales leuantes intenderint habere filium ſpiritualem.

Bonifacius Octauus. Cap.II.

¶ Per cathecismum qui præcedit baptiſmum &c.

SVMMARIVM.

1 *Cathecismus dicitur, vt hic.*
2 *Baptiſmus eſt primus & magis neceſſarius inter ſacramenta.*

PER CATHECISMVM. Illa quæ procedunt baptiſmum in cathecismo, impediunt matrimoniū cōtrahendū,ſed nō dirimunt iam cōtractū,ſimile.ſ.hoc lib. de voto.c.vno.ſ.de iur.iuran.c.quemadmodum.

1 ¶ Et dr̄ † catheciſmus a cathetizo qđ idē eſt qđ inſtruo, ſeu doceo pręſertim in fide.vnde Apoſtolus Gala.6.communicet his qui cathetizatur verbo Dei,qui cathetizat.i. inſtruit ſe in omnibus bonis. vnde catheciſmus.i.inſtructio,ſeu doctrina:& de hac doctrina, ſeu inſtructione habetur de conſecra.diſt.4.catheciſmi[fundamentum.]ſ. de presbytero non bap.veniens.in prin.

2 Eſt † enim baptiſmus primus & magis neceſſarius inter ſacramenta,& ob hoc meritò ianua ſacramentorum dr̄.32.diſt.§.porrò.in fi.[euidenter.]ſ.eo. contracto[dicendo enim.]ſ.Clemens in d.Decretali,quod talis.&c.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶ Quamuis non plures quam vnus vir, &c.

SVMMARIVM.

1 *Nulla cognatio ſpiritualis inter ſuſcipientes contrahitur.*
2 *Per ſuſceptionem in baptiſmo inuenitur fraternitas.*
3 *Euchariſtiæ ſacramentum eſt excellentius.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Omnia dicuntur permiſſa niſi ſint ſpecialiter prohibita.*
2 *Quando non eſt iure cautum,nos dicere non debemus.*
3 *Nihil inducit priuationem, niſi quod iure cauetur.*
4 *Irregularitas non contrahitur,niſi expreſsè iure caueatur.*
5 *In dubio quis non punitur pœna falſi,quando non eſt in iure expreſſum.*
6 *Interpretatio fit ne quis in pęnam incidat.*
7 *Filius ſpiritualis diligat patrem ſpiritualem.*
Maior eſt cognatio ſpiritualis quàm carnalis.
8 *Per tres modos contrahitur paternitas.*
9 *Compater an poſſit eſſe teſtis ſui compatris.*

a QVAMVIS.a Hæc Decretalis habet tria dicta.Primò ius antiquum narrat,& ad illud addit. Secundò, §[de confirmatione] præmiſſa ad confirmationem extendit. Tertiò, §.[ex datione]dubium excludit. dicit ergo [inſtituta] de conſecratio. diſtinct.4. non plures.ſ. eodem.ſunt. 30. quæſt. 4. quod autem vxor [ſi tamen]

hic ad ius antiquum adijcit [accesserint] eundem puerum de sacro fonte insimul suscipientes [contrahitur] inter suscipientes b & susceptum licet plures non debuerũt suscipere. s. eo. i. respon. nulla † tamen cognatio spiritualis inter suscipientes contrahitur, cum hoc non reperiatur c iure cautum. d Et † licet per susceptionem in baptismo inueniam fraternitatem: verbi gratia. Ego baptizaui Petrum, vel suscepi de sacro fonte, iste est filius meus. Et si habuero filium naturalem, vel filiam, non potest contrahi matrimonium inter istos. super eo. & cap. ex literis. quia reperitur, & filiatio, & fraternitas respectu eiusdem patris spiritualis ex parte vna, & ex alia carnalis. Sed non reperio suscipientes adinuicem coniunctos. s. eo. nedum [habendum] idem in cathecismo de consecra. distin. 4. in cathecismo. & c. seq. [oritur.] Sed quæ est ratio? dic quòd ista sunt prima & principalia sacramenta, vnde ista plus influunt in causatum, quàm alia.

3 Sacramentum tamen † Eucharistiæ est excellentius. e

Item in baptismo est spiritualis generatio f vnde Saluator ait, oportet vos nasci denuò. s. de baptismo. c. debitũ. & ideo dicitur ibidem esse paternitas, & filiatio, non sic oritur ex alijs sacramentis.

ADDITIONES PROBI.

a QVAMVIS. Vide Dec. consi. 442. visa legitimatione. num. 8.

b Inter suscipientes. Istud placet Card. in c. Martinus. s. hoc titu. vbi dicit matrimonij edictum fore prohibitoriũ prout dicitur in testibus.

c Non reperiatur. Vide quod in simili dicit Alex. in consi. 84. col. pen. in causa vertente. volu. 1. & consil. 97. in fi. principalis. eo. vol. 1.

d Iure cautum. Et sic videtur permissum per regulam, ꝙ 1 † omnia dicuntur permissa nisi sint specialiter prohibita. l. necnon. §. quod eis. ff. ex quib. cau. maio. l. mutuus. §. cum quæritur. ff. de procura. l. ab ea parte. ff. de probat. l. 1. ff. de testib. per quod & alia Dec. consi. 501. in ciuitate. Alexan. dicit quòd si plures interuenerint in leuatione infantis ex sacro fonte, licet cognatio spiritualis contrahatur inter leuatum & inter eos qui interuenerunt, tamen non contrahitur inter eorum vxores, quia id videtur omissum, nec fit eo in casu extensio identitate rationis, vt ibi probat, quem videas.

Vlterius pro hoc dicto Io. Mo. hic ꝙ non reperitur iure cautum, ergo † nec nos dicere debemus. l. dissentientis. C. de repud. l. illam. C. de colla. l. si seruum. §. prætor. ibi, non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. & in authen. de non elig. secund. nuben. §. sin autem. Ibi, nec quelibet est lex aliquid tale dicens. col. 1. per quem tex. Bal. in authẽ. ex testamento. vol. 5. C. de secund. nup. ait ꝙ † nihil inducit priuationem, nisi quod iure cauetur. hinc glo. in c. fin. s. de iure pa. (pro qua text. in l. & si quis. §. diuus. ff. de religi. & sump. fune. gl. in Clem. 2. in verbo, suspensus, de vita & honesta. cler.) quòd nullus debet priuari beneficio, nec pęna priuationis incurritur, nisi iure exprimatur. Fely. in c. 2. circa princ. s. de iudi. Alex. in l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. & in consi. 92. num. 17. perspectis. volu. 6. & consi. 212. num. 5. ponderatis his. vol. 6. & consi. 52. num. 12. circa hanc. vol. 4. & consi. 103. num. 22. videtur prima consideratione. volum. 1. Idem Alex. & Ias. in l. diuortio. §. si fundum. ff. eod. idem Ias. in l. quod te. col. 11. ff. si cert. peta. glo. in summa. 15. q. 8. latè per Io. de Ana. in c. 1. sub num. 2. s. de maledicis. Luc. de Pen. in l. 1. col. 5. de priuileg. schola. lib. 12. vide quæ dico in c. is qui. de senten. excommu. & Petr. de Ancha. in c. pen. col. 2. vers. in contrarium. s. ne cleric. vel monach. hoc lib. vbi dicit quòd † irregularitas est de iure positiuo. & nunquàm contrahitur, nisi hoc expressè iure caueatur. dic c. is qui. no. Innoc. in c. tanta. s. de exces. prælat. sic arguit iurisconsul. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. & Papa in c. illa. s. ne sede vacan. Oldr. consi. 202. quidam monachus Barth. de Chassa. consi. 1. §. ad quintum præsuppositum. vers. nono. ꝙ anathematizari.

5 ¶ Item in dubio † quis non punitur pęna falsi, quando non est expressum a iure. glo. in ver. proferre. in §. quia verò verisimile. auth. de non alie. aut permutan. reb. eccles. colum. 2. Alex. & Ias. in l. iubemus. C. de testa. Barba. in c. mandatum. num. 41. s. de rescri. firmat propositum. Dec. consi. 170. ver. Secundò principaliter. viso themate.

Idem dic quando est dubium, quia non fit impositio pęnę per regulam, ꝙ † quando sumus in materia pœnali & stricta, debet dispositio interpretari, vt non incidat in pœnam, & sic in mitiorem partem. l. si de interpretatione. ff. de legi. & l. præsens. ff. de pęn.

¶ Ad thema facit quod notat Alex. consi. 165. num. 6. quod incipit. dubitatur an mulier. vol. 6. post Bald. in l. fi. in prin. in ver. tertiò quæro. C. de iure deli. vbi quærit. an si mulier, vel rusticus (quibus erat delata hæreditas) non fecerunt inuentarium 𝔦. tempus a iure præfixum, eis succurretur, & finaliter concludit quòd etiam si non potuerunt consulere peritiores, vel si consulere potuerũt, indistincte eis non succurritur, quia ex quo non reperitur iure prouisum, ꝙ in eo casu debeat succurri, stabitur rigori. d. l. fi. C. de iure delib. quia secundùm Bar. in l. 1. §. nũciatio. colum. fi. ff. de noui oper. nunc. in istis quæ introducta sunt ad rigorem iuris conseruandum non reperitur ꝙ mulieribus & rusticis succurratur: ex quo infert, quòd mulieri & rustico non succurretur, quòd post didicita testificata possint testes producere, quod sequitur Ange. in l. vbi. in prin. ff. de eden. istud firmat Ias. in consi. 28. q. vol. 3. quem vide pro præmissis. consi. sequen. colum. penul. & seq. col. 2.

e Excellentius. Idem Io. Mon. in c. ex eo. s. de elect. Ioã. And. in c. ei cui. col. 3. de pręb hoc lib. vbi dicit quòd laicorum deuotio principaliter consistit in auditione Missę & visione Eucharistiæ, quod firmat Pet. ibi.

f Spiritualis generatio. Ratione cuius dicitur ꝙ † homo Christianus debet ita diligere eum, quem de sacro fonte suscepit, sicut patrem naturalem. not. Alexã. in consi. 125. num. 5. viso themate. volu. 4. hinc glo. in c. qui dormierit. 27. q. 2. dicit ꝙ maior est affinitas ꝓueniens ex spirituali, quàm carnali affinitate, seu maior est cognatio spiritualis, quàm carnalis, contrahitur hęc cognatio spiritualis, siue compaternitas per tres † modos. primus dicitur, quòd interueniat leuatio, seu retentio in baptismo. Secundus quòd interueniat responsio ad verba prolata per Sacerdotem. Tertius quod interueniat intentio leuantis, qua intendat hos actus facere ad finem, vt compaternitas contrahatur. de primo actu loquitur tex. in c. 2. & c. Martinus. cum alijs. s. hoc tit. & c. 1. s. eo. tit. & lib. de secundo. c. paruuli. & c. nos autem. de consecra. dist. 4. de tertio. Freder. consi. 15. q. talis est sindicus.

¶ Sed an hæc copulatiuè requirantur, vide quæ tradit Domi. in consi. 110. Beatissime pater. vbi refert varias opiniones, multumq; comprobat tertium modum fore necessarium, pro quo vide quæ diximus in c. vnico. in ver. desit consensus. s. de despon. impub.

¶ Pro præmissis attende ad ea quæ citat Alex. consi. 34. col fi. viso processu. vol. 3. dum dicit quòd † cõpater non potest esse testis sui compatris, quemadmodum nec ille qui filium adoptauit. probatur. 30. q. 3. ita diligere, quia cognatio spiritualis est maior quàm carnalis. 37. q. 2. in c. qui dormierit. Propterea Bal. in l. 1. C. qui accusa. &c. dicit, ꝙ quemadmodum mulier non repellitur ab accusando ꝓ iniuria illata personis sibi cõiunctis, iuxta l. si fœmina. cũ ibi not. C. ad Turpil. & in l. 2. C. de accu. ita potest accusare de iniuria, aut de homicidio facto in persona cõpatris sui. tñ contra istud quod dicimus de cõpatre teste non videt placere Alex. in consi. 42. col pen. in causa & lite. volu. 3. quem vide consi. 143. quoniam abunde. vol. 2.

FINIT QVARTVS LIBER.

LIBER QVINTVS.

¶De accusationibus, Inquisitionibus, & denunciationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Virtutis est propriè, vt habentem perficiat, & opus eius bonum reddat.*
Vitium est quod habentem inficit, & opus eius malum reddit.
2 *Humanum genus multiplicatur per matrimonia.*
3 *Ad vitia seu crimina punienda tribus vijs peruenitur, vt hic.*
4 *Homo directus pluries deuiat.*

a 1 VIRTVTIS[a] est propriè.† vt habentem pficiat, & op⁹ eius bonū reddat (vt ait Phil. ergo a 9rio, vitiū est, ꝙ hn̄e ĩficit & opus eius malū reddit. Et sicut ex actu virtuoso quis eligit ad officia, vt in primò qs dirigit per iudicia, vt in secūdò, qs sublimat ad honesta. vt in tertiò. Et humanum† genus multiplicatur per matrimonia, vt in quartò, & ex istis quis laudat & pmiat, sic ex actibus vitiosis quis vituperatur, & punitur.

3 Et q̃ atad vitia, seu crimina puniēda trib⁹ vijs puenit. s. p accusationē inqsitionē, & denūciationē. s. eo. qualiter. 2. iō post pdicta, de accus. inqsitionib. & denūciatio. tractat.

4 ¶Vel dic in dictis quatuor libris ponitur hominis directio, sed homo directus pluries deuiat. in Auth. de mona. §. si quis igitur. colla. 1. 12. q. 2. omnis ætas, & deuiatio corrigitur per dictas tres vias, ideo post prædicta, de Accusationib. Inquisitionib. & Denunciationib. subijcitur.

ADDITIONES PROBI.

a VIRTVTIS. Fel. in pç. Grego. col. 2. dicit ꝙ virtus lēta est, & oīno pcōtatrix; iniquitas aūt oīa pcipitat.

¶Bonifacius Octauus. Cap. I.

¶Postquam coram eo, qui contra te &c.

SVMMARIVM.

1 *An quis possit retractare suam confessionem factam de criminibus, de quibus antea non fuerat diffamatus.*
2 *Ordine iuris peruerso, non tenet quod agitur.*
Ordo est necessitatis, & congruitatis.
3 *Promi potest diffinitiua per confessionem in iudicio factam.*
4 *Papa scribendo ad suggestionem partis intelligitur omnes defensiones reo reseruasse, & iuris ordinem nolle corrumpere.*
5 *Episcopus quando possit deponi, vide hic.*
6 *Fuit semper illicitum, iudicem & testem corrumpere.*
7 *In ciuilibus agi potest duplici via, secus in criminalibus.*
Pactum tollit ipso iure accusationem.
8 *Electus canonicè, si dat aliquid impugnatori, an sit symoniacus.*
Ad bonum finem non est tendendum per mala media.
9 *Pactum habitum in iudicio, est magis suspectum pacto habito extra iudicium.*
Pactum iudiciale fortius obligat, pacto extraiudiciali.
10 *Confessio facta extra iudicium non infamat infamia iuris.*
11 *Vexationem quando liceat redimere vide hic.*
12 *Probatio infamiæ de crimine, quando operatur depositionem.*
13 *Episcopus quando suspendatur ab administratione spiritualium & temporalium.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Considerata natura cuiuscunq; antecedentis & consequentis, iudicandum est antecedens, debere anteire, prout promissio præcedit refutationem.*
2 *Pendente inquisitione, quis non debet promoueri.*
3 *Quando Princeps mandat, vel scribit, ad postulationem alterius, non præsumitur pro voluntate illius, secus si motu proprio.*
4 *Ipso iure, & ipso facto, idem sonant.*
5 *Dictio ipso iure, mox, & statim, sunt sinonima.*
6 *Lex vtens verbo præsentis temporis continente priuationem de sui natura operatur, vt hic.*
Vexatio in causa beneficiali, quando redimatur absq; vitio symoniæ.

a 1 POSTQVAM.[a] Contra† te est inquisitor super certis criminibus deputatus, coram quo es illa confessus: vis retractare confessionem, pro eo ꝙ super dictis criminibus antea non fueras diffamatus, seu quod capitula super quibus inquirendum fuerat, tibi exhibita non fuerint, respondetur quòd non potes.

Sed cōtra ordo iuris requirit, vt prius inquisitor de infamia inquirat, & quòd capitula dentur illi contra quem inquiritur. s. eo. cum oporteat & c. qualiter. 2. in prin. & §.

2 b debet. Et iuris† ordine peruer so non tenet[b] quod agitur. s. de rescrip. cum dilecta. s. de confirma. vtil. c. examinata. 2. q. 6. sententia.

c Sol. est ordo necessitatis[c] & iste omissus vitiat, vt hic. & s. de restitu. spol. c. 1. C. de rei vend. ordinarij. s. hoc lib. de iura. calum. c. 1. tamen propter hunc ordinem propositum & non admissum appellari potest. C. de appellat. l. 1. & hic quia istum ordinem omittens, tacitè eidem renunciare censetur. j. eo. c. proximo.

Est igitur ordo iste necessitas, si suo tempore proponatur, sed est congruitatis ex post facto, vt hic. & j. c. proxi-

3 mo. Nam cum promi possit† diffinitiua per confessionē in iudicio factam, frustra quæritur de omissione præcedētium confessionem. 24. q. 3. ecce. j. de confess. cum super. s. de elect. per inquisitionem. j. de cohabita. cler. & mulier. vestra. ar. ff. de iudi. si debitori.

Et notandum si Papa ex mero officio procederet, committendo inquisitionem, tunc enim non esset locus exceptioni de infamia non præcedente, cum hoc posset Epus vel Metropolitanus. 2. q. 5. omnibus. s. eo. sicut olim.

Sed si Papa diceret, tali nobis exponente, intelleximus

d talem infamatum, tunc primo debet inquiri[d] de infamia.

Sed si nihil tangeretur de infamia & ille contra quem mandaretur de crimine inquiri, deceret ipsum non infamatum, tunc ille cui scribitur, debet inquirere de fama, & nihil inuento, Papam consulere debet, vt not. Inno. s. eo. cum oporteat.

4 ¶Et est ratio, Papa† scribendo ad suggestionem partis, intelligitur omnes defensiones reo reseruasse, & iuris

e ordinem nolle corrumpere.[e] arg. C. de inoffi. testam. l. si quando. in prin. & s. de elect. Ecclesia. 2. §. deniq;.

5 ¶Sed quæro† vnus Episcopus est confessus se promisisse centum Petro. vt ipsum non deferret, seu accusaret, super nece patris sui, an per hanc confessionem iste Episcopus sit depnendus, & videtur quòd sic. ff. ex quibus causis nota infam. quoniam & l. 1. §. qui furti. ff. de iure fisci. in fisci causis. & 2. q. 3. cap. præuaricator. argu. contra. j. de collusio. de tegen. in tantum, nam ibi non est satis constare de corruptione & collusione, sed mandatur de propositis & alijs veritas inquiri. Sed ibi loquitur de collusione facta cum iudice, & corruptione testis, non partis.

Collusio etiam potest fieri sine precio, sine quo non fit

6 transactio. ff. de transact. l. 1. Et fuit semper illicitum iudicem, & testem corrumpere. C. de pena iudic. auth. sed nouo iure. j. de symo. nedum. s. de testib. cog. peruenit. & c. fi. nec in d. c. intantum. fuit pactum contractum, seu pactum directè commissum cum parte.

7 Item arg. C. ad Turpil. quamuis. nam licet† in ciuilibus agi possit duplici via, vt no. ff. de conditio. causa. data si qs accepto, secus est in criminalibus, quæ fortius tolluntur p pactum. ff. de pact. l. si tibi. x. §. quædam.

f Cum ergo pactum tollit ipso iure[f] accusationem, ergo eius contrarium non operabitur. arg. ff. de adi. lega. l. legata inutiliter.

¶Item arg. 2. q. 3. c. paulum. & c. seq. vbi delator corruptus punitur, sed delato corrumpēti ignoscitur. ff. de bo. eorum qui mor. sibi consci. l. 1.

8 g ¶Item† si m canonicè[g] electus habens ius ad rem, & datur aliquid impugnatori de conscientia mea, & turbata est, an sim simoniacus, dic quòd sic. j. de symo. Mathæus. & c. sicut tuis.

Et est ratio, quia ad bonum finem non est tendendum per mala media. 1. q. 1. non est putanda.

Sed si habeo ius in re, & possideo, & molestor, & do pe-

h cuniam molestatori, vt desistat, nō sum[h] simoniacus. j. de simonia. dilectus. 1. Et Apostolus ad Ephesios. 5. 24. q. 4.

i item ab aliquo. & cap. seq. vbi in dubio[i] cum vnus casus obsit, & aliter non obstet, vt dictis iuribus. vt s. de proba.

in præsentia Et not. simile.s.eo.cum dilecti.& j.de regul. iur.estote.nec oberit genus probatum.secus si quælibet species ad idem tenderet.ff.de petitio.hæredi. item veniunt.§.a quo.

¶Sol. dicunt quidem ꝙ non obstat.d.l.quoniam.quia 9 loquitur de pacto habito in iudicio, quod † est magis suspectum pacto habito extra iudicium, cũ metu iudiciorum ad pacta plerunq; deueniatur, & pactum iudiciale k fortius k obligat pacto habito extraiudiciali. argu.ff.de posi. publia.§.Titius.ff. de interroga. actio.l.1.in fi.ff.de confes.certum.§.si quis.vtrunq; tamen pactum ligat.j.de exces.præla.c.quàm sit graue.& C.de interdic.matri.in- 10 ter pupil.& tutor.si tutor.non tamen † infamat infamia iuris, extra iudiciũ facta confessio, quod tamen facit transactio facta, vt dictis iuribus notatur.

¶Alij dicunt, aut per pactum agitur, vt ab accusatione discedatur, & sic nihil remanet de iuribus accusationis. vt d.l.quamuis.d.§.quædam, aut conuenitur per pactum super ipso crimine, & sic loquitur.d.l.quoniam.

Tu dic, ꝙ attenta persona Episcopi non est hic sanguinis pœna inferenda.ff.ad leg.Corne.de sicca.l.1.in fi.& sic transigere obest.ff.de præuarica.l.si.

11 Et ideo distingue. Aut res est integra, † & sic licet vexationem redimere.ff.ad Turpilia.l.mater.& l.sequen.& est.s.probatum.aut res non est integra, & sic transactio, seu pactum conuictos facit, quia transigi præsumitur timore accusationis imminentis.arg.ff.de bo.damnato.l.1.§.fraudis.& C.ad Turpil.l.1.& C.de transac.transigere.

12 Sed quæro † infamia est probata contra aliquem Episcopum de aliquo graui crimine, nunquid ex hoc deponetur? dic ꝙ non si est infamia iuris, vel si factum esset probatum. C.de decurio.infamia.lib.10.C.de dignita.iudices.lib.12.

Sed nunquid ex infamia facti negocio pendente poterit iste Episcopus suspendi ab administratione temporalium.& spiritualium, dic ꝙ non regulariter.no.j.de purga.cano.c.2.& c.inter.licet in crimine symoniæ & dilapidationis secus inueniatur.j.de symo.accusatum.& s.eo. inquisitionis.§.fi.s.de offi.de lega.venerabili.& no.& habetur expressè.3.q.2.quia ea. & j.de symo.licet Hely.§. quia.15.q.5.presbyter.nisi tamen esset delicti enormitas, vel scandalum, posset fieri dicta suspensio.not.2.q.6.presbyter.si a plebe.

ADDITIONES PROBI.

a POSTQVAM. Vide Alex.consi.19.circa primum. & 3.volu.7.

b ¶Non tenet. Istud facit.ad tit.de cler.per sal.pmo.& ad iura Gallicana requirentia procedere studiũ priusquàm acquiratur gradus, quod patet ordine literæ, qui venit attendendus. Ioan.Mona.in c.mandato.s.de præb. dixi in c.licet eo.titu.quod comprobo eo modò, quia studium sui natura debet præcedere magisterium.per no.in §.discipuli in prooe florum.& in c.cum in magistrum.s.de electio.

1 Item † considerata natura cuiuscunq; antecedentis, & consequentis, iudicandũ est antecedens debere anteire, prout promissio præcedit refutationem.Bal.in §.quibus. col.2.C.de no.c.compo. meritò sancitum dicitur per cõcordata.in tit.de collatio.circa fi.quod non debent graduati promoueri per saltum sub pœna nullitatis actus, quod confirmatur.per §.duobus.versic.quibus si benè se imbuerit.in d.prooe.florum.& l.iubemus, ibi, per statuta.&c.C.de aduoca.diuer.iudicum.

c Necessitatis. Sic substantialis, quo omisso, reddit actum nullum prout diximus de statuto, quod vlterius procedit ad actus anullationem, & sic datum pro forma. Bald. in l.1.ff.de liber.& postu.Deci.consi.439.num.4.licet in causis, quem vide in proposito.consi.434.post prin.placet conclusio.

d Debet inquiri. Quo pendente † non debet promoueri, 2 not.Domi.in.consi.42.versic.quartum impedimentum. quod in sequenti.consi.prosequitur.

b Expositiue. Idem Ioan. Mona. in c.1.de pęn.circa fi.

c ¶Copulatiuè. Adde vnum quo ad naturam huius dictionis, quod tradit Alex.consi.25.num.14.quod incipit

2 consideratis verbis.vol.7.vbi copula † &,copulat qualitates, nec apparet expresè vel per coniecturas an copulet illas respectu diuersorum,an eiusdem,quod in hoc casu, dubio, cum natura copulatiuè sit ampliare.l.ea tamen adiectio.de lega.3.potius refertur ad diuersa subiecta, q̃ ad idem, vt sic amplietur & dispositio plura comprehẽdat,ideo si dicatur in dispositione, ꝙ centum dentur militibus & Doctoribus, nõ intelligitur in dubio de eodem subiecto habente istas duas qualitates,id est ꝙ dentur cẽtum illis, qui sunt simul milites & Doctores, imo intelligitur ꝙ illis qui sunt milites tantum dentur centum, & etiam illis qui sunt Doctores tantum. idem firmat Bald. in l.1.col.2.ff.de iustit.& iure: vbi latè discutit naturam copulæ.

Et per hoc intelligas quæ diximus in rub.de iure patro. vbi concludimus,ꝙ ad veritatem copulatiuè, requiritur concursus vtriusq; copulati, quando tenditur ad vnum, secus si ad diuersa.vt s̃.quod firmat Alex.in consi.9.num.

3 7.visis dicto themate.vol.2.vbi ait.quod † copula, &, nõ requirit cõcursum copulatorum, ex quo cadit inter duo adiectiua indefinite posita, non respectu vnius certè & determinatę substantiæ.d.l.ea tamen adiectio.de lega.3. ita dicit firmare Bart.& Ange.in l.Gallus.§.etiam si a parente.ff.de liber.& posth.Secus si cadat inter duo adiectiua,quæ copulantur respectu alterius substantiui, quia tũc requiritur ꝙ vtraq; qualitas denotata per duo adiectiua cõcurrat.l.Titiæ textores.de lega.1.pro quo vide quæ tradit idem Alex.consi.56.col.1.viso processu.vol.2.& consi.120.super eo.vol.1.

d Lapsus. Pro hoc vide quæ citat Stepha.Bertran.consi. 212.quia post confessionem.par.2.vbi in prin.dicit quòd

4 pœna hæretici † est pœna ignis,per id quod habetur Io. 15.c.ibi. Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes & arescet & colligentem eum & in ignem mittent,& ardet.Et hæc pœna visa est his diebus in experientia in personis hæreticorum,& vltra numerum.20.& qui vidit testimonium perhibet veritatis.

e ¶Sunt annexa. Sic infertur ꝙ hæreses dicuntur diuer-

5 si, propter istud,quia † id quod connectitur siue annectitur,diuersum est ab eo, cui coniungitur.argu.l.quod Nerua.ff.depo.& c.fi.s̃.de institu.intellige ꝙ sint diuersi nomine,& specie,habent tamen eundem effectum.

f Vel dic genus. Et sic genus non differt a specie nisi in

6 quantitate, quia genus † plus includit quàm species, vt hic:quod firmat Domi.consi.6.col.1.quia diffusè & subtilissimè. contra tamen istud videtur.glo.in c.pœnale.14. q.5.in ver.rapinam.dum dicit,est autem furtum pars rapinę, eodem modo quo genus est pars speciei, rapina est species furti. Nam omnis raptor est fur.Inst.vi bo.rapt. in princ.

¶Pro præmissis videtur facere quod citat do.meus de Ripa.in rub.de iudic.num.55.ꝙ plus & minus in materia tantum, non inducunt differentiam specificam.l.fi.ff.de fundo.instru.vt parua nauis, magna nauis,sed plus & minus in forma benè faciunt differentiam in specie, vt nauis & peluis siue conca.

7 Præterea die vnum in proposito,ꝙ id quod quis † non potest facere in specie,nõ videtur fecisse in genere.c.tua. s̃.de deci.& in l.obliga.ff.de pigno.hinc est ꝙ eo quia clericus in specie, non potest subire iurisdictionem potestatis, si iurauerit generaliter seruare statuta ciuitatis, & statuto ciuitatis caueatur, ꝙ quicunq; declinauerit iurisdictionem potestatis possit offendi, clericus non comprehenditur in isto statuto.Bart.in l.si quis sub conditione. in fi.ff.de conditio.institu.vbi apostil.adducit concordan. pro hoc vide text.not.in c.1.de iureiur.hoc lib.dictum hoc reperio nouissimè multis authoritatibus comprobatum per Bartho.de Chassa.consi.1.in §.& si instares. num.19.

Pro comprobatione autem horum quæ in principio dicta fuere habeo quod no.Soci.consi.223.colum.penul. circa præsentem, vbi dicit, quòd genus & species differũt aliquo respectu, sed non sunt diuersa omnino,& dicit Alex.consi.30.in fi.ponderatis his.volu.3.quòd genus

8 † regulariter idem operatur quo ad genus, quod species quo ad speciem. Idem Alexan.in consi.97.colum.2.alias de facto.eo.volu.3.dum dicit quòd idem debet operari dispositio in genere, quod operatur dispositio in specie. l.qui iure militari.ff.de testa.milita.& quod not.Doct.in l.sub prætextu.l.2.C.de transact.Angel.in l.tres fratres.ff. de pac.

Pro themate, vide vnum quod citat Lap.alleg.88.col.

9 penul.commune, ꝙ † mutato genere mutatur species, quæ non stat per se,sed in veritate generis habet substantiam.arg.ff.de pact.dota.l.inter socerum.§.cum inter patrem,& in multis per generalem formam a speciali receditur quando ratio suadet.vt ff.mãdati.l.si hominem.& l.actione.§.renunciare.ff.pro socio.

Et quod genus omnem suam speciem, maximè in fauorabilibus comprehendat.tex.est in l.si chorus.in princ. de lega.3.l.si duo.ff.de admi.tuto.cum alijs coadunatis per Alexan.consi.195.colum.1.assumo.volum.secundo & perire non potest.l.in rationem.§.mater.ff.ad leg. Falcidi.& in l.incendium.& ibi.Bald.in fine.ff.si cert. peta.

g Destruitur. Dic quòd facilis est destructionis,quia non ferreus,nec ligneus,sed est carneus,& sentit percussiones & iniurias sibi illatas, & vnusquisq; faciat de se coniecturam & cognoscet verba mea fore veritatis plena.Ipoly. consi.fi.num.14.

h Videntur. Vide Freder.consi.157.circa fi.

i L.oratio. Hæc fiunt per modum extensionis,quæ non habet locum in pœnalibus.no.Alex.consi.194.in fi.consideratis.vol.2.

¶Pro intellectu illius legis.vide Dec.consi.502.in prin. ex duobus consilijs.

k In causa fidei. Quæ dicitur causa domini Io.Mo.in c. ne aliqui.j̃.hoc tit.dixi.s̃.in rub.in ver.in Deum.

l Anteponi. Vide quæ dico.in c.ne aliqui.in ver.in fauorem fidei.hoc tit.& in c.cum personæ.in ver.ita cadit.de priuileg.

¶His adde Neapol.decisio.56.fuit hodie,vbi dicunt ꝙ

10 † priuilegiator attenditur,vt latè comprobant.ad quod attende pro dominis requestarum palatij Regis Parisien. qui dicuntur priuilegiatores, quia licet priuilegiatus occurrens priuilegiato faciat venire ad ius commune, tamẽ si sit vnus priuilegiatus qui sortiatur illorum forum, & conueniatur ab alio priuilegiato,putà a scholare,tunc præfati domini dicuntur iudices, si eorum priuilegiatus non renunciet suo priuilegio.

m Sortilegia. Vide pro intento quæ not.Domi.consi.54. Quidam sacerdos.

n ¶Sed propter vitium. Id firmat Pet.Belluga.in Specu. princi.de propo.grana.in §.viso.rub.11.vbi subdit.num.

11 11.† multiplicem fore inuocationem. Nam aliqui inuocant dęmones ex imperio, quod in eos habent virtute diuina, & ista inuocatio imperatiua, cessante omni adoratione, honore, vel fumigatione, non est hæreticalis, neq; criminalis.

¶Alia est inuocatio quæ fit cum adoratione,vel fumigatione, vel sacrificio, diabolo facto,precibus nepharijs ei emissis. Et hoc sine dubio, hæreticum est, iuxta illud. vnum solum Deum adorabis, & illi soli seruies, meritò dantes honorem diabolo pertinentẽ Deo hæretici sunt censendi, vel saltem faciunt actum hæresim sapientem manifestè.26.q.4.c.igitur genus.& 26.q.5.in summa.& c. Episcopi.

Alia est dęmonum inuocatio quæ fit simpliciter nulla facta adoratione,vel sacrificio funesto ei oblato,tunc aut illa inuocatio fit ad effectum,vt ex dęmonum responsionibus futura pręsciamus,& hoc hęresim sapit manifestè, quia creaturæ hoc attribuitur quod est proprium creatori, iuxta illud Esaiæ.44.annunciate, quæ futura sunt in futurum & sciemus quoniam dij estis vos.

¶Quando verò demones inuocantur ad tentandum pudicitiam mulieris, & tunc quia inuocatur diabolus ad id, quod est eius proprium, scilicet tentari hinc Domi. Iesus Christus in Euangelio eum tentatorem vocauit, licet tunc facere sit turpe & fœdum, & mortale peccatum, nõ tamen censetur hæresim facere manifestam, quia eum excusat furor amoris, & dementia, scriptũ est enim quod nihil furore amoris est vehementius, quàm retinere Philosophiæ mouentis & in exilientem concupiscentiam refrenantis. in auth quib. mod. natur. effici. legiti. §. illud quoq; melius. Et Philoso. dicit. 7. Ethicorum. in 2. c. coire enim & concupiscentiæ venereorum & quædam talium manifestè & corpus transmittant, quibus autem & insanias faciunt. Refert. Oldra. consi. 210. nu. 4. regularis habet traditio, qui ibi comprobat dictum Ioan. Mo. eum citando. num. 3. quod potuit, quia tempore Ioan. 22. extabat vt ex fi. d. consi. resultat. Ioan. Mona. verò tempore Bonifa. 8. huius lib. compila.

Vide Domi. latè in proposito hoc plura deducentem. consi. 54. col. 3. quidam sacerdos.

o ¶Manifestè. Vide Domi. consi. 54. colum. 2. quidam sacerdos.

p Seruetur. Pro hoc vide apud Freder. in consi. 151. Alex. vbi citra istud insistitur, vt videre licet.

q Se non intromittat. Pro hoc Bald. in l. si de proprietate. in fi. C. si a non compe. iud. dicit ꝙ ille iudex qui cognouit de possessorio, de petitorio non cognoscit si per hoc alterius iurisdictioni & cognitioni præiudicatur. alleg Ioan. Mona. hic.

¶Vide Pau. de Cast. in l. si de certa. C. de transactio. & Neapo. decisio. 155. fuit lata sententia in sacro Con. vbi subdunt, quod in hoc potest fieri prorogatio consensu partium iudice non contradicente.

r Pluribus intentus. Ista † potest esse ratio quare claudi 12 & alij in membris aut aliquo naturali defectum patientes vltra communem hominum naturam in aliquibus abũdant, quia natura ipsa instar patrisfa. dispergit omnibus suis suppositis, id est, membris & sensibus, ꝙ si desint sensus, vel membra, per naturam & defectum illius, aut per accidens illud quod in membro aut sensu a natura abstracto debebat distribui, iure accrescendi alijs distribuitur, vt patet experientia rerum magistra, & hoc sufficit pro omni cõprobatione tanquàm naturali. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusa. tuto.

s Ad singula sensus. Adde pro hoc vulgari, aliud vulgare quod citat glo. in l. fin. C. de assesso. qui binos lepores vna sectabitur hora, vno quandoq; carebit vtroq; in ꝓposito nostro. firmat Ludo. Bolog. in Calce. Consi. Ioan. de Ana.

t ¶Equitas. Quæ non parum in foro mercatili attendi consueuit. dixit Alexan. consi. 52. colum. fi. viso puncto. volu. 6.

u Est extinctum. Vide quæ latè dicit Egidi. Bellam. decis. 689. pro prima conclusio.

x Delicta. Vide Fely. in c. cum contingat. col. 1. s. de foro compe. vbi dicit ꝙ delicta alibi commissa aggrauant delictum hic a forensi.

13 y ¶Cum capite. Adde † sumi pro toto corpore, quia a principaliori fit denominatio, est quippè nobilus ratione cuius citius patitur corpus in capite, quã in membris, hinc dicit Soci. consi. 178. in princ. Primò aspectu, quia a communiter accidentibus videmus vulnera in capite magis esse lętifera, quàm in alia parte corporis. a lleg. glo. & Docto. in c. sicut dignum. de homicid. quod ille qui aliquem percutit in capite cum bastone, presumitur habere animum occidendi, secus in alia parte corporis.

Et dic ꝙ quilibet homo dicitur habere triplex caput. Primum dicitur naturaliter sumptum. Secundum dicitur libertas. Tertium dicitur ciuitas. De primò dicitur, quo separato amittitur vita. l. capitolium. in princi. ff. de pęn. De secundò dicitur, quod qui non habet libertatem non dicitur habere caput, vnde serui dicuntur esse sine capite maximè serui pœnę, qui pro mortuis reputantur. l. intercidit. ff. de conditio. & demonstra. hinc est ꝙ damnatus in metallum, vel ad perpetuam seruitutẽ pœnę, dr̃ capitaliter damnatus, facit quod not. in l. Imperium. ff. de iurisdi. omn. iudic. & Insti. quib. mod. ius patr. pote. solui. § relegati. De tertiò dicitur qui perdit ciuitatem, per hoc separatur a corpore mistico suæ ciuitatis, iste dicitur carere capite.

14 Ideo † pœna capitalis in tribus consistit, in perditione vitæ, in perditione libertatis, in perditione ciuitatis, ita dicit Bald. in l. reos. col. 2. C. de accusa. tangit Io. de Ana. in c. qualiter. 2. §. ad corrigendos. num. 15. s. de accusa pro hoc vide. Alex. consi. 115. nu. 7 in causa Inquisitionis. vol. 3. vbi vnum subdit ꝙ vbi occurrunt pericula personarũ, ibi pluunt pecuniæ.

z Castigari. Vide quæ de castigatione dicit Alex. in cõsi. 75. col. 2. viso themate. vol. 3.

A Peccant. In dubio tamen non præsumitur quod delinquant. no. Alex. consi. 99. nu. 9. vol. 3.

B ¶Deteriores. Vide quæ dico. in c. Felicis. vbi Ioan. Mo. s. de pęn. quibus iunge glo. in verb. se ipsum. in Cle. 1. de de reliq. & vener. sanc. quæ dicit ꝙ opus meritorium laudabilius est in vouente, vel professo quàm in alio, quia vouere opus latriæ est, quæ præcipua est inter virtutes morales, opus autẽ nobilioris virtutis est, melius & magis meritorium. Item vouens non solum quo ad actum, sed ẽt quo ad potestatem subijcit Deo, vt de cętero agere aliud non possit, ergo plus dat, quia fructum & arborẽ, & non vouens solum fructum.

¶Vrbanus quartus Inquisitoribus hereticæ prauitatis. Cap. IX.

¶Statutum ciuitatis, castri, villæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quod fit a iudice est grauius, quàm quod fit a priuato.*
Nedum debet remoueri quod impedit, sed etiam quod differt.
2 *Dies in qua est facienda solutio, est pars stipulationis, sicut summa.*
Prohibito aliquo, prohibentur illa, quibus peruenitur ad illud.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Vbi debetur species actione personali, debet solui in loco vbi reperitur.*

STATVTVM. Idem refricat quod habetur. s. c. proximò. § sacerdotes, nec inter terminos, hic & ibi positos cadit iuris diuersitas, cum tam laici quàm clerici sint officio inquisitionis subiecti, & hic est minus dubium, 1 quia ibi fit vt a priuato, hic autem a iudice. † quod est grauius [exhibendum] sicut præparatorium, an huius statutum inquisitionis officio præstet impedimentum. vt not. s. c. proximò. §. ille [retardetur] ergo nedum debet remoueri quod impedit, sed etiam quod differt, quia licet quod differtur non aufertur. Institu. de sing. reb. per fide. relic. §. 1. tamen differendo aufertur, & si non in toto, sal-2 tem in tanto, nam dies † in qua est facienda solutio a est a pars stipulationis, sicut & summa. ff. de eden. l. 1. §. diem. Et prohibito aliquo, prohibentur illa quibus peruenitur ad b illud b. ff. de sponsa. oratio. & C. si mancipi. ita vend. ne prosti. l. eam quæ.

ADDITIONES PROBI.

a SOLVTIO. Adde vnum quo ad solutionem, quòd 1 † vbi debetur species actione personali, debet solui in loco vbi reperitur. l. quod legatur. in princ. ff. de iudic. vbi Angel. dicit. in fi. ꝙ si rusticus in foro vendidit certas mẽsuras bladi non tenetur ibi illas tradere sed in loco vbi sunt tradit Deci. in consi. 566. col. 1. promisit Antho.

b ¶Ad illud. Vide Ioan. Mon. in c. accusatus. s. hoc tit.

¶Clemens quartus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Cap. X.

¶Ne aliqui dubitationem sollicitam excitantes &c.

SVMMARIVM.

1 *Regulare est quod mandatum in extraiudicialibus, tam morte mandantis, quàm mandatarij re integra finitur.*

Idem

Idem dic in iudicialibus, quo ad mandatorem, non quo ad mandatarium, quia tunc est distinguendum.
2 *In contractibus eligatur industria personæ, in iudicijs non.*
Ratio quare mandantis morte expiret mandatum.
3 *Delegatus non habet propriam iurisdictionem, sed alienam exequitur.*
4 *Papa est vicarius Dei in terris, qui quandoque delegat causam domini sui, quandoque subditorum suorum.*
5 *Potestas ordinaria est maior seipsa delegata.*
6 *Vicarij Episcoporum, seu officiales sunt ordinarij, & eorum potestas morte finitur.*
Capitulum sede vacante de his quæ spectant iure communi ad Episcopum, est regulariter legitimus administrator.
7 *Adueniente legitimo tutore cessat datiua tutela, & recedit pupillus in legitimam tutelam.*
8 *Ceptum in vno non connexo, non facit exceptionem in alio.*
9 *Iurisdictio non est de futuris, vt exerceatur ante existentiam negocij creati, seu causati.*
10 *Quod tibi non obest & alij prodest, est fauorabiliter concedendum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Papa & Imperator dicuntur iudices ordinarij hominum & delegati Dei altissimi.*
2 *Princeps dicitur proconsul, seu legatus Dei.*
Papa non potest rescindere facta Dei, domini sui.
An Papa possit dispensare quòd nepos. i. filius fratris, possit ducere relictam patrui.
3 *Duo vicarij Christi simul esse non possunt.*
4 *Papa quare osculetur in pede.*
5 *Potestates & iurisdictiones sunt distinctæ & separatæ.*
Princeps quomodo dicatur tollere ius tertij.
6 *Papa in his quæ sunt iuris positiui, habet rationem pro voluntate, et in beneficialibus.*
7 *Papa habet in potestate, quod factum habetur pro infecto.*
8 *Aliud est esse tale, & aliud haberi pro tali.*
Non dicitur factum, quod nulliter est factum.
9 *Priuilegia & statuta, ac gratiæ Apostolicæ interpretantur, ne ius tertij lædant.*
10 *Omne ius est potentius in causa, quàm in causato.*
Virtus vnica est fortior seipso dispersa.
11 *In his quæ sunt stricti iuris, non veniunt nisi ea quæ expressa sunt.*
12 *Aditio hæreditatis operatur patrimonium adeuntis.*
In eo quod est stricti iuris, casus ab eo omissus ab inuentionibus superstitiosis non debet suppleri.
13 *Consuetudo dicitur stricti iuris, vt non extendatur de vna prouincia in aliam, etiam si sit eadem ratio.*
Consuetudo tantum habet de effectu & potentia, quantum de vsu habet.
14 *Præscriptio est stricti iuris, quia de ea non fit extensio.*
Iuramentum est stricti iuris.
15 *In dispositionibus quæ sunt stricti iuris, quicquid non exprimitur, pro omisso habendum est.*
16 *Extensio fit in exorbitantibus, quando agitur de fauore publico.*
17 *Qui non potest vendere bladum propter prohibitionem statuti, non potest etiam illud donare vel cum alia re permutare.*
18 *In maleficijs puniendis, fauor publicus versatur.*
19 *Vnum altare non est discooperiendum, vt aliud cooperiatur.*
20 *Priuilegiatus quando vtitur priuilegio contra priuilegiatum.*
Specialius quando cognoscatur inter duo specialia.

1 NE ALIQVI. Regulare † est quòd mandatum in extraiudicialibus tam morte mandantis, quàm mādatarij re integra finiatur. Instit. manda. §. si adhuc. ff. mēda. inter causas. 1. Resp. & l. si quis alicui. §. morte.

Idem dico in iudicialibus quo ad mandatorem. ff. de iurisdi. omn. iud. & quia. s̄. de offi. iudi. deleg. gratum. & cap. licet. & de offi. lega. c. fi. non tamen quo ad mandatarium vbi est distinguendum, quia si est scriptum nomine proprio finitur, vt prius, si appellatiuo tunc differtur. s̄. de offic. delega. quoniam abbas. & s̄. de offic. ordina. pastoralis. §. 1.

2 ¶Sed cur tam variè dic quod in † contractibus eligitur industria personæ, a qua non est recedendum, sed in iudicijs non ita persona respicitur, sed dignitas, vel locus in quo quis habet titulum. s̄. hoc lib. de rescript. statutum. §. 1.

Sed quæ est ratio ꝙ mandantis morte expirat mandatum. Dic † delegatus non habet propriam iurisdictionē, sed alienam exequitur. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. l. 1. § qui mandatam. Et ideo re integra committente mortuo, fons iurisdictionis aruit, & sic riuuli qui processerunt ab eo sunt aridi.

Sed quæ est ratio, ꝙ in extraiudicialibus licet sit finitum mandatum morte mandantis, tamen agit mandatarius. ff. manda. inter causas. 2. respon. non sic autem in iudicialibus. s̄. de offi. delega. gratum. Sol. primum est receptum vtilitatis causa, ne mandatarius iusta ignorātia grauetur, vt d. l. 1. quæ ratio non est in iudice, qui non habet actionem in hoc casu, vt mandatarius, qui agit ad interesse. ff. manda. l. si procuratorem. §. mandati. Contra igitur has regulas, mandatum hic non finitur morte mandantis, in fauorem fidei, sicut nec potestas legationis finitur quæ est ordinaria. s̄. hoc lib. de offi. lega. legatos.

Sed quæ est ratio in his duobus casibus. Dic potestas delegati principaliter, hoc est priuilegialiter non conceditur, vt primo casu, nec lege defertur, vt secundo casu licet ipsa firmetur lege. Et ideo dictis duobus casibus non expirat morte mandantis, scilicet tertiò. ff. de iurisd. omn. iudi. & quia.

4 Vel dic ꝙ Papa [a] † vicarius [b] Dei in terris & quandoq; delegat causam domini sui, vt est causa fidei, quandoquē singulorum, vt subditorum suorum, vnde non est mirū si primo casu priuilegiatus committit, vt morte sua non expiret quam secundo.

c Item omnis potestas † ordinaria, maior [c] est seipsa dele-
5 gata, quia prima in fonte. Secunda in riuulo, vt prædixi. Et ex hoc elicitur quòd prima est sua, alia est aliena. Item quantò quis distat a causato primo, debilius est, verbi gratia proiice lapidem in aquam, circuli quantò plus distant a primo causato, tantò sunt debiliores. Et sic delegata potestas, & posterior erit debilior, & citius morte finitur q̄ ordinaria, quæ morte finitur, vt est dictum.

Sed contra Gofre. tenet in summa de officio vicarij ꝙ
6 † vicarij episcoporum, seu officiales sunt ordinarij, attamen eorum potestas morte finitur.

Sol. capitulum sede vacante, de his quæ spectant iure communi ad Episcopum est regulariter legitimus administrator. s̄. eo. ad abolendam. 1. resp. & de maior. & obed. cum olim. 23. dist. in nomine domini.

¶Nec mirum, qui eligunt Episcopum iure communi. 16. q. 7. c. fi. Ergo magis spectantia ad eum iure communi administrabunt.

7 Sed reperio † quòd adueniente legitimo tutore, cessat datiua tutela, & recedit pupillus in legitimam tutelam. C. de legiti. tuto. nemo. & ff. de tutel. ratio. distrah. l. si tutor. §. si duobus. Ergo mortuo Episcopo datiua administratio desinet, & succedet legitima sic ergo finitur potestas ordinaria dicto casu ne fiat iuri alterius præiudicium. arg. s̄. eo. accusatus. §. sanè. & §. seq.

Et licet Capitulum in multis casibus Episcopo non succedat administrando. vt s̄. ne sede vacan. c. 2. & s̄. hoc lib. ne sede vacan. c. vno tamen succedit futuro prælato reseruando. arg. s̄. de offi. ordi. cap. cum vos. Et sic dicti vicarij in nullo administratores remanebunt [& non cepta] no-
8 ta ꝙ ceptum † in vno non connexo, non facit exceptionem in alio, vt hic, cum sit speciale, ergo contrarium ius commune est. ff. ad municipa. l. 1. & no. s̄. de offi. delega. licet [emerserant.]

¶Contra. s̄. de rescrip. c. fi. Sol. illud rescriptum de iusti-
d tia, est stricti iuris. [d] Sed hic est rescriptum præ cæteris fauorabile. s̄. eo. in fidei.

Item contra. ff. de verb. oblig. si stipulatus fuerim. § cū stipulamur. Sol. ibi est contractus stricti iuris, vnde censetur ibi omissum, quod non est palam verbis expressum. ff. de verb. oblig. quicquid astringende. Sed hic est rescri-
e ptum in fauorem [e] fidei ampliandum. ff. de lib. & posthu. cum quidam. J̄ hoc lib. de reg. iur. odia.

Item contra. ff. de iudic. non quemadmodum. Sol. iu-
9 risdictio † non est de futuris, vt exerceatur ante existentiā negocij creati, seu causati, vt ibi est expressum, potest tamen potestas dari, quæ se ad futura extendat, vt hic, in casu tam fauorabili.

Vel dic in tribus prædictis instantijs est factum speciale, vel regulare, hic commissio generalis fauore gaudens, vnde

vnde comprehendit etiam futura.ff.de seruitu.vrba.prædio.l.si seruitus.& C.quæ res pig.oblig.poss.l.fin.quia nec grauatur debitor,qui plurib.non ligatur,& releuatur creditor,sic per dictam commissionem non grauatur ille cōtra quem inquiritur,sed ad lucem veram reducitur.

Et corpus Ecclesiæ mysticum in reducto reintegratur, 10 vnde † quod tibi non obest & alij prodest, est fauorabiliter concedendum.ff.de euict.in creditore.

ADDITIONES PROBI.

a 1 PAPA. Dic quòd Papa† & Imperator dicuntur iudices ordinarij hominum,& delegati Dei altissimi.testatur domi.meus Nico. Chalmot (præceptor meus in iure ciuili in Academia famosæ vniuersitatis Pictauen.) in additio.ad Petr.de Monte.in tracta.de potesta.Papæ.in §.ex prædictis his.col.5.pro quo alleg.dictum Bal.in titu.de pace Constā.in prin.& pro hoc facere gl.in rub.de hæred.& Falci.colla.1. ꝙ licet Bald.ibi specialiter non loquatur de Papa,tamen loquitur de Principe,quod satis est, dicit enī ꝙ Princeps non tamquàm ipse,sed tamquàm Deus videtur facere.l.quod meo.ff.de acquirē.posses.& non sua vice, sed delegantis, scilicet Dei,cuius vice fungitur, nam Princeps est ordinarius omnium.meritò per Io.Mon.dicitur in c.si eo.s̄.de elect.ꝙ Papa est pater patrum,& cum omni prælato in iurisdictione & potestate concurrit,& ibi dixi,& in c.fi.in versi.tertium quæsitum.s̄.de constitu.

2 præmissis astipulatur, quod Princeps†dicitur proconsul siue legatus Dei secundùm Bal.vbi s̄.pro quo alleg.l.primam.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdict.& §.quia ergo imperium.in auth.de fide instru.colla.6.

¶Et per hæc & alia quæ in sequenti apostilla dicentur habes,ꝙ Papa non potest rescindere factum Dei domini sui.l.si hominem.ff.manda.facit.c.dudum.de præbē.hoc lib.hinc subdit Petr.de Anch.consi.373.col.1.reuocatur in dubium,ꝙ non solum prohibita ore Dei Papa nō potest subuertere,sed nec etiam quod Apostoli & Prophetæ docuerunt, quia sic agendo videretur errare & legem soluere, & non adimplere, contra dictum domini Iesu Christi Matthe.c.5.ista inducit idem Petr.ibi,vt non possit Papa dispensare, vt nepos.i.filius fratris accipiat relictam patrui prædefuncti,tamen concludit in contrarium quod comprobat pluribus fundamentis,quę videre licet, gratia breuitatis,vt in simili citat idem Pet.consi.368. dubium principale.

b 3 Vicarius. Qui dicitur vnicus, quia † ponere duos vicarios in terris,dico æquales, hæreticum videtur quo ad ius pertinet.ne igitur hæreticus videaris, hæc tua sit fides, ꝙ sicut est vnus Deus immutabilis.c.1.s̄.de summa Trinit. sic & vnus sit vicarius suus in terris generalis.not.Petr.de Ancha.in repeti.cap.canonum statuta mihi.fol.4.s̄.de constitu.

¶Vlterius de vicario Dei vide quæ dixi.s̄.in proœ.ibi, 4 quia vices Dei,& hac ratione Papa † osculatur in pede.testatur glo.l.1.de domestic.& protec.lib.12.C.aliquando etiam dicitur vicarius Petri.testatur Præpo.post text.ibi, in c.quotiens.col.1.q.7.licet magis propria loquutio sit, vt dicatur Christi vicarius & Petri successor.c.quantò.& c.licet.s̄.de transla.prælato.Idem Archi.in c.vbi.col.4.s̄. de elect.citauit Papam fore Petri vicarium, idem dicitur vicarius Iesu Christi.not.Pau.de Cast.consi.66.colum.1. dubia.& consi.414.in facto præsenti.par.1.dicit, quod certum est ꝙ Papa est solus & immediatus vicarius Christi, & quod ipse facit, ab ipso domino fieri videtur.cap.inter corporalia.post princi.s̄.de transla.ideo potest audacter dici, ꝙ ius canonicum tollere potest,non autem ciuile, 5 non inducens peccatum, quia potestates † & iurisdictiones sunt distinctę, & separatę.iuxta not.in Authen.quo.opor.epi.in prin.no.in c.nouit.s̄.de iud.& in c.per venerabilem.s̄.qui fil.sint legi.

¶Et licet possit tollere ius quæsitum subditis(quod tamen non debet sine causa,vt probatur infinitis authoritatibus) non equidem quæsitum non subditis,vt laicis.

Idem dic de Imperatore. Paul.de Cast.consi.290.visa suprascripta.2.par.ꝙ si tollat ius quæsitum, vt quia dicit se condere cum præiudicio tertij, istud debet intelligi quando præiudicium esset paruum, secus si magnum. glo.pro hoc habes, dico finalem in l.sed cum ab hærede. ff.ad Treb.similem.in l.seruitutes.la grande.in §.publico in ver.incommodo.ff.de seruitu.facit quod not.Cardi.in c.mandatum.in 7.not.s̄.de rescript.comprobat Apostill. ad Panor.in c.suggestum.s̄.de deci.& in c.dilecti.s̄.de dona.Ias.in l.fi.num.17.de constitutio.Princi.C.vide quæ latè tradit Alexan.consil.11. ex his, quæ in themate.volumi.6.

6 ¶Et quo ad thema adde Dec.consil.341.num.9.viso puncto vbi post alia citat quòd Papa † in his quæ sunt iuris positiui habet voluntatem pro ratione,etiam in beneficialibus.Bart.post glo.fina.in l.relegati.ff.de pœn.& est pater patrum, & cum omni prælato in potestate & iurisdictione concurrit, quod est dictum Io.Mon.in c.si eo. vbi dixi.s̄.de elect.firmat per dictum ipsum Ioan. Mona. Alber.Brun.consi.5.in princ.vide Franc.Curt.consil.66. colum.2.super præmissa.vbi citat de Cesare, apud quem omnes iurisdictiones sunt,tamquam apud fontem a quo fluunt & refluunt, sicut flumina de mari fluunt, adeo ꝙ ab eo concessiones, & commissiones,& confirmationes fluunt, & ad eum refluunt per appellationem nullitatis, & querelas,de quibus cum Princeps incipit cognoscere, omnibus alijs est positum silentium. Innoc.in c.cum M. de constit.s̄.no.in c.vt nostrum.s̄.de appel.

7 ¶Item Papa ipse † habet in potestate,quod factum,habetur pro infecto,pro quo habes glo.sing.in Clem.vnica. de immunita.eccle.in ver.pro infectis,quæ dicit, ꝙ quando Papa apponit hæc verba pro infectis in materia concernente sententiam excommunicationis,aut aliam censuram ecclesiasticam, in tali casu absolutio non est necessaria,pro quo vide Panor.in c.per venerabilem.colum.5. s̄.qui fil.sint legiti.Felyn.in c.1.col.7.s̄.de constitu.& latè per Soci.consi.266.colum.20.versicu. Postremò in causa quæ vertitur.vbi refert Cardi.in cap.ad petitionem.s̄. de accusa.dicere,ꝙ hæc clausula licet dicatur retroactiua, non tamen operari in præiudicium alterius, siue tertij, cui erat iam ius quæsitum,per ea quæ habentur.in c.super eo.s̄.de offic.deleg.& in c.ex multiplici.s̄.de decim.Istud latè comprobauimus.in c.cum in tua.in versi.sed gratia. perinde valere.s̄.de consuetu.hinc est secundùm eūdem Soci.vbi s̄.post Card in d.c.ad petitionem.quòd si ex cōmissione Papæ,quis recipit resignationē beneficij, quod confert & postea cassat commissionem,quam vult haberi pro infecta,omnia inde sequuta irritantur,tamen non reuocabuntur legitimè alienata per illum, cui fuit beneficium collatum,licet eius collatio irritetur, vnde dicit Aret.ibi,quòd mens Card.est quòd per talem clausulam tollatur quæsitum tertio immediatè ex ipso actu,qui cassatur, & quicquid ab eo necessariò dependet: ius autem quæsitum tertiò mediatè ex dicto actu cassato, quod est ius quæsitum possessori per ipsam alienationem factam ab instituto, non videtur reuocari, & dicit quòd ita distinguit Iacob.de Bellouisu in publica disputa.quē refert & sequitur Bal.in cap.1.hic finitur lex Corradi. Ista sunt relata a dicto Soci.in d.consil.colum.20. quæ priusquàm referat, ponit differentiam inter declarare actum nul-8 lum, & haberi velle pro nullo, quia aliud est † esse tale, aliud haberi pro tali, vt declarat Bart.in l.si maritus.§.legis Iuliæ.ff.de adulter.Et aliud est quid factum non esse, vel pro infecto haberi, vt not.in d.cap.ad petitionem. æquipollent enim ista velle haberi factum pro infecto, vel haberi pro non facto, quia non dicitur factum esse, quod nulliter factum est.l.non putauit.§ non quæ uis.ff. de bono.possess.contra tab.l.4.§.cōdemnatum.& ibi Bar. & alij.ff.de re iudic.

Per præmissa videtur clarificata regula in iure nostro 9 trita,ꝙ † priuilegia Principis sunt interpretanda,vt ius tertij non lædatur, dixi s̄.in c.1.num.16.in ver.interpretatio. de conces.præb.ita in simili dicitur de statuto quod debet interpretari, vt quantò minus fieri potest lædat ius commune,saltem ne alius damnum indebite patiatur, vel ne alius indebite ad lucrum admittatur.l.2. C.de noxa.l.vt gradatim.§.sed si lege.ff.de mu.& hon.no.Bar.in l.omnes populi.in 6.q.princ.ff.de iusti.& iur.Alex.de Imo.consi.5. nu.5.consideratis.vol.6.

Idem dic in gratijs Apostolicis, per ea quæ tradit Cōpostel.quem alij.ibi & vbique sequuntur,in cap.causamque.s̄.de rescript.quòd si Papa conferret alicui beneficium,adijciendo clausulā,non obstante,collatione alicui

facta

facta, intelligitur dicta clausula de collatione inualida tantum, ne alteri præiudicetur & tunc solum operatur di cta clausula ꝙ literæ non redduntur surreptitiæ, licet aliter non sit facta mentio de colorata possessione alterius, quæ quidem literæ reddebantur surreptitiæ, si non fuisset adiecta dicta clausula, iuxta ea quæ no. in c. cum nostris. s. de conces. præb.

Idem dic si adijciatur clausula, anteferri, vel perinde valere, vt latè diximus in c. cum in tua. s. de consuetu.

c Maior. In simili dic quòd † omne ius potentius est in 20 causa, quàm in causato. Iacob. Butrig. in l. digna vox. per illum text. C. de legib. refert Paul. de Castr. consil. 190. nu. 2. Nouiter reuocatur in dubium. in 2. par. Io. Mo. in c. dudum. s. de præbē. Et alio in simili, virtus vnita, fortior est seipsa dispersa. Soc. consi. 67. col. 7. visis.

d ¶Stricti iuris. Dic comprobando sequentia, ꝙ † in his 21 quæ sunt stricti iuris, nō veniunt nisi ea quæ expressa sunt. Card. consi. 120. in fi. Titius obligauit se & Calde. consi. 5. in tit. de præb. sequitur. Dec. consi. 179. num. 3. Requisitus. vbi ponit exemplum in renunciatione. idem Dec. consi. 419. num. 8. viso. Et propterea Roma. consi. 168. circa primum, quòd renunciatio facta patris hæreditati per filiam non præiudicat sibi in hæreditate fratris, qui adiuit hære 22 ditatem patris, quia † per aditionem hæreditatis desint esse hæreditas patris. no. in l. 1. §. veteres. ff. de acqui. poss. & incipit esse patrimonium eius, qui adiuit, dixi. s. de testa. in c. 1. in ver. hæreditas. quibus adde Alex. in consi. 94. nu. 5. in causa. vol. 2. & l. sed si plures. ff. de vulga. Bar. in l. fi. in prin. ff. ad Tertul. Roma. consi. 40. visis.

Item in eo quod est stricti iuris non debet casus ab eo omissus ab inuentionibus superstitiosis suppleri. l. quod constitutum ff. de testa. milita. c. inter corporalia. s. de trās la. præla. Maria. Soc. consi. 63. col. fi.

¶Et quo ad id quod s. proximè diximus de hæreditate fratris ad sororem, vide eundem Soc. consi. 288. in fi. circa primam. vbi dicit post eundem Roma. in d. §. veteris. ꝙ fœmina exclusa ab hæreditate patris, non censetur ab ea exclusa succedendo fratri, qui patris hæreditatem adiuit, quia non dicitur patri, sed fratri succedere, idem dic de renunciatione hæreditatis patris, quòd possit fratri succedere. Ang. in consi. 52.

Præterea inquantum hic dicit Io. Mo. de rescripto iusti 23 tiæ dic ꝙ venit idem dicendum † de consuetudine, vt cō suetudo dicatur stricti iuris, vt non extendatur de vna ꝓuincia ad aliam, etiam si sit eadem ratio. Bar. in l. post dotem. ff. sol. matr. Bal. in l. fi. C. commun. vtriusq; iud. versi. vnum aliud quæritur. refert Franc. Curt. consi. 44. §. transgredimur ad tertium. in prin. quod exorditur, super cōtingentia, quia consuetudo tantum habet de effectu & potentia, quantum habet de vsu. Bal. in d. l. fi. & Bal. in cap. 1. col. 5. in prin. qui feud. dare pos. quia proprios terminos facti & vsus non excedit. Et quantum habet de actu, tātum habet de potentia. & non plus. idem Curt. consi. 11. num. 18. statuto Parmensi.

24 ¶Idem de præscriptione † vt non fiat extensio. Soc. in c. cum cōtingat. col. 5. s. de fo. compe. tex. in l. 1. §. Iulianus. ff. de itine. actuq; priua. & ibi Bart. Panor. in c. Cumana. in 7. no. s. de elect.

Idem dicito de iuramento, vt sit stricti iuris. tex. in cap. pen. & ibi no s. de iureiur. quod comprobat Soci n. consi. 214. col. 6. in causa Onofrij.

25 Postremò dic ꝙ in dispositionibus † quæ sunt stricti iuris, quicquid non exprimitur pro omisso est habendum. l. quicquid astringendę. ff. de verb. oblig. not. Petr. de Ancha. consi. 1. col. 1.

e ¶In fauorem. Meritò dicitur fauor introductus, quia causa domini est. Ioan. Mon. hic. num. 4. dixi s. in rub. isto tit. Ideo non mireris, cum in causa seruorum multa a iuribus introducta dicantur, putà in causa quæ vergit circa rem publicam, medio cuius homines quietè & pacificè viuere dignoscuntur, multò ergo magis fauorabilia pro causa domini dicito dictata ab orthodoxis & fidelib9. Sic ea quæ in sequētibus cita bo de vtilitate Reipublicè, extē- 26 de ad causam domini. Primò habeo ꝙ † quando agitur de fauore publico ex identitatem rationis, de similibus ad similia etiam in exorbitantibus a iure fit extensio. pro hoc habeo text. glo. & authoritatem. Text. quidem in l. cętera. §. sed & si quis. de lega. 1. vbi Ias. dicit ꝙ lex generaliter aliquid prohibens non comprehēdit casum in quo vertitur fauor publicè vtilitatis. text. est no. in l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sillania. ibi. quod in commune vtile est ad libertatem peruenire. quod tex. reputat sing. idem Ias. in l. non dubium. C. de legib. & in l. si filiusfa. ff. si cert. pet. vbi est text. secundùm Bar. ibi, quòd licet generalis locutio recipiat restrictionem de habilitate. not. in l. 1. C. de sac. sanc. eccle. tamen hoc fallit fauore publicę vtilitatis. tex. est etiam in l. hoc modo. ibi, legem enim vtilē Reipubli. ff. de condi. & demonstr. quem text. etiam Doct. in d. l. 17 non dubium notant, ad hoc quòd si statuto † caueatur ꝙ nullus vendere audeat bladum in forenses, non poterit donare vel permutare cum alia specie, ex eo quia concernit vtilitatem publicam. vide glo. in ver. vendo. & post eā Bar. in l. quemadmodum. de agric. & censit. lib. 11. C. qui dicit. num. 4. quod licet pęnalis & odiosa extra significatum proprium nullatenus extendatur. l. cum quidem. ff. de libe. & posthu. & c. odia. de regu. iur. l. hoc lib. vbi tamē extensio tendit ad fauorem Reipub. ita debemus ipsam extendere sicut legem fauorabilem, concludendo ex his quòd pœna statuti punientis facientes maleficium, punit etiam fieri facientes, ad Rem enim publicam, & fauorem pertinet punire maleficia, ad hoc, vt prouincia in quiete remaneat. l. congruit. ff. de offi. præsid. & ff. de iudic. l. si longius. §. filiusfami.

Et certum est (dicit Dyn. in d. reg. odia) quòd in male- 18 ficijs † puniendus fauor publicus versatur. ff. de publica. l. licitatio. §. quod illicitè. & ff. de fideiusso. l. si a reo. §. quod vulgo. & ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. ita venit intel ligenda. l. 2. §. exercitium. ff. de his qui not. infa. vbi odium ampliatur & non restringitur, & ibi Bart. in 1. oppo. quia cum constet maleficium esse commissum, si verba edicti non extenderentur ad illud, esset impunitum, quod esset contra publicam vtilitatem, vt dixi quod sentit Domi. in c. statutum. circa fi. s. de elect. hoc lib. pro principali intento.

Roma. consi. 436. quòd indultum. num. 10. citat, quòd priuilegium quantumcunq; generale alicui & pio loco ad priuatam vtilitatem cōcessum, nunquam id includit, cuius inclusione publicę derogaretur vtilitati. l. iubemus illam. & ibi Bald. C. de sacrosanc. eccle. firmat idem Rom. ibidem quòd per qualecunq; rescriptum generales clausulas non obstantiarum habent, seu etiam generalem cō stitutionem, non censetur derogatum priuilegijs concessis vniuersitati, seu collegio decurionum, & consequenter collegio alicui, gratia publicæ vtilitatis.

Constat enim ea priuilegia, quæ decurionibus concedebantur, gratia publicæ vtilitatis eis fuisse concessa, & ꝓpter labores quos patiebantur circa reipublicæ gubernationem, non enim aliud erant decuriones, quàm reipublicæ consiliarij. glo. rubr. de decurio. lib. 10. C. facit glo. in l. sed si dolo. ff. de dolo. dum dicit decurionum loco quorū habemus consiliarios hodie.

¶ Pro corroboratione præmissorum, habeo doctrinam Bar. in extrauag. ad reprimendam. in ver. non obstātibus. col. 1. dum dicit ꝙ quando scribitur contra ius commune, (in fauorem tamen reipublicæ) nō requiritur clausula, non obstante. Cum tunc Princeps videatur contra omnem legem contrariam dispensare. l. quidam consulebat. in fi. ff. de re iudic. quod prosequuntur Panor. Fely. & alij in c. nonnulli. s. de rescrip. dixi. s. de consue. in c. cū in tua.

Maiora enim possent deduci in puncto hoc quæ relin 19 quo in suis colloquenda locis, ne videar vnum † altare discooperire vt aliud cooperiatur. c. cū causam. de præb. l. assiduis. vbi Bar. C. qui potio. in pigno. habean. Bald. Ias. & Moder. in d. l. cętera. §. sed si quis. de leg. 1.

Ideo concludo introducta a iuribus nostris, in fauorē vtilitatis reipublicæ extendi, multò magis deberi ad fauorem & vtilitatem causæ domini, hinc est quòd si vtilitas Reipublicæ & fauor fidei inuicem contrariari reperiatur, quòd fauor fidei tāquàm vnum potentius præferetur, & fauor siue vtilitas Reipublicę lumine priuilegij carebit. pro hoc facit doctrina Bar. & Scriben. in auth. quas actio. 20 C. de sacrosanct. Eccle. ꝙ priuilegiatus † vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quando suum priuilegium est potentius. per l. verum. §. fin. vbi etiam Barto. ff. de minorib. vbi dicit quòd ibi est melior tex. quàm alibi. facit dictum

Ioan.Mona.in c.accusatus.s̃.hoc tit.dum dicit magis priuilegiatum debere anteponi.

Cognoscitur enim specialius inter duo specialia, quãdo alterum fauet magis reipublicę, poteris ponere exemplum in duobus præmissis, videlicet in causa domini, & in vtilitate Reipublicæ.

¶Istud comprobo in simili per ea quæ no.in l.properandum §.fi.C.de iudi.& in l.fi.C.in quib.caus.in integ.resti.non est necessa.ibi enim dicitur ꝙ nulla præscriptio currit minoribus, sic in materia præscriptionum satis est hoc speciale, deinde.d.§.fi.vult ꝙ instantia currat minori, quasi dicat.l.properandum. magis speciale introducere fauore publico dirimendarum litium, hanc doctrinam sequitur Bald.in l.1.q.3.ff.de offi.consul.Idem Bald.Ang. & Alex.in l.Titiæ textores.de leg.1.Imo.in l.Gallus.§.ille casus.in fi.ff.de liber.& posthu.

¶Et per hæc habes limitare id quod in iure dicimus, ꝙ priuilegiatus contra priuilegiatum nõ vtitur priuilegio, sed recurrendum ad ius commune, de quo per Panor.in c.auditis.nu.8.s̃.de restitutio.in integ.& per nos.in c.cum personæ.in ver.ita cadit, de priuileg.ĩ.

¶Clemens quartus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Cap. XI.

¶Vt officiũ inquisitionis cõtra hęreticos in ꝓuincia, &c.

SVMMARIVM.

1 *Timor domini, metui hominum anteponatur.*
2 *Regulariter delegati diuisim non procedunt, nisi in forma commissionis habeatur.*
Quilibet ordinarius per se procedere potest.
3 *Propter infamiam & suspitionem, & propter scandalum, & tumultum populi, in crimine hæresis proceditur.*
4 *Ibi est diligentius examinandum, vbi de salute hominis agitur.*
5 *Omnes huius libri constitutiones simul fuerunt approbatæ & diuulgatæ.*
6 *Quis leuius impeditur ab obtinendo, quàm deijciatur ab obtento.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ablatiuus absolute positus, de sui natura conditionem inducit.*
Quod est in conditione, habet se ad esse & non esse.
2 *Lupus dicitur vt hic.*
3 *Lupus famem diu portat.*
4 *Naturalia non sunt alicui imputanda, etiam si sonant in vitium.*
5 *Clausula non obstantibus, non requiritur in legibus communibus & municipalibus.*
6 *Tempus compositionis, non confirmationis attenditur.*
7 *Quando pœna priuationis non apparet, requiritur sententia, quia priuatio non fit ipso iure.*
In dubio lex non dicitur quem damnare ipso iure, sed per sententiam iudicis.
8 *Qui facit contra voluntatem defuncti, aut illam nititur impugnare, debet priuari commodo omni, ex testamento procedente.*
Voluntas & prohibitio testatoris dicitur lex, & pro lege seruanda.
9 *Frustra legis auxilium implorat, qui committit in legem.*
Multa prohibentur fieri, facta tamen tenent.
10 *Facilius aliquid retinetur, quàm de nouo acquiratur.*
11 *Criminosi non sunt a beneficijs ipso iure priuati, illis tamen non possunt conferri imposterum.*
12 *Suspensio perpetua, depositioni æquiparatur.*
13 *Qui sint criminosi, qui ipso iure beneficijs sunt priuati.*

VT INQVISITIONIS OFFICIVM. Hoc c.informat, & dirigit inquisitores hæreticæ prauitatis. Et primò quo ad Deum † cuius timorem metui hominum anteponant.2.in §.[Si verò] eosdem instruit quo ad personas, contra quas est inquisitum.3.§.[verum] & seq.quo ad personas, qui testes in huius negocio sint recipiendi.4.§.[compescendi.] & §.seq.quo ad personas, per quas impediri vel differri possit dictum negocium. Primò in quæstuarijs. Secundò in potestatibus capitaneis & alijs locorum rectoribus, [separatim] hoc fuit hic additum, quia delegati † regulariter (nisi in forma commissionis habeatur) non possunt diuisim procedere.ff.de re iud.duo ex tribus: sed fauore fidei secus, & in hoc casu ordinarijs ęquiparantur: quorum quilibet per se procedere potest.ff.de offic.consul.l.1.& ff.de re iudic.l.Pomponius [suspectus.] Et sic propter † infamiam, & suspicionẽ potest procedi in hoc crimine, & etiam propter scandalum, vel tumultum populi infra de purga.can.ca.inter.2.q.5.omnibus [sanctiones.] ĩ.de purga.cano.inter.s̃.de accusa.c.qualiter.1.s̃.de symo.licet Hely.s̃.eo.ad abolendam [postposito [a]] 11.q.3.c.Iulianus.& c.quæ resistit.[ecclesiæ.] ĩ.de sent.excom.cum consideres.& c.ex tenore.& c.a nobis, circa fin.11.q.3.cum aliquis.& c.seq.& s̃.eo.accusatus.§.si vero [consueuit] hoc habetur.1.q.7.c.quotiens.1.& c.saluberrimum, & de consecra.dist.1.ego Berengarius [simulata] 27.dist.quid interrogasti.1.q.1.sicut ficti [lupum [b].] s̃.de censib.cum Apostolus [cautela] quia ibi est diligentius † examinandum: vbi de salute [c] hominis agitur.C.de appella.additos.& l.in causis.Sed hic diligentissimè, cum nedum de hoc crimine contra viuentẽ, sed etiam contra defunctum: filios, nepotes, & bona, sententia hic lata habeat vires suas.s̃.eo.accusatus.§.in eo.s̃.vergentis.C.ad l.Iul.maie.l.fin.[duos viros.] s̃.de probatio.c.quoniam.contra & ibi dicta hic ampliantur, vt hic liquet [quæstuarios.] ĩ.de pęni.& remissio.cum ex eo [generali.] s̃.de rescript.nonnulli.

¶Sed quęro, an hęc constitutio tollatur per nouellam constitutionem.s̃.hoc lib.de rescript.statutum, videtur ꝙ sic: quia est posterior, ergo præcedẽtem tollit: etiam si nõ fiat mentio in secunda [d] de prima.s̃.hoc lib.de constitutioni.capi.1.

¶Sol.hic est specialis prouisio in facto hæresis, quæ nõ tollitur generali prouisione dictæ constitutionis, statu ũ.

¶Item licet inter dictas constitutiones sit prius & posterius in tempore: tamen non est prius, vel posterius approbatione, [e] cum omnes † huius libri constitutiones simul fuerint approbatæ, [f] & diuulgatæ: vnde si modo fieret constitutio vni de constitutionibus huius sexti aduersa, regulariter antiquam abrogaret: secus forsan de simul approbatis: arg.C.de Iustini.C.fa.§.quibus. Et de hoc not. plenius.s̃.hoc lib.de constit.c.1.[spolietur] nunquid ipso iure, videtur ꝙ sic propter sequentia: nam si hic sit canon ferendæ sententiæ non latę, videtur, ꝙ ante latam sententiam pęnæ sequentes non deberent inferri. Sed dic contra, [g] quia † quis leuius [h] impeditur ab obtinendo, quàm deiiciatur ab obtento.s̃.de iureiuran.c.quemadmodum [i], vnde hic obtento non priuatur ipso iure: licet reddatur inhabilis ad obtinendum.

ADDITIONES PROBI.

a Postposito. Ablatiuus est: sed non absolutè positus, qui † dicitur de sui natura conditionem inducere. l.à testatore.vbi Bar.ff.de condi.& demon.Cal.in consi.1.in ti.de verb.signi.Bal.in l.1.col.pen.C.quando liceat ab emp.no.in l.ab emptione.ff.de pact.& sic subiicitur regula: q̃d illud quod est in conditione, habet se ad esse, & non esse. l.si pupillus.§.si sub conditione.ff.de nouatio.cum aliis alleg.per Alex.cons.97.nu.9.aliàs de facto.vol.3.

b Lupum. Archid.dicit hic † ꝙ lupus a Græco translatus est Grecè enim lycos dr̃: quia rapte est rapacitatis & quicquid inuenit trucidat: aliter tamen dicit Isido.ꝙ lupus quasi leopus est dictus: eo ꝙ ipsi tãquam Leoni virtus sit in pedibus, quia quod pede presserit: non viuit. Rapax autem bestia est: & cruoris appetens: qui rabie rapacitatis quemcunque inuenerit trucidat, de quo aiunt rustici, hominem vocem perdere, si eum lupus prior viderit, & inde subito tacenti dicitur, Lupus est in fabula.

Lupus † famem diu portat, hinc.gl.in l.fi.C.de alimen.pupil.præst.ait lupum viuere de vento nouem diebus.

Item lupus est valde audax, & ludere multum diligẽs, qui si puerũ reperiat ludit, quem postea occidit & comedit, & vulnera, quæ morsu eius accidũt valde sunt mala, ex quibus exit virus, & curantur sicut morsus canis rabidi secundum Philosophum. Et quando inter animalia præualet, si nõ ei, resistatur, totum gregem strangulat & occidit, licet totum comedere non possit, & finaliter tota species naturę luporum, naturæ ouium aduersatur, adeo ꝙ cordula facta de intestinis lupi iuncta cordulis citharę factis de intestinis ouis eas corrumpit, similis est dęmoni,

qui

qui summe est audax, ludens cum pueris, id est, fragilibus, quos postea occidit & comedit, & inde dicitur diabolus nomen grecum, a dia ꝙ est duo, & bolus ꝙ est morsellus, quia duos bolos, vnum scilicet de corpore, & alium de anima nostra quærit facere, postquàm per multa ludibria nobis illuserit.

Quod sit nomen grecum testatur glo. in c. 1. s. de sum. Trinita.

Vel dic ꝙ est nomen simplex a dianallo greco. quod idem est quod calumnior, & ꝙ grece diabolus, hebraice sathan, latine calumniator.

Et adde ꝙ lupo, prout nec vulpi, & alijs similibus animalibus, vitia huiusmodi, tamquam naturalia non sunt
4 imputanda, per regulam iuris, ꝙ naturalia † non sunt alicui imputanda, etiam si sonant in vitium. tex. est not. in l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infecto hinc beatus Tho. in proposito ꝙ dolus in vulpe non est vitium, quia natura eius est. refert Bal. in l. quæ fortuitis. circa fi. C. de pigno. actio. facit in argu. l. 1. ff. si quadru. paup. fecis. dica. Quod ea quæ secundùm naturam solitam fiunt, puniri non possunt.

Et quidam ex nostris (prælati pastores dicti) appellari possunt lupi, quia sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores successiuè consumunt bona Ecclesiæ. 13. q. 1. c. 1. circa medium. de his meminit Hieremias. c. 23. Ve pastoribus qui dispergunt & dilacerant gregem. dixi. s. de elec. in c. nemo. Hi profecto instar animalium brutorum naturaliter odio se habent, quia eodem cibo viuunt. no. Ias. in consi. 167. nu. 7. formate. vol. 4.

c De salute hominis. Et fortius quando agitur de salute animæ, per id quod citat Bar. in auth. sacramenta puberū. C. si aduer. vendi. vbi dicit ꝙ fauorabilis est dispositio, per quam saluti animæ consulitur. Ioan. And. & alij Scriben. in c. ex tenore. s. qui fil. sint legi. sequitur & refert Deci. consi. 163. sub nu. 7. in causa matrimoniali.

d Secunda. Dic ꝙ clausula, † non obstan. non requiritur
5 in legibus communibus. glo. habes singu. in c. veniens. in ver. nullam. s. de præscrip. etiam in legibus municipalibus. de quo per Bar. in l. Vlpianus. §. sunt & alij. ff. de excus. tuto. vbi additio ampla, & post eum. ibi Nico. de Neapol. idem Bart. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cog. Bal. in l. humanum. C. de legib. Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. non obstantibus, post prin. quia eo ipso ꝙ posteriores condit, contrarias priores videtur tollere. l. non est nouū. & l. nam & posteriores. ff. de legib.

e Approbatione. Istud videtur contra illud, quod debet
Dic præterea ꝙ ratione præmissorum filia nō a matre, sed a patre cognomen suscipit, licet effectum matris habeat non patris. iuxta regulam quando vnum ens habet effectum vnius subiecti & formā alterius, debemus illud † nominare a subiecto formali tamquàm a digniori & potentiori, & non ab illo cuius habet effectum. l. an inutilis. ff. de acceptil. l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. no. Pet. Rebuf. in repe. l. quod iussit in præfatio. num. 72. meritò pater & mater dicuntur vehementissimè amare filios, cum secūdùm Philosophum † quilibet opus suum diligat, magis q̄ diligatur ab opere suo, quia omnes ad illud quod ipsi fecerunt quodammodo beniuoli sunt: pater igitur beniuolus est ad filiū eo ipsius existente factore, propter quod magis pater filium amat quàm filius patrem, eo etiam ꝙ de natura sua propria dederit filio corpus proprium, idē de matre, filij autem parentibus in generatione nihil dederunt: quamobrem filij non tantum diligunt parentes sicut ab eis amantur. l. isti quidam. ff. quod met. cau. quia diligunt eos vt opera sua, & carnem suam, & membra sua, & hac de causa non præcepit patribus, sicut nec præcepit homini diligere seipsum, quæ considerans Salomon prouerb. 6. c. dicit filij conserua præcepta patris tui. q. d. quòd propter maximam dilectionem non tibi præcipiet nisi bonum, quia est fidelior † amicus, quem quis habeat in mundo, & qui deducit filium de non esse ad esse.

i Paterna linea. Pau. de Cast. consi. 11. col. fi. visis & ponderatis. in 1. par. dicit quod nō dicitur † linea paterna nisi illa in qua sunt attinentes patri per masculos, sicut nec agnatio. l. iurisgen. §. parentes. ff. de gradi. Et est verbū strictius quàm verbū latius, quod significat ordinem pluriū personarum per eundem sanguinem attinentium.

¶Pro informatione huius verbi vide Bal. consi. 321. testamento cauetur. in 1. par. vbi dicit ꝙ duæ sunt lineæ videlicet recta, & inflexa, sic est transuersalis. Et recta linea est duplex ascendens & descendens, & transuersalis est similiter, scilicet superior vt patruus, amita, auunculus, & matertera. & descendens, seu procedens, vt frater fratris filius, soror, sororis filius. vide eundem Bal. in 3. par. consi. 334. col. penul. in quæstione quæ vertitur.

Et attende quia quando facimus mentionem de linea, in dubio intelligitur de recta, nō inflexa, vel obliqua. arg. l. qui liberis. § hæc verba. ff. de vulga. & pupil. substi.

Et qui † dicantur descendere de linea masculina, vide latè per Deci. consi. 319. præclarissimè vbi dicit sub nu. 2. Bal. Imo. & Alex. concludere. in §. nunc de lege. in l. Gallus. ff. de liber. & posth. ꝙ filia filij masculi dicitur esse de descendentibus per lineam masculinam, quia descendit a filio masculo. Secus dicunt in nepotibus ex filia, quia illi non descendunt a masculo, sed a fœmina. vide etiam eundem Deci. consi. 365. viso consi. qui dicit consi. 379. nu. 1. requisitus pro consilio, ꝙ linea materna videtur linea, sub qua vel in qua mater continetur, & etiam transuersales comprehendantur. Soci. in l. Gallus §. nunc de lege. col. 2. de lib & posth. ff. & ibi subdit Deci. ꝙ linea auitia siue auita incipit a primò descendente. c. quod dilectio. & c. fi. & ibi glo. s̄. de consang. & affini. tradit Alexan. consi. 43. nu. 6. consideratis his. vol. 3.

Adde præmissis. Alex. consi. 53. col. 1. consideratis his. vol. 6. quem etiam vide pro descendentibus ex linea masculina. consi. 43. col. 1. consideratis. vol. 3. & latè per Ias. in consi. 115. præsens consultatio. vol. 4. vbi dicit quòd illa verba, descendentibus ex linea denotant quantitatē masculinitatis inherentem producenti ipsum descendētem, non autem denotant qualitatem inherentem ipsi descendenti.

k ¶Et videtur ꝙ sic. Ad istud facit quod not. Bald. post Cy. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. vbi dicit ꝙ quando ista nomina denotantia naturam, putà filij, fratres & c. proferuntur a lege ꝙ intelligantur etiam de nō legitimis. l. parentes cum. l. seq. ff. de in ius voc. & l. tutelas, cum ibi not. ff. de cap. dimi. vel quando a testatore. l ex facto §. si quis rogato. ff. ad Trebel. Quando tamen proferuntur a statuto, cuius verba intelliguntur secundùm cōmunem vsum loquendi. l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. intelligitur de legitimis & naturalibus tantum, facit gl. in verb. liberi. in fi. in Cle. vnica de baptis. pro qua vide Ange. consi. 33. & Petr. de Ancha. consi. 110. præmissa firmat Pau. de Cast. consi. 178. super eo. in 2. par.

Pro intento vide Alex. consi. 60. visa legitimatione. in 2. vol. vbi adducit quod citat hic Io. Mo. de castitate & luxuria. Et subdit ꝙ plures reperiuntur casus in quibus filij non

lij non legitimi comprehenduntur in verbis legis facientis mentionem de filijs.

19 ¶Primus † est quando prouisio legis facientis mentionem de alijs, respicit actum naturalem. ff. de ritu nuptia. l. nuptiæ consistere. cum. l. 4. & l. adoptiuus. §. eo. titu.

Secundus casus est quando respicit ius quasi naturale vt reuerentiam erga parentes. l. parentes. ff. de in ius voca. iuncta. l. veluti. ff. de iusti. & iure.

¶Tertius casus est, quando agitur de puniendo filium propter delictum patris, quia punitur legitimus, fortius debet puniri illegitimus, & iste est casus noster.

Quartus casus est quando agitur de puniendo filium propter delictum ipsius filij, & lex sic puniens loqueretur per verba naturalia, puta de filijs nobilium loquendo vt plus puniantur, nam intelligitur de non legitimis etiam spurijs, ita loquitur determinatio Bart. in l. pronunciatio. ff. de verb. signifi. & in d. l. tutelas.

¶Quintus casus est vbicunq; tractatur de damno, vel præiudicio ipsius illegitimi, quo casu veniunt appellatione filiorum, secus si de eius commodo & fauore, ita collige. ex d. glo. liberi. s. allega. Si autem agitur de præiudicio tertij, non comprehenditur. l. lege Iulia. § hoc capite. ff. de ritu nuptia. vel quando agitur de dispositione merè iuris positiui, secundùm Guiller. de Cuneo. in d. l. parentes.

l ¶Luxuria. Quæ nullum vehemētius frenum † habere 20 dignoscitur, quàm literarum laborem, & incitatam studiorum auiditatem, atq; constantiam, hinc Hiero. ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis.

m ¶Successionem. Et sic nec cognationem vel coniunctionem. l. spurius. ff. vnde cogna. no. latè. Alexan. de Imo. consi. 60. nu. 15. visa legitimatione. in 2. vol.

n Ex parte patris. Adde igitur ꝙ filio bastardo† legitima 21 nō debetur, prout nec præteritus agit contra tabulas, nec aliquod in remedium cōtra testamentum patris, secundùm glo. in l. 1. in ver. naturales. in fi. ff. de bo. posse. contra tabu. quam sequitur Bald in l. humanitatis. C. de natura. liber. & est sing. secūdùm eundem Bal. in c. innotuit. in 4. col. de elec. & in l. fratres. C. de inoff. testa. refert Ang. in §. 1. Insti. eodem. Ias. in l. Gallus. §. quidam. col. 5. idem Bal. in c. 1. s. de constit. Et sic ipso patre inuito, vt ibi, secus de legitimo dicas, quia huic legitima debetur, patre etiā inuito. Bald. in l. quotiens. C. de hæred. instit. facit glo. in l. nec ei. §. eorum. ff. de adop. volens ꝙ licet substitutio pupillaris rumpatur & extinguatur, si pipullus cui facta fuerat, quia fortè doli capax, prolem susciplat, tamen hoc intelligitur de prole legitima, quia bastardi substitutionem non extinguunt, secundùm Alex. in addi. ad Barr. in l. in pupillari. ff. de vulga. alleg Bald. in d. l. nec ei de adoptio. 22 ff. procedit equidem econtra, vt pater naturalis † in bonis talis filij nullam habeat portionem cum regulentur a pari. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. Azo. C. de legi. hæredi. circa finem in summa quem refert & sequitur Bart. in l. fi. num. 5. ff. de his quib. vt indig. & in l. 1. nu. 2. ff. de bono. poss. contra tabu. Bald. in auth. licet. C. de natura. liber. & in d. l. Gallus. §. 1. refert Alex. de Imo. consi. 139. num. 3. eleganter fuit consultum. vol. 1. vbi subdit ra- 23 tionem, quia natura † successionis est vt illa sit reciproca, & non succedatur illi, qui mihi non succederet.

¶Ex quibus dictis habeo satis comprobatum, iunctis his quæ dico in sequen. in ver. cum patrem non habeat, ꝙ bastardi esse non dicuntur de genere patris cum appellatione eorum de genere solum veniant agnati & non cognati. glo. in l. 1. ff. de proba. licet videatur dicendum, ꝙ etiam cognati sint de genere. per text. in §. hos autem in Auth. de manda. Prin. colla. 3. Et Bald. in d. l. 1. tamen tenendo primum dicemus bastardos agnatos non fore, nec agnatos habere: qua ratione non habent tutores legitimos Bal. per illum text. in l. matres. C. quando mulier. tutel. offi. Quia carent agnatis, pariter nec testamentarios. Bart. post glo. ibi. in l. 1. ff. de testa. tutel. imo etiam ipsi patri naturali non defertur tutela sui bastardi. Bald. in auth. matri. & auie. C. quando mulier tutel. offi. fung. potest.

In puncto nostro hæc in præsentiarum sufficiant quia fatigatus animo ob necem mihi clarissimi domini Hemundi Gentilz in Ecclesia Bitur. canonici & de Sigalonia Archidiaconi hac luce, 16. Cal. Maij anno. 1531. in ipsa Ecclesia post horam vespertinam ex abrupto cōtingentem cuius anima in pace requiescat.

o ¶Luxuria. Est † nomen generale, quia dicitur quan- 24 do delicate & moliter viuimus. hinc Cicero de orato. dicit lętas segetes luxuriosa frumenta. & Vergil. lib. 1. georgi. luxuriam segetum tenera depascit in herba, ita viuere in luxu est nimia abundantia & vitæ splendore viuere, luxus enim non venereæ libidinis spurcitiæ, sed splendorem & magnificentiam significat, & vltra quam mediocritas postulet. ita Virg. At domus interior regali splendida luxu. Ideo luxuriose viuens dicitur qui in luxu, hoc est nimia rerum lautitia & sumptu superuacaneo & superfluitate abundanti vitam agit. vide Panor. in c. cum secundùm apostolum. s. de præb.

p Patrem. Illegitimos spurios & alios ex damnato coitu progredientes dic habere patrem, quem tamen habere non licet. tex. in l. vulgo. ff. de stat. homi. Inst. de nupt. §. si aduersus. glo. in c. consuluit. s. de ser. non ordi. vide pro hoc Bart. in l. fi. num. 2. ff. de his quib. vt indig. & post eum & latius Benedicti de benedictis. consi. 1. vbi concludit 25 quòd nato † ex adultero & moniali non succedunt fratres, nec filij huiusmodi adulteri & monialis, quia talis non habet principium legis, & sic non vocatur filius ex ipsius legis dispositione, ergo in consequentia non vocantur parentes illi, ex quibus natus est, ad hoc quod habetur. in l. fin. C. de indicta vidui. toll. Ergo si non sunt parentes eorum coniuncti, non possunt dici agnati & cognati Spurij, cuius appellatione dico coniuncti, non comprehenditur Spurius. Bald. in l. id quod pauperibus. C. de episco. & cleri. idem Bald. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substitu. quod bastardi non includuntur in dispositione legali tacita vel expressa. facit glo. in Cle. vna. de baptis. in ver. liberi. in fi.

Ex qua doctrina notant quòd illegitimi non dicuntur nobiles. Ange. de Perusio. consi. 33. latius deduco hæc in tracta. de manda. apostolicis.

q ¶Cum perseuerantia. Dico latè. in c. vno de scisma. vltra quæ vide Deci. consi. 178. quod. s. vbi disputat de do- 26 natione facta alicui sub conditione. Si studeret † legibus, quæ intelligitur quod perseueret, & quod gradum doctoratus meritò consequatur, & hæc conditio habet tractum successiuum, nec dicitur impleta si non durat ex facto eius qui debuit illam implere. pro hoc facit glo. in l. si pro parte. §. versum. in versicu. versum. in fi. ff. de in rem verso. quæ dicit quòd si illud quod factum est non durat ex voluntate eius, qui impleuit, quia ipse est causa quòd non duret illud factum, quod non durauit, pro non facto habetur, adducit not. Bald. in l. si quis hæredem circa fi. versi. irem facit. ad q. C. de insti. & substi. quod si maritus instituit hæredem vxorem, sub conditione, si acciperet tertium ordinem. S. Francisci, quòd si accepit illum habitum, & non perseuerauit, non debet habere hæreditatem, quia non dicitur conditionem impleuisse.

¶Et sic habes intentum pro regula ꝙ vbi conditio, seu dispositio est adiecta per verba habentia tractum successiuum, non sufficit momentaneum implementum. l. si quis ita legauerit. ff. de condi. & demonst. l. si a te. ff. si seru. vendicetur cum similib. citatis per Alex. consi. 53. col. fi. consideratis. volu. 6.

¶Item pro ipso intento principali habeo, quòd si lex 27 municipalis † vel statutum dicat, quòd producens falsum instrumentum cadat a causa, debet intelligi si in ea productione perseuerauerit vsq; ad sententiam, & non destiterit, alias secus. l. qui in seruitutem. §. petijsse. & l. qui cum maior. §. recusasse. ff. de bo. liber. l. Papinia. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. cum alijs per Alex. citatis. consi. 108. in fi. viso processu. volum. 6. vide quæ dixi. in rub. s. de appella.

¶Et vlterius pro intento Ioan. Mona. hic de perseuerantia, adde idem dicendum stantibus rebus sic. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. qui seruum. cum ibi not. ff. de verbo. obliga. c. cum inter. s. de renuncia. Ias. in consi. 60. volu. 3. Maria. Soci. consi. 129. in fi. quod incipit præstantissimi.

28 Dicimus nempè perseuerantiam † adesse quando vtimur hoc verbo perpetuum, per ea quæ no. Alexan. consi. 70. circa hesitationem. volu. 6. vbi dicit ꝙ de natura huius dictionis perpetuū & ꝑpria significatione est, ꝙ denotet perseueran-

perseuerantiam.i.sine temporis præfinitione.l.purè.§.fi. ff.de doli excep.& l.3.ff.de exceptio.

¶Et pro hoc quod in prin.dicimus habes Alex.consi. 71.num 8.uideretur.vol.5.q semper debet actus a disponente factus intelligi,rebus sic se habentibus, prout de præsenti se habent,& non aliter.l.quod Seruius. & ibi not.in glo.fi.ff.de conditio.ob causam. Barto.in l.qui Romę.§. duo fratres.in 6.q.ff.de verbo.oblig.Innoc.in cap.eam te. ante finem.s.de rescrip. dum dicit respondeo quòd non intelligit purè concessisse, sed sub conditione,scilicet Ecclesia in eodem statu durante.l.1.ff.si ex noxa. causa agatur. facit l.ex facto. in princip.ff.de vulga. & pupilla. pro Ioan.Mona.hic alleg.alia iura idem Alexan.consi.72.col. fina.videtur.volum.3.& Dec.consi.475.num.23.in causa. quæ Mantuæ.& ibi latè.& consil. 521.num.13. consultus. vide quæ tradit Signorel.de Homod.consi.97.quæstio disputanda.& Ias.in consi.6.colum.5.vol.3.vbi loquitur de donatione in qua dicitur quòd non possit reuocari, quia intelligitur nisi totius primæ voluntatis pœniteat, & sic rebus se habentibus.

¶Bonifacius Octauus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Cap. XVI.

¶Inquisitores hæreticæ prauitatis ab Apo.sede, &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione clericorum non comprehenduntur Episcopi, sed presbyteri diacones, & alij inferiores.*

Appellatione dignitatis non comprehenditur Episcopalis dignitas, prout nec Abbatia.

2 *Legatus (etiam de latere) ad depositionem contra Episcopum procedere non potest.*

3 *Priuilegium Episcopalis dignitatis est ne Episcopus deponatur, nisi per Papam.*

Quod non est mutatum quare stare prohibetur, in eo in quo mutatur.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Regulariter in maioribus criminibus sententia executioni mandatur in loco delicti, & hic rationes subduntur.*

2 *Spectat ad bonum præsidem, vt prouincia sibi commissa malis careat hominibus.*

3 *Remissio fiat præcedentibus aliquibus tactis hic.*

4 *In crimine hæresis non fit remissio, & ratio hic subditur.*

5 *Vagabundus vbiquè potest puniri, & de eo non fit remissio.*

Vagabundus qui dicatur.

6 *Remissio in delictis fit, etiam post sententiam ante illius executionē.*

7 *Remissio in criminalibus habet naturam deuolutionis.*

Curia Romana est sicut Paradisus, seu Infernus.

8 *Remissio petitur inter iudices de vno imperio.*

9 *Non fit remissio in leuibus criminibus.*

INQVISITORES. Casus; generali commissione Inquisitoribus facta,non comprehenduntur Episcopi, cuius contrarium vidi factum. Et credo q illud dedit causam huic constitutioni. Et est ratio,appellatione † clericorum non comprehenduntur episcopi: sed presbyteri, diacones & inferiores.C.de episco.& cle.aut.presbyteros: quæ est.11.q.j.§.2.verò.Et potest esse ratio, sicut appellatione dignitatis,non continetur Episcopalis dignitas, sic intelligitur.s.hoc lib.de præb.licet.1.vbi appellatione dignitatis, etiam abbatia non continetur, a vt declarare vidi.& arg.s hoc lib.de præb.cum in illis.1.resp.& c.quāuis. 1.§ quāquam.& 7.q.1.scire.

¶Contra.j.hoc lib.de cler.ægrot.cap.1. Sol.vt ibi [nunciare.]

¶Sed nunquid potest inquirere, vt negocium ad Papam remittat instructius.arg.q sic.s.de appellat.constitutus.sed dic q legatus ibi de facto, duntaxat, vel de partiū consensu processit,& hic similiter est in iurisdictione defectus,secus si non esset defectus in cognitione,licet esset defectus in certo casu:verbi gratia. Archiepiscopus contra Suffraganeum, vel Legatus etiam de latere † contra Episcopum,ad depositionem procedere non potest, quia hoc & alia sunt sedi Apostolicæ specialiter reseruata. no. s.de transla.episcopi.c.1.& s.de excessi.præla.sicut & s.de offi.lega.quod translationem possunt tamen cognoscere & absoluere, sed non condemnare. Sed remittere b negocium Papæ instructum,vt de facto vidi arg.C.vbi senato.vel clar.l.3.at est ratio,cum sit † priuilegium Episcopalis dignitatis,ne deponatur nisi per Papam,in alijs iurisdictio firma manet.arg.ff.de reg.iur.l.1. Auth.de non alie. §.vt autem lex.colla.2. Quia quod non est mutatum, quare stare prohibetur in eo, in quo non mutatur.C.de testa. l.sancimus.arg.ff.de offi.consul.l.1.s.hoc lib.de offi.deleg. cum plures.

ADDITIONES PROBI.

a NON CONTINETVR. Dictum hoc refert gl. pragma.in c.licet.in ver.obstaculo.de elect.& reser.

b ¶Sed remittere negocium. Vt ibi sententia declaratoria sumatur,non executio sententiæ, quia regulariter 1 † in maioribus criminibus sententia executioni mandatur, in loco delicti.l.capitalium.§ famosos.ff.de pœn.vbi per iurisconsultum rationes aliquæ assignantur,videlicet q sit consolatio & solatium cognatis & affinibus interēptorum,& vt conspectu alij deterreantur talibus facinoribus.

¶Fit etiam loco delicti strepitus iudiciarius,cum in eo loco facilius & pinguius reperiantur probationes. text. in Authen.vt omnes obedi.iudici.prouincia.§. hæc considerantes.colla.5.

His adde,quæ Ioā.Mon. in proposito citat in c. Romana.§ contrahentes.s.de iudic.quia multum vigent.

2 Item ad bonum & grauem spectat † præsidem, vt malis hominibus prouincia sibi commissa careat,nec distinguitur vnde sint.l.3.& l.congruit.ff.de offi præsid.

Ratio,quia propter delictum territorium suum offenditur,& Respublica turbatur. Ad ipsum ergo est facienda remissio,etiam propter vtilitatem subditorum,ne cogantur cum luctu, & expensis reum ad aliam sequi prouinciam.d.§.hæc considerantes.

3 Priusq; tamen † remissio ipsa fiat,attendere debemus ad plura,primò quod constet crimen de quo agitur,fuisse commissum.per l.1.§.item.ff.ad Sillania.saltem aliqualiter.dicit Oldra.consi.124.quod remissio. quem sequitur Card.in Clem.pastoralis.in § deniq;.in fi.de re iudic.licet Oldr.non alleget,vt putà per informationes,per eum aut iudicem requirentem factas,vel saltem coniecturis constet.dicit Cępol.consi.statim allegā.col.10.vbi hoc fouet multorum Doct.authoritatibus, dicens q pro hac parte tamquàm meliori & tutiori tenuit, & secundùm ea fuit iudicatum,& hanc ante omnes tenuit Ioan.Mona.in d.§. contrahentes.in fi.

¶Et ratio.dicit glo. in hac materia commendata in d. §.deniquè.quam Barto.in l.1.C.vbi de crimi. agi opor.& Panor.ac Fely.in c.fi.s.de for.compet.sequuntur, quia si sine aliquali cognitione remitteretur, delatus posset infamari sine causa, & ita audio hac nostra ætate practicari.

¶Si autem delatus commiserit crimen aliquod in territorio iudicis requisiti, tunc priusquàm fiat remissio p ipsum de eo pugnetur,postea ad iudicem requirentem de alio crimine puniendus remittetur. text.in l.si cui.§ fina. ff.de accusa.

¶Alia attendenda vide per Guido.Papæ.q.202.in remissione, vbi dicit vnum ad propositum rubr. Quod si 4 quis † accusatus de hæresi q vbiq; pro tali crimine potest puniri,nec fiet remissio.pro hoc alleg.Bart.in l.si domum.ff.de furt.Et est melior conditio præsidis possidentis. ita dicit determinare Iacob.Butriga. in l.Ariani.C.de hæret.

¶Pro his habeo (si benè sentiam) vrgentem rationē, quia crimen hæresis in Deum solum committitur,quod commissum in omnium fertur iniuriam.testatur Io.Mo. in rub huius titu.vbi dixi.& in c.sequen.Ergo in quocunque loco fit strepitus iudiciarius, & sententiæ illius executio, cum vbiq; sit tribunal causæ domini, iuxta illud Psal. Domini est terra & plenitudo eius,cum similib. nec dabilis est locus in quo hęreticus magis principaliter deliquerit.l.Arriani.C.eo.

Istud habes modificare per thema Io. Mo. hic quod procedit ratione Pontificalis dignitatis propter quam sæpe defertur. not. in c. quia Pontificali. s. de offic. delega. hoc lib. ꝙ in hæretico non fiat remissio, potest comprobari a fortiori ratione, quod dicimus de vagabundo, de quo nō fit remissio, † quia vbiq; potest puniri. text. & ibi glo. fi. C. vbi de crimi. agi opor. Quia talis vbilibet potest conueniri. §. si quis verò. in Auth. vt nulli iudicum. collat. 9. de eo enim dicitur illa authoritas vulgata, vbi te inuenero ibi te iudicabo. Ita dicit Panor. in d. c. fi. num. 13. s. de foro cōper. & est communis, inquit, Bellam. in consi. 11. col. pen. Et dicit Panor. ꝙ vagabundus dicitur ille, qui non habet domicilium certum, vel habitationem Bart. in l. 3. §. prætor. in princi. ff. de dam. infec. & in l. 1. de tyro. lib. 12. C. & in l. quisquis. in fi. de agric. & censi. lib. 11. C. refert Cepol. vbi. s. col. 15. tex. in l. eius qui. §. fi. ff. ad municipa. Ista excipiuntur a regula, licet remissio in criminalibus sit multū fauorabilis per prædictas rationes, adeo ꝙ mādans remittitur ad locum & iudicem delicti, non ad iudicem loci, in quo mandans tunc stabat, & hæc est æqua opinio rationibus & authoritatibus Doctorum, magis fulcita, pro qua est iudicandum. dicit Guido. Papa. q. 104. casus contingit. alleg. Bal. in l. si vt proponitur. in 1. col. vers. quæro an ibi. ff. de fideiusso. & l. non solum. §. si mandato. in 3. colum. versi. quæro vnde oritur. ff. de iniur. Bal. in l. fina. 3. colum. vers. pone consuetudo. C. si a non compet. iudic. sequitur Panor. in d. c. fi. num. 27. vers. Item dubitatur de mandante. vbi dicit ꝙ hæc est communis conclusio ꝙ debet puniri non vbi mandauit, sed vbi delictum subsequutum est, quia ibi destinatus est effectus delicti, quod comprobare poteris per ea quæ latè discutit Domi. & post eum Franc. in c. fi. de homicid. li. 6. fauorabilis enim reperitur, vt non solum fiat ante † sententiam, sed etiam post sententiam ante executionem, vt ipsa fiat per iudicem delicti. glo. in l. a diuo Pio. in §. sententiam. quam ibi sequitur Alexā. ff. de re iudic. glo. in c. postulasti. s. de foro compe. vbi Io. And. & Imo. id dicunt verum ad requisitionem iudicis pronūciantis: tu dic tamen secundùm Panor. ibi quòd poterit sine requisitione, vide tamen Bald. in l. executorem. col. 7. C. de execut. rei iudic.

¶ Item remissio † in criminalibus habet naturam deuolutionis, vt fiat de minori iudice ad superiorem, non econtra, quia (iuxta naturam deuolutionis) de maiori tribunali ad minus non fit. quod firmat Oldra. d. consil. 124. circa fi. inferens. ꝙ a Romana curia ad alias non fiat remissio, quia est maior omnium curiarum mundi. firmant do. de Rota. in not. decis. 321. si appellatus. & meritò dicitur, ꝙ illa curia est sicut Paradisus, seu sicut Infernus, quia qđ semel recipit nunquam dimittit. testatur Præpo. in cap. vt debitus. col. 5. de appel.

¶ Istud Oldra. in d. consil. in fi. comprobat consuetudine, quia consuetudo semper fuit in curia Romana, vt nunquam remittat, licet ipse casus sæpe & sæpe acciderit seruari, ergo debet per subditos quibus maiorū suorū exempla præiudicant. l. si cohortalis. de coartali. lib. 12. C. Et hac de causa remissio quam fecit Pilatus de Christo ad Hærodem Regem Galileæ suum non habuit effectū: nec Christus coram ipso Herode voluit quicquam respōdere, cognoscens Herodem iudicem non fore competētem, cum Pilatus esset pro Romanis, qui erant superiores ipsius Herodis, pro quo facit. l. si cu. §. fin. ibi diuus Pius Pontio proconsuli rescripsit. ff. de accusa.

¶ Item remissio † petitur inter subditos eidem imperio, siue inter iudices de vno Imperio, Principatu, Ducatu, Regno, seu Terra, quæ vni Regi Principi, vel domino subest. not. Bald. in l. 2. versicu. sed nunquid. C. de ser. fugi. quo in casu si non fiat, possunt iudices requisiti per eorum superiorem puniri, & inobedientes ad hoc compelli. not. d. glo. in Clemen. pastoralis. & ibi latè Scriben. secus inter non subditos, quia in tali casu non fit remissio, nec ad hoc valent cogi, cum par in parem non habeat imperium, iuribus vulgatissimis, tempore enim quo ius remissionis conditum extitit, imperium stabat in cōcreto, sed nūc in abstracto, & diuisum est & scissum, ideo non fiunt remissiones, & hæc est communis etiam vtriusq; censuræ, quam videmus in experientia. Cepol. cons. 59. col. 4. Paulus faber.

¶ Ex quo habeo istud non procedere in foro Ecclesiastico, in quo indistinctè & vniformiter remissiones fiūt, partita enim non est vestis Domini, sed contexta, cum omnes Ecclesiasticæ personæ subsint vni Principi supremo spirituali, scilicet Papæ vicario Christi, cuius est terra & plenitudo eius. capitulo cuncta per mundum. 9. q. 3. dixi. s. in procœ. in versic. interiectio admirantis, qui cogere potest ecclesiasticas personas remittere & recusantes, ideo in illis est eadem ratio, quæ erat in foro temporali tempore legis conditæ, per illum qui solus erat temporali iurisdictioni, quo tempore totus orbis suberat vni Principi & eidem obediebat, scilicet Imperatori domino totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rhod. de iact.

¶ Istud tamen quod dicimus de subditis vnius Principis, & inter iudices eius, moderari habes, nisi priuilegio aut consuetudine habeant, quòd non remittant prout Massilien. & Arelaten. dicit Iacob. de Bello visu in repeti. d. §. contrahentes. num. 115. quod verum dicit Bellam. d. consi. 11. versicu. Quartò videtur. dummodo ille, qui detinet illum cuius petitur remissio, sit iudex competens, ac potestatem sicut, & voluntatem habeat puniendi, nam alias priuilegium, seu consuetudo esset irrationabilis, cum medio illius delictum remaneret impunitum, quod dicere non conuenit viro. vide latius quæ dicit Cepol. vbi s. de validitate huiusmodi consuetudinis. & ibi peroptimè. col. 5.

¶ Non fit etiam remissio † in leuibus criminibus. §. si quis verò comprehensorum. in Authen. vt nul. iudic. ratio quia cessat causa vel ratio principalis, quare fiant remissiones, quæ vt diximus, est, vt cęteri terreantur, & vt consolentur agnati & affines. ita Petr. & Cyn. in authent. qua in prouin. C. vbi de crimi. ag. opor. quorum sententiam sequutus est Henric. Boic. in cap. 1. colum. penult. s. de rapto. qui idem dicit si agitur ciuiliter de crimine quātumcunq; graui, cum sit eadem ratio: quod prosequere. vt per Scriben. in d. §. contrahentes. ad quos pro latiori informatione præsentis intenti te remitto, ne videar trāsferre porros de horto in hortum.

¶ Bonifacius Octauus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Cap. XVII.

Per hoc quod negocium hæreticæ prauitatis alicui, &c.

SVMMARIVM.

1. *Potestas generaliter Inquisitoribus data, episcopali dignitati non derogat.*
2. *Facilius inuenitur quod a pluribus quæritur senioribus.*
   Episcopus magnus sacerdos appellatur.
   Firmius est iudicium, quod plurium sententijs confirmatur.
3. *Specialis commissio regulariter detrahitur de generali.*
   Episcopus est vicarius Dei.
   Hæresis directò in Deum committitur, & per consequens in omnes.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1. *Nomen Episcopus, dicitur nomen ordinis non dignitatis.*
2. *Non est maior dignitas Cardinalatu.*
3. *Triplex Cardinalium status legitur.*
4. *Sanctus Hieronymus fuit cardinalis tituli sanctæ Anastasiæ.*
5. *Absolutio fori pœnitentialis non tollit quominus absolutus in foro iudiciali accusari possit.*
6. *Dictio, quoquomodo, & penitus quid importet, vide hic.*

PER HOC. Hæc Decretal. habet tria dicta. Primum ꝙ potestas † generaliter Inquisitoribus data, episcopali potestati non derogat.[a] Secundum, in §. verum, quòd Inquisitor & Episcopus inquirere de eodem crimine coniunctim, & diuisim possint, & eis datur via quomodo vterquè procedant. Tertium in §. [Siue] quòd Episcopi in hoc crimine procedant, prout Inquisitores possunt p̄ iura communia, seu sedis Apostolicę concessiones speciales, [derogare. Contra. s. de offic. lega. studuisti. & s. de rescript. pastoralis. Sol. illa regula per Decret. Benedicti Papæ XI. habet interpretationem & declarationem, & incipit ex eo hoc speciale, ratio specialitatis est hic fauor fidei, quia facilius † inuenitur quod a pluribus quæritur

tur fenioribus.20.diftin.de quibus, & tales funt Epifcopi qui funt & præsbyteri, id eft, feniores fecundum Ifidorū, & magni, b quia Epifcopus magnus facerdos appellatur, & firmius eft iudicium, quod plurium fententijs confirmatur.§.de offi.deleg.prudentiam.2.Refpon.

3 Vel dic fpecialis † commiffio regulariter detrahitur de generali.vt ĩ.hoc lib.de reg.iur.generi,fed vbi eft genus priuilegiatum (non vt hic) nifi fiat mentio expreffa de priuilegio.arg.§.de præfcrip.veniens.

Et quod factum hærefis purgandum fit priuilegiatum in Epifcopos, habetur.ĩ.in fi.& præcipuum, quia Epifcopus qui eft vicarius Dei & fummus in orbe, & alij in territorijs fibi commiffis habent vindicare fcelera.arg.§.de offi.ordi.c.1.ergo præcipuum fcelus, vt eft hærefis, quia alia crimina committuntur in rem Dei, quia domini eft terra & plenitudo eius, fed hærefis † directò in Deum c committitur, & per confequens in omnes.C.eo.tit.Manicheos.1.Refpon.

Et ideo vt præcipuum eft vindicandum, propter quod fic adhærens offibus Epifcopalibus generali commiffione ab eo nō recidit.arg.ff.de offi.eius cui mand.eft iurifd.l.1.Refpon.vel multipliciter alij committendo, vt hic.

Vel dic ꝙ dicta iura loquuntur in cōmiffione fpeciali, inter certas perfonas facta, quia talis fpecialitas derogat generalitati, vt ibi, fecus vbi eft generalis commiffio quę videtur multiplicare fubfidium, non auferre ius Epifcopale, vel transferre.vt hic,& §.fequen [de eodem facto] d contra.ff.naute caupo.ftabul.l.licet d.§.fi ibi, loquitur vbi iam fuerat abfolutus, quia tunc iterato non debet cogi contra eundem de eodem crimine.vt §.de accufa.de his. Sed vbi non fuerat ante abfolutus, fed inquifitor & Epifcopus concurrebant, vt negocium hærefis melius & efficacius procedat, vt hic dicitur [Et fi diuifim] hic dat formam procedendi, per quā colligitur, ꝙ ifti aduerfas fententias non poffunt proferre, fed vbi non conuenirent, habent Papā confulere.vt ĩ.fequitur [inueniri] fed quid fi ifti proceffus inueniant̄ aduerfi, feu varij, tunc dic.vt ĩ.hoc lib.de ver.fig.veniens.in fi.no.& §.de teftib.in noftra

ADDITIONES PROBI.

a NON DEROGAT. Ratio videtur quia talis inquifitor hæreticæ prauitatis generaliter in prouincia deputatus ab apoftolica fede fecundùm communē opinionem, habet iurifdictionem delegatam, & non ordinariam, vt patet in tex.noftro.firmat Do.in confi.54.col.2.quidam facerdos.

b Et magni. Et maiores Cardinalibus, intellige refpectu 1 ordinis, cum hoc nomen Epifcopus† dicatur nomen ordinis non dignitatis.glo.in ver.Epifcopus.§.in proœ.quæ dicit ꝙ hoc refpectu Papa fe vocat Epifcopum, non dignitatis refpectu, cum Papatus dicatur culmē dignitatis, licet idem dicatur de Epifcopatu.Ioan.Mona.in c.in generali de regu.iur.quod verum, dic de minus fupremo, quia fupremum culmen dicitur Papatus. Fely.in rub.de maior.& obed.fub nu.9.in fi.

Cardinales enim maiores dicuntur in dignitate & administratione. facit quod citat Hoftien.in c.dilectus.in princ.§.de præb.ꝙ hodie Romana Ecclefia tenet, quòd 2 nulla † maior fit dignitas poft Cardinalatum, cum Cardinales cum Papa omnes iudicent, & a nomine (intelligo inferiore a Papa) ipfi iudicantur.c.nemo enim.& cap.feq.9.q.3.

Cardinales enim pars corporis Papæ effe cēfentur.Io.Mo.in c.1.de fcifma.ĩ.facit c.decretò noftro.2.q.6.ibi legatos noftros ex latere miffos, hinc Bernardus ad Eugenium illos vocat laterales Papæ, & eius coadiutores, de quibus refultat verbum, domini enim funt Cardines terræ, & pofuit fuper eos orbem, primò Regum.c.2.

3 Ex quibus verbis † triplex Cardinalium ftatus defcribitur. Primò quantū ad nobilitatē inftitutionis, ibi enim domini funt.fecūdo quantū ad dignitatē officij) ibi Cardines terræ, tertiò quo ad vniuerfitatē, ibi, pofuit fup eos orbē: ꝓ quib9 habeo illud Dauidicū carmē, ꝓ patrib9 tuis nati funt tibi filij.i.Cardinales, cōftitues eos Principes fuper oēm terrę.Pfal.44. Et enim Principes ꝯftituunt̄, cū a Papa Chrifti vicario affumunt̄ ad affiftēdū fibi & coopādū ī regimine Reipublicę, Chriftianę, ꝓut latè dixi.§.in c. fuper eo.§.eo.tit. Et ficut cętui Apoftolorū fuccedit ordo epifcoporum inquantum fuerunt epifcopi: ita illi fuccedit facer fenatus domi. Cardinalium, quantum ad illū ftatum, in quo Apoftoli affiftebant Petro, antequàm per orbem diuiderentur. Et in fignum tantæ adminiftrationis, & dignitatis a Nicolao quarto, feu vt alij volunt ab Inn.4.donati funt Cardinales Galero rubeo decentiffimè redimito: quo equitantes in publicum caput integerent. Orbicularis illa figura, quæ in galero rubeo deprehenditur, fignificat, ꝙ cum fummo Pontifice (quem ipfi præficiūt ecclefiæ vniuerfæ.c.vbi periculum.§.de elec.hoc lib.) totius orbis curam gerunt: & color ille rubeus admonet eos debere pro fide orthodoxa, pro libertate ecclefiæ vniuerfæ fanguinem, cum opus fuerit, effundere.

Ex quibus, & aliis poffumus concludere, ꝙ Cardinales epifcopis funt maiores, & ita videtur intelligendus tex.in cap.quanquàm.2.q.7.dum Augu.minorem Hieronymo fe dicit, quia Auguftus epifcopus, & Hieronymus presbyter Cardinalis extitit, licèt aliqui huic opinioni non adftipulentur, quibus non adhæreo, quia pro hoc habeo gl.in d.c.quanquàm, quam comprobo per ea quæ citat Ioan.And.in c.1.de reliq.& vener.fanc.hoc lib.in nouel.vbi re4 fert fe legiffe, in quadam legenda Hieronymum † fuiffe Cardinalem ti.fanctæ Anaftafiæ, & fub Liberio Papa ad Cardinalatum promotus eft, vt a liquibus placet hiftoricis, quibus fatis credendum venit, iuncto ꝙ ipfe Hieronymus per omnem Chriftianam religionem cum galero rubeo, & paludamento rubeo, quod vocamus apud nos cappam rubeam in picturis habetur.

Intentum noftrum probat tex.(qui fuitt Hieron.) in c.ecclefia.ibi, & nos habemus fenatum noftrum.Cętū presbyterorum. 16.q.1. Ex quibus verbis fatis apparet, quòd fe connumeret de numero Cardinalium.

c In Deum. Vide quæ dixi poft Io.Mo.in rub.§.hoc ti. Et adde ꝙ fi in Deum committatur, dicitur crimen lęfæ maieftat.cum Deus fit fuprema maieftas. infima autem dicitur humana, quæ triplex reperitur. teftatur Maria.Soci.confi.22.col.2.fequendo ordinem Imperatoris, videlicet vt in proœ inft.regiæ.l.1.vt nemo priuatus.C.Romani populi.l.1.ad leg.Iul.maieft.

d ¶§.fi. Adde l.fi cui.§. eifdem.ff. de accufa. Item diuina clementia peccata dimiffa in vltione, vlterius redire non patitur.c.fi.in prin.de pęniten.dift.4. & c. fi illic.13.q.4. & hoc procedit, fiue per viam accufationis, fiue per viā inquifitionis cognitum femel fuerit de crimine.Bar.in d.§.eifdem, quod refert, & fequitur Ioan.de Ana.confil.17.vifa relatione in col.fi.

Præmiffa dic procedere, etiam fi per viam difpenfationis abfolutio facta fit, fecundum gl.a fcribent.communiter approbatam.in c.de his.§. de accufa. vbi fedes thematis.ad idem glo. in ver. irritari, in cap.ex tua fupra de filiis presbytero.& in c.fi.in gl.pe.§.de temp.ordinan. facit gl.in c.fi.§. de fcifma. & dic ifta procedere in foro iudiciali, 5 quia fecus in foro pœnitentiali, † in quo abfolutio facta non tollit quominus abfoluens in foro iudiciali accufari poffit.gl.in c.1.§.de fcifma. gl. fi. in c.pen.fupra de diuor.& in d.c.de his.de accufatio.glo in c.admonere in verfic.pœnitentia.33.q.2.fimilis, in cap.pen. de pœniten. diftin.primo. Et hoc nifi abfolutio ipfa procedat a Papa qui poteftatis plenitudinem habet, vt quia cum abfoluit a reatu & crimine: quafcunque pęnas etiam corporis inflictiuas, per iura contra ipfum quoquomodo promulgatas pęnitus ceffando, & abolendo, & ipfum in vtroque foro abfol uendo. Quia tūc omnino reperitur a crimine purgatus, 6 quod a parte oftenditur, per hæc verba, † quoquomodo, & pęnitus, cuius vis dicitur habere precifam natnrā not.in l.2.C.de confti.pecu.& c.fi.de pęnis, & in l. fi qui aduocatorum.C.de poftul.

Et iftud verbum quoquomodo, plenam & exuberantē oftendit Papæ voluntatem cū fit vniuerfale, & pręgnans.l.1.verfic.facient.ff.de teftamen.milita. not.in cap.ad noftram.fupra de probatio.Clemen.penult.de fententia excommunicatio.

Præmiffo themati, adde quæ tradit Alexā. in confil.11.ver.circa quintum dubiū, uolu.1.qui diftinguendo dicit, ꝙ fi femel fuit abfolutus, non debet iterum contra eum inquiri de eodem delicto.l.fi cui.§. iifdem.ff.de accuf.l.1.§.fi.cū ibi not.ff.naute caupo. ftabu.capit.de his. fupra de accufa.

accusa. Et hoc nisi primo accusaretur ab vno ille, qui fuisset accusatus ab aliquo, & per præuaricationem fuisset absolutus. l. 2. ff. de præuarica. vel si ille qui primò accusauit prosequitur suam propriam vel suorum iniuriam, & tempore quo a primo fuit accusatus reus, ignorauit iste, qui primo accusat accusatum fuisse a primo accusatore accusationem institutam d. §. eisdem.

Si autem non fuisset condemnatus, nec absolutus in primo iudicio, in quo ipse reus non comparuisset, obstaret exceptio pendentis litis, & sic impediretur secundum processus. l. vbi ceptum. & l. si quis posteaquàm. ff. de iudi. l. 1. in fi. C. de asser. tollen. l. qui de crimine. C. de accus. & l. senatus. ff. eod. titu. vide Ioan. Mona. in cap. 1. in fi. s. de re iudic.

¶ Bonifacius Octauus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Cap. XVIII.

Vt Inquisitionis negociū cōtra hæreticam prauitatē &c.

SVMMARIVM.

1 *Si approbas pro te, ergo contra te.*
In eo quod est pro te libellus, non est tibi credendum, sed in eo quod est contra te.
2 *Ex quo reprobas instrumentum in eo quod est contra te, non potes te iuuare in eo quod est pro te.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Suspectus de fuga non opponit exceptionem incompetentis iudicis, nec feriarum, vt non detineatur.*
2 *Necessitas legem sibi facit.*
3 *Creditori creditur de fugę debitoris suspitione.*
4 *Illud quod operatur fuga in actu, operatur etiam procuratio fugę.*
5 *Suspitio leuis, & parui momenti, non habetur in consideratione.*
Parum & nihil æquiparantur.

VT INQVISITIONIS. Hoc cap. tria tangit. Primò, repetit quasdam leges Frederici pro honore Dei, & exterminio hæreticorum ęditas. Secundò, in §. [prohibemus.] Papa prohibet, ne potestates sæculares p se, seu per alios se de crimine hæresis cognoscendo, iudicando, captos pro hæresi a carcere liberando, seu officiū impediendo intromittant. Tertiò, in §. [si quis.] pœnam excommunicationis in contra facientes infligit, & tales post annum, vt hæreticos statuit condemnandos, [pmulgatas] has leges Fęli. recor. Clemens Papa IIII. cum certis modificationibus & adiectionibus in vnum sub sua bulla redegit, & fit de hoc mentio. j. eo. c. fi. 1. respon. [approbantes.]

1 Sed contra si approbas † pro te, ergo contra [a] te. Auth. a de his qui ingredi. ad appel. §. illud. colla. 5.

¶ Item in eo quod est pro te libellus non est tibi credendum, sed in eo quòd est contra te. C. de liber. caus. cum precum.

2 Item ex eo quo reprobas † instrumentum in eo quod b est contra [b] te, non potes te iuuare in eo quod est pro te. s. de censib. cum olim. Sol. quando factum est tale de sui natura, quod potest esse pro & contra, nullo extrinsecus operante, sic loquuntur contraria, sed hic quod est pro te, est tenendum, & illud quod est contra te est renuendum, quia reprobatum, vt hic. & 37. dist. c. si quid veri [terminetur] sed quomodo pœna carceris antequam aliquis sit conuictus imponet. cōtra legē. C. de actio. & oblig. negantes, sed illa loquitur in ciuilibus, sed idem videtur in criminalibus. 15. q. 8. c. fi. ideo regulare est quòd multis de causis delatus non tenetur in carcere. ff. de custo. reo. l. 1. c verum si est crimen graue & est suspitio [c] non leuis [d] secus d si sit. Sic loquitur hic. & C. de custo. reo. diuus. 1. [prædecessorum nostrorum] Inno. Alex. & Clementis, qui multum officium inquisitionis dilatauerunt. s. eo. statutum. & j. eo. c. fi. in prin. & quorum statuta his statutis nō aduersa stant. j. eo. statuta. in fi. [Imperialem] Frederici, insertam sub bulla Clem. IIII. [quo] principaliter vel incidenter, simile. s. de ord. cog. tuam. secus si esset iudex non capax, non in se, sed propter magnitudinem causæ, certè tunc potest cognoscere incidenter, sed nō principaliter. C. de iudic. quotiens. alias esset in potestate rei eludere intētionem actoris. ff. de iurisd. omn. iud. l. si idem. §. 1. [condemnetur] simile. s. eo. cum contumacia.

ADDITIONES PROBI.

a ERGO CONTRA TE. Intellige in connexis, non in separatis, vt dicemus in cap. licet. de priuileg. in in ver. non debeo.

b Contra te. Vide Alex. consi. 124. vol. 7. & quæ de contrarietate dicuntur per Pet. de Anch. cons. 210. inter.

c Suspitio. Adde ꝙ talis suspectus de fuga † (ne detinea- 1 tur & capiatur) non potest opponere exceptionem incōpetentis iudicis, sicut nec exceptio feriarum obstat, vt not. in l. dies festus. C. de fer. nam & priuatus potest eum capere. l. air prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraud. credito. ratio est quia esset tempore peritura, interueniente mora in capiendo, propter aditionem iudicis competentis, & citationem verbalem: acciperet enim interim fugam & sic periret debitum creditori propter necessitatē, ergo more & periculum hoc conceditur, sicut multa alia prohibita sunt concessa, ne res pereat. c. licet. s. de fer. & c. si quis. s. de furt. & l. 1. C. qn̄ lice. sine iudi. se vindic. & vide quæ dixi in c. 1. in ver. necessitatis. s. de æta. & qual. hinc 2 dicitur quod necessitas † legem sibi facit. c. quantò. s. de consuetud.

¶ Attende pro his, ad ea quæ tradit latius Alex. in consi. 19. col. 2. vol. 3. viso processu. vbi dicit post Angel. in repeti. l. nemo carcerem de exacto. tribu. lib. 10. C. quòd quā 3 uis sufficiat † iuramentum creditoris iurantis debitorem esse suspectum de fuga, quantum ad obtinendum commissionem capturæ, tamen post capturam factam, oportet creditorem iustificare capturam, & dictam suspitionem per apertissimas probationes ostendere, quia propter periculum quod est in mora ante capturam, ne debitor aufugiat, sufficit probatio per iuramentum, quæ alias non sufficeret. per no. Innoc. in c. quoniam frequenter. in ver. summatim. vt lite non contest. s. & arg. §. si debitorē. l. ait prætor. ff. quæ in frau. credi. Sed capto iam debitore cessat periculum, ideo cessare debet priuilegiata probatio, quæ erat minus plena, ita etiam determinat Ioā. Imo. in l. 2. ff. sol. mat. & Roma. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisd. cog. & sic nisi plenius probet, tenetur debitori actione iniuriarum. per l. si verò. §. 1. ff. qui satisd. cog.

Traditq; vnum idem Alex. consi. 64. in fi. Et si celeber- 4 rime. eo. vol. 3. ꝙ † illud quod operatur fuga in actu, operatur etiam procuratio fugæ.

Vide quæ pro præmissis tradunt Neapol. decis. 170. habuimus in facto hoc dubium.

5 ¶ Non leuis. Dic ꝙ suspitio † leuis & parui momenti non habetur in consideratione. no. Dec. in consi. 575. nu. 5. in casu in quo, facit quia parum & nihil æquiparatur. l. quàmuis. ff. de conditio. & demonstr. idem in consi. 573. in fi. in casu proposito.

Istud tamen non procedit in crimine falsi, quia sola suspitio falsi habetur pro veritate, nisi a parte producente instrumentum suspicatum de falso veritas comprobet. tenent Archi. & Domi. in c. in memoriam. 19. dist. per l. iubemus. C. de proba. quod placet Scrib. citatis per Ias. in cōsil. 168. col. 2. in causa & lite. vol. 4.

¶ Bonifacius Octauus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Cap. XIX.

¶ Cum secundum leges ciuiles nefarias naturæ &c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Confiscatio de iure ciuili non fit ipso iure, sed per sententiam.*
2 *Quædam est confiscatio bonorum extra ordinaria, alia ordinaria.*
3 *Confiscatio fit ratione iurisdictionis.*
4 *Si cōfiscātur bona vsufructuarij, nō propterea cōfiscatur vsusfructus.*
5 *Peccata suos tenent authores, non alios.*
6 *Res quæ est prohibita alienari, non potest deuenire in fiscum propter publicationem bonorum.*

Emphi-

Emphiteusis Ecclesiastica non cadit in extraneos hæredes.
7 *Verba debent intelligi secundùm naturam cõtractus cui adijciuntur.*
8 *Cui fisco debeant applicari bona confiscata in diuersis territorijs existentia.*
9 *Mobilia concernunt personam, immobilia territorium.*
10 *Sententia excommunicationis secum trahit executionem.*
11 *Sententia canonis vel legis non habet iudicis officium executiuum paratum, nisi post sententiam declaratoriam, & causæ cognitionem.*
12 *Pars est citanda si per actum ad quem citatur grauari potest.*

CVM SECVNDVM LEGEM. Olim bona hæreticorum videbantur confiscanda, non ipso iure confiscata.s̃.eo.c. excommunicamus.1.responso.in fi. hodie hic determinatur (quibusdam argumentis legalibus adductis) ipsa fore ipso a iure confiscata confiscationis b tamen executio fieri non debet, antequàm sententia super crimine hæresis fuerit promulgata, [perdant] auth.de incest.& nepha.nupt.in princ.colla.2.& argu.C. de incest.nup.cum ancillis, [in fiscum] Auth.de rapto. mulier.§.fi.colla.9.& argu.C.de rapt.virg.l.vna.[acquiratur.] C.de vectigal.& commis.l.si quis.& ff.eo.tit.commissa.& l.2.in princ.& §.1.& C quæ res expor.l.2.[confiscata c] a tempore commissi criminis.ff.de donatio.donationes.§.perfectę. Secus in alijs criminibus.ff.eo.titu. post contractum. Et hoc intellige crimine permanente, secus autem si essent reincorporati vnitati Ecclesiæ.arg. s̃.eo.statutum.

Contra.ff.de furt.l.qui ea mente.ff.vi bono.rapt.l.pen. ff.deposi.l.1.§.si rem. Solue, ibi remanet actio illi, contra quem delinquitur, hic non, cum sit Ecclesiæ reincorporatus [promulgata] tunc demum sententia est executioni demandanda d.ff.de re iudic.a diuo Pio.1.Responso.C. de actio.& oblig.negantes.

ADDITIONES P ROBI.

a IPSO IVRE. De iure † ciuili confiscatio non fit ipso iure, sed per sententiam.tex.in l.aufertur.§.in reatu. ff.de iure.fisci. Doct.in l.post contractum.ff.de dona.vide tamen quæ sequuntur.

Et quid impor tẽt hæc verba, ipso iure, vide latè per Io. Mona.s̃.in c.cupientes.nu.39.de elect.

b ¶Confiscationis. Quædam est confiscatio † bonorum extraordinaria, id est, in casu non expresso a iure, sed ex iudicis potestate, & ista conceditur illustribus in summa potestate positis, & de hac loquitur lex vnica.C.ne liceat sine iuss.principis, prout in simili dicit Alex.in consi.26. col.2.circa primum dubium.vol.1.ꝙ præses prouincię & similes magistratus nõ possunt deportare.l.inter pœnas. in prin.de interdi.& relega.l.1.§.deportatos.de lega.3.ergo solus Princeps id facit.

Alia est cõfiscatio ordinaria, id est, in casu a lege ꝑmisso, vel ex regni consuetudine generali. Et ista fit per quẽcunq; iudicem habentem merum imperium ratione territorij, & non per alium, quia confiscatio † fit ratione iurisdictionis, & iurisdictio territorio adheret. C. vbi. & apud quem.l.fi.

Ex quo infert Oldra.consi.17.nu.10.thema tale est quidam clericus, ꝙ ille qui non habet territorium, non debet habere confiscationẽ bonorum, ponit exemplum in Episcopo qui non habet territorium.

Vide pro præmissis Bart.de Chassa.in consuetu.Burg. titu.de confiscatione.§.1.in princ.vbi amplissimè tractat hanc materiam confiscationis, & ante eum Guiller.Benedict.in repe.c.Raynutius.in ver.& vxorem nomine Adelasiam, & alijs in locis vt videre licet in repertorio, in ver.confiscatio.& eos videto.& Ias.in consi.46.pro fisco.volu.3.vbi vide de pœna confiscationis, & quis eam possit imponere, & de sententia declaratoria quando requiratur. cui adde Calca.consi.51.col.2.licet his quæ.s̃.& consi.66.nu.9.visis omnibus & ponderatis.

c ¶Confiscata. Hic reperitur confiscatio ipso iure, & sic non requiritur sententia.

Sed an idem dicatur de iure ciuili, dic ꝙ sic, per ea quæ abunde adducit Io.Anibalis de canonicis, in repe.l.post contractum.nu.366.cum seq.ff.de donatio.& sic contrariatur primæ apostillæ.

¶Et aliqualiter examinando hanc materiam confiscationis, adde sequentia, primò vnum quotidianissimum.

Pone, Titius testator reliquit castrum Meuio & posteris eius, vt potè filijs, etiam sub conditione, ꝙ non posset per quempiam alienari, sed quòd semper remaneret in familia, accidit ꝙ Meuius declaratus fuit hæreticus, & sic bona sua confiscata vt in tex.nostro habetur, qui hoc anno, in Lutheranos datus est in praxim sępe & sepissimè. Quæritur an dictum castrum sit confiscatum in præiudicium posterorum, de familia, breuiter dic ꝙ nõ, ad quod dicendum moueor sequentibus fundamentis.

4 Primum est, quia † si publicantur bona vsufructuarij, propterea non confiscatur vsufructus, etiam naturaliter viuente vsufructuaria, istud tenent Bal.& Saly.in l.1.C.de bo.liber.& per l.corruptionem.in fi.de vsu & habitatio. ratio suadet, quia vsufructus alienari nõ potest.l.si vsumfruct.fundi.ff.de iure doti.ratio rationis, quia vsufructus alienari nõ potest.l.si vsufruct.fundi.ff.de iure doti.ratio rationis, quia vsufructus est inseparabilis a persona, qui cedi non potest. firmat Bald.consi.384.in princ.in hoc puncto.vol.4.nisi domino proprietatis, vt ibi, quia res de facili ad suam reuertitur naturam.l.si vnus.§.quotiens.ff. de pact.not.Io.Mo.in c.in generali.de reg.iur.facit quod no.Alex.in consi.209 col.3.statutis.vol.2.

Secundum fundamentum habeo a doctrina Bar.in l.si quis in tantam.versi.quæro an do.teneatur de facto serui. nu.12.C.vnde vi.vbi concludit, aut res est prohibita alienari fauore personæ alienantis, & tunc alienatio quæ fit delinquendo non est prohibita, ratio quia propter suum delictum perdit fauorem, seu priuilegium suum, quod comprobo.in c.vnico in versi.secundus casus, legitur.s̃. de cler.non residen.facit secundùm Bar.vbi.s̃.gl.in d.l.si quis in tanta, quæ tenet, ꝙ pœna illius.l.habet locum in minore. Aut est prohibita fauore alterius quàm delinquentis, vt in casu nostro, & tunc per delictum talis res
¶Secundus casus est, quando non poterat valere, nisi de absoluta, Princeps tamen credebat quòd valeret de ordinaria errando in facto, nam tunc non præsumitur velle vti absoluta in præiudicium alterius. ita intelligitur Innocen.in cap.innotuit.de elect. s̄. Si verò sciebat non posse valere nisi de absoluta,præsumitur illa velle vti, vt actum suum faciat valere. d.l.si quando. & l.quotiens. ff. de reb. dub. nec est necesse, quod de aliquo iure faciat mentionem,ex quo facit ex certa scientia.l.idem Vlpianus.ff.de excusa.tut.c.eam te.s̄.de rescrip.not.in cap.1.s̄.de constitu.hoc lib.vide Ioan.Mona.in c.si tibi.s̄.de p̄rebē.& quæ ibi dixi.

¶Postremò

¶Postremò attende ad vnum quod not. Bald. & Doct. in l. si testamentum. C. de testa. quòd paria sunt principem exprimere se velle vti potestate absoluta, vel gerere actū. s̄. potestatem ordinariam, & apponere clausulam, non obstan.

k ¶Ad collegium. Vide quæ dixi latè. in c. super eo. de hæretic. vbi conclusi contra Io Car. hic & ibi, cum temperamento tamē distinctionis. in proposito vide etiam Ioan. Mona. in c. solet. de senten. excom. s̄.

l Cum perseuerantia. Adde tu pro huius dicti comprobatione. l. si pro patre. §. versum autem sic accipimus, vt duret versum. ff. de in rem verso. ibi glo. adducit concordantes, vltra quam habes. l. fi. §. fi. C. de bonis quæ liber. & l. reprehendenda. C. de institu. & substitutio. Et istud facit ad quęstio. quam Bar. in l. si quis hæredem. C. de institutio. 20 & substitutio. reliquit sub dubio, videlicet relictum † fuit sub conditione, si Bertha tale monasterium intrauerit, illa intrauit, postea exiuit, an debeat habere relictum & dicit per dictam legem reprehendenda, non deberi, quod firmant in proposito Fulgo. Pau. Alex. & Moder. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupilla. substitu. vt intelligatur de ingressu effectuali, qui est, secuta professione. firmantur per l. in Castellianum. ff. de arb. vbi non dicitur sententiæ arbitri paruisse, qui passus est se præsente terminos immitti, cū de finibus esset quæstio, nisi patiatur eos immissos durare, ideo ciuitate damnata ad destructionem murorum non sufficit destructos fuisse, nisi destructi durent. Refert Cy. in l. seruus. C. de pęn. Istud in puncto videtur tenere Pau. de Cast. in d. l. si quis prout refert Alex. in additio. ad Bart. quia si non profiteatur nō videtur intrasse, quia verba testatoris debent intelligi de ingressu, qui fit, faciendo professionem, & tunc legatum fuit purificatum & monasterio acquisitum, ꝙ & licet postea de facto ęgrediatur, professio valida non irritatur. Et sic legatum remanet apud monasterium, quinimmò etiam si ingrederetur aliud monasterium licitè, de licentia superioris, remaneret legatum penes primum monasterium. argu. l. inter antiquam. C. de vsufruc. intellige nisi consuetudo præscripta aliud inducens id impediret, secūdùm Oldra. consi. 284. in quodam monasterio. Et sic intellige id quod primum tenet Ias. in d. l. si quis. sub nu. 12. qui alleg. c. statutum. 17. q. 1. Et ideo postquàm est facta professio nō est curandū an semper maneat in ea, quia per egressum non potest ipsi monasterio fieri præiudicium, secus si ante ꝓfessionem, prout nec per pactum. Soci. consi. 183. col. 2. eleganter sunt omnia.

Pro dicto Ioan. Mona. hic habeo facere ꝙ ratihabitio 21 † operatur rebus extantibus integris, & non aliter. dixi. s̄. in c. vt circa. sub nu. 23. de electio. & ista videntur contra naturam conditionis, quia in conditionibus regula est ꝙ sufficit semel existere, etiam si non duret. l. pen. C. de inst. & substi. sub cond. fact. no. Petr. de Ancha. consi. 220. col. 2. hæc quæstio. subdit tamen pro intento quòd omnis exclusio debet intelligi perpetua. c. 1. in distin. Cy. in l. si seruus. C. de pęn. & c. ex literis. s̄. de constitu.

¶Contra hanc sententiam vrgent iura, rationes, & Scrib. authoritates. Et primò doctrina Archi. in c. sancimus. 12. q. 2. refert Ias. in d. l. si quis. nu. 12. C. de insti. & substi. & post eum Brunel. in tracta. de matri. cōclu. 31. versi. his adde, sed nihil est, aliquid tamen. in c. scimus. 12. q. 1. idem Ias. alleg. c. ex transmissa s̄. de renuncia. quod etiam parum vtget. Nam illic non fuerat emissum votum, quia votum ibi pro desiderio, seu proposito ponitur.

¶Per hæc iura idem Ias. in l. in substitutione. in fi. ff. de vulga. dicit quòd si intrat religionem, & exit, dicitur votum impleuisse, & conditioni satisfactum. Idem tenet & cōcludit sanctus Thomas. 2. 2. q. 189. arti. 4. mouetur quia verba non solum in cōtractibus & vltimis voluntatibus. sed etiam in nostra materia, putà voto debent intelligi secundùm propriam significationem, & quando agimus 22 de propria † significatione, non recedimus a proprietate verborum. l. non aliter. §. ille aut ille. de leg. 3.

¶In proposito illa dictio intrandi, siue ingrediendi de propria significatione non importat facere professionē, quod patet, quia ponuntur vt diuersa, probatur. in c. beneficium. & c. seq. ibi, ingreditur & profitetur. s̄. de regu. hoc. lib.

23 ¶Natura † enim copulæ, &, est vt cadat inter diuersa glo. ordi. in rub. ff. de iur. & fact. igno.

¶Nec obstat si dicatur, quòd testator qui fecit legatum sub conditione ingressus: intellexit de ingressu effectuali cum professione, vt conueniat illud quòd verba sunt intelligenda cum effectu, iuribus vulgatis, quia respōdetur, ꝙ mens testatoris non præsumitur in dubio fuisse alia, quàm eius verba significant. l. Labeo. §. Idem Tubero. ff. de supel. lega. Ias. post Bar. in l. neque professio, nu. 6. C. de 24 testa. nullum † enim maius est mentis nostræ testimoniū, quàm qualitas inspecta verborum. Bal. post Cassio. in rub. de testib. s̄. in fi. idem Bal. in l. volūtatis. ad finē. C. de fideicom. ꝙ non credimus hominem velle, nisi illud quod dicit: hinc dicitur, ꝙ vox est mentis euidentissimū argumētum. Bal. in l. ea quæ. circa princi. C. quomodo & quando iudex. idem Bald. in c. ex transmissa, nu. 2. s̄. de resti. spolia. 25 ꝙ cor datum est † homini ad significandum Deo, labia autem ad significandum hominibus.

¶Redeūdo igitur ad propositum dicemus, ꝙ simplex conditio, si ingrediatur monasterium, non importat, ꝙ debet professionem facere: nisi istud testator exprimat, qa si id voluisset, de facili expressisset: quid ergo operabitur huiusmodi conditio nisi ꝙ testator ex eius appositione habeatur in derisum ab hominibus, prout & legatarius, nisi dicas quod propter hanc & medio ingressus, legatarius de per se induceretur ad profitendum, quod est paruę considerationis in puncto, nostro, qui à longo stomacho spiritu diuino inflato procedere habet.

¶Pro hac secunda opinione facit regula notata, in d. l. l. si quis, quod sufficit conditionem semel impletam quāuis non duret implementum: concordat. l. cum vxori. C. quādo dies lega. ced. facit gl. in Cle. & si principalis. de rescrip. quod licet Papa non deleget causas nisi existentibus in dignitate. c. statutum. s̄. de rescript. hoc lib. sufficit tamē ꝙ tempore commissionis sit in aliqua dignitate, licet postea priuetur, aut aliàs desinet, secūdum d. gl. quam ibi, & in d. c. statutum. sequūtur; nisi aliud canonicum eum impediat, dicit. d. gl. vt quia bigamus, vel aliā assumeret qualitatem primæ contrariam: vt quia vxorem duceret & cā ecclesiastica esset. Do. & Franc. in d. c. statutū, in ver. canonicis. ad idē facit doctrina Cy. in auth. sed & si quis. q. vlt. C. de nupt. ꝙ si Rex cōcesserit castrum alicui militi, & hęredi ex eius corpore nato, & si contingat militem mori sine hærede ex suo corpore, quod castrū reuertatur ad Regem. Pone, mortuus est miles relicto filio ex se nato, deinde mortuus est filius absque filijs, nō debet castrum redire ad Regem. Istud sequitur ibi Bal. & in l. fina. C. de hæredi. instituen. hanc regulam firmat latius idem Ias. in d. l. si quis.

¶Et per hæc sit firmata etiam doctrina Bal. in l. præci- 26 bus, in 3. col. C. de impub. Quod in conditionibus † attendimus principium primæ existentiæ, & postea non curamus successiuum eius.

In his stare videtur grandis opinionum contrarietas pro decisione propositæ quæstionis. nisi dicamus distinguendo post Angel. consi. 34. Constantinus. aut constat quod testator senserit de duratione cōditionis, & stamus certo, quoniam in conditionibus primò voluntas testatoris inquiritur. ff. de conditio. & demonstra. l. in conditionibus, primum locum. Ergo eā impletam durare per simplicem existentiam. non est impleta causa cōditionis. Si autem de voluntate testatoris non constat: & sic non apparet an conditio sit impleta, vel non: & tunc sub iudice lis est. Et hoc casu consideratur si illud, quod in conditione positum est habeat causam instantaneam: & quæ momentaneo perficitur, & explicatur, putà si in conditione versatur rem corpoream tradi, vel aliud simile, quod in vno momento habet perfectam executionem omni respectu & sufficit tunc impletam, licet impleta non duret, ratio, quia per talem existentiam implementi habuit conditio suum esse perfectum.

Si autem quod in cōditione versatur habet causam successiuam & tractatum, qui per singula momenta suum sortitur effectum, sed in nullo perfectum: sed demum decursis omnibus momentis: & tunc non dicitur conditio impleta si non durat, quia iam scinderetur cōditio, cuius natura est indiuidua. l. cui fundus. ff. de condi. & demonst. sic intellige. d. l. si pro patre. s̄. in prin. alleg. & l. 3. ff. de vsufru. & huic vltimo videtur attribuendus casus suppositus, si in-

si ingressus fuerit monasterium, sicut hæc conditio, si nõ nupserit, aut si vidua remanet, quia quodlibet illorũ suppositorum in momento nõ habet esse perfectum, sed in tractu & duratione, prout in tex. nostro.

¶Finaliter dicito considerari, quod verisimiliter congruebat, seu congruere debebat testatoris voto. Si enim eius voto congruebat viduitas vt quia filius matri suæ legauit, si vidua remanet, tunc non sufficit eam viduam remansisse si postea nubat, cum per nuptias subsequentes filijs & filiorum memoriæ fiat iniuria. in Auth. de nõ eligen. secundùm nub. §. prospeximus. colla. 1. & in Auth. de nup. in §. soluto, dũ dicit Fely. quidem & beatũ est vtriq; contrahentium perdurare in priori coniugio, & nõ procreatam sobolem sequentibus matrimonijs forsitam cõtristari. col. 4.

¶Idem in legato facto per maritum, si vxor eius vidua remaneret, conguit enim eius voto eum non nubere, cũ per suum matrimonium eius anima contristetur. §. nos igitur videntes. in d. Auth. de nup.

Habet etiam tractum successiuum ista conditio si morabitur cum filijs, tunc non sufficit momentaneum implementum, sed requiritur perseuerantia. l. si quis ita legauerit. & l. a te. ff. si serui. vendice. secundùm Bal. in l. humanitatis. col. 5. & seq. C. de impub. Idem Bal. in d. l. in substitutione. quem Imol. & Paul. ibi sequuntur, & post eos Alex. consi. 45. nu. 12. consideratis his. vol. 3.

¶Idem dic de conditione contrahendæ societatis, quæ habet actum successiuum, de quo per Saly. consi. 133. col. 3. versi. 3. & vlti. respondeo.

Si autem legetur filiæ a patre vel patruo in casu viduitatis, tunc secus, quia sufficit viduitatẽ fuisse per momentum, ratio, quia voto patris, vel patrui conuenit & conuenire debet filiam semper esse nuptam, & patruo neptem. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. & ꝙ met. caus. l. isti quidem. ff. C. de rei vxor. actio. auth. sed quàmuis. Si autem voto testantis non conuenit plus vnum quàm reliquum, vt quia legatum est factum per prorsus extraneũ non agnatum, forsan vel cognatum mulieris legatariæ, qui non curat de propagatione sanguinis & prosapiæ, tunc in benigniorem partem est interpretatio facienda, vt legatum non perdat, sic intelligitur. l. si quis hereden. facit de reg. iur. & l. fi. §. fi. C. de edict. diui Adri. toll.

Et in casu thematis videtur sufficere ꝙ intrauerit, licet non permanserit, ratio quia per desinentiam durationis nullum damnũ infertur, nec per implemẽtum cuiquàm aufertur commodum, vt prima fronte videtur, secus si inferatur & auferatur.

¶De homicidio. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inter res mundanas homo est dignissima creaturarum, cuius gratia natura naturans omnia comparauit.*
2 *Homicidium dicitur hominis cedium.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Homicidium fit in re nondum nata, formata tamen & animata.*
2 *Homicidium non potest fieri a priuato sine dolo.*
Aliud est iustificare, & aliud punire.

DICTO DE PECCANTIBVS in Deũ directo, a vt de hæreticis & scismaticis, nunc prosequitur de peccantibus in res Dei, & sic consequenter in Deum.

1 ¶Et quia inter † res mundanas homo est dignissima creaturarum, cuius gratia, natura scilicet naturans, omnia cõparauit, id est, in esse produxit. ff. de edil. edicto. l. iustissimè. ff. de vsur. in pecudum, & Genesis primò, ideo post prędicta tractat de homicidio. Et est homicidium b † hominis c cedium.

ADDITIONES PROBI.

DIRECTO. Vide Io. Mona. in c. per hoc. s. de hæreti. & quæ dixi in rub. eo. tit.

b Homicidium. Vide pro intento rub. quæ tradit latissimè Alex. in consi. 15. viso processu inquisitionis. volu. 1.

1 ¶Hominis. Etiam † nondum nati, formati tamen & animati, prout id comprobat Maria. Soci. consi. 16. col. 1. circa prædictam consultationem, quem videas in fi. quia ibi ponit quæ requirantur, vt quis puniatur homicidij pęna, dico regulari, videlicet mortis, iuxta illud Euangelij, qui gladio ferit gladio peribit, hinc dicit Alex. in cõsi. 77. nu. 7. visis dubitationibus. vol. 3. Quod homicidium † nõ potest fieri a priuato sine dolo, etiam si statutũ disponat ꝙ non puniatur, quia aliud est iustificare, & aliud non punire. vt no. in l. qui accusationis. C. quod met. cau.

¶Innocentius IIII. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. I.

¶Pro humani redemptione generis &c.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo Petro, grex dominicus non remansit sine pastore.*
Potestas clauium non est contemnenda.
2 *Pastor tenetur continuare laborem & solicitudinem circa oues.*
3 *Delictum dicitur noxa.*
Deus iuuabit te si te iuuas.
Deus dat omne bonum, sed non per cornua taurum.
4 *Mucro dicitur excommunicationis sententia.*
Pœna vnius est metus aliorum.
5 *De his qui foris sunt nihil ad nos.*
6 *Metus qui potest cadere in constantem virũ excusat, quàmquàm mors de hoc forsitan non sequatur.*
Cogitans quando puniatur & quando non.
7 *Voluntas & propositum distinguunt maleficia.*
8 *Casus aliqui in quibus non prodest pœnitentia.*
9 *Ecclesia gremium alicui reuertenti non claudit.*
Pessimum est genus receptatorum, sine quibus delinquens diu latere non potest.
Constare debet vt quis sit excommunicatus, antequam vitetur.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Assassini qui dicantur.*
2 *Auxilium dicitur omne id quod insultans efficitur audacior, & insultatus timidior.*
3 *Quid dicatur principaliter vide hic.*
4 *Attendi debet quod principaliter fit.*
Quæ sunt de iure speciali non sunt in consideratione.
5 *Quod requirit dispensationem, dicitur non posse fieri.*
Verba debent intelligi verè & propriè non secundum actionem.
6 *Primi motus non sunt in potestate hominis.*
7 *Voluntas in grauibus attenditur non exitus.*
8 *Id quod extra propositum committitur pœnam non meretur.*
9 *Proijciens lapidem in canem, & occidens hominem non tenetur de homicidio.*
10 *Dans eleemosynam causa consequendi laudem humanam an peccet.*
Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum, & interrogat cor non manum.
11 *Statutum dictans quòd pro homicidio quis debet decapitari intelligitur quando dolo & ex proposito committitur.*
12 *Crimen læsæ maiestatis potest committi contra inferiorem.*

PRO HVMANI. Hoc. c. habet tria dicta. Primò ponit proœmium ad dicenda. Secundò, in versi. [cum a igitur] ponit factum de assasinis a horrendum b. Tertiò in b versi. [sacri] ponit pœnas multiplices illis qui per istos quospiam Christianorum interfecerunt, seu interfici mãc dauerunt, seu eos receptauerunt, vel defenderũt c aut eos occultauerunt [absq; pastore] per hoc patet potestatem concessam beato Petro Apostolo, non solum ipsi, sed & cęteris apostolis & successoribus perpetuò cõcessam fuisse, vt hic sequitur & probatur. s. qui fil. sint legiti. per venerabilem. §. rationibus. versi. sunt autẽ sacerdotes. & seq. 21. dist. in nouo, & 24. q. 1. quodcunq; & c. seq. & s. de transla. 1 Epi. c. 1. alioquin mortuo Petro, † sine pastore grex dñicus remãsisset. Et sic De⁹ de insipiẽtia siue crudelitate notari posset, qđ esset hereticũ & insanũ. Nõ ergo ẽ potestas cla-

uium contemnenda.j.de poe.cap.fina.[stabilitate fidei] talibus armis nos decet armari.24.q.1. nisi bella, & q.8.§. primo,& cap.sequen.[accenderet] verbo,opere, doctrina,& exemplo.8.q.prima, qui episcopatum, & ca.sequen. 43.distinct.sit rector.11.q.3. præcipue [vigiliis] sic.supra de offic.lega.officij.ff. de his qui in fraud. credito.l. pupillus[iugis].Nota quòd † pastor tenetur continuare [d] labo rem,& solicitudinem circa oues.supra de æta.& qualita. intelleximus in fine [noxia].i.delicta, & peccata nocentia:tamen propriè delictum dicitur noxa:vnde vers.Noxia delictum,delinquēs noxa vocatur.Inst.de noxa.§.noxa.regulariter tamē noxa pro delicto,seu culpa accipitur s̃.hoc lib.de excep.pia [cooperante]. q.d.Deus † coadiuuabit te si te iuuas, nec cooperabitur, te minime cooperante,iuxta versum,dat Deus omne bonum, sed non per cornua taurum [cordis oculis] qui sunt intellectus,& affectus, de quibus Psal. Leuaui oculos meos in monte, & alibi,Illumina oculos meos ne vnquàm obdormiam in morte,[mucrone].i.excommunicationis † sentētia,quę mucro [e] dicitur episcopalis.16.q.2. visis in fine[meta huius præsumptionis] vt si vlterius alia cōmittere timeant, & sic pœna vnius,erit metus multorum.C. ad leg. Iul.repetūda.l.1.Ideo etiam hic fit,vt quos domini timor a malo non reuocat temporalis saltem pęna coerceat[a peccato].s̃.de vita & honest.cleric.vt clerici.§.1.[Præsertim].i. maximè, nam causa quæ sequitur compulsiua est, sed finalis præcedit, scilicet periculum animarum imminens, & correctio peccatorum, sic. infra de pę.cum infirmitas [magnates]scilicet Christiani, de alijs enim q † foris sunt nihil [f] ad nos principaliter [g], & saltem quo ad pęnas hic inflictas supra de diuort.gaudemus.§.1.2.q.1.multi [formidantes] non formidolosè,nec vanè, sed probabiliter, & metus † qui potest cadere [h] inconstantem virum excusat,[quanquàm mors de hoc forsitan non sequatur]Contra.ff. de pę.l. cogitationis.Solut. illud intelligitur quando cogitatio stetit in finibus [i] suis, nec processit ad actū, nec per ipsum stetit quominus perficeretur, id quod praue cogitauerat, nam in hoc casu puniendus est cogitans, ac si ferisset.ff.ad l. Pomp. de parricid.l.1. in fi.ff.de re milita.l.3.§.is qui.ff.ad leg.Corn.de Sica.diuus,s̃.de bigamis. nuper.& c.a nobis,& in multis legibus canonizatis,de pęniten. distinct. cap. si quis non dicam, quod est verum in atrocioribus,aliàs secus.ff.de extraor.crim.l.1.ff. ꝙ quisq; iur.l.3.2.respon.

Si verò perficere potuisset,sed noluit,quia penituit,parcendum est ei regulariter.ff.ad leg. Cornel.de fals. qui falsum.ff. de iniur. Item apud Labeonem.§. si curauerit, & §.adduxisse.Et sic † voluntas [k] & propositum [l] distinguūt maleficia.11.q.3.quod præcessor.j̃. de senten.excommunica.cum ex voluntate in princ.regulariter. Ideo dixi,qa in casibus non prodest † pœnitentia, sed punitur criminis conscientia.Primò in hæretico.s̃.de hæret.ad abolendam,& c. excommunicauimus.§. credentes. Secundò in crimine [m] lęsę maiestatis.C.ad leg.Iul.maiestat.quisquis. Tertiò in cōsciscente sibi mortem.ff.de bo.eor.qui mort. sibi consciuer.l.3.1. respon. & §.1. Quartò in fugiente res de ecclesia extrahente.C. de his qui ad eccle. confug.l.fi. §.sic vbi.Quintò in hoc casu, vt hic est nouus casus, in his etiam casibus non excusatur quis a pœna temporali quātumcunq; pœniteat.Est tamen locus pœnitentiæ spirituali,& reconciliationi diuinæ, quantūcunq; delinquat.50. distin.ferrum,& quotienscūq; delinquit.de summa Trinitat.cap.firmiter.§.penul.Scimus enim ꝙ pœnitentes,& reuertentes ad cor,suscipit Deus,in Authen.vt non luxurien.contra natur.in princ.colla.6.Nec † claudit ecclesia gremium alicui reuertenti.C.de sum.Trin.l.vltim.§.pen. 1.q.7.si quis omnem, & est expressum.s̃.hoc lib.de hæreti. super eo [receptauerit] patenter,vt differat a sequenti,& meritò hic dicitur: pessimum enim est genus receptatorum, sine quibus delinquens diu latere non potest.ff. de recepta.l. prima, Et ideo tenentur [n] receptatores tanquàm aggressores. C. de his qui latr. vel alios occulta.l. prima,& secūda,supra de offi.deleg.c.1.[occultauerint.] Sic nota, quòd in quinque casibus incidit quis in sententiam huius canonis.Primus,si fecerit interfici. Secundus,si mandauit hoc fieri, quamuis factus nō sit. Tertius, si receptauerit, scilicet publice. Quartus, si defendit forsan verbo.Quintus,si occultauerit ipsum celando, vel occulte receptando, siue abscondendo, [sententia requiratur] quia sufficit concilij [o] istius sententia & canon iam latæ sententiæ superius promulgatus.argu.ff.de conditio. institu.l.quæ sub conditione.§.fi.28.de his,in fi.Et ex hoc patet, quod sicut aliquis nō est vitandus tamquàm excōmunicatus, vel pro deposito habendus,nisi constet [p] de sententia iudicis,vel canonis, sic nec tamquàm diffidatus impugnandus, nisi & hoc prius iusta sententia determinetur q.argu.s̃.hoc lib.de hæretic.cum secundùm.in fi.Cū hoc sit speciale, fama tamen sola facit vitare excommunicatum.j̃.de senten.excommu.cum desideres.§.sedere.

ADDITIONES PROBI.

ASSASINIS. Secundùm Hostien.hic col.2.assasini † dicitur genus hominum pessimum, qui sic nutriti credunt omnino se saluari,si præceptum domini sui temporalis perficiant, tales (sicut fertur) consueuit habere quidam Baro Sarracenorū,qui vt vulgari alludam & planius intelligar,vocatur vetus de Montana,& a talibus interfecti sunt multi principes Christiani, ab his forsan denominati sunt & Assisij.

Vide Alex.consi.166.in princ.videretur fortasse.vol.7. vbi dicit ꝙ assasinus dicitur qui præmio & aliqua accepta pecunia ad maleficium committendum inductus est & propterea assasinus dicitur & grauius puniendus est.l.Cicero & ibi.no.Bar..ff.de poen.

¶Horrendum. Homicidium per huiusmodi assasinos perpetratum dicitur tam graue & odiosum,ꝙ non habet locum statutū permittens impunè occidi bannitos.not. Alberi.in l.qui sepulcra.in prin.C.de sepul.viola.Bart.in l. Cicero.ff.de pœn.in l.non solum.§.si manda.col.penul. ff.de in iur. Panor.in c.at si clerici.s̃.de iudic.refert Deci. consi.327.in princ.viso casu proposito, pro decisione tamen illius.q.vide eundem Deci.vbi.s̃.vbi concludit pro parte contraria.

Defenderunt. Idem dicendum ac si diceret auxilium dederunt,de quo per Soci.consi.188.col.2.visa bulla, vbi inter alia dicit, ꝙ † auxilium dicitur omne id per quod insultans efficitur audacior, & insultatus timidior.Bal.in l.non ideo minus.in vlt.col.C.de accusa.& latè Petr.de Anch.consi.216.nos Bartholomeus.

Continuare.Hostien.hic.col.2.dicit no.contra scholares pigritantes,& rectores negligentes,nam nisi vigilent, nisi singula studiosè scrutentur, nisi in quacunq; re capacem sensum habeant,nisi a se communem negligentiam procul pellant, nisi a quolibet sint parati instrui.s̃.de offi. primicer.c.vnico ad finē primi, melius facerent si se inanibus sumptibus non vexarent.l.1.ff.de inoffi.testa.Secūdi discrete agerent, si se absolui peterent a tanto onere nec se tantis periculis obligarent, quia sanguis ouium ipsarum culpa vel negligentia amissarum, ab ipsis in die iudicij exigetur.c.1.de offi.archid.s̃.

Mucro Episcopalis. Vide Docto.in c.cum non ab homine.s̃.de iudic.Barthol. de Chassa.consi.1.in 5.præsupposito.

Nihil ad nos. Quantum ad excommunicationem,quia excommunicare non possumus.Innocē.in c.quod super his.s̃.de maior.& obed.dixi.s̃.in procœ.cum hoc concordat Hipoly.de Mar.cōsi.101.nu.53.vbi dicit quod istud dictum intelligitur quo ad spirituales pœnas.Alex.consi. 99.nu.14.visa inquisitione.vol.6.

¶Principaliter. Quod dicatur † principaliter vide latè per Alex.consi.65.col.4.quoniam omne datum.volu.6. ad quem attende.in cōsi.1.col.pen.vol.3.vbi latè discutit quod debemus attendere ad id ad quod actus principaliter fit,& non secundario.

¶Vide præterea quæ pro hoc tradit Alex.in consi.seq, col.3.nu.9.cum seq.& quæ citat.consi.84.nu.7.in causa quæ vertitur.vol.3.

Et regula est secundùm eum.in consi.4.col.1.vol.1.ꝙ † inspici & attendi debet quod principaliter fit.l.si quis nec causam.in prin.& l.rogasti.in prin.ff.si cert.peta.& l. qui exceptione.ff.de condi.indeb.Deci.in consi.537.nu. 5.casus de quo quæritur.& cōsi.541.nu.3.visa donatione. ibi subdit nu.14.ꝙ ea quæ sunt de iure speciali, nō sunt in consideratione.l.4.§.1.ff.de fideicom.liber.vbi Bar.Inno. in c.pastoralis.in princip.s̃.de causa posse.& proprie.vbi

Panor.

Pano.in fi.& in c.super eo.el 2.§.de senten.excommu.Ex
5 quo ibi comprobat, quod † illud quod requirit dispensationem, dicitur non posse fieri.glo.in c.gratia.in ver.non potest.§ de rescrip.hoc lib.vbi Do glo.in c.ventum est.in ver.non possum.1.q.1. Panor.in c.quod Dei.in 3.col.ver. item adduco istum tex.§.de sta.mona.

Ratio præmissorum, quia verba debent intelligi verè & propriè, non secundum fictionem Bar.in l.3.§.hæc ver ba.ff.de nego.gest.l.1.§.hoc interdictum.ff.de fonte.facit text.in l.si ita quis.§.is cui.de lega.2.& l.fideicommissum.ff.de conditio.& demonstra.& l.cum pater.§.hæreditatem.de legat.2.l.ex ea parte.§.insulam.ff.de verborum oblig.

h ¶Potest. Adde, excusat carcer, status, & mors verbera stuprum, vt colligitur.ff.quod met.causa.l.2.cum 5.ll. seq.ibi Hostien.hic.col.3.

6 ¶In finibus. Ratio, quia † primi motus non sunt in
i potestate hominum.d.l.cogitationis.hic alleg. per Ioan. Mo.no.Ang.consi.14.col.2.nos Carolus.vbi vide quæ dicit quo ad hanc dist.& meminit de consuetudine generali siue approbata per totum mundum, per quam qui non occidit non punitur vltimo supplicio, quantumcunque perueniat ad actum proximum mortis. Et hæc habent locum in Regno Franciæ.

k Voluntas. Facit quod citat Gofre.in summa, in titu.de vsur.col.penul.in proposito.nam quicquid agant homines, intentio iudicat omnes, sola voluntatis forma monetat opus.

Vlterius dic ꝙ voluntas in grauioribus attenditur, non autem exitus.l.diuus.& ibi glo.& Doct.C.ad leg Corn. de sicca.l.1.in fi.ff.ad leg.Iul.de parici.l.si quis non dicam. cum ibi not.C.de epis.& cler.l.quisquis.C.ad leg.Iul. maiesta.& ita hic firmat Ioan.Mo.§ proximè dictis. vide quæ tradit Dec.in cons.535.requisitus.vbi ponit casum de muliere, quæ fecit abortum suasione matris.

l ¶Propositum. Iunge illud vulgatum. Quod id quod
8 † extra propositum committitur, pœnam non meretur. l.quicquid.ff.de reg.iur.vbi Deci.ponit 4.conclusiones. post Fely.in c.Mattheus.§.de symo.& c.sicut ex literis.§. de iureiur.& in c.dilecti.§.de except. Roma.sing.mihi.50. volo commentare.l.quicquid.facit tex.in Clem.vna.isto titu.& in l.infans.ff.ad leg.Iul.de sicca.& in l.diuus.ff.de offic.præsid.

¶Hinc est ꝙ dicit Ias.in l.in actionibus.num.28.ff.de in
9 lit.iur.ꝙ volens se defendere a cane † proijciendo lapidē, si occidat hominē, non tenetur de homicidio, facit decisio Car.in c.lator.§.hoc titu.vbi refert de socio occidente socium sine dolo.non teneri pœna statuti, quod est decapitationis.

Item si aliquis volens occidere Titium, occiderit Meuium non tenetur de homicidio pœna capitali. Ias.in l.si per errorem.col.5.ff.de iurisd.omn.iud.& in l.j.col.4.ff.de legib.& in l.3.col.1.ff.quod quisq; iur.

¶Hinc est ꝙ dans operam facto damnato, & ignorans qualitatem per quam magis debeat puniri, excusatur a pœna illius qualitatis, pro quo habeo tex.in c.si quis.cum duob.cap.seq.34.q.fi.

Pro brocardica via voluntas & propositum &c. habes tex.expressum in l.qui iniuriæ in princi.ff.de furt. Panor. post gl.in c.si verò.de sent.excommu.§.& latè per Oldra. consi.76.quæritur de illo, vide quæ pro hoc vulgari citat Alex.in consi.19.num.7.pulchrè respōdit.vol.4.& Domi. consi.7.col.2.subtiliter, vbi dicit ꝙ si attendimus finem & intentionem agentis, siue sumus in bono opere, siue in malo, habet locum istud vulgare. Idem Alexā.cōprobat consi.144.col.2.vol.2.& consi.109.col.3.visis.vol.1.

10 ¶Patent præmissa. Quia † si do eleemosynam animo consequendi laudem humanam, vel suffragium humanū non prodest ad vitam æternam. Idem de alijs bonis operibus, iuxta illud Euangelij; Amen amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam, hinc gl.in c.1.§.de collusio. deteg.dicit ꝙ Deus non est remunerator nominum, sed aduerbiorum, hoc est dicere non remunerat Deus bonū quod fit, sed quod bene fit, unde non remunerat Iudæos, qui crucifixerunt Christum, licet mors Christi bona fuerit nobis.quia propter hoc nos de pœnis Inferni redemit, ideo non remunerauit eos, quia non bene fecerunt, Deus enim cor interrogat, non manum.14.q.5.cap.si quid in-uenisti.nec considerat quæ fiunt.sed quo animo fiunt.15. q.6.c.1.in fi.

11 ¶Et per hæc similia, habeo ꝙ si statutum dicat ꝙ pro homicidio quis debeat decapitari, intelligitur quando dolo & ex proposito committitur. Bald.in l.data opera. colum.4.versic.Item si statutum precisè.C.qui accusare, & ita de facto dicit se respondisse Pau.de Cast.in l.& si seuerior.C.ex quib.causis infa.iroga.& dicit quòd si non habuisset authoritatem Bal.non obtinuisset. Idem Paul.de Cast.in l.nemo.C.de episcop.audien.vbi ait illud dictum Bald.in l.data opera.esse singulare, & quod non reperit alium hoc dicentem. Tu tamen dic quod non benè viderat Bar.in l.1.§.non autem.in versic.iuxta hoc quæro.ff.si quis testa.liber.esse ius.& ibi Alex.in additio.in ver.& per hoc.ante fi.alleg.l.2.C.de noxa.& ibi hoc expresè tenet Cy.& Bal.

Firmat Card.in consi.44.num.4.pro domino Christoforo qui allegat hoc tenere Ioā.And.in Mercuria.in reg. pro possessore, tenet Ange.in l.is qui cum telo.C.de sicca. refert Cuma.consi.134.visis denunciationibus.in fi.comprobat Deci.consi.482.pro resolutione.

¶In crimine. Quod committitur nedum contra Prin-
12 cipem, † sed etiam contra inferiorem.no.Docto.in Clem.
m pastoralis.de re iudica.

¶Item quando machinatur contra rem publicam.no. in l.1.ff.ad leg.Iul.maiest.latius Alex.consi.13.col.1.cōsideratis his.volu.6.

n ¶Et ideo tenentur. Verum dic nisi ducti fuerint probabili ignorantia.glo in l.1.ff.de receptator.quam sequitur Barto.in l.omnes.C.de agricol.& censit.lib.11.facit l.Metrodorum.ibi, sciens.ff.de pœn.& hoc a contrario sensu.

¶Vide quæ dixi in c.eos.in versic.equiualere.§.de tempo.ordina.firmat in terminis Roma.consi.473.circa propositam.

o ¶Sententia requiratur. Dic ꝙ quamuis secundùm cōmunem (quæ in hoc adhæret text.nostro) non requiratur quod per iudicem pronuncietur mandatorem incurrisse pœnas, de quibus in text.tamen requiritur quòd per iudicem contra mandatorem declaratum sit dictum mandatorem ita mādasse, & illud esse probatum per id quod habetur in c.vt Inquisitionis.post princi.& in c.cum secundùm.de hæretic.§.hoc lib.& per not.per Bald.in cap.1.de feu.sine culp.non amit.& per eundem Bald.in authē.qui semel.in 1.col.C.quomo.& quā.iud.& in l.si quis maior. C.de transactio.vt placet Alex.consi.166.in fi.videretur. volum.7.qui ibi per hoc respondet ad dictum Ang.consi.14.nos Carolus.dicens, quòd verba excommunicationis & dispositionis a dignitate &c.in text.nostro posita, important ꝙ a quolibet etiam priuato possit impune offendi & occidi, ille qui per assassinum interfici fecerit aliquē christianum, aut per talem assassinum interfici mandauerit.ita declarando text.nostrum consuluit, & determinauit.allegat id quod habetur in l.3.§.transfugas.ff.ad leg. Cornel.de sicca.& quod habetur in Auth.Gazaros.C.de hæreti.& in c.felicis.de pœn.hoc lib.& quæ no.per Cyn.in l.reos.in 6.q.C.de accu.

p Nisi constet. Vide quæ dixi in c.fi.nu.100.de constitu.§.

q ¶Determinetur. Vide in proposito quod citat Pau.de Cast.in consi.346.quod incipit, formæ capituli in 1.par.ꝙ moniales quę elegerunt contra formam iuris.c.quia propter.§.de elect.possunt de nouo eligere, quia antequàm priuentur per sententiam, non amittunt potestatem eligendi.vide quæ dixi in præced.apost.cuius dicta iuuant ꝑ doctrinam Io.Mo.hic quā nō adducit Alex.in d.cōs.166.

Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶Prælatis vel clericis quibuscunque &c.

SVMMARIVM.

1 *Quis potest cognoscere de criminibus sine metu irregularitatis.*
2 *Medio sententiæ sanguinis imperitia iudicis latæ, quis non incidit in irregularitatem.*
3 *Quando duo concurrunt in eodem facto, habeo approbare mihi licitū, & aliud mihi non licitum reprobare.*
Duo iura in eadem persona concurrentia sunt iudicanda, ac si essent in diuersis personis.

4 *Nullum interdictum infamat infamia iuris.*
5 *Principale non induit naturam accessorij, sed econtra.*
6 *Non debet dari via ad malignandum, sed potius est malitijs obuiandum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Accessorium quando non sequitur naturam sui principalis, vide hic.*
2 *Cautio quando non potest remitti legatario.*

PRAELATIS. Olim erat certum quòd si ego prælatus egi contra aliquem ex tali facto, ex quo de iure, vel consuetudine, nec mors mẽbri mutilatio attingere consueuit, & sententia super hoc sit lata, & de ea exequẽda potestate sæculari requisita, si rebellis fuit reus, & mors sibi tamen contingat, aut membri mutilatio, tunc non mihi agenti, sed reorum duritiæ erit potius imputandũ, sic intelligitur. s̄. eo. postulasti.

1 Item vbi † prælatus habet cognoscere de certis criminibus, si in eis non proceditur ad mortem, vel membri mutilationem, potest cognoscere sine metu irregularitatis, aliàs non potest. j̄. de raptor. in Archiepiscopatu.

Item si prælatus accusauit aliquem de crimine, cuius condemnatio non est mors, nec membri mutilatio, & iu-
2 dex † imperitia, aut seueritate condemnauit ad mortem, prælato non impingitur. arg. optimum. ff. de bo. liberto. l. qui cum maior. §. 1. & ff. de euictio. si per imprudentiam. 1. respon. Sed vbi factum vnum complectitur in se duo, in quo vno non impingitur prælato agenti & in alio impingeretur, vt quia ibi ad pœnam sanguinis proceditur, tunc prouidet hæc Decre. vt facta distinguantur, & fiat dilatio in eo ꝙ prælato concedet, & protestatio de non intendendo ad sanguinis pœnam, vt hic. Et ratio quia
3 quando † duo concurrunt in eodem facto, habeo mihi approbare licitum, & aliud mihi non licitum reprobare. argu. s̄. de præbend. dilectus. 1. Et duo iura in vna persona
a concurrentia sunt iudicanda, ac si essent [a] in diuersis personis. ff. de his quib. vt indig. tutorem. Ergo similiter duo facta concurrentia similiter debent iudicari, vt diuersa facta. Sed quomodo hoc potest fieri, respondeo, volo meũ habere, & fratrem meum non diffamare. ff. si cer. pet. certi conditio. §. competit. Sed quomodo docetur. ff. de dolo non debet, vbi actio de dolo contra certas personas non datur. Sed in facti narratione temperabo verbis actionẽ
4 propositam. Sicut video † nullum interdictum infamat infamia iuris. ff. de vi & vi. arma. l. neq;. sed facit. ff. de obsequ. honori, tamen propter attrocitatem facinoris non datur libero contra patronum, nec libero contra parentem hoc interdictum, sed actio in factum. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. interdictum. hoc quod.

¶Item cessat ignominia in conditionibus, quamuis ex causis famosis pendeant, vt est conditio furtiua. ff. de acti. & obligat. cessat. Et est ratio, quia ad hoc non agebatur principaliter, sed directè ad suum, seu sibi debitum consequendum. argu. s̄. de ordi. cognitio. cap. cum dilectus. §. verum. & ff. de bo. liber. l. si quis libertam. Et ideo certi cõ
5 ditio non induit naturam conditionis furtiuę, sicut † prin
b cipale non induit naturam accessorij, sed contra. [b] j̄. hoc lib. de regu. iur. accessorium. Et ideo ne prælatus hoc casu deferens pœna canonis inuoluatur distinctè distinguat, quod prosequi intendit, & de alio protestetur quod intendere efficaciter non potest sine pœna, vnde prosequatur, id quo ecclesia reddatur indemnis & non vindictam. arg. j̄. de pœn. suam. vnde protestatio sit dubij quandoque declaratio, & hæc est necessaria sicut etiam. ff. de acquir. hæred. pro hæred. §. fi. ff. de religio. & sumpt. funer. at si quis. §. sed interdum. Et secundum hoc posset intelligi decreta. s̄. cod. titu. tua. §. ad vltimum [depredandi.] Nota non de-
6 beri † dari via ad malignandum [c] quoniam potius est ma
c litijs obuiandum. ff. de rei vendica. in fundo. & s̄. de dolo & contuma. c. contingit.

ADDITIONES PROBI.

a AC SI ESSENT. Istud firmaui. s̄. in cap. 1. in versi. occurrit præterea. de consuetud. vide Cardin. consil. 53. casus. vltra quem attende ad ea quæ in proposito latissimè tradit Lap. alleg. 99. commune Floren.

b Sed econtra. Adde vnum ꝙ † accessorium non sequi-
1 tur naturam sui principalis, quando non est eadem ratio in accessorio quæ est in principali. l. ex placito. C. de rerũ permut. l. si is. C. de præd. minor. Bar. in l. non dubiũ. ad fin. post gl. C. de legi. Alex. consi. 4. num. 13. vol. 1.

c ¶Ad maligandum. Ratione huius dicti dicit Alexã. in consil. 58. colum. 3. habita. vulu. 3. ꝙ cautio de vtendo
2 fruendo re in qua legatus est vsufructus † non potest remitti per testatorem, & hac ratione sola remanente sufficit, licet aliæ non suadeant, quin possit remitti, sufficit. n. quòd vna ratio firma maneat. l. si non lex. ff. de hæred. instit. Institu. de nupt. §. affinitatis. no. in l. libertorum. §. notantur. ff. de his qui not. infa. & in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. credito.

Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶Is qui mandat aliquem verberari &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandando illicitum & quæ concomitari verisimiliter poterant, videtur mandasse.*
Proponens aduersa non auditur.
2 *Potius quis declarat intentum suum facto quàm verbo.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ex perceptione fructuum probatur ratificatio possessionis, & respondens de fructibus videtur contractum ratificare.*
2 *Plus est aliquid facto demonstrare quàm verbis.*
Vbi opus est facto, verba non sufficiunt.
3 *Verbera non possunt dari cum mensura.*
4 *Qui mortis causam præbet tenetur de homicidio, ac si ipse occiderit.*
5 *Quando præcedit dolus vel culpa, inspicimus contra delinquentem, quod euenire potest quo ad pœnam sibi infligendam.*
6 *Quando non est in potestate mandatarij seruare fines mandati.*
7 *Dans operam rei illicitę, tenetur vltra intentionem.*
Alapa expectat relationem gladij.
8 *Vbi est maius delictum, ibi debet esse maior pœna.*
9 *Principalis regulariter magis punitur.*
10 *Ex quolibet vulnere regulariter sequitur mors.*
11 *In homicidio requiritur animus & voluntas occidendi.*
12 *In quo loco debeat puniri mandans, vide hic.*
13 *An persuadens teneatur vt mandans.*

IS QVI. Mandans illicitum & expressè inhibẽs quod potest esse concomitans, si inhibitum contingat, mandans non excusatur. Et est ratio, mandando † illicitum,
1 & quæ concomitari verisimiliter poterant, videtur mandasse & ob hoc inhibens contrarium dictæ concomitantiæ (sicut proponens aduersa) non auditur. arg. ff. de fide instru. scripturæ. & C. de fur. l. 1.

2 Item potius quis † declarat intentum suum facto [a] q̄ ver
a bo. ff. de edil. ædict. si tamen. §. ei qui.

Sed contra. ff. de furt. verum. solu. ibi tenetur, licet directò illa accusatione non teneatur [cogitare.] ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. s̄. eo. de cętero. & c. continebatur. Et est ratio, culpa, seu mora præcedens ad casum, qui sequitur prædictos astringit. C. de condi. ob turp. causam. l. fi. C. de condi. furti. l. 2. sed vbi culpa non præcederet secus. s̄. eo. Ioannes.

ADDITIONES PROBI.

a FACTO. Vide beatum August. in Homelia super sermo. quem legimus Dominica quarta Aduentus Domini. & quarta lectione more Romano, ibi, vt Christo testimonium dicerent non verba, sed facta. Io. Mo. in c. degradatio. j̄. de pœn. idem Io. Mo. in cap. in generali. de regul. iur.

Pro hoc vide quæ citat Dec. consi. 367. sub num. 4. viso puncto. vbi multa ad confirmationem dicti Io. Mo. hic cõ
1 gerit, & ꝙ † ex perceptione fructuum probatur ratificatio possessionis, quodq; respondens de fructibus videtur cõtractum ratificare.

¶Pro

Pro verificatione huius dicti Io.Mona.hic adde quod citat Maria.Soci.consi.170.col.2.in præsenti.ꝙ plus † est aliquid facto demonstrare quàm verbis.vt in c.dilecti filij cum ibi not.s.de appella.vnde si factum contradicit verbis,vel scripturæ,factũ superat,& scriptura sibi cedit.l.1.& per totum.C.plus vale.quod agit. Pro hoc habes in simili quod communiter dicitur, vbi opus est facto verba non sufficiunt.l.qui decem.§.idem responsum.ff.de solutio.l.obsignatione.C.eo.tit.l.prætor.§.si quis paratur.ff.de oper.no.nunci.cum ibi not.per Bart.

Istud dicit Alex.consi.44.nu.5.eximie Doct.vol.7.esse sufficientem responsionem, ad id quod communiter dici solet in protestationibus, ꝙ obtulit semper se esse paratum ac omne id ad quod de iure tenetur, de quo per Pet.de Ancha.consi.223.prima facie.

Et quia scribentes hic satis leuiter & quasi sicco pede transeunt, licet thema text.patiatur magnam fimbriarum extensionem, ideo vltra eos pro illius extensione mouetur dubium quotidianissimum,& sic attente scrutandum, iuxta doctrinam iurisconsulti in l.legaui.ff.de libera.lega.Ioan.Mona.in c. Romana.§.contrahentes de foro compet. videlicet an mandans vulnerari S.per P.& iniungens, ꝙ non occidatur.Si P.mãdatarius vulneret.S ex quo vulnere mortuus est,teneatur mandans pœna mortis, an verò mitiori: in hoc passu varij varia sentiunt,quamobrẽ vt paucis agam, & ad veritatem rei descendam concludendum videtur quòd pœna mortis teneatur mandans,pro quo habeo sequentia. Primò facit doctrina Ioan.Mona.hic quam referentes Ioan.Andr.in nouel.Domi.& Franc.sequuntur quia mandando illicitum mandasse videtur quæ verissimiliter cõcomitari poterant,ideo inhibitio nõ prodest, quia contraria actui.C.de fur.quod facit in proposito, quia ille qui mandat aliquem vulnerari licet iniungat ꝙ eum non occidat, tamen mandando vulnerari licet mãdasse quæ verissimiliter concomitari poterant, & sic homicidium, ideo aliud dicere tamquàm allegans contraria non venit audiendus.d.l.1.& c.solicitudinem.in fi.s. de appella.quia hęc regulariter implicant contradictionẽ tamquàm consecutiua.

Item Ioan.Mona.& alij habent istud verbum,videtur, significans præsumptionem.l.si filiusfa.C.de petit.hæred. per quod intelligunt sic text.nostrum ergo probatur eo, & verificatur intentum nostrum, ꝙ mandans aliquem vulnerari ita ꝙ nõ occidatur, est præsumptio ꝙ voluerit quòd ipsum occidat,si ex dicto vulnere mors sequuta est, hunc intellectum sequitur Bart.in l.non solum.§.morte. num.29.ff.de no.oper.nuncia.dum dicit, quòd si quis habet animum vulnerandi & non occidendi,certè animus non potest regulare factum, quia non potest esse quod persecutio vltra modum & propositum excedat. Et tunc si protestetur ꝙ non percussit animo occidendi, ista protestatio nihil operatur.arg l.quoniam multa.C.ad leg.Iul. de vi & tex.noster.

3 Facit quia verbera † non possunt pati cum mensura, cum verberans hoc in casu maximè dicatur furiosus, cũ ad placitum solius mandantis hoc faciat, & sic mandans potuit præmeditari ꝙ ex vulnere mors sequi posset, quia per furiosum, vulnus inferabatur. dictum Bart.in omnibus sequitur Ant.de But.in c.cum.M.post medium versi. venio ad secundùm articulum.s.de consti.ex quo sequitur quòd perinde est ac si simpliciter mandasset eum occidi,quo in casu non est dubium, ꝙ de homicidio pœna mortis tenetur.comprobat latè Deci.consi.482.colum.1. pro resolutione.

4 Item qui † mortis causam præbet tenetur de homic. ac si ipse occideret, quia nihil interest an quis occidat, vel mortis causam præbeat.c.si quis viduam.50.distin.l. nihil.ff.ad leg.Corne.de sicca.c.decetero.s.eo.vbi glo.dicit,maximè si causam propinquam dedit, & sic faciet regula iuris, qui causam damni dat,damnum dedisse videtur.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad leg.Aquil.quia intelligitur de causa & occasione proxima efficienti. testatur glo.in c.studeat.50.distin.licet enim quis mortis causam pluribus modis dare dicatur, inter eos tamen reperitur iste, quando videlicet quis homicidium fieri præcepit.d.c.si quis viduam.& glo.in d.c.de cetero.

Item tex.noster si vellet quòd solum mandans diceretur esse in culpa:tamen quia illa culpa tendit ad casum & euentum futurum,scilicet mortis, sequitur ꝙ tenetur de homicidio pœna mortis,sicut dicitur in d.l.quoniã multa & in l.si quis aliquid.§.quæ abortionis.ff de pę.

5 ¶Facit quia † quando præcedit dolus vel culpa inspicimus contra delinquentem quod euenire potest, quo ad pęnam sibi infligendam. Arg.no.in l.diuortio.ff.de neg. gest.& plenè per Barto.& Angel.in l.inter stipulantem. §.sacram.ff.de verbo.obligatio. refert Ioan.de Ana.post Petr.de Ancha in cap.audientiam.colum.2.supra hoc titu.qui ibidem.colum.penulti.in versic.alij.dicunt contra, sustinet partes nostras. Vide Alexand.in consil.140. videtur.vol.2.

¶ Intentum comprobo auctoritatibus scriben. iuribus, & rationibus fulcitis. Primò habeo doctrinam Barto.in l.diuus.in fine.ff.ad lega. Corne.de Sicca.dum dicit: quod si delinquit in plus,incidendo in aliam speciem delicti: hic aduerte si quidem delictum, quod principaliter facere proposuit tendit ad illum finem, qui secutus est: tunc inspicimus euentum. casus est.in l.fina.ff.de crimi. expila.hæredi.& in d.l.quoniam multa, & in tex.nostro. Si vero ad hoc non tenebat delictum, quod principaliter facere proposuerat,non tenetur vt l.verum.& l.qui iniuriæ.in princip.ff.de fur. istud dictum Barto.pro me refert Areti.consi.80.num.7.quod exorditur, sicut docet.idem Angel.in tracta.maleficio.in ver.Sempronium mandatorem.q.18.post Bald.in l.non ideo minus.C.de accusa.

6 vbi concludit. Aut seruare † fines mandati non est in potestate mandatarij, tunc mandans in totum tenetur: vt putà mando tibi, quòd gladio aliquem vulneres, & non occidas,hoc non potest facere, quia etiam modicum vulnus est mortale: vnde mortale, & non mortale non est in facientis potestate: ideo isto casu tenetur de homicidio: acsi mandasset homicidium fieri, prout probat. tex. noster. Secus si est in potestate mandatarij seruare fines mandati: istud videtur de mente Bald. in l.si quis mihi. §.aliter.ff.de acquirend.hæredi.vbi idem Angel.& communiter scriben.firmant Bald.& Salicet.in l.cum mandati, mandati.C.& Ioan.de Ana.in cap.sicut dignum.§. insuper,el 2.nume.7.s.hoc titu.Ioan.Mona.in c.quæcunque circa finem.j.de senten. excom. vbi dicit quod mandans & mandatarius in delictis, in eandem pęnam incidunt,allegant.d.l.non ideo.

7 ¶Facit regul.quam Dec.in c.1.col.9.versi.non obstat. s.de offic.delega.ex tex.nostro elicit,ꝙ dans † operam rei illicitæ tenetur vltra intentionem:& hoc quando delictũ quod committitur erat ordinatum ad illud quod sequitur,vt in tex.nostro iuxta illud,alapa expectat relationem gladij, ideo qui mãdat alapam dari potest cogitare verisimiliter cedem sequi.

¶Item licet in leuioribus causis proniores ad leuitatẽ iudices esse debeant, in grauioribus tamen seueritatem legum sequi oportet.tex.in l.respiciendum.ff.de pę. Ideo cum iste casus sit de grauibus, tum propter mortem subsecutam,tum propter tale mandatum, quod lex odio habet, quia est mali exempli & contra charitatem proximi instinctum totius naturæ,meritò non solum, vt mandatarius debet puniri,sed in plus,quia peccat in se & alium,videlicet mandatarium,cuius animum mãdando corrumpit,& illum in cuius persona homicidiũ fuit cõmissum.c.

8 1.s.de crimi.falsi.& sic dupliciter quid est vinculum fortius, vt re ipsa patet,sic verificatur per illud quod † vbi est maius delictum ibi debet esse maior pęna, glo est no. in cap. non afferamus. 24.q.1. hinc succedit, in quo maior fuerit culpa maior exerceatur vindicta:tex.in capit.quia sanctitas.50.distinct.glo.in capit. ea quæ supra de statu monac. sed vt dixi mandans magis peccat, quàm mandatarius; quod etiam patet, quia causam delicti præbet,cum mandatarius aliàs non erat facturus:vt habetur. in l.prima.§. persuadere.ff.de ser.corrup.& in l.qui occidit.§.in hac.ff. ad lega.Aquil.pro hoc facit gl.fina.ibi sed delictum quod commisit in alio.in cap gaudemus.s.de diuort.similis.gl. in l.Athletas.§.Pomp.in ver.eum qui ff.de his qui no.infa.ergo magis debet puniri, & sic secundum limites delicti:non secundum limites intenti.

9 ¶Item mandans dicitur auctor & principalis in facto hoc:& principalis † regularites magis punitur.d.l.quoniam multa.igitur &c.Ias.in l.is qui pro emptore.ff.de

vsucapio. istud firmat num. 372. etiam Princeps delicti. l. in hoc iudicio. ff. de ser. corrup.

Quod autem homicidium mandasse fieri videatur, liquidè probatur per regulam quã iam tetigimus. s. quòd mandans videtur mandare omne illud quod est mandato vicinum gl. habes. in c. cum in iuuentute. in ver. postulare de purga. cano. s. alleg. c. in causis. s. de elect. & l. iam tamen. §. quid causa. versi. sin autem. ff. iudica. sol. Sed quod mors sequatur ex vulnere, est ipsi vulneri vicinum, quia 10 ex quolibet † vulnere potest regulariter sequi mors, maximè si est illatum cum ense vel gladio. c. significasti. el 2. eo. titu. & l. 1. ff. ad leg. Corne. de sicca. & hoc membrum eneruatur a doctrina Ioan. Mona. hic si bene attenditur. in hoc enim non dicitur mandatarius fines. mandati excessisse respectu facti, quia vulnerauit sicut sibi mãdatum fuit, si tamen vulnus progressum vltra fuerit non minus intelligitur, quod non secutum fuerit mandatum, aliàs esset repugnantia in obiecto, quia vt dixi, de natura vulneris est, vt sequatur mors.

¶Nec iuuat dicere ꝙ mandans dixerit mandatario, ꝙ eum vulneraret, sed non letaliter, aut in membris, in quib. non solet dari letale vulnus, quia hoc non fuit in potestate mandatarij, cum fortè talis defensionem susceperit, ꝓut suscipere debebat præsumi. Et sic mandatum factũ est incertum, igitur eius forma seruari non potuit. text. in l. si quis pro eo. ff. manda.

Quod licet in casu nostro videatur vnum certum, videlicet ꝙ vulneraret, tamen respectu effectus vulneris, scilicet mortis, vel non mortis est incertum, ex quo non est in potestate vulnerantis ita vulnerare, ꝙ vulneratus non moriatur, quia vt prædiximus vulnera & verbera non possunt dari ad mensuram.

¶Sextò modificare, vt communis non habeat locum in desertorio, quando causa contra quam stat communis opinio esset valde fauorabilis & priuilegia, pone in matrimonio in testamento, in dote, & alijs fauorabilibus, & pijs actibus, quod intellige nisi hæc essent facta contra legem Dei, vt in matrimonio firmat Dec. in ca. 1. colum. 24. de probatio. Propter hæc tamen non illis tantum faueas, quòd alijs iniustitiam facias. cap. ex tenere. s. de foro compet.

¶Septimò & in præsentiarum postremò modifica, dicendo communem opinionem non habere locum, quando contra eam opinio vnius sancti munita authoritate noui vel veteris testamenti esset, quia tunc talis præfertur communi. glo. in cap. de libel. 20. dist. Dec. in d. cap. ne innitaris. col. fin. s. de consti. Ioan. de Ana. post alios. in c. qualiter & quando. el 2. colum. 1. de accusatio. s. Ias. in l. 1. colum. 7. ff. si cert. peta. huic astipulatur Roma. In l. de pupillo. §. nunciationem. colum. 2. ff. de no. oper. nuncia. dicens, quòd dicta sanctorū patrum debent defendi vsq; ad sanguinem. Alias modificationes colligere poterit studiosus lector. Ideo ratem sisto, vt veniam ad principale intentum.

¶Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi. Cap. I.

¶Vsurarum uoraginem (quæ animas deuorat, &c.

SVMMARIVM.

1 *Omne dulce nutrit.*
Vsura vorago dicitur.
2 *Anima est immortalis & mortalis.*
3 *Auferenda est delinquentibus, opportunitas delinquendi.*
Collegium dicitur, vt hic.
4 *Alienigenæ qui dicantur.*
5 *Vsurarij manifesti qui dicantur & notorij.*
6 *Collegium vel vniuersitas non debet excommunicari.*
7 *Triplex est pœna.*
8 *Pœna spiritualis multiplex est.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Nullus administrator potest copulari, si non dedit pecunias fœnori & si dominus erat fenerator.*
2 *Patria vnicuiq; est dulcissima.*
Impium est relinquere propriam patriam.
Magis nascimur patriæ quàm patri.
3 *Qua ratione sit facillimè præsumendum contra vsurarios.*
4 *Anima est tabula rasa, in qua nihil est depictum, depictibilis tamen, scientia, & virtutibus.*
5 *In dubio contractus vsurarius non præsumitur, prout nec simulatio, ac quòd contractus productus sit verus.*
Contractus in sui essentia præsumitur, qualis in sua figura prima apparet.
6 *Contractus præsumitur vsurarius, eo quòd pactum de retrouendendo in medium deducitur, cum modicitate precij.*
7 *Vsurarij sunt pessimi generis, & de facili contra eos præsumitur.*
8 *Quod operatur propositum in proposito, operatur oppositum in opposito.*
Pœna adiecta dationi quantitatis, in homine non consueto fœnerari, non præsumitur adiecta in fraudem vsurarum.
Quis dicatur solitus & consuetus fœnerari.
9 *Qui habuerunt pecuniam sub vsuris, non sunt idonei testes ad probandum quòd N. consueuit fenerari, nisi declarent, vt hic.*
10 *Ex naturali præsumptione, quis præsumitur bonus ex bonis, & naturalibus principijs.*
11 *Casus omissus nunquàm intelligitur permissus, si eius permissio inducat delictum.*
Id quod potest fieri sine delicto nunquàm includit delictum.
13 *Licet quis præsumatur bonæ opinionis, non tamen optimæ.*
Homo falsus, sine fide & conscientia dicitur.
14 *Manifestum, seu notorium æquiparantur sententiæ quantum ad effectum declaratiuum.*
15 *Gratuitum seruitium subsequens præsumi facit remissionem præcedētis iniuriæ.*
Iniuriam non solum verbo, sed etiam facto remitti potest.
16 *Semel furiosus semper præsumitur furiosus.*
17 *In prædicamento bene vel male agere, ex præterito præsumitur de præsenti.*
Res semel effecta alienabilis, durat in perpetuum alienabilis.
18 *Causa quæ aliàs erat indelegabilis, si semel Princeps delegat, efficitur in perpetuum delegabilis.*
19 *Actio non transitoria, si semel fiat transitoria quid dicendum.*
Semel exclusus per admissionem alterius, in perpetuum excluditur.
20 *Qui semel approbauit laudum, non potest amplius petere reductionē ad arbitrium boni viri.*
21 *Satis est semel interpellare iudicem.*
22 *Qui semel possedit, semper præsumitur possidere.*
23 *Aliquis confitens in iudicio se fore vsurarium quam operetur ad inualiditatem eius testamenti.*
24 *Meretrices scholarium non gaudent eorum priuilegijs, prout nuncij & scriptores.*
25 *Pœna apposita actui, cui ius resistit non valet.*
26 *Textus statuti dubius, ex rubro declaratur.*
Quando rubrum contradicit nigro, magis est standum nigro quàm rubro, tamquam magis deliberato.
27 *Non est inconueniens quòd nigrum statuti sit plenius quàm rubrum, & econtra.*
Rubrum allegatur, quando habet orationem perfectam.
Valet statutum, vt filius patiatur pro patre, & pro eo teneatur.

VSVRARVM. Gregorius in hoc cap. tria dicit. Primò, Cōcilium Lateranen. pęnę adiectione iuuat. a Secundò, ib. [Et quia quo] inhibitionem a ponit. Tertiò, ibi, [qui verò] Contra facientes contra prohibitionem punit, etiam laicos omni priuilegio cessante, [voraginē.] 1 Contra, † omne b dulce nutrit secundum medicos, sed in b c vsuris est dulcedo. c ff. de his qui in fraud. creditor. l. ait prętor. §. idem. & in seruo, ergo non est vorago in eis. Sol. est dulce in recipiente, sed vorago in soluente [animas deuo d rat.] Contra anima est immortalis, d ergo non deuora- 2 tur. Sol. anima est immortalis † quo ad viuere, quia illud nunquàm admittit. Sed est mortalis quo ad benè viuere, quod amittit per peccatum mortale. vt ait Gregor. in 4. dialogo [animas] recipientium [facultates] soluentium [constitutionem] s. eo. quia in omnibus [diuinæ maledictionis,]

dictionis, [id est,] penę æternæ quæ pro mortali tantum debetur, & imponetur in die iudicij, cum dicetur malis. Ite maledicti &c. Bonis autem venite benedicti &c. vnde versus. Mortis vel vitę breuis est vox. Ite venite dicetur reprobis, ite; venite probis [in terminatione,] id est, in perpetuitate [exercendi libertas.] Nota opportunitatem † delinquendi, delinquentibus auferendam sic. & C. de lat. liber. tol. l. 1. §. 1. versi. sed ne furandi [collegium] Collegium dicitur cum simul habitant, sic dictum, quia simul colliguntur, & sic exponitur. ff. quod cuiusq; vniuers. l. 1.

Vniuersitas autem est magis nomen generale, & plura comprehendit, vt vniuersitas scholarium & magistrorū. vt s̄. de constit. ex literis [alienigenas] Ergo hæc constitutio non extenditur ad oriundos de terra. Et dic † alienigenas qui non sunt ciues, nec in colę [alios]. id est, etiā si non sunt incolę ad hoc, vt facias aliquam differentiam inter alienigenas & alios nō oriundos. Nō tamen oriundis, hoc est licitum, sed quia de his non est tantum scandalum, ideo hæc constitutio ad eos non extenditur, sed aliæ poenę benè habent locum contra eos. s̄. eo. quia in omnibus [fenebrem,] id est, vsurariam, quia eā mutuant sub vsuris [ad hæc,] id est, ad exercendum pecuniam fenebrem. Quid ergo si nō ad hæc conducunt, sed ad aliud, non videtur prohibitum per istam decretalem. Nec nos extendere debemus cū sit poenalis. ff. de poen. l. interpretatione. & de libe. & posth. cum quidam. & illa litera quæ sequitur facit ad hæc [nemo illis ad foenus exercendū.] Saluo ꝙ in dubio præsumendi sunt ad hoc conducere cū exercere consueuerint [e]. Quia qui semel malus est &c. ff. de accusa. si cui. § ijsdem. & j̄. hoc lib. de regu. iur. semel [vsurarios manifestos.] Sed quos dices [g] vsurarios † manifestos, notorios [h], vel euidentia facti, scilicet quia vsurarius mensam tenet paratam ad pecuniam mutuandā, cuilibet sub vsuris, sicut meretrix [i] in prostibulo cuilibet patet. arg. s̄. de cohabi. cler. & mulie. c. tua. & c. fi. Et in hoc casu poenam ipso iure patitur illius canonis. s̄. eo. quia in omnibus, vel dicas manifestos notorios iure, putà quia sunt per Episcopum in Ecclesia publicati. Secus si adhuc in Ecclesia tollerentur. arg. s̄. de cohabi. cler. vestra. Nam si manifesti sunt per famam tantum, non tamen notorij, non patiuntur hanc poenam ipso iure; sed per publicationem, sic intelligitur. s̄. eo. cum tu. 1. respon. Ad hanc autem publicationē faciendam sufficit ꝙ vocati confiteantur, vel quod per testes conuincantur, sufficient etiam argumenta cum fama. s̄. eo. cum tu, & ita manifesti dicuntur sine euidentia facti, vel si sint conuicti, vel confessi & publicati [aliquos tales,] id est, vsurarios manifestos [nemo illis,] id est, vsurarijs manifestis non oriundis, [cōtrarium fecerunt] eos permittendo hospitia [k] ad fęnus exercendum cōducere, [Ecclesiasticæ, personæ] vt clerici hospitalarij & alij, qui personæ Ecclesiasticæ appellantur. 17. q. 4. quisquis [collegium] nota hic collegium vel vniuersitatem non debere excommunicari. j̄. hoc lib. de senten. excommunica. Romana. §. fi. [indurata.] Nota hic † quod crescente contumacia debet crescere poena [l]. s̄. de iudic. cum non ab homine cum suis similib. [terræ ipsorum] & sic punitur hic alius pro alio. 1. q. 4. item peccata.

¶Sed contra. j̄. hoc lib. de iniur. & dam. dato. c. & si pignorationes. s̄. de his quæ fiunt a maiori parte capit. quæsiuit. 16. q. 6. cognouimus. & c. illud. C. de poen. sancimus, & ne vxor pro mar. in rubro [m] & nigro [n] Sol. triplex est poena, † scilicet æterna, & ista nunquàm punitur vnus p alio. 1. q. 4. c. 1. & c. iam itaq;, nisi sint sceleris imitator, vbi quidem non iam pro alieno sed pro suo punitur dilecto. 1. q. 1. cito turpem. s̄. de renun. nisi cum pridem. §. psonæ.

Secunda [o] est corporalis, hac poena sępe punitur p. 1. q. 4. §. item pro peccato ciuium & sequentibus, siue consistat circa conditionem vel infamiam. 6. q. 1. §. verum. s̄. de fil. presb. per totum. j̄. de poen. in quibusdam.

Tertia est spiritualis. & ista † est multiplex, quædam est excōicationis hac nūquàm puniendus est vnus pro alio. j̄. hoc lib. de sen. excommu. Romana. §. fi. 23. q. 4. si hæres.

Alia est interdicti, & hac nunquam puniri debet vniuersitas pro delecto singularis [q] personæ. s̄. de his quę fiunt a maiore. parte cap. quæsiuit, nisi sit dominus loci, vt hic. & s̄. de offi. deleg. sanè. & c. p. & g.

Alia est remotionis ab oblationibus, & hac punitur familia propter delictum domini. 17. q. 4. c. miror. Est alia interdictionis ordinis & ista punitur [r] maritus ob delictū vxoris. 34. distin. si cuius [extunc,] id est, elapso illo mensę. [per censuram Ecclesiasticam] id est per excommunicationem, suspensionem, vel interdictum. j̄. de verbo. signifi. quærenti.

ADDITIONES PROBI.

a INHIBITIONE. Ratione cuius & aliorum iurium vsuras prohibentium, dic ꝙ nullus † administrator potest culpari, si nō dedit pecunias fęnori etiam si dominus erat fęnerator, quia nec suo nomine, nec alieno debet qs delinquere, pro quo habes textum formalem pro intento. in c. fi. 47. distin. ideo resultat quòd interesse talis lucri tamquàm turpe non potest allegari. no. Bar. in l. tutor qui repertorium. ff. de administra. tuto. & in l. diuus. ff. ad leg. Falcid. not. in simili Alex. in consi. 210. num. 7. reuerendæ pater. volu. 7.

b Omne dulce nutrit. Et ea ratione delectabilius nutrimur in patria nostra, quam in aliena, vt patet experientia rerū magistra, quia † patria vnicuiq; est dulcissima. l. qui habebat. de leg. 3. quantumcunq; sit vilis. glo. fi. de municip. & origina. lib. 10. C.

¶Impium est relinquere propriam patriam. dicit glo. in l. vnica. Si curia relict. ciuita. lib. 10. C. quia locus facit generationem, & magis nascimur patriæ quàm patri. l. minime. ff. de religio. & sumpt. funer. firmat per alia Maria. Soci. consi. 35. circa prædictam. & Calca. in consi. 2. num. 2. & 31.

c Dulcedo. Dic ꝙ ea † potissima ratione, de facili est cōtra vsurarios præsumendum, testatur Pet. de Ancha. cōsi. 40. circa medium, visa petitione producta. alleg. lo. And. in nouel. c. ad nostram. s̄. de emp. & vend. & l. 5. §. sed si nō adierit. ff. de acqui. hæred. & l. si filius. C. de petit. hæred.

d Immortalis. Et tabula † rasa in qua nihil de pictum est iuxta illud Roma. oratoris. Cum siue Deus siue omnium natura mater produxerit nudum, & subaudi depictibilis tamen scientia & virtutibus. Io. Mo. in rub. de poeniten. & remissio. vide quæ dico in c. dilecto. ver. martyrium. de senten. excom.

e Consueuerint. Adde priusquàm ingrediar intentum dicendorum, præsupponere primo habeo. † Quod in dubio contractus vsurarius non præsumitur. no. Ias. in cōsi. 53. col. 2. vol. 3. & consi. 153. col. 6. præsupponitur. volu. 4. post Bal. in l. rogasti. §. si tibi. circa fi. ff. si cert. peta. Alex. de Imo. consi. 211. nu. 5. super titu. quæstionis. vol. 2. alleg. l. si ea pactione. cum ibi no. C. hoc tit.

Item simulatio non præsumitur. no. Bal. per illum tex. in l. quamuis. C. si quis alteri vel sibi. Et instrumentum quod producitur verum præsumitur. Bal. per illum tex. in l. cum precibus. C. de probatio.

Facit quia contractus † præsumitur in sui essentia, qualis in sui figura prima apparet. Bal. in c. 1. in princ. de feud. dato in vicem legi. commis. reprobando.

Secundò etiam præmitto, communem ferè Scribentium sententiam, quòd quando pactum de retrouendendo in medium deducitur cum modicitate precij, quæ dicitur quando est minus dimidia iusti precij. c. ad nostram. s̄. de empt. & venditio. no. Pet. de Ancha. consi. consi. 9. plurimè coniecturę. & Ias. consi. 151. col. 3. volu. 4. latissime per Calca. cōsi. 26. 27. & 28. contractus præsumitur vsurarius, tenet glo. in c. conquestus. s̄. hoc titu. vbi Scriben. & in c. ad nostram. s̄. de empt. & vend. vbi videtur rotundus qui nullomodo cauillari potest secundùm Panor. consi. 76. in prin. in præsenti consultatione. volu. 1. vbi subdit quod ita consuluit & legendo tenuit. hanc opinionem latè firmat iuribus & auctoritatibus. Alex. in consi. 46. circa pręsentis cōsilij. lib. 3. dicens quod ista opinio videtur magis communis, quæ etiam in dubio (cum sit magis tuta pro salute & oneratione animarum) est amplectenda. c. iuuenis. s̄. de sponsa. idem Alex. consi. 54. circa primum dubium. vol. 6. & Bertran. Carpen. consi. 111. ponitur in facto. 3. parte vbi dicit hanc partem habere multos non cōtemnendæ authoritatis, sed toto orbe famossimos doctores. & consi. 170. fine grandi, ea parte. Neapol. decisio. 65. in causa. Ias. in consi. 153. col. 1. præsupponitur. vol. 4.

His tamen non obstantibus habeo aliud requisitum, vt con-

vt contractus dicatur vsurarius: videlicet ꝙ persona solita sit fœnerari. no. Iaco. de Are. Cy. & Saly. in l. ab emptione. C. plus valere quod agi. Bald. in d. c. 1. col. 2. ver. quæro de quibusdam pactis de feud. da. in vic. leg. commisso reuocan. hanc dicit communem Alex. sibi contrarius, consi. 109. in fi. viso processu, quam prosequitur, consi. 119. in fi. fine disputatione. vol. 4. & consi. 24. nume. 4. in causa & lite. vol. 5. quem vide. consi. 46. circa præsentis, vol. 3. & latius Maria. Soci. consi. 248. nunquid ex duabus præsumptionibus: dicens quòd de iure ista opinio in dubitanter est vera, quòd illa duo non sufficiant, allegat plures Scriben. hanc tenere, & finaliter dicit sibi videri quòd ista sit magis communis, quod ita reperio, si attendamus ad conflictum scribentium hunc passum tangentium, meritò potest dici communior, si astipulemur dicto Iaso. in consi. 155. nume. 4. in causa & lite. vol. 4. quòd communis opinio dicitur quæ plurium doctorum testimonio comprobatur, vt ibi per multa probat.

¶Non enim reperitur iure cautum, quòd hæc duo sufficiant, quia tex. duo: videlicet. d. ca. ad nostram, & cap. illo vos. s. de pignor. solum in hac materia reperiuntur, & super quibus ortę sunt contrariæ opiniones. hoc non dicũt. c. ad nostram, probat ꝙ emptor erat vsurarius: dum dicit contra vsurarios edictum, quod facit magnam præsumptionem ad conuincendum contractum vsurarium, tex. cum gl. in d. c. illo vos, & hoc voluit. gl. in d. c. conquestus. dum allegat. d. c. ad nostram. Ideo dicit Host. in summa de pigno. §. quæro. ver. ideo dico ꝙ ex quo apparet, quod creditor erat vsurarius, de facili præsumitur contra ipsum. l. Iulianus. §. idẽ Papinianus. ff. de act. empt. dicit enim Host. in d. c. ad nostram. quem ibi alij communiter referunt: ꝙ

7 vsurarij sunt † pessimum genus & contra eos de facili præsumitur.

¶Non obstat etiam tex. in d. c. illo vos. quia ibi vltra pactum de retrouendendo, vrgebant due alię concludentes coniecturæ, personæ, videlicet ꝙ fructus in sortem computarentur: & quod vltra summam receptam. 60. solidi solui deberent.

¶Pro præmissis vide quę citat Dec. consi. 167. causa quę coram reuerendo, vbi etiam hoc discutit: an hoc procedat quando interuenit datio in solutum & consi. 308. in casu ad nos transmisso: vbi etiam concludit, requiri ꝙ sit solitus fęnerari, & sic si persona non sit solita fęnerari, non videtur procedere, quia sicut est præsumptio contra solitum fęnerari. d. c. illo vos. vbi gl. s. de pigno. gl. in cap. conquestus. s. hoc titu. ita econtra videtur præsumendum pro eo qui non consueuit fęnerari, vt cõtrariorum eadem sit

8 disciplina, quia quod operatur propositum † in proposito, oppositum in opposito. l. si ex toto. in prin. l. quod in rerũ. §. si quid post. de lega. 1. & l. fi. §. fi. de lega. 3. facit quod no. Alex. consi. 134. col. 4. ver. secundo posset Antonius. vol. 6. ꝙ pęna adiecta dationi quantitatis in homine non consueto fęnerari, non præsumatur adiecta in fraudem vsurarum. gl. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & in l. vtrum. ff. de peti. hæred. & in l. pęnam. ff. de vsur. cum similibus. maximè in alio contractu quàm mutui. Pau. in l. Iulia. §. Papinia. ff. de act. emp.

¶Cũ Alex. vbi s. Ias. concordat per plura in consi. 150. & seq. vol. 4. dicens ꝙ hæc est communis opinio, prout illam ample comprobant videlicet ꝙ tria requirantur, videlicet pactum de retrouendendo ad tempus certũ, modicitas pretij, & ꝙ emptor solitus sit fęnerari, quod ex vnico percipitur actu. L. Mela. §. sed si alimenta. vbi Bart. ff. de alimen. & cibar. lega. & in l. fi. vbi Ang. & alij. C. quomo. & quando iudex: verum quia tex. in d. c. illo vos. s. de pigno. vtitur verbo, consueuerit. ibi cum vsuras cõsueuerit exercere. Certe etiam consuetum dicitur ex bino actu. Bar. in d. l. Mela. §. 1. probat tex. in l. 3. C. de epi. audien. per quem tex. no. ibi Bal. in vlt. no. ꝙ consuetudo inducitur ex bino actu declarando tamen, vt ibi per eum, & hoc dicit argumentum ꝙ ille qui fecit duo furta dicitur consuetus furari, vnde pro tertio nititur ad furcas tanquam fur famosus.

9 ¶Vlterius dic ꝙ † ad probationem huiusmodi consuetudinis non admittuntur testes hi qui habuerunt sub vsuris, cum nõ sint idonei, quia essent testes in causa propria, nam si conuincerentur ipsi vsurarij, possent ipsi testes repetere vsuras ab eis extortas, vt iuribus nostris liquidum est, istud tenet Feder. consil. 64. in fine, pridie, cum procuratore. Bald. in l. 1. col. 6. C. de testa. refert & latius comprobat Ipol. de Marsil. consi. 2. nu. 46. quod verum nisi tales declarent ꝙ solutum recuperare non intendunt nec interesse pretendunt, testatur Ang. in §. legatarius. ver. qd in executore. Inst. de testa. ord. post Bal. in l. dictantibus. C. eo. tit. quod placet Guiller. Bened. in repeti. c. Raynutius. in ver. in extremis. col. 7. s. de testa. & Alex. in consi. 72. nu. 10. inspecto. vol. 1.

10 Semel malus. Dic tamen † ꝙ ex naturali præsumptione quis præsumitur bonus ex bonis, & naturalibus principijs, quia qualia sunt principia, talia præsumuntur esse principiata esse, & natura semper est bona, ideo quilibet ꝑsumitur bonus nisi ꝓbetur cõtrariũ. l. merito. ff. ꝓ socio.

Facit ꝙ habetur. in c. estote. s. de reg. iur. ista sunt verba Ioan. de Ana. in c. ad falsariorum. col. 6. in fi. s. de crim. fal. Et hac ratione possumus firmare id quod citat Soci. cõsi. post Robertum de Strozis subscribentem. consi. 302. col.

11 4. videbatur primo ibi, ꝙ casus † omissus nunquàm intelligitur permissus, si eius permissio induceret delictum. Bald. in l. milites. C. de testa. milita. & id quod potest fieri absq; delicto nunquàm includit delictum. Domi. in c. eũ qui. in fi. s. de præb. hoc lib. facit quod no. Alex. in consi. 89. col. fi. vol. 3. viso themate.

Et licet quis præsumatur bonus & idoneus. d. l. meritò. & l. ab ea parte. ff. de proba. quę pręsumptio releuat a probando, non ab allegando. l. si adulterum cum incestu. §.

12 idem Pollioni. ff. de adult. & sic bonæ † opinionis, nõ tamen præsumitur optimę sic in superlatiuo gradu, testatur post alios Soci. cõsi. 274. col. antepen. versi. Postremò dico, in causa dominæ Lyzæ: quod nota, quando lex requirit ꝙ testes sint optimæ opinionis, qa id debet articulari & ꝓbari. Aduertant ideo nostræ tẽpestatis aduocati.

¶Et prosequendo intentum Io. Mona. hic quod semel malus & c. facit illud vulgare mentiri si sępe soles, quod dicere verum si quando velis nõ adhibeo fidem, citat Io. de Lond. in suo breuia. in rub. ff. de bonis damnato. vbi

13 inquit ꝙ homo † falsus sine fide & conscientia dicitur, & quod non est ex conscientia peccatum est. c. fi. s. de præsumptio. hanc regulam limita non procedere in illo qui post illud malum commissum triennio honeste & sancte vixerit, quia ex hoc præsumitur pęnitens & emendatus. Angel. in Auth. de monach. in § hinc autem. In fi. colla. 1. Hinc Guido Papæ. q. 260. curator datus decidit ꝙ si postquàm datus fuit prodigo curator, qui per triennium vixerit discretè, censetur ad suos mores reductus, & sic curam expirasse ipso iure, sine alia iuris, seu iudicis declaratione. allegat pro hoc. tex. in l. 1. circa princ. ff. de cura. furio. quod procedit (dicit ibi Apostilla.) vbi est manifestũ ipsum prodigum ad sanos mores reuersum, quia tunc ip-

14 so iure desinit esse sub cura. Nam manifestum † seu notorium ęquiparatur sententiæ, quamtum ad effectũ declaratiuum, id est, quamtũ ad declarandũ: quibus astipulatur dictũ Io. Fab. in §. cunq; hoc. in proę. Instit. vbi dicit ꝙ hęc regula locũ nõ habet, vbi in aliqua ꝑsona cõcurrit malũ cũ bono, ꝑsertim vbi bonũ sequitur malũ commissum, quod est notandũ, aliàs regula esset nimis aspera, ideo debet intelligi de illo de cuius aliquo bono actu nõ cõstat, vel habet locum in illo qui plus deliquit ꝙ̃ bonũ fecerit.

¶Fortificatur dictum Io. Fab. in eo quod dicit bonum sequi, per illud Ias. in l. ex hoc iure. col. 19. de iustit. & iu. ff.

15 Quod † gratuitum seruitium subsequens, præsumi facit remissionem præcedentis iniuriæ. l. in ipsius. vbi hoc not. Bal. C. familię ercis cun. qui subiungit quod si inimici sub inuicem grata faciant seruitia, præsumitur remissa præcedens iniuria, quæ non solum verbis, sed facto remitti potest. glo. in §. iniuria. Institu. de iniur. imo plus factis, quàm verbis, per regulam vulgatam, quod fortius factis exprimitur intentio mentis, quàm verbis. Ioan. Mona. in c. degradatio. j. de pœnis. & in c. is qui. s. de homicid. & ibi q; dixi.

¶Vide pro regula quæ latè discutit Hippol. de Marsi. consi. 9. nu. 8. cum sequen.

16 ¶Item in simili quod dicimus in themate †, qui semel fuit furiosus semper præsumitur esse furiosus, nisi contrarium probetur. not. latè Alexan. consi. 147. viso themate. vol. 7. & consi. 92. col. 2. viso & opportune, vol. 5. & consi. 86. viso. volum. 2. glo. habes. in verb. competen. in fine in cap. fina. s. de successio. ab intesta. quam communiter ibi

sequuntur

sequuntur Scrib.& Panor.in c.cum inter.col.2.s̄.de elect. Salyc.in l.furiosum. C.qui testam.face poss.quem & alios refert Alex.consi.92.num.6.viso & opportunè discusso. vol.5.qui subdit pro intellectu huius,debere probari quẽ fuisse furiosum aliquo certo tempore,seu aliquibus mensibus,non autem semel,seu vnico momento,quia id non sufficeret, quia id potest accidere propter aliquod accidens.l.nutu.in princ.de leg.3.ista fuit doctrina Bart.in l.2. in fi.ff.de bon.poss.furio.infan. vbi apostilla. ad eum cumulat pro themate plura.vltra quem vide Maria.Soc.cõsi.93.col.2.circa primum.dum dicit ꝙ in † prædicamento bene vel male agere ex præterito præsumitur de præsenti. Bald.in l.ex persona.col.4. C.de probat.argu. l.si cui.§. isdem.ff.de accusa.& l.non omnes.§.a barbaris.ff de re milita. Nam in qualitate mentis præsumitur perseuerantia. d.regula semel malus.

17

Et in proposito huius dictionis,semel, (satis tamen ab intento Io.Mo.hic remote) dic post Maria.Soci. consil. 67.col.8.visis. Quod † res quæ alienari non poterat semel effecta alienabilis,durat in perpetuum alienabilis. l.pater. §.quindecim.cum ibi no.de leg.3. idem videmus in simili ꝙ licet causa non sit delegabilis,putà quia sit causa meri vel mixti Imperij.vt in l.1.in princip.ff.de offi.eius.&c. tamen si Princeps semel delegat,dicitur naturam suam mutare,& efficitur in perpetuum delegabilis. Ita concludit Bart.in d.§.quindecim.idem Gulier.& Bart.in d.l.1. videtur casus in l.1.C.qui pro sua iurisd.vbi hoc tenent Bar. Bald.& Ange.sicut etiam diximus quòd actio quæ sui natura non transit ad hæredes si semel efficitur transitoria in perpetuum transit in quoslibet hæredes,vt est casus singularis.& ibi no.in l,videamus.ff.quod met.cau.

18

19

Item semel exclusus per admissionem alterius in perpetuum excluditur.l.quandiu.l.3.ff.de acqui.hæred. Dec. consi.445.num.18.in casu ad me.& consi.513.in ciuitate nostra Mediolani.

¶Item legitimus semel exclusus per superexistentiam testamentarij,amplius non admittitur, licet sit sublatum impedimentum testamentarij, idem Soci.consi.63.colũ. fi.in causa vertente.& consi.165.col.9. visis inuestituris. facit quod in simili dicit Ias.in consi.51.colum. pen. circa primum. volum.3. quòd sufficit conditionem substitutionis semel fuisse impletam, quamuis non duret impleta,vt ibi latè probat.

¶Firmat Alex.consi.20.colum.pen.vide processu. vol. 1.& in consi.29.in fi.quoniam.volu.1,vbi id limitat videlicet non adsit verbum importans tempus, vt si dicatur quoad existerent masculi.

20 ¶Item, † qui semel approbauit laudum amplius non potest repetere reductionem ad arbitrium boni viri.Soc. consi.220.colum.pen.versic.Quartum & vlti. visis compromisso & laudo.

21 ¶Item habeo quæ citat Bart.in l.Titia.§.vsuras.de leg. 3.ꝙ si statutum dicit ꝙ instantia † pereat quinque mensibus,nisi per actorem non steterit, actor semel interpellauit iudicem ꝙ proferret sententiam. Certè satis est vt perpetuò videatur stare per iudicem, nec habet actor necessè singula die interpellare ipsum iudicem. Vide Felyn.in c.ex literis.vol.5.s̄.de consti.ad idem quod dicit Soci.consi.266.col.14.in causa quæ vertitur. quòd quando res est semel legitimè concessa, vt perpetuò transeat in extraneos hæredes,potest postea semper concedi etiam a solo prælato. Ioan Imo.in l.quod dicitur.ff.de verbo. oblig. & in c.potuit.s̄.de loca.& conducto. Bald.in auth. qui rem. C.de sacrosanc.eccle.

¶Quod autem diximus quod semel exclusus remanet semper exclusus,poteris limitare vt s̄.diximus nisi lex vel statutum verbis temporalibus vtetur, putà,filia non succedat donec extiterint, seu quandiu extiterint masculi, quod comprobat Alex.consi.43.consideratis his.volu. 3.qui in proposito.consi.80.post princip.examinato. volum.2.dicit.quod † qui semel possedit præsumitur semper possidere, pro quo vide Calca. in consil.66. num.20. Casus.d.Catalanus, vbi etiam discetit quòd semel hæres nunquàm desinit esse hæres.

22

¶Postremò in hoc quod s̄.diximus de eo, qui vixit per triennium discretè, censetur ad mores reductus, habes pro comprobatione id quod not.glo.pragma.in titu.de excommu.nõ vitan.in ver.excommunicationis. colum. penul.quod si audiui publicari aliquem excommunicatum, postea non video eum vsque ad annum vel biennium, quòd si est timoratę conscientiæ, debeo credere eum absolutum, secus si pauper & discolus nisi haberetur ab alijs pro absoluto.

g ¶Sed quos. Adde Alex.consi.93.num.2.quod incipit, repetitus in causa.vol.6.& apostilla.ad Bar.in l.2.ff.de fur. & latè Card.consi.81.præsupposita. Domi.consil.51. dubium.& latissimè per Ias.in consi.78.visis depositionibus. volum.3.

h ¶Notorios. Adde vnum in proposito citatum a Bal. in l.vnica.C.de confes.referente Maria.Soci.consi.60. col. pen.in præsenti) ꝙ † si quis confessus fuit in iudicio se vsurarium, nec vlterius specificauit, non vitiatur eius testamentum, pro quo vide quæ s̄.diximus. in c.1.in ver. minoris.de excep.

23

i Meretrix. Ioan.de Lond.in breuiario.in rub.de regu. iur.l.in omnibus. dicit quòd licet priuilegia scholarium extendantur ad nuncios & scriptores, & ad omnes qui gratia scholarium sunt. Calcan.consil.70. quidam Nicolaus, exceptis meretricibus quæ non sunt digne. l.qui adulteria.in fi.C.de adulter.facit.ff.de vsu.& habi.non autem.Doct.post gl.in c.1.de loca.

24

Vide de meretrice,quæ not.Alex.consi.99.col.2. visa in quisitione.vol.6.& quæ citat Io.Lup.in repe.rub.de dona. inter vir.& vxo.in §.videamus nunc.

k ¶Hospitia ad fœnus. Ista locum habent in Iudęis. no. Alex.consi.75.nu.8.videtur.vol.5. de quo ipse Alex.meminit in consi.1.vol.2.& ibi videtur concludere,ꝙ Iudęis sit licitum exercere actum fœneratitium ex permissione Papæ.

l ¶Pœna. Quæ meram duritiam continet.l.seruus.ff.de ser. expor. & dic ꝙ pœna † apposita actui, cui ius resistit, non valet.l.Seius & Augerius.ff.ad leg.Falc.& c.vbi. an fi. s̄.de elec.hoc lib.no.Pet.de Ancha.consi.231.col.2.de primo dubio.

25

m ¶Rubro. Ex quo textus † statuti dubius declaratur, vt colligitur ex glo.in l.1.C.ne liceat ter prouoca. no.Alex. consi.225.nu.3.ponderatis his,quæ in themate narrãtur. vol.6.vbi subdit,ꝙ rubricæ statutorum habent intellectũ ad statuta.Idem Alex.consi.227.nu.6.eo.volu.& consi.1. num.9.vol.4.vbi dicit ꝙ si rubrum statuti est generale & continet orationem perfectam prohibentem alienationem fieri de aliquibus possessionibus,stabitur rubro. circa id quod non est comprehensum in nigro, nec restringitur per nigrum strictius loquens, quod latè ibi comprobat.

26

Item quando rubrum contradiceret nigro, magis stãdum est nigro quàm rubro, tamquàm magis deliberato. not. Anto.de But.in proę.decret. quod post eum firmat Alex.in consi.13.num.8.circa primum. vol.3.

n ¶Et nigro. Adde.§.porrò.cap.si compromissarius.s̄.de elect. hoc lib. probat text. in l.s̄. §.apud ferocem. ibi, iniquum est,qui non fecit restituere.ff.de aqua pluuia.arcen.

27 ¶Dic præterea vnum ꝙ † non est inconueniens,quòd nigrum statuti sit plenius quàm rubrum & econtra. not. glo.in ver.sancimus.in Auth.de incest.nupt.in prin. col.2.

Quandoq; reperitur rubrum sæpius habere orationem perfectam,& tunc potest allegari pro decisione, sicut nigrum, vt patet in iure nostro.vt rub s̄.vt Ecclesia. benefi. sine dimi.confer.& de iure Cæsareo. C.ne fideiusso. dot. dent.& de iure fforum.ꝙ quisq; iuris in alterum statuerit ipse eodem iure vtatur.

Si autem non habet orationem perfectam non potest per se tantum allegari pro decisione, quia solum tendit ad demonstrandum materiam nigri, vt patet in rubr. de eden.cum similib.

¶Vide quæ latius tradit Alex.consil.6. volu. 7. attentis verbis.& consi.82.col.pen.viso processu.volu.3.quem vide.consi.101.num.4.super eo.volu.eo. vbi comprobat id quod dicimus de demonstratione.& Deci.consi.527.nu. 11.in ciuitate.Rauennæ.

o Secunda est. Vide quæ citat de multiplici pœna Lap. alleg.87.Mattheus quondam.

p Punitur. Quid de pœna pecuniaria.vide, quæ tradit Alex.in consi.42.nu.22.super præmisso.vol.1.

q Singularis personæ. Hæc opinio Ioan. Mona.approbatur.per c.filium Basilien.vt dicit glo.in pragma.in titu.de

inter.

inter. indiffe. non ponen. in versic. priuate. quam videas pro intento.

1 Punitur maritus. Vide quæ tradit Dec. consil. 525. nu. 4. visis his. vbi dicit quòd licet durum sit, vt filius patiatur pro patre, vel tamen statutum. not. Bal. in l. dotis. C. de iure dotium. vbi dicit valere statutum, quòd filius teneatur pro patre. sequitur Imo. in cap. pen. circa fin. s. de consuetud.

¶ Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi. Cap. II.

¶ Quamquam vsurarij manifesti de vsuris &c.

SVMMARIVM.

1 *Manifesti vsurarij dicuntur, vt hic remissiuè.*
2 *Hæres vsurarij quomodo teneatur ad restitutionem.*
3 *Pecunia vsuraria quando sit pauperibus distribuenda.*
Quando fit remissio vsurarum, an vsurarius sit tutus.
4 *Paupertas excusat a pœna.*
Per quas nobis potest acquiri.
5 *Procurator stipulans pro domino, quomodo eidem acquirat.*
6 *Per ordinarium vel eius vicarium, alteri acquiritur ratione officij in stipulando, alteri stipulari nemo potest.*
7 *Per rectorem parochialis in qua habitamus nobis acquiritur stipulando.*
8 *Seruus publicus dicitur tabellio.*
9 *Quando quis fideiussores vel pignora dare non potest, committendum est iuratoriæ cautioni.*
10 *Vsurarius vel eius hæres petens per alium vsurarium sibi satisfieri, non debet audiri.*
11 *Satisdans licet conualescens tenetur soluere vsuras.*
Iudex ex officio repellit vsurarium quando est notorium.
Quorum testamenta non valent vide hic.
12 *Excommunicatus est similis deportato.*
13 *Qui non potest facere testamentum, ita nec codicillos.*
Quod nullum fuit conualescere non potest.

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Vendere carius propter dilationem temporis an sit vsura.*
2 *Qui committit in legem, legis auxilio non debet iuuari.*
3 *Vsura formalis regulariter committitur in contractu mutui, non in alijs.*
4 *Vbi non est subiectum, seu substantia, non potest esse qualitas.*
5 *Verba legis vel canonis debent intelligi in potiori & priori significatu simplici, potius quàm in significatu secundum quid.*
6 *Tempus est commune omnibus animantibus, nec est in commercio alicuius, sicut nec aer nec mare.*
7 *Campsores hodierni an dicantur vsurarij.*
8 *Fideiussor soluens vsuras an eas repetat a principali.*
9 *An tex. iste habeat locum in Iudæis.*
10 *Quando qualitas requisita a iure non adest, cessat iuris dispositio.*
Quando plura requiruntur ad actum, omnia debent adesse, aliàs effectus non subsequitur.
11 *Articulus qui est multipliciter intelligibilis, quando concludit.*
Quando genus non includit vtramq; speciem vide hic.
12 *Vsurarius manifestus potest & debet feudo priuari.*
13 *Vt filius possit conueniri ad debita paterna quid requiratur.*
14 *Inter parum & nihil non solet esse differentia.*
15 *Successor dignitatis tenetur interdicto vnde vi, etiamsi ad eum nihil peruenerit.*
Ecclesia quando teneatur pro facto prælati lege hic.
16 *Quando is cui debeatur vsuræ, illas remittit vsurario.*
17 *Satisfactum dicitur, cum voluntati creditoris satisfit.*
18 *In peccato vsuræ duo offenduntur, Deus videlicet & proximus.*
19 *Quibus & in quo loco debeant erogari vsurarium pecuniæ, & per quos.*
20 *Si mandatur quòd pauperibus erogetur pecunia, an vni soli erogando sit satisfactum mandato.*
21 *Appellatione pauperum venit ecclesia.*
22 *In materia vsurarum potius statur opinioni canonistarum, quàm theologorum.*
In foro canonico magis est inhærendum opinioni canonistarum quàm mero legiste.
23 *In confectione inuentarij testatoris, citantur creditores & legatarij.*
24 *Vxor quicquid acquirit an acquirat viro.*
Per matrimonium non finitur potestas.
25 *Operæ hominis dicuntur fructus hominis.*
Duplices sunt species operarum.
26 *Loci ordinarius quis dicatur.*
27 *Possessorium in Gallia (etiam in beneficialibus) discutitur secundum iura & constitutiones Regis.*
Attestatio nobilitatis pro graduato coram quo iudice fieri debeat.
28 *Quis potius præsumitur plebeius quàm nobilis.*
29 *Quando verba enunciatiua faciant probationem, vide hic.*
30 *Paria sunt scribere extense & particulariter per se vel se referre ad aliam certam & determinatam scripturam.*
31 *Pro seruo publico, id est notario semper præsumitur.*
32 *Notarius non est dignitas, sed vile officium.*
33 *Modus probandi quem fore notarium hic describitur.*
34 *Sicut statur declarationi iudicis, ita & declarationi notarij.*
In antiquis non requiritur probatio notariatus prout nec quãdo actus procedit de longinquis partibus.
35 *Dare fideiussores non est onus leue.*
Non est admissibilis fideiussor, qui solum vsumfructum habet.
Obligatio fideiussoris ad adiectum tempus non extenditur per obligationem principalis.
36 *Aliud est fideiubere in iudicio, & aliud fideiubere in contractibus.*
37 *Communis opinio, siue error, non facit quem notarium.*
38 *Notarius præsumitur rogatus.*
39 *In dubio contractus debet iudicari vsurarius.*
40 *Quando agitur de facto animæ, de apicibus iuris, & verborum formulis non est disputandum.*
41 *Agere ad commodum Ecclesiæ, & nomine Ecclesiæ, idem sunt in effectu.*
Quando agitur de fauore ecclesiæ, non est locus subtilitati.
42 *Satisdatio in text. hoc designata, coram quibus debeat fieri, seu præstari.*
43 *Aliud est compromittere, & aliud offerre me paratum facere compromissum, & similia, vt hic.*
44 *Non sufficit verbalis oblatio, si requiratur realis.*
Vbi opus est facto, verba non sufficiunt, & similia.
In cuius manibus præsumatur facta satisdatio.
45 *Triplex est notorium, vt hic.*
46 *Notorium non eget alia probatione.*
47 *An filius poterit proponere testamentum patris nullum.*
48 *Non expedit iura vulgata allegare.*
49 *Pœna deportationis & damnationis in metallum, hodie non est in vsu.*
50 *Excommunicatus relegato æquiparatur.*
51 *Qui non potest testari, & sic nec codicillos facere, an possit facere donationem causa mortis.*
52 *Natura compositi, seu mixti, est accedere ad naturam eius, de quo magis participat.*
53 *Contractus factus in testamento retinet naturam contractus.*
54 *Verba precisa recipiunt interpretationem & suppletionem ex natura rei super qua proferuntur.*
Quis dicatur idoneus fideiussor.

a QVANQVAM. a Hoc. c. tria dicit. Primò prouidet quando vsurarij manifesti sunt ad Ecclesiasticam sepulturam admittendi. Secundò ibi [omnes autem] faciẽtes contrarium punit. Tertiò ibi [nullus] duas prohibitiones ponit, concludens testamenta istorum facta contra hanc constitutionẽ non tenere [manifesti b] Qui sunt 1 † vsurarij manifesti, dictum est. s. proximè. in glo. quæ incipit, sed quos dices, & dic vt ibi.

c Quid si vsurarij manifesti c decedant, & hæredes satisfaciant de vsuris, nunquid sepelientur? Et dicas ꝙ non, si non appareat de mortuorum contritione. 24. q. 2. c. nec quisquam. 26. q. 1. qui recedunt. j. de senten. excommu. a nobis. 2.

d Quid si Episcopus in vita vsurarij recipit oblationem, d sed in morte nõ admittit eum ad sepulturam? respondeo eo ipso se asserit puniendum. s. eo. quia in omnibus. in fi. nam cui communicamus viuo &c. s. de sepult. sacris.

2 Sed nunquid † hæres vsurarij restituere tenebitur [etiã si non mandet restitui] dicas ꝙ sic. s. eo. tua nos. & cap. Michael, & dic de hoc, vt ibi.

¶ Sed quid si ad hæredem nihil peruenit? dic ꝙ nihilominus tenetur. arg. 12. q. 2. Episcopus qui filios. 96. distin. benè quidam. 1. q. 4. §. Item pro peccato. versi. Item pro peccato Israelitarum, ibi, maximè &c. Quia secundum canones,

e canones, hæres e tenetur ex delicto defuncti, etiam si ni-
f hil f ad eum peruenit g.s̄.de sepult.c.fi.& dic de hoc, vt ibi
g notatur [satisfieri h] debet autem ei satisfieri a quo vsura
h est extorta, vel hæredi suo, & si talis non inueniatur † est
3 pauperibus i eroganda.s̄.eo.cum tu.§.super his, & ideo si-
i ue aliquis petat vsuras, siue non, habet locum decret. quia etiam si nullus sit, est pauperibus eroganda.

Item si non vult recipere soluens nisi remittat partem bono animo & sine pactione & contentione aliqua, vsurario supplicante humiliter & partē soluente, quia tunc erit liberatus, vt dicunt Hostien.& Gofre.in sum.eo.titu. Theologi contrarium dicunt, nisi totum soluat si, potest soluere, & non soluit, potest habere locum quod dicunt
k Theologi,* si non potest, quod dicūt primi.arg.ī.eo.c.ibi prout patiuntur facultates.& s̄.eo.cum tu, & repetuntur vsuræ vel conditione ex illo canone.s̄.eo.cum tu, vel cōditione indebiti.

¶Nec obstat ꝙ scienter soluit, quia illud habet locum in solutione a iure non reprobata, & ideo repetitioni nō obstat scientia soluentis.arg.s̄.eo.consuluit [indistinctè,] id est, non expressa quantitate [mandauerit] siue hoc mā dauerit sine non, tenetur hęres.s̄.eo.tua nos.& c.Michael. [prout patiuntur facultates] benè dixit prout patiuntur
4 facultates &c. Quia si esset pauper †, paupertes excusaret eum a pęna.s̄.eo.cum tu.§.illud autem [vel illis quibus] assume hic literam quæ sequitur inferius bene per.12.li-
l neas, ibi cautū sit l idonee de restitutione facienda, & postea reuerte & lege literam continet [præsto,] id est, præsenti [ipsi] scilicet quibus est restitutio facienda [qui eis
m possunt acquirere] vt sunt serui ꝓprij m quos habemus in potestate.s.in q̄bus habemus vsumfructū. Itē serui alieni quos fide bona possidemus tam̄q̄ seruos, vt habes.ff.de acq.rer.do.l.acquiritur.& Insti.per quas perso.no.acqui.

¶Sed quid si nudum vsum dic, quod tunc ex re nostra
n nobis acquirit, non autē ex opera n.ff.de vsu & habi.l.per seruum.in prin.& no.inst.per quas perso.nob.acquir.§.1.

¶Sed quid dices de procuratore nunquid acquiret absente domino hanc obligationem personalem, & videtur ꝙ sic quia quod procurator ex re domini acquirit, domino acquirit.ff.de procur.quod procurator.

Econtra videtur ꝙ non, quia si procurator pro pecunia domini quam mutuat recipit fideiussores, domino non acquirit obligationem personalem contra fideiussores, nisi dominus sit persona priuilegiata.ff.si cer.pet.l. si pecuniam.

o Itē si stipulatur o de euictione, procurator dño acquirit.ff.de acq.possess.possessio quoq;.§.& si possessor.

Vt plenius videas solutionem huius quæstionis distin-
5 guę sic, ant procurator † stipulatur in iudicijs, aut contractibus, si in iudicijs semper domino (etiā absenti) acquirit vtilem actionem.ff.de procura.si procurator.si in cōtractibus, aut p̄senti dño aut absenti, si p̄senti dño acquirit vtilem.ff.de verb.obliga.l.si procuratoris præsentis, si absenti, aut ex re domini, vt quia stipulatur pensionē domus domini, & tunc acquirit vtilem domino.ff.de procurato.quod procurator. Si autem extra rem domini, aut dominus est persona priuilegiata vt miles, vel pupillus, vel adultus, & tunc acquirit vtilem.ff.si cer.pet.l.si pecuniam, aut non est dn̄s persona priuilegiata, & tuuc dño nihil acquirit, sed tenetur cedere actionem per actionem mandati.ff.de acquir.possessio.l.possessio quoq;.§.si possessor.

¶Et dicitur procurator ex re domini stipulari, quando accessoria prouenientia ex re dñi stipulatur, vt vsuras & pensionem domus, vel fructus & similia, & sic intelligitur lex prædicta, ꝙ procurator extra rem domini dicitur stipulari, quando non stipulatur accessoria, sed vel ipsam rem principalem domino debitam, vel aliquod extraneū nō proueniens ex re domini, & sic intelligitur.l.prædicta si pecuniam.& alia.l.possessio quoq;.in nostra q̄one cum stipulatur rem ipsam principalem dño bebitam.s.vsuras. quæ licet sint accessorię quo ad recipientem, quo ad soluentem tn̄ & postea repetentem appellantur principales res, quia accessoria dicuntur in præsenti.q.ea.quæ proueniunt ex re alicuius. Vsuræ autem non proueniunt ex re repetentis, sed super res debitas repetenti. Et ideo in casu nostro procurator nō acquiret per.l.possessio quoq;.
p §.fina. [ordinario] p nota hic per ordinarium vel eius
q vicarium q † alteri acquiri ratione officii, iudex enim &
6 officiales iudicis acquirunt parti stipulādo.ff.de in ius vocan.l.eum pro quo.

r ¶Itē tabellio r vt hic sequitur, & habes.ff. de adoptio. his verbis.& l.non aliter. Ponuntur ergo hic quatuor personæ extraneæ, quæ acquirunt alteri actionem, scilicet ordinarius, vicarius eius, rector parrochię, & tabellio, licet sit regula in contrarium, ꝙ alter alteri stipulari nemo potest.ff.de verb.oblig.stipulatio ista.§.alteri.& ibi habes plane de hoc. Et dic acquiri beneficio huius canonis, hoc tamen ius acquisitum potest repudiare.ff.si cer.pet. proinde [testator habitat.] Quid ergo de rectore parrochie, in qua habitat ille cui facienda est restitutio, nūquid acquiret ei?
s dicas s multò fortius, quia † quasi iudex suus & minister
7 eius, & ita acquirit ei.ff.de in ius vocan.l.eum pro quo [illis] quibus est facienda restitutio, [perinde] alias proinde? & si habes proinde dic ac si ipsi ipsi per se stipularet, si perinde dicas.i.ꝙ ordinarius, & alii, qui continentur hic fue-
8 runt stipulati, [seruo publico] †.i.tabellione t [idoneę] u et
t go cum fideiussoribus, x vel pignoribus, ex quo additur
u idoneæ.ff.mandati.l.si mandato. Titii.§.fi.
x ¶Sed quid si cauens fideiussores, vel pignora dare non
y potest? dicas † committendum esse iuratoriæ cationi, vt iu-
9 ret fideiussorem, vel pignus dare non posse, & se facturū, quod cauet, argu.ad hoc Institu.de satisda.§.sed hodie. C. de episcopis & cler.auth.generaliter [illam] id est quantitatem manifestam, & non aliam [alioquin].i. si quantitas manifesta non apparet, [si secus].i quia scienter minorem quantitatem apponit, quod est verisimile [teneantur] propter suam malitiam, vel negligentiam [pęne in Lateranen.concilio.] s̄.eo.quia in omnibus [ad confessionem admittat] nota vsurarios non debere absolui nec admitti ad confessionem, nisi satisfaciant, vel prædicto modo caueant [vel satisfaciendo.]

10 ¶Sed pone † quòd iste vsurarius, vel eius hæres satisdedit in manu episcopi recipientis nomine omnium, quorum interest, vel in manibus alterius, qui recipere potest, modò quidam vsurarius manifestus petit sibi satisfieri per illam satisdationem excipit hæres vsurarii defuncti, quòd non est iste audiendus, cum sit vsurarius manifestus, quæ-
z ritur modo vtrum iste sit audiendus, vel non, dico z quòd non est audiendus. s̄. eo.quia frustra.3. quæstione 7. qui siue. & capitulo postulatus, quia exceptio ista semper est legitima quocunque iure agatur siue coram delegata, siue coram ordinario. Cum ratio illius Decre. quia frustra, legis &c. sit generalis, ergo Decreta. habebit locū quocunque iure agatur, nec fuit intentio domini Gregorii prouidere per istam decretalem, vsurariis, nisi quo ad animas, imo eos voluit punire, alias iam in parte videretur reuo-
A care illam Decre.quia frustra, a quod non est verum, cum ex hac non exprimat.C.de testamen.l.sancimus.

¶Quid ergo fiet, exigat in fauorem animarū superior istas vsuras, & soluat illas illis a quibus extorserat ille petitor.arg.ff.de pigno.actio.l.solutum.§.solutam. ff. de neg. l.si liber homo, in fi. vel illis non viuentibus, det paupe-
B ribus, & sic prouidebitur animę vtriusque, b & hoc dico c ex
C quadam æquitate, quia etiam nemine comparente, qui pe-
D tat, d soluendæ sunt, & dandæ pauperibus, vt no.s̄.eo.quia frustra.& arg.ad hoc habes.s̄.eo.cum tu.& arg.C.quando fiscus vel priua.l.si debitum.

Sed quid si non est vsurarius manifestus iste qui petit? dic ꝙ si opposita exceptione probetur idem erit, vt not. s̄. eo.quia frustra. Et maximè si probetur infra octo dies argum.s̄.de except.pia.§. si quis, & de senten. excom. solet, §.in persona.

11 Sed pone † quòd iste vsurarius satisdedit e secundum for-
E mam huius Decre. deinde conualuit, nunquid tenebitur ex ista satisdatione soluere? dicas ꝙ sic, argu. hic & quia etiam si non satisdedisset cogendus est soluere. s̄. eod. cum tu. multò fortius, ex quo satisdedit cum promissio sit canonica.

Sed quid si est specialiter satisdatum huic vsurario, nec hæres excipit, nunquid iudex eum repellet per istam De-
F cre.quia frustra? dic si sit notorium, f ꝙ est vsurarius, tunc iudex ex officio suo repellet eum.s̄.de except.c. exceptio-
G nem. [sint irrita.] Nota casum, in quo non valet g testamentum, quia vsurarius manifestus, nisi de usuris satisfaciat, vel prædicto modo caueat non potest testari, ut hic dicitur.

dicitur. Idem est de illo, qui damnatus est ob carmen famosum, † quia testari non potest. ff. de testa. l. is cui. in fi. ff. de testib. ob carmen famosum. 12

¶Nec filiusfami. nec seruus testari possunt, nec furiosus. Insti. qui testa. face. poss. per totum.

¶Item mutus & surdus vtroq; vitio coniuncto. ff. qui testam. face. poss. l. discretis. & hoc quãdo naturaliter hęc vitia patiuntur, secus si accidentaliter, vt mutus sit tantum, vel surdus tantum, vt prædicta lege continetur, quia tunc poterunt testari.

Idem est de quolibet qui proprijs renunciauit. s. de testa. c. quia ingredientibus. cum suis simil.[h] H

Sed quid de heremitis & solitarijs, dic ꝙ testari poterũt si non renunciauerint proprijs. Nec se alicui ecclesiæ tradiderint vitam mutando. 19. q. 3. §. econtra.

I Quid de excommunicato, nunquid poterit condere testamentum? arg. hic ꝙ non, quia si vsurarius nõ potest, multominus excommunicatus, quia ille est penitus extra ecclesiam & separatus a cõione sanctæ matris ecclesiæ. Quia omne beneficium ex legibus descendens ei denegatur. auth. de priuileg. do. §. antep. col. 8. & actus legitimi sunt ei interdicti. s. hoc lib. de except. pia.

¶Et est hoc verum ꝙ non potest, quia intestabilis est, ita ꝙ non põt condere testm̃, nec ex testamento capere, nec hæres institui. s. de hæretic. excommunicamus.

13 Et præterea † similis est deportato,[k] qui est intestabilis. K ff. de testam. eius qui. §. 1.

¶Et hæc est opin. Host. hoc lib. de excep. pia.

¶Contractus autem potest excommunicatus inire, ita L vt obligetur alij, sed alius non obligabitur efficaciter[l] ei, & potest constituere procuratorem ad defendendum, nõ ad agendum. s. de iudic. intelleximus, nec etiam ad negocia potest constituere. Ita ꝙ habeat actionem mandati cõtra procuratorem quam exercere possit, quia generaliter excommunicato non est participandũ. 11. q. 3. sicut Apostoli. & cap. seq. nisi sint casus excepti a iure permissi. 11. q. 3. quoniam.

Sed nunquid valebunt codicilli facti ab vsurario manifesto, dic ꝙ non. ff. de iure codicil. l. diui. §. codicillos. & l. 14 conficiuntur. §. codicilli. Quia † qui non potest facere teM stamentum, nec codicillos.[m] Idem dic de qualibet vltima voluntate arg. d. ll. nisi sit filiusfa. qui licet possit dona N re causa mortis[n] patre permittente, tamen testamentum facere non potest, etiam patre permittente. ff. de donat. causa mort. l. tam is. §. filiusfamil.

O ¶Sed quid si prius fecit testamentum, & postea cauit,[o] P nunquid valet? & dic[p] ꝙ non, quia ex quo nullum fuit cõualescere non potest. ff. de testam. l. eius qui apud hostes. & l. si quæramus. & l. si filiusfamilias.

ADDITIONES PROBI.

a 1 QVAMQVAM. Pro discussione dicendorum dic ꝙ vendere † mercantias, vel quid aliud ad tempus, id est charius propter terminum datum ad solutionem pretij est peccatum, & quicquid plus recipitur propter dilationem temporis, quod non reciperetur si facta fuisset venditio præsenti pecunia, non licitè recipitur, & tenetur recipiens ad restitutionem, licet talis contractus ex sui forma non sit vsurarius, sed tantum ex mente, nisi tunc cum celebratur, esset dubium an tempore solutionis, id quod venditur plus vel minus esset valiturum, istud est ꝙ habetur in cap. in ciuitate. s. hoc titu. pro quo vide quæ tradit Roch. de Cur. in repe. c. fi. car. 7. col. 2. versi. tertio. l. muta. s. de consuetud.

¶Nec ab hoc peccato excusantur minores doli capa2 ces. cap. 1. s. de delic. puero. ratio quia committunt † in legem, ideo auxilio legis non debent iuuari. l. auxilium. ff. de minor. sicut diximus de abutente priuilegio, quod citauimus post Ioan. Mona. in cap. 1. s. de æta. & qualit. non etiam potest statutum disponens minorem non teneri ex contractu celebrato, sine consensu propinquorum, aut quod certa seruaretur forma, quæ non reperitur seruata, quia illud dicitur factum fauore minorum ne periclitentur, & sic vt non teneantur seruare contractus suos, si sunt eis damnosi, non autem operatur, vt si eos seruauerint tamquàm non damnosos, sed lucrosos, & aliquid indebite fuerint lucrati, quominus illud restituere teneantur, ne occasione iuris ad iniquum trahatur compendiũ. l. fi. C. de vsucap. pro emp. & de administ. tuto. l. si minoris actum. circa fi. vult enim statutum ne minores damnum patiantur, non vt in lucro illicitè versentur. l. damni infecti stipulatio. in fi. ff. de dam. infect.

¶Ratio quare talis contractus non dicitur vsurarius 3 ex forma est, quia vsura formalis † committitur regulariter in contractu mutui, non in alijs, ista est communis secundùm Hostien. in sum. hoc titu. in princip. ergo sequitur quòd tales vendentes non possunt dici vsurarij, nec simpliciter, nec formaliter, & per consequens nec propriè, sed largè & ex intentione potius quàm ex vi verborum, pro quo vide quæ latè tradit Ias. in consi. 78. Bernardinus. vol. 3.

¶Per quæ habeo intentum, quòd in talibus non habet locum text. noster. qui loquitur in manifestis vsurarijs, 4 quia † vbi non est subiectum, seu substantia, ibi non potest adesse qualitas. l. si seruum. §. si modus. ibi, bonitas loci qui non extat. ff. de actio. emp. & vendi. & in l. eius. ante fi. ibi non possunt videri. ff. si cer. peta. quem Soci. alleg. consi. 231. colum. fina. cum in præsenti consultatione. in simili quòd vbi deficit subiectum non potest esse qualitas. l. Pompo. in fi. ff. de acquir. possess. facit illud Philosophi, quod citat Ioan. Mona. in cap. 1. & ibi remissiuè dixi. s. de confes. Quod nõ entis nullæ sunt species nec differentię, 5 comprobo quia verba † legis vel canonis debent intelligi in potiori significatu. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. vel emph. peta. & de lega. 2. l. si ita quis. l. fina. C. de his qui veni. æta. impe. not. Cyn. l. respublica. C. quib. ex caus. maior.

¶Item verba legis debent potius intelligi in significato simplici, quàm in significato secundum quid. l. hoc legatum. de leg. 3. pro ipso intento facit quod citat Bald. in l. executorem. C. de executio. rei iud. vbi dicit text. nostrũ annullantem vltimam voluntatem non habere locum in donatione causa mortis quæ non est simpliciter & dũtaxat vltima voluntas, imo etiam est contractus, de qua latè per Ias. consi. 6. vol. 3.

¶Ratio ad quæstionem de eo qui vendit carius ratione dilationis temporis potest reddi, vt in simili dicit Alexan. in consi. 80. num. 6. circa primum. volu. 3. quòd tem6 pus † est cõmune omnibus animantibus ideo, ab aliquo non est redimendum simpliciter, quia tempus per se sumptum non est in commercio, sicut nec aer, nec mare. l. 2. ff. de rer. diuisio. vide eundem Alex. consi. 72. inspecto. vol. 1.

7 Quid autem † dicendum de campsoribus hodiernis, an dicantur vsurarij. Alex. consi. 61. circa fi. viso processu. vol. 2. dicit cambia fore licita, quod ibi rationibus & authoritatibus comprobat dicens, quòd id quod vltra sortem datur, ratione laborum & operarum, pensionum, apothecarum, vel ratione pecuniæ datę ad certum tempus causa permutationis datur. istud vide latissimè firmatum per Ias. in l. 1. num. 39. C. de sum. Trinit. & fide Catho. in 2. lectu. & in 1. num. 64. & in hoc casu procedit opinio quam videtur firmare Alex. in consi. 57. quoniam in quę8 stione. volu. 1. ꝙ fideiussor † soluens vsuras non auditur eas repetere volens, sed de eis debitor principalis tenetur satisfacere, ideo non potest dicere imputetur tibi, quare non excepisti, quia ista cambia procedunt ex facto superiorum, seu tolerantia, quod censetur casus fortuitus, dico factum superioris. l. Lucius. ff. de euict. & periculum procedens a casu fortuito non spectat ad fideiussorem nõ culpabilem secundùm veram & magis communem opinionem. vt probatur in l. exceptione. in versi. si culpa tua. vbi Bart. & communiter alij. ff. de fideiusso. pro quo vide quę tradunt Neapol. deci. 150. Rex Alphonsus.

9 ¶Postremò adde an hoc † cap. habeat locum in Iudæis. Maria. Socin. consi. 70. cum duobus sequen. vbi dicit quòd non, quod multis rationibus ipse comprobat Alex. consi. 6. vol. 6.

b Manifesti. Ergo si dicaẽ ad infringendum testm̃ ꝙ talis testator erat vsurarius, nõ cõcluditur pertinenter, quia ista qualitas manifesti requiritur cum omissione cautionis ad hoc vt testm̃ sit inualidum, & ideo succedit theorica iuris, ꝙ si qualitas † a iure requisita non adest, cessat iu10 ris dispositio. l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rapto. & quod no. in l. Fulcinius. §. 2. ff. quib. ex caus. in pos. ea.

¶Item

¶Item quando plura requiruntur ad vnum effectum, defectus vnius facit, vt ille effectus nō sequatur. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. istud firmat a simili Cal. consi. 5. hoc tit. de publicè excommunicato, vt ea qualitas publicè probetur, aliàs non dicitur satisfactum constitutioni loquenti de publicè excommunicato. Et sic si proponatur aliquem publicè excommunicatum, aliud debet ꝓbari q̄ veritas excōicationis, vt patet. in c. ad probandum. s̄. de re iudic. vide quæ in proposito dixi. in c. pia. in prin. s̄. de exceptio. & quæ no. in simili Domi. cosi. 54. col. 3. quidam sacerdos. vbi in fi. citat theoricam, ꝙ articulus qui 21 † est multipliciter intelligibilis necessariò nō concludit intentionem illius, qui habet fundare intentionē suam fixè super altero de intellectibus ad quem trahi potest, vt patet de præsump. c. illud & de proba. in præsentia. Et sic habet locum doctrina Ioan. Mona. quam ponit. in c. pia. s̄. de exceptio. quod non sufficit in genere proponere, quando quælibet species illius generis non habet effectum propositionis, tunc enim non est admittenda propositio, nec valet proposito probatio secus si quælibet species sufficeret.

Pro hoc equidem habes, ꝙ licet dicatur ꝙ vbi persona est inhabilis ad actum, quandocunq; habilitas detegatur, fit retro tractus etiam quo ad actus factos ante retractationē vt patet. 29. q. 2. c. si quis genus, tamen illud procedit quando ponderat̄ sola inhabilitas, sed quando cum inhabilitate requiritur qualitas manifesti, sola inhabilitas non sufficit, nisi adsit manifestum. c. ad probandum. s̄. de re iudic. no. Do. consi. 59. col. 2. dubiū quod dicit non procedere in hæretico ad finem vt perdat bona. c. cum secūdum. de hæreti. s̄. hoc lib. ideo sufficit quandocunq; probari, etiam quo ad effectum præteritum retrotrahendū.

Postremò quo ad eum qui dicit se fore in quasi possessione præsentandi vel eligendi, vide vt hæc propositio concludat, qui requirantur per Do. consi. 123. pro clariori.

c Manifesti. Qui possunt & debent † feudo priuari, com- 22 probat Aluaro. quatuor motiuis. cōsi. 3. vtrum vsurarius, quod reperies inter consi. Alber. Bruni ordine. & nu. 59.

d ¶Oblationem. Quam recipere multum differt a receptione eleemosinę, per ea quæ latissimè tradit Pet. de Ancha. consi. 429. pro euidentia.

e Hæres. Quid dicendum si defunctus confessus fuerit se vsurarium simpliciter non specificando. quantò tempore? vtrum ista confessio referatur ad totum tempus præteritum, vel ad quantum? cum agatur contra hæredes vt vsuræ restituantur. Petr. de Ancha. mouet dubium. consi. 179. prima facie videretur dicendū, vbi dicit credere hæredes posse condemnari super vsuris præsumptiuè extortis, nisi aliàs contrarium probetur per hæredes, videlicet de eius innocentia. Et istud cōprobat multis fundamētis, inter q̄ est hoc ꝙ in hoc est fienda benigna interpretatio, & tutior pro salute defuncti, cū enim incertū sit quantò tp̄e mutuauit, eius indeterminata confessio referenda est ad omne tempus, quia hoc est animæ suæ tutius & minoris periculi. c. iuuenis. s̄. de sponsal. c. fi. s̄. de cler. non bapt.

Vlterius dic non procedere, istud in debitis ciuilibus, 23 per ea quæ traduntur a Docto. ꝙ ad hoc † vt filius possit cōueniri ad debita paterna, debet necessariò probari per creditores agentes ipsum non tantum fuisse filium, sed etiam adduxisse hæreditatem paternam propter beneficium abstinendi indultum filij a prætore mortuo. glo. teneantur, quam sequuntur ibi Bar. Bal. Pau. & Alex. in l. necessarijs. ff. de acq. hæred. idem Alex. consi. 183. in princ. in causa & lite vertente inter Franciscum. vol. 6. probat tex. in l. nam nec emancipatus. de lega. 1. & l. eum demum bonis. ff. de acq. hæræd. tu tamen excipe vnum casum singularem videlicet in debito ex causa primipilari. text. in l. fi. de primipil. lib. 12. C.

f Nihil. De cuius natura vide Maria. Soci. consi. 21. col. 24 2. visis, & dic quòd † inter parum & nihil non solet esse differentia. c. de multa. de pręb. s̄. ibi, nullus hactenus, aut rarus. l. quamuis. ff. de conditio. & demonstra. facit. l. illud. §. minus. ff. de tributo. & l. minus. de verb. signi. §. hinc Bal. & Roma. in auth. pręterea. C. vnde vir & vxor. dicunt ꝙ tex. ibi dum loquitur de matrimonio siue dote, verificatur etiam in matrimonio cum parua, seu minima dote, tradit Maria. Soci. consi. 108. col. 3. versi. Nam inter parū in hac consultatione, & consi. 150. col. 2.

g ¶Peruenerit. Pro hoc vide Feder. cōs. 21. col. fi. nunquid hæres & Pet. de Anch. consi. 411. & prima facie, vbi contra istud multas rationes adducit: & ista est verior contra Io. Mo. Adde in simili quod citat Car. consi. 134. B. & A. 15 germani ꝙ successor † dignitatis tenetur interdicto vnde vi, etiamsi ad eū nihil peruenerit, vt notabiliter dicit Innoc. in c. cum dilectus. s̄. de ord. cogni. & Bart. in l. j. in 3. q. ff. de priua. delict. Et hoc quia dignitas non moritur nec variatur propter varietatē eorū, qui in ea instituūtur. c. si gratiosè resc. s̄. hoc lib. quod intellige si id fuerit factū communicato cōsilio cū collegio, tunc tenet̄ ecclesia. gl. in d. c. cum dilectus. & gl. in reg. delictum. hoc lib. Non autem. si tanquam ipse, quia despoliatione facta per prælatū proprio nomine non tenetur ecclesia, nec successor. c. 1. in fi. s̄. de restitu. spolia. hoc lib.

¶Pro intento Io. Mo. vide quę in simili no. Do. in consi. 3. vbi dicit ꝙ licet de iure ciuili hæres non conueniatur pro delicto defuncti nisi inquantū ex illo delicto peruenerit ad defunctum, vel nisi lis primitus fuisset cōtestata cum defuncto, vt patet in l. vnica. C. si ex delict. defunct. tamen secus est de iure canonico, quia hæredes defuncti cōpelluntur, etiā si ex delicto nihil ad eos peruenerit inquātum se extendūt vires hęreditatis defuncti. c. fi. s̄. de sepul. c. in literis. s̄. de rapto. & s̄. isto tit. c. tua nos.

h ¶Satisfieri. Quid dicendum si remissio † vsurarū fiat 16 ab his, qui debent rehabere vsuras, an vsurarius sit tutus (etiam in foro animæ?) breuiter decisiue loquendo, dico ꝙ sic, quòd probo sequētibus. Primo quilibet rerum suarum dicitur moderator & arbiter, vulgata. l. in re mandata. ff. mād. sic donare, vt patet in titu. de dona. vbiq;, sed donare & remittere idē sunt, vt latissimè comprobauimus: in c. cum aliquibus. s̄. de rescrip. Et certissimum est, quòd si vsurarius restituat pecunias creditori, ipse creditor potest dare vsurario, ergo eidem remittere. hanc sententiam video de mente Arch. hic. col. 1. in ver. satisfactum dum di- 17 cit ꝙ satisfactum † accipimus cum volūtati creditoris satis fit. probat. tex. in l. si rem. §. omnis pecunia. ver. satisfactum. ff. de pigno. actio. & ante Arch. hanc partem tenuit Host. in summa. eo. tit. per l. 1. ff. qui satisd. cog. in §. est autē vsura reddenda. ver. quid si fęnerator. & ibi citat Theologos, hic per Io. Mo. relatos.

¶Hanc. q. reperio (& latius) tactam per Feder. de Senis. consi. 18. quæstio talis est, an vsurario, vbi post multa pro vtraque parte adducta, tenet ꝙ talis vsurarius, cui est facta remissio liberaliter, est tutus in foro animæ, quòd videtur placere Pet. de Ancha. consi. 305. in fi. dubium de quo supra, & Alex. consi. 91. ante finem, visis actis, vol. 2. Non tamen propter hoc dicas ꝙ sit liberatus a peccato quod cōtraxit exercendo vsuras, nisi de illo peccato cōfiteatur & pęnitentiam peragat, nam in re male ablata, obligatur quis pęnę ęternæ propter peccatum mortale, quod contraxit in auferendo rem illicitę a proximo, & ad restitutio- 18 rei, tenet̄ duos igitur † offendit Deū scilicet, & proximū. Ideo satisfacere duobus tenetur. c. cum tu. in fi. s̄. hoc titu. & c. sicut dignum. §. ex eo. s̄. de homicidio.

Præterea. d. q. reassumpsit idem Pet. de Anchar. consi. 306. colum. fina. vbi concludit, vt supra subdens pro comprobatione, nam forum iudiciale super usuris restituendis per officium iudicis tendit ad salutem animarum, & sic ad forum conscientiæ. ad hoc. cap. nouit. supra. de iudic. tutus ergo in foro conscientiæ super vsuris per gratuitam remissionem, non debet inquietari in foro iudiciali, & est subtilis ratio.

i Pauperibus. Feder. consi. 33. nunquid. ubi latè disputat 19 per quem † fiat hæc erogatio, & quibus pauperibus, an pauperibus extraneis, an pauperibus loci, in quo usurarius usuras exercuit, & cōcludit non referre, quia quibuscunque potest fieri, & non solum certi loci pauperibus. uide quæ dixit de distributione fienda pauperibus. Pet. de Ancha. consi. 89. & consi. 214. col. pen. Franciscus quòd si testator iussit pecuniam erogare pauperibus intelligitur de pauperibus proprii domicilii propter affectionem uerisimilem.

20 Pręterea quid dicendum an unico † pauperi possit erogari? ita ut dicatur satisfactum constitutioni, breuiter dic quòd sic, pro quo habeo quod not. Bart. in l. unum ex familia. §. sed si fundum. de lega. 2. ꝙ licet testator dixerit hęredi per hæc uerba in plurali, restituas quibus uoles de

tali familia, poterit restituere vni & eadem ratione quibus voles poterit eligere vnum.dictum Bar.placet.Bald. in d.l.§.sed si quidem. Et hoc verum nisi aliter appareat ex coniecturis,per ea quæ not.Ioan.Imo.in d.l.vnum.§.si duos vbi concludit ꝙ si testator mandauit restitui,pauperibus eligendis per executores,& quæratur an vni tantũ possit restitui,debet attendi, quia si ex coniecturis apparet ꝙ verissimiliter noluit vnum solum eligi, & tunc nõ poterat vnus eligi, vt si reliquerat certam quantitatem pro maritandis domicellis & prohibeat vltra decem dari pro qualibet. Nam tunc testator videtur verissimiliter distributionem fieri in plures potius quàm in vnum desiderasse,si postea iussit alia bona sua distribui in pauperes eligendos per executores.argu.l.si seruus plurium.§.fi.& l.qui filiabus.in princ.de lega.1.Sed vbi nullæ apparerent in contrarium coniecturæ,tunc secundùm eum procedit opinio Bart.quia tunc causa finalis & mens testatoris videtur ratio esse paupertatis,quæ videtur impleri etiam si vni pauperi concedatur, quod placet in simili Alex.cõsi. 109.col.3.super prima consultatione.vol.7.

Et dic quod executor etiam poterit eligere vnum ex suis no.latè Pet.de Anch.cõs.84.in fi.domina Anzelina, quem videas in eo ꝙ post distributionem vsurarum pauperibus creditores veniunt vt vsuræ eis restituantur.in consi.306.efficax & fortis.

¶Pro eo autem quod possit suos eligere vide eundem Pet.de Ancha.consi.436.in his dubijs.& Ias.in consi.183. volum.2.

Et dic pauperibus, id est, Ecclesiæ,quia etiam Ecclesiæ 21 poterit fieri erogatio,cum appellatione † pauperum veniat Ecclesia.c.relatum.el 2.s.de testa.no.in simili Alex. in consi.104.in fi.in causa.vol.4.

Per quem autem fiat distributio si per testatorem dictum non fuerit, vide eundem Alex.in consi.12.attentis verbis.vol.3.quem vide.consi.2.nu.5.vol.1.

An possit autem fieri erogatio ante temporis destinationem, & de modo distribuendi pauperibus vide quæ no.Do.consi.20.mihi videtur ꝙ difficultas vbi concludit debere fieri secundùm iuris communis dispositionem, & secũdum voluntatem inordinatam,quia si fieret,adeo ꝙ vnus abundaret, & alius egeret, non procederet. vide glo.in c.non satis.86.dist.istud latè prosequitur Do.consi. 63.dubia.

Quis autem sit iudex in hac causa, an Episcopus licet eius promotor agat, vide quæ in simili tradit Domi.cõsi. 114.si procurator.

k Theologi. Dic ꝙ quando in materia † vsurarum theo- 22 logi differunt a canonistis, standum est canonistis, non theologis.not.post alios Neuiza.in Sil.nup.lib.5.versi.limita quinto.nisi illi qui attinent.col.mihi.5.prout in simili dicitur, ꝙ in foro canonico magis est inherendum opinioni canonistarum, quàm mero legistę.Do.consi.114. col.penul.si procurator.

Intentum placet Alex.consi.1.nu.34.vol.2.vbi proponit ad vtranq; partem.& consi.107.nu.14.pro inuestigatione.volu.2.

¶Sed quid si vsurarius dissipat bona sua ad finẽ vt non teneatur restituere vsuras,an teneatur in foro cõscientiæ, videtur ꝙ non secundùm theologos secus secundùm canonistas.not.Calca.in consi.49.col.penul.

l Cautum. In præstatione huiusmodi cautionis debent de substantia illius vocari creditores, quod videtur ꝓbari.in tex.dum dicitur,vel eis absentibus &c.Et sic datur ordo qui pertinet ad solennitatem sicut diximus in inuenta- 23 rij † cõfectione.vbi sunt citandi creditores & legatarij, si sunt præsentes, alias eis absentibus alij subrogantur, & huiusmodi formæ omissio vitiat inuentariũ.vt in Auth. de hæred.& falci.§.illo adiecto.cum.§.sequen.coniuncto. §.si vero non fecerit. Istud in terminis latius comprobat Per.de Anch.consi.425.col.1.viso & diligenter.tangit.in consi.429.pro euidentia dicendorum.

m ¶Filij. Licet quicquid acquirant filij & serui,acquirant 24 patri & domino, iuribus vulgatis, non tamen † idem dicas in vxore,quia non memini legisse ꝙ vxor quæ quærit, quærat viro suo, licet ei seruire teneatur.l.sciuit.ff. de oper.liber.vbi in officio mariti esse debet & reuerentiam præstare, vt diximus.s.in c.statutum. de rescrip.tamen quod quærit sibi quærit, vel ei in cuius potestate est,quia per matrimonium vel nuptias nõ finitur patria potestas, imo remanet in patria potestate & patri quærit ac si nupta non esset.l.si vxor.C.de conditio.inser.not.Alexan.in consi.133.nu.3.vere crudelis videtur.volu.4.vbi vtrunq; comprobat latè.

n Ex opera.† Opere hominis dicuntur fructus hominis. 25 l.in hominis.& l.fructus hominis.ff.de per.seruo.ita in simili Soci.consi.265.col.2.quod incipit præsentis consultationis. Et dic ex opera,id est,actu personæ, opus autem respicit ipsum factum. Bart.in l.ita stipulatus.col.6.ff.de verb.oblig.

Et dic propriè capiendo,fore duplices operas,siue duas fore species operarum,quædam sunt officiales, aliæ artificiales seu fabriles,officiales quippè quæ respiciunt personam patroni vel alterius, vt eum associare teneantur, & seruire in mensa,& alibi & in similib.

Artificiales, seu fabriles sunt, quæ vertuntur circa res illius cui debentur, primæ dicuntur officiales, quia officium propriè est quod debet homo homini.glo.in l.officio.C.de nego.gest.& quia sunt personales non possunt alteri delegari.l.4.ff.de nouatio. Artificiales (quia reales sunt) dicuntur delegabiles.§.libertus.l.si non sortem.ff.de cond.inde.vbi de his operis vide Doc.& post eos domi. Bascoletum in declara. arbo. diuidui & indiuidui car. mihi.20.

¶De perceptione autem ratione operę vide quæ tradit Alexan.consi.77.col.2.circa primum.vol.6.Et de societate quando vnus dat operam, & alius pecuniam, vide eundem Alexan.consi.131.si quis veras.vol.eo.quem vide consi.133.vere crudelis videtur.volum.4.vbi ponit alias species operarum videlicet operas obsequiales, quæ præstantur ab vxore viro secundum qualitatem personę alias hic vide & quas operas teneatur vxor viro præstare.

o ¶Stipulatur.Stipulatio quæ interponitur super aliquo contractu siue dispositione assumit eius naturam & secũdum illam regulatur.l.si stipulatus.ff.isto titu.l.1.§.si quis sub conditione,vt lega.no.caue.ff.ibi & huic stipulationi easdem causas omnes conditiones inesse mere dicendũ est.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautio.tradit Petr. de Ancha.consi.76.col.fi.per modum.

p Ordinario. Dic tex.hunc facere ad iurium Gallicanorum intentum,in hoc ꝙ attestationes nobilitatis graduatorum 26 † coram Episcopo qui dicitur loci ordinarius,aut corã Archiepiscopo vel Archipresbytero. Decano, Abbate,vel alio prelato,qui alias de cõsuetudine in spiritualibus iurisdictionem obtinet,secundùm glo.hic & sic nõ coram iudice laico.licet possit dici etiam loci ordinarius quod comprobo, quia ius Gallicanum dicitur a Romano Pontifice ędictum vt intuenti apparet, ergo secundũ ius canonicum venit interpretandum & intelligendum, per ea quæ no.Bald.in l.1.col.2.C.qui-bo.cede.poss.quod iura ciuilia secundum leges, & iura canonica secundum canones debent interpretari,quod latius firmat Deci.cõs. 158.col.2.Et pro tenui facultate mea, istud tamen nõ admittunt Galli, quia dicunt fieri debere coram iudice laico, intentum comprobando per ordina.Ludo.12.artic. 10.publicatis.anno.1512.firmat Petr. Rebuff.in repet.c. postulastis.nu.172.s.de cler.excommu.ministr.istud cre- 27 derem admittendum in possessorio quòd † in hoc regno discutitur secundum iura & constitutiones Regis. Bald. in c.cum venissent.num.6.s.de eo.qui mit.in posses.cau. rei ser.secus in petitorio quod est merè spirituale & non prophanum, vt possessorium. Et intellige coram iudice loci ordinario,videlicet regio,vt testatur.d.arg.10.& in quo est natus ille de cuius nobilitate ex vtroq; parente constare debet, dicit tex.in concord.in titu.de colla.in §. cum verò probatio.

De nobilitate ipsa vide quæ citat Soc. consi.246.eleganter vbi videtur multũ iuuare intentum iurium Gallicanorum in probanda nobilitate, inquantum eum defe- 28 ctum ipsorum iuriũ expostulant, quia † potius quis præsumitur plebeius quàm nobilis.Bald.in l.non ignorat.C. qui accusa.non poss.probatur ratione quia in qualitatibus quæ nobis non insunt a natura, qualitas non præsumitur nisi probetur.glo.in c.si forte.de elect.hoc lib.Doct. c.fi.s.de præsumptio.& in l.si vero.§.qui pro rei.ff.qui satisda.cogan.

¶Vicarium.

q Vicarium. Istud videtur facere ad q. quæ mihi his diebus venit in facti contingentia. Pone, Titius rector parrochialis. N. senio confectus suam rectoriam resignauit in manibus Papæ, & in fauorem Meuij iuuenis nepotuli, labuntur quatuor, aut quinq; menses, modò moritur ille nepotulus, ego sciens hanc resignationem secretam in partibus his de ipsa rectoria obtinui per legatum de latere mihi prouideri in crastinum mortis, Titius certioratus postea de morte obtinet sibi prouideri per loci ordinarium, seu eius vicarium, sub dato intelligere ꝙ vacat per mortem Meuij, hoc facto ad illius peruenit aures, ꝙ eum præcedo in obtentione professionis, & sic vult tacere hanc vltimam prouisionem eidem præsenti & absenti ꝑ loci ordinarium factam, & prima se iuuare, cui tamen secretè renunciauit, vt prædixi. nunc quæritur an tenear docere ꝙ ipse in fauorem dicti nepotuli cesserat, dico ꝙ non suffragante mihi confessione per eum in ipsa vltima prouisione coram vicario & eius secretario facta, vt quia dicit vacare per obitum Meuij sub quo modò sibi prouideri obtinet. Nam licet hæc confessio sit extraiudicialis, & parte absente facta, cum tenet, vt hic, tamen latius per Domi. in terminis nostris. consi. 104. col. 3. pro responsione primi dubij. allegantem Innoc. in c. dudum. š. de conuersi. coniuga. & Doct. in procе huius lib.

De iure enim canonico confessio in absentia partis ꝓbat. glo. in c. quotiens. 1. q. 7. Dec. consi. 163. col. 2. in causa matrimoniali.

¶Et quod ista verba enunciatiua mortis Meuij probēt 29 intentum meum probo sic per regulam, ꝙ si verba † enūciantur in instrumento, & super enunciatis fundatur intentio enunciantis, & illud enunciatum poterat esse & concurrere tempore enunciationis, & ex illis enunciatis, & fit præiudicium enuncianti, & enuncians est talis persona quæ potest sibi præiudicare. Ista verba enunciatiua inducunt plenam probationem illius enunciati. ista est cōclusio, quæ probatur per text. in c. si Papa. §. 1. vers. si autē. j. de priuileg. & ex not. in Clem. 1. de probatio. & in c. fin. de succes. ab intest. text. in l. optimam. in princ. C. de contrah. & commit. stipul. vbi expresè dicit text. quòd si enūcio in instrumento me seruum tuum pro te stipulando rem, illa verba probant me seruum tuum, quo ad hunc finem, vt valeat stipulatio. pro his vide Soc. consi. 266. col. 1. in causa quæ vertitur. vbi vnum in ꝓposito dicit, quòd verba enunciatiua probant inter easdem personas, quando in instrumento, in quo fit relatio, recitatur clarè & specificè tenor alterius contractus, seu instrumenti, secus si relatio sit dubia & imperfecta, secundùm Cy. in l. cum secundum. C. de contrah. & commit. stipula. Bal. in l. 1. C. de episc. & cler. & in l. si donatio. C. de donatio.

¶Pro hoc vltimò videtur facere, quod no. Do. in cons. 30 120. col. 2. quia in facto, vbi dicit paria fore † scribere extensè & particulariter per se vel se referre ad aliam certā, & determinat scripturam. text. in cap. cum venerabilis. quia verò. š. de exceptio. & de religio. do. constitutus. & š. de præscri. c. cum olim. ad fi. & ibi disputat de hac clausula, haberi volumus pro expresso.

¶Postremò pro intento. Io. Mo. hic habeo ꝙ licet alias talis vicarius non posset hoc in casu pro alijs stipulari, tamen habeo alio ex capite id facere posse per regulam, de qua meminit Ias. in consi. 41. col. pen. volu. 3. omissis quòd quādo interest stipulantis potest alteri stipulari etiam tertio & illi acquirere. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. oblig. Sed vicario interest, vt talis iuris cōis edictis satisfaciat, quia de eius pastore agitur. vide ibi per eundem Ias. alia vrgentia, quæ non transcribo causa breuitatis.

r Item tabellio. Intellige tamen vt stipulatione ius quęratur absenti quando est secuta ratificatio. alias non. Dec. consi. 464. num. 2. placet, quem vide in consi. 460. viso. & Imo. consi. 46.

s Dicas. Id firmant Arch. Io. And. & cōiter alij hic quod placet Lauren. Rodul. iu tracta. de vsur. in 2. par. q. 93. qui subdit benefacere, quia sicut sufficit stipula. præstari petentibus vsuras recuperare, ita sufficiat eorum rectori, vide Do. in consi. 103. col. 3. pro responsione.

t ¶Seruo publico. Pro quo † præsumitur. c. ad audien-31 tiam. š. de præscrip. Bal. in l. errore. col. j. C. de testa. vbi dicit quòd quicquid ibi scriptum sit, præsumitur scriptum secundum voluntatem eius, qui rogauit. latius per Dec. consi. 315. in fi. superioribus diebus. & hoc dummodò interuenerint requisita quæ ponit Alexā. consil. 14. col. 1. visis. vol. 6. vide Dec. consi. 463. num. 7. in causa, vt pręsumatur pro instrumento.

v ¶i. tabellione. Pro hoc habes in l. 2. C. de adop. & l. non aliter. ff. eo. & vbiq; gl. cum simili. & per hanc rationem Oldr. consi. 75. quis posset creare, suadet ꝙ notaria-32 tus † non est dignitas, quod patet, quia libertus potest esse notarius. l. fi. C. de ser. ma. reip. & tamen non potest dignitatem habere. l. 1. C. ad leg. Iul. maiest. imo notariatus est vile officium, ideo decurio prohibetur esse tabellio. l. vniuersos. de decurio. lib. 10. C. dicitur tamen iudex cartularius. gl. in l. 1. ff. de iudic. & habet iurisdictionem ordinariam in volentes. notat Maria. Soc. consi. 51. col. 1. præstantissimè doctor, vbi multa effundit de instrumento guarentigiato, de quo diximus in c. tibi. š. de rescrip.

33 Quomodo autem probetur notariatus, † seu quem fore notarium, vide eundem Soci. consil. 86. col. 1. in causa. vbi dicit sufficere producere multa instrumēta, quæ sunt recepta per publicum notarium, quia ex illis probatur q̄dam cōis opinio notariatus. istud inducit ꝙ per plura instrumenta probantur fines iurisdictionis, intellige antiqua & non recentia. gl. in c. cum olim. š. de censib. Bald. in l. cum aliquis. C. de iure delibe.

Item vt prædixi notarius dicitur iudex cartularius. confprobat id quod citat Maria. Soc. consi. 94. col. 4. præstantis-34 simi ꝙ † sicut statur declarationi iudicis de sua intentione. l. ab executore. ff. de appella. ita videtur standum declarationi notarij. facit quia in his quæ dependent ab animo statur assertioni nostræ, nisi sit non verissimilis. vel cōtra se habeat iuris dispositio, vt in §. aliæ. Instit. de actio. cum alijs ibi per eum adductis & ibi multa cumulat quando & quomodo notarius possit se corrigere quem videas.

Et pro intento quod non requiritur probatio notariatus in antiquis, vide eundem Soci. consi. 187. col. 4. in controuersia, vbi hoc comprobat authoritatibus multorum Scrib. & Aret. consi. 42. col. 1. viso consilio elegantissimo. & Alex. consi. 150. in causa appel. volū. 6. vbi vnum subdit post Bal. in l. comparationes. C. de fide instru. ꝙ in instrūmentis de longinquo loco non expedit probare notariū fuisse notariū, rōne difficilis probationis, qui multum priuilegiatur. dixi š. in c. 2. in ver. credo. de testib. firmat idem Alex. consi. 101. in 2. dubio super primo dubio. vol. 7.

x ¶Cum fideiussoribus. Quos † dare non est leue onus. l. 35 orphanotrophos. ibi, sine aliquo fideiussoris grauamine. C. de Epis. & cler. Maria. consi. 107. col. 2. cor mundum. & sunt inadmissibiles qui solum vsumfructum habent. idē Soc. consi. 210. col. fi. satis anceps.

¶De extinctione obligationis ipsius fideiussoris vide eundem Soci. consi. 272. in 1. col. in præsenti. & Alex. consi. 66. colum. 2. in causa & lite. vol. 7. vbi dicit ꝙ quando fideiussor est obligatus ad tempus adiectum causa finiendę obligationis, vt si fideiussor dicit ꝙ pro custodia castri nolebat obligari nisi vsque ad quinquennium, quia tunc si prorogetur obligatio cum debitore principali in longius tempus, nō remanebit vlterius obligatus fideiussor. l. si cum hermes. C. loca.

Vide quæ de satisdatione dicit Alex. in consi. 37. visa & opportune. vol. 2. & de fideiussore soluente vsuras, an repetat per eundem Alex. in consi. 108. col. pen. pro inuestigatione. vol. eo. & Deci. consi. 456. consului alias. & consi. 487. col. 1. in quæstione. & Neapol. decis. 149. num. 4.

36 Et attēde quia aliud est † fideiubere in iudicio, & aliud fideiubere in contractibus, siue extraiudicialiter, quia sententia lata contra principalem non meretur executionē contra fideiussorem contractus, secus contra fideiussorē de iudicato soluendo coram iudice interposita. not. Pet. de Ancha. consi. 35. apud intelligentes.

Item habes attendere, in eo quod. š. diximus de probatione notariatus, ad id quod no. Pet. de Anch. consi. 213. col. 2. pro isto patre. ꝙ publica fama & cōis opinio ꝓ sunt ad probationē notariatus, q̄ñ Ille qui se pro tali gerebat, habuit priuilegium ab eo qui potestatem habuit creandi notarios, quo casu inhabilitas suscipientis ab eo officium tabellionatus, nō attenditur quin valeant gesta per eum propter communem errorem. no idem Petr. de Ancha. consi. 287. Iste B. de Garnario. Alex. consi. 80. examinato. vol. 2. & latius consi. 138. opportune. vol. 1.

Vbi verò nullum habuit priuilegium, tunc communis† opinio siue error non potuit eum facere notarium.c. 37 1.§.de cler.excommuni.ministr.& l.priuatorum.C.de iurisdi.omn.iudi.

Vnde concluditur ꝙ non valent instrumenta cōfecta a tali.vt ff.de reb.eo.qui sub tutel.l.qui nec.& l.decernimus.C.de sacrosan.eccl.ideo non sunt censenda publica instrumenta,sed priuata,quibus nō creditur nisi habeant trium testium subscriptionem.l.scripturas.C.qui potior. in pigno.habean.Et sic infertur, ꝙ si produxi instrumentum confectum per eum qui longo tempore exercuit officium,& pars aduersa negat illū tabellionem fuisse, mihi incumbit onus probandi, quia assero actum vel solennitatem.l.actor.C.de proba.vide Alex.consi.48.in causa & lite.volu.5.An præsumatur rogatus.† qui decidit ꝙ sic. 38 & scripsisse instrumentum vt notarius si fecerit mentionem in instrumento de notariatu.l.fi.ff.de Institu.l.cum post.§.1.ff.de administra.tut.

¶Habeo tamen resolutorie in puncto prædicto quod not.Card.consi.74.col.fi.dominus Abbas,post Innocen. in c.1.§.de fide instru.& in c.veniens.§.de verb.signifi.ꝙ sufficit probare quasi possessionem tabellionatus,scilicet quòd fuerit habitus pro tali, & ꝙ eius instrumentis tunc confectis dabatur fides tamquàm instru.public.& hoc quando agitur inter alios,secus si ageretur inter eum qui se dicit tabellionem & alium qui negat, quia tunc de tabellionatu doceri oportet.

Postremò in puncto vide de assertione notarij quam facit in suis instrumentis an debeat stari, per Alex.cōsi.6. ponderatis vol.4.

y Dicas. Adde pro hoc Domi.in consi.58.in fi.quidam vsurarius, vbi istud tenet & firmat.

z Et dico. Vide Io.de Ana.in d.c.quia eo.nu.8.

A Quia frustra. Vide quæ decidit per eam Pet.de Ancha. consi.316.col.2.in causa quæ vertitur.Domi.in consi.106. super dicto dubio.& Alex.consi.17.nu.3.quod exorditur ponderatis his.vol.3.Lap.alleg.55.in fi.

B Animæ vtriusq;. Vide quæ in simili tradit Petr.de Ancha.consi.8.col.2.difficultas quæstionis,cui adde Do.cōs. 112.in fi.Titius,vbi dicit quòd quādo est dubium an contractus † sit vsurarius, quòd potius iudex debet determi- 39 nare contractum vsurarium, quam non vsurarium, quia concernitur fauor animæ creditoris, quæ vtilitas præfertur, in alio autem solum detrimentum bursale, quod est modicum respectu alterius,iuxta dictum euangelij.Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.Et sic succedit regula de qua meminit Calca.in consi.26.num.30.quòd vbi adest periculū animæ,potius quis debet præsumi ligatus,quàm solutus.c.iuuenis.de spon.& ma.c.consilium.§.de obserua.ieiunij glo.in c.1.de scrut.quæ dicit quòd vbi vertitur periculum animæ, semper in deteriorem partem præsumitur:ratio videtur ad præmissa,quia propter fraudes inconuincibiles vsurariorum sufficit semiplena probatio, iuxta regulam,quæ sunt difficilis probationis &c.præmissa firmat idem Calca.consi.74.in fi.statuimus.

40 Item quando † agitur de facto animæ, de apicibus iuris & verborum formulis non est disputandum,sed secūdum intentionem & gestorum veritatem.no.Lap.alleg. 71.in fi.Martinus.Et sic secundum simplicitatem canonicam, de qua meminit idem Lap.alleg.67.quoddam monasterium: vbi dicit.col.2.ꝙ in huiusmodi spiritualibus non est subtiliter procedendum, sed de bona fide agendum, & animarū periculis occurrendum,tales enim causæ nō ex legis distinctione,se canonica æquitate debitum finem sortiuntur.c.literas.§.de iura.calum.

Vide eundem Lap.alleg.51.col.3.dicebatur in effectu, 41 vbi dicit ꝙ agere † ad commodum Ecclesiæ & agere nomine Ecclesiæ sunt idē in effectu, & diuersitas est potius in apice iuris,q̄ in effectu rationis,ideo sede objiciatur aliquid incurtitudine vel contrarietate, replicari poterit de simplicitate iuris canonici,& iustitiæ veritate,quia quando agitur de fauore Ecclesiæ non est locus subtilitati, idē Lap.alleg.77.in fi.tabellio.& alleg.89.col.penul.in fi.factum,ibi,subtilizatio in materia rescriptorum erit ad cōmune discrimen & ad imbursationem curiæ.

¶Item professor iuris canonici non multum curare debet de apicibus iuris, vt ff. manda.l.si fideiussor.§. quidam.fortius in spiritualibus cauendum est de dolo.c.j. §.de restitu.spolia.

¶Tu postremo attende ad vnum, quod si relinquitur pro male ablatis, vel pro vsuris extortis, poterit hæres de talirelicto velut de vero legato falcidiā deducere nisi per testes vel instrumenta probaret testa.in tantundem fuisse efficaciter obligatum pro male ablatis, & vsuris. firmat Alex.consi.45.nu.17.habita.vol.1.

C ¶Dico. Adde id nō fore simile huic quod citat Maria. Soci.consi.93.col. 9.circa primum, hæc autem.dicta sint non in puncto iuris,sed ex meo capite.

D ¶Qui petat & sic non habet locum regula quam citat gl.in cle.2.in ver.annis.de religio.do.cui adde,etiā in proposito.Io.Mo. Alex.in consi. 222.nu.visa.6.facti.vol.2.& consi.96.vol.4.

E Satisdedit. Quæ satisdatio debet præstari coram perso- 42 nis † in tex.nostro descriptis, si eorum copia potest haberi.casus est in c.pastoralis.§.præterea.§.de off.ord.patet in c.quoniam.§.in alijs.§.vt lite non conte.& in c.1.§.de eo. qui mitt.in posse.not.Do.in simili.consi.102.col.2. in causa vertente.

Et attende ad istud, satisdet, quia necesse est ꝙ de facto satisdet,quia non sufficiet quod dicat satisdabo, vel satisdare volo,per ea quæ tradit Alex.de Imol.in consi.72. nu.5. videtur prima cōsideratione.vol.2. dum dicit aliud est cō- 43 promittere † & aliud est dicere offero me paratum facere compromissum sicut aliud est dicere, eligo & aliud est dicere,volo eligere.glo.l.in serui electione de leg.1.Et aliud vendere,& aliud est promisso de vendendo, prout probatur.in l.bonæ fidei. ff. de eo quod cer. loco, vbi dicitur ꝙ conductio est contractus bonæ fidei,sed promissio de conducendo est contractus stricti iuris, & aliud est compromissum fieri,& aliud est pronunciare quod compromittatur sicut aliud est absoluere,& aliud est pronunciare absoluendum.gl.& Doct.in l.1.C.si aduer.liber.in verbo,admittit,ad finem.& glo.in l.fi.qui & aduers.quos, probatur in l.qui se dicit.ff.de iudic.Bar.in l.solet.ff.de off.procōsul. gl. & Doc.in l.fi.de integ.resti.

Itē in proposito aliud est facere,& facere velle,pro quo vide Lapum allega.53.col.3.punctus,vbi rationem reddit vt sequitur,quia facere dicitur, qui actu facit facere velle in sola voluntate.81.dist.c.non satis.c.1.& ibi no.§. de eo. 44 qui mit.in po.causa rei seruan.vnde dicimus ꝙ † non sufficit verbalis oblatio,si requiratur realis. l. qui decē.§.respōsum.ff.de solu.l.seruus si hæredi.§.fi.ff.de statu.lib.no.Doc. in l.prætor.§.si quis paratus.ff.de oper.no.nunc. & in l. acceptam.C.isto tit.

Et per hæc est clarificata regula per Alex.citata cōs. 21. in fi.vol.1.ꝙ vbi est opus facto verba non sufficiunt, ratio in simili,quia vbi exigitur facti essentia,ibi destinatum nō habetur pro facto.leg.in tantum.§.fina.& leg.seq.& ita ibi ponderat in illa.l.seq.ff.de rer.diuis.no. Alex. in cons. 97. col.3.alias de facto.vol.3. quem. vide pro hoc. consi. 105. nu.19.magnifice prætor.eo.vol.& consi.170.vol.2.

¶Item etiam aliud est facere, & aliud reficere. l. 3.§. reficere. ff. de itine. actuque priua. & ibi Ange. glo. in l.j. §.penult.& ibi Bald.ff.de mor.infer.Alexan.cons.190.col. 1.maturè.vol.2.

Et quando non requiratur realis oblatio, dic quando res non est liquidata.l.statu liberationem, & l.si seruus hæredi. §. fin.ff. de stat. lib. Angel.& alij. §.ait prætor.ff. de re iudic.idem Alexand. in consi. 222. nume. 16. visa facti.volu.2.

Vlterius pro inten Io. Mo. hic, vide quæ in simili citat de satisdatione Maria.Soci.consi.94.col.2. in causa validitatis,vbi vnum subdit, ꝙ si non constet in cuius manibus fuerit facta, ꝙ præsumatur facta illi ad cuius officium spectabat stipulari,& sic alicui officiali.

F Notorium. Idem si notum.l.ea quidem.C.de accusa.& c.euidentia,eo.titu.& in l.1.ff.de integ.resti. vbi notorium 45 non eget probatione.Et dic ꝙ triplex est notorium † notorium,vnum est facti, quod ita se exhibet conspectui hominū quod nulla potest tergiuersatione celari, & de isto est text.in c.tua nos.§.de coha.Cle.& mulier. & in prag.& conc.in tit.de publ.concubina.

Aliud est iuris de quo aliquis condemnatur, & de hoc est tex.in l.in iudicati.ff.de re iudic. & c.fi.§.de cohab. cleric.& mulier cum similibus.

¶Aliud

Aliud est notorium præsumptum vt paternitas & filiatio. l. quia semper. ff. de in ius voc. quia quod aliquis sit filius alterius non potest vere probari. l. Lucius. ff. de cond. & demonstra. vide Bartho. de Chassa. consi. 1. in quinto præsupposito. §. 5. præsuppono.

46 ¶Et ꝙ notorium † non egeat alia probatione, firmat Deci. consi. 284. nu. 10. viso puncto, qui subdit ꝙ in eo iudex supplere potest, vt de consuetudine notoria. Bald. in l. 1. in fi. C. vt quæ desi. aduoc. & in l. filiusfa. §. verterani. col. fi. ff. de procura. facit quod not. Barto. in l. lege Iulia. in fi. ff. de testib. Alex. consi. 14. col. 1. viso processu. vol. 1.

G ¶Non valet. Sed nunquid † filius poterit contra testa-47 mentū patris hoc proponere, illud impugnando vt tunc dicatur audiri allegans turpitudinem prædecessoris sui, quia de propria non est hesitandum. Ioan. Mona. & ibi latè dixi. in c. 1. s̄. de confes. in hoc reperio Fely. in c. lator. col. 2. s̄. de re iudic. dicentem filium id posse, iuxta text. nostrum alleg. Signor. de Homed. consi. 13. quidam Bartholomeus. ita concludere. Ias. tamen. in l. iusiurandum. §. procurator. nu. 27. ff. de iureiur. contrarium concludit per eundem Signo. consi. 14. quod exorditur, si quæratur an quis possit allegare: quia sicut regulariter non est licitum allegare turpitudinem propriam, ita nō est licitum allegare turpitudinem eius cuius sum hæres, putà patris, probat text. in l. filios. C. de reuocan. his qui in fraud. credito. & ibi glo. & Bart.

Et dic in proposito Ioan. Mona. hic, quòd manifestatio criminis requiritur facta ante mortem, quia si post, nihil faceret, nec inualidaret testamentum prout præstatio cautionis post mortem non validat. istud comprobat optimè Petr. de Anch. consi. 377. in fi. Secundò dubitat.

H Cum suis similib. Facit istud pro doctrina Car. post glo. in ver. amputet. in Cle. sæpe. oppo. 6. de verb. signifi. vbi di-48 citur quod non † expedit iura allegare vulgaria. not. Ias. in l. illam. nu. 11. C. de colla. vrget in proposito quod not. in c. cum sit ars. s̄. de ęta. & qual. in ver. malos. adde Anto. de Butr. in repe. c. vestra. versi. sed quæritur an iudex. s̄. de coha. cler. & mulier.

I ¶De excommunicato. Vetus est quærela, dicit Freder. consi. 74. in prin. de qua ibi per eum vide.

K ¶Deportato. Vide de nato & concepto post deportationem, per Soci. consi. 275. col. 8. in causa fratrum. hæc 49 tamen † pœna deportationis prout nec damnationis in metallium non est hodie in vsu. No. Alex. consi. 55. col. 2. in causa. volu. 7.

Pro intento habeo glo. in §. minor. in ver. interdictum. Insti. de cap. diminu. quam sing. dicit Bald. in c. licet. nu. 8. s̄. de offi. deleg. similis tamen glo. est in l. eius hic per Ioan. Mona. alleg. ad quem attende. in ver. fi. quia corruptè ponitur verbo, exheredatio, quia debet esse excommunicatio: & hæc faciunt pro ipso intento Ioan. Mona. hic, vt excommunicatus non possit efficere hæredes, quia deportato similis est qui non potest testari.

50 Dic ꝙ imo excommunicatus † relegato ęquiparatur. glo. habes fi. in c. pastoralis. s̄. de appella. quam ibi sing. dicunt Imo. & Franc. & Fely. in c. qualiter. el 2. col. 15. s̄. de accusa. Car. in c. veniens. col. 4. eo. titu. & c. perpendimus. col. 22. s̄. de sen. excommu.

Intellige non ęquiparari in omnibus secūdùm Panor. & Franc. in d. c. pastoralis, ideo testari potest & ista est cōmunis secundùm Doc. in c. si pater. s̄. de testa. hoc lib. refert Chassa. consi. 1. in 5. præsupposito. num. 17. vbi dicit d. glo. 1. alleg. reprobari a Io. Fab. Nyco. de Neapol. & Ange. in d. §. minor. firmat communem Io. And. in nouel. in c. decernimus. col. 2. de sen. excommu. hoc lib. quem refert, & sequitur Bald. in c. intelleximus. nu. 8 s̄. de iudi. qui subdit ibi. in fi. ꝙ patri ab intestato succedit, sequitur Ioan. And. in d. c. decernimus. Do. & Petr. & ista est verior. facit quia speciale est in excommunicato propter hæresim, vt testari nō possit. c. excommunicamus. el 1. in §. credentes nec hæres fieri, vt ibi. Ergo in contrarium est ius commune in alijs. in l. 1. in fi. ff. ad municipa.

¶Vide de hoc latius per Iaco. de Bello visu. in Auth. de sanctis. Episcopis. §. omnibus. facit contra prędictas glo. id quod citat Bal. in repeti. l. 1. col. 10. C. de sacrosan. eccle. ꝙ excommunicatio est genus pœnę distinctum a deportatione & relegatione.

Et continuando ea quę. s̄. proximè diximus de excommunicato propter hæresim vt non possit testari, dic idem de excommunicato, qui percussit vel cepit Cardinalem, aut auxiliū vel cōsilium præstitit, quoniam talis est intestabilis actiuè, & passiuè. tex. est in c. fęlicis. de pęn. hoc lib.

Fallit equidem in monacho, cui Papa dedit licentiam testandi, qui si excommunicatus sit, testari nō poterit, ne in eodem subiecto videantur cōcurrere duo specialia. l. 1. & ibi Scrib. C. de dotis promissio. ita tenet Bald. in d. c. intelleximus. nu. 12. vbi dicit, ꝙ talis monachus est similis militi misso ignominiæ causa, qui non potest testari secūdùm priuilegiū militū. l. testamenta eorū. ff. de testa. milit. refert & sequit̄ Fely. in c. ad ꝓbandū. sub nu. 1. s̄. de re iudi.

Præmissis pro themate. Adde quæ citat Alex. in consi. 116. animaduersis. vol. 2.

Fallit etiam in excommunicato pro crimine, quod tollit testamenti factionem, sicut si esset excommunicatus pro manifesta vsura, vt in tex. nostro firmat Bal. in l. 1. col. 2. C. de secun. nup.

Præterea fallit in illo qui insordet, id est, per annum in excommunicatione animo indurato permanet, cum ille censeatur male de fide sentire, & habeatur tamquàm hæreticus, quia per obstinationem fecit confessionem in antro, & spelunca diaboli, cuius est seruus effectus. Bald. in loco statim allegando. dico latius. in c. fi. de sent. excōmu.

Habeo etiam excipere a communi anathematizatos, id est, solenniter excommunicatos, de quibus per Panor. & alios. in c. 1. s̄. de iudic. Nam eos omnino dicimus intestabiles. testis est Bal. in l. 3. circa fi. C. si penden. appel. mors inter. Nam talis excommunicatio (vocata anathema) est horrida excommunicatio, quæ apud Cyros vocatur maranatha, quod est verbum latæ sententiæ importans.

¶Et si quæras an deportatus possit hæres institui. Vide Alex. in consi. 26. circa primum dubium. volu. 1. vbi dicit fore communem ꝙ non, secus in bannito, vt ibi latè videre licet.

L Efficaciter. Habet tamen excommunicatus ius retentionis, prout dixi. in c. fi. ver. Et dic ad cuiuscunq; petentis. s̄. de consti. de quo iure. vide Soci. consi. 80. diligenter.

M Nec codicillos. Adde videndum quod in donatione 51 † causa mortis, Philip. Franc. in rub. de testa. col. 14. versi. Tertiò quæritur quid in donatione causa mortis. s̄. hoc lib. post Do. hic mouetur dubium: & decidit ꝙ eum text. noster emanauerit in fauorem animæ, satis videtur dicēdum indistinctè locum habere in donatione causa mortis identitate rationis.

Et quia fauore animæ fit extensio legis correctę, etiam ex identitate rationis. Bart. in auth. sacramenta. C. si aduer. venditio. prius tamen ponit distinctionem quam tangit hic Do. quæ videtur aliqualiter persuadere, videlicet, ꝙ si donatio ipsa fiat in testamento & codicillis, habebit locū tex. noster cum tunc sapiat naturam vltimæ voluntatis. Si vero fiat separatim & de per se secus cum accedat ad naturam contractus, & hoc nisi fieret de omnibus bonis vel maiori parte, quia tunc præsumeretur facta in fraudē, sic non valeret. prout not. in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. credito. hanc distinct. sequitur Panor. consi. 40. in fi. primi dubij. nu. 3. ꝙ exorditur factum in effectu. vol. 2. cui distinctioni debere astipulari, moueor pluribus rōnibus. Et melius ꝙ siue fiat donatio ipsa in cōtractu separato siue in testamento, vel codicillis, vel alias quo quomodo prohibita, videtur donatio causa mortis per vsurariū manifestum fieri, nisi satisfaciat decisioni text. nostri Primò quia sicut in testamentis & codicillis habet locum ius accrescendi. no. in l. re cōiuncti. de leg. 3. ita & in donatione causa mortis. probat tex. in l. si mihi & tibi. ff. de verb. obli. Pet. de Ancha. consi. 384. dubium. alleg. l. 1. §. hæc autem circa fi. C. de cadu. tol. non tamen regulariter in cōtractibus. l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig. quod tamen limita vt per Ias. in consi. 1. col. 5. vol. 3. versi. tertium principale.

Secundò in donatione causa mortis transfertur dominiū sine traditione. text. est in l. 2. ff. de publi. in rem actio. quem ad hoc reputat sing. Ange. in §. 1. de dona. in fi. Inst. secus in contractibus. l. traditionibus. C. de pact.

Tertiò prohibitus testari ratione defectus consensus videtur prohibitus donare causa mortis. l. distractis. C. qui. testa. face. possunt. idem si ratione ętatis. in l. 1. in prin. ff. de tutel. & ratio. distra. de quo per Scrib. in l. 2. de lega. 1. Maria. Soci. consi. 112. col. 2. multum abunde.

¶ Quartò conditio impossibilis apposita in donatione causa mortis vitiatur, & nõ vitiat. tex. singula. in l. qui sub conditione. §. hoc edictum. ff. de conditio. institu. secus in contractibus quia vitiat & non vitiatur. l. non solum. & l. impossibilis. ff. de verb. oblig.

Quintò quia licet donatio inter viuos sit stricti iuris. l. cum qui. ff. de donatio. tamen donatio causa mortis est bonęfidei. l. Seya. ff. de dona. causa mortis.

¶ Sextò, ꝙ licet simpliciter permutatur donatio causa mortis, tamen donatio non intelligitur permissa nisi de ipsa fiat specialis mentio. text. est quem alibi nescit, Bald. ibi. in l. filiusfa. ff. de dona.

Postremò, licet iuramentum adulti non sit necessariũ in donatione causa mortis, est tamen necessarium in cõtractibus. ita firmat Bald. in c. hac edictali. in §. item sacramenta puberum. in tit. de pace iura. fir. alleg. quod habetur in l. Aurelio. §. Gaius. ff. de liber. lega.

d ¶Se occupat. Vide quæ in simili not. Maria. Soc. consi. 101. in fi. viso testamento. & Alex. in consi. 108. col. 1. viso themate. vol. 4. Domi. consi. 41. col. 2. pro clariori. & cons. 56. inter sanctissimum. col. 3. vbi dicit ꝙ fit denominatio a maiori parte generis: ponit exemplum in scholaribus vniuersitatis, vbi reperiuntur aliqui Episcopi, vide postremò quæ tradit Signor. in consi. 95. quæstio talis est.

¶Alexander Quartus. Cap. III.

Abbates, quos Apost. sedes ī exhibitione bñdictionis &c.

SVMMARIVM.

1 *Genus arctatur ad speciem magis verisimilem.*
Pleno iure dicitur vt hic.
2 *Inspectio priuilegij operatur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Accusatus tortus, dicens se confessum metu & causa torturæ, an sit audiendus contra grefarium contrarium dicentem.*
2 *Confessio contra naturam non valet.*
3 *Testibus verisimiliora deponentibus magis creditur.*
Verba debent interpretari secundum quod est verisimilius.
4 *Donare pleno iure quid contineat, quando donatio fit ecclesiæ.*
5 *Claususa, pleno iure, quid importet.*
6 *Expressio proprij nominis, arguit priuileginm personale.*
Quando persona est causa proxima priuilegij, illud non transit ad hæredem, secus si non sit proxima.
7 *Quando priuilegium non incipit competere defuncto, nunquàm transit ad hæredem.*
Priuilegium datum ob bene merita, non reuocatur, & transit ad hæredem.
8 *Ius quæsitum ex contractu, regulariter transmittitur ad hæredes.*
9 *Mandatum non præsumitur, nisi ex inspectione appareat.*
Inspectio multum iuuat.
10 *Constare quando dicitur.*
11 *Nulla est maior probatio quàm rei euidentia.*
Vbi habemus veritatem, non cadit præsumptionis allegatio.

ABBATES. Casus, priuilegium abbatibus concessum in exhibitione benedictionis super populum est ad certum casum arctandum. Et concessio tonsuræ quā dant ipsi abbates est arctanda, & vterq; casus est intelligēdus, nisi in priuilegio fuerit prius concesso [in ecclesijs] posito priuilegio. nunc ponit interpretationem, quæ est notatu digna. Nam hic † genus arctatur ad speciem magis verissimilem,[a] vt s. eo. c. quoniam. per confessionem. & no. j. hoc lib. de verb. signi. priuilegium [pleno iure, b] idest spiritualibus, & temporalibus. s. eo. cum & plantare. §. in ecclesijs. & c. quoniam per confessionem. [quanpo] Et sic arctatur priuilegium quo ad speciem, vt s. immediate, & quo ad tempus, vt hic [expresse.] Nam hoc delegatur potestati suæ [arripiat] quod specialiter mandatur, si probatum fuerit. C. de exactor. & executor. lib. 12. l. quicunq;.

¶Et est ratio. Cum hæc alijs, vt Episcopo de iure communi competunt, debet restringi generale verbum. vt no. hoc lib. de regu. iur. in generali. [Conuolauerint. s. de æta. & qual. & ordi. præficien. c. cum contingat. [obtinēt.] Et qualiter hoc cognoscam, dic † ex priuilegij inspectione. c s. eo. c. porrò.

ADDITIONES PROBI.

a MAGIS VERISSIMILEM. Istud facit ad decisionem quæstionis quotidianæ. Pone, Meuius † accusatur de homicidio, in carcerem detruditur, & tandem Iudex ad torturam procedit. In actis reperitur quod id crimen spontè confessus est. Meuius in contrarium dicit, sed confessum fuisse formidine tormentorum per iudicem illatorum & inferendorum, nunc quæritur cui veniat credendum, an grefario, vel pti. Breuiter videtur dicendum ꝙ parti, moueor quia non est verisimile, ꝙ quis confiteatur, illud per quod vitam amittat, vel statum eius & famam minuat. Abortet enim hoc natura quod conseruari desiderat, mortē verò perditionemq; deuitat, vt placet Boet. Ratio enim naturalis hoc dictat, ꝙ nemo in causa sua, in odium habuit seipsum, vnde non est verisimile quòd existens (vt ita dicam) in fortia iudicis spontè confiteatur, iuuat equidem arg. a solitis de quo latè per nos. s. de elect. in c. nemo. in ver. firmat idem Alciat. quia communiter tales confessiones consueuerunt assessores & potestates, seu iudices per tormenta extorquere. Et sic per locum a communiter accidentibus præsumi debet formido tormentorum, hinc Iaco. Butr. post Cy. in l. 2. ff. ꝙ met. cau. reprehendit multum assessores, quç faciunt scribi quòd sponte fuit confessus, in talibus enim semper presumitur terror ab eis inferri, quòd licet quis ab eis sit relaxatus, tamen semper metus instare videtur, ne iterū capiatur, & talis rectè dici potest metus continuatus. c. 1. s. ꝙ met. causa, quia semper familiam & instrumenta ad torturam habent in promptu. Ita quòd potentia torquēdi vel nocendi in habitu idem operatur quod potentia in actu. arg. no. in c. non solum. de appel. s. hoc lib. & l. Labeo. ff. de stat. liber. no. Petr. de Ancha. consil. 27. col. 3. non seruato ordine, & consil. 54. apparet. & habet hoc in se equitatem, nam si minima reuerentia cōtrahentis mecum reddit actum inualidum. vt l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar.

quar.rer.act.non da.c.vnusquisq;.22.q.4.multò magis nimia tormentorum formido, quam formidinem iustam reddit communis vulgi opinio, quæ habet ꝙ iudices captos & inquisitos de criminibus (prætermissa iuris grauitate) torquere consueuerunt.no.Bar.in l.de pupillo.in 5.6.7.& 8.q.in §.si quis.ipsi prætori.ff.de no.ope.nunc.quia plurimum tales iudices maleficiorum anhelant ad condemnationem,cum per inquisitionem procedunt,& credunt vilescere in conspectu hominum, cum absoluunt contra leg.absentem.ff.de pœn.

Et sic patet ꝙ Meuius ratione huius confessionis non debet damnari, quia iudex confessionem (etiam sponte factam super non verisimili) non debet admittere, nisi alia suffragentur adminicula vt no.in c.quia verisimile.s̄.de præsumpt.

2 ¶Et † sicut confessio contra naturam non valet.no.c.fi.s̄.de confes.ita nec confessio contra præsumptionem eius,ꝙ est secundùm naturam,scilicet seipsum conseruare, mortemq; & perniceim euitare, igitur Meuius habet reuocare talem confessionem per se vel procuratorem speciali mandato fulcitum,sic alio non probato, non poterit condemnari Meuius ipse,ita in facti contingentia, dicit Petr.de Ancha.obtinuisse.consi.24.visa inquisitione formata.

In proposito Ioan.Mon.hic. vide quæ dico.in c.in generali.s̄.de reg.iur.quibus adde, ꝙ magis † creditur paucioribus testibus verisimiliora deponentibus, quam pluribus non tam verisimiliora deponentibus.gl.in c.testes.5.q.3.glo.in c.in nostra.vbi Doct.s̄.de testib.quam sequitur Alex.consi.10.col.penul.matureq;.volu.6.quem vide in consi.11.nu.18.aliàs consului.volu.7.dicentem quòd verba debent interpretari secũdum quod est verisimilius.c.inspicimus.de reg.iur.hoc lib.pro quo vide quæ tradit Calca.in consi.99.col.fi.item statutum.

b ¶Pleno iure. Adde glo.in c.cum inter.s̄.de re iudic.Similis.est in c.conquestus.s̄.de foro compe.

Panor.in d.c.cum inter.nu.12.dicit per has glo.quòd si 4 † princeps subijcit Ecclesiam vel aliquem locum donat, pleno iure,videtur donare in spiritualibus & temporalibus,si concedens talis est,vt possit spiritualia & temporalia concedere, iuxta regulam quam tradit Alex.in consi.47.nu.4.visis.volu.3.

Præterea vide quæ citat Inno.in c.pastoralis.in fi.s̄.isto tit.ꝙ licet Ecclesiæ concedatur alicui pleno iure, intelligitur sibi concedi, ꝙ sibi sit subiecta in spiritualibus & temporalibus,nõ autem conuertat eam in proprios vsus, subiectionem enim quam habebat prius sibi concedere videtur.16.q.2.c.visis.& c.cum & plantare.s̄.hoc tit.& nõ fructus, quos non habebat nec accipere debebat, nisi ex iusta causa & cum magnis solennitatibus,per quæ verba Panor.in c.de monachis.in prin.s̄.de præb.& in c.querelam.in prin.s̄.de elec.exclamat cõtra Cardinales & alios habentes Ecclesias in commendam, quia debent eas tenere in priori statu,non diminuto solito diuino cultu,& ex fructibus super extantibus deductis expen.sustentari, & aliter facientes grauiter peccant, quod facit ad cõprobationem eorum quæ diximus.in c.nemo.s̄.de elect.deducendo contra d.Alciatum, ꝙ commendatarius non possit fructus beneficij commendati dissipare.

In principali proposito vide quæ latè cumulat Fely.in c.auditis.nu.4.& seq.s̄.de præscrip.Car.consi.17.in princ. circa primum dubium.& consi.47.reuerende pater. & quæ not.Maria.Soci.consi.53.col.6.in præsenti.vbi dicit 5 hanc clausulam,pleno † iure,interpretari, seu significare, quando res pertinet ad aliquẽ,ad proprietatem & vsumfructum, & habet quis potestatem alienandi tamquàm rem propriam. vt est text.in l.fœmine. §.illud.C.de secun.nup.& in l.mater quæ defuncto.& ibi no.Ang.& Pau.de Cast.C.ad Tertul. alleg l.hæres qui & a quibus.C.

Pro Socino habes quod no.Alex.consi.162.nu.5.visis his quæ copiosè.vol.6.vbi dicit, ꝙ quãdo quis habet proprietatem cum vsufructu,dicitur habere rem pleno iure, quamuis eam non habeat stabili iure. vide quæ etiam latissimè tradit Alex.consi.140.viso summario iurium vol.7.vbi vnum subdit in proposito no.ꝙ verba ista,pleno iure, absolute posita & non respectiuè dicuntur importare plenitudinem,secus vbi sunt posita in aliqua materia respectiuè, quia ratio subiectæ materiæ, facit quod aliud importent.alleg.Bald.in l.Iulianus.§.si.quæ alias incipit si hominem.ff.de rei vend.

Vide de hoc verbo,pleno iure, ea quæ Stepha.Bertran.tradit consi.148.col.fi.si honorabilis.par.3.& Alex.consi.89.in princ.exordien.excellentissimi.vol.5.ꝙ hæc verba, pleno iure spectante,important petitoriũ.tex.in c.querelam.& ibi in indiuiduo not.Innoc.in ver.pleno iure.s̄.de elec.ad idem text.in l.Iulianus.in fi.in ver.plenum ius.ff.de rei vendi.& in c.cum & plantare.§.nihilominus.s̄.isto titu.alleg.hic per Ioan.Mona.Idem Alex.consi.56.col.1.perlectis verbis.volu.3.& latè.consi.208.vol.2.viso summario,vbi dicit ꝙ hæc verba pleno iure, idem important ac si dictum esset, id est sine diminutione.Bart.in l.precibus.C.de impuber. & Docto in l.centurio.ff.de vulg. & pupil.substitu.firmat Deci.consi.468.nu.10.superiori anno,vbi infert,ꝙ si res sit tradita cum onere ipothecæ,non dicitur pleno iure acquisita.no.latè idem Alex.in d.cõsi.208.col.1.& Deci.consi.499.col.2.viso casu.

¶Ratio, quia ille dicitur solum habere pleno iure, qui eam liberam alienare potest.d.l.fœmine.§.illud.& §.fin.C.de secund.nupt.no.Areti.in consi.19.nu.3.ex facto.

c Inspectione. Etiam si sit personale, vt quia est nomen 6 proprium,quæ expressio † arguit priuilegium personale.c.quoniam abbas, & ibi Ioan.Andr.& alij Scriben.s̄.de offi.deleg.Idem Ioan.Andr.in reg.priuilegium, & Dyante eum,qui dicit vnum, ꝙ quandoq; persona est causa priuilegij proxima, & nõ transit ad hæredem.l.quia tale.ff.solu.matr.& l.piuilegia.& in l.in omnibus.ff.de reg.iur.quandoq; persona non est causa proxima priuilegij, sed læsio, vel alia naturalis causa, vt in muliere, quæ iuuatur Velleyano,& tunc transit ad hæredem.l.non solum.ff.de in integr.restitu.& l.hæredem.C.ad Velleia.sequitur Maria.Soci.consi.58.colum.2.consilijs nostris, qui ibi subdit 7 vnum aliud, ꝙ quando priuilegium † nunquàm incepit competere defuncto, nunquàm transit ad hæredem.Bar.in d.l.quia tale.per l.1.in fi.ff.de constitutio. Princ.

Istud tamen poteris limitare non procedere, quando priuilegium reperitur datum defuncto causa remunerationis, & ob benemerita, quia quemadmodum tale priuilegium habet vim contractus, & non potest reuocari nisi ex causa.Bald.in l.qui se patris.C.vnde liberi & Pau.de Cast.in l.digna vox.C.de legib.facit text.not.in l.si pater.§.si quis aliquem.de donatio.ff.ita pari ratione videtur transmissibile ad hæredes,licet defuncto non competierit,scilicet cũ effectu,quia eo nunquàm vsus est morte 8 præuentus, præmissa firmantur, quia ius quæsitum † ex contractu regulariter transmittitur ad hæredes, iuribus vulgatis,quamquam sit quæsitum sub expressione proprij nominis.l.iurisgen.§.pactorum.& l.tale pactũ.ff.de pact. facit.l.annua.§.1.ff.de alimen.& ciba.leg.not.latè Alex.consi.71.circa exhibitionem.volu.6.

Istud quod hic dicitur ex inspectione. Idem dicito ac si dicatur ex tenore, de quo apud Alex consi.55.circa fi.prospectis.volu.4 & Deci.consi.468.nu.9.superiori anno.& consi.470.nu.6.duo dubia.Idem dic etiam de manda-9 to † quod non præsumitur, nisi contractus ex eius inspectione apparet.c.cum in iure.s̄.de offi.delega.& l.1.C.de manda.Prin.no.Alex.in cõs.6.nu.4.vol.4.ponderatis his.

Inspectio enim multum iuuat, vt legitur apud Deci.consi.475.col.1.in causa quæ Mantuæ, vbi ait ꝙ ex sola inspectione testamenti, hæres institutus debet mitti in possessionem.not.Petr.de Ancha.consi.146.in prædicta quæstione reperio. Idem Deci.in consi.84.in princ.excellentissimi.

10 ¶Ratio, quia illud dicitur † constare,quod apparet ex inspectione instrumenti.Anto.de Butr.per illum text.in c.cum contingat.in 3.not.s̄.de rescript.& in c.cum dilecti.in 3.no.s̄.de donatio.Et manifeste dicitur constare,de quo est instrumentum publicum.Bart.in l.1.versi. venio ad quæstionem.ff.de no.ope.nunc.no.Deci.in c.licet causam.not.13.s̄.de proba.tradit idem Deci.in consi.488.in princ.in causa.& lite,qui subdit.in d.not.id verum, quando nil in instrumentum opponitur, secus si opponatur, vt ibi probat.

Constare etiam dicas per rei euidentiam. Quia nulla 11 † maior est probatio, quàm rei euidentia.Inno.in c.proposuisti.de proba.facit.l.emptorem.in princi.ff.de actio.empt.tradunt Neapo.decisio.107.nu.6.in causa domini Mouę.

Motiæ. vbi subdunt ꝙ vbi habemus veritatem, non cadit præsumptionis allegatio ex cursu temporis, quia plus demonstratur per facti præsentiam, quàm per vocis efficaciam. Bald. in l. 1. col. 2. C. de ædil. actio. tollitur ergo præsumptio per id quod in contrarium apparet. l. cum multę. C. de dona. ante nupt.

¶ Alexander Quartus. Cap. IIII.

¶ Authoritate sedis Aposto. de fratrum nostrorum &c

AVTHORITATE. Hoc cap. tres ponit inhibitiones, [non præsumant] hoc est contra ius commune. Auth. de ecclesia. tit. §. si quis autem voluerit. col. 9. authē. vt nullus fabr. in prin. colla. 5. [exceptis.] s̄. eo. ꝙ nonnullis. & ĩ. de senten. excomm. c. vlt. §. 1. & §. in festiuitatibus. [compescantur,] quia in præmissis ratione delicti sunt Episcopis subditi, & authoritate huius constitutionis. s̄. hoc lib. volentes. [reuocamus] nam cum in hoc casu iure communi censeantur isti exempti, eorum priuilegia a ad hunc casum se non extendunt,[a] vt no. d. cap. volentes. [speciale.] Et est ratio, quia in hoc casu Papa est eorum Episcopus, qui requiri debet [licitum] Institu. de iniur. §. sed si libero. Et de hac materia no. Innoc. s̄. de appell. c. dilectis.

ADDITIONES PROBI.

a NON EXTENDVNT. Hinc dicitur quòd in priuilegio concesso filio nepoti ex fratribus non veniunt filiæ, dicit Car. consi. 135. num. num. 5. puto filias prędictas. alleg. cap. quòd alicui gratiosè. de reg. iur.

¶ Et sic habes ꝙ in priuilegijs masculinum non concipit fœmininū, & ꝙ nō intelligatē propriè, sed ex interpretatione, sed priuilegium debet propriè & strictè intelligi, & non extendi. d. c. quod alicui. firmat Dec. consi. 453. nu. 3. consultum fuit. vbi subdit in proposito, ꝙ masculinum concipit fœmininum ex interpretatione extensiua, non autem de proprietate sermonis. Bar. in l. 1. ff. de ver. signif. per l. pronunciatio. in prin. eo. tit.

Clemens Quartus. Cap. V.

¶ Ne aliqui de indultis apostolicis confidentes, &c.

a NE ALIQVI. Hæc Decreta. arctat priuilegia certa, vt ipsa non extendantur[a] ad sententias, & processus ordinariorum [illis] hic quosdam excipit [immunitas.] Sed si hoc fuerit dubium, Papa consulatur.[b] s̄. hoc lib. de offi. ordina. c. ordinarij. §. si verò. ff. de reg. iur. Neratius.

ADDITIONES PROBI.

a EXTENDVNTVR. Adde tamen casum, in quo priuilegium extenditur, vt quia quando est concessum pro se extēditur etiam ad ministros sine quibus quis esse non potest. l. administrātes. in prin. ff. de excu. tut. vbi Bar. & Badl. in auth. habita. C. ne stlius pro patre. text. in l. certum. ff. de vsu & habita. haberi enim debet consideratio non solum de persona sua, sed etiam de personis, sine quibus secundum statum suum honestè viuere non potest: decet enim viuere secundum quod militem conuenit. pro quo vide quæ tradit Areti. cons. 17. col. pen. consideratis.

Clemens Quartus. Cap. VI.

¶ Vt Aposto. sedis benignitas (quæ nōnullis abbatib. &c.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium debet habere effectum, ita quòd honor superioribus deferatur.*
2 *Præsentia maiorum, operatur temperamentum.*
Priuilegium in eo quod tangit ius tertij, est strictè interpretandum.

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Mitra quare habeat duo cornua vide hic.*
2 *Pœna mitriationis continet corporis coertionem.*
3 *Quis incurrit infamiam, non attendendo an insit dolus, vel culpa.*
4 *Pontificalia indumenta in inferioribus ab Episcopis tantum ooperantur, sicut genitalia mulis.*
5 *Priuilegium perditur per non vsum. x. annorum spacio.*
6 *Non valens vti priuilegio, illud non perdit.*
7 *Confessio deriuatur vt hic.*
8 *Præsentia si requiratur aliquorum, qui non sunt, quid dicendum.*
9 *Quando iura requirunt præsentiam, intelligitur cum intelligentia.*
10 *Præsentia potestatis loci, operatur insinuationem donationis.*
11 *Authoritas Principis data in contractu operatur vt hic.*
12 *Delatio iuramenti regulariter fiat per iudicem, non per scribam.*
13 *Iudex proferat sententiam per seipsum.*
14 *Præsentia non præsumitur nisi probetur, quia est facti.*

VT APOSTOLICAE. Hoc cap. interpretatur priuilegia data super cōcessione vsus mitræ,[a] & aliorum pontificalium,[b] [oriantur] & ita priuilegium propter scandalum[c] modificatur & arctatur, & sequitur modus optimus modificationis, nam & priuilegium † debet[d] habere effectum, ita tamen ꝙ superioribus honor deferatur, nec scandalum eis fiat, [in alijs.] Et sic nota ꝙ præsentia[e] maiorum, operatur[f] temperamentum in indultis inferioribus concessis. Et ex hoc cap. & duobus pręcedentibus euidenter colligitur verba indultorum generalia restringi: & iste versi. loquitur quando vtens non est in præsentia prælati sui, sed præcedens, quando est præsens prælatus, sed quid si Episcopus in iucundo suo aduentu est in vno monasterio, in crastino iturus ad ecclesiam suam, vt fuit in monasterio sancti Remigij Remensis. Et Abbas vsus est mitra aurificiata, an possit & videtur ꝙ sic, quia hic loquitur in certo casu, dic contra, quia Concilium & Synodus sunt hic: quia hinc sunt conuocatio, quæ hic est. arg. 12. dist. c. fi. Item Papa præsentibus alijs idē obseruat, vt omnes vtantur mitris simplicibus. arg. 11. dis. c. fi. Instit. de satisdatio. in fi.

2 Item priuilegium † in eo quod tangit ius tertij, strictè est interpretandum. no. ĩ. hoc lib. de reg. iur. c. decet.

ADDITIONES PROBI.

a VSVS MITRAE. Mitra duo † habet cornua vtrūque testamentum, vetus videlicet & nouum, significantia, quod vtrunq; scire debet qui mitram gerit, secundùm Archi. & Panor. ad Domi. in fi. in c. disciplina. 45. dis pro quo vide c. qui Episcopus. 23. distin.

¶ Dicebat autem Pogius in facetijs ꝙ ea duo, quæ pendent retro, significant eos neutrum scire, quod contingit sępius hoc nostro tempore, vt patet experientia rerum magistra. in prælatis quibusdam mitratis & grandi cōtra sancta ecclesiæ concilia instar hircorum cum capris barba munitis, quos nonnulli (falsum tamen) prothonotarij dicti modo simiæ insequuntur, quod est horrendum in Ecclesia scandalum.

¶ Attende ad vnum de vsu mitræ, quia aliquando non dicitur honorabilis status, quia nostris temporibus datur delinquentibus in pœnam, quæ appellatur secundū Car. consi. 94. hæc est quædam inquisitio pœna mitrationis, 2 † quę continet corporis coerctionem. ff. de pœn. l. si quis. forte. in fi. cum. l. sequen. & l. in lege Cornelia. ff. ad leg. Corne. de sicca. ratio quia tendit hæc pœna mitrationis ad irrogandam infamiam, quo etiam in casu requiritur dolus. glo. in l. in actionibus. in verb. non ob culpam. ff. de in litem iura. vbi Ias. post alios dicit, id verum si per sentē3 tiam irrogetur infamia, secus si ipso facto † quis efficiatur infamis a lege, quia tunc lex adeo aborret quòd non considerat an dolus vel lata culpa intercedat. l. palam. §. fin. ff. de ritu nupt.

b Pontificalium. Dic quod in inferioribus ab Episcopo 4 † ipsa pontificalia tantum operantur, sicut genitalia in mulis, quia nihil pontificalis ordinis exercere possunt in honorem Ecclesiarum solum dentur. Ioan. And. & Petr. hic vide Lap. allega. 19.

c Propter scandala. Vide quæ in simili de scandalo vitando dicit Ias. in consi. 38. vol. 3. dixi. s̄. in proœ. in ver. relaxatio. num. 11.

d Effectum. Qui † exorditur per vsum, quod si quis non 5 vtatur priuilegio spacio decem annorum, priuilegium ipsum

ipsum perdidisse videtur. l. 1. ff. de nundi. gl. in l. falso. C. de diuer. rescri. Bar. in l. fi. col. fi. ff. de constitu. Princ. Panor. in c. vt priuilegia. nume. 4. s. hoc tit. Pet. de Anch. consi. 261. in fine. in quæstione, quæ vertitur Doc. in c. cum accessissent. s. de constitu.

¶Quod intelligas verum quando priuilegiatus habuit facultatem vtendi priuilegio, & vti noluerit. Sed si vsus 6 non fuit, † quia occasio data non fuit, nō habet locum. d. lex. 1. glo. fina. in cap. Abbate. supra de verbo. signifi. & ibi Panor. not. ex ea. nume. 18. quòd non vsus priuilegij voluntarius tollit priuilegium, sed non vsus necessitatis, non quia ex quo non potuerunt vti priuilegio, non sunt in mora vel culpa. Istud prosequitur idem Panor. in cōsi. 101. colum. penul. in quęstione, quæ vertitur in prima parte, quod comprobare poteris per ea quæ not. Barto. in l. in filijs de decurioni. lib. 10. C. vbi dicit quòd habens ius eligendi in ecclesia, & per centum annos non eligit, quia non expediebat, non perdit priuilegium. idem Bart. in simili in l. cum scimus. de agr. & censi. lib. 11. C. ad id Innocen. in cap. dilectus. colum. 2. supra de capel. mona. dum dicit, quid enim si in aliqua ecclesia, vel persona ita bene se habet, per l. vel plures annos, nunquam potuit exercere visitationem in ea vel iurisdictionem, nunquid propter hoc amittet episcopus ius suum in ea, absit. Vide latius comprobatum per Iaso. in l. fin. nume. 35. cum seq. ff. de constitu. princ.

e ¶Quod præsentia. Vide effectum vnum præsentiæ per Soci. consi. 294. colum. 1. viso testa. quòd confessio facta in testamento non iurata, si non fuit facta parte præsente & recipiente, non probat, pro quo habetur quod ex signifi- 7 catione vocabuli resultat. Quia confessio † idem est ꝙ simul fassio, quia deriuatur a fateris, vel. tere, fatetur. Et dictio cōsequuta iuncta, denotat simultatem locutionis. l. 1. §. ff. de pact. l. consensu in princ. ff. de actio. & obliga. ꝙ non probet. casus est in Auth. de iureiur. a mor. præst. in prin. vbi talis confessio non iurata non probat, & ibi hoc determinat Iacob. de Bel. visu & est tex. in l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3.

¶Habeo & aliud satis tamē remote, ꝙ qui se fundat in præscriptione. 10. annorum opportet ꝙ probet etiam pręsentiam illius, contra quem præscribitur, alias nō obtinet. ita tenet Iacob. Butrig. in l. vlt. per illum tex. C. de præscri. long. temp. quem sequitur Bal. per illum tex. in l. præscrip. C. quib. oblig. long. temp. præscrib. tradit Alex. consi. 177. nu. 13. in causa & lit. vol. 6.

¶Et quo ad cōfessionis receptionem, tenet Cy. in l. vnica. in 6. quæstio. C. de confes. vbi Sali. in 15. oppo. & in l. iubemus. C. de liber. causa. per eundem Sali. & in l. generaliter. in 6. q. C. de non nu. pec.

¶De iure tamen canonico valet confessio, parte absente etiam ad obligandum. Alexander. consil. 260. nume. 6. volum. 6.

8 ¶Item licet in aliquo actu † de eius substantia requiratur aliquorum (forte duorum propinquorum) præsentia, hoc non habet locum quādo nulli supersunt propinqui, quia tunc quis prohibitus libere contrahit. Et lex intelligitur, existentibus propinquis. Bal. & Ang. & Mod. per illū tex. in l. turpia. §. 1. de leg. 1. idem Bal. in l. in coniunctione. C. de nup. & in l. 1. C. vnde vir. & vxor. & in l. cum hæres. ff. de acquiren. hære. sequitur. Alex. consi. 206. nu. 6. ponderatis verbis. vol. 6.

9 ¶Item quando iura † requirunt præsentiam, intelligitur cum intelligentia. l. diem proferre. §. coram. ff. de arbi. & l. coram. ff. de verb. signifi. idem Alex. eo. vol. consi. 212. nu. 31. pōderatis his, ideo ibi ipse subdit idem Alex. ꝙ quādo requiritur intelligentia, non sufficit ꝙ testis dicat confessionem factam fuisse parte præsente, nisi dicat etiam ꝙ facta fuit, parte instante, & petente, seu confessionem acceptante. Sali. in d. l. iubemus. C. de liber. causa. ratio quia potuit esse pręsens corpore, & non intelligentia, ita probatur. in l. 1. §. fi. vbi Barr. ff. de auctor. tuto. vbi Apostilla ad eum. Doct. post gl. in ver. interrogatoria. c. præsentium. de testib. hoc lib. cum alijs per Alex. vbi. s. adductis, & in cōsi. 180. in causa Angelorum. vol. 2.

10 Præterea adest alius effectus præsentiæ, quia licet † regulariter in donationibus requiratur insinuatio, tamen si donatio fiat coram potestale loci, illud sufficit pro insinuatione. l. omnium. & ibi. not. Bart. & alii. C. de testam. l. fi. de præd. decuri. lib. 10. C. & l. 3. & ibi not. Bal. C. de diuer. rescrip. & Bar. in l. modestinus. ff. de donatio. Io. Imo. in c. cum contingat. in 10. membro. s. de iureiur. quos sequitur & refert Alexan. de Imo. consi. 217. ponderatis his quæ in themate narrantur. volu. 6. & consi. 20. nu. 5. ponderatis. volu. 3.

11 Idem dic & fortius si coram † Principe. ar. eorum quæ no. idem Alex. consi. 240. circa fi. perspectis & ponderatis. eo. vol. ꝙ tantam firmitatem tribuit contractui authoritas principis, vt non possit quis dicere se ex eo contractu esse lęsum, nec restitutionem in integrum petere, etiam vbi aliàs esset persona, cui restitutio in integrum cōcedi soleat. alleg. Archi. & Ioan. And. in c. 1. de pact. hoc lib.

12 Facit & vlterius quod not. idem Alex. consi. 177. col. 1. visis & lectis attestationibus. volu. 7. ꝙ licet † iuramentum in litem debeat deferri per iudicem, & nō sufficeret ꝙ deferretur a notario. per. l. videamus. §. deferre. ff. de in litem iurand. vbi Barto. tamen si deferretur a notario de mandato iudicis præsentis, ipse iudex deferre videretur. arg. l. falsus. §. sed si is. ff. de furt. & l. si procuratoris pręsentis. ff. de verb. obliga. quem sequuntur Doct. in d. §. deferre. & Anto. de Butr. in c. tuis. s. de testib. versi. quid si testis offert. no. Neapol. decisio. 245. nu. 9. magnifici. ad idem ꝙ no. Pet. & Cy. in l. 2. C. de sen. ex peric. recitan. vbi volunt.

13 ꝙ licet iudex † (qui nō est de numero illustrium) sententiā non possit per alium recitare & proferre, sed per seipsum, tamen si notarius præsente iudice ex eius commissione pronunciet & legat, valebit sentētia, quia sicut dominus præsens potest per procuratorem stipulari, & tūc propter præsentiā acquiritur sibi domino actio sine cessione. d. l. si procuratori præsentis, ita poterit iudex præsens (etiam nō illustris) suam sententiam per ministrum proferre, & satis dicetur iudex protulisse. ita etiā no. Bald. in l. 1. C. de senten. ex peri. recitan. & in l. aliquando. in 6. oppo. ff. de offi. proconsul.

Item dicit Bertran. consi. 167. nu. 4. viso themate. par. 1. ꝙ patientia quæ videtur ęquiparari præsentiæ, non pręstat authoritatem extra iuris dispositionem.

14 Item vbi requiritur præsentia, debet esse cautus aduocatus vt faciat articulos & probationes de præsentia, aliàs deficeret in salutari suo, quia † præsentia (cum facti sit) non præsumitur, nisi probetur. alleg. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. not. Alexan. consi. 92. in fi. viso & opportune. volu. 5.

¶Quod autem diximus de authoritate principis, idem dic de præsentia principis, per ea quæ not. Alex. in consi. 64. num. 4. supremi. volu. 4. post Bald. in l. fi. C. de contrah. empt. vbi ait quòd licet consiliarij principis non possint emere res subditorum, tamen si illas emunt de consciētia principis, possunt, quia pręsumitur abesse sinistra suspitio propter pręsentiam principis.

De pręsentia viri circa mulierem suam testantem vide Alex. in consi. 101. & col. 4. super. eo. vol. 3.

f ¶Operatur. Dic in proposito ꝙ inoleuit consuetudo quod Episcopi, assistentibus. do. Cardinalibus. nō portant rochetum, saltem discoopertum, nec domi. Cardinales, assistente Papa, nec prętores ciuitatum baculum iustitiæ ferunt, assistente prouincię pręside. ita dicit Berra. in tracta. de episco. in 1. par. lib. 4. sub rubri. de vita Episcopi. colum. 2.

Bonifacius Octauus. Cap. VII.

¶Cū psonæ Ecclesiasticæ tā religiosæ quā sęculares &c.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium licet non sit sufficiens, dat tamen causam præscribendi.*
   Si priuilegium non exhibeatur, ordinarij iure suo vtantur.
2. *Non datur copia, nisi de clausula de qua est controuersia.*
   Exemptio non præscribitur.
3. *Par contra parem potest præscribere quæ sunt iuris Episcopalis, vel Ecclesiæ baptismalis de iuee communi.*
   Quando sit necessarius titulus ad præscriptionem vide hic.
4. *Ordinarius non de sua causa, sed de causa Ecclesiæ cognoscere potest.*

In dubio ordinarius cognoscit an sua sit iurisdictio.
5 *Lites debent procedere sine suspitione.*
6 *Quod est meum ex priuilegij concessione, non potest esse meum ex alia causa, sed confirmari potest vsu, possessione, & superioris approbatione.*
7 *Consuetudo est optima legum interpres, nedum legum communium, sed etiam specialium, vt priuilegiorum.*
Conditione extante, perinde est ac si ab exordio esset purè concessum.
8 *An priuilegium possit augeri per præscriptionem sequentem, vide hic.*
9 *Qui priuilegium approbat pro se, ergo contra se.*
Non debet eadem res, iure diuerso censeri.
10 *Quem titulum præscribendi dat priuilegium, vide hic.*
Quod meum est, non præscribo.
11 *Vbicunque est titulus pro donato, est etiam titulus pro suo, quia titulus pro suo est titulus generalis ad omnem titulum, a quo dominium acquiritur.*
12 *Priuilegium successoris impetrantis, dat causam præscribendi.*
Vbi est præsentatio supina, non est satis pro titulo donatum esse, sed donatum esse oportet.
13 *Error quandoq; facit ius, & sic potest is dare viam ad acquirẽdum præscriptionem.*
14 *Actio publiciana magna innitur æquitate.*
Minor præscriptio .xl. annorum non currit contra ecclesiam.
15 *Quis non debet recipere ex sua liberalitate illiberalitatem.*
16 *Qui in vno grauatur, in alio debet releuari.*
Iudex non potest priuare partem possessione, nisi causa cognita.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quod competit ex priuilegio, & quod competit de iure communi, non sunt idem.*
2 *Dispositio pœnalis non extenditur etiam ex identitate rationis, de casu ad casum.*
3 *In dubio, iurisdictio debet referri ad ordinarium.*
Constitutio vicarij comprehendit solum ea quæ sunt ordinarię iurisdictionis non delegatę.
4 *Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, non vtitur priuilegio.*
5 *Non est verisimile, quod Princeps voluerit priuilegiare vnum contra alterum priuilegiatum.*
6 *Priuilegiatus in specie, præfertur priuilegiato in genere.*
Lex minus generalis pro specie reputatur.
7 *Maior specialitas, magis indicatur respectu personæ, quam causæ.*
8 *Magis priuilegiata persona attenditur.*
9 *Princeps cognoscit inter se & suos subditos, non inter se & non subditos.*
10 *Suspitio dicitur causa sufficiens, vt litis fiat euocatio.*
Vbi caput est suspectum, totum consiliũ potest recusari, secus si vnus ex membris.
11 *Ad allegandum causam suspitionis, requiritur speciale mandatum.*
Suspitio, & timor, sunt animi passiones.
12 *Ignarus assessor potest recusari, licet sit peritus in alijs.*
13 *In recusatione iudicis facienda, reperitur differentia inter ius canonicum & ius ciuile.*
14 *Duplex reperitur priuilegium, affirmatiuum videlicet & negatiuum.*
15 *Negatiua magis negat, quàm affirmatiua affirmet.*
16 *Cautela non mutat naturam, nec actus substantiam.*
Noua prouisio a quo debeat obtineri, & a quo non, vide hic.
17 *Inutilis manus Papæ appositio non afficit.*
18 *Diuersitas nominum non inducit diuersitatem rerum.*
19 *Testi approbato (etiam tacite) nihil potest opponi, licet non sit idoneus.*
20 *Non potest præscribi quòd non appelletur ad Principem.*
21 *Quid dicatur specialius inter duo specialia vide hic.*
22 *Iudex debet esse medius inter partes.*

CVM PERSONAE. Hoc cap. præfatione præmissa, tangit, quid iuris cum quis per priuilegium solum exemptum, seu liberum se asserit. Secundò, in §. [si autem.] quando per præscriptionem canonicam. Tertiò in §. [quòd si quando.] per vtrunque, & hoc casu exhibeatur, vt in primo dicto est faciendum. Et si priuilegium (1) † non est sufficiens, dat tamen causam præscribendi: iste exhibens priuilegium tale si habet possessionem non vi, non clam, non præcario concessum, vel non est in possessione turbandus. vt in §. & [si priuilegium.] & si priuilegium non exhibeatur tunc ordinarij liberè iure (a) suo vtantur [a], donec de præscriptione canonica fiat [b] fi- (b) des. vt in §. si verò. [Secretò] scio quod in antiqua, quæ fuit Alex. IIII. est secuto. & sic ponitur. s. de fide instru. accepimus [ostendere] dicunt quidam pro illo. c. seu articulo, de quo contenditur. s. de fide instru. c. contingit.

¶ Contra dic nam ostensio, seu exhibitio & integra lectio fiat. Sed non (2) † dabitur copia, nisi de clausula, de qua est controuersia. vt hic. & d. c. contingit. [integraliter] ne præcedentia, vel sequentia arctent articulum, de quo cõtenditur. ff. quemad. testa. aper. l. 2. §. diem [canonicam.]

Sed quam dices præscriptionem canonicam? dic quod nõ possit esse plena exemptio per præscriptionem, nam illa non præscribitur. s. de præscrip. cum non liceat. & c. cũ ex officij. & de præscrip. 30. vel 40. anno. competit. & propter hoc notabiliter statim dicit super huius libertate nihil proponens de præscriptione, quod est verum, quo ad superiorem & subditum, sed tertius potest. s. de re iudi. cum sup, sed certorum iurium esse posset præscriptio contra superiorem eo. tit. auditis. s. de excessi. prelato. accedentibus. s. de consangu. & affini. c. 1. Par tamen contra (3) † parem põt præscribere quæ sunt iuris episcopalis vel ecclesię baptismalis [c] de iure communi, vt sunt decimæ. s. eo. accedenti- (c) bus. s. de deci. dudum. & c. cum in tua.

Sed nunquid in prædictis omnibus est necessarius titulus, vt præscriptio procedat, dic quod sic, vbi ius cõe est in cõtrarium, nisi allegetur præscriptio tanti temporis, cuius memoria non habetur. [d] s. hoc lib. de præscript. c. 1. (d)

¶ Sed si ius commune non est contra allegantem præscriptionem, secus.

Et dic ius commune nõ est contra innitentem ex pręscriptione dupliciter, aut quia illud, de quo contenditur, ita [e] cadit in vnum de contendentibus sicut in alium, vt (e) est possidere & habere fundum, vel quia ius commune est quo ad Episcopum vel rectorem parrochialis ecclesiæ, vt in decimis & causis matrimonialibus, contra quos non contendentes, sed quantum ad tertium, pro quo non impugnat ius commune, & quantum ad hunc potest pręscribi sine titu. sic loquitur. s. eod. accedentibus, quo ad istos duos qui pari passu ambulant, nil Iudæus Iudęo. &c. C. de hæretic. l. penul. & C. de inoffi. testa. in arenam [Ordinarij.] Sed quo modo ordinarius vel eius delegatus ĩ hoc casu cognoscet, cum causa sit sua? [f] Solu. (f) (4) † ordinarius de casu ecclesiæ cognoscere potest, licet nõ de propria. Arg. j. hoc lib. de pœn. Romana.

¶ Vel dic, iste allegans præscriptionem denegat iurisdictionem esse ordinarij, & ordinarius econtra. Et sic in dubio hoc ordinarius cognoscit an sua sit iurisdictio. ff. de iudic. l. si quis ex aliena [vel delegatus] & hoc melius ad suspitionem vitãdam. Arg. C. de iurisd. om. iud. l. prætor.

¶ De hac materia not. Inno. in c. venerabili. s. de censi. in c. ex parte. in fi. magnæ. gl. s. de verb. signifi. [nõ [g] suspe- (g) ctis] quia (5) † lites sine suspitione [h] debent [i] procedere. C. de (h i) iudicijs. apertissimi. Et dico hic esse alternatiuam non electionis, sed ordinis, de quibus no. j. hoc lib. de reg. iur. in alternatiuis. Nã ordinarius potest cognoscere, si alias nõ est suspectus, quod potest esse ex alia causa. vt no. s. de offi. delega. cum super.

¶ Verum si sit suspectus, debet alijs committere. Et ne alij recusari [k] valeant, debent de consensu concertantiũ (k) recipi. s. de offi. deleg. c. super quæstionum. §. verum. & forsan ad hoc denotandum hic loquitur in plurali.

[Quod si] hic. §. loquitur de priuilegio quod dicitur dare exemptionem vt differat a versi. sequen. in quo tractatur de priuilegio quod dat causam præscribendi.

¶ Vel dic quod ibi loquitur de vtroq; priuilegio, quod innuit versi. sequens, in quo non est aduersatio, sed copulatio, vnde hoc. §. tangit de vtroq; priuilegio quod exhibet.

In sequenti versi. de priuilegio dante causam præscribendi, quod etiam exhibetur.

¶ In §. si verò tangitur de vtroq; priuilegio quod non exhibetur quid iuris, & secundum hoc expone quod sequitur [priuilegio] scilicet exemptionem tribuente [& præscriptione] scilicet confirmante [vel priuilegio] scilicet præscribendi causam dante, [& præscriptione] ex titulo priuilegij præscriptionẽ inducente, & de hac vtraq; præscriptione habetur. s. de præscript. veniens. Et est ratio (6) præmissorum, quod est meum † ex priuilegij concessione

non

m non potest esse meum ex alia causa, sed confirmari m potest, vsu, possessione, & superioris approbatione. s. de fide instru. inter dilectos. circa finem. & de confirma. vtil. vel inutil. per totum.

¶Dicta tamen regula fallit in duobus casibus, primo quando est dubium de causa prima, qua dico, meũ, quia n tunc potest ad cautelam n meam fieri meũ ex secunda o. o s. de concessio. præb. post electionem.

Et sic est in priuilegijs, si sit dubium an libertas per ipsum plena detur, per cõsuetudinem poterit declarari. arg. 7 s. de consue. cum dilectus. Quia consuetudo † est optima legum interpres, nedum communium, sed specialium, vt priuilegiorum interpres. ff. de leg. & senatuscon. l. si de interpretatione.

Fallit etiam quando pinguius mihi subuenitur per secundam causam quàm per primam. ff. ad leg. falcid. l. 4. Sed ibi factum meum ex prima causa non erat meũ constanter & vsquequaq; C. communia. de leg. l. 3. §. sed quia nostra. Cum posset esse meum ex legato cõditionali ante p mihi facto, quia conditione extante, p est perinde ac si ab exordio pure esset concessum. ff. qui potio. in pig. habea. l. potior. §. videamus.

Sed quæro priuilegio exemptionis concesso, non potest hoc induci per præscriptionem, nunquid augeri po- 8 test † dictum priuilegium per præscriptionem sequentẽ? verbi gratia, scio priuilegium de sepultura cõtinere illam clausulam. Salua canonica iustitia illarum ecclesiarũ, de quibus corpora assumuntur. s. de sepult. certificari. Nunquid potest augeri dictum priuilegiũ quo ad istam clau- q sulam per præscriptionem, dic ꝙ q nõ, quia si præscriptio hic procedens esset ex titulo priuilegij. Et sic inspecto toto priuilegio, volens præscribere, cũ esset malefidei, præscribere nõ posset. j. hoc lib. de reg. iur. c. 2. & s. de præscri. veniens. & no. j. hoc lib. de verb. signifi. veniens.

9 ¶Item iste si priuilegium † approbat pro se, ergo con- r tra r se. arg. s. de censib. cum olim. nec debet eadẽ res diuerso iure censeri. s. de decimis. cum in tua. s. eo. c. Quia [præscribendi] hoc casu requiritur bona fides & iustus titulus. s. hoc lib. de præscrip. c. 1. & s. eo. c. si diligenti. & c. veniens. & s. de decimis & dudũ. C. de rei vendica. nullo.

10 ¶Sed quæro priuilegium † dat titulum præscribendi, quæro quem titulum. dic titu. pro donato vel tit. pro suo. Nam priuilegium dat, aliàs non esset priuilegium. s. eo. in ijs.

Aut ergo dat libertatem plenam, aut articulum libertatis. j. eo. si Papa. & j. hoc lib. de verb. signifi. veniens. Et in eo in quo dat libertatem non fit præscriptio, quia quod meum est, non præscribo. veniens. in fi. & de vsucapio. ff. l. sequitur. §. lana, ius tamen quod alteri competit in remea, præscribere possum. ff. de capti. & postli. reuer. l. in bello. §. si quis seruus.

Aut priuilegium dat causam, seu titulũ præscribendi, vt hic, & tunc dico ꝙ est titulus pro donato, vel pro suo. 11 Et vbicunq; † est titulus pro donato est etiam titulus pro suo, quia titulus pro suo est titulus generalis ad omnem titulum, quo dominium acquiritur. ff. pro suo. l. 1. titulus etiam pro suo est vbi quis credit sibi debitum ex stipulatione & traditur & vsucapitur pro suo, & præscribitur pro suo, sit sit error probabilis. ff. pro suo. l. hominem. & l. fi. in fi. & sic est casus. s. de præscriptio. cum olim, ibi, priuilegium cum dare videbatur libertatem, erat subreptitium sicut impetratum, lite pendente. s. ne lite pendente. c. fi. s. de testib. causam. 2. & sic non valebat, istud tamen priui- 12 legium † successori impetrantis dedit causam præscribendi, qui habuit bonam fidem, & iustam ignorantiam, que casu potest præscribi titulo pro suo, vt est dictum, & etiam pro donato. Nam vbi esset putatio supina, non esset satis pro titulo extimari donatum esse, sed donatum esse oportet. Sic intelligo. ff. de dona. l. 1. Respon. 1. ff. pro suo hominem. & l. fi. §. fi. Et secundum hoc potest intelligi. s. de his quæ fiunt a præl. sine consen. capit. cum apostolicam. s. de præscript. auditis.

13 ¶Nec mirum, quia error † quandoq; facit ius. ff. de su. pel. lega. l. 3. ergo multò fortius dare poterit viam ad acquirendũ ius per præscriptionem. vt d. iuribus probatur.

Hæc sunt vera quando præscribens nititur contra ius commune, sed si præter ius commune nitatur præscribens vtraq; tamen persona est talis in qua cadit id, de quo agitur, tunc seruabo ius commune, vt si duæ Ecclesiæ contendant de decimis, siue sunt in territorio tertiæ Ecclesiæ. s. de prẽscrip. ad aures. Secus si vna persona non esset capax. s. de prẽscript. c. cum causam. Et secundo casu prẽscribens, ante prẽscriptionem habet publicianam & actionẽ prẽtoriam, quẽ repel litur exceptione veri do- 14 minij. Et hẽc actio magna ẽquitate † innititur quẽ pre- t tulit habentem titulum non habenti, & potiorem t non potiori. ff. de publi. l. 1. & l. Paulus. & C. de edict. diui Adr. tollen. l. fin. [prẽdictis.] s. eo. §. si autem [annorum.] 40. minor enim prẽscriptio, non currit contra Ecclesiam. 16. q. 3. quas actiones [in possessione] non quacunq;, sed non violenta, non clandestina, quia sic possidentes de hoc debẽt pati pẽnam. vt ff. de vi & vi arma. & ff. qđ vi aut clam. per totum, ergo de hoc priuilegium vel prẽmium assequi non debent. s. de transla. Episcopi inter corporalia. §. sed neq;. ff. solu. matr. l. si ab hostibus. §. 1. j. eo. c. licet. § fi.

Idem dico de prẽcaria, quẽ nõ dat titulum prẽscribendi, licet sit iusta. ff. de public. quẽdam. §. interdum. Et est ra- 15 tio, iam ille qui precarie concessit, ex liberalitate † sua illiberalitatem reciperet contra contractus naturam, quod esse non debet. ff. de prẽla. l. 1. [non turbetur] contra constat de petitorio vnius partis, ergo probatione pendente debet fieri executio petitorij. s. de causa posses. & proprie. c. ad vltimum. & c. cum dilectus. & s. de consuetu. c. fi. ff. de rei vend. officium.

Sol. refert vtrum hẽc proponantur coram tertio & sic loquuntur cõtraria, aut coram altero cõtrahente vt hic, & tunc vbi est possessio libertatis & priuilegium exhibitum dans causam prẽscribendi, iste hoc ostendens in possessione nõ est turbandus, secus si iste solam prẽscriptionem allegaret. vt j. § proximò. Et est ratio, hic allegans grauatur in eo, ꝙ stat iuri corã aduersario, & ideo in alio 16 † releuatur. ff. de iureiur. l. eum qui. in prin. prẽsertim cum ordinarius sit iudex potest arctare aduersarium ne vagetur.

Item contra iudex non potest priuare partem possessione, nisi causa cognita. C. si per vim vel alio modo. l. 2. s. de symo. querelam. Ergo nec in hoc casu. & in §. sequen. turbabitur possessio tenentis.

Sol. vt dictum est in primo casu, nedum est possessio libertatis quẽ sola nõ impediret per iura prẽdicta, sed possessio adiuta titulo nedum proposito, sed etiam exhibito, quẽ facit hoc casu ne ordinarius possessionem sic adiutã, probationis articulo pendente, turbetur. Sed sola possessio non prodesset. vt in §. seq. & s. de consue. c. fi. & prædi u cta iura loquũtur vbi iudex est medius u inter duas partes.

ADDITIONES PROBI.

a VTANTVR. Quia in hoc sunt fundati de iure communi, & sic firmatur intentum Ioan. Mona. hic per id quod citat Soci. consi. 265. col. 4. versi. si verò & ter- 1 tiò, in causa fratrum, vbi dicit ꝙ id † quod competit ex priuilegio & id quod competit de iure communi non sunt idem. l. eius militis. §. militia missus. ff. de testa. mili. facit tex. in l. cum ex oratione. ff. de excusa. tuto.

Vnde dicit differentiam fore vt quis sit Imperator, & alius sit loco Imperatoris, quia quẽ dicuntur introducta pro primo dicuntur fauorabilia, quẽ pro secundo dicuntur odiosa, ideo dispositio quẽ dicitur de Imperarore, quẽ est fauorabilis, etiam ex rationis identitate, non dicitur extendi, prout nec debet ad eum qui locum habet imperatoris, dico de casu ad casum, per regulam quam 2 ibi citat ipse Soci. quòd dispositio pœnalis † non extenditur etiam ex identitate rationis de casu ad casum, nisi sit ratio scripta in lege, vnde ad hoc vt extendatur, duo requiruntur, quòd ratio sit scripta, & quòd sit eadem ratio, in casu ad quem volumus legem extendere. ita pulchrè declarant Io. Imo. & Do. in c. si post quàm. s. de elect. hoc lib. & isdem Ioan. Imo. multum latè. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr.

b ¶Fiat fides. Ratio, quia in dubio iurisdictio † debet ad 3 ordinarium referri. glo. no in l. 1. in glo. 1. in fi. ff. de iudic, Cy. in l. si quis ex consensu. C. de episco. audien. pro quo habes quẽ citat Freder. consi. 130. in fi. factum tale est, Quẽdam domus, ꝙ Episcopus cõstituendo vicarium generalem, nõ videtur committere, nisi ea quẽ competunt

sibi ratione ordinariæ iurisdictionis, nõ autem ea quæ sibi competunt ex delegata potestate.

¶Baptismalis. Adde Cardi.consil.26.casus super quo petitur.

d ¶Non habetur. Adde quòd hoc in casu testimoniũ de auditu sufficit.no.Doct.per illum text.in c.licet ex quadam.s̃.de testib.Dec.consil.148.num.5.reuerende pater.

e ¶Ita cadit. Ad hoc videtur facere illud vulgare, quod 4 † priuilegiatus contra priuilegiatum alium pariter non vtitur priuilegio. l.sed & milites.§.1.ff.de excusat. tuto. Dec.consi.221.num.6.non patitur.& consil.329.colum. 1.pro defensione.pro quo alleg.§.sed hoc præsenti.in Authen.de sanct.episco.

Vide quæ in proposito tradit Petr.de Ancha. consi.37. Contra Ioannem, vbi decidit, ꝙ si sunt duo impetrantes literas moratorias, siue quinquennales, ꝙ vnus contra alterum his non potest se tueri, per regulam nostram, vbi 5 subdit ꝙ non est verisimile, ꝙ Princeps † voluerit priuilegiare vnum contra alterum.arg.l.assiduis.C.qui potio. in pigno.habe.& l.qui duos.ff.de procur. Ratio regulæ videtur, quia nulla victoria fit a pari.l.non solum.§.de vno.ff. de rit.nupt. in simili vna præsumptio non præponderat alteri, sed remanet factum simplex ab omni præsumptione abstractum. Calca.consi.99.col.fi.item statutum.

¶In proposito tamen habes attendere, quòd priuilegiatus in specie debet præferri priuilegiato in genere. Bart.in Authen.quas actio.col.2. C.de sacrosanct. eccles. facit text.in authen.rogati.C.ad Trebel. sequitur Panor. in c.ad aures s̃.de præscrip.& in c.cum pro causa.s̃.de sen ten.excommu.

¶Et dato ꝙ ambo essent priuilegiati in specie, tamen ille præferri debet in quo est maior fauor. Bart.in extrauag.ad reprimendam.vers.aduersus.Docto.in l.Gallus.§. ille casus.ff.de lib.& posth. vtpotè in eo qui certat de dãno vitando, quia priuilegium illius præualere debet.l.verum.§.fi.ff.de mino.Dec.in d.consil.329. & in consil.præceden. vbi refert id dixisse in cap.pręsenti.s̃.de prob.

Ista possumus comprobare per ea quæ not.Ioan.Mon. in cap.accusatus.s̃.de hæreti.vbi dicit quòd magis priuilegiata debent anteponi. c.volentes. s̃.de offic. delega. & l.per minorem.ff.de iudic.

¶Ad idem quod reperio apud Dec.consi.382.num.4. verba testamenti. ibi, nam quando leges sunt generales, 6 illa quæ est † minus generalis pro specie reputatur. not. Dy.in reg.generi.& Bart.in l.1.§.hoc autem interdictum. col.pen. ff.de oper.no. nuncia. Et si sint leges speciales, illa quæ specialiter sit, attenditur, quia indiuidua derogant speciei.vt no.Bal.in l.hac consultissima.col.1.qui testa.face.poss.C.

¶Et paruum genus magno generi derogat.vt Bald.dicit in l.executorem. col. 6. versi.redeo ad materiam propriam.C.de executio rei iudica.Et ibi etiam concludit ꝙ illa qualitas, quæ paucioribus competit, facit dispositionem magis specialem.ratio videtur intuenti, quia magis speciale videtur vltimum statutum, ideo fortiores obtinet vires, quàm posterius, iuxta ea quę tradit Cy. in l.2.C. de testa.tutel.firmat Dec.consil.3.col.2. & diligenter prosecutus, vbi subdit ꝙ cęteris paribus attendi debet vltimum statutum.

7 ¶Et maior † specialitas magis iudicatur respectu personæ, quàm causæ. Bald.in l.1.versi.3.quæritur.ff.de offic. consul.& in l.executionem.col.6.ver.pone.duo sunt statuta.C.de executio. rei iudic. & in l.1. §.vbi autem.col.3. ver.illud scias.C.de cad.tollen.& in l.Gallus.§.ille casus. col.1.ff.de lib.& posthu.

8 ¶Et quòd magis † priuilegiata persona attendatur firmat Maria.Soc.consi.23.colum.antepenul.circa.facit qđ not.Alex.consi.55.num.15.quoniam causa.volu.5.quòd vbi persona priuilegiata in beneficio restitutionis in integrum, petit se restitui aduersus aliam personam, quæ similiter priuilegiata est, & quælibet tractat de damno vitando, agenti denegatur restitutio. l.verum.§.fina. & l.si minor. 25. ann. filio. ff. de minorib. secus si agens solum tractaret de damno vitando, & non reus, vt si agens peteret se restitui aduersus probationem iuris sui omissam, quam facere potuisset. Nam constito de lęsione, auditur, etiam contra aliam personam priuilegiatam.

¶Qui autem dicatur tractare de damno vitando, vide eundem Alex.consi.69.nu.12.circa primum.vol.5.

f ¶Sit sua. Dic ꝙ Princeps † cognoscit inter eum & sub 9 ditos suos.Panor.& alij in c.nouit.s̃.de iudic. secus inter se & non subditos, pro quo Soci.consi.231.colum.8.cum in præsenti.

g ¶Non suspectis. Dic ꝙ suspitio dicitur sufficiens † cau10 sa, vt litis fiat euocatio, per Principem, aut alium superiorem, qui euocandi causas potestatem habet, vt si allegetur suspitio contra præsidentem alicuius curiæ parlamenti, vel alterius, vbi conueniunt plures in expeditione negocij, quia vbi caput est suspectum, totum consilium potest recusari.Bal.in l.1.col.1.C.si rect.prouin.c.insinuante.s̃.de offi.deleg.c.quod suspecti.3.q.5.Feli.in c.causamq̃3. col.1. s̃.de offi.deleg.Alex.consi.40.col.2.perspectis.vol.2. Dec. consi.151.col.9.a fortiori dicit Petr.Rebuf.in repe.l.quod iussit.in 2.no.num.104.ff.de re iudic.quando omnes præsidentes siue consiliarij sunt suspecti. argu. cap.fina.s̃.de procura.

¶Si autem vnus eorum scilicet cõsiliariorum sit suspectus, an tota camera tamquàm suspecta possit recusari, breuiter videtur ꝙ non, pro quo habes regulam ꝙ vbicũque aliqui de vniuersitate vel collegio redduntur inhabiles, actus potest expediri per alios de collegio, qui sunt habiles.c.fi.s̃.de procura.c.gratum.s̃.de postul.præla. c.auditis.s̃.de elect.

Vnde propter personam vnius ex consiliarijs non debet impediri iurisdictio respectu aliorum, nec etiam alij poterunt ex hoc recusari, vt not.Io.And.in addi. ad Spec. in tit.de iudi.delega.in § fi.ita firmat in proposito Alexã. in consi.40.col.1.prospectis.volu.2.

h ¶Suspitione. Ad quam † allegandum videtur necessa11 rium speciale mandatum. Pro quo videtur vrgere quod no.Alexan.de Imo.consi.78.num.11.viso & diligenter. volu.5.dum dicit quòd suspitio & timor sunt passiones animi, vt de se patet & colligitur ex not.per Bar.in l.fin.in antepe.q.ff.si quis ali.testa.prohib.ad hoc.l.3. ff. ex quib. causis maio.& l.cõtinet.& l.rectè scribit.ff.qđ met.causa.

¶Facit quod subdit ibi in simili quod procurator sine speciali mandato libellum obscurum productum a dño, non poterit declarare, per no.in l.Pompo.scribit frumentum.§.fi.& ibi hoc no.Bal.& Ang.ff.de rei vendi.

¶Præterea. Dic ꝙ suspitio aliquando procedit ratione ignorantiæ, per ea quæ not.Dom.in cap.statutum.col.5. in glo.in versic.copia.de rescript. s̃.vbi videtur innuere, 12 quòd si iudex † ecclesiasticus assumit assessorem merè legista super causam merè canonicam, poterit vt suspectus recusari, idem dicas si causa erat subtilis, & assessor erat grossi ingenij.vt not.voluit Bald.in l.fi.C.de hæredi.insti. quem refert & sequitur Ias.in l.apertissimi. num.10. C.de iudic.Barba.in cap.fina.§.is autem.num.12.s̃.de offi. delega.& in c.dilecti.col.5.s̃.de iudic.Fely.in c.ex literis.col.6. s̃.de constitu.

¶Quod si cupis videre an aduocatus alterius partis possit in iudicem recusari, vide Iaso.in consil.135.super articulo. volum.4. vbi cum distinctione dicit quòd non.

i ¶Debent. Intellige, vt per Dec.consil.575.num.5.in casu in quo videlicet quòd id non procedat in parua & parui momenti suspitione, quia sicut de facili insurgit, sic etiam de facili remoueri potest.l.nihil tam naturale. ff.de reg.iur.& c.1.s̃.eo.

k Recusari. Adde vnum notandum in proposito, quòd 13 † in recusatione iudicum differentia reperitur inter ius ciuile & ius canonicum, quia de iure canonico oportet plenè probare causas suspitionis, sed de iure ciuili hoc non requiritur. vt not.in l.apertissimi.C.de iudic. & in c.cum speciali.s̃.de appell.& in c.suspitionis.s̃.de offi.deleg.not Petr.de Ancha.consil.263.subtiliter & ad plenum, quod placet Alex consi.104.circa primum.volum.5.qui vnum subdit ꝙ de iure ciuili tantum operatur sola recusatio quantum operatur de iure canonico recusatio & probatio causæ suspitionis, & pronunciatio super ipsis causis suspitionis & super ipsa recusatione.

In recusatione autem consultorum, tabellionum, & similium sufficit probare causam per iuramentum, cum ex ea non inferatur magnum præiudicium, & ita in facto indiuiduo cõsuluerũt pręfati Pet. & Alex.vbi s̃.allegãt pro

hoc

hoc. l. thesaurus. ff. ad exhib. & cap. ex literis. s. de restitu. in integr.

l ¶Vtroq; priuilegio. Lego aliud in proposito, videlicet du 14 plex † fore priuilegium, affirmatiuum priuilegium & negatiuum, affirmatiuũ, ꝙ decimas noualiũ exigere possit, negatiuum vero, ꝙ decimas noualium aliquis soluere nõ teneatur. Dec. cons. 147. col. 3. & pro tenui, vbi subdit ꝙ his concurrentibus negatiuum præualet. Bal. per illum tex. in l. Rufinus. C. de testa. milita. bene facit tex. in l. 3. §. liberti. & quod ibi no. Bar. ff. de suspect. tutori. vbi præualet regula negatiua, quando cum regula affirmatiua concurrit, 15 & negatiua magis † negat quàm affirmatiua affirmet. gl. sing. secundum Car. ibi in cap. cum dilectus. in ver. a suspẽsis. s. de consue. facit gl. in l. hoc genus. vbi Bar. ff. de conditio. & demonstr.

m ¶Confirmari. Istud comprobat Dec. consi. 271. nu. 19. in casu transmisso.

n ¶Ad cautelam. Quæ † non mutat naturam, nec actus 16 substantiam. l. testamentum. C. de testa. & l. quæ dubitationis. ff. de reg. iur. Corne. consi. 262. litera F. quod sumit initium pro euidentia. vol. 4. & est de mente Pet. de Ancha. consi. 343. præmitto in facto, & in hoc fundatur stilus nouæ prouisionis in beneficialibus, vt quando impetrasti ab ordinario, & dubitas de viribus illius, recurris ad Papam id exponendo, & de nouo prouide petendo, tetigi. s. in c. statutum. de præben. de qua, & prima potes ius tuum tam agendo quàm defendendo fouere, prout latè dixi. s. in c. vt quis duas. de electio.

¶Attende in obtentione huiusmodi secundę prouisionis, quia si primam a Papa obtinuisti, etiam dico secundam in forma, perinde valere (de quo latè scripsi, in c. cum in tua. s. de consue.) obtinere habes, non ab inferiore, quia ipsa obtentio secũdæ videtur quædam ingratitudo & delusio erga Papam, propter quod inducitur legitima causa priuandi eum, arg. c. fi. s. de dona. Panor. singulariter. in c. cum olim. col. 6. nu. 18. s. de re iudic. prout dicitur de vassallo, qui ab alio cognoscit feudũ. sequitur Feli. in c. in nostra. col. 3. s. de rescr. & post eum de Selua in 3. par. tract. benefi. q. 19. col. pe. qui dicit. Istud non procedere sine dubio in Papa, licet possit procedere in alijs collatoribus inferioribus, ideo potest sic dici, ꝙ si loquimur in Papa, qui contulit beneficium alicui & tunc non poterit haberi collatio ab inferiore, & ita procedant prædicta.

Istud etiã operatur appositio manus Papæ, propter quã clauduntur manus inferiorũ. Panor. in c. in causis. s. de electio. per tex. in passu vulgatum in c. nostrum. s. de appel. facit. c. executor, in fi. s. de conces. præbend. hoc lib.

17 Intellige de vtili & valida manus appositione. Quia † inutilis non afficit. Roma. cons. 335. quod sumit initium, circa primum consultationis. nu. 11. deci. Tholo. 436. & Pet. de Anch. cons. 399. intentio dñę Constantię. facit quod citat Panor. post Innoc. in c. inter dilectos. nu. 10. s. de exces. prælat. Quod si Papa mandauit beneficium conferri certæ personæ, quæ reperitur inhabilis ad illud, de cuius inhabilitate non extitit facta mentio per Papam, ratione cuius collatio dicitur nulla, quòd eo in casu potestas prouidendi redit ad ordinarium, quia Papa intendebat prouidere tantum illi personæ expresse, ideo cessante causa cessat & effectus. cap. cum cessante supra de appella. cum similibus, secus si adesse reseruatio, vel non expresse personæ descriptio.

Si vero loquimur de collationibus inferiorum, vt qa habuit collationem ab Archiepiscopo, & vult secundò habere ab Episcopo, tunc licet remaneat ingratitudo & possit fieri priuatio, tamen valida est secunda prouisio, si apponatur clausula in ea ꝙ propter id non intendit deludere. iuuat cum hæc protestatio cum appareat de mente & anima in quibus consistit iniuria & delusio, secus in Papa id procedit, propter reseruationem ex appositione manus causatam, & sic duo extant vincula vno fortiora. dixi in c. 1. supra de rescript.

Et sic in his habes casum notabilẽ, in quo nõ operatur secunda seu noua ꝓuisio, cui adde secundum notabiliorẽ si secunda tendat ad alium effectum, q̃ faciat prima, & sic sint difformes, vt in titu. & cõmenda, qui dñr tituli cõtrarii de sui natura, quia titulus dicitur perpetuus, & cõmenda temporalis, vt latè probaui in c. nemo. s. de electio. Ista elucidantur in propriis terminis, per Rom. cõs. 350. quod exorditur, in casu propositæ consultationis. in versi. quo ad secundum. num. 13. vbi vult ꝙ habens titulum in beneficio conferentem ius in re, si postea impetrat in commendam, desinit habere illum primum titulum conferẽtem ius in re. Et sic habet solam detentationem, quod cõprobat multis fundamentis, quę tamen non vrgent, quominus commendę hac nostra ętate in curia Romana expediri solitæ dicantur conferre ius in re, prout & tituli, vt latè etiam probaui. in d. c. nemo. Et sic distingue tempora, & concordabis scripturas. Ideo titulus & commenda, non dicuntur difformes, sic in eodem subiecto simul esse possunt, & per electionem vnius non tollitur effectus alterius.

Ex quo capite habeo in hoc casu non procedere regu-18 lam, ꝙ diuersitas nominum † inducit diuersitatem rerũ. l. si idem. C. de codicil. c. sedes apostolica. iuncta. gl. in ver. intelligantur. s. de rescript. c. ad audientiam. s. de deci. Tu tamen intellige regulam quo ad quid, & sic aliquam diuersitatem, non tamen quo ad omnia. per tex. in l. diffinimus, & ibi Io. de Pla. de agr. & censit. lib. 11. C. vt in casu hoc potest poni exemplum.

o Ex secunda. Vide quæ in proposito diximus. in c. vt qui duas. s. de elect.

p Extante. Verum ante mortem legatarij secus post, quia tunc non transmittitur ad hæredes legatarij, vt latè comprobat Ias. in consi. 30. in præsenti consultatione. volu. 3.

q Dic ꝙ non. Hanc opinionem refert & sequitur Domi. in consi. 96. col. 3. pro huius dubij.

r ¶Ergo contra. Adde ad comprobationem huius glo. in §. hæc namq; in ver. & supplicijs. in Auth. de testib. col. 19 7. Quod testi approbato † nihil potest opponi, licet nõ sit idoneus, etiam licet sit tacitè approbatus, quam dicit ordi. & sing. Bal. in c. 2. nu. 3. s. de testib. & in l. parentes. C. eo. & Fely. in c. cum inter. col. 8. s. de exceptio. dicit eam auream, pro quo videtur facere theorica iuris, quam ponit Inno. in d. c. cum inter. Quod vbicunq; de necessitate in aliquo actu perficiendo, requiritur aliquid quod non est in persona, in quam quis vult perficere illum, si ille actus in illam personam perficiatur, talis perficiens, videtur illam personam approbare. idẽ sentit Bar. allegando Inno. vbi. s. in l. cum mulier. col. 2. ff. solu. matri. quem alleg. etiam Fely. in d. c. cum inter. volu. 6. sub nu. 11. ver. vnde generaliter. Ias. in l. de pupillo. §. seruo. nu. 3. ff. de no. ope. nunc. qui alleg. Bald. & Ange. in l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. & Bald. in l. fi. 2. col. C. de edicto diui Adria. tollen. Anto. de Butr. in c. exhibita. in antepen. col. s. de iudic. cõprobat Cepol. caut. mihi. 203. quæ incipit. si factis aliquẽ citate & c.

s Nititur. Contra ius commune. pone exemplum, per ea quæ tradit Ias. in consi. 123. in fi. quod causæ. el primo, 20 ꝙ non † potest præscribi, ꝙ nõ appelletur ad Principem, quia hoc pertinet ad summam iurisdictionem, & tale ius superioritatis nullo vnquam tempore præscribi potest. l. competit. C. de præscript. 30 vel. 48 anno. Bald. in auth. quas actiones. col. fi. C. de sacrosanct. eccle.

t Et potiorem. Et magis speciale, minus † speciali atten-21 ditur & præualet, & quando duo cõcurrunt priuilegiati, maior ratio specialitatis attenditur, & si vtrunq; sit speciale, melior est conditio rei. Deci. consi. 147. in fi. ponit exemplum in dispositione respiciente personas, res vel causas, quia specialior est dispositio, quæ personas respicit, quàm res, vel causas. Bald. in l. 1. in 3. q. ff. de offi. con. & in l. executorem. col. 6. C. de executio. rei iudic. & in l. 1. §. vbi autem. col 3. ver. illud scias. C. de caduc. tollen. & in l. Gallus. §. ille casus. col. penul. ff. de liber. & posthu. pro primo dicto alleg. Bald in l. hac consultissima. col. 1. C. qui testa. face. pos. & Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. non obstantibus. col. 2.

Ex pręmissis video habere intentum, ꝙ cõcurrentibus mandatario & nominato, quibus per insinuationem ius ad rem est quęsitum. c. fi. de conces. pręb. hoc lib. Quis mãdatarius (qui dicitur fauorabilior) debet pręferri, ex hoc solo capite, licet id per iura Gallicana sit decisum. text. in concorda. in tit. de manda. apostol. in §. declarantes.

u Medius. Dic ꝙ iudex † debet esse medius, & vt quoddã 22 animatum iustum partis vtriusq; iura ęque perpendere, & quod medium & iustum fuerit iudicare. Philo. Ethico. 5. refert Per. de Anch consi. 208. in princ. iudex.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. VIII.

¶ Episcoporũ & aliorũ prælatorũ querelis frequẽtib, &c.

SVMMARIVM.

1 *Si aliquid est iniquum debet reduci ad arbitrium boni viri.*
Iustum est vt contemnens puniatur.
2 *Nullus potest habere priuilegium ne excommunicatos teneatur vitare.*
Priuilegium non datur alicui vt delinquat.
Non tenet priuilegium, prout nec pactum vel consuetudo, quo quis inuitatur ad delinquendum.
3 *Exemptio priuilegiatorum, ex tenore priuilegiorum colligitur.*
Veniat interpretatio, vnde concessio processit.
4 *Priuilegiatus delinquens per quem puniri debet, vide hic.*
Reatus omnem honorem excludit.
Miles ratione delicti, coram quo conueniri potest.
5 *Diocœsanus quando animaduertat in exemptum, hic dicitur.*
6 *Nocentes non debent permitti, aliquibus priuilegijs vti.*
Præses prouinciæ non sinat de legato Principis amplius facere quàm eorum legatio se extendat.
7 *Nil intelligitur per generale verbum concessum, quod taxatum ad specialem casum dat vitiosum intellectum, seu quod contra ius vel mentem concedentis importet, imo hæc exigi præsumuntur.*
8 *Priuilegiata iura non debent sub generalibus contractibus comprehendi.*
Parificantur, quòd quis intestatus decesserit, aut testatus, intestatus tamen quo ad illud de quo quæritur.
9 *Paria sunt quem simpliciter exemptum, aut aliàs exemptum quo ad illud de quo agitur, seu quæritur.*
Eadem res iure diuerso non debet censeri.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Priuilegium quando incipit esse alijs grauiter onerosum quid fiet, vide hic.*
Omne immensum incompetens est, iuxta illud, omne nimium vertitur in vitium.
2 *Consuetudo & pactum parem vim habent.*
3 *Tenor priuilegij ex quibus comprehendatur. vide hic.*
In materia feudali recurrendum est ad tenorem inuestituræ.
4 *Quando contra executionem sententiæ, non obstet exceptio nullitatis.*
Quando grauamen est notorium, non obstat clausula, appellatione remota.
5 *Iudices qui excedunt, non censentur iudices, sed priuati.*
6 *Clericus quando priuetur a laico vide hic.*
7 *Subditi qui dicantur secundum quid, & simpliciter.*
8 *Generale dicitur, quod stat in primo nomine sui generis.*
9 *Natura speciei, est specificare, non per modum generis.*
Dispositio generalis quid comprehendat.
10 *Priuilegium debet interpretari, vt non sit nociuum priuilegiato.*
11 *In priuilegijs sicut in dispensationibus habemus gradum positiuum, comparatiuum, & superlatiuum.*

a EPISCOPORVM. [a] Tria facit. Primò præmittit procemium ad dicenda. Secundò ibi, præsenti, ponit prohibitionem. Tertiò ibi [qui vero] in contra præsumentes pœnam ad alia statuta adijcit [iure,] id est, licẽtia Episcopi, vel speciali priuilegio s̃. eo. authoritate. §. 1. [conceditur.] s̃. eo. authoritate. 1. respon. [seu locis.] s̃. eo. authoritate. 2. respon. & dictis casibus exempti, secus faciendo sunt subditi ordinariorum. vt in d. c. authoritate. 3. respon. [officia.] s̃. eo. cum & plantare. § excommunicatos. j̃. de sen. excom. c. nulli. [sepulturam.] s̃. hoc lib. de vsur. c. 1. & 2. omnes [arbitrium] hoc si fuerit iniquum 1 † debet redigi ad arbiiriu m boni uiri. ff. de oper. liber. si libertus. & ff. pro socio. societatem. s̃. de iureiur. veniens. & c. Quintauallis [contempserunt] iustum est, vt contemnens puniatur. ff. ne quid in loco public. l. fi. ff. de re iudic. c. contumacia. 1. respon. & iudici contempto satisfaciat vt hic.

Sed quæritur vtrum Episcopus possit excõicare exemptos suæ diœcesis, qui scienter ad diuina recipiunt & sepelierunt excommunicatos authoritate ordinaria. Certum est ꝙ recipiendo præfatos excommunicatos delinquunt. s̃. eo. cum & plantare. §. excommunicatos.

¶ Item nullus se potest tueri priuilegio in præmissis faciendis, 2 nullus † enim potest habere priuilegium ne excommunicatos teneatur vitare, vt j̃. de sent. excom. nulli. ergo minus potest habere, vt eosdẽ excõicatos possit inhumare. Et est ratio quare hoc casu valere non potest priuilegiũ, quia priuilegiũ nõ datur alicui vt delinquat quis.

¶ Vnde priuilegiũ, quo homo inuitatur ad delinquendum, non tenet, [b] sicut nec pactum, [c] nec consuetudo, vt ff. de pac. dota. conuenire. s̃. de cõsue. c. ex parte. ff. de reg. iur. in eo quod plus. §. mulieribus, habes ergo ex narratis, ꝙ premissa de iure non possunt facere, nec in ei possunt priuilegiati esse.

Sed quid si faciant, an episcopus habeat cẽsuram ecclesiasticam in tales, hoc est difficile terminare, & est magis quęstio facti, quàm iuris. Nam exemptio 3 † priuilegiatorũ ex tenore [d] priuilegiorum colligitur, vnde de his non potest decerni, nisi eis visis & inspectis, quo casu si verisimiliter dubitetur, est ad Papam recurrendũ, vt ęstimet quem modum sui priuilegij esse velit, vt inde veniat interprætatio, vnde concessio processit. s̃. eo. porro & c. seq. ff. de transacti. de his, & ff. quemad. testa. aper. l. 1. §. 1. ff. de reg. iur. Neratius. & s̃. hoc lib. de off. ord. c. ordinarii. §. si vero, & s̃. de iudi. cum venissent. j̃. de sent. excom. c. inter alia.

Si ergo præfati super prædictis haberent priuilegiũ, seu possessionem libertatis, illud esset eis seruãdum secundũ priuilegii tenorem. s̃. eo. cum personæ.

Et tene formam d. Decreta. in procedendo contra quoscunque exemptos. Cum igitur non possunt esse in prædictis priuilegiati, vt ꝓbaui dico ꝙ in casu posito episcopus poterit [e] animaduertere in præfatos, etiã si aliàs sint exempti prædicti, quia in re non exempta deliquerunt in casu posito, præsertim vbi habere priuilegium non poterant, vt probaui. Et ideo dictis casibus poterunt per iudicem ordinarium iudicari, & in eos animaduerti, & de hoc. no. s̃. eo. tit. tuarum. & no. Innoc. in c. accepimus. eo. tit. aliàs incipit. Recepimus. idem no. j̃. eo. titu. in gl. communi. in c. cum & plantare. §. quod autem. in qua glo. iura sunt plura optimè facientia, quæ non pertracto.

Item si templarii in suis oratoriis apponant campanas & eas publicè pulsent, possunt per diœcesanum coerceri. vt s̃. eo. tit. patentibus, & dicit ibidem Innoc.

Nota priuilegiatos esse per censuram ecclesiasticã coercendos, si extra suorũ priuilegiorum tenorem expediãt. Cum igitur in prædictis non sint, nec esse possint priuilegiati, per diœcesanum poterunt coerceri.

4 Item priuilegiatus, † vtpotè habens dignitatem clarissimatus, si rapit virginem, vel fines aliorum inuadit, seu aliter quocunq; modo delinquit ordinarius loci, sicut præses illum puniet, nec se iuuabit per priuilegiũ, vt forũ declinare possit, ratio redditur, quia delinquit. Et reatus omnem honorem excludit, vt C. vbi senato. vel claris. l. prima [f] & hic lex habet cõtrariũ. C. de iuris. om. iud. l. magisteriæ, in qua hr̃ ꝙ miles, qui habet priuilegiũ ꝙ sub magistro militum debeat conueniri, nec in delictis nec in cõtractibus debet coram alio conueniri, nec etiam si in culpa fuerit, põt per alium, q̃ per magistrũ militũ coerceri. gl. ibidem post aliquas altercationes finaliter sic respõdet distinguendo. Refert multũ an miles conueniatur ꝑ delictũ [g] militare. Et sic solus [h] magister militũ cognoscit, vt quia vendidit arma, non est mirum, quia non est delictũ, nisi ratione, quia miles. arg. ff. de pę. l. quædam. Et sic loquitur d. l. magisterię. Aut conuenitur propter crimen nõ militare, sed cõe, quo casu ordinarius loci habet cognitionem & coertionem, si crimen est enorme, aliàs secus. C. de exhiben. & introdu. reis. l. 1. ff. de custo. reo. l. de militib. & l. non est. in fi. Ergo diœcesanus 5 † potest [i] animaduertere in exemptum, propter crimen commune, nec volo ꝙ animaduertat, si ipse non habeat tres tunicas, vel si potet vinum sine aqua, nisi suus prior faciat secũdum regulam claustralem. 18. q. 2. hoc tantum. s̃. de off. ord. graue.

Et ex dictis iuribus fuit sumpta Decre. Inn. quæ est maximum fundamentum in hac materia cũ sua gl. s̃. eo. hoc lib. volentes. Et facit ad hanc Decreta. optime. C. de priuileg. schola. l. 1. lib. 12. & s̃. eo. quoniam.

Et caue tibi, quia noui aliquos priuilegiatos contra tenorem d. Decreta. volentes, & tunc tene doctrinam. s̃. eo. cum personæ traditam.

Sed tunc quæro an dicta Decreta. per priuilegia data

ante

ante istius Decreta approbationē, in hoc volumine minuatur, an per data post tantum, quod videtur. s. in proœ. huius libri. §. fi. Contra dic quia Decre. volentes non mutatur, sed ipsa alias edita & approbata, hic iterum approbatur, nec nouum ad ipsum adijcitur.

Item dicit auth. non permittas nocentes aliquibus priuilegijs vti. in Auth. de manda prin. §. non permittas. col. 3: vnde dicitur alibi ꝙ si aliqui † delegati Principis venerint ad certam prouinciam, non debet sinere prouinciæ præses, eos amplius facere quàm eorum legatio se extendat. Et ita si excedant formam sibi datam, in eos poterit præses animaduertere. k in Auth. vt iud. sine quo. suffra. §. volumus. col. 2. ergo si excedant præfati priuilegia eis data, non possunt, & multò fortius si excedant in quo non possunt priuilegiari, vt est in casu posito, diocœsanus in eos poterit censuram Ecclesiasticam exercere.

Item iudex habens potestatem sibi concessam a principe, illud tantum quod est sibi concessum approbet specialiter & ꝓsequatur, nec alia vsurpet. C. de exact. & exeq. quicunq; lib. 12. cum igitur priuilegium in præmissis specialiter eis concedi non possit, vt probaui hic, nō possunt sibi vendicare ex generalitate.

Et alia ratione, nam nil † intelligitur per generale l verbum quod taxatum ad specialem casum dat vitiosum intellectum, seu quod contra ius, seu mentem concedentis importaret, imo hæc excipi præsumuntur. ff. de seruit. l. si cui. ff. de cond. indeb. l. si procurator. pe. Respon. ff. quando dies lega. ced. l. quod pupille. ff. de edil. edic. cum mancipium. s. de his quæ fiunt a maior. parte cap. c. 1. C. quæ res pig. oblig poss. alumnos.

Item priuilegiata † iura non debent m sub generalibus contractibus comprehendi. n ff. de testa. mili. l. 3. ff. de offi. eius cui mand. est iurisdi. l. 1. Respon. 1.

¶ Item ista parificantur ꝙ quis intestatus decesserit, aut testatus, intestatus tamen quo ad illud de quo quæritur, verbi gratia. Ab intestato dat lex legitimos tutores, pone ergo patrem optimè testatum, nihil tamen dixisse de tutella filij, adhuc dabitur tutor legitimus, quā lex dat, quia pater intestatus decessit quo ad illud de quo quæritur per regulam prædictam. ff. de legi. tuto. l. legitimos. in prin. & l. intestato. & C. si a non compe. iudi. l. 1. ff. si serui. vend. l. loci. §. competit. Ergo ista erunt paria † quem simpliciter exemptum, aut alias exemptum, non tamen exemptum quo ad illud de quo agitur o seu quæritur. Cum igitur prædicti non sint in casu prædicto priuilegiati nec esse possint (vt probaui.) Manifestum est Episcopum posse punire eosdem, & hæc distinctio ponitur. s. eo. cū capella.

¶ Nam licet canonici capellæ ductis Burgundiæ essent exempti simpliciter in certo casu ibidem posito nō erant exempti, vnde Episcopus in eosdem potuit punire, nec. dico eandem rem diuerso iure censeri p. s. eo. quia circa, quia hoc est verum circa idem capitulum, non circa diuersa, quod non est inhibitum.

ADDITIONES PROBI.

a EPISCOPORVM. Quo ad materiam tex. nostri vide Cald. in tit. de senten. excom. consi. 4.

b Non tenet. Istud firmo per doctrinam Io. And. Panor. & aliorum scribentium in c. peruenit. s. de immuni. eccl. ꝙ quotiens priuilegium exemptionis lędere grauiter incipit subditos, (vt quia princeps fortè multitudinem exemit, aut multitudo ad gaudendum priuilegio alicui ordini indulto ad illū ordinē confluere incipit, ex quo † quoceteri subditi grauiter lęderentur) potest officium superioris implorari vt exemptio tollatur, cū multitudo onerosa nihil habeat honesti, facit tex. in Authen. de refer. in prin. col. 2. vbi gl. no. ꝙ omne immensum incōpetens est. est. tex. in auth vt de. lit cler. nu. colla. 1. vbi etiam glo. no. ꝙ omne nimium vertitur in vitium.

Pro præmissis facit quod citat Ioan. And. in c. dilecti. in princ. s. de arbi. ꝙ si miles tempore quo nō extat memoria, cōsueuit in alterius nemore scindere ligna, vel homines vnius castri. ꝗ limites alterius sic scindere, vel animalia pascere, ꝙ tuenda est consuetudo. arg. s. de deci. c. cum sint. & c. cum apostolicæ. & ff. si serui. vendic. l. si quis diuturno. tamen si nemus vel pascua non sufficiant vtriusq;, præferentur dñi illorum. arg. s. de decimis. suggestū. & s. de verb. signifi. quid per nouale. & C. de serui. l. præses. c. 2. §. vbi autem. s. de decimis hoc lib. & c. fi. §. porrò. s. de offi. ordi. eo. lib. quod fit ne vsurarius sit domino fundi molestus. §. 1. Insti. de vsu. & habi.

Hinc est ꝙ renunciatio filiæ iurata nō extenditur ad paterna bona futura, si nimis forent post renunciationē aucta. tangit Bal. nu. 15. in c. cū M. s. de consti. & ibi Panor. & alij. firmat Ias. in auth. nouissima. nu. 10. C. de inoffi. testa.

Pro primo dicto vide Ioan. Mona. in c. indulgentiæ. de pęnit. & remis. punctum hunc latius deduco in tracta. de manda. apostol.

c Nec pactum nec cōsuetudo. Quæ † parem vim habent glo. rub. de Decret. decurio. lib. 10. C. Bald. in l. 1. C. de ser. fugi. Neapo. decisio. 258. postquàm.

d ¶ Ex tenore. Qui tenor † ex inspectione totius & coniunctione principij cum fine, seu cum sequentibus, non autem partis deprehenditur. Bal. in l. in ciuile. ff. de legib. Alber. Brunus consi. 39. col. 2.

¶ In proposito Io. Mona. in simili dic, Idem dicendum in materia feudali, in qua semper recurrendum est ad tenorem inuestituræ, quę vim contractus ostendit. c. 1. de duo. fra. a cap inue. tradit Ioan. de Ana. consi. 7. col. 2. vbi subdit, ꝙ conuētio domini & vassalli alterat & mutat ipsam naturam feudi, vt in toto titu. de feud. non haben. propr. natu. feu. quibus astipulatur vulgare, ꝙ actus ex cōuentione partiū legē accipiunt. l. 1. §. si cōuenerit. ff. depo.

Pro themate vide in simili quę citat Alex. in consi. 77. num 11. visis dubitationibus. vol. 3. ꝙ licet contra executionem sententię non obster exceptio nullitatis, quando latę fuerunt tres sententię conformes. vt in Cle. 1. de re iudic. tamē fallit si ex inspectione illius sententię apparet de nullitate, quia illa non intelligitur esse reiecta. no. Bal. & Saly. in l. 1. C. ne lice. in vna eademq; causa tert. prouoc. cum simiib. ibi per Alex. coadunatis.

¶ Probatur in simili, quia licet † appellatio sit remota, tamen non intelligitur remota vbi grauamen est notorium. no. glo. in c. ex conquestione. s. de restitu. spolia. adducit exemplum de promissione sine causa, quia hęc nullitas apparet notoria ex inspectione instrumenti.

Et pro eis quę primo dicta sunt loco, vide Neapo. deci. 265. nu. 202. illustrissime, ꝙ potius inspicitur tenor inuestiturę ꝗ̃ natura feudi. Nam natura feudi est genus, & inuestitura est species, quę derogat generi, meritò dicitur ꝙ tenor inuestiturę derogat omni naturę feudorum. istud firmant idem Neapo. decisio. 291. fuit declaratum.

e Poterit. Vide pro hoc Petr. de Ancha. consi. 164. col. 4. versi. contrarium dico. de iuribus & efficacia, vbi dicit ꝙ † quando iudices excedunt, non censentur esse iudices, sed priuati, pro quo habes quę in simili dixi de Papa delinquente. in proœ. in ver. interiectio.

Et sic concludit idem Pet. ibi ꝙ delegati & commissarij principum cū delinquunt iurisdictione abutendo, possunt coerceri per ordinarios. alleg. Cy. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi. opor. & Io. Mo. hic.

f ¶. L. prima. Adde glo. fi. post text. ibi. C. de exhib. reis. bonus text. est in l. 2. de priuileg. scho, la. lib. 12. C. dum dicit. ne sub prętextu concessi priuilegij vel flagitiorum crescat authoritas, vel publica vacillet vtilitas.

g Delictum mutare. De quo recordatur iurisconsultus in l. si quis filio. §. sed & si quis. ibi, militari delicto. ff. de iniusto rup. & irri. testa. & hoc delictum multifarie augetur. no. Pet. de Anch. consi. 277. col. 2. ex prædicta.

h Et sic solus magister. Istud verificare & per amplius cōprobare poterimus, per id quod videtur descriptum. in §. festinabis. in auth. de manda. Princ. colla. 3. Ex quo elicimus ꝙ clericus † officiarius Regis, vel alterius domini, potest priuari officio, quod tenet ab eo, si delinquerit in illo officio. idē si pro tali se gerens aliquid fecerit quod nō priuato, sed regio solū officiario cōuenit, pro quo habeo text. in l. 2. ibi, vel curialis, vel miles, vel clericus, prescribendū, deportandum, nō solū ciuitate Romana & c. vt nemo priuat. lit. & c. facit etiā quod citat Guil. de Mon. Laud. in Cle. pastoralis. col. mihi. 15. de re iudica. ꝙ dominus feudi quantumcunq; vilis etiā rusticus potest priuare feudo vassallū clericū propter feloniam per ipsum cōmissam, aut deneria nō facta, vel aliqđ aliud simile, istud firmat Io. And. cōtra Archid. in c. vno. col. 2. s. de cler. cōiuga. dicens omnes glosatores & modernos istud tenere. Ioan. Mona. Card.

Hanc quæstionem tangit Guido Papæ.q.239.secūdum communem, vbi dicit, hoc consuetudine patriæ Delphinalis cōprobari, prout testatur vidisse, & obseruari in curia parla. Delphina. idem dic in hoc Galliæ Regno, vt præscriptio hæc locum habeat, & quam Philippum II. Regē Franciæ, qui Augustus dicebatur seruare promisit, Inno. III. Pontifex maximus in personis Aurelia. & Altisiodoren. Episcoporum propter seruitia eidem Regi nō facta. de quo Gagui. lib. 6. c. 4. ad hoc inquit expugnandę arcis negocium, cum Pontifices Franci a Philippo præmoniti, armatos aliquod ex suis misissent. Soli Aurelianen. & Altisiodoren. Antistes detractate auxilium non formidauerunt, quamobrem cum Philippus eorum terras donec satis de contentu factionem fecissent, occupasset, Romanum Pontificem adeuntes Philippum, ne id faceret Pontificia authoritate prohibere, nisi sunt. At Pontifex Francorum detrectare nihil tentauit.

i Potest. Quia in eo non dicitur priuilegiatus, quia id nō reperitur in priuilegio expressum, prout in simili dicit Soc. consi. 209. col. 2. ver. 1. homines. licet nulla. ꝙ † si homines, vel vniuersitas alicuius castri se submiserit alicui Principi, seu ciuitati, cum certis pactis & capitulis ad quæ voluerunt esse obligati, tunc dicuntur subditi ſm quid & nō simpliciter, quā ad nō expressa nō tenentur, & haberi debent pro nō subditis. l. 2. ff. de iu. immunit. tex. in l. quęsitū. §. idē rūdit. ff. de fundo instr. & i l. cū Delanionis. §. cui fundus. eo. tit. ad idem quod in simili no. in l. non puto. ff. de captiuis. pro hoc facit quod no. Pet. de Ancha. cōsi. 26. col. 2. in quæstione. ꝙ cessante prouisione hoīs vel statuti reponitur quis in iure cōmuni. l. sed & milites. in princ. ff. de excusa. tuto. & l. si cum dotem. in prin. ff. sol. matr. (7)

k Animaduertere. De hoc verbo vide per Guil. in c. fi. ſ. de excep. hoc lib.

l Gnale. Illud gnale † dr̄ quod stat in primo nomine sui generis, pro hoc alleg. gl. rub. de rer. permut. C. (8)

Vlterius pro intento Io. Mo. hic adde Petr. de Anch. cōsi. 164. col. 3. de iuribus.

m Non debent. Quia maiori nota digna sunt, & sic in generali dispositione non includuntur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. c. quamuis. 1. de præben. ſ. hoc lib. facit quia † natura speciei est specificare, non per modū generis. l. hæres meus. §. statuę. ff. de leg. 3. Alex. consi. 70. magnificus. vol. 6. (9)

Vel dic ſm Dec. in consi. 536. nu. 8. in causa. ꝙ dispositio gnalis gnaliter intelligit̄ & cōprehēdit pſonas & causas priuilegiatis, quā in illo casu spāliter nō reperitur habere priuilegiū. vt est tex. & ibi Bal. in l. in fraudē. §. fi. ff. de testa. milit. Et ad hoc facit, qa dispositio gnalis oēs casus includit, dato ꝙ maior rō sit ī vno casu q̃ in alio. l. 1. §. quod aūt. ff. de aleato. l. 1. §. gnaliter. ff. de lega. præstan.

n ¶Comprehendi. Adde vnum satis ad propositum, ꝙ verba † priuilegij nunquàm debent interpretari, taliter ꝙ priuilegium posset esse nociuum priuilegiato. l. quod fauore. C. de legib. Ang. in l. diuus. in fi. ff. de testa. mili. facit quod no. Bar. in l. non tantum. §. si emancipatus. el 1. in fi. ff. de bono. poss. contra tab. ꝙ si statutum dicit quod scholares tractentur, vt ciues, in omnibus, hoc statutum intelligitur solum in fauorem scholariū, Ideo priuilegia quæ habent scholares vltra ciues non amittunt. vt no. Bald. in l. Rufinus. C. de testam. mili. vbi dicit, ꝙ si scholares debēt tractari pro ciuibus intelligitur quo ad fauorem, nō quo ad detrimenta. latè comprobat Dec. consil. 457. col. pen. in causa gabellę. (10)

o Non agitur. Sic verificatur ꝙ in exemptionibus † habemus gradum positiuum, comparatiuum, & superlatiuum, sicut in dispensationibus, de quibus per glo. 12. dist. c. nos consuetudinem. (11)

Vide pro hoc Io. And. hic. & Domi. in consi. 35. col. 2. attendentes.

p Cēteri. Adde l. cū qui ędes. ff. de vsu. Aret. cōs. 17. nu. 10.

Bonifacius Octauus. Cap. IX.

¶Per exemptionem Ecclesiæ concessam, &c.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicitur, capitulum talis Ecclesiæ hoc fecerunt, intelligitur. i. canonici representantes capitulum.*
2 *Genus comprehendit indiuidua propria, non communia.*
3 *Districtius est nomen canonici quàm clerici.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *An Episcopus in totum possit eximere suam ecclesiam.*
Episcopus non potest alium facere ordinarium in sua diocœsi.
2 *Episcopi subditus non potest a se retinere iurisdictionem episcopalē.*
3 *Ius reuerentiale pacto non potest remitti.*
4 *Episcopus in totum potest ecclesiam eximere.*
5 *Prælatus potest præiudidare in quærendis non in quæsitis.*
Indiuidua dicuntur, vt hic.

a PER EXEMPTIONEM. a Hæc Decreta. habet tria dicta. Primum, qui sunt exempti, ecclesia exempta. Secundum, qui sunt exempti, canonicis certæ ecclesiæ exemptis. Tertium, qui sunt exempti, clericis certæ Ecclesiæ exemptis, [ipsa ecclesia]. i. capitulum. ĩ. de verb. signifi. cum clerici. [ecclesiæ]. i. personæ b Capitulum repræsentantes. argu. ff. de fideiusso. l. mortuo. vt cum dicitur Capitulum talis † Ecclesiæ hoc fecerunt. i. Canonici representantes Capitulum fecerunt hoc, alijs modis accipitur ecclesia. vt not. ſ. ne præla. vices suas. c. querelam. Et ob hoc ecclesia, hoc casu propriè comprehendit illos qui iugiter eam integrant, vt sunt monachi, clerici, & cōuersi, & perpetuò oblati, nō sic presbyteri parrochię, vel eius parrochiani, quia isti sunt communes ecclesiæ, & Episcopo. Et genus † comprehendit indiuidua c propria non communia, vt no. ĩ. hoc lib. de reg. iur. in generali. d (b, 1, 2, c d)

Et ex hoc patet ratio. §. seq. & seq. Quia appellatio canonici vel clerici, non dat intelligere ecclesiam. no. in d. c. in generali. & in dictis. §.

3 ¶Est ratio quia districtius † est nomen canonici, quàm clerici, & ob hoc clericis exemptis eximuntur canonici, non econtra.

e Nec obst. d. c. cum clerici, quia e ibi fuit præmissum verbum clerici & subiunctum verbum ecclesiæ Placentinæ, vnde tam ex dignitate ecclesiæ cathedralis, q̃ ex præmisso verbo & alio subsecuto, verbum, Placentina ecclesia, capitulum id est canonicos Placenti. comprehendit duntaxat. arg. ſ. hoc lib. de præb. quamuis. 1. §. quamquàm.

ADDITIONES PROBI.

a PER EXEMPTIONEM. Et quia Scribentes hic non tangunt an Episcopus † possit in totum eximere a se Ecclesiam, ideo dic prima facie videri, ꝙ non, cum id habeat speciem alienationis, & sic præiudicaretur iuri & iurisdictio. Episcopi. c. antepeuul. & penul. ſ. de his, quæ fiunt a præla. ita dicit Freder. consi. 247. casus talis est, quidam Episcopus & Calde. in tit. de reb. Ecclesiæ non aliē. consi. 12. pro hoc alleg. Io. Andr. in c. cum venerabilis. ſ. de censib. & latè Panor. & latius per Collect. Card. & Pet. de Anchara. ibi; pro quo subdunt rationes. Prima est, quia Episcopus non potest facere alium ordinarium in sua diocœsi, sed sic transferendo ille, in quem fieret talis translatio, haberet ordinariam episcopalem, quod non potest esse 11. q. 1. cap. experientiæ. c. 2. cum glo. ſ. ne præla. vices suas. (1)

¶Secunda ratio, quia insurgeret (ratione huius abdicationis) absurdum vnum, quia qua ratione posset vnā ecclesiam eadem ratione & omnes, siue & alteram & alteram, & sic totam diocœsim eximere, sic remaneret Episcopus nomine, non re, quod videtur destructorium rei, iuxta vulgare, si re priueris nomen habere non mereris, quodq; esset contra no. in c. licet. ſ. de elect. quanto. ſ. hoc tit. vide quæ ſ. dixi. in c. fi. versi. Postremò. ſ. de constitu.

Itē aliud absurdū, quia id fieret in pręiudicium successoris, quod non pōt. arg. eorū quæ diximus. ꝙ Ep̄us non pōt exemptionem facere in præiudicium inferioris, putà Archidiaconi. c. 2. ſ. de excess. præla. multòminus in præiudicium paris. s. successoris. c. innotuit. ſ. de elect. & l. ille a quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. cum simil.

2 ¶Item subditus † Episcopi non potest a se retinere iurisdictionem episcopalem. c. si diligenti. & c. significasti. ſ. de

s.de foro compet.& s.de renuncia.c.admonet.Ratio potest esse, quia iurisdictio Episcopalis dicitur publici iuris, c.ius publicum.1.distin.& talia nõ remittuntur.l.ius publicum.ff.de pact.& d.c.si diligenti.

Item subditus non potest executere a se iugum subiectionis, & ex consequenti prælatus onus prælationis.

Item Episcopus in consecratione se obligat ad curam animarum & Ecclesiarum ex voto.s.de renunciatio.c.nisi.§.verum, quod votum sic inheret ipsius ossibus, quod illud excutere a se non potest.c.cum ad virum.s.de regula.& c.cum ad monasterium.s.de statu monacho.vnde etiam zelo spiritus ad religionem sine Papę licentia non transit.c.licet.s.de regula.& d.c.nisi.in fi.imo etiam nec longe peregrinationis votum emittit cum effectu.c.magnæ.s.de voto.

¶Ex quibus & alijs per sanum cerebrum excogitandis videtur concludendum in puncto, quod Episcopus in totum Ecclesiam non possit eximere, & a se iurisdictionem Episcopalē omnimodam abdicare quantumcunq; generaliter eximat, prout diximus de patrono, qui quantumcunq; plenè & liberè eximat siue liberet, quædam tamē iura retinet in liberto, videlicet reuerentiam & ius competens aduersus ingratos.l.3.C.de bo.liber.

Idem igitur dicemus de Episcopo quantumcunq; generaliter eximente, vt aliqua excipiantur, que per Panor. in d.c.cum venerabilis.connumerantur, vsque ad octonarium numerum, & aliter præter illa, remittit Episcopus cum causa, & de consensu capituli, sine quibus non potest Episcopus iura Ecclesiæ suæ alienare.c.pastoralis. s.de dona.hanc opinionem firmat Panor.in c.cũ olim. el 2.in 4.no.s.isto titu.& in c.cum inter.nu.13.s.de re iudic.vbi Fely.col.2.hanc partem comprobando.alleg.Bal. in l.fi.C.de bo.liber.vbi per illum tex.dicit Oldra.dixisse Episcopo Rauennaten.ꝙ monasterium exemptum per Episcopum a iurisdictione Episcopali nõ est exemptum a iure reuerentiæ, ideo si clerici tenentur ire processionaliter obuiam Episcopo, isti etiam tenebuntur.vt no. ibi Ang.qui in l.sed si hac.§.patronum.in fi.per illum tex. ff.de in ius voc.Idem Ang.& Ludo.Roma.in l.alia.§.eleganter.ff.solu.matr.per illum tex.dicunt, quòd exemptio facta per Episcodum de clerico, non eximit eum a reuerentia, facit dictum Cy.in l.nec honore.C.de Episco.& cler.vbi dicit ꝙ † ius reuerentiale de quo.in l.ad egregias. ff.de iureiur.non potest pacto remitti.

3

Licet prædicta opinio sit iuribus, rationibus, & authoritatibus comprobata, pro parte tamen contraria, habeo glo.in summa.25.q.2.quæ dicit ꝙ Episcopus † in totum potest Ecclesiam eximere, quam firmat pluribus rationibus. Cald.consi.5.in tit.de reb.eccle.non alie.Oldra.cõs. 244.num.6.ad obiectus.& consi.172.num.8.quia omnes ferè obiectus.

4

Deci.consi.152.nu.3.in causa exemptionis, volens cõcordare has opiniones, dicit, ꝙ vbi exemptio facta est per Episcopum cum consensu capituli & subscriptione canonicorum ꝙ tunc valet, secus si absq; consensu capituli facta fuisset, & ita loquitur Feder.vbi.s.& est de mente multorum Scriben.quod non placet Fely.in d.c.cum inter.col.2.qui dicit ꝙ prima opinio videtur communior. Ideo tenenda, ꝙ Episcopus non possit in totum a se Ecclesiam eximere. saluo, nisi concederet exemptionem omnimodam in creatione Ecclesiæ. Quia tunc cum non sit adhuc quæsitum Episcopatui ius superioritatis in Ecclesia fundata, fortè potest eam in totũ eximere per hoc quod habetur.in c.fraternitatem.s.de dona.& per glo.in reg.delictum, cum similib.vbi dicitur ꝙ prælatus † potest præiudicare Ecclesiæ in quærendis licet non in quæsitis, quia leuius tolluntur quærenda, quàm quæsita. dixi post Ioan.Mona.in c.si pauper.s.de præb.

5

Profectò nõ videtur in iure sustentabile, ꝙ Episcopus, etiam cum cõsensu capituli in totum possit eximere Ecclesiam, nisi id per Papam confirmetur ex certa scientia, quia tunc valet plena exemptio.c.cõstitutus.s.de religio. domi.& in hoc conuenit tota iuris Pontificij schola, quæ addit alios casus, videlicet, quando sic iudicatum est, nec appellatum reperitur.d.c.cum inter.Item quando sic prę scriptum esset, non tamen tamquàm a subdito, sed nomine non subditi, alias resultaret quædam implicatio contradictionis, scilicet ꝙ esset subditus & non subditus, contra, l.iudicato.ff.de excep.rei iudic.& l.cum qui ed es.ff.de vsucapio.esset enim tamquàm contra substantiam rei, quod non venit admittendum per ea quæ diximus.in c. vnico in versi.Item ista consuetudo.s.de cleri.non resid. quod firmare habes, per ea quæ voluit Oldra.d.consi. 172.num.5.

Adde alium casum in quo valet exemptio in totum, quia Papa sic exemptionem concessit, & sic loquitur tex. noster.refert Cardi.in d.c.cum venerabilis.nu.6.& tunc omnia ea quæ alias per concessionem Episcopi non transeunt censentur transire etiã ius reuerentiale, dicit Fely. post Panor.ibi in d.c.vum inter.col.3,

b .i.personæ.Ioan.And.hic in nouel.dicit, ꝙ hæc lectura non procedit.vt patet.j.proximis responsis, vbi exemptis canonicis qui capitulũ faciunt vel clericis, non est exempta Ecclesia, ergo oportet pro loco recipi, quod videtur placere Domi.hic col.1.quem vide.in consi.46.col.3.an de relicto.

c ¶Indiuidua. Adde ꝙ vno modo dicitur indiuidua illa per solutionem partis, non afferunt tantum vtilitatem in parte respectu partis, quantum in toto respectu totius. l.in executione.§.2.cum sequen.ff.de verb.oblig.Petr.& Bart.in l.stipulationes non diuiduntur.in 7.oppo.& 2.q. ff.eo.quod placet Alex.in consi.186.nu.10.visis.vol.2.

Et quid dicatur indiuiduum vide per Areti.in consi. 16.vbi ait ꝙ quando pluribus hæredibus iniungitur aliquid indiuiduum faciendum, tunc ab aliquo non potest impleri pro parte, secus si aliquid sit dandum a pluribus. Quia conditio dandi diuiditur inter hæredes, vt ille qui implet pro parte sua, partem suam emolumenti consequatur.Docto.in l.si plures.C.de conditio.inser.

d In generali.Istud comprobat Pet.de Ancha.hic 3.no.

e Quia.Ioan.And.hic in nouella dicit, ꝙ non capit hæc verba Ioan.Mona.Ideo vide Domi.hic col.fi.ibi vel soluere posses ꝙ hic Ecclesia præfertur in materia proportionabili omnibus, tam canonicis quam conuersis & oblatis, quia exemptio omnibus istis est proportionabilis, sed in contrarium non sic. Quia iuramentum de obediẽdo Ecclesiæ non est proportionabile nisi Episcopo & capitulo, ad quos spectat iurisdictio.c.cõquerente.s.de offi. ordi.& d.c.cum olim.& c.his quæ.s.de maior.& obedien. prout in simili dicit Soci.consi.285.col.penul.versic.3.respondeo. Reuerendissimus Do. Car.ibi cum indultum loquatur de ordinarijs in materia non proportionabili inferioribus, non includit ordinarios inferiores diœcesanis, secundùm glo.& Docto.in c.quamuis.in ver.diœcesanis.s.de foro cõpe.gl.& Docto.in Cle.1.de iure patr.

Vide quæ in argu.tradit Pet.de Ancha.consi.369.col. 2.super isto dubio.& Ant.de But.consi.19.col.4.quia hic agitur de potestate Episcopali.

¶Bonifacius Octauus. Cap. X.

¶Si Papa in aliquo priuilegio vel scriptura &c.

SVMMARIVM.

1 *Narratio non probat sed probatur.*

Rasura in nominibus possessionum narratorum non vitiat instrumentum.

2 *Quandoq; est priuilegium dans exemptionem, & quandoq; articulum exemptionis.*

Per modos expressos alijs modis legitimis Papa derogare non proponit.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Verba enunciatiua quæ dicantur.*

2 *Consanguinitas & filiatio probatur verbis enunciatiuis, seu narrans directè & propter se prolatis.*

3 *Epistola operatur præsentiam.*

4 *Verba narratiuè prolata in suam quando probent.*

5 *Verba narratiua instrumenti antiqui an probent fines territoriorum.*

6 *Probatio finium est difficilis & quasi impossibilis.*

7 *Verba legis vel statuti enunciatiua non inducunt ius in eo quod narratur vel enunciatur.*

8 *Rasura quando non vitiet, & quando vitiet.*

Propter modicum defectum non debet vitiari rescriptum.

a SI PAPA. a Hæc Decre. ponit casus, seu modos quibus datur, vel non datur exemptionis libertas. Secundò, ibi. §. [licet] remouet dubium quod posset ex narratis suboriri. Et de hac materia not. Inn. s. eo. recepimus.] pro- 1 bata.] Et est ratio, narratio non probat, † sed probatur, b b & inde est q rasura in nominibus possessionum narrato- c rum non vitiat c instrumentum. s. de fide instru. ex literis. [iudicari.] Et est ratio, quia ista faciunt ius, seu tribuunt vt j. sequitur [pertineant.] s. hoc lib. in procem. 1. respō. [debeant.] s. eo. in his [non existant.] j. hoc lib. de verb. signific. veniens. 1. respon. [dici debet.] s. eo. recepimus. [soluant] hæc clausula & sequens libertatem plenam cōcessam, & alibi sequens articulum libertatis concessæ secundum præcedentia ipsam clausulam intelligitur. Et sic nota illud diuersificari secundum adiuncta. ff. de verbo. signifi. qui venenum, [subiecti] in præmissis euidenter pa- 2 tet distinctio. Quod quandoq; † priuilegium dans exem- d ptionem, d quandoq; dat articulum exemptionis. s. eo. volentes §. in eos. j. hoc lib. de verbo. significa. veniens. [derogari.]

¶Nota ergo q per modos expressos, alijs modis legitimis Papa derogare non proponit.

ADDITIONES PROBI.

a SI PAPA. Hic est sedes materiæ verborum enunciatiuorum, quæ sæpius in actibus mortalium accidunt, ideo, vt aliqua materiam ipsam concernentia in præsentiarum habeamus, præsupponendum venit, primò, quòd 1 verba † enunciatiua sunt illa, quæ sunt proœmium, seu præambulum, sed non ipsa dispositio, sunt etiam verba enunciatiua illa, quæ non stant per se, nec sistit voluntas in eis, sed transeunt, & non est verbum principale orationis. Sed dispositiua stant per se, quia enunciant principaliter propter se. ista est doctrina Bal. in l. 1. col. 2. C. de fal. causa. adiect. lega. alleg. id quod habetur in l. ex hac scriptura. ff. de do. no. idem Bal. in l. si voluntate. C. de fideicom. liberta. & in auth. ei qui. C. de bo. autho. iud. pos. prædicta placent Alex. consil. 82. col. pen. viso processu. vol. 3. & Neapol. decisi. 93. in causa.

¶Alex. consi. 181. col. 2. viso processu causæ. vol. 7. vbi aliquantulum tangit materiam ipsam vbi dicit, q filiatio, 2 seu consanguinitas probatur verbis enunciatiuis, seu narratiuis directè & propter se prolatis. arg. tex. nostri. & d. l. ex hac scriptura. & tex. in l. quidam. ff. de proba. vbi illa cōfessio plenè probat, nisi contrarium probetur, facit quod no. Bal. in l. non epistolis. C. de proba. dum dicit quòd verba assertoria alicuius parentelæ descripta in epistola probant, donec probetur contrarium per d. l. non epistolis. & subdit q propter epistolam non curatur aliter de præ- 3 sentia partis, quia epistola † operatur perinde, ac si confessio facta foret parte præsente. l. publia. §. fina. ff. depo. quod placet Saly. in d. l. non epistolis per d. l. publia. §. fin. iuncta. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & l. fi. ff. de interro actio.

¶Et dicit Saly. vbi s. quòd verba scripta in epistola continente sororitatem vel fraternitatem scribentis, seu mittentis epistolam & illius ad quem mittitur, si verba ipsa sunt emissa confessionaliter & dispositiuè probant præsumptiuè rem sic esse, donec probetur contrarium per d. l. publia in fi. & l. Lucius. ff. deposi. & ita dicit se intelligere. l. fi. in prin. ff. de prob.

Si autem sunt verba narratoria, & tunc aut principalis materia de qua scribitur in epistola coadiuuat verba narratoria esse vera, vt in hoc exemplo. Scias soror mea q talis frater noster decessit. & ob hanc causam hæreditatem habemus communem, vnde si tibi placet venias, vt eam diuidamus; & talia verba probant præsumptiuè, ita esse donec probetur contrarium, & ita secundum eum potest intelligi. d. l. non epistolis. cum simil. Aut principalis materia non coadiuuat verba illa narratiua, quia prorsus ab illis est extranea, & tunc non probant etiam præsumptiue, nec eis statur, nisi alijs adminiculis, putà quasi possessione illius fraternitatis coadiuuetur. per no. per gl. fi. in l. non nudis. C. de proba.

Et sic ex præmissis habes limitare dictum Io. Mo. hic, q narratiua non probat, sed probatur.

¶In puncto thematis habeo vnum notādum, quod citat Alex. consi. 213 num. 3. vers. visis ac ponderatis. vol. 7. 4 quòd quando † in sententia enunciantur aliqua acta etiā tamquàm prærerita, & talis sententia est lata vtraque parte præsente & non contradicente, talis scriptura sententię probat illa acta enunciata præcessisse. l. 1. & ibi Bart. C. de relatio. no. Innocen. in c. cum in iure. s. de offi. delega. Bar. in l. fi. in fi. per illum text. ff. quando appel. sit. & in l. acta. ff. de re iud. & alij per eundem Alex. ibi adducti.

3 ¶Indiuiduum. Pone † instantiam in tutoris officio, quia certę rei,vel causæ tutor dari non potest. §.certę autem rei. Instit.qui testa.tuto.da.pos.& l.certarum rerum. ff.de testa.tutel.not.Dec.consi.479.num.5.in controuersia.pro quo vide quæ tradit Ias.consi.53.statuto vol.3.

Pone etiam instantiam in Decreto iudicis, quod dicitur indiuiduum no.Neapol.decisio.218.petita.

Idem de iuramento quod dicitur etiam indiuiduum. Soc.consi.155.col.penul.quod exorditur, præstantissime Doctor.

Pone etiam exemplum in aliqua feudi natura, de qua meminit Dec.consi.445.num.3.in casu ad me transmisso de inclita insula Siciliæ, vnum subdit in diuisione indiuidui,vt totum vni assignetur. Et altera pars,quæ feudo priuata erit pro parte sua dimidia, debet ab altera parte cum pecunia recompensari.l.3.ff.finium regun.§ si familiæ.& §.sequen.Insti.de offi.iudi.quæ partitio habet locū in quibuscunq; rebus, maximè quando reperitur res dubia,pro quo.c.afferte s̄.de præsumptio.l.& hoc Tiberius Cęsar. ff.de hæred.inst. quos text.inducunt Anto.de But. & Pet.de Ancha.consi.240.inter contraria varia in ordine.cons.Pet.de Ancha.vbi concludunt. ꝙ vbi dubia sunt iura partium, & quælibet pars aspirat ad lucrum, quod ęquitati & iustitiæ consonat,vt inter partes litigātes ęqualiter res diuidatur,ita iurisconsu.hanc viam mediam eligit in casibus dubijs.l.sed & si lege.§ adeo autem.in fi.ff.de peti.hæred.firmat idem Dec in c.1.num.10.s̄.de proba.Et id procedit maximè quando partes diu litigauerunt & res intricata est,quia tunc contra regulam iuris,iudex ad concordiam compellit.c.placuit.90.distin probant Panor.& Fely.in rub.de treug.& pac.

Pro.d.regula vide eundem Panor.in c.fi.in 4.not. s̄.de maio.& obedien.pro qua facit.l.congruentius.C.de patr. potesta.vbi Imperator id suadet inter coniunctos quod facere norunt aduocati,procuratores & iudices nonnulli postquam succus partium est omnino sublatus.

¶Bonifacius Octauus. Cap. V.

¶Fœlicis recor.Hono.Papæ III.prædecessoris nostri &c.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium maius est,quantò persona passa maior est.*
Socij criminis pari pœna præcelluntur, cum par facinus eos concomitetur.
2 *Solum mandatum iure communi non ligat,nisi fuerit iniectio secuta.*
3 *Receptatores cum latrone recepto pari pœna puniuntur, nisi fuerint consanguinei,vel affines.*
4 *Regulariter bona damnatorum fisco non applicantur.*
5 *Recta linea quæ dicatur,vide hic.*
6 *Indignus dignitate,non est propter hoc indignus beneficio.*
7 *Quæ dicuntur vicinæ, vide hic.*
8 *Verbum cautionis nudam promissionem comprehendit.*
9 *Nudum consilium quid dicatur.*
10 *Qui participat cum excommunicato maiori excommunicatione incurrit minorem.*
11 *Quomodo quis obligetur ex consilio,hic deciditur.*
12 *Pro mensura peccati,erit & plagarum modus.*
Mensura & mensuratum debent esse æqualia,sicut relatiua,quæ posita se ponunt.& perempta se perimunt.
Omnis iustitia est æqualitas.
13 *Qui iniustum facit habet malum culpæ,& qui iniusta passus est, nihil habet de malo culpæ.*
14 *Culpa proportionari debet pœnæ & econtra.*
Qui nouis debeant subdi supplicijs,hic vide.
15 *Absolutus semel de crimine,iterato accusari non potest.*
Paria sunt absolutum esse & condemnatum esse & soluisse.
16 *Absolutus simpliciter in omnibus est absolutus.*
17 *An vniuersitate punita, peti poterit, vt aliqui de vniuersitate puniantur.*
18 *Alia pœna cadit in peccatis vniuersitatis, & alia in peccatis singulorum.*
19 *Vbi Papa, ibi Roma est.*
20 *Denominatio fit propter eminentiam vel aliam causam.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Maius quid dicatur hic vide.*
2 *Maleficium consistit in faciendo non in omittendo, quia dicitur quasi male factum.*
3 *Quantum plus crescit puella,tantò plus in ea impendendum est.*
4 *Infectio tantò plus inficit, quantò dignius est illud quod inficitur.*
5 *Maior est infectio in viro malo,quàm in muliere mala.*
6 *Quando fidelis grauius peccat quàm infidelis & econtra, vide hic.*
7 *Vicini qui dicantur.*
8 *Iuratoria cautio sufficit,vbi alia dari non potest.*
9 *Scientia multum operatur vt hic.*
10 *In quantitate contemptus metitur Deus quantitatem reatus.*
11 *Quis duabus legibus reus non fiat.*
12 *Vniuersitas quando dicatur delinquere,hic dicitur.*
13 *Maior est vis animi quàm corporis.*

a FOELICIS. a Hæc Decreta diuiditur in quatuor partes. Primò ponit de Cardinalium insecutoribus & complicibus eorum citra mortem. Secundò §.[si quis verò] de eisdem cum mortis illatione. Tertiò.§. [per hoc quoque] remouendo dubium exprimit potestates seculares habere facultatem vtendi legibus contra tales, quas Principes sæculares contra sacrilegos ediderūt.Quartò.§. [qua,ꝑpter] Principes & rectores hęc omittētes pęna luit.

Prima diuiditur.in 7.primo pęnas dictis insecutoribus & complicibus eorum infligit.secundò.§ [quod si quis] ipsorum filijs. tertiò. in §. [præsenti] dictis insecutoribus pœnam aliam adijcit.quartò §.[cum autem] quid dictis insecutoribus & eorum complicibus sit iniungendum, cum fuerint absoluendi,& quid eisdem absolutis permittatur.quintò.§.illud autem] quæ pœna prædictis imponatur,cum nudo consilio,vel simplici fauore culpabiles fuerint.sextò.§.[cæterum] tractatur de pœna collateralium dictorum insecutorum. septimò. §. [præmissis] ponitur pœna insecutorum clericorum, vel religiosorum familiarium Papæ,vel Cardinalium [sacrilegij genus] †quod est maius,b quantò persona passa c maior est.ff.de re militari.l.2.& 4 Et sic in alijs habetur.C.de episc.& cler.l si quis in hoc.& j̄.eo.§.illud.[socius] socij criminis, cum eos cōcomitetur par facinus,pari pœna præcelluntur.C.de epi.& cler.si quenquam.in fi. Auth.vt fra.fil.in fi.collat.9.2.q.1.notum.76.distinct. facientis. & j̄.de senten. excommu. quante.& cap.nuper.§.1.& ff.ad leg. Aquil. l.Item Mela. §.si alius. & §.sequ. & ff.de his quæ deiecer. l.1. & § fina. cum.l.sequen.& sequen.& 23.q.8.cap.fina vbi optimè distinguitur [mandauerit] d ctis modis & sequentibus quis facere videtur. j̄.hoc lib.de regul.iur.qui facit per alium. 50.distin.si quis viduam.Instit.de obliga. quæ ex delicto nas.§.interdum quoque [ratum habuerit.] Sed nunquid requiritur factum nomine ratificantis, videtur quòd sic j̄.hoc lib.de reg.iur.ratum.& j̄.hoc lib.de senten.excomcum quis.2.Respon.

Contrarium dic, vt hic sit speciale contra dictas regulas, sicut video. j. eo. §. præsenti. Nam canon, si quis suadẽte. 17. q. 4. requirit iniectionis actum. Nec † mandatũ iure communi ligat solum, nisi fuerit iniectio insecuta. vt no. j. de sen. excom. mulieres. §. fi. Cuius contrarium est hic, vbi sola insecutio punitur pęna dicti canonis, [consiliũ] non nudum. j. eo. § illud [fauorem] non simplicem. j. eo. 3 §. illud. [receptauerit] receptatores cũ latrone † recepto pari pœna puniuntur. ff. de recepta. l. 1. nisi fuerit consanguineus vel affinis. vt d. l. 2. [defensauerit] hic grauius pec cat. 24. q. 3. qui aliorum. 11. q. 3. c. qui cõsentit peccantibus [sicut reus] posita sic culpa. Nunc sequitur pœna multiplex, nec mirum, cum culpa grauius præcesserit [damna- 4 tur & sua.] Quia licet regulariter † bona damnatorum fisco non applicentur. C. de bo. damna. auth. bona fallit in bonis eorum, qui tenentur crimine lesę maiestatis, quo crimine iste inuoluitur. vt s. habetur. Nec credo hic habere locum distin. ff. de interd. & relega. l. 3. propter criminis immensitatem. Et multa hic introducta sunt contra iura cõmunia, & illa distinctio est de bonis acquisitis, vel 5 paternis, [per rectam] quam vocat hic † rectam lineam descendentiũ. Credo ipsos descendentes per lineam masculinam, vt hic statim sequitur. arg. s. eo. c. proximò [põtificalem] hic si nõ exprimeretur, appellatione beneficij non contineretur. no. j. hoc lib. de reg. iur. in generali. Simile no. Inno. s. de concess. præb. dilectus [nulli] priuauit filios insecutorum prædictorũ obtentus beneficijs, nunc ipsos reddit inhabiles ad honores Ecclesiasticos & mundanos, [postulandi,] id est, aduocandi. ff. de postul. & s. de postul. [ad beneficium.] Sed nunquid hoc dixerat. s. vers. e nulli, dico ꝙ dixerat in genere, hic magis in specie[e]. Quia 6 indignus † dignitate, non est propter hoc indignus beneficio, iuxta regulam. ff. de interd. & relega. relegatorum, ad finem, & si idem repetat, est causa maioris & exaggrega- 7 tionis & assertionis [vicinarum] Sed quę † f dicantur vi- f cinæ, dic quæ nõ distant vltra duas dietas legales g. s. hoc g lib. de præb. præsenti. §. loca [articulo] hoc est regulare. s. de offi. ordi. pastoralis. §. 1. [Sufficienter] Sed quæ est sufficiens, dic illa quæ fit per pignora vel fideiussores. ff. manda. l. si mandato. §. Paulus respondit.

8 Sed verbum † cautionis, nudam promissionem comprehendit. C. de ver. signi. sancimus. Sed si non potest hoc casu dare cautionem sufficientem prædictam, quid fiet? h dic ꝙ dabit iuratoriam h. C. de epis. & cler. auth. generaliter. C. de asser. tollen. l. 1. §. super peculio, vel cauebit sub ypotheca rerum suarum. ff. vt lega. no. cauea. filio. in fi. [vltra mare.] Quid si christiani nihil vltra obtineant, dic hãc pœnam in aliam commutandam. arg. ff. de admi. rer. ad ciuita. pertinen. l. legatum. ff. ad legẽ Pompe. de parricid. l. pœna. ff. de inter. & releg. l. relegatorum. 1. Respon. [acquisitis.] ff. mand. si mãdauero. §. is cuius [nudo cõsilio.]

Sed quid dicã nudum consiliũ, dic homo dr̃ nudus, si 9 non est indutus. s. §. proximò. Et pactum dr̃ nudum †, si non est stipulatione adiutum. C. de pact. l. si certis annis, sic dr̃ nuda promissio cui non accedunt fideiussores, vel pignora. C. de verb. signi. sancimus. Sic dico nudum consilium, quod non vestit in aliquo maleficiũ, augendo malitiam facientis, vel de bono faciendo malum, seu q̃tum est in se faciendo, licet consultus, vt prouidus nõ fecerit. ff. de ser. corrup. l. 1. §. p̃suadere, ibi nec oportet aegeri malitiam laudando. C. de fur. & ser. corrup. l. si quis seruo.

Vnde si iste non adijcit ad maleficium faciendum, vel ad factum, tunc est nudum consilium, sed secundum hoc non est in peccato. Sol. est in peccato vel culpa, non tamen in tanta, quæ comprehendatur sub primo responso huius Decre.

¶Verbi gratia aliquis est insecutus Cardinalem, ad me postmodum venit exponendo id mihi, & sibi dico tu scis quam pœnam incurristi, te receptando, ratum habendo, etiam consimili pœna inuoluor, vt in princ. filij caue tibi, & hinc fuge, non augeo maleficium laudando ex par- 10 te insequentis, sed sum in culpa, quia particeps † cum isto & incurro excommunicationem, saltem minorẽ, cũ iste sit ligatus maiori, peccato ẽt, quia ipsum nõ iudico, ad qđ teneor. ff. de conditio ob turpem cau. l. si. in fi. præserrim si sum in potestate constitutus. j. eo. §. penul. & fi.

Idem si nõ sim, cum talis sit diffidatus & bannitus, publicaq; repulsa confusus. s. c. 1. Respon.

i ¶Simile reperio, quidam participat scienter; cum excommunicato, non in crimine, sed orando, vel comedendo, hoc crimen non auget, sed si participet excommunicato in crimine consilium auxilium, vel fauorem impendendo, plus punitur. infra de sent. excom. nuper. §. j.

¶Et quia iste dans nudum cõsilium, plus vel minus potest procedere. Ideo hic non datur pęna certa, sed arbitraria, & duobus etiã. §. seq. & idem dico de simplici. fauore.

¶Sed quomodo obligatur ex consilio. contra. l. 2. §. fi. 11 ff. manda. Sol. nemo † regulariter obligatur ex consilio, vt ibi, secus si est in culpa vel dolo. ff. de reg. iur. consilium. & j. hoc lib. de reg. iur. nullus ex consi. & hic.

¶Et quid sit dare consilium in delictis opem, seu fauorem, habetur optime. ff. de fur. l. furti. §. consilium. & Insti. de obliga. quæ ex delicto nascuntur. §. interdum quoque [metiatur.] s. eo. c. 1. & j. de pęn. & remissio. c. j. & s. de ex- 12 cessi. præla. tanta, ad finem [exuberet] nam pro † mensura peccati erit & plagarum modus. Deute. c. 25.

k Et sic k nota quòd pęna est mensura l culpę.

l Et quia mensura & mensuratum debent esse æqualia, sicut relatiua, quæ posita se ponunt, & petempta se perimunt, oportet vt secundum mensuram peccati fiat compensatio pœnæ, quia omnis iustitia est æqualitas, vt ait Anselmus, & hoc apparet in omni iustitiæ specie in distributiua, quæ fit secundum dignitatem illorum, quibus distribuitur.

Et in comutatiua, quæ est duplex, quædam voluntaria, vt emptio, permutatio, & alij contractus, quorum principium est voluntarium. C. de act. & oblig. sicut. & ff. commoda. in commodato. §. sicut. Quædam est in commuta- 13 tiua, inuolũtaria, vt in delictis, qui † enim iniustum facit, habet malum culpæ, qui autem iniusta passus, est nihil habet de malo culpæ, ergo in malo pęnæ erit econtra, vt iniustus pęnã equalem recipiat, & iustus nihil. Et sic fit proportio seu ęqualitas in hac iustitia cõcommutatiua inuoluntaria, vt in quinto Ethico.

14 Et sic † culpa proportionari debet pęnę, & econtra in §. proximo [contentetur] legislator, vel ius in istorum aggrauatione, quia qui debuit vindicare oppressum, & ipsum opprimere reperitur, nouis supplicijs subdatur, quasi dicat, non sufficiunt vetera, sed adijciantur noua, Auth. vt differ. iudi. §. si tamen contigerit, colla. 9. [non coercet.] s. de vita & hone. cler. vt clericorum. §. 1. [viuens] scilicet, vt inuocet contra vitæ subsidium speculum [pœnæ, non culpæ] vt inuocet speculum [vindictæ, non offensæ] quasi dicat istis sit mortis solatium pœna & vindicta contra vitæ subsidium [ediderunt.] Contra ab- 15 solutus semel † de crimine, iterato accusari nõ potest. supra de accusa. de his.

Sed video ꝙ hęc sunt paria, absolutum esse, & condemnatum esse, & soluisse. ff. de excep. rei iudi. si quis cum totum. §. planè. Et secundum hoc omnia iudicia dicuntur absolutoria. Inst. de perpe. & temp. act. in fi. sed primo ca- m su iterato nõ potest accusari, ergo nec secundo, punitus m semel per hunc canonem iterato puniri non poterit per legem ciuilem.

16 Sol. præmissa sunt paria † non in toto, sed in tantò, quia absolutus simpliciter, in omnibus est absolutus. Sed condemnatus in tanto & soluens debet absolui a tanto, si tamen teneatur ex alio capite, non est absolutus, sed conueniri potest. ff. de priua. delict. l. 2. Saltem in eo quod n excedit. n no. ff. de reg. iur. nemo ex his. §. quotiens. ff. commodati. l. vnde quæritur. in fi. ff. de actio. & obliga. qui seruum. §. fi. & expressius. ff. de vi bo. rap. l. 1. & ff. de actio. & obliga. quotiens. in fin. Et per idem soluitur. ff. naut. caup. stabula. licet. §. fin. & facit ad hunc. §. finalem. de sacrosan. eccle. placet. in fi. vbi primo per ecclesiasticum iudicem, o secundo per secularem o quis punitur. Et fortè sic in proposito propter horrorem criminis, regulariter secus vbi agitur criminaliter. supra de accusa. de his. ff. de accusatio. senatus. C. de accusatio. qui de crimine. secus si ciuiliter, vel primò ciuiliter, & secundò criminaliter. C. ad leg. Aquil. ex morte. & C. quando actio ciuilis præiud. crimina. l. vna. ff. de actio. & obliga. quotiens. 1. Responso. ff. ad 17 leg. Aquil. illud. in fine.

p Sed nunquid † vniuersitate p punita, q peti poterit, vt q aliqui r de vniuersitate puniantur. Et dico quòd sic, quia r quod debet vniuersitas, non debent, vt singuli, & ecõtra. ff. ꝙ

ff. ꝙ cuiusque vniuersi. sicut. §. 1. ff. de regu. iur. aliud. §. refertur.

Et sic potest esse, vniuersitatem teneri, non singulos, & aliquos de vniuersitate, & non vniuersitatem. Ergo tertius casus esse poterit, vt vniuersitas teneatur, & tamen aliqui de ipsa tenebuntur, vt in [f] facto vniuersitatis Viterbiæ. qua punita fuerunt aliqui puniti. arg. C. quod vi, aut clam. l. semper. §. si in sepulchro. Et quia † alia poena cadit in peccatis vniuersitatis, & alia in peccato singulorum. [præter vrbem,]

Sed nunquid plus debet puniri, iuxta illud, quantò digniores, [t] aut per genus, aut per honores, inde tantò res vitiosæ sunt grauiores. s. de iureiur. cum quidam.

Sol. aliæ ciuitates punitę nō priuarent alias, sed Roma punita, omnes ciuitates punirentur, quòd sic probo, aliæ ciuitates habent Episcopalem honorem in loco suo, non alieno territorio, sed Roma hunc honorem nō habet ex seipsa, imo propter sedem habet vbiq. s. proximò. §. sed preeminentiam sedis habet Romę, hinc dicitur, vbi † Papa, ibi Roma [u] Et ideo dicendo Episcopus Viterbien. hoc adiectum est locale vel qualitas contrahens, vt homo albus. Sed dicendo Episcopus Romanus, propriè nō muto locum, vel qualitatem, & sic nō contraho, seu arcto verbum, Episcopus, sed solum præeminentiam dico. Nā vna est Ecclesia, extra quam nullus saluatur. s. de sum. Trinita. c. 1. §. vna. Et istius est sponsus Papa, & Cardinales (huius matris capitis & magistrę. s. proximò. §. 19. distin. in memoriam) sunt filij primi gradus. Sed Episcopus Viterbię. est sponsus nec grauati ibi sunt filij Ecclesię primi gradus, sed Ecclesiæ in tali territorio, sic si dico, iste est Rex Portugalliæ, non detraho quin sit Rex aliorum locorum regni sui. Sed denominationem † facio a loco vno, propter eminentiam, vel aliam causam.

ADDITIONES PROBI.

a FELICIS. Vide pro materia text. nostri Hiero. de Tor. in quodam consi. quod reperies. in fi. consi. Ant. de Butr.

b Maius. Etiam dicitur maius † si fiat palam & publicè, per ea quæ tradit Alex. in consi. 1. nu. 27. vol. 3. ꝙ iura magis aggrauant delictum factum palam & publicè, quàm clam. not. Cy. Iaco. Butr. & Bald. in l. nemo clericus. C. de sum. Trinita. Barto. in l. 2. §. & generaliter. ff. vi bono. rapt. quod patet in furto. manifesto, quod grauius punitur q̃ furtum clam factum. §. poenam Insti. de obliga. quæ ex malefi. nascun. & l. 1. ff. vi bono. rap. & hoc ratione mali exempli. Pro hoc habeo id de quo meminit Ias. in consi. 46. col. 6. pro fisco regio. volu. 3. ꝙ † maleficium propriè loquendo nō continet delictum, quod est in omittendo, sed solumodo quod est in faciendo, & ita debet strictè accipi in statutis, vt formaliter tenet Bald. in l. fi. C. de crimine stel. Nam maleficium propriè sumitur pro eo quod committitur facto, quia maleficium dicitur quasi malefactum, vt declarat Bart. in l. aut facta. in princ. ff. de pen. vulgare est, quia minus est non facere quàm improbe facere, & sic habes regulam firmatam ꝙ maius est peccatū in faciendo, quàm in nō faciendo. iuxta glo. in l. si mora. ff. sol. mat. facit tex. in l. argentarius. §. tum autem, & quod ibi no. Bald. ff. de eden. Deci. consi. 141. in fi. scripsi alias. & consi. 37. nu. 9. in causa rigorosè accusationis, vbi subdit ꝙ nō valet argu. in delictis, de eo quod fit committendo, ad illud quod in omittendo cōsistit, quia in committendo maius est delictum. Bart. in l. licet. §. fi. per illum text. ff. de pecul. Alex. consi. 172. in fi. super casu permisso. vol. 5. iuuat quod citat Domi. consi. 128. in fi. factum tale. quòd plus nocet impetrantibus expressio falsitatis, quàm taciturnitas veritatis. Inno. in c. penul. s. de rescrip.

c ¶Passa est. In simili dicit glo. fi. in l. cum vnus. ff. de ali. & ciba. lega. quòd quantò † plus crescit puella, tantò plus in eam impendendum est. facit quod singulariter voluit Ioan. Mona. in c. alma. in fi. j. de senten. excommu. quòd gratia effusa plus & minus affluet, prout subiectum gratiæ re affluenti se aptabit, & gratia generaliter facta magis in personis dignioribus abundabit.

d ¶Maior est. Dic a contrario de agente, quia si agens & committens genus sacrilegij sit in dignitate constitutus, tanto plus & grauius peccat & delinquit, probat Io. Mona. in c. 1. j. de reg. iur. circa finem dum dicit, ꝙ infectio † tantò plus inficit quantò dignius est illud quod inficitur. Vnde versus, quantò dignior es, aut per genus, aut per honores, inde tantò res vitiosè sunt grauiores.

Item maior defectus plus inficit sicut materiæ electæ, quàm formæ electionis. Io. Mona. in c. ratihabitionem. j. de regu. iur. Idem Ioan. Mona. in c. accusatus. circa finem, ibi, nō inueni meliores illis qui pro religione prosequuntur, nec deteriores illis, qui ab ea defecerunt. s. de hæretic. Idem Ioan. Mona. in c. statutum. num. 4. eo. tit. dum dicit, quòd † maior est infectio in viro malo quàm in muliere mala, cum maior dignitas stet in sexu virili. ff. de sena. l. 1.

¶Ratio, quia maiori bono maius malum opponitur, teste Philoso. quod firmat idem Ioan. Mona. s. in rub. de vsur. vbi dicit ꝙ bonum circunstantionatum maius est non circunstantionato. idem in rub. s. de excessib. præla.

¶Istud principale intentum, vide clarius elucidatum per ea quæ dixi. s. in c. vno, circa finem, de vita & honest. cler. Vide etiam not. per Docto. post tex. ibi in princ. in c. sicut dignum. s. de homicid. vbi in delictis puniendis septem considerantur, videlicet causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus. Anto. de Butr. in c. 1. col. 3. s. de constitu. Bald. in c. 1. §. si quis verò. el 2. de pace iura. fir.

Pro his attende ad ea quæ not. glo. in c. scimus. 22. q. 2. quæ concludit ꝙ grauius peccat fidelis quàm infidelis, quod intellige si comparare velis fidelem & infidelem in eodem genere peccati, vt putà quia ambo peccant peccato adulterij. Et tunc est conclusio † ꝙ grauius peccat fidelis quàm infidelis, ratio est in euidenti, primo quia fidelis habet maiorem notitiam, & sic magis ex certa sciētia peccat, secundo quia magis ingratus est habens donū fidei, cui plus dedit Deus, quod est signum maioris ingratitudinis, & sic peccati: tertiò quia sacramenta quæ suscepit indignus violat & fedat. hinc Apostolus. 2. ad Corinthios. 2. c. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ quàm post agnitionem retrorsum conuerti.

Si autem comparare velis peccatum infidelis quo scilicet peccat peccato infidelitatis, ad peccatū fidelis, quo peccat peccato, scilicet auaritiæ, vel luxuriæ, salua fide saltem infirmi, & tunc est conclusio, ꝙ magis peccat infidelis q̃ fidelis, quantò grauius est peccatū infidelitatis omni alio peccato, vnde melius est habere fidem informem, q̃ non habere. ita dicit Præpo. in d. c. scimus.

¶Adde ad præmissa quæ voluit Pet. de Ancha. in Cle. 2. no. 5. de vita & hone. cler. ꝙ in eadem specie delicti magis punitur positus in dignitate, religiosus & sacerdos q̃ alij inferioris gradus & status, iuxta illud quod augetur peccatum dignitate præpositi. l. omnes. §. augetur. ff. de re milita.

Ideo maiori poena punitur qui in maiori dignitate prępollens occulto reperitur in crimine. vt l. presbyter. C. de episc. & cler. ratio quia præpositi sunt tamquàm signū positi ad sagittam, vnde si malè agunt faciunt delinquere populum. c. magnæ. s. de voto. vide Io. de Ana. in c. excōmunicamus. el 1. in §. credentes. de hæretic. vbi no. nu. 5. ꝙ maior pęna imponitur clerico q̃ laico, subdens ꝙ religiosus in eodem genere peccati, plus peccat quàm non religiosus.

Item facit quod citat Pau. de Cast. consi. 348. in princ. notandum quod adulterium in prima parte, vbi dicit quòd adulterium licet de sui natura sit graue & capitale crimen. 25. distinct. §. criminis. circa medium. & 32. q. 7. cap. quidem in omnibus. tamen fit grauius ex qualitate personæ adulteræ, vt quia rector sit parrochialis Ecclesiæ, a quo procedere debent salutifera monita & ministrari Ecclesiastica sacramenta, vnde tanto detestabilius redditur, quantò magis professioni contrariatur. l. famosi. in fi. ff. ad leg. Iul. maiesta. d. l. præsbyteri. in fi. C. de episc. & cler.

Item grauius peccat socius quàm alius, cum in eo erat confidendum. Cum inter socios quædam contrahatur affinitas. Ioan. Fab. in §. actionum. col. 2. Inst. de actio. propter quā magis desideratur bona fides quàm in alijs contractibus. l. verum. ff. pro socio. Nimirum si in eum magis animaduertetur. [illegible] o. in c. cum duobus. §. damna. in ver. surreptum. ff. pro socio.

¶Pro præmissis habes etiam dictum Ioan. Mona. in c. cum singula. §. de præben. quòd in religiosis ambitio est improbior, cum regulæ inseruiant strictiori. vide Soc. cōsil. 157. præsens consultatio. vbi latè discutit quando delictum doli dicatur grauius, maximè an homicidium dicatur grauius furto, & ibi subdit vnum notandum. colū. pen. quòd nō valet consequentia, semper imponitur maior pœna: ergo est maius delictum. Cardi. & Imo. in Cle. ad nostram. de hæretic. Et si dicatur in statuto quòd pro tali delicto, putà pro furto maior pœna non imponatur, intelligi debet non de maiori per accidens, sed naturalē, vt probatur ex his, quæ habentur in l. item veniunt. §. cū prædiximus. ff. de peti. hæredita. Doct. in l. certi conditio. ff. si cert. peta.

¶Item maior præsumitur offensa ex causa antiqua q̄ ex superuenienti, & sic maior pœna venit imponenda, pro quo vide Alexan. consil. 115. num. 4. viso temate. volum. 4.

e ¶In specie. Vide Ioan. Mona. §. in c. vno. de iniur. post med. & Bascol. in arbo. diuid. & indiuid. car. 35.

f ¶Quæ dicuntur vicinæ. Alexan. in consi. 22. col. 2. con-
7 sideratis verbis. vol. 4. dicit ꝙ vicini † etiam dicuntur, qui ad inuicem exaudiunt. l. 1. §. eodem. & §. potuisse. ff. ad Silla. & arg. not. per Bar. in l. si tertius. in princ. ff. de aqua pluuia arcen. & per Bald. in l. si vicinus. C. de nupt. vt quando distant distantia vnius miliaris per aerem, quia tunc exaudiuntur.

¶Vide eundem Alex. quo ad propositum in consi. 57. col. fi. ponderatis. vol. 3. vbi dicit quòd locus vicinus dicitur secundùm gl. in l. 4. §. si tam vicinum. ff. de dam. infec. quando non distat per centum miliaria, vel intelligitur locus vicinus arbitrio iudicis, inspecta qualitate personarum, loci, & factorum. arg. l. 1. ff. de iure delibe. & l. 1. & 2. ff. si quis cautio. & l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. signi.

Si autem quæras qui dicuntur vicini. vide quæ latè tradit Signo. de Hdmod. consi. 32. qui dicantur.

g ¶Legales. Quælibet quarum consistit ex 20. miliarib. l. 1. ff. si quis cautio. & l. in itinere. ff. de verb. signi. & fit mensuratio horum miliarium, non per aerem, sed per viam quæ magis frequentatur. per not. per l. eos. in fi. ff. de solutio. quod latè discutit Alex. consil. 22. consideratis verbis. vol. 4.

h ¶Iuratoriam. Alex. consi. 57. col. fin. ponderatis verbis.
8 volum. 3. dicit quòd licet † iuratoria cautio de necessitate non sufficiat (hoc statuto dictante) tamen si non potest præstari alia, hæc sufficit. not. Ioan. Imo. in l. cum nō facilè. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. quia statutum debet interpretari secundùm ius commune. l. 2. C. de noxa. c. cum dilectus. §. de consuetu.

¶Ratio videtur quod sufficiet, quia statutum non debet inducere obligationem ad impossibile. l. impossibiliū. ff. de reg. iur. & c. nemo potest. eod. titu. hoc lib. nec ad aliquod turpe & contra humanitatem, vt iniuriam patiatur, idest quod possit in carcerem detrudi, eo non valente soluere. no. Alex. consi. 57. num. 6. viso & oportune. vol. 2.

i ¶Scienter. In his & similibus scientia multum opera-
9 tur, per ea quæ tradit Alex. in consi. 1. col. 2. vol. 3. quòd illud † quod faciunt familiares potestatis scientis, videtur factum de voluntate potestatis. Barto. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 10 q. ff. de no. ope. nuncia. qui pro hoc allegat text. in c. constitutis. §. de testi. idem Barto. in l. 1. §. idem Labeo. ff. quòd vi aut clam. probatur ex not. per gl. in cap. cum ad sedem. §. de restitu. spol. idem facit quod not. Alex. consi. 3. col. 2. vol. 3. quòd vbi res vniuersaliter & in genere sunt subiectæ restitutioni fideicommissariæ, valet particularis alienatio facta de aliquibus de dictis rebus, quando fit ab ignorante fideicommissum & preciū venit tantum in restitutione fideicommissi. text. fin. in l. fi. §. maritus. de lega. 2. per quem ibi communiter ita cōcludunt. Dy. Cy. Bar. & alij Scrib.

¶In simili not. idem Alexan. in consi. 17. colum. 2. pōderatis his. eod. volum. 3. quòd regulariter remedium. l. 2. C. de rescind. vend. competit ignoranti non scienti. per l. 1. in fi. ff. de actio. empt. per l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilict. edic. Ad id faciunt quæ citat idem Alex. in consi. 65. num. 7. attenta dispositione. volu. 3. quòd si statuto caueatur quòd bannitus possit impunè offendi, & aliquis occiderit Titium bannitum, tamen bannum erat nullū, ꝙ tunc si hoc ignorauerit, non tenetur, secus si sciuerit, quod ibi latè discutit. & in consi. 77. visis dubitationibus. eo. vol. 3.

¶Vide postremò, quæ in proposito tradit Lap. allega. 53. col. 1 an oporteat.

k ¶Et sic no. Adde tex. in c. non afferamus. 24. q. 1. c. quæ fiuit. §. de his quæ fiunt a maio. par. Cap.

¶Adde etiam in simili quæ not. Ias. in consi. 73. col. 1. pro parte negatiua. vol. 3. ꝙ donatio debet commensurari meritis.

l ¶Mensura culpæ. Idem Io. Mo. in c. fine culpa. ̄j. de reg. iur. qui addit ꝙ mensurando non existente mensura, locū non habet. C. de pœn. l. sancimus.

¶Glos. in cap. cum quidam. §. de iureiur. dicit quòd in
10 quantitate † contemptus metitur Deus quantitatem reatus. vide Lap. alleg. 123. in fi. quidam exposuit, vbi inter alia adducit illud Hieron. contra Pelagium, leuia leuibus, & grauia grauibus comparantur, nec ferula pro gladio dignum est. Et contra infamiam grandi plaga alta & prolixa opus est medicina. Aliàs est alleg. 116. secundum magnam impressionem.

m ¶Punitus semel. Regulariter dicitur, ꝙ quis † duabus
11 legibus reus non fiat, sed dic procedere quando delictū est simplex, secus si mixtum, quia tunc punitus per iudicē ecclesiasticum, adhuc punitur per laicum: ratio est in euidenti, quia quando aliquis delinquit in crimine mixto, facit iniuriam legi ciuili, & legi canonicę, quia venit cōtra præceptum vtriusq; : ergo censetur se obligare pœnis per vtranq; legem traditis, ista latè vide deducta per Scrib. in c. 1. §. de offi. ordi. & ibi Alcia. sub num. 21. & Petr. Beling. in Specu. Princ. rub. 11. in §. viso. in fi.

n ¶Excedit. Adde Neapo. decis. 206. penes.

o ¶Per sæcularem. Vide Neapoli. decis. 219. in foro Archiepiscopi.

p ¶Vniuersitate. Quæ secundùm Philosophum diuiditur in tres partes quarum vnam sacram, alteram publicam, alteram propriam appellat ipse Philos. 1. Phisico. circa medium. not. Petr. de Ancha. consi. 391. in prin. quę superius.

q ¶Punita. Quando vniuersitas † debeat puniri atten-
12 de ad ea quæ not. Petr. de Ancha. consil. 158. colum. 4. ex narratis.

Et dic vniuersitatem delinquere, quando delictum factum est communicato consilio & deliberatione præcedente eorum, qui repræsentāt ciuitatem, vel factum est ab ipso populo more consueto congregato ad sonum campanæ, aut alterius signi, de quo latè per Iasin consil. 139. col. 1. in præsenti. volu. 4. & per Hiero. de Tor. in quodam suo consilio posito post consi. Ant. de But. col. 2. & ibi reperies materiam tex. nostri ad longum deductam.

r Vt aliqui. Dictio est quę ēt in vniuersitate verificat̄. tex. cū gl. in ver. aliqui. in c. vt circa. §. de elect. hoc lib. quæ allegat tex. in l. metum. §. animaduertēdū. ff. quòd met. causa.

¶Pariter idem videtur dicendum in dictione illa alicui, vt probat Dec. consi. 489. num. 1. visis & consideratis. vbi in fi. vnum subdit in proposito Io. Mo. hic ꝙ vniuersitas obligatur ex delicto, licet a principio non consenserit, vbi actus habet tractum successiuum. pro quo vide Petr. de Ancha. in consi. 157. ex narratis.

s ¶Vt in facto. Adde Alex. consi. 13. col. 3. consideratis his. vol. 6.

t Digniores. Idem Io. Mo. in c. 1. ̄j. de reg. iur. dixi. §. in hoc
13 c. in ver. passa. vltra quæ adde, ꝙ eo ꝙ maior est vis † animi q̄ corporis (iuxta illud nostra omnis vis in aīo & corpore sita est: animi imperio corporis seruitio, magis vtimur) eo igitur grauiora sunt mala quæ animo concipiuntur, quàm quæ corpore feruntur.

u Ibi Roma. Idem Io. Mo. in c. vbi. §. de elect. & ibi dixi.

De pœnitentijs & remissionibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Actus sunt totius coniuncti.*
Duplex est purgatio criminum.
2 *Donatarius naturaliter est obligatus donanti ad antidora.*
Qui libertatem recipit eum recompensare oportet.
3 *Anima est præferenda corpori.*

Anima

3 *Anima eſt tamquam tabula raſa, in qua nihil depingitur, depictibilis tamen ſcientia & virtutibus.*
4 *Corpus noſtrum ex peccato primorum parentum habet corruptionẽ.*
5 *Baptiſmus eſt prima lotio corporis exterius, & animæ interius, & ab ablutione corporis incipit.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Qui ſua dat largo, non dat, ſed fœnerat illud.*
2 *Obligatio antidoralis non habet locum in nobilibus.*
3 *Prælatus ſtudens auaritiæ eſt infamis, infamia iuris & facti.*
4 *Omnis creatura mouetur ad benefaciendum ei, qui ſibi benefacit.*
5 *Papa mouetur ad facilius concedendum gratiam, ſuo familiari quàm alij.*
6 *Mutuans cum pacto quòd talis mutuabit totidem alia vice, dicitur vſurarius.*

DICTVM EST. ſ. de criminibus, quorum commiſſio, ſeu perpetratio eſt totius cõiuncti, quia actus 1 † ſunt totius coniuncti ſecundùm Philoſophum, vnde dicto de criminibus fuit ęquum tractare de his quæ purgant crimina. Et ſicut ipſa ſunt totius coniuncti, vt eſt dictum, ita fit duplex purgatio criminum, quo ad corpus principaliter, per pœnas, quo ad animam principaliter per pœnitentias & remiſſiones per debitas commutationes, ideo hic annectit de pęnit. & remiſſio.

¶Fit enim quædam compenſatio quod hoc video in contractibus, dono tibi rem modo non teneor tibi, ſed 2 tu mihi, quia tu es obligatus † mihi naturaliter ad antia dora ª. ff. de peti. hæred. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. & hoc caſu eſt quędã permutatio. vt d. §. quæ a Philoſopho vocatur compenſatio, ipſo dicente de eo qui liberalitatem recipit, eum recompenſare oportet, hoc idem videmus in delictis, das mihi damnum in re mea, abeſt mihi, & adeſt tibi, ſaltem in affectu tuo expleto, in pœna fiet cõb penſatio b quia tu dabis mihi compenſationem in pęna, in qua tibi aberit & mihi aderit. Et ſic iniuſtia, quæ eſt inęqualitas per iſtam commutationem, ſeu recompenſationem, reducetur ad ęqualitatem, de hoc no. ſ. tit. proximo. c. fi. §. ceterum.

3 Sed cum † anima ſit præferenda corpori. C. de ſacroſ. eccle. l. ſancimus, & ſic iſte titulus præcedentem præcedere debet. Sol. ſecundùm Philoſophum, anima eſt ſicut tabula raſe in qua nihil depingitur, depictibilis tamen ſcientia & virtutibus, quæ vnita corpori contagionẽ ex 4 vnione cum corpore recipit. Nam † corpus noſtrum ex peccato primorum parentum habet corruptionem. Et ob hoc ſicut eſt primo corpus contagioſum, ſiue ex eo aggrauatur anima, ita debuit a purgatione corporis per 5 pœnas inchoari. Sicut video, baptiſmus † eſt lotio prima corporis exterius, & animæ interius, & ab abſolutione corporis incipit.

ADDITIONES PROBI.

ANTIDORA. Apud legiſtas communiter legimus antidora, ſed apud nos antidota glo. tamen in Cle. vna in verbo, antidotum de iureiur. ſentit melius pro antidota, quàm pro antidora. Et pro intento facit quod 1 vulgo dici ſolet qui † ſua dat largo, non dat, ſed fenerat illud. Semina pauca iacet, commoda multa metet. Et ea enim ſunt pulcherrime dona, quæ delectant accipientem, iuxta illud Artaxerſis præſtantiſſimi Perſarum Regis, non regale minus atq; humanum eſt in ipſo Imperatore & Rege accipere parua manuſcula, quàm ingentia munera elargiri.

In puncto obligationis ad antidota attende ad ea quæ citat Io. Lup. in repe. rub. ſ. de donat. inter vir. & vxo. car. 2 mihi. 5. col. 3. num. 7. dum dicit ꝙ obligatio † ipſa locum non habet in nobilibus, quod eſt dicere, ꝙ ſi nobilis det alicui, donatarius ille non obligatur ad antidora, ratio quia nobilis reputat ſe quodammodo debitorem & obligatum ad liberalitatem, & donationes faciendas. iſtud verificatur per no. in c. 1. ibi hanc ſibi quodammodo nobilitas legem imponit. ſ. de dona. per quem tex. ſing. Bar3 ba. ibi ait ꝙ ſi Epiſcopus † aut al ius prælatus Eccleſiæ ſtudet auaritiæ, eſt infamis infamia iuris & facti, adeo ꝙ ei tamquam infami non creditur.

Vt habeas cognitionem huiuſmodi obligationis principaliter cauſatę ex naturę inſtinctu, dic dici ab anti. quod eſt pro & doros donatio. gl. in c. cum in officijs. ſ. de teſta. gl. in c. illud. 8. q. 2. quæ adducunt tex. in l. ſed ſi lege. §. con4 ſuluit. ff. de peti. hæredi. vbi glo. not. dicit, quod oĩs creatura mouetur ad benefaciendum ei qui ſibi benefacit, & talis obligatio ex inſtinctu naturæ procedit, non ex iuris neceſſitate. no. Alex. conſi. 132. nu. 6. perlectis. vol. 5.

Hinc eſt ꝙ Nicol. de Neapo. Inſti. de obliga. in princ. dicit, & hæc obligatio cadit in brutis ꝙ licet filius matri, iure naturali & alio) teneatur, tamen ſi matrem præmiat, filio tenetur ad antidora. Et ſic non ſolum cadit inter extraneos, ſed etiã inter ſuos. no. Ange. in Authen. de non elig. ſecun. nuben. la prima. in princ.

Effectus autem huiuſmodi obligationis antidoralis collige, vt per Iaſ. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.

¶Pro intento facit quod citat Do. in conſi. 128. factum tale eſt, vbi dicit ꝙ Papa facilius mouetur ad concordan5 dam gratiam † familiari ſuo, quàm alteri, cum ex obligatione naturali teneatur ſibi recompenſare ſeruitia, familiaritas enim commenſalis inclinat animam domini citius in vtilitatem familiaris quàm alterius. c. inſinuante. ſ. de offi. deleg. & c. accedens. el 2. ſ. vt lite non conteſta.

¶Pro præmiſſis vide Iaſ. in conſi. 73. col. 3. pro parte negatiua. volu. 3. vbi ait ꝙ donatio quæ fit propter remunerationem non eſt propriè donatio, ſed eſt quoddam genus permutationis vt ibi latè probat.

b ¶Compenſatio. Intellige ſanè, ideſt beneficij accepti remuneratio, quia abligatio antidoralis non eſt potens ad compenſandum, quia eſt ſine effectu, ſecundùm Iaſ. in l. ex hoc iure. nu. 73. ff. de iuſt. & iure. operatur tamen ꝙ ſi 6 deducatur in pactum † contrahitur vſura, putà ſi mutuò tibi cẽtum ducatos gratis, cum pacto ꝙ alia vice mutues mihi tantundem gratis, eſt vſura. glo. ſing. in c. ſi fœneraueris. 14. q. 3. quem alleg. Panor. in cap. conſuluit. in fi. ſ. de vſur. ad propoſitum, vbi Lauren. Rodulphi in repe. col. 2. verſi. oppo. 2. qui tenet cum glo. adducens rationes duas, prima eſt quia deducere in pactum ſapit ſpem lucri. Secũda eſt quia antidorum non eſt ſimpliciter, ideo cum deducitur in pactum, naſcitur obligatio, & ita plus promittitur: ergo eſt poſt pactum debitor, qui prius non erat ex ante donato debitor, ſic eſſet vſura, ex quo plus promittitur. Roma. conſi. 500. num. 9. quod ſumit exordium, ſummariũ quæſtionis. in propoſito aliam adducit rationem, ꝙ remuneratio, ſeu recompenſatio iſtius beneficij non eſt taxata a iure naturali, nec ab aliqua ratione ĩtellectus, quapropter deducere voluntatem ipſius remunerationis, ad neceſſitatem & obligationem informem, non eſt iuſtitia naturalis, nec ex debito iuſtitiæ, licet ſit ex debito amicitiæ, ex quo non inducitur remunerationis neceſſitas, ſed ſpontanea voluntas. iſta ſunt verba beati Tho. quæ citat Bal. in rub. de vſur. C. col. 1.

Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen. Cap. I.

¶Romana Eccleſia. & ĩ. Queſtorib. aũt fabricę Rem. &c.

ROMANA. Duo dicit. Primò ꝙ Archiepiſcopus Remenſis, vel eius officialis non poteſt compellere ſubditos ſuffraganeorum ad conferendum fabricæ Remen. eccle. ipſos tamen poteſt charitatiuè monere. Secundò dicit ꝙ Archiepiſcopus in concedendis indulgentijs nou excedat formam Concilij generalis. Et lege ſic literam [Remen. Archiepiſcopus] vel eius officialis nequaquàm tibi pro quæſtoribus &c. [reſiſtere] quia forſan volunt pro alijs audiri [parere] ſuper conuocatione populi, cuius ratio poteſt eſſe duplex, prima quia in iſtos Archiepiſcopus non habet a iure communi iuriſdictionem. ſ. de offi. ord. paſtoralis. 1. Reſpon. ſecunda quia materia in qua vult Archiepiſcopus ſibi pareri, non habet iuris executionem, ſed charitatiuam ſolicitationem, vt ĩ. ſubijcit. & ſ. de cenſib. c. cum Apoſtolus. § ſuſtinemus. nec cãcellaria dat literas hoc caſu compulſorias, ſed procedit ſecundùm a Concilium ª generale. ſ. eo. cum ex eo. [coram ipſis] Archiepiſcopo, vel eius officialibus, [ipſorum] quæſtorũ generalis. ſ. eo. cum ex eo.

ADDITIONES PROBI.

a CONCILIVM GENERALE. Istud est nomẽ collectiuum quod & alia plurale significantia possunt coniungi cum verbo pluralis numeri. text. in c. significauerunt nobis capitulum. vbi Panor. s. de exceptio. no. in c. capitulum. de rescrip. s.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. II.

¶ Si Episcopus suo subdito concesserit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Casus reseruati Episcopis non transeunt sub generali commissione. Consuetudo non prodest, vt quis sibi eligat confessorem, præter superioris sui licentiam.*
2 *Cum mala fide non præscribitur. Consuetudo contra ius commune non tenet nisi præscripta.*

1 SI EPISCOPVS. Duo dicit. Primò, casus reseruati Episcopis non transeunt sub generali commissione. vt no. s. hoc lib. de reg. iur. in generali. Secundò consuetudo non a prodest, vt aliquis sibi eligat confessorem pter b sui superioris licentiam. Et est ratio b quia ista consuetudo esset ecclesijs onerosa. Cum ouis propria sine pastore suo recederet ab ouili. s. de cõsuet. c. 1. Et quia ius commune notorium. s. eo. omnis, contra istam pugnat, iam haberet 2 † malam fidem cum qua nõ præscribitur. vt j. hoc lib. de reg. iur.

Et consuetudo contra ius scriptum non tenet, nisi præscripta. s. de consue. c. fi. & no. s. hoc lib. de priuil. cũ p onę.

ADDITIONES PROBI.

a NON PRODEST. Operatur tamẽ, vt quis in propria causa possit esse iudex. c. 1. de pœ. hoc lib. p quo ĩ simili Alex. cõs. 13. ver. Sextò oppono. cõsideratis. vol. 6.
b Et est ratio. Quę apud mortales pręcipuè commendari debet, iuxta dictũ Senecę, si vis tibi oĩa subijcere, te subijcias rõni, q̃a ratione vincẽdum est. 23. q. 6. refert Archi. in c. vt quis duas. in prin. s. de elect.

¶ Bonifacius Octauus. Cap. III.

¶ Indulgentiæ quæ ab vno vel pluribus Episcopis &c.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi extra territorium suum indulgentias non concedunt, prout nec vltra concilium.*
2 *Si indulgentia non valeat vltra permissum, an valeat in eo quod est concessum indulgere.*
3 *Ex quo priuilegium trahitur ad perniciem, non tenet.*
4 *In facto animæ reus in vno, est reus in omnibus, quo ad gratiam, qua priuatur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Effectus statuti non habet locum extra territorium.*
2 *Concessum per aliquem vltra quam poterat, non valet, etiam in permisso.*
3 *Ad indulgentiam consequendam sola bona voluntas non sufficit.*
4 *In opinionibus contrarijs stare debemus vltimæ.*

INDVLGENTIAE. Hæc Decre. obuiat fatuis cõcessionibus Episcoporum concedentiũ indulgentias ampliores, q̃ concedat Concilium generale. s. eo. cum ex eo. quos vidi facere fraudem dicto Concilio. Nam viden a tes φ extra † territorium suum indulgentias concedere 1 non possunt j. de sent. excom. a nobis. primò eas concedebant sub ratihabitione proprij Episcopi, quæ fraus hoc c. meritò reprobatur, quia Episcopus proprius, vltra Concilium prædictum non posset concedere. Ergo nec vltra ratum habere. ff. rem ratam haberi. l. bonorum. 1. respon. Ex hoc etiam c. reprobatur glo. in d. c. cum ex eo. posita.

2 Sed quæro, Episcopus † concedit indulgentiam vltra dictum Concilium, nunquid saltem pro numero dierum quod potest dare Episcopus, habentur? arg. pro & contra. j. hoc lib. de reg. iur. vtile. Et credo istam indulgantiam in b nullo b valere, sicut indiscretã & superfluam. vt d. c. cum ex eo. §. ad hæc. ibi, vires non obtinent, quod intelligo, nec in totum nec in partem, pręsertim in materia non iure communi procedente, sed ex priuilegio in corpore iuris clauso. s. eo. quod autem. & c. cum ex eo §. fi. & s. de ex-3 cess. præla. accedentibus. Quod si quidem priuilegium † ex c quo trahitur ad perniciem, non tenet c 11. q. 3. priuilegiũ. s. de deci. suggestum. ff. de vulg. & pup. substitu. l. ex facto. 2. respon. Ex quo enim iste ratificans facit contra mentẽ dicti Concilij, tunc ex eo, non debet per illud intentum consequi. arg. ff. sol. matr. si ab hostibus 2. Responso. vnde forsan habet locum brocardicum. Si nõ valet. vt ago. &c. de quo no. s. hoc lib. de despon. impub. cap. si infantes. §. 1. Quidam contra, arg. ff. de vsur. placuit. ff. de iure dotium. siue generalis. C. de donatio. sancimus. in prin. ff. de aqua quotidia. & estiua. l. 1. §. item quæritur.

Item hic agitur de pœnæ remissione, quod est fauorabile. & sic ampliandum. j. hoc lib. de reg. iur. odia. de pœn. dist. 1. pœnę, sed dic præmissa iure communi procedunt, d sed hoc casu d fit gratia, quæ propter peccatum facientis e reputatur indebita. Et in † facto animę, reus in vno est reus in omnibus quo ad gratiam, qua priuatur. j. de regu. iur. defleat.

ADDITIONES PROBI.

a EXTRA. Etiam extra territorium † non habet lo-1 cum statuti effectus. not. Dec. cons. 276. col. fi. proponitur quod dominus.

Intentum Ioan. Mona. vide comprobatum per Oldra. consi. 75. quæritur si prælatus. in vers. in contrarium videt. Petr. de Ancha. in repe. regu. ea quæ. col. 5. versic. secundò oppono. & in c. postulasti. in 3. oppo. s. de foro. compet.

b In nullo valere. Adde quę in simili dicuntur per Neap. 2 decisio. 107. in causa domini Motiæ. Quia si res † locatur vltra tempus permissum, quod etiam non valebit in tempore permisso. Lap. alleg. 80. quæris cum locatio.

Item si Princeps potest cõcedere dilationem quinquẽnalem, sed excedere non potest, si excessit, quia concessit vsq; ad septem annos, non valebit concessio, vsq; ad quinque annos. no. Pau. de Cast. in l. precibus. in fi. C. de precib. Impe. offer.

c Nõ tenet. Vide quę dixi. in c. Episcoporum. s. de priuileg. Ioan. Mona. in c. statutum. s. de rescrip.

d Hoc casu. Istud firmatur per vnam regulam magistra-3 lem φ ad † consequendam indulgentiam pro remissione peccatorum, bona voluntas non sufficit, & sic intentio non operatur, vt quis suscipiat indulgentias a falso prælato, seu quæstore, quod multis comprobat Oldra. consil. 76. versi. in contrarium quęritur de illo, ad idem Card. in Clem. 2. in §. ad hęc isto titu. refert. & sequitur Dec. consi. 277. col. 1. consultus a reuerendo domino.

e ¶ Reputatur indebita. Hanc igitur teneas tamquàm animæ fauorabilem & vltimam opinionem. glo. fin. in l. qui filium. ff. ad Trebel. Ex qua Docto. eliciunt. quod 4 † in opinionibus contrarijs stare debemus vltimę, quod placet Petr. de Ancha. consi. 208. colum. 4. iudex. vbi subdit, quòd quando in sententia sunt verba sapientia contrarietatem, statur vltimis, vt si iudex dicit condemno, imo absoluo. glo. sing. in cap. prędicator. 16. q. 1.

De sententia excõicationis, suspensionis, & interdicti. Rub.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Excommunicatio est maior pœna quæ reperitur in Ecclesia Dei.*
2 *Excommunicatus in vno loco vbique pro excommunicato debet haberi.*

DICTO de criminibus, quibus probatis, pœnæ & pœnitentiæ imponuntur, vt s. duobus titulis proximis habitis, sequitur de sententia excommunicationis a suspensionis, & interdicti, quę imponuntur

tur plerunq; quando pœnis & pœnitentijs non paretur, vnde in contumaces dictæ sententiæ proferuntur, & pro grauibus culpis. 11.q.3. nemo. & c. nullus. & c. certum.

ADDITIONES PROBI.

a 1 EXCOMMVNICATIONIS. Quæ † in Ecclesia Dei pœna maior reperitur. tex. in c. corripiantur. 23.q.5. Panor. in c. olim. el 3. nu. 10. s. de restitu. spolia. Et dicit Ia. post Pau. in l. si is quod. ff. de iurisd. omn. iud. q̃ excommunicatio domini est ponderabilior vnguibus 2 accipitris. Et excommunicatus in vno loco † vbiq; pro excommunicato debet haberi. c. cum ab ecclesiarum. s. de offi. ordina. ista est pœna quę diminutionem status respicit, quę locum habet vbiq;, vt infamia. l. ex ea. ff. de postula. vbi no. q̃ pœnæ quæ afficiunt personam ipsam sequuntur, sicut lepra leprosum, ita dicit Pet. de Ancha. in c. cum secundum leges. col. 2. s. de hęre. hoc lib. subdens aliud videlicet hoc non habere locũ, quando pœna respicit certi loci vel artis interdictionẽ, quia tunc extra territorium non extenditur pœna, sed ad quędam loca. l. relegatorum. §. 1. & §. interdicere. & §. sequen. ff. de interdi. & relega. pro hoc vide quæ tradit Deci. consi. 457. num. 6. in causa gabellæ.

¶Innocentius IIII. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. I.

¶Cum medicinalis sit excõicatio non mortalis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis debet esse medicinalis.*
Non est in medico semper releuetur vt ęger.
2 *Quod legitimè est factum, pœnam non meretur.*
Sententia hominis potest esse iusta & iniusta.
3 *An omnes iudices & prælati, etiam regulares, hoc statuto comprehendantur.*
4 *Species est de genere extracta.*
5 *Rectores parrochiarum dicuntur prælati.*
6 *Iudex deuotis debet paternam exhibere prouidentiam, & delinquentibus & indeuotis terribilem.*
Sententia excommunicationis lata non in scriptis, tenet licet sit iniusta.
7 *Diffinitiua sententia ponit finem controuersiæ.*
Finis melior & completior debet esse his qui sunt ad finem.
Excommunicatio ex falsa causa lata ligat, licet absolutio ex falsa causa non teneat.
8 *Si causam ignoras quomodo curas, si curas non est tui muneris, sed fortunæ.*
9 *Appellatio a diffinitiua est iniquitatis sententiæ querela.*
Quare exprimatur causa in sententia excommunicationis & non in sententia diffinitiua.
Adiectio temporis quando fit in fauorem alicuius, operatur vt hic.
10 *Excommunicatus non tenetur venire cum sacco paratus.*
11 *Vltima mora nocet.*
12 *Qui vim facit, dolo fecisse dicitur.*
13 *Temerariè facit, qui fatue, vel stulte, vel sine causa facit.*
Obligatus sub conditione, illa deficiente, solutus est.
14 *Irregularis propriè dicitur qui ordinem habens & carens ordinis executione immiscet se diuinis.*
Ordines sacri, qui dicantur, vide hic.
15 *Sacerdotium est ordo perfectior respectu aliorum.*
Episcopus non differt specie a simplici sacerdote, sed sicut maius & minus sunt.
16 *Mensam benedicere iuuat, vt hic.*
Notorius fornicator, & simoniacus, si celebrant sunt irregulares.
17 *Pœna non debet præstare immunitatem.*
18 *In multis parificantur excommunicatio, interdictum, & suspensio.*
19 *Excommunicatio est ęterne mortis damnatio.*
Aeterna mors est tantum animæ rationabilis.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Medicus & iudex debent ordinare secundum leges artis.*
Iniuriam facit legibus qui vult se in meliorem videri quàm sunt ipsę leges.
2 *Regulariter verba sunt intelligenda secundum proprium intellectum.*
3 *Attenditur illud quod est ęquius & iustius.*
Fauor ampliatur, & odium restringitur.
5 Et attende ad vnum in puncto hoc, ꝙ dispositio † stricti iuris quæ disponit super contractu, disponit de casu verò, non de ficto, casus est no. & ibi Bald. in l. si quis in legatum. ff. de iudic. tenet Bald. in l. multum interest. C. si quis alteri, vel sibi, tradit Soci. consi. 241. col. 14. circa primam. in ver. Secunda ratio.

Quod autem hic dicitur de rescriptis, idem dic de sta-6 tutis. Quia illa † dicuntur stricti iuris. no. Ioan. de Ana. & ibi in addi. ad eũ Lud. Bolog. consi. 103. col. 2. visis & ponderatis, vbi subdit, ꝙ quando statutum non loquitur, cessat dispositio statuti. l. furiosi, & ibi Bald. C. de nupt.

Hinc est ꝙ vulgo dicitur, statuta debent reduci ad terminos, iuris communis, ita vt quantò minus fieri potest, illud lædant. l. si. §. in computatione. C. de iure delibe. l. 2. C. de noxa. c. cum dilectus. ſ. de consue.

i ¶Expressum. Quod † fit re, verbis, aut intentione, per 7 ea quæ not. Præpo. in c. quia Ioan. 12. q. 5. vbi dicit ꝙ his fit mentio de aliquo.

k ¶Maior est seipsa. Hinc Franc. in c. si a sede. num. 3. ſ. de 8 præben. Quod si Papa † alicui dederit potestatem beneficia conferendi, & ille, & ipse Papa vnum beneficium eadem die conferant ꝙ prouisus a Papa præfertur, licet collatio vtraq; possit dici Apostolica.

Dic idem de Episcopo & eius vicario eadem die idem beneficium conferentibus, vt præferatur prouisus ab Episcopo, ꝙ ibi idem Franc. prosequitur. num. 4. & ante eum Domi. ibi post Cald. consi. 7. in titu. de præb.

Adde pro intento Ioan. Mona. c. dudum. §. nos igitur. ſ. de præb. hoc lib. vbi glo. in ver. eadem alleg. Archidia. ꝙ fons scaturiens, maior est quàm riuus inde procedens.

In proposito Ioan. Mona. in c. 1. ſ. de offi. vicar. dicit, ꝙ fons plusquàm riuulus debet attendi, facit etiam quod citat Maria. Soci. consi. 165. col. 7. visis, ꝙ virtus vnita fortior est seipsa dispersa, iuxta illud, omne regnum in se diuisum desolabitur. Luce. 11. c.

l Decernuntur. Vide quæ in simili de hærede dicuntur, per Deci. consi. 467. bene & consulte.

m Iuris. Adde quomodò procedatur ad declarationem sententiæ iuris, vt potè canonis, si quis suadente diabolo. 17. q. 4. not. Bertran. Carpen. consi. 285. quamuis ordinarius. par. 2.

n Ad cautelam. Quæ fieri solet sub verbis. T. absoluimus, 9 si & quatenus absolutione indigeat, quæ absolutio † non infert excommunicationem præcessisse, prout in simili dicitur ꝙ satisdatio præstita sub conditione si & quatenus teneretur & non aliter, tunc non videtur se arctare. glo. in l. si quidem. C. de except. firmat Alex. in consi. 37. num. 10. viso & opportune. vol. 2.

o Cum sit iuris. Vide vnum in sententia iuris & hominis, quod not. Lap. allega. 48. col. 2. magister. Quod regula 10 est ꝙ † excommunicatus ingrediens religionem, absolui potest a prælato illius religionis. alleg. c. cum illorum. ſ. isto titu. qui tex. loquuntur de excommunicatione lata a iure. Idem tamen dicendum de lata ab homine, vt ibi per eum, & sic habes hic vnum fauorem religionis ingressus. alium vide. in c. 1. vbi Doct. de fil. presby.

p Alienam. Vide Ias. in consi. 70. super vtraq;. volu. 3. & consi. 57. visis literis salue gardiæ. eo. vol.

q Quæcunq;. Istud videtur limitare Petr. de Ancha. in d. c. veniens. in fi. hic per Ioan. Mona. alleg. videlicet nisi sit tale genus excommunicationis, cuius absolutio sit reseruata Papæ.

r Necessitas. Dic ꝙ illud † dicitur necessitas, seu necessa-11 rium cuius contrarium est impossibile. l. impossibilis. iuncta glo. fi. in prin. ff. de verb. obliga. vide Bar. & alios. in l. 1. ff. de condi. insti. ista enim est maxima trita dialecticorũ.

Et dic quòd lex magis subuenit alicui qui facit actum ex necessitate, quàm illi qui facit ex voluntate. Ias. in repe. l. admonendi. nu. 38. ff. de iureiur. vide quæ diximus in c. 1. in ver. necessitas. ſ. de æta. & qual. ordi.

s Non haberent. In proposito citat Soci. consi. 244. col. 12 2. versi. 2. respondetur. Considerata facti. quod † propter imminens periculum mortis non refert a quo iudice fiat examinatio, per quod fit limitatio ad doctrinam Bart. dicentis. in l. cum hi. §. transactiones. ff. de transact. & in l. si societates. §. arbitrorum. ff. pro socio. quòd si aliquis vult facere

facere examinari testes ad perpetuam rei memoriam, debet facere coram iudice, qui esset competens in illa lite, quod non procedit vbi necessitas vrget in contrarium, quod probat ibi ipse Soc. iuribus & authoritatibus, quem vide pro intellectu huius limitationis. ibi, col. 4. versicu. Quartò contra eundem testem.

t ¶ Non credo. Adde ea quæ dico in c. venerabilibus. in ver. relaxatur. ĩ. hoc tit.

u Mora. Quæ reperitur in duplici † specie, videlicet regulari & irregulari. no. latè Maria Soc. consi. 174 profectò ni fallor. & consi. 176. quod exorditur, præsens consultatio. & dic ꝙ nemo præsumitur velle moram committere, cũ sit delictum. l. si plures tutelam. ff. de admin. tuto. Alia adducit Alex. in consi. 163. num. 6. perspectis his. vol. 6.

¶ Præterea mora regulariter committitur quando est dies adiectus, nulla præcedente interpellatione. vulgata. l. magnam. C. de contrah. stipulat. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de actio. & obliga. l. 1. C. de iure emphi. c. potuit. ĩ. de loca. Etiam si dicatur promitto tibi dare centum vsque ad Pascha, & abinde in antea ad tui petitionem, quia adueniente die Paschatis absque alia interpellatione constituor in mora. Bar. & Ang. in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. fi. §. præterea. C. de iure dot. per d. l. cum stipulatus. refert & sequitur Alex. consi. 157. num. 4. viso themate. volu. 6. idem Bald. in d. l. magnam. col. 2. Vide Neapo. decis. 150. Rex Alphonsus.

Non petens. In qua petitione non requiritur libellus, sed de plano proceditur. Inno. in c. sacro. col. 3. vbi communiter alij. ĩ. isto tit. igitur nec quando petitur per quem excommunicari. arg. ꝙ theoricæ iuris solemnitas, † quæ requiritur in confectione actus, requiritur etiam in eius dissolutione. in authen. econtra si filij. C. de repud. l. prout quisq; ff. de solutio. no. latius Alex. consil. 134. super præmisso dubio. vol. 7.

Et sit hæc absolutio absenti. prout comprobat Cardi. consi. 35. in tertio dubio. Quidam habens vnum filium, beneficium est & priuilegium, quæ conferuntur absentibus. c. si tibi. de præb. hoc lib. & c. 1. §. adijciebatur. & §. ex parte. de concess. præb. eo. lib.

Idem dic a sententia suspensionis & interdicti. Inno. in c. cum desideres. ĩ. hoc tit.

Præterea in proposito Io. Mo. dic ꝙ non solum non petens, sed etiam inuitus potest absolui, quando dubitatur de † maiori periculo; sicut inuitus potest excommunicari. testatur B. Thom. in 4. Sent. dist. 18.

Nec obstat ꝙ non penitens non potest absolui, verum a culpa propter quam est ligatus, sed non a pœna, idest ab ipso vinculo. hinc Io. And. in c. 1. in nouel. ĩ. hoc tit. dicit post B. Thom. vbi ĩ. artic. fi. ꝙ prælatus medicus, qui videt hanc medicinam excommunicationis (etiam iustè latę) non proficere, sed officere, illam discrete tollere potest, etiam durante contumacia, ex quo videt illius saluti sic expedire. facit. 23. q. 5. prodest. Ad idem Io. And. in c. constitutionem. in fi. hoc tit. in nouella. Do. Cha. consil. 1. §. ad 5. quæsitum. ver. 10. & fortius.

Et etiam inquantum est pœna, sicut fertur in inuitum sic auferri posset ẽt ab inuito. ĩ. de reg. iur. c. 1. non sic in culpa, vt dixi, quæ quia voluntate contrahitur, sine illa non remittitur, hoc dictum Io. And. refert & sequitur Panor. & in c. ad reprimendam. in 2. no. ĩ. de offi. ordi.

Et ratio istæ sententiæ censuræ diriguntur in animam. Io. Mo. in c. Romana. hoc tit. & hoc propter peccatum & separationem a gratia Dei, sed non potest quis inuitus separari perpetuò a gratia Dei, quia nunquàm Deus claudit gremium redeunti, vnde in quacunq; hora ingemuerit peccator & c. 50. dist. ponderet, ideo eo ipso ꝙ peccatorem penituit, reconciliatur Deo, de pœnit. 1. dist. 1. c. dixi. & per consequens debet per ecclesiam reconciliari, quæ non debet etiam claudere gremium redeunti, epistola inter claras. de sum. Trin. C. & c. super eod. de hæretic. hoc lib. hæc etiam citat idem Panor. in c. nouit. ĩ. de iudic. & in c. ab excommunicato. ĩ. de rescrip. col. pen. & fi. dicens ꝙ in excommunicatione † est considerare duplex malum, scilicet malum culpæ, & malum pœnæ, malum culpæ, scilicet ipsum peccatum, cum sit ex nobis, non potest a nobis sine voluntate nostra tolli, regula peccati venia. ĩ. hoc lib. Malum verò pœnæ; plerunque est extra nos, quia sine facto nostro ingeritur, vnde sicut pœna potest ingeri in inuitum, ita & remoueri per absolutionẽ. Par † enim est ius in ligando & soluendo. de pęniten. dis. 1. c. verbum. & hæc est communis, & verissima secundum eundem, nisi non sit spes de correctione, quia tunc non procedit hæc absolutio, secundùm Cal. vide quæ dixi in c. fi. in ver. postremò. in fi. 5. quęsiti. ĩ. de constitu.

Istud intentũ And. Tiraq. in legib. connubial. car. mihi. 116. col. 1. & 2. dicit facere ꝙ † quando de vxore non speratur emendatio, non est vlterius ictibus ferienda. Et firmat intentum nostrum multis authoritatibus. alleg. cap. alligant. 26. q. 7. vbi non imponitur pœnitentia ei, qui futurus est deterior. & Paul. de Leaza. in Commen. vlti. c. 4. de postul. præla. Imol. in Clem. 1. in prin. de pœniten. & remis. Panor. in c. ab excommunicato. col. pen. ĩ. de rescrip. & in c. nouit. col. 18. ĩ. de iudic. in c. clerici. col. vlti. de cohabi. cler. & mulier. & in c. vlti. col. 31. ver. Item facit. ĩ. vt lite non cõte. & in c. significasti. ĩ. de eo qui dux. in matri. quam pol. per adulte. Io. de Ana. in c. 1. col. fina. ĩ. de maledic. qui ibi istud comprobat per illud Domini in ligno crucis pendentis, pater ignosce illis &c. & illud Stepha. protho. Domine ignosce eis &c.

Præmissum intentum habeo comptobare per text. in c. clericos. ĩ. de cohab. cler. & mulier. vbi quando timetur periurium, iudex non debet deferre iuramentum, hinc ibi, Panor. ꝙ concubinarij non debent compelli ad adiurandum concubinas, hoc est ad renunciandum cum iuramento de non redeundo, quia de facili posset sequi periurium, cum durum sit assueta relinquere. 34. dist. c. quorũdam. Ex quo infert, quòd nunquam † iuramentum est deferendum illi contra quem vehementer de transgressione præsumitur, imo deferens peccat, quia est causa interitus animæ illius.

¶ Item pro principali intento habeo etiam ꝙ propter vilitatem publicam, iudex absoluit ex officio ab excommunicatione non petentem. Panor. in c. Apostolicæ. col. 1. de excep. refert Feli. in cap. nonnulli. sub num. 16. ĩ. de rescript.

Habeo præterea pro prædictis id quod citat Panor. in c. vt clericorum. num. 4. ĩ. de vi. & honesta. cleri. Quod si clericus cõcubinarius efficeretur deterior eo ꝙ prelatus non vult eum sustinere habere concubinam, ꝙ tunc prælatus eum tolerando ad tempus, peccatum non incurrit. Nam quandoque minus † malum sustinetur, vt maius euitetur. c. duo mala. 13. dist. facit. c. prodest. 23. q. 5. ibi, siue plectendo, siue ignoscendo, id solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, & secundum illum finem debet prælatus correctionem facere vel omittere.

y ¶ Reseruatur. Et meritò, quia est a iure naturali. Ideo etiam per Principem tolli non debet per ea quæ latè tradit Ias. in consi. 86. col. 5. vol. 3. vbi subit post Ant. de Butr. in c. vestra. ĩ. de cohab. cler. vel mulier. ꝙ nullum maleficium dici potest esse ita notorium, vt nõ possit quis exhibere excusationes rationabiles, siue circunstantias occultas excusantes.

¶ Item notorietas semper potest habere excusationes. Idem Ant. post Ioan. And. in c. præterea. de dilatio.

z ¶ Electionibus. Inquantum hic text. in fine loquitur de electionibus debet intelligi actiue † & passiue, vt patet ex no. in c. cum dilectus. ĩ. de consuetu. licet quandoq; intelligatur de actiua tantum, quando subest vitium inhabilitans ad passiuam. c. si celebrat. ĩ. de cler. excom. ministr. c. nullus. & in c. indemnitatibus. de elect. hoc lib.

¶ Ideo regulariter intelligitur de actiua & passiua. Hinc Domi. consi. 99. quod incipit, super primo, per text. nostrum concludit valere collationem beneficij factam excommunicato post appellationem legitimam, quia communicatio fuit nulla. Ex quo ipse aliud infert post glo. hic in versi. in officijs, quòd licet talis celebrauerit post talem excommunicationem latam post appellationem legitimam non incurrit irregularitatem, quia excommunicatio † nulla non habilitat quem ab officijs diuinis. vt ex dicta glo. resultat, quem hic insequitur Philip. subdens, quòd nec talem admittens, vel secum celebrans incurrit irregularitatem, licet postea appareat eum licitè excommunicatum, ex quo text. hic interim permittit celebrationem diuinorũ: quod not. Et dictum Domi. Dec. consil. 214. colum. pen. in causa cathedralis, firmat in simili.

Inno-

Innocentius Quartus in Concilio generali Lugdunensi. Cap. III.

Statuimus, vt null' iudicū participātes cū excōicatis &c.

SVMMARIVM.

1 *Minor excommunicatio a sacramentis separat, non a communione.*
2 *An maritus participans cum vxore excommunicata, incurrat excommunicationem minorem.*
Vir est caput mulieris, & mulier famula viri.
3 *Erubescit lex filios esse castigatores parentum.*
4 *Excommunicans qui participat cum excommunicato, an incurrat excommunicationis sententiam.*
5 *Omnis participans scienter cum ligato maiori, est ligatus minori.*
6 *Graue est hominum carere communione.*
7 *Quod quis iniustè fecit in alium, ipse iustè sustineat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Maritus est correlatiuus ad vxorem, & econtra.*
2 *Vxor sortitur domicilium & forum viri, & efficitur illius ciuitatis vnde est vir, prout dicitur de filio qui efficitur ciuis loci domicilij patris, & non loci suæ originis.*
3 *In his quæ sunt facti, filius non corrigit patrem, secus in his quæ sunt iuris.*
4 *Omnes participantes cum excommunicato maiori excommunicatione, incurrunt minorem dempto Papa.*
5 *An quis ligetur sua constitutione, vide hic.*
6 *Appellatio impedit excommunicationis denunciationem.*
7 *Pro iustitia sententiæ & censura præsumitur.*

STATVIMVS. Hæc Decret. ſ. eo. constitutionem declaratur. & ſ. eo. [statutum] dicta Decreta. statutum ad suspensionis & interdicti sententias prorogatur. Et hęc Decreta. tria ponit. Primò, inhibet ꝙ non feratur excommunicationis sententia in participātes cum excommunicatis maiori excommunicatione, ante canonicam monitionem, saluis constitutionibus contra illos editis, qui in crimine participant criminoso. Secundò versi. [quod si] docet participantes poterunt maiori excommunicatione ligari. Tertiò versic. [aliter] sententias aliter prolatas denunciat non tenere, & pœnam prolatoribus earum comminatur [excommunicatis] maiori excommunicatione [ab eodem] iudice, [alijs] purà salutatione, responsis, & consimilibus, [minori] quæ a sacramentis † separat, non a communione. s. de cler. non excom. minist. si celebrat. s. de exce. a nobis. Et quædam personæ ab hac regula excipiuntur. 11. q. 3. quoniam multos. s. eod. quod in dubijs. & c. seq.

2 Sed nunquid † maritus poterit participare vxori excōmunicatæ, non incurrendo minorem? dicit B. quòd sic. Cum vir & vxor non ad imparia iudicentur. 32. q. 1. c. si quis vxorem.

a ¶Contra a dic, quia casus specialis contra dictam regulam extendit contentos, in d. c. quoniam multos. Et b alia est ratio in hoc casu in viro & vxore, quia vir est b caput mulieris & mulier famula viri. 33. q. 5. cum caput. & c. est ordo. vnde præcipere potest vir vxori, vt se ponat in statu, non econtra. Et c. si quis vxorem loquitur in debito carnis exigendo, vel reddendo, in quo vir & vxor parificantur, idem dico † in filio, lege dicente, erubescit lex filios esse castigatores c parentum. Authē. de nupt. §. si verò expectet. ver. sed quod iam. colla. 4.

Sed econtra, pater corripit filium. C. de patri. potest. l. si filius. & l. sequen. [canonicam] quæ debet præcedere semper. 12. q. 2. indignè. Et quæ dicitur canonica habetur. ſ. eo. constitutionem [excommunicare] neque in genere dicendo excommunico omnes participantes cum tali neque in specie, dicendo excommunico Petrum, quia communicat Martino [damnato] s. eod. nuper. §. 1. & c. si concubinæ

4 ¶Sed pone iudex † Petrum excommunicat pro crimine, idem iudex isti P participat in crimine, nunquid erit d ligatus, dic quòd sic d nec ipsum excommunicat, sed aue thoritate e canonis, occasione tamen suæ sententiæ est ligatus. s. eod. cum desideres. in princip.

Et ex prædictis collige ꝙ sententia excommunicationis poterit fieri generaliter in participantes in crimine, vt hic, & sic intelliguntur iura. s. eo. sacris. & cap. quod in dubijs. in fi. 11. q. 3. excellentissimus. 1. respon.

Dixerunt tamen quidam, ꝙ generaliter sententia hic potest dari contra participantes, non in crimine. argu. ff. de admi. tuto. l. si duo.

¶Contra credo quòd declaratio dictæ constitutionis. ſ. eo. constitutionem requirit, ꝙ monendi sunt exprimendo nominatim. Et forsan fuit ratio ne delictum vel pœna vnius, alterum inuolat absque obseruatione solemnitatis, hic. & ſ. eo. constitutionem, positæ. Et Decreta. ſ. eo. Romana §. 1. & §. sequen. non loquitur in hoc casu, quia ibi dicit de sententia aliqua licet iniusta, hic autem de nulla. ſ. eod. ver. aliter. & d. §. loquuntur in excommunicato propter delictum proprium, sed hic de excommunicato ex sequela alterius delicti.

Sed quæro, quis participat cum ligato maiori scienter f nunquid statim potest denunciari f ligatus, saltem minori: dic ꝙ non, nisi iste confessus fuerit, vel super hoc conuictus fuerit, aliàs concluderetur ex maiori probata, quæ est 5 omnis participans † scienter cum ligato maiori est ligatus minori, iste sic participauit hac probata cum maiori in iure scripta, infert conclusionem probatam. aliàs argu. non probat [indurescat] vt quia videt se habere communio- 6 nem hominum, qua carere graue † est inter homines cōseruari, sicq; pœnam non habet sui reputatione, quando non videt se contemni. C. de aposta. hi qui sanctam. s. hoc lib. de excep. pia. 1. respon. [huius participantes] monitio g nem canonicam g spernentes, [consimili] scilicet maioris excommunicationis [non teneat] ipso iure. Et sic nota casum, in quo excommunicatio nulla est ipso iure. Alij casus no. ſ. eo. præsenti [legitimam] id est lege canonum h expressam, nam talis tenetur h iniuriarum. 11. q. 3. temerarium. & c. illud.

Item tenetur sicut sacrilegus. 24. q. 3. nō in perpetuum. Item carere debet communione hominum, quantum 7 æquum videbitur superiori, vt † quod iniuste fecit, in aliū ipse iuste sustineat. 33. q. 3. de illicita. 1. respon. Auth. de sanctis. Episco. §. omnibus. colla 9.

Item ecclesiæ ingressus est sibi per mēsem interdictus & ad interesse excommunicati est astrictus, & aliàs superioris arbitrio puniendus. s. eo. sacro. & s. eo. c. cum medicinalis. §. super or. [poterunt] idest debebunt. Nam hæc Decretalis pœnas an inflictas non adimit, sed nouam adijcit in detestationem ferentis. arg. s. hoc lib. de pœ. c. fi. §. per hoc quoque. qui curare debuit & quantum in eo est per suam ordinationem occidit. no. s. eo. cum medicinalis. in princ.

ADDITIONES PROBI.

a 1 CONTRA DIC. Dic quòd maritus † est correlatiuus ad vxorem, & vxor ad ipsem maritum. testis est Maria. Soci. consi. 34. col. 2. prosequendo.

b 2 Caput. Ratione cuius vxor † sortitur domicilium & forum viri. l. fi. de incol. lib. 12. C. no. in l. cum quædam. ff. de iurisdi. omn. iud. & l. ea. quæ. & l. fi. §. 2. ff. ad municip.

Efficitur etiam ciuis illius ciuitatis vnde est vir. Bar. in l. Imperatores. §. item rescripserunt. ff. ad municip. Maria. Soci. consi. 36. col. 2. rectè.

c Idem dic de filio, quia efficitur ciuis loci domicilij patris & non loci suæ originis. vt latè comprobat Ias. in consi. 77. placet. vol. 3.

c Castigatores. Quo ad administrationem rerum, vt in d. §. si verò. hic per Ioan. Mon. alleg. qui debet sic intelligi secundum glo. quam ibi sequuntur Bar. Saly. Alex. & Ias. in l. dedi tibi. § si quis. ff. de condi. cau. dat. quod verum secundùm Bar. ibi, nisi esset patris magna prodigalitas, quia 3 † tunc permittitur filio patrem corrigere.

¶In his autem quæ sunt iuris non est dubium quin pater a filio possit corrigi, vt resultat ex d. § si quis. & glo. in ver. posse, quæ dicit quòd non videtur fieri iniuria maiori bus, si a minoribus melius dicatur. l. potioris. ff. de offic. recto. prouinciæ.

d Dic ꝙ sic. Istud firmat Panor. in c. cum desideres. in 1. no. s. hoc titu. dum dicit, nota quòd nemo debet cōicare excom-

excommunicato ante absolutionem, quantuncunq; dignitatis existat, vnde etiam Episcopus communicando cum excommunicato ante absolutionem, incidit in ex-
4 communicationem. Nam † ius indifferenter excommunicat participantes excommunicato, cui omnes subijciūtur. vt in c. 1. s. de consti. hoc tamen non procedit in Papa, quia ipse communicando excommunicatos non incidit in canonem. glo. c. nulli. s. hoc tit. quam ibi sequuntur Panor referendo Ioan. de Lignia. idem tenere in Cle. si summus. hoc tit. ratio secundum eundem ibi. & in c. cū desideres. eo. quia excommunicatio quæ contrahitur ex participatione, est de iure positiuo, quo Papa non ligatur. c. proposuit. s. de conces. præb. cum alijs infinitis.

Nam tanta est potestas Papæ circa ius positiuum, vt si tollat cōstitutionem promulgantem excommunicationem, & vult eam haberi pro infecta excommunicati illius vigore (dico constitutionis) nō indigent absolutione. dico in c. quicunq; j. hoc tit.

5 ¶Authoritate canonis. An autem Episcopus † ligetur constitutione sua, vide per Bal. in auth. quibuscunq; in fi. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit quod non. Cum nullus habeat in seipsum iurisdictionē, aliàs esset agens & patiens in eodem subiecto. vide glo. in Cle. 2. in ver. ceterum. de elect. ibi, faciunt illud authoritate iuris. Istud non procedit in Papa. no. Imo. in Cle. fi. de senten. excom.

f Denunciari. Quia licet excommunicatio non suspen-
6 datur per appellationem sequentem, tamen † appellatio impedit excommunicationis denunciationem. c. pastoralis. s. de appel. no. Domi. consi. 7. subtiliter & copiosè. dico. in c. is cui. in ver. non suspenditur. hoc tit.

g Canonicam. Vide in simili quæ citat de promotione canonica. Domi. consi 8. col. 3. quidam Cardinalis.

h ¶Tenetur. Domi. consi. 7. subtiliter & copiosè. dicit ꝙ
7 dicens sententiam iniustam, habet probare, quia pro † iustitia sententiæ & censuræ præsumitur, nisi contrarium probetur. no. Inno. in c. bone. el 1. s. de elec. nec etiam sola probatio iniustitiæ sufficeret, cui requiratur animus iniuriandi, & iste animus in iudice non præsumitur, cum pro gestis iudicis præsumatur, pro quo facit ꝙ in dubio iudex malè iudicans potius præsumitur fecisse per imperitiam quàm ex dolo. Insti. de oblig. quę ex quasi delicto nascun. in princ. facit. l. meritò. ff. pro socio.

¶Innocentius IIII. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. IIII.

¶Quia periculosum est Epis & eorum superioribus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis interdicti & suspensionis in multis casibus pari passu ambulant.*
2 *Constitutio durat post finem regiminis constituentis.*
Mandatum plerunq; fit causa non cognita, inter partes solenniter.
Constitutio Episcopi non astringit superiores, sed inferiores tantum.
3 *Rescripta de iustitia, transeunt per audientiam publicam.*
Clausula generalis quos comprehendant, vide hic.
4 *Omnis superior Episcopo, est Episcopus, deme Cardinales.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Nullus ordo maior est Episcopo.*

QVIA PERICVLOSVM. Casus. prætextu cōstitutionis sententiæ, seu mandati generalis quibus ligentur suspensione vel interdicto contra facientes ipso facto Episcopi & alij superiores nō arctantur, nisi in ipsis de Episcopis caueatur & expressè [superioribus] scilicet Archiepiscopis, primatibus, & patriarchis. Et ideo est eis cautius prouidendum. s. hoc lib. de elec. vbi. ff. de Carbo. edic. l. 1. §. si quis verò. 42. distinct. quiescamus. 41. distinct. miramur [incumbit] circa correctiones, cōsecrationes, ordinationes, & benedictiones solemnes, tam personarum, quàm locorum, inquisitiones & reformationes. s. eo. qualiter. 2. s. de consecra. Ecclesiæ vel alta. aqua. s. de elec. quod sicut. §. præterea. & c. transmissa [suspensionis] dicit Innoc. secus in excommunicatione, sed qua-
1 re, cum interdicti † suspensionis, & excommunis sententiæ in multis casibus pari passu ambulent. s. eo. cum medicinalis. §. & hæc eadem. j. eo. statutum. s. de appel. ad hæc quoniam, dic nec tollatur canon quo ad episcopos. 17. q. 4. c. si quis suadente, quæ est fauorabilis toti clero, & ne tollatur canon. s. hoc lib. de homicid. pro humani & canō Honorij. 4. s. hoc lib. de pęn. c. fi. §. ꝙ si quis. & §. præsenti in quibus columnis ecclesiæ prouidetur. Sed in primo toti clero] prouideri] ne pastorale officium impediri cōtingat [cōstitutionis] generaliter latè. s. de solutio. c. 2. & eo. sacro. & c. cum medicinalis. s. hoc lib. de re iudi. cum ęterni, & s. hoc lib. de elec. statuimus, & si quę sunt similes [sententiæ] sunt in genere latè a Papa, vel legato, vel quouis superiore. Et idem dico in mandato. & dico ꝙ hæc verba
2 non sunt idem, quia constitutio † durat post finem regiminis constituentis. s. de off. leg. c. fi. & sententia quę etiā cum causæ cognitione ferri debet, sic intelligo. C. de postulan. l. 1. Sed si esset mandatum quod plerunque fit causa non cognita inter partes solemniter, & tunc nō durat vltra finem regiminis mandantis. ff. de pę. l. fi.

¶Sed quid si dicat constitutio, vel sententia seu mandatum de episcopo & quolibet alio, nunquid astringentur superiores? dicit Hostien. ꝙ non, sed inferiores tantum. s. de rescri. sedes. Contradic. arg. s. hoc lib. de procur. c. quid ad agendum. §. 1. vbi opinio doctorum deciditur tacta. ff. si quis cautio. l. sed & si quis. §. quæsitum. Et dicta decreta.
3 sedes loquitur in rescriptis † de iustitia, quæ transeunt per
a audientiam publicam, quæ sunt strictè [a] interpretāda, quę etiam primo enumerat inferiores & post vult exprimere maiores sub clausula generali.

¶Dicit etiam Hostien. ꝙ dicendo episcopus & alius superior, ꝙ Archiepiscopus tantum astringitur, nō primas, nec Patriarcha. dicit etiam quod dicēdo episcopus & quilibet superior, intelligitur astringi Archiepiscopus & primas non Patriarcha, pro se allegat hæc esse pęnalia, de pęniten. distin. 1. pęnæ. ff. de pœnis. l. si de interpretatione, & l. si præses.

¶Sed contra sentio, vt hic erat clausula generalis, quisquis, vnde post subijciendo de episcopis & alijs quibuscūque vel quibuslibet superioribus, de inferioribus intelligi non poterat, & propter hoc fortè subiicit, nisi in ipsis episcopis. &c. vel nihil subiiciens de aliis expresse, & omnis
4 superior † episcopo est [b] episcopus, in hoc tamen Cardi-
b nales non includo, & de hoc no. s. de scisma. c. 1. §. omnē.

ADDITIONES PROBI.

a STRICTE. Vide Io. Mo. in c. 2. s. de fili. præsbyte. & in c. solet. s. isto tit.

b ¶Est episcopus. Potest esse ratio, quia nullus † ordo est
1 maior episcopo. no. Bart. in l. 1. §. si quis. nume. 4. ff. de appella. vbi dicit ꝙ Cardinales non habet maiorem dignitatem episcopis, licet habeant maius officium.

Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen. Cap. V.

Romana ecclesia, & infra cæterum interdicti, &c.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus potest facere canonem seu constitutionem prouincialem, totam prouinciam tangentem, & eam penæ adiectione iuuare.*
2 *Leuius eneruatur clausula generalis, quàm specialis.*
3 *Tractus futuri temporis, non spectat ad iudicem.*
4 *Regulariter sententia ius respicit.*
5 *Regulariter sententiæ pro futuris culpis non sunt ferendæ.*
6 *In cancellaria datur forma sententiæ contra occultos detentores.*
7 *Vniuersitas dicitur vt hic.*
8 *Vniuersitas ab exordio, non potest constitui in vno: licet constituta in vno, possit saluari.*
Vniuersitas, communitas, collegium, corpus, societas, sunt quasi idem significantia.
Communitas dicitur vt hic, prout & collegium.
9 *Episcopus & capitulum sunt vnum corpus.*
Decem oues faciunt gregem.
Collegium dicitur persona non vera, sed repræsentata.
10 *Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito.*

Vsucapiens

Vsucapiens vniuersa, non vsucapit singula.
Potentia est de genere bonorum.
Illud possumus, quod commodè possumus.
12 *Iure communi, omne illicitum prohibetur.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Clericos percutientes eos laicos putantes, an excusentur a sententia canonis.*
2 *Ignorantia supina habet vim scientiæ.*
3 *Excommunicare est actus iurisdictionis.*
Quis seipsum non potest excommunicare.
4 *Tempus futurum est fauorabilius quàm præteritum.*
5 *Vniuersitas quare non debeat excommunicari.*
6 *Collegium dicitur vt hic.*
7 *Plus se non extendit confirmatio, quàm se extendat confirmabile.*
8 *Entia nolunt male disponi.*
9 *Excommunicatio quando feratur in collegium.*
10 *Vniuersitas vel collegium quando dicitur deliquisse.*
11 *Possumus, quod honestè possumus.*
12 *Pœnitus prohibemus, dicitur clausula potestatis priuatiua.*
13 *Paria sunt committere contra legem viuam vel mortuam.*
14 *Consuetudo non est leuis authoritatis.*

ROMANA. Hæc Decreta habet quinq; dicta. Primum ꝙ Archiepiscopus Remen. & eius officiales excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias a subditis illorum suffraganeorum, prolatas, non relaxẽt, salua consuetudine si quam habent. Secundum §. [porrò] excommunicationum sententiæ ab istis latæ generaliter subiectos ipsius Archiepiscopi tantum ligent. Tertium §. [Sed nec ipsi] in genere vel in specie pro culpis præteritis, vel præsentibus excommunicationum sententias nõ proferant non præmissa monitione. Quartum. §. [caueant.] ipsi pro culpis futuris vel iam commissis excommunicationum sententias non proferant, nisi in certis casibus. Quintum. §. [vniuersitatem] ipsi in vniuersitatem excõmunicationum sententias non proferant. Et ratio subditur, & in quos excommunicationis sententia sit ferenda docetur [excommunicatoribus] isti siquidem ad excommunicatores remittendi sunt absoluendi. s̃. eo. per tuas. & s̃. de offi. ord. ad reprimendam. & absoluendo nihil agunt, cum istorum excommunicatorum regulariter non sint iudices. j̃. eo. venerabilibus. 1. respon. s̃. de offic. ordi. pastoralis. & j̃. eo. §. 1. notatur [consuetudine.] Nam consuetudo hoc casu probatur. s̃. hoc lib. de appel. Romanala. §. 1. s̃. de no. oper. nuncia. significantibus [sententiæ] bene dicit sententiæ. Nam si esset canon illo ligarentur omnes. s̃. eo.
a a nobis. dummodo subditi sciant, vel eorum ignorantia[a]
b non sit supina.[b] s̃. hoc lib. de consti. c. 2. respon. 1. ff. de decre. ab ordi. fac. l. fi. Et voco subditum ratione delicti. ff. de offi. præsid. l. 3. vel quouis alio modo. de quib. no.
1 s̃. de offic. ord. pastoralis. Et dico ꝙ † Archiepiscopus potest facere canonem, seu constitutionem prouincialem, totam prouinciam tãgentem. s̃. hoc lib. de censib. Romana §. postquàm. Et vbi potest constituere, ibidem sua constitutio se extendit, & suam constitutionem Archiepiscopus pœnæ adiectione inuare posset. vt in c. a nobis. generaliter dicendo excommunico omnes, qui furtum fecerint [ligant.] Et est ratio nominatim excommunicando non
c subditum,[c] iste non ligaret. s̃. de iudic. at si clerici. Ergo multò minus iste sub generalitate non comprehenditur,
2 cum leuius † eneruetur clausula generalis, quàm specialis. s̃. de rescrip. pastoralis. [in specie] dicendo excommunico. P. quia ædificauit in cemiterio ecclesiæ, in genere dicendo excommunico omnes, qui ædificant vel ædificauerunt in cemiterio ecclesiæ [competenti] voco competentem generalem, quando est ferenda generalis sententia. s̃. de offi. ordi. si sacerdos & quando specialis, tunc præcedat monitio specialis [iniustas.]

Ex hoc euidenter probatur ꝙ sententia lata contra canonem, sacro s̃. eo. non est nulla. sed iniusta [caueant] Archiepiscopus & eius officiales [sententias] excommunicationis, suspensionis, & interdicti [in aliquos] etiam sub
d 3 ditos [pro futuris] nota ergo ꝙ tractus[d] † futuri[e] tempo-
e ris non spectat ad iudicem. ff. de vsur. l. 1. in fi.
Sed contra. ff. si serui vendice. l. egi. & ff. de libe. agnosc. l. si quis ali. §. alimenta. Sol. vbi ius non est præsens, quod iudex respiciat futura, nec spectat tractus tpis ad eum, vt hic. & ff. de vsur. l. 1. Sed vbi ius est præsens, vel propter principale, vel accessoriũ, secus. vt in d. l. egi. & est expressum. C. in quib. caus. colo. cens. do. accu. poss. l. 1. lib. 11. s̃. de procur. auditis. & colligitur. ff. pro soc. l. pro socio arbiter. vbi de hoc. C. de fideius. l. 1. Et hæc distinctio hic colligit, nam vbi mora, culpa, vel offensa procedunt, iam interest, & ab hoc sententia ferri potest propter ius præsens. Secus
4 si nullum istorum subsit, vnde cum sententia † regulariter ius respicit, licet possit etiam cum hoc pro futuris ferri, vt dictis iuribus, constitutio duntaxat regulariter futura respicit. s̃. de constitu. c. fi. Et ideo licet per constitutionem ferri possit excommunicatio pro culpis futuris, vt c. a nobis, non tamen per sententiam regulariter debet ferri, vt hic [sub hac forma] nunquid est per istum. §. correctus canon. s̃. de appel. præterea. 2. dic ꝙ non sed est inter-
5 terpretatus, quia pro futuris † vel commissis culpis regulariter sententiæ non sunt ferendæ, fallit nisi mora &c.

¶Sed qualiter potest esse commissum quod culpa non præcesserit? dic ꝙ non, respiciendo iam commissum, sed posset esse commissum iam perpetratum, non tamen esset in culpa quoad satisfactionem non petitam exhibendam, quæ si quidem culpa primò debet declarari, & tunc omittens ad satisfactionẽ compelli debet. arg. C. de actio. & oblig. negantes [mora] vt quia condemnatus non soluit, tunc mora præcedente, præfigi sibi poterit terminus ad soluendum, alioquin excommunicatio in eum proferri potest, [culpa.] Episcopus visitans vidit clericos negligentes circa officium diuinum, potest (negligentia præcedente) excommunicationis sententiam ferre in omnes, qui non intersunt vel intererunt officio diuino, [offensa] vt si quis tenuisset concubinam, a qua fuerit separatus, iustè potest in eum ferri sententia, dicendo te excommunico si vlterius tenueris eam, vt s̃. eo. si concubinæ, [rationabilis] verbi gratia, nescitur quis fecit furtum, vel aliud delictum, hoc casu potest ferri senrentia in genere. per d. c. si sacerdos. quod est verum quando nescitur
6 quis commisit delictum. Et sic [datur in cancellaria[f] for-
f ma quæ vocatur contra occultos detentores, quorum nomina prorsus ignorantur, vnde nec in genere, nec in specie sententiæ excommunicationis sunt ferendæ pro futuris & commissis culpis, vt hic, sed fallit, vt in versicu. nisi mora: potest etiam poni exemplum de causa rationabili. s̃. de testib. constitutus. primo & secundo [vniuersitatem]
7 vniuersitas † dicta ab vniuerso, vniuersum, idest, in vnum versum, quando plures habent ius vel causam verti in vnum, vt vniuersitatem faciant, quia hoc est eis concessũ ab his qui s̃. hoc ius habent. ff. de colleg. illi. l. 3. Et vniuersitas est plurium corporum inter se distantium vno nomine specialiter eis deputato collecta. Et ob hoc vniuer-
8 sitas ab † exordio non potest constitui in vno, licet constituta in vno possit saluari. ff. quod cuiusq; vniuer. l. sicut. §. fi. Et hæc nomina vniuersitas, communitas, collegium, corpus, societas, sunt quasi idem significantia, vnde com-
9 munitas a communi † dicta, & est commune composi-
h tum a con & munium, idest, officium,[h] quasi plurium in vnum officium. s̃. de procurat o. consulti, vt quia habent
i archam[i] communem sigillum commune, & vnum rectorem, & consimilia. arg. s̃. de conces. præben. c. dilecta.
k Et collegium quasi in vnum collectum. Et[k] est collegium societas collegarum in vno honore positorum, & hoc potest dici. 1. capitulum & ob hoc appellatione capituli Placentini, duntaxat clericos Ecclesiæ cathedralis cõprehendit. j̃. titu. proxi. cum clerici. non enim est vnus honor omnium clericorum totius capituli Placentini. Et ca-
9 pitulum & Episcopus † sunt vnum corpus, ita quod Episcopus est caput, & capitulum mẽbra. s̃. de his quæ fiunt a præla. sine consen. capit. nouit. Et ista dicuntur vnum non simpliciter, sed aggregatiuè, vt archa est vnum aggregatione, vt domus, sicut etiam grex est vnum aggregatione, quia 10. oues faciunt gregem. ff. de abige. oues. Et ob hoc nullum istorum est persona vera, quæ est rei rationabilis indiuidua substantia, & collegium dicitur persona nõ ve-
l ra,[l] sed repræsentata. ff. de fideiusso. mortuo.

¶Et quia excommunicatione ligatur persona vera, quia persona habetanimam rationalem, quæ sola ligatur excõmunicatione, vt no. s̃. eo. cum medicinalis, ideo hic

penitus prohibetur excommunicationis sentētia in vniuersitatē proferri, vt hic, quasi dicat potestas ferēdi hanc sententiam omnino subtrahitur, vt sententia lata in hoc casu sit nulla. argu. C. de legi. non dubium, secus si alias nō haberet iurisdictio. in personam veram arg. s. hoc lib. de offi. ordina. Romana. §. officiales. Et hæc est maior prohibitio q̃ ibi, vt liquet ex verbis. Et hæc non est persona vera, sed repræsentata in qua non m cadit excommunicatio. Nam. in §. officiales, materia est apta ad recipiendum excommunicationem, licet modus procedendi non sit aptus Sed hæc. §. persona repræsentata nō est capax impressionis excōicationis, & ob hoc nihil agit, quia secūdùm n Philosophum actus o † actiuorum sunt in patiente benè disposito. p Et iam si referri posset ad verā personā, cōtingeret puerū vnius d iei in hāc sn̄iam incidere, & absentes.

Dico q tamē sententiam posse ex causa ferri in omnes de vniuersitate qui fuerunt in tali facto in eo mādato rebelles. Itē ferendo sentētiā excōmunicationis in vniuersitatem nō videtur ferre in singulares personas, sicut possidens vel vsucapiens vniuersa non possidet vel vsucapit singula. ff. de acquir. possess. l. qui vniuersas. in princ. & ff. de vsucapio. eum qui edes. in princ. & l. rerum mixtura. arg. 12. q. 2. qui manumittitur. ff. quod cuiusque vniuers. sicut. §. 1.

Sed dices, excommunicatio lata in vniuersitatem non habens id quid agat quo ad vniuersitatem, agit in singulares partes, vt hic videtur innuere. arg. ff. de pact. l. item si vnus. §. si acceptilatio.

Sed dic ꝙ illud generale. Si non † valet vt ago, valeat vt valere potest. s. de desponsa. impub. tuæ. & s. hoc lib. eo. c. 1. §. 1. est intelligendum vbi nō sequitur inconueniens, vt ibi, Sed hic incōueniens sequeretur. Item. §. si acceptilatio loquitur vbi est acceptilatio inutilis ratione materiæ, vt quia est interposita super contractu non verbis facto, in quo potest, & si non ipso iure, ope tamen exceptionis. Sed hęc in materiam subiectam nihil potest, vt in vniuersum, & agere in singulis hoc casu non est posse, cū potentia sit de genere bonorum r secundùm Philosophum. Et omnis potestas a domino tribuitur ad iustitiam & rectum iudicium exercendum. s. hoc lib. de homic. c. 1. §. cunq; Et ob hoc illud possumus quod commode s possumus. ff. de verb. signifi. nepos Proculo.

¶ Item Papa volens prouidere contra fatuas remissiones, sic eas reprobat, ꝙ factæ nō teneant. s. hoc lib. tit. proxi. c. fi. Ergo sic potest reprobare excommunicationem ꝙ lata non teneat: quod facere videtur, cum dicit penitus t prohibemus. arg. ff. de postu. l. quos prohibet.

Item † iure communi omne illicitum prohibetur, & sic hoc illicitum prohibitum est adijcere ad hanc specialem prohibitionem, vt hic fortior est prohibitio, vt facta in contrariū nō teneat, etiam si alias teneret speciali prohibitione non facta Auth. de aliena. & emphi. §. sanctissimas. colla. 9.

¶ Sed contra. s. eo. sacrosan. & j. eo. si sententia. §. cum vero. Sol. ibi erat directò materia capax pœnæ imposita, hic non. dico tamen sententiam interdicti posse iustè ferri in vniuersitatem pro delicto alterius. 6. q. 4. frater. s. de sponsal. c. non est [culpabiles] sed quando & qualiter, tene doctrinam. s. eo. §. caueant traditam.

ADDITIONES PROBI.

a IGNORANTIA. † Idē dic de his qui clericos percutiunt, putantes eos laicos & ignorantes, quia tunc excusantur a sn̄ia canonis, si quis suadente. Et hæc ignorātia verificatur iur͏̃o, secus si eorum ignorantia sit supina, pro quo vide q̃ latè tradit Hiero. de Tor. cōsi. suo. col. 11. versi. Sed fortius. quod reperies post consi. Anto. de But.

b Supina. Quia hæc † habet vim scien. Roma. consi. 140. in fi. alleg. c. 1. s. de postula. prælato. & c. cum in tua. s. qui matr. accusa. poss.

c Non subditum. Quia in nō subditum non habet iurisdictionem. Sed † excommunicare est actus iurisdictionis. glo. in c. transmissam. s. de elec. ergo non potest illum excommunicare. c. vt animarum. s. de constitu. hoc lib.

¶ Hinc sumpta occasione Præpo. in c. quotiens. col. 1. 1. q. 7. dicit ꝙ quis seipsum nō potest excommunicare, ratio patet in euidenti, quia per iurisdictionē quis cōstituit in gradu superioritatis respectu eius in quem habet iurisdictionem, quia est iudex eius. Or nullus in superiorem & equalem habet iurisdictionem. c. innotuit. s. de elec. & l. ille a quo. ff. ad Trebel. & per consequēs nullus in seipsum, igitur non potest seipsum excommunicare.

d ¶ Tractus. Adde gl. potest tex. in l. non quemadmodū. ff. de iud. glo. in §. præiudiciales. inst. de actio. glo. in l. 1. C. de fideicom. quas in d. l. non. Bar. & Pau. sequuntur, idem Bar. & Ias. in l. vbi autem. §. qui sortem. ff. de ver. oblig. qui dicunt ꝙ si promisisti quid singulis annis, potero agere, vt condemneris. vt in futurum soluas. Et hoc verum nisi esset in potestate mei exigere, & totum debitum, & cursum præstationum sequentium impedire. per. l. j. §. 1. ff. de vsur. hic per Io. Mo. alleg. secundum præfatos Doct. & Bal. in d. l. & non ita intelligas dictum Io. Mo. hic.

¶ Iuxta thema habes, quæ citat Alex. de Imo. in consi. 50. num. 2. in causa & lite. vol. 5. post Guil. de Cun. & Bar. in l. si idem cum eodem, in princi. ff. de iurisd. om. iud. statuto cauetur quòd potestas habeat iurisdictionem in causis centum librarum & vltra. modo quidam petijt annuū debitum, nedum pro tempore præterito, sed etiam pro futuro, iuxta not. in d. l. non quemadmodum & d. l. 1. C. de fideicom. & computatis quantitatibus omnium dictorum annorum, summa excederet quantitatem librarum centum, an potestas poterit esse iudex in illa causa. & determināt, aut erat vna actio pro toto tempore, & summę tunc coaceruari debent, aut non erat vna actio pro toto tempore, & tunc secus per illum tex.

e ¶ Futuri temporis. Quod est tempus † fauorabilius, per ea quæ tradit Dom. in consi. 18. in fi. quia copiose. ꝙ quando in statutis apponitur verbum dubium quod potest notate tempus præteritum & futurum, in dubio debet intelligi, vt potius includat tempus futurum, quàm præteritū. allegat. gl. c. 2. s. de constitu. hoc lib. & in c. 1. s. de cler. non residen. eo. lib.

f ¶ In cancellaria. Istud latissimè expediui in c. fin. supra de constitutio.

g ¶ vniuersitatem. Hic & alibi scribentes laborant circa rationem ad tex. nostrum, videlicet ꝙ vniuersitas † non debeat excommunicari. Primo glos. in c. sicut vir. 7. quæst. 1. dicit id fieri, quia si ecclesia vel ciuitas posset excommunicari, sequeretur absurditas, nam omnibus illis mortuis & alijs substitutis est eadem ecclesia, ergo adhuc esset excommunicata, si priores canonici non petijssent absolutionem, quod an sit verum, mouet Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. in fine. ff. de verborum obliga. & in l. quod in rerum. §. fin. in fine. de lega. pri. vbi nihil decidit, sed remittit ad canonistas in ca. aduersus consules. supra de immuni. eccl. & Inno. in c. grauē. s. hoc lib. tit. quos videas.

¶ Vt veniamus ad intentum celerius, Domi. quem ibi sequitur Præpo. in d. c. sicut vir aliam voluit reddere rationem & potissimam. Quia materia non est capax, actus autem & passiones (prout in facto consistunt) sunt singulorum, non autem collegij, vel vniuersitatis, vt bene probatur. c. 2. de testib. hoc lib.

¶ Constat autem quòd vniuersitas, vel collegium non est quid singulare, nisi per repræsentationem, vt per Ioan. Mo. hic subijcitur, quem alii insequuntur, & in c. vt circa. num. 7. supra de elect. Excommunicatio autem ligat solum veram, non repræsentātem personam. c. P. & G. supra de offic. deleg & c. sicut. el 3. supra de iureiur. & habentem animam rationalem, vt in sequen. dicitur, & baptizatam. c. omnis Christianus. 11. q. 3. iuxta illud, quia nihil ad nos de his, quæ foris sunt. Io. Mo. in proę. vbi dixi, quæ omnia cessant in vniuersitate, vt patet ad oculum.

Aliam rationem voluit reddere Fely. in c. dilecti. col. 1. supra de except. post Richar. dicens ꝙ quamuis possibile sit omnes de aliqua communitate deliquisse, tamen rarò hoc contingit, & iura adaptantur ad frequentius accidentia. l. nam ad ea. ff. de legi. pro hoc allegat. c. commessationes. 44. dist. vbi dicitur in fin. quòd multitudo frangenda est monitionibus non leuissimis, sed instantissimis, ergo non excommunicatione.

Guiller. hic post Arch. & Io. And. in Nouel. videtur his adhęrere & alij post eum, vide hic Host. quia optimè loquitur in liquidatione intenti.

h I. Officium. Idem Ioan. Mon. in rubr. de sponsal. & matri. supra & ibi dixi.

i Archam

i Archam communem. Vide alia signa collegij per Do. meum.in 2.lib.respon.c.10.col.3.& Roma.consi.436.nu. 6.quod indultum.

k Et est. Vel dic † collegium est collectio corporum ra-
6 tionabilium, constituens vnum corpus representatum.

¶Vel est collectio plurium inter se distātium vno nomine nuncupatum, secundùm Bald.in rub.C.pro soc.refert do.meus.2.lib.respon.c.10.col.2.

Vel secundùm Roma.consi.436.nu.3.quod indultum Petri, ꝙ collegium est corpus quoddam, quod ex multis adinuicem collectis conficitur, non autē ex vna sola persona, licet in vna per casus superuenientium ius eius remanere possit.l.sicut in fi.ff.ꝙ cuiusq; vniuersi.

¶Ideo dicimus ipsum collegium, seu vniuersitatem in seipsam consideratam animam non habere, vt aduersus eam excommunicatiotio possit ferri, vt hic, tum quia nō possunt discerni consentientes (qui solū debent excommunicari) a dissentientibus Calca consi.1.col.4.vbi multa congerit de collegio quę videre licet.

In eo enim quod dicitur in c.p.& g.s.de offi.delega.ꝙ excommunicatio nō fertur nisi in personam, verum animam rationalem habentem.c.si quis presbyterorum.s. de reb.eccle.non alienan.& est de mente Io Mo.in seq.

l Non vera. Idem Ioan.Mona.in c.vt circa.s.de elec.& ibi dixi.

m Non cadit. Nec personalis citatio, etiam in criminali citatur.in argu.citationis animalium brutorum.d.Chass. consi.1.col.4.versi.ad secundum.

n Quia secundùm Philosophum. Istud facit ad aliud ꝙ
7 plus † non se extendit confirmatio q̃ se extendat confirmabile, quia confirmatio fit super confirmabili, & sic nō est maioris cōprehensionis confirmatio, q̃ sit illud quod confirmatur, quia actus actiuorum fuat in patiente benè disposito. istud lego apud Alex.in consi.123.versi.modo istis præsuppositis.scripsit ecclesiasticus.vol.4.

o ¶Actus. Super quibus se fundans & certis alijs satis est ostendere ꝙ illi fuerint legitimè gesti licet aliter non probent habilitatem personæ ad illos actus, pro hoc habes tex.sing.secundùm Soci.cōsi.258.col.2.in causa vicariæ. in c.in præsentia.vbi Panor.& alij.moder.s.de proba.Nā ibi syndicus monasterij duntaxat probauit illum obtulisse se & sua, & ex eo præsumitur ꝙ fuerit legitimè ętatis & discretionis, vnde contrarium afferenti incumbit onus probandi, vide Ioan.And.in regu.infamibus.

p Benè dispositio. istud adducit Bart.de Chass.consi.1.in 5.præsupposito.in §.5.præsuppono ad probandum quàm animalia irrationabilia, quæ demoliuntur vineas Burgūdiæ, sint notorie exēpta a iurisdictione Episcopi Heduē. & sic ꝙ contra ea ratione contumaciæ, sententia excommunicationis, seu anathematizationis non possit ferri.

Ratio dicti resultat ex alio, quam citat Philo.12.Meta-
8 phi.quòd entia † nolunt male disponi, refert Maria.Soci. consi.164.col.7.visis.& consi.

Istud dictum Ioan.Mona.quod dicit Philo.legitur.lib. 2.de anima, quod probatur.in c.venerabilem s.de elec.& Lucæ.10.vbi Episcopus ad Apostolos dicit, ꝙ inquancunq; domum intrauerint benedicant habitantes in ea, cuius benedictionis si fuerint capaces, benè quidem, alioquin ad ipsos Apostolos reuertetur.

q ¶Dico. Pro hoc dicto vide ea quæ citantur a Fely.in c. dilectæ in Episcopo.col.1.s.de excep.post Hosti.in summa.in tit.de contuma.§.fi.ver.Ergo si constat, vbi dicit ꝙ
9 si constat † totam vniuersitatem vel totum collegium deliquisse, poterunt singuli excommunicari, dicendo excommunico priores & omnes de tali collegio qui parere noluerunt.alleg.c.proposui.s.de cler excom minist.& c.pro illorum.s.de præb c.capitulum.s.de rescr.& c.1.ne sede.vacan.hoc lib.idem Fely.in c.dilectus.el 2.nu.2.s.de symo.dicens hoc sonare tex.nostrum, ibi, culpabiles.firmauit ante.Fely.Ioan.de Ana.in d.c.dilectus.col antepe. exemplificat in collegio monachorum & communi consilio.

¶Et sic istud genus videlicet collegium verificatur in specie videlicet in singulis postquam omnis species capax est.

In proposito idem Fely.in d.c.dilectus.col.1.versi.Secundo considera.adducit ꝙ citat Ioan.Imo.in d.c.capitulum.col.penul.ꝙ si constat excommunicantem vtentem verbo collectiuo, velle excommunicare singulos, valet excommunicatio. Si autem constat quòd vult excommunicare capitulum vt Episcopum, non valet, qui est persona representata & in animata.vt s.diximus post Ioan.Mona.in c.vt circa vbi latius distinxi.de elect.

In dubio autem præsumitur excommunicasse singulos, vt potius res valeat, quàm pereat.c.abbate.s.de verb. signifi.& hoc data capacitate & culpa omnium de collegio, aliàs non valet.

10 Et attende, quia antequam vniuersitas† vel collegium dicatur deliquisse, oportet quod id probetur factum deliberato & communicato consilio, aliàs non contra ipsam vniuersitatem, sed contra singulares personas facientes agitur.Bart.in l.aut facta.§.fi.in vlti.colum.ff.de pœ.per l.semper.§.1.ff.quòd vi aut clam.not.in glo.l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.& l.sed si ex dolo.§.1.ff.de dolo.refert & sequitur Pau.de Cast.consi.104.in causa Fortij.par.2.

¶Præmissa comprobat Bal.consi.283.visa inquisitione.in 1.par.vbi dicit ꝙ ad hoc vt vniuersitas delinquat in faciendo, exigitur quòd ad sonum tubæ, vel campanæ, vel alio modo cōsueto se congreget, & deliberate communicato consilio ad delinquendum procedat. Pro præmissis vide quæ tradit Philip.Corne.consi.224.col.2.vers. cum constet quòd vniuersitas, quod incipit considerata forma.in 4.vol.& Deci consi.221.col.1.in ver.ex hac cōfirmatur, quod incipit, nō patitur angustia quę alleg.Panor.post alios.in c.dilectus.el 2.s.de symo.& Do.in c.fœlicis.§.fi.col.2.de pœ 1.hoc lib.

Vide etiam quæ dico.in c.præsenti.j.isto tit.

Pro hoc vltimo intento vide Pet.de Anch.consi.158. col.4.versi.præterea ex narratis, qui subdit id verum vt diximus in delicto in faciendo, quod non habet tractum successiuum, secus si habeat tractum successiuum, vt latè comprobat.

r ¶Bonorum. Istud idem dicit Ioan.Mona.in extrauagan.rem non nouam.de dol.& contuma.in glo.magna antepenul.colum.& clarius, quia posse malum non est posse, sed non posse, pro hoc habes tex.in c.principium. §.charitas.de pœniten.distin.2.facit quod citat Soci.cōsi. 164.colum.penul.visa bulla Bonifacij, quod adest plenitudo potestatis in dispositione bonitatis, non autem prauitatis, nam potius tunc deberet dici plenitudo potestatis.

f ¶Commode. Idem Ioan. Mona. in capit. quoniam. s.de hæretic.& capit.cum in Ecclesijs, de præben.& ibi dixi.

11 ¶Et etiam possumus † quòd honeste possumus, per ea quæ citat Ang.consi.142.super primo inquirendum dum dicit, quòd vidua tempore luctus debet vt alimenta ab hæredibus suscipiat in domo viri operari, si ibi salua honestate matrimoniali stare potest.ff.de oper.liber.l.sicut patronus. Aliàs non tenetur ibi operari, quia ibi non dicitur posse quod honeste ipsa non potuit.ff.de condi.insti.l.si filius. Vide apostila.ad Bart.in l.libertis.§.Lucius.ff. de alimen.& ciba.lega.Bald. in l.1.col.2.versic.3.dubitatur.C.de lega.vide etiam quæ dixi.in c.contingit.s.de iureiur.

t ¶Penitus. Quia licet Ioan.And.hic in glo.teneat sententiam excommunicationis latam in vniuersitatem va-
12 lidā fore, tamē obstat dictio hæc, † penitus prohibemus, quæ dicitur potestatis priuatiua, probat ipse Io.And.in c. vnica.col.1.de postula.præla.hoc lib.ibi penitus, ac si dicat ipso iure & sine exceptionis ope.

Ideo huiusmodi excommunicationis sententia dicitur ipso iure nulla, tamquàm a non suo iudice lata.c.at si clerici.s.de iudic.cum similib.Et in hoc Archi.Guiller. Pet.& Domi.& Franc.cum Ioan.Mona conueniunt.pro quo subdit Archid.quod dominus prohibet, omnino fieri non licet.28.q.1.vnde non sine ministerio dicit penitus.q.d.omnem potestatem subtrahimus. Et sic in hoc casu de cętero lata sententia nulla erit.arg.cap.1.de verbo.significatio hoc lib.Cuius sententiæ fuit Hostien.hic colum.2.vbi dicit secus si diceretur proferre non præsumat. vt in cap.Romana.§.officiales.s.de offi. ordin. hoc lib.

Ex quibus patet quòd si feratur, eo ipso actus nullitas dicitur interuenire, prout in simili dicitur. Quia omissio formæ datæ ab homine operatur actus nullitatem,

13 sicut ea quæ a lege legitur introducta, cum sint † paria aliqua facere contra legem mortuam, vel contra legem viuam. Panor. in c. cum olim. num. 6. s. de arb. alleg. c. fi. s. de accusa. vbi plus subdit, quòd quantum ad nullitatẽ actus durius agitur cum lege, quàm cum ministro legis. voluit Bar. in l. amplius. ff. rem rat. habe. per tex. in l. libertus. ff. de iure patro. vbi probatur quòd alienatio facta in fraudem legis est ipso iure nulla; si in fraudem hominis est reuocãda. quod sentit Innoc. In c. Rainaldus. s. de testam. vbi tenet indistinctè quòd alienatio facta contra legem est nulla. Sed non semper corruit quando est facta contra dispositionem hominis.

¶Istud possumus ampliare ad actum factum contra consuetudinem, quia etiam dicitur nullus, cum consuetudo habeat vim legis, iuribus vulgatis. facit illud, statuta namq; locorum & consuetudines sunt ius ciuile. c. ius ciuile. 1. dist. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur.

Item idem appellatione iuris venit cõsuetudo. Panor. in rub. de consuet. & in c. cum venisset. s. de eo. qui mitti. in posses. & in c. 1. s. vt lite pend. & in c. licet. s. de proba. lo. And. in c. Quintauallis. ad fi. s. de iureiur. Et meritò quia

14 consuetudo † non est leuis authoritatis. c. cum consuetudinis. s. de consuetu. pro hoc puncto remissiuè vide Fely. post alios in c. cum dilecta. s. de rescrip.

¶Innocentius IIII. in Concilio Lugdunensi. Cap. VI.

¶Dilecto filio decano Aurelianen. & j. &c.

SVMMARIVM.

1 *Non solum clerico, sed etiam laico licitum est se tueri.*
Ordinarius processus dicitur etiam via inquisitionis habitus.
2 *Qui potest diuersis & aduersis defensionibus vti.*
Arma spiritualia dicuntur lachrymæ, orationes, & censura ecclesiastica.
3 *Prouocare accipitur vt hic.*
4 *Si licet cuilibet pro alio propulsare iniuriam, magis pro seipso.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando liceat resistere superiori, vide hic.*
2 *Quis se fundare potest in diuersis & pluribus priuilegijs.*
Quis potest pluries legitimari.
3 *Qui tenutam obtinuit, petere potest quòd in ea confirmetur, & qui institutus est in possessione beneficij petere potest, vt de nouo instituatur.*
4 *An quis pluribus præsentationibus se tueri poßit.*
5 *Cuilibet est permissum vim vi repellere.*
6 *Duplex reperitur censura legum videlicet & canonum.*
7 *Quis ad gloriam nascitur, quando moritur.*
8 *Mors appellatur viatoris Principium.*

a DILECTO. Balliuus, Aurelianen. conquerebatur de Decano Aurelianensi, pro eo ꝙ idem Decanus nunc gladio materiali, nunc spirituali se iuuabat contra ipsum, Papa respondet hic licere vim vi &c. prima distinctio. ius naturale. s. eo. si verò alicuius. §. si verò clericum. ff. de iusti. & iu. vt vim. C. vnde vi. l. 1. & ibi notatur [decano] non solum clerico, † sed etiam laico licitum est se

1

tueri, etiam si iudex suus ordinarius ordine iudiciario nõ

b seruato. notoriè, in dubio secus. no. ff. de iudic. l. si quis ex aliena. [iniurietur] in rebus, seu persona. C. de iu. fisci. l. phibitum. lib. 10. Auth. vt iudic. sine quo. suffrag. §. volumus. colla. 2. Et dico ordinarium processum, etiam via inquisitionis habitum. s. hoc lib. de accusatio. inquisitionis. s. de offi. ordi. c. 1. Et hic processus est legitimus etiam per sæculares. Auth. de colla. §. iubemus. colla. 9. ff. de offic. præsid. congruit [eum] scilicet decanum. [spoliare] respectu mobilium [occupare] respectu immobilium [illius] balliui [cuius] balliui [nimiam potentiam] respectu potentiæ decani. [sibi] s. decano, [ecclesiastico] s. sententiam excõ

2 municationis. 16. q. 2. c. 1. [potuit]. s. decanus. Et sic † nota

c eundem posse & diuersis c defensionibus vti & aduersis. j. hoc lib. tit. 2. nullus plurib. & hic non sunt aduersantes, sed sibi inuicem mutuum subsidium præstantes, vt j. eo.

d in fi. [spiritualia] quæ sunt lachrimæ, & orationes d & censura e ecclesiastica, [præsertim] idem si nulla causa vel

e excõicatio præcessisset, [ipsum] decanum, [prouocatus] balliuus. i. turbatus vel conuictus. s. de offi. deleg. suspitionis. Et sic hic accipitur in malam partem, & aliquando in bonam, vt cum quis operatur bonum, vt sequẽdo sancta

3 exempla alterius † prouocatus ad bene operãdum, & sic

f accipitur in oratione beatissimorum martyrum, f Marcel

g lini & Petri, g cũ dr̃ quorum gaudemus meritis, prouocemur exemplis. ff. de ædil. edict. quod si nolit. §. q. mãcipia.

¶Alio modo accipitur prouocare, id est pro causando vocare. s. de appel. cum sit Romana. §. si verò. [illius] balliui [sñarum] excõicationũ ex causis alijs latarum. vt s. [&

4 quod] optima rõ. Nã si licet † cuilibet pro h alio propulsa

h re iniuriam, magis pro se ipso. C. de serui. l. præses. & euidenter vna de opinionib. notatis. s. eo. quàm te. hic approbatur. [cum liceat.] 23. q. 3. fortuito, cum multis. c. seq. [temporalem] iurisdictionem, rem, vel iniuriam, [spiritualia] s. per excõicationis, vel interdicti sñiam, [ecclesiasticam] dum tñ spiritualis gladius nõ exerceatur, nec pro sua, nec pro aliena iniuria, nisi cõtra hominem suæ iurisdictionis.

Sed an contra istum violentum posset ferri excommunicatio, & quo ordine, dic vt s. c. proximo. §. sanè. & §. caueant [inuicem.] Nec propter hoc licet clericis vel laicis iuuare aliquos contra excommunicationem, quam credunt iustam, vt excommunicatores per captionem bonorum compellantur excommunicationem relaxare, vel a denũciatione cessare, & tales puniuntur. j. eo. quicunque.

ADDITIONES PROBI.

a BALLIVVS. Vulgare est Gallicorum, sicut in simili dicit Archi. in cap. vnico. s. de cler. coniuga. col. 2. de hoc nomine, propositus, quod sit vulgare Gallicorũ Ioã. Mo. testatur. in c. qm̃. in prin. s. de immunita. eccle.

b ¶Non seruato. Hinc dicimus † licitum fore resistere

1 superiori, si iniustè agat, de quo latè per Petr. de Ancha. consi. 158. colum. 4. ex narratis, vbi allegat text. nostrum ad hoc, quòd clerici qui vident suam ecclesiam rebus proprijs spoliari, si possunt debent de facto resistere, maximè cum censuræ sententia non curatur, pro quo adducit, quòd malus custos est, qui gregem deserit, & viso lupo fugam arripit. Et indignus est beneficio, qui dominum a quo habet beneficium non defendit, & sic multò magis clericus defendere habet ecclesiam, sicut maritus vxorem, pater, filium, & econtra. Docto. in l. vt vim. ff. de iusti. & iu.

c ¶Diuersis. In simili dic quòd † quis se fundare & tue-

2 ri potest in pluribus priuilegijs. notat Lap. allega. vlti. Roma. consi. 433. colum. fina. quo ad primum. Felyn. in cap. in nostra. s. de rescript. facit quod citat Paul. de Cast. consi. 127. viso testamento. circa finem. vbi concludit quòd quis potest pluries legitimari, & ex pleniori & validiori legitimatione se tueri. refert Dec. consil. 152. quod exorditur, in causa exemptionis. consil. 301. in versic. concurrit etiam &c. & pro tenui, istud idem repetit Dec. consi. 338. num. 8. viso proposito. idem Dec. consil. 393. num. 3. consului.

3 ¶Pro intento faciunt, qui † tenutam obtinuit, petere potest ꝙ in ea confirmetur. Ange. in l. si finita. §. fin. ff. de dam. infe.

Item institutus, qui est in possessione beneficij, petere potest quod de nouo instituatur. Panor. post Cardin. in 3. no. in c. post electionem. s. de concess. præbẽ. Idem Panor. in c. cum olim. el 2. s. de priuileg. Cald. in consi. 7. de elect. Roma. d. consi. 433. num. 6. & 7. quo ad primum vide quæ dixi. s. de elect. in c. vt qui duas.

Item partes possunt petere ꝙ contractus a iudice confirmetur. no. Bar. in l. si quos. de decurio. lib. 10. C.

4 Sed in proposito non est omittendum. An quis † pluribus præsentationibus ad vnum beneficium factis, possit se tueri. Pone, præsentatus per patronos, & confirmatus siue institutus, iterum secundò præsentatus per dicentem se habere ius, vel potestatem præsentandi a patronis petijt se confirmari, seu institui. protestans ꝙ non intendebat recedere a prima præsentatione, sed id facere ad cautelam (quæ multũ iuuat Ias. in consil. 97. statutum. volum. 3.) Nunc tertiò præsentatus suus aduersarius petit,

vt eligat alteram ex præsentationibus, insequendo decisionem.d.c.vt quis duas. quæritur quid iuris. Breuiter insequendo doctrinam Lapi, non tamen arguendo ad partes, prout facit allega.8.videtur dicendum ꝙ alteram eligere tenebitur, motus pluribus rationibus, inter quas habeo citare, ꝙ quo ad interesse ipsius aduersarij, duæ sunt præsentationes, & in prosecutione duarum augetur interesse dicti aduersarij, quia plus fatigatur ĩ duabus quàm in vna. Nam vtranq; conuenit impugnare, quia esse posset ꝙ vna esset valida & alia inualida, quia præsentantes, vel præsentatus poterat esse excommunicatus tempore primæ, & non secundæ. Et sic defensio vnius non sufficit ad defensionem alterius, aliàs poteris videre rationes, vt ibi, per eundem Lap. quæ videntur persuasiuæ, contra cõclusionem; quam firmauimus in d.c.vt quis duas.

d Orationes. Tex. est pro hoc in c.fin.36.dist. & sic patet quòd vsus armorum dicitur clericis interdictus, tamen dic quòd ad defensionem clerici familiares armatos suscipere non prohibentur. Cum leges † omnes iuraq; omnia vim vi repellere cunctisq; se defendere permittant, vt hic.l.scientiam.§ qui aliter. ff. ad leg. Aquil. cum similib. adeo quòd etiam Cardinalem pro defensione interficere permissum sit. Ange. in l.vt vim. ff. de iusti. & iu. Et monacho contra Abbatem in eum seuientem armata manu resistere licet. testatur Card. in Cle. ne in agro. § præfatæ. in prin. de stat. monach.

e Censura ecclesiastica. Dic rectè dictum ecclesiastica, quia duplex † reperitur censura legum, videlicet & canonum, prima enim respicit corpora, & in facto consistit, vnde per ipsam ita possunt arctari corpora infidelium. Secunda verò respicit animam, quod consistit in iure. c. quærenti.š. de verb. signifi. & hac non potest arctari, nisi solus fidelis & christianus. c. gaudemus.š. de diuor. tradit Maria. Soc. consi.66.col.9.frustra.

f ¶Martyrum. Quorum & aliorum festa sanctorum ab ecclesia celebrantur die qua mortui sunt, & non die qua nati dicuntur, quia illa die † qua moriuntur ad gloriam nascuntur. glo. in l.cum quidam. ff. de ann. lega. Institu. de inge. in §. vltimo. in ver. natalibus. similis. in cap. non licet. 33.q.4. Panor. in c.licet.š. de fer. Roma. singul.33. quia cras est festum. Et hoc est quod intendit Ecclesiastes.7.c. vbi in principio dicit. quòd melior est dies mortis, scilicet iustorum, qui tunc viuere incipiunt, quàm dies natiuitatis, hinc est quòd vetus Gallorum mos fuit pecunias aliquando credere & mutuò dare sibi reddendas apud Inferos, quia cum ex doctrina Druydum pontificum suorum, de quibus Cæsar in Commentarijs suis de bel. Gal. lib. 6. plenè meminit, animas crederent immortales, sicut Pythagoras palliatus. i. Græcus pallio more Græcorum indutus credidit. Et sic maius præmium ex charitate a dijs immortalibus consequi sperabant post mortem perpetuò viuituri, ideo sapiens debet lætari cum moritur, melius viuiturus. Sicut barbari faciunt, vt refert Solinus, quia quando pueri nascuntur magnum planctum faciũt, & quando moriuntur magnum festum, ob quod Traciæ illa natio sibi meritò laudem vendicauit, qui natales hominum flebiliter, exequias verò cum hilaritate celebrat. Massilienses equidem apud Tomanos in hac laude affecti sunt, quod in funere dolori humano non indulgebãt, de quibus Valer. lib.2.c.1. sic dicit, duæ autem ante portas eorum arcæ. i. feretra iacent, altera qua liberorum, altera qua seruorum corpora ad sepulturæ locum plaustro deuehunrur, sine lamentatione, sine planctu funeris dies, domestico sacrificio adiectoq; necessariorum conuiuio Etenim quid attinet, aut humano dolori indulgere, aut diuino numini inuidiam fieri, ꝙ immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit. Nam & Persarum admodum probabile institutum fuit, ꝙ liberos suos non prius aspiciebant quàm septimum annum implessent, quo paruulorum amissionem æquo animo sustinerent, patet idcirco de morte non fore contristandum, iuxta illud Hier. 22.c. nolite flere mortuum, neq; lugeatis super eum fletu. suadet dictamen Philo. quòd anima nunquàm requiescit donec suo iungatur Creatori. hinc Psal.16. satiabor cum apparuerit gloria tua, quibus astipulatur dictum Bal. in c. bonæ. el 2. in prin.š. de postul. prætat. ꝙ mors † appellatur viatoris principium, quia tendit ad vitam. & Cic. de somno Scip. Omnibus (inquit) qui patriam auxerint adiuuerint atque seruauerint, certum in cœlo esse diffinitum locum, quo beati sempiterno fruuntur æuo, imo tales etiã in præsenti sæculo post mortem adhuc viuere per gloriã intelliguntur. §.1. in fi. Insti. de excusa. tuto. & l. qua actione. §. si quis in coluctatione. & ibi glo. in versi. gloria. ff. ad leg. Aquil. Nam homines virtute ac verecundia præstantes non mori dicuntur, sed quia viuentes habitaculum Spiritussancti fuerunt, Deus immortalis in hunc modum sedem suam repetit, pro quo apud Valer. lib.4.c.5. de verecundia de Caio Iulio Cęsare, quæ sequitur. Quam scilicet verecundiam & omnem virtutem precipuam in Caio quoque Cæsare fuisse sæpenumero aperuit & vltimus eius significauit dies, cõpluribus enim parricidarum violatus mucronibus, inter ipsum illud tempus, quo diuinus spiritus mortali secernebatur a corpore, ne tribus quidẽ & viginti vulneribus quin verecundiæ obsequeretur absterreri potuit, si quidem vtramque togam manu demisit, vt inferior pars corporis rectà collaberetur in hunc modum homines non expirant, sed dij immortales sedes suas repetunt. Et idem Valerius eo. lib.5. tit. de huma. & cle. in fi. sic alloquitur, vos quoque fortes, ac piæ vmbræ non pœnitendas sortitę estis exequias, nam vt optabilius in patria, ita speciosius pro patria collapsæ supremi officij, Decus in fœlicitate amissum virtute recuperastis, non immeritò Eleazarus vir ille insignis gloriosissimam mortem magis quàm odibilem vitam, complectens voluntariè præibat ad suppliciũ. 2. lib. Machab. c.6. Pulchrius verè esset crudeli morte si honesta sit, occumbere quàm cum dedecore vitam perducere. Ex quibus vitam cõtemnendam ex cuius contemptu sequitur ipse mortis cõtẽptus, iuxta illud Cato. Fac tibi proponas mortem non esse timendam. Quæ bona, si non est, finis tamen illa malorũ. Non metuit mortem qui scit contemnere vitam. hinc Senec. de remedijs fortuitorum. Frustra timetur quod cui tari non potest.

¶Accedat præterea illud Ciceronis qui in villa existẽs occisoribus se obtulit, in lib. de senectute. Ex vita ista (inquit) discedo tamquàm ex hospitio, non tamquàm ex domo, commorandi enim natura diuersorium nobis nõ habitandi dedit, hinc Didimus nos incolę nõ sumus mũdi huius, sed aduenę iuxta sñiam Apost. ad Hebre.13.cap. Non habemus ciuitatem hic permanentem, sed futuram inquirimus. Pusilla (inquit Seneca, de n atur. quæstio.) res est hominis vita, sed ingens res contemptus vitæ, hanc, q contempserit securus, videbit maria turbari, securus respiciet horridam faciem fulminantis cœli.

g ¶Et Petri. Quorum festum celebramus quartò nonas Iunij, more Romano. Iste est titulus 2. presbyterorũ Cardinalium, de quo non ab re Ioan. Mona. recordatus est, quia sub illo titulo ad Cardinalatum promotus fuit, prout habeo a quodam antiquo libro in collegio de Cardineto Parisius. (Cuius est fundator) reposito. Et sub quo titulo Reuerendissimus Franciscus de Turone, nunc Bitur. Archiepiscopus ad Cardinalatum, hoc anno.1530. per Clementem VII. anno Pontificatus sui.7. etiam promotus extitit.

h ¶Pro alio. Putà vicino, vt hic, in text. pro quo vide Ias. in consi.86.col.2. in causa. R. vol.3. vbi comprobat latè tex. nostrum, & extendit, etiam ad res vicini, subdens illud Cice. 1. lib. de offi. Quod qui non defendit hominem ab iniuria, cum possit, tam est in vitio, quàm si patriam & parentes deserat.

Innocentius Quartus. Cap. VII.

Venerabilibus, & §. Cęterũ Rothomagen. Archiepõ, &c.

SVMRAMIVM.

1 *Quis potest esse iudex in causa ecclesiæ suæ.*
Sententiæ excommunicationis quando retractentur, vt innouata.
2 *Causa ecclesiæ dicitur esse prælati, dũ bene administrat instar tutoris.*
Expensæ debent prius refundi, quando proueniunt ex contumacia.
3 *Absolutio ad cautelam datur post diffinitiuam & ante.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Relaxatur excommunicationis sententia, vt hic.*
2 *Bannitus pro certo tempore, eo lapso reddit ad ciuitatem sine alio hominis ministerio.*

Quando factum vicarij censeatur factum domini, vide hic.

VENERABILIBVS. Olim fuit grandis controuersia tempore Felic.record.Innocen.4.inter Rhotomagen.Archiepiscopum ex vna parte, eiusq; suffraganeos ex altera.in qua fuit sententialiter diffinitum & cōstitutum. Et primò proponebantur grauamina ex parte suffraganeorum proposita. Secundò respondebatur pro parte Archiepiscopi ad eadem. Et tertiò fuit sententiatū & diffinitum & constitutum,& pars prima & secunda, & multa decreta hic sunt decisa sub.j.& qui vidit registrū, testimonium fert,[impartiri.]s.eo.Romana.no.[prouocatum.] s.eo. per tuas.s.hoc lib.de appella. Romana.§. penul.[audienda.] s.hoc lib.de foro compe.Romana.1. Respon.s.de offi.ordi.cum ab Ecclesiarum.& c.ad reprimendam,[ei pœna.] Quia ipsum arguit dolum commisisse, vel culpa. Ita quod tenetur suffraganeus ex delicto vel quasi.ff.de iudic.si filiusfami.& ff.de var.& extraord. cog.l.fi.Insti.de oblig.quæ ex qua.del.nas.in princi.2.q.6. hoc etiam placuit.

¶Vel dic, pœnam huius constitutionis sacro,vel constitu.cum medicinalis.s.eo.[suo interesse] vt dictis constitutionibus. Secus si dictus suffraganeus nō tangeretur, concludendo cōtra eum in petitione retractationis sententiæ excommunicationis vt s.§.proximò, & ibi redditur ratio. Et hæc vera vbi proceditur a parte contra partem coram suffraganeo.

Sed si processisset suffraganeus in iudicio, vel extra, ex officio, vel pro defensione iurium suorum, sicut ille qui 1 † potest esse iudex in causa Ecclesiæ [a] suæ.s.hoc lib.de pœ. a Romana, tunc suffraganeus est conueniendus, quia est causa sua.j.eo.§.actum [absoluere.] s.eo.per tuas.

Sed hodie siue sententiæ excommunicationis sint latę post diffinitiuam,& ante appellationem,vel post.ipsę poterunt retractari sicut innouata contra appellationem & deliberationem pendentem, exceptis casibus in quibus iura prohibent appellare.s.hoc lib.de appella.c.non solum.[exceptis] quibus casibus excommunicatio non relaxatur [b]. b Iudex tamen appellationis postquàm inceperit cognoscere,an appellatio sit recipienda,poterit inhibere ne dicta excommunicationis sententia executioni mandetur.s.hoc lib.de appella.Romana.§.si autem, post sententiam,[pro eius offensa,] vel pro sui &c.

¶Sed qualiter feret hanc sententiam, vt sit iudex in re 2 sua, vel ostensa propria? Dic † ꝙ hæc causa Ecclesiæ dici c tur esse prælati, dum [c] benè administrat instar tutoris.ff. pro empto.§.si tutor [absoluendus.] arg.s.de offi.deleg. cum contingat, & ibi not.Innoc.[pro manifesta.] s.eo.c. c.solet.§.in prima. [restituat.] C.de iudi.l.sancimus.s.vt lite non contesta.quoniam.§.in alijs[non debet] tunc offensa est dubia tam in principali,ꝙ in accessorio,& tunc est ante refusionem expensarum absoluendus. Secus si manifesta esset contumacia,saltem quantum ad accessoria, quia tunc expensæ deberent prius refundi.vt j.§.proximo.& §.sequen.& no.s.eo.solet.[non probauerit] hoc scilicet locum non esse tutum iudicis reputatione, licet proponens exceptione contrariū afferat,[probare velit.]

Sed ex quibus? ex nouis non, quia est adpellatum ante diffinitiuam,& talis appellatio non potest iustificari, nisi ex actis iam habitis.s.de appella.interposita.§.fin. Dico ꝙ ex actis,si negocium fuit super exceptione instructum,vel per alia, si facto iudicis factum non fuit instructum, & propter hoc fuit appellatum, vt quia fortè iudex noluit dare productionem testium cum iuris solennitate.s.de testib.vltra tertiam [audiri debent.] Quia tunc manifesta esset offensa in principali, & in accessorijs,[ad cautelam.]

3 Ergo nedum † post sententiam diffinitiuam si fuit appellatum,sed ante diffinitiuā potest dari absolutio ab cautelam.not.s.eo.solet [formam Ecclesiæ] quæ habetur.s. eo.venerabili.& c.decetero.& c.ca noscitur.& s.de appel. la.qua fronte.§.1.[in mora.] s.de appel.qua fronte.§.1.& s.eo per tuas, circa finem [mox absolui.s.eo.cum medicinalis.§.superior, [si ei differat.] s.de offic.delega.cum contingat.s.de offic.ordin.ad reprimendam [contra ius litigatoris] hæc habentur.ff.quæ senten.sine appella.rescind.l.1.§.Item tamen contra.& ff.de tuto.& curato.dat. ab his.l.scire[pecuniarias.]] s.de simo.ad aures [potest esse.] s.eo.solet.[similiter]hic.§.& præcedens multum elucidant longe lateque patere faciūt beneficium absolutionis ad cautelam.

ADDITIONES PROBI.

a ECCLESIAE suæ. Vide Lap.allega.38.an dignitas inferior.

b ¶Relaxatur. Aliquando † excōmunicationis dicimus 1 sententiam relaxari,putà vsque ad mensem,& hęc relaxatio appellatur communi eloquio absolutio ab excōmunicatione cum reincidentia,eiusque naturam legimus fore, vt lapso ipso mense, vel alio temporis curriculo in ea descripto talis sic absolutus,ipso iure remanet excommunicatus sine alio excommunicātis ministerio,quod comprobo medijs sequentibus. Primo habeo doctrinam Bal. in l.tale pactum.§.qui prouocauit,in repe.col.6.vers. quęro excommunicatus.ff.de pact.vbi dicit ꝙ si debitor, qui erat excommunicatus absolutus fuit,& promisit soluere, quod si non solueret reincideret in excommunicationē, quòd nihilominus in tali casu non soluendo, non reincidit in excommunicationem. Cum excommunicatio nō possit nasci ex contractu, sed ex sententia, & in isto casu fuit pactum,non sententia,ex quo apertè resultat,quòd si hoc dictum fuerit a iudicę in sententia quòd non soluendo absolutus reincidit in excommunicationem.ita declarat Philip. Franc. in cap præterea.el secondo.col.2.versic. Sed pone. supra de appella. dicens absque dubio, quòd si talis conditio apponatur in sententia, non soluendo intelligitur excommunicatus & reincidit in excommunicationem. vt in c.significasti. & in c.ad reprimendam. supra de offic.ordi.

¶Secundò reincidentia excommunicationis inducta est a iudice ad certum terminum, videlicet mensis, ergo lapso dicto mense, talis videtur excommunicatus, quia hoc etiam procedit in excommunicatione, quæ primo & principaliter in aliquem post aliquem terminum profertur, vt potè si iudex dicat, nisi satisfeceris infra mensem, excommunicatus sis, lapso dicto mense statim absque aliqua monitione excommunicatus intelligitur. d.c. præterea.firmat Lap.alleg.73.col. secunda. prælatus regularis vocauit.allegat Ioan. Andr. in c.p. & g.s.de offic. deleg. hoc tenere. vbi Anto. de Butr. idem sequitur post Innocen.& Hostien. qui dicit quòd si in debitorem consentientem feratur sententia excommunicationis nisi in termino satisfaciat, tunc nulla monitione præcedente, excommunicatus erit, quia dies interpellat pro homine.l. magnam.C.de contrahen.& commit.stipul.cap.fin. in fi. supra de loca.

¶Tertio absolutio ipsa non fuit facta simpliciter, sed fuit qualificata cum reincidentia ad mensem,& sic habēdo respectum ad certum & determinatum tempus, quo finito ipsa absolutio cessat iuxta naturam limitati temporis.l.Imperator.ff.de postul.l.si vnus.§.si cum reo.ff. de pa. 2 Et ideo † bannitus pro certo tempore extra ciuitatem, illo finito absque alia licentia superioris, poterit in ciuitatem redire. ita concludit Bald. in proę. ffo rum. in §. hæc tria. col. 1. versic. Sed quæritur, dicens quòd limitatum tempus licentiat pro homine.argum. l. si quando. C. de testi.idem sentit Bald. in l.actione. §.diximus. in fine. ff.pro socio. dum dicit quòd confiniati ad tempus, finito tempore possunt liberere reuerti sine alia licentia. & Angel. in d.§.si cum reo.

¶Quarto habeo doctrinam Innocen. & Hostien. in c. veniens. el 2. supra de testib. quos sequitur Ioan. Andr. Ant.de Butr. Petr.de Ancha.Collecta.& Panor.in fin. vbi dicunt quod excommunicatus etiam sine causæ cognitione non vocata parte,ad tempus absoluitur, putà ad effectum ferendi testimonij, quod est de consuetudine curiæ Romanæ, quo lato, reincidit eo ipso in eandem excommunicationem,quod placet Oldra.cons.278.in tertio dubio,licet quantum ad claustrale,quę absolutio dicitur potius verbalis, quàm realis, & potius ab homine, quàm a Deo,cum nec ipsi peniteant, nec ex corde veniam postulent,nec etiam in aliquo, corde conterentur, ideo de religione iuris nō esset talis absolutio facienda.c.cum aliquis excommunicatus.11.q.3.

¶Bald.tamen in d.c. veniens.nu. 11.dicit istam fore veram

ram absolutionem, allegat. c. cum inter. ~s. de consuetud. quod verum dicas, quo ad effectum rei, fauore cuius fit.

¶Ideo argu. præmissorum a fortiori, videtur in casu nostro dicendum, idem vbi absolutio videtur facta sub certo & determinato tempore, quo elapso nulla potest esse dubitatio, quin talis eo ipso remaneat excommunicatus, cum in effectu, taliter facta absolutio non videtur vera absolutio, sed potius excommunicationis suspensio. ita concludit & latius Dec. consi. 145. quæritur in effectu. Quo ad hanc absolutionem vide Io. Mon. in c. solet. ~s. hoc titu.

c Cum bene administrat. Dec. consi. 145. num. 3. in casu
3 proprio suo, in simili dicit ꝙ factum † vicarij censetur factum Episcopi quando bene agit, aliàs secus, quia male agere nō est sibi permissum, & tunc illud facit tamquam priuatus, & dominus non tenetur stare illi facto, quia in hoc nunquam consensit, & culpa officialis nocere domino non debet. argu. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtempe. & in l. creditor. §. Lucius. ff. manda.

¶Alexander Quartus. Cap. VIII.

Decernim' vt iudices seculares p cēsurā ecclesiasticā &c.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus per ecclesiam repulsus, ab agendo, patrocinando, & testificando, a foro sæculari debet excludi.*
2 *Potestas sæcularis an debeat credere iudici ecclesiastico, quòd aliquis sit excommunicatus.*
3 *Quis præsumitur absolutus, nisi probetur ligatus.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Iudex sæcularis tenetur seruare sententiam iudicis ecclesiastici, & econtra.*
2 *In foro sæculari, excommunicationis exceptio non admittitur.*
3 *Instrumentum tempore pestis confectum, non subiacet regulis iuris.*
4 *Natura suadet periculum mortis euadere.*
5 *Necessitas non habet legem, nec subiacet legi.*
6 *Adulteria quando non puniantur in Gallia.*
7 *Praua consuetudo excusat a pœna fori contentiosi, non tamen a pœna fori conscientiæ.*

DECERNIMVS. Huius Decreta. est ratio, quare potestas sæcularis habet munire ecclesiasticam disciplinam, & si fuerit negligens, per ecclesiasticam potestatem potest coerceri, a & coercitos per ecclesiam, ipsa ecclesia per potestates publicas coercebit. 23. q. 5. Principes. & c. administrationes. & c. de Liguribus. in fi. & 26. dist. si duo. ~s. de offi. ordi. c. 1.

1 Et sic excommunicatus, † per ecclesiam repulsus, ab
b agendo, patrocinando, & testificando a foro b sæculari debet excludi, ne potestas sæcularis recipiat hunc quem sua mater exclusit, vt spiritus eius saluus fiat. 11. quæst. 3. audi.

2 ¶Sed † nunquid credet potestas sæcularis iudici ecclesiastico? dicendo. P. esse excommunicatum. Dic, aut est tantum disceptatio inter potestatem sæcularem & ecclesiasticam, & tunc ecclesiastico iudici credendum est. 11. q. 3. curæ, nec versatur causæ cognitio inter istos super hoc articulo. Sic enim est excommunicatio de foro ecclesiastico, ꝙ sæcularis iudex habet credere iudici ecclesiastico, & expectare suam determinationem. arg. ~s. de or di. cogni. tuam. Verum si contendat nedum iudex sæcularis, sed. P. qui dicitur excommunicatus. Aut iste P. dicit se non excommunicatum, & tunc excommunicans ha-
3 bet docere de excommunicatione. Quia præsumo † ipsum solutum, nisi probetur ligatus. Et de hac replicatione cognoscet index ecclesiasticus, vt in d. c. tua. & ~j. eo. si iudex.

Et dico hoc casu literis Episcopi excommunicatoris credendum. arg. d. c. curæ. & ~s. de probat. post cessionem. Sed si iste non diffiteretur se excommunicatum, sed allegat excommunicationem nullam (quod potest facere ex multis causis,) tunc etiam coram proprio iudice iste (prę terquàm in probationis articulo) euitari habebit. ~s. eo. solet. §. in secunda. & c. cęterū. §. pōt quoq;. & §. seq. Et est rō, ex quo enim dicit se esse excōicatum, sed addit excōicationem aliqua de causa nullam, quod allegat ad sui releuationem est probandum. ~s. de offi. deleg. cum cōtingat. & arg. plura. no. ~s. hoc lib. de hæretic. filij.

ADDITIONES PROBI.

a 1 POTEST COERCERI. Bal. in Marga. in ver. iudex. col. 6. dicit ꝙ iudex † sæcularis tenetur seruare cōdemnationem, sententiam, bannum, excommunicationem Episcopi, & euitare ipsum excommunicatum. Et econtra Episcopus tenetur seruare sententiam iudicis sæcularis, tamen in hoc est differentia, quia Episcopus potest compellere iudicem sæcularem per censuram ecclesiasticam ad obseruandum suam sententiam, non econtra, quia nedū vnus potestas, capitaneus, vel vicarius, vel bailliuus est sub Episcopo, sed etiam Rex, quo ad censuram ecclesiasticam.

b ¶A foro sæculari. Attende in hoc ad consuetudinem hu
2 ius Regni Franciæ, quæ habet quòd † in foro sæculari excommunicationis exceptio non admittitur. contra text. nostrum. refert Aufr. deci. Tholo. 189. Identitate rationis & fortiori dicemus etiam non admittere exceptionem, quòd instrumentum a notario publicè excommunicato non probat, licet communis hic & vbiq; sit in contrariū, sequitur do. meus in 3. lib. respō. c. 9. in prin. vbi istud limitat non procedere tempore pestis, quo tempore alterius notarij copia haberi non potest. Quod firmat per id quod voluit Angel. in l. si vacantia. de bon. vacant. lib. 11. C. vbi
3 vult quòd tempore † pestis instrumentum confectum a notario non matriculato valeat, & fidem faciat, non obstante ꝙ in statuto disponatur instrumēta rogata per notarios non matriculatos nullam fidem facere, sequitur Alex. in l. fi. C. de testa.

¶Ratio potest esse in euidēti (dico rectè intuenti) quia tempore pestis non reperiuntur de facili matriculati, saltem non ita de facili, sicut non matriculati, propter eorum qualitatem, quæ eos potius ditat quàm alios, ideo ci-
4 tius aufugiunt, vt se & sua conseruent, natura † enim suadet periculum mortis euadere. c. nolite timere. 11. q. 3. pro quo vide quæ dixi in c. tibi. ver. per quæ in facti contingentia. ~s. de rescrip.

¶Potes etiam comprobare intentum nostrum per id quod voluit Ias. in d. l. fina. num. 8. ꝙ stante statuto, quòd nullus contractus minorum vel mulierum valeat, nisi interueniant duo notarij rogati & subscripti, certè si tempore pestis non possit haberi nisi vnus notarius, valet cū illo solo. ita dicit Ange. per tex. in d. l. fi. & §. quod autem. & ibi in Authen. de non alienan. quod ibi putat verius & æquius ipse Ias.

5 ¶Istud operatur necessitas, † quę non habet legem nec subiacet legi. l. 1. & ibi Bar. in fi. de oper. liber. C. & ibi Bal. & in l. fi. ff. de offi. consul.

Item necessitas facit probabile illud quod aliàs nō eēt probabile. Dicit Bal. in l. si testū. C. de testa. Hinc dicimus ꝙ vbi ꝓ forma & solēnitate, actus aliquis requiritur, tamē propter casum necessitatis valet actus gestus, non seruata illa solennitate, nā pro solēnitate sententiæ requiritur ꝙ ferat, iudice sedēte in loco maiorū, & aliter nō valet. l. si vt proponis. 2. C. quomo. & quan. iud. l. pen. ff. de iusti. & iu. c. fi. ~s. de sent. & re iud. hoc lib. tū metu periculi vitæ alibi lata tenet, putà super turri. gl. quam ibi, Do. & Franc. sequuntur in d. c. fi. in ver. sedendo. de re iudic. similis glo. in l. 1. C. de senten. ex peri. recitan. quod verum si partes ibi habebant comparere & assignationem. l. si vt proponis. la 2. C. quomo. & quan. iud.

¶Comprobo & vlterius, quia licet regulariter mulieris testimonium non debeat in testamento describi. l. mulier. §. qui testamēto. ff. de testa. dixi. ~s. in c. 1. de testa. tamē tempore pestis in eo potest esse testis in subsidium. quando mares esse nō possunt. i. nō reperiuntur. Ias. vbi ~s. num. 4. quod comprobat, quia licet in criminalibus mulier nō possit esse testis in causa capitali. alleg. cap. forus. in fi. ~s. de verb. signifi. 33. q. 3. c. mulierem. tamen admittitur quado per mares probari non potest, secundùm Io. And. in addi. ad Specul. in tit. de test. §. 1. in addi. quæ incipit fertur. Sequitur Alex. consi. 24. num. 13. in 2. vol. dicens hoc habere magnam æquitatem. vide consi. 4. in titu. de probat. apud Cald. quod fuit Franc. de Rampo.

¶Item vlterius comprobo, quia licet prohibitum sit Christianis sub excõmunicationis pœna (dico infirmis) vti opera & medicina Iudæorum.c.nullus.28.q.1.hoc fallit quando in loco alius non reperitur medicus. istud sentit Fel.in c.tua nos.circa fi.s̄.de homic.facit.c.cum voluntate.§.prædicatores.& ibi gl.s̄.hoc tit.

6 Aliud habetur sinistrum in Gallia, quia adulteria† cessante violentia commissa, criminaliter non punitur. testis est Ioan.Fab.in §.ex non scripto. Instit.de iure natur. & in l.2.col.fi.C.quæ sit long.consue.& male secundùm Ioan.Berber.in viato.iuris.in titu.de adult.in princ.Idem dicit ipse Ioan.Fab.Insti.de publ.iudi. in §.item lex Iulia. de adult. quòd adulterium in Regno Franciæ pro industria reputatur.

In proposito. glo.pen.in fi.in prag. in titu.de concubinar.testatur interuenisse Arrestum parlamenti, ꝙ nõ potest procedi contra adulterum, nisi maritus vel vxor conqueratur ad obuiandum odijs, quæ possent inde prouenire inter coniugatos, ex quo fouentur adulteria, & remanent impunita, vt vides.

Redeundo ad primo deductum Guil.Benedicti in repe.c.Raynutius.in ver.mortuo.itaq; testatore. el 1.num. 283 s̄.de testa.dicit. nescio, vnde tãtus processerit in hoc christianissimo Regno abusus, ꝙ exceptio excommunicationis in iudicio sæculari non admittatur, ex quo multi illaqueantur, & ipsimet iudices, ac cęteri circunstantes, qui excommunicato scienter communicẽtes minorem incurrunt excommunicationem, qua priuantur sacramẽtorum participatione.c.fi.s̄.de cleri.excommuni. minist. c.a nobis.s̄.de exceptio.secundùm Panor.in rub.huius ti-

7 tu. Quia licet praua consuetudo† quem excuset a pœna fori contentiosi.gl.in c.cum venerabilis s̄.de consue. vbi eam reputant sing Panor.& alij.pro quo text.in l.quis sit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.edict.vbi non delinquit ille, qui facit quod publicè facere licere arbitratur, & sic quod publicè consuetum est excusat, ne puniatur. facit text.iuncta glo. pen. in cap.sanè.s̄.de tempo.ordi.& in c.ea quæ.s̄.de symo.non tamen excusat in foro conscientiæ a peccato mortali, secundùm glo.in c.deniq; 4.dist.

Gregorius X. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. IX.

Cõstitutionẽ fęl.recor Innoc.Papę IIII.ꝑdecess.nr̃i, &c.

SVMMARIVM.

1 *Mittens literas excommunicato maiori excommunicatione, an ligetur minori.*
Homo loquitur pluribus modis, vt hic.
2 *Minor excommunicationis sententia, separat a sacramentis, sed maior a communione fidelium.*
Scrupulus dicitur anxietas, vel dubietas animi.
3 *Nominatim quid dicitur exprimi, vt hic.*
4 *Competentia interualla dicuntur, vt hic.*
5 *Armis iudex debet promptè obuiare.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Iniuria facta per scripturam potius dicitur verbalis quàm realis.*
2 *Ritè & rectè quid denotent.*
3 *Interdicti nominatim dicuntur, vt hic.*
4 *Paria sunt, vel nominatim exprimere, vel digito præsentem demonstrare.*
5 *Iura loquentia de clandestina desponsatione an habeant locum in eo, qui contrahit in articulo mortis.*
6 *Interualla quando vitient.*
7 *In constitutione dotis attenditur qualitas personarum, patrimonij quantitas, & patriæ consuetudo.*
8 *Qualitas multum operatur ad remouendum præsumptionem falsitatis.*

CONSTITVTIONEM. Hæc Decret.declarat. s̄.eod.statuimus. Et duo dicit primum qualis debeat esse monitio, vt sit canonica.2.§.[statuimus.] quot esse debeant istę monitiones, quæ habere debent aliquorum dierum interualla, nisi necessitas aliud suaserit moderandum [participatione] quæ &c.

¶Ergo hæc Decret.& s̄.eo. statuimus. nihil immutant in participatione quæ maiorem excommunicationem inducit, vt est participare criminoso in crimine. Et de hoc & qualiter hæc monitio hoc casu debeat fieri tam generalis, quàm specialis, & quæ personæ excipiantur. no.s̄.eo. statuimus.& c.Romana.§.caueant.

1 Sed quid si† aliquis mittit literas excommunicato maiori ipsum salutando, nunquid ligatur minori, videtur quòd sic.s̄.hoc lib.de elect.cap.vbi.§.nulli. Sed ille. §.non videtur loqui in minori.argu.s̄.eod.si quam. dico tamen quòd incurrit minorem. Nam mittens literas. argu.ff.de constitu.pecun.& licet.

¶Et constat ꝙ homo colloquitur alij nedum verbo, sed & nutu & signis.vnde Ouid. Nutu, signisq; loquitur, & facta loquuntur.22.q.5.cauete. Et quartò dialogorum dicit Grego.loquens de quodam monacho, & si verbis

a careret facta ipsius loquerentur [a] [minorem] hæc separat

2 a sacramentis,† sed maior a communione fidelium.s̄.eo. si quam.12.q.4.engeltrudam [canonicam] quæ est trina vel vna pro omnibus, vt hic.& 24.q.3.c.de illicita.ff.de iudic.ad peremptorium cum ll.sequen. [non tenere] quod præcedit est de mente Decret.statuimus.s̄.eod. Sed quod sequitur est declaratio constitutionis prædictæ [scrupulum] scrupulus est anxietas vel dubietas animi] hoc casu] quando per participationem vult participantem ex-

b communicare, excommunicatione maiori, [si alijs] ritè[b] actis, quæ mandantur seruari in sententia excommunicationis ferenda, scilicet ꝙ feratur in scriptis, & ꝙ causa exprimatur, & alia quæ habentur.s̄.eod.cum medicinalis. & ꝙ habeat competentia interualla vt ĩ.sequitur [nomi

c natim.[c]] Et dic nominatim,† id est proprio nomine ex-

3 presso, vel generali quod non habet nisi vnum suppositũ. ff.de liber.& posthu.l.2.& Insti.de exhæred.liber. §.nominatim.vel alijs circunstantijs indubitatis, aut certa demon

d stratione, quæ vice proprij[d] nominis fungatur.ff.de rei vend.l.si in rem.ff.si cer.peta.Certum.s̄.de testib.licet.circa fi.[vt] si iudices quod est ĩ.[interualla] Sed quomodo poterunt esse interualla vbi vna tantum monitio præcessit? dic quòd nõ erũt inter monitionem & monitionem, cum non sint sed inter monitionem & sententiam, sed hoc non consonat literæ. Vnde dic vbi erit vna tantum monitio, ipsa tamen plures dilationes habebit, vt faciũt executores gratiarum, monendo semel tamen pro pri-

e ma dilatione dant duos dies vel plures,[e] & sic de alijs.

4 Et simile not.s̄.de testib.in causis. Sed quæ dicuntur † cõ-

f petentia interualla?[f] dic arbitrio iudicis, qualitate nego-

g tij, & personarum[g] pensata, seu inspecta.s̄.de appel.cap. interposita.& cap.cum sit Romana.in princ. [necessitas] vt quia res celeritatem desiderat.ff.de dam.infect.l.1. vel quia citò malum grande posset perpetrari, si darentur consueta interualla, hominibus paratis ad arma, quibus

5 debet †iudex promptè obuiare.ff.de vsusfruct.æquissimũ. [ea] interualla.

ADDITIONES PROBI.

a LOQVERENTVR. Ista Io.And.hic citat addens illud Hierony.contra Iouinianum ad fi.de nostro grege tristes pallidi sordidati & quasi peregrini huius sęculi, licet sermone taceant habitu loquuntur & gestu. Ludo. Roma.consi.378.Quo ad primum, qui allegat hunc tex-

1 tum ad probandum quòd iniuria † facta per scripturam dicatur potius verbalis, quàm realis, quod probat.l.lex Cornelia.§.si quis libellum.ff.de iniur. vbi iurisconsultus per omnia parificat, scilicet tam quo ad pœnam quàm quo ad delicti qualitatem, iniuriam verbo vel scriptis alteri illatam. ad idem.l.apud Labeonẽ.§.conuitiũ.ff.eo.

b Rite. Quod † ius vel iuris solemnitatem denotat, rectè

2 verò causam.gl.quam ibi sequuntur Bar.Paul.& Ange.in l.hoc colore.ff.de inof.testa.similem vide in Cle.testibus. de testib.quod sentit.gl.in l.posthumo.C.de bono.possess. contratabul.glo.in l.3.de bo.vacant.lib.10.C.text.in l.generaliter.§.sinautem non ritè.C.de reb.credi.dum dicit non ritè illatum rectè autem recusatum. Barto.post glo. in l.iuste.ff.de acquir.possess.sequitur Ang.in l.1.§.1.ff.de edil.edictio.

Vide

Vide latius per Brunum. in tit. quando aliquid censeatur tradi pro forma. col. 10. Ioan. Mona. in c. si pro te. in fi. s̄. de rescrip.

c Nominatim. Istud facit pro iurium Gallicanorum comprobatione in eo quod dicunt in titu. de excom. non vitan. in pragma. & concorda. ꝙ nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscunq; diuinis, vel extra ꝑtextu cuiuscunq; sententiæ vel censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum Ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam a iudice publicata & denunciata specialiter & expresse. Aut ita notorie in excommunicationis sententiam constiterit incidisse quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari.

In proposito Guil. de Mon. Laud. in Cle. 1. col. penul. de sepul. post Inno. in c. in Lateranensi. s̄. de præb. dicit nominatim † interdictos fore qui in sententia, seu denunciatione nomnatim specialiter sunt expressi. (3)

¶Potest etiam specialiter dici expressus, si digito præsens demonstretur, per ea quæ not. Ias. in l. nominatim. col. 4. ff. de liber. & posth. ꝙ licet nomen appellatiuum filium prolatum in singulari numero in materia exheredationis (& sic in materia odiosa) non comprehendat nisi vnum, vnde si testator habens plures filios dicat filius meus exheres esto, nullus erit exheredatus, nisi sub hoc nomine appellatiuo cõcurreret præsentia vnius ex filijs, quem testator ad oculum demonstraret, valeret exhæredatio, quamuis plures filios haberet, quia † paria sunt vel nominatim exprimere vel digito præsentem demonstrare. l. nemo. in princ. ff. de hæred. instituen. & l. certum. ff. si cer. peta. idem Ias. post glo. & Scriben. in l. quæ extrinsecus. ff. de verb. oblig. (4)

Vide de hoc verbo nominatim per glo. pragma. in tit. de elec. in §. facta. in ver. nominatim. Et quæ tradit Alex. in consi. 80. col. 4. viso & opportune. vol. 1. & latius. consi. 134. præmisso themate. vol. eo.

d Vice proprij nominis. Istud firmat Ioan. And. in c. quid ad agendum. s̄. de procura. & Achi. hic & Lap. alleg. 70. in col. fi. sępe vidi.

e Vel plures. Attende ad vnum singulare in materia monitionis, ꝙ lex † iubens monitionem fieri cum temporis interuallo, non habet locum vbi occurrit casus repentinus, in quo tempus non patitur monitionem. Pone, Titius existens in grabato mortis, & quasi in articulo vltimi suspirij, cõtrahit matrimonium cum Berta eius concubina, ex qua suscepit plures liberos, licet inter eos foret impedimentum aliquod, quod tamen vterq; aut alter ignorabat, postea decessit ab humanis, nunc contenditur de legitimatione, & ꝙ non sit valida, & quod nõ habeat locum. c. tanta. s̄. qui fil. sint legiti. Item ꝙ non fuit obseruata solemnitas. c. cũ inhibitio. s̄. de clande. de spon. quod etiam habet locum in ignoranter contrahentibus, tu tamen dic per regulam prætactam, ꝙ istud non obstat, quia ex quo iura permittunt in tali articulo matrimonia contrahi. no. Doc. in d. c. tanta. tacitè videntur remisisse solennitates. d. c. cum inhibitis. ista est opinio in contingentia facti. Do. in consi. 66. col. penul. pro declaratione. (5)

f Interualla. Quæ licet † vitient stipulationes, non tamẽ aliàs vitient conuentiones. l. si stipuler. §. fi. cum glo. ff. de verb. oblig. no. Alex. consi. 113. col. 3. perspectis his. vol. 6. pro hoc habeo, quia licet in stipulationibus regulariter requiratur præsentia alterius, vel alicuius recipientis pro eo. l. consensu. in princ. ff. de actio. & obliga. cum ibi no. & in l. 1. in fi. ff. de contrah. empt. l. absenti, cum ibi no. ff. de dona. & l. fi. ff. de interroga. actio. l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. tamen fallit in promissione facta incertæ personæ, quæ aliquid factura sit pro implemento contractus, quia tunc neq; absentia neq; interuallum impedit dictam promissionem transire in contrarium, dummodo antequam promissio sit facta reuocetur per promittẽtem. cõpareat alias pars, & acceptet huiusmodi promissionem, seu oblationem, & admittere velit id quod sibi in actu ex tenore dictæ promissionis, sicut quãdo fit proclama, ꝙ quicunq; vult emere talem rem compareat in tali loco ad emendum. ĩ. tale tempus & plus offerenti dabitur. Nam si quis. ĩ. illud tempus compareat & offerat. obligatur statim ei qui proclamari fecit, quia proclamando ꝙ plus offerenti dabitur, videtur contrahere cum incerta persona, quod prosequere, vt per Alex. in consi. 114. col. 1. viso processu. vol. 6. (6)

g Personarum. Venit id attendendum etiam si constitutione dotis † vt attendatur qualitas personarum, patrimonij quantitas, & patriæ consuetudo, iuxta tex. in l. filię. & ibi Ray. & Bart. de lega. 3. & in l. quæro. & ibi Bart. ff. de iure doti. no. Ange. in Auth. de resti. & ea quæ parit. in §. quamobrem. Bal. in auth. res q; in 3. col. C. communia de lega. Bal. in l. si. C. de do. promissio. tradit Soci. consi. 207. in princ. in causa dominę. (7)

Præterea dic ꝙ etiam † personæ qualitas multum operatur ad remouendum præsumptionem falsitatis. Bald. in l. 2. C. de fal. & in l. quotiens. §. sed & si non in corpore. ff. de hæred. insti. Et ad hoc facit quod no. Hostien. Io. And. Ant. in c. finem. s̄. de dolo, & contu. vbi dicunt, ꝙ propter qualitatem personæ excluditur præsumptio calumniæ. (8)

Et sic contra talem clariores & fortiores requiruntur probationes. no. Deci. consi. 175. sub nu. 5. in causa falsitatis, idem dic in propositione pœnæ. not. Ioan. de Ana. in c. significasti. el 2. post prin. s̄. de homicid. alleg. l. sacrilegij pœnam. in princ. ff. ad leg. Iul. pecul.

Gregorius X. in Concilio generali Lugdunen. Cap. X.

¶Præsenti generali declaramus edicto, &c.

SVMMARIVM.

1. *Regulariter excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiæ pari passu ambulant.*
2. *Generale interdictum relaxari non potest.*
3. *Excommunicatio dicitur nulla vt hic.*
4. *Excommunicatus non potest excommunicare.*
5. *Excommunicatio est iurisdictionis.*
6. *Possessus possidere non potest.*
7. *Pastoris sententia siue iusta siue iniusta timenda est.*
8. *Non omnium quæ a maioribus dicta sunt, ratio reddi potest.*
9. *Interdicta Ecclesia, quodammodo dicuntur interdicti canonici.*
10. *Maiori periculo est promptius occurrendum.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1. *Petens absolui ad cautelam, non videtur fateri se excommunicatum.* *Petens absolutionem a iuramento temerario, auditur absq; partis vocatione.*
2. *Qui non est baptizatus, non leuat puerum de sacro fonte.*
3. *Excommunicatus quando retinet iurisdictionem.*
4. *Asinus intumescit quando a pari apprehenditur.* *Contra naturam superbiæ est ab æquali velle timeri.*
5. *Sententia excommunicationis iusta triplicem habet effectum.*
6. *Excommunicationis iniustæ vnicus est effectus.*
7. *Auditor rotæ non absoluit ad cautelam nisi sibi specialiter committatur.*
8. *Maior accipitur vt hic.*
9. *Quando lex defficit, sufficit allegare maiorum authoritatem.*
10. *Rationale dictum multum operatur, vt hic.*
11. *Ecclesia exempta, canonici dicuntur exempti.*
12. *Mandatum canonicis, non videtur mandatum capitulo, & econtra.*
13. *Periculosum & interitui vicinum est vsq; ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium.*

(1) PRAESENTI. Licet † excommunicationis, suspẽsionis, & interdicti sentẽtiæ regulariter pari passu ambulent. s̄. eo. cum medicinalis. §. & hæc eadem. ĩ. eo. statutum. & s̄. de appel. ad hæc quoniam, hæc tamen regula fallit hic, quia licet excommunicatio & suspensio certis casibus relaxari valeant. vt not. s̄. eo. c. solet, interdictum † tamen generale relaxari non potest, vt hic. (2)

Et quid sit generale interdictum habetur in titu. proximò. Et etiam si relaxatum fuerit de facto, huius relaxatio nulla est, vt innuunt verba vltima huius. Et ad hoc faciunt

faciunt argumenta adducta.s.eo.c.Romana.§.in vniuersitatem.

3 Dico † etiam excommunicationem nullam in 10.casibus, vnus est, si error patenter expressus sit in excommunicationis sententia. Et alter, si excommunicatio lata sit post appellationem legitimam, & si de hoc cõstiterit potest denunciari nulla. Sed antequam constet de appellatione legitima, potest impendi absolutio ad cautelam, a & sic.s. loquitur.de offi.delega.cum contingat.in prin. Et isti duo casus habentur.s.eo.solet.& c.cęterum.§.penul. & §.sequen.

Item si feratur a non suo iudice, quod intellige dupliciter, vel quod nullo modo sit iudex suus, vel si sit, non tamen super articulo cuius occasione lata est sententia excommunicationis.s.de consuetu.ad nostram.& s.de offi. delega.cum olim primo

Item quartus, si feratur a iudice suo, sed excommunicato.24.q.1.audiuimus.

Sed quare excommunicatus potest excommunicari. 4 no.de Iude.s. ita quorundam. Sed excommunicatus † nõ b potest b excommunicare, primum liquet.d.c.ita quorunc dam, nam ligatus vno vinculo, alio iterum potest c ligari. 5 Secundum liquet, quia † excommunicare est iurisdictio-d nis.s.de electio.transmissa, sed excommunicatus d nõ habet exercitium iurisdictionis.s.hoc lib.de offic.vica.Romana.s.de re iudica.ad probandam.

¶ Item excommunicatus est extra communionem, & 6 ideo alium excludere nõ potest ab ea, sic nec † possessus e e possidere potest.ff.de adulter.sic eueniet.

Quintus dicitur, quando quis excommunicatur a delegato contra intentionem delegantis.de præben.c.fi.& hic casus sub tertio membro comprehenditur, quia licet hic fuerit iudex, non tamen quo ad articulum, de quo cõtendebatur.

Sextus si ab intruso, vel suspenso a iurisdictione feratur sententia.12.q.2.alienationes.& c.precariæ.

Septimus a violentia hominis interdictum.s.de excessibus præla.tanta.

Octauus quando fertur in participantes, nulla monitione præmissa.s.eo.statuimus.

¶ Nonus vbicunq; prælatus excommunicat subditum suum contra tenorem priuilegij sui.s.de priuileg.cum capella.& c.quantò.& j.hoc lib.de verb.signifi.veniens. Et prima cõcordantia & vltima comprehenduntur sub tertio modo, quia ibi excommunicans erat iudex non tamẽ poterat excommunicare.vt in d.c.veniens.& in c.cũ capella, erat iudex sed non ad illud de quo agebatur.& in c.quantò.nõ erat excommunicatio directò sed indirectò.

Decimus secundum quosdam.s.eo.de excessi.prælato. f cum ad quorundam f alias autem † sententia pastoralis si-7 ue g iusta siue iniusta h timenda est.11.q.3.sententia.

g ¶ Et dico ꝙ sicut excommunicationis & suspensionis h sententiæ occasione certi articuli relaxari valent ad cau-i telam i vt scilicet testimonium testis non infringatur, seu electio non cassetur.s.de testib.veniens.1.in fi.& s.de exceptio.apostolicæ. Nec ibi iuratoria cautio præstatur quæ ad cautelam non de rigore præstatur.s.eo.cum desideres.1.Respon.nec est relaxatio simplex, sed temporanea. Sic interdictum generale respiciens certum factum & temporaneum relaxatur ad cautelam illorum qui admittũtur ad diuina certa die priuilegialiter.s.de priuileg.vt priuilegia.§.illud. verum cum absolutio ad cautelam simpliciter, nõ temporalis fuit relaxata, ista fit cum iuratoria cautione.s.eo.venerabili.& cap.cum desideres.§.verò.& s.de offic.delega.cum contingat.j.eo.cęterum.§.si dubitetur.

Sed quæritur, dicunt quidam non omnium quæ a mak ioribus k † dicta sunt, ratio reddi potest.ff.de leg.l.nõ om-8 nium, vt dicatur. Sic volo, sic iubeo, sic pro ratione volũtas.arg.ff.de consti.Princi.l.1. Tu dic quod si interdictum generale relaxatur, iam ciuitas, castrum, vel villa haberet iurare secundum formam dictorũ iurium, quod esse non debet, quia interdictum generale non fertur propter culpam castri, villæ, seu habitantium in eis, sed propter præsidentem.s.de sponsal.non est. Et ideo isti afflicto pœna interdicti, quod affligeretur pœna solutionis pecuniariæ pro delicto alterius, & quod delinquens impunitus remaneret, esset iniquum.

Sed quid si interdictum feratur propter delictum vniuersitatis.j.eo.si sententia. Solu.quod regularius accidit respiciam.ff.de legi.nam ad ea.

Et ex hoc concludo, quod particulare interdictum re-9 laxari potest, quia † interdicta Ecclesia, quodammodò inl terdicti dicuntur canonici l, quia mandatũ factum m cam pitulo censetur fieri singulis.s. de resc. eam te. Et ideo isti delinquentes humiliter petentes speciale interdictũ relaxari, ipsum interdictum relaxari poterit secundum formam iuris. Et ideo seruabo regulam nisi eam inuenero vitiatam.ff.de reg.iur.l.1. Et ratio potest esse, in interdicto n generali, baptisma paruulorum, & pœnitentia n morientium excipiuntur.s.de sponsal.non est, & prædicatio verbi Dei, & confirmatio Episcopalis.s.eo.1.Respon.& diuina celebrari vt conficiatur corpus Christi.s.eo.permittimus, & etiam pœnitentia viuentium.j.eo.c.fi.2.Respõ. 10 Et hæc non excipiuntur in speciali. Et ideo maiori † periculo fuit promptiorius occurrendum.s.hoc lib.de elect. vbi.in princ.42.distin.quiescamus.ff.de Carbonia.edict.l. 1.§.2.7.q.2.c.fi.

ADDITIONES PROBI.

a AD CAUTELAM. Glo.in c.ad præsentiam.in ver.absolui.s.de appellatio. innuit secundùm Fran-1 cum, ibi quod petens † absolui ad cautelam non propter hoc videtur fateri se excommunicatum.idem Innoc.& Præpo.ibi, pro hoc habes glo.in c.exhibita.s.de homici. quam reputat sing. Alex.in l.1.ff.de no.oper.nuncia.

Hinc est ꝙ petens absolutionem a iuramento temerario auditur absq; vocatione partis.comprobat latè Domini.in consi.60.in fi.circa dubium.

b ¶ Non potest excommunicare. In simili dicitur ꝙ non 2 † baptizatus non potest leuare puerum de sacro fonte, & sic effici spiritualis compater. Item non confirmatus nõ potest tenere in confirmatione, ratio redditur, quia patrini filios spirituales admonere debent, vt castitatem cu stodiant, iustitiam diligant, charitatem teneant, simbolũ fidei & orationem dominicam sciant, in quibus eos instruere vel instrui facere tenentur ad releuamen presbyteri baptizantis, vel Episcopi confirmantis.

¶ Pro primo dicto habes tex.in c.in baptismate, pro secundo.in cap.vos ante omnia.de consecra.distin.4.

Et attende ad dictum Ioan.Mona.hic quia illud comprobaui latè in c.fi.in 3.q.s.de constitutio.vbi volui firmare illud non habere locum in occulte excommunicato, quia de eo dicitur ꝙ possit excommunicare. Cum excommunicare competat ratione iurisdictionis.c.trans-3 missam.s.de elect.sed illam † iurisdictionem retinet excommunicatus occulte quandiu tolleratur per Ecclesiã. no.in c.cum dilectus.s.de consuetu. Facit quia idem iudicium dicitur de eo quod non est, & de eo quod non apparet.l.in lege.ff.de contrah.empt.

c ¶ Potest ligare. Ista est vna de rationibus.glo.in d.c.ita quorundam.s.de Iudeis, quare feratur secunda excommunicatio, alias ponit, quas vide & Docto.

Vltra quos ad Rotam decisio.858.in antiq.dominus Papa, vbi dicit ꝙ potest poni exemplũ naturale, dum sol benè lucet, accenditur lucerna, quid operatur quo ad effectũ illuminandi, certè nihil.6.q.1.si omnia, & tamẽ obscurato sole, remanebit aer illuminatus lumine lucernæ.

d Excommunicatus. Intellige de maiori, secus de minori, quia talis habet iurisdictionis exercitium, & sic absoluit excommunicatum. Panor. post glo.in c.ab excommunicato.de resc.

e ¶ Nec possessus.l.hæres.cl 3.ff.de acqui.hæred.vbi glo. dicit ꝙ seruus dedignatur per parem quæri, nam & asi-4 nus † auribus intumescet, si per comparem apprehenderetur, similis glo.in l.1.§.veteres.ff.de acquir.possessi.hinc Greg.in pastor.117.c.quia contra naturam superbire est ab equali velle timeri.

Vide glo.in c.3.de reg.iur.hoc lib.quæ comprobat dictum Ioan.Mona.iuribus & rationibus.

f Quorundam.glo.hic post Io.Mo. posuit hos.10.casus & post eos addidit duos quos vide in ver.ad cautelam.

g Siue iusta. Et tunc † habet triplicẽ effectũ ſm Hostien. 5 in c.ita quorundã.s.de Iude.quẽ insequuntur ibi Henri. Boic.Io.And.Petr.de Ancha.Car.Panor.& Ioan.de Ana.

¶ Primus

Primus est vt eijciatur extra ecclesiam, & quantum ad istum, semel exclusus amplius excludi non potest, quia qui semel extra ecclesiam positus est, amplius extra poni non potest. 11.q.3.omnis Christianus. facit l.qui bis. ff.de verb.oblig.& sic de his quæ foris sunt, nihil ad nos. dixi.s. post Io.Mo.in procem.

¶Secundus effectus est detinendi extra ecclesiam,& vt tradatur Sathanæ.11.q.3.audi.& amplius ligetur,peccato, vel contumacia exigente.cap.fin.in §.fi.s.vt lite non contesta. Et quantum ad hunc effectum excommunicatio secunda operatur.

Tertius effectus est quia excommunicator declarat illum separatum,quia non excommunicatio, sed peccatū est illud quod separat a Deo.

h ¶Iniusta. Cuius excommunicationis † iniustæ vnicus 6 est effectus,quia illi non debet communicari donec fuerit absolutus.no.Panor.in c.ita quorūdam.s.de Iudę.post Hostien.Henri.Boic.Io.And.Petr.de Anch.Car.Ioan.de Ana.ibi,& propter hanc non est adeo separatus nisi ex cō temptu ligetur.

i Ad cautelam. Quam non † exercet aud itor Rotæ, nisi 7 sibi specialiter committatur a domino vicecancellario, & hoc habet locum in curia,secus si extra curiam cōmittatur alicui.Rota in antiq.810.& seq.

k Maioribus. Vide de hoc verbo,maior, quæ citat Alex. 8 consi.4.ponderatis verbis.vol.4.vbi dicit ꝙ maior in dubio videtur recipi pro maiore natu,seu ætate,si ratio subiectæ materiæ in aliam interpretationem non suadet, vt bene probatur in l.si pater.§.fin.cum l.sequ.ff.de adoptio. subdens ꝙ quando verba possunt intelligi de actu naturali & ciuili,debent in dubio intelligi de naturali.l.fin. C. de his quæ veni.æta.impe.gl.in vet.nō morte.& ibi Doct. in c.susceptum.de rescrip.hoc lib.

Præterea pro comprobatione Io.Mo.dic, ꝙ maiorum 9 † authoritatem sufficit allegare vbi lex deficit,citat Ias.in l.1.num.4.ff.si cer.pet.& latius in l.illam.de collatio. C.de rescrip.in c.tibi.& in procem.

Et sic obtinet vim legis, aliàs insurgeret illud vulgatū in iure,erubescimus sine lege loqui.

Ratio potest rectè intuenti apparere, quia præsumendum est,quod ratione inducti fuerint ad dicendum quæ sufficit,cum lex sit,quod ratione consistit, etiam naturalis.l.scire oportet.§.sufficit ibi,& ipsa naturali iustitia.ff.de excu.tu.vbi Bal.ꝙ sufficit allegare rationem naturalem, licet quis legem non alleget.

¶Hinc Andre.de Iser.in proœ.feudo.col.vlti.quòd ra-10 tionale † dictum ita debet mouere iudicem ad iudicandum, sicut ipsa lex. Ita astipulatur Philos. quòd quærere vbi naturaliter sentimus, nil aliud est quàm infirmitas intellectus. Ang.consi.397.ludus pilæ.colum.2. & consi. 367.col.3.in quæstione vertente.& consi.110.col.4. sanctissima. Pau.de Cast.consi.141.in fi. visis allegationibus. in 2.par.qui subdit quòd quærere visum alterius vbi possumus habere proprium, dementia videtur. quod comprobatur,quia ratio (maximè naturalis) nobiscum nascitur.dixi.s.in procem.num.49.

l Dicuntur canonici. Adde in simil ꝙ ecclesia † exempta 11 clerici & canonici eiusdem ecclesiæ dicuntur exempti. tex.in c.per exemptionem.s.de priuileg.not.Dec.consil. 154.nu.3.in causa exemptionis.

m Factum singulis. Non verum tamen dicas in contrario 12 videlicet si † mandatum fuerit canonis, quia tunc non intelligitur mandatum capitulo,per ea quæ not.per Oldra. consi.100.ver.quarto videtur, quod incipit in executione incumbentium,vbi dicit si dicatur in instrumento quod canonici talis ecclesiæ hoc fecerunt,non infertur ꝙ vniuersitas & capitulum illud fecerit,quia illud verbum, canonici fecerunt,verificari potest in duobus. idem dicunt Petr.de Ancha.& Imo.in c.quantò.s.de his quæ fiūt a maio.parte cap.

Hinc est ꝙ si dicatur & probetur ꝙ homines talis loci, tale delictum commiserunt,per hoc non probatur quod vniuersitas dicti loci hoc fecerit,per ea quæ dixi in c.Romana.s.isto titu.

Pro præmissis facit quod voluit idem Petr.de Ancha. consi.204.visis & ponderatis verbis pacis, vbi dicit quòd dispositio quæ concernit vniuersitatem, non habet locū in aliquibus consideratis, vt singulis.

Vnde infertur quod Veneti qui nomine vniuersitatis & communitatis Venetorum promiserunt aliquid non facere in certo loco,intelligitur illa promissio quādo vniuersaliter illud facerent in dicto loco, non autem cōmunitas Venetorum obligatur,si aliqui particulares Veneti contra facerent,vide quæ latè tradidit Calca.consi.1.

n ¶Et pœnitentia morientium. Dicit Ludo.Roma. cōsi.341. in fi. in hoc proposito verbum notandum, quod 13 est † periculosissimum & interitui vicinum, vsq; ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium.

¶Hinc Augusti. transumptiuè de pœniten.distinct.7. §.quamquam timendum est de sero pœnitente, quem.n. morbus vrget & pœna mortis terret,ad veram vix veniet satisfactionem,maximè cum filij quos ilicitè dilexit sint præsentes,vxor,& mundus,facit illud Psal.non est in morte qui memor sit tui.idem Imperator in l.hac consultissima.in §.at cum humana.C.qui testa.face.poss.Quod cum homo extremæ vitæ moment um expectat,ipsa humana fragilitas ita est mortis cogitatione turbata, quod sui ipsius est nescia.

Et per hunc tex.Alex.& Roma.ibi dicunt ꝙ testis existens in mortis articulo non est examinandus, quia non habet perfectum sensum.

In proposito habes Margaritam facetiarum contra sacerdotes lubricos dicētes excusando se. Si dissipauero sepem,eandem noui reformare.Sed caue ne priusquā reędifices,diabolus auferat tibi, studes id prius moriaris quam pœnitentiam agas. Esto autem ꝙ tibi detur locus pœnitentiæ,& reformaueris,nihilominus pœnam pro ppetrato non euades.Ecclesia.9.c.Qui dissipat sepem mordebit eum coluber,saltem remorsus conscientiæ, seps est omne præceptum Dei,coluber vindicta iræ Dei.hinc Aug.iustitia Dei nō sinit eē dedec⁹ culpæ absq; decore vindictę.

¶Vide quæ de dissipatione dixi.in c.nemo.s.de elct.& de sępe,quæ tradit Domi.in suo sermone.col.1.quem ponit.post sua consilia.

Gregorius X. in Concilio generali Lugdunensi. Cap. XI.

Quicunq; pro eo quod in Reges,Principes,Barones,&c.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicit omne nihil excipit.*
2 *In iudicijs quasi contrahimus.*
Reatus omnem honorem excludunt.
3 *Quis dicatur ordinarius Regum,vide hic.*
4 *Sicut non debeo offendere prælatum,ita nec eius subditos.*
5 *Omnis suspensus,& interdictus est quodammodo excommunicatus.*
6 *Mandatum in delictis re integra potest reuocari.*
7 *Sententia hominis potest esse iusta & iniusta, sed sententia canonis semper est iusta.*
8 *Ex quo canon constitutus est, iustus est reputandus, & seruari debet.*
9 *Excommunicatio partium conuentione vel satisfactione tolli non potest, nisi absolutio subsequatur.*
Iurisdictio delegata,solo consensu partium prorogari non potest.
10 *Appellationi potest præscribi,licet sententia sit nulla.*
11 *Sententia contra matrimonium lata,quare per cancellariam non confirmatur.*
12 *Deus non vult mortem peccatoris, sed zelat, vt conuertatur & viuat.*
13 *Excommunicatio fertur propter contumaciam.*
14 *Dum viuimus Dei est misericordia.*
15 *Post mortem non est meritorium acquisitio, sed retributio.*
16 *In delictis mandans & mandatarius in eandem pœnam incidunt.*
17 *Mortis articulus semper exceptus intelligitur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Latam differentiam dic inter omne & totum.*
2 *An in legato veniant venalia.*
3 *Appellatione hæredis quando extranei hæredes comprehendantur.*
4 *Legitima dicitur quota successionis.*
5 *Vbicunque clericus suspenditur, laicus excommunicatur.*

6 Suspensus

6 *Suspensus & interdictus dicitur indignus ad beneficia, sicut excommunicatus.*
7 *Excommunicatus est deterioris conditionis quam alius peccator.*
8 *Vbi agitur de peccato, & in foro conscientiæ, non attenditur fictio sed veritas.*
9 *Fictio legislatoris est veritas.*
10 *Grauius delictum quando cognoscatur vide hic.*
11 *Bonum dicitur triplex.*
12 *Sacramenta Ecclesiastica quibuscunq; etiam excommunicatis in mortis articulo non sunt deneganda.*
13 *In mortis articulo quis non potest adire hæreditatem.*
14 *Iura multa specialia in mortis articulo concedunt.*

QVICVNQVE. Hęc Decreta habet tria dicta. primum est de sententiante aliquos, contra tenorem istius constitutionis. Secundum est de vtente dicta sententia. Tertium est ꝙ isti post duos menses in sententia huius canonis permanentes non possunt nisi per sedem apostolicam absolutionem obtinere.

¶Sed quæro nunquid Episcopus faciens contra hunc canonem erit excommunicatus? videtur ꝙ nō s̄. eo. quia periculosum, sed illa loquitur in suspensionis, vel interdicti sententia duntaxat, vt ibi nota.

1 Vnde dic contra propter verbum, quicunq;, & qui† dicit a omne, nihil b excipit. ff. de hæred. instit. l. articulo. Et Episcopi qui tenentur ad mutuum subsidium, obseruationem sententiarū cōtra hoc peccantes, hoc canone poterunt innodari impedientes, quod promouere tenentur. arg. s̄. de treuga & pace. c. 1. in fi. & s̄. de offic. ordina. cum ab Ecclesiarum.

¶Contra. s̄. hoc lib. de hæreti. c. inquisitores Sol. ibi loquitur in via deneniendi ad contractus, quia † in iudicijs quasi cōtrahimus. ff. de pecul. licet. §. idem scribit. Sed hic in reatibus c qui omnem honorem excludunt. C. vbi senato. vel clariss. l. 1. [in Reges] Sed quis est ordinarius eorum? dico ꝙ quilibet † Episcopus, vbi Reges habent domicilium, & ideo ab istis possunt excommunicari. s̄. de maior. & obedi. omnis. 96. distin. c. cum mater. & c. duo [interdictum] hæc tria continentur sub censura Ecclesiastica. ĩ. titu. proxi. quærenti [suorum] Nota † sicut non debeo offendere prælatum, ita nec suos subditos. Et homo nedū in se, sed in suis offenditur d [obseruantes] quidam dicunt istam clausulam referri ad sententiam suspensionis & interdicti, & clausulam sequentem [seu taliter] ad excommunicationem. Tu dic ꝙ sunt diuersi casus, & referunt omnes sententias supradictas, sed in diuersis casibus. Primus quando seruo sententias, vel volo cōmunicare taliter sententiatis, & primi moti fuerunt propter verbum, excommunicantis. Sed † omnis suspensus & interdictus est quodammodo e excommunicatus [redintegra,] id est, iniuria nedum illata in persona vel in rebus. Et sic mandam † in delictis reintegra potest reuocari. no. s̄. eo. c. mulieres. §. fi. [nisi] sed quæro cum sic fertur sententia a canone, nisi vsq; ad tale tempus hoc fecerit sit excommunicatus, an si iste in quem fertur sententia. ĩ. illud tempus appellauerit, appellatio suspendat sententiā canonis, & est casus ꝙ sic, in sententia hominis. s̄. de appella. præter ea. 2. Sed dic contra in sententia canonis. ff. de verb. signif. si qua pœna. Et est ratio, † sententia hominis potest esse iusta & iniusta. 11. q. 3. c. 1. sed sententia canonis semper est iusta. Et appellatio non est inuenta vt restituat quodcunq;, sed illicitum. ff. de appella. l. 1. ff. de arbitr. l. non distinguemus. §. cum quidam. s̄. de elec. cum nobis olim. Et iam appellatio ad præsidium innocentiæ constituta traheretur ad defensionem iniquitatis, quod esse non debet. s̄. de appel l. cum speciali. §. porrò. & cap. præterea. primo.

8 ¶Et ex quo † canon constitutus est iustus reputandus, & seruari debet quamquàm perdurus. 4. distin. §. ideo. & c. seq. 19. dist. in memoriam. ff. qui & a quibus. l. prospexit.

¶Sed quæro, terminus iuris, vt hic vel hominis, vt d. c. præterea, prorogatur a parte, nunquid post terminum iuris vel hominis lapsum statim ante diem prorogationis erit iste excommunicatus? & videtur quòd non, quia nil aliud agebat prætor, nisi vt controuersias contendentiū minueret, a quibus si recesserunt, id prætor ratum habere debet. ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. & post operis.

¶Contra. ĩ. de regu. iur. c. 1. & ff. de regu. iur. nihil tam naturale. Ergo ligatus per ligatorem solui debebit.

¶Sol. aut illud quod prorogatur pendet solum ex arbitrio partium, & tantum potest fieri prorogatio, nedum in principali, sed etiam in accessoriis. arg. ff. si quis cautio. l. 2. Responso. 1. Nec mirum, partes dicto casu totaliter iudicatum possent innouare, & ab ipso recedere. ff. de re iudi. l. 4. §. si ex conuentione, ergo magis prorogare. argum. d. §. & post operis. Et tunc dico die prorogationis adueniente, tenebuntur partes sicut die qua fuit facta prorogatio, quia idem factum censetur manere. ff. de præca. l. sed si manēte.

h ¶Si vero illud quod prorogatur tangit h alios, vt fideiussores, vel quia pignora data sunt aliena, & tunc illis quos res tangit, non consentientibus prorogatio fieri non potest. ff. quod met. causa. l. illud. ff. de arbitr. l. Labeo. 2. §. fin.

9 ¶Et multòmagis dic † in excommunicatione, quæ partium conuentione, vel satisfactione tolli i non potest, nisi absolutio k subsequatur. supra eod. cum desideres, in principio. & §. fi.

¶Potest esse ratio, iurisdictio delegata nō potest prorogari solo consensu partium, nisi iudex consentiat. no. s̄. de off. deleg. p. & g. Ergo nec pars, sicut excommunicatio, & quòd sit pars habetur. s̄. de electio. transmissa.

¶Sed quid fertur excommunicatio secundum dictū c. præterea. nunquid post decendium iste poterit appellare? videtur ꝙ non. s̄. de re iudic. quod ad consultationem. s̄. de elect. cum dilecti. in fi. s̄. hoc lib. de appell. concertationi. 2. q. 6. biduum. 1. & 2. Respon. & ff. quando appellan. sit. l. 1. §. biduum. & §. seq. Et appellationi † potest præscribi, licet sententia nulla sit. ff. de appella. l. si expressum. Contra dic per d. c. præterea. 2. vbi est hoc expressum. Et est ratio, sententia in alijs ab excommunicatione lata sub conditione statim tenet, vt obligatio conditionalis, in qua non est debitum, sed spes in debitum iri. Insti. de verb. obliga. §. ex conditionali, quia in iudiciis quasi contrahimus. ff. de pecul. licet. §. idem scribit, licet suspendatur per conditionem appositam, & ideo ibi infra decendium est appellandum, vt dictis iuribus, sed excommunicationis sententia, quæ est pęna propter culpam præcedentem, & sic est principale, & pęna. Et licet principale transire possit in rem iudicatam vt dictis iuribus, ista tamen excommunicationis sententia in rem iudicatam non transit, sicut nec sententia lata contra matrimonium, quorum ratio colligitur. supra de re iudi. l. lator. & c. tenor. supra de testib. sicut. 35. q. 9. §. his ita.

11 ¶Et ob hoc sententia † contra matrimonium lata per cancellariam non confirmatur, sed mandatur ꝙ canonicum fuerit obseruare procures. Sic dico, ꝙ excommunicationis sententia per ipsam cancellariam nunquam confirmatur, nec suspensionis nec interdicti sentētiæ, sed mādatur obseruari vsq; ad satisfactionem condignam, Deus

12 † enim non vult mortem peccatoris, sed zelat vt conuertatur & viuat. Auth. vt non luxu. contra natur. colla. 5. in princ. Et ideo hæc excommunicationis sententia non cōfirmatur, sed humiliter petenti est eius absolutio impendenda. supra de off. de leg. cum contingat. in fi.

13 ¶Item excommunicatio fertur propter † contumaciam. 11. q. 3. c. nemo episcoporum. supra vt lite non contesta. tue. Sed sententia propter contumaciam lata, ipsa purgata per satisfactionem, est restitutio obtinenda. supra de constitu. ex literis.

¶Item præmissa sic probo, est sententiatum & appellatum, & excommunicatio post appellationem lata, licet prosecutione appellationis infra terminum iuris vel hominis neglecta, firmum maneat principale, vt sententia a diffinitiua. C. de tempo. appel. l. fi. §. illud. s̄. de app. sæpe contingit excommunicatio tamen non fertur. ĩ. eo. licet sic ergo contra excommunicationem non currit tempus appellationis interpositæ prosequendæ, vt est probatum, ergo nec tempus appellationis interponendæ contra excommunicationem locum habebit.

14 ¶Item dum † viuimus Dei est misericordia, cuius miserationes super omnia eius opera, vt dicit Psal. Et ob hoc, in hac vita Deus nos admittit ad reconciliationem, sed postquam conclusum est morte, tunc ex gestis nostris reddit Deus iustitiam, vnde hic meremur, vel demeremur.

15 Sed post mortem † non est meritorum acquisitio, sed retributio.

Et dico

m Et dico ꝙ sola interdicti sententia per cancellariam m non mandatur obseruari, cum in ea qui non peccauit puniatur.

Dico etiam ꝙ si iudex procedat sine causæ cognitione, sicut nec tunc est iudicatum, ita nec tale factum transit in rem iudicatam. nec obstat interlocutoria. & l. seq. vnde sicut vbi est actus extraiudicialis, si tamen procedatur cum causæ cognitione, tunc est appellandum. ĵ. decedium. s̄. hoc lib. de appellatio. c. concertationi. 2. q. 6. quod in sententijs. Sic vbi est de sui natura actus iudicialis, si tamen non procedatur iudicialiter vt causa cognita, non transit talis actus in rem iudicatam, quia res iudicata hic 16 frustratur [data vti] nota † in delictis n mandans & man- n datarius in pœnam eandem incidunt. C. de accusatio. nō ideo. Et. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quotiens [apostolicam] sicut incendiarij Ecclesiarum qui sunt ipso facto excommunicati postquàm sunt publicati, & alij incendiarij qui sunt excommunicandi postquàm fuerunt excommunicati, & publicati per sedem apostolicam duntaxat sunt absoluendi & remittendi ad eam. s̄. eo. conquesti. & c. tua o nos. 22. q. vlti. c. pessimam, exceptio o † mortis articulo p 17 & iste casus semper intelligitur exceptus q. s̄. de sepultur. c. p q fi. s̄. eo. de cetero. & c. ea noscitur. & ĵ. eo. in princ.

ADDITIONES PROBI.

a 1 QVI DICIT † omne. Dic latam fore differentiam inter omne & totum, quia totum definit corpus integrum & ex partibus integratum non ꝙ verificetur in partibus. Sed omne est nomen collectiuum & distributiuum quod designat indiuidua vt verificatur in eis. Oldr. 300. nu. 7. factum tale est. Et pro primo dicto de toto habes quæ citat Alex. in consi. 5. col. fi. circa primū dubium. vol. 3. ꝙ hoc verbum tota hæreditas excludit detractionē Trebellianicæ, quia ita ex verbis coniecturatur fuisse de mente testatoris. pro hoc adducit quæ no. Ange. in l. damni. §. cum parietem. ff. de dam. infect. vbi dicit per illum tex. ꝙ si maritus qui lucratur partem dotis ex forma statuti muliere prædecedente in matrimonio sine liberis, promisit restituere hæredibus mulieris dotem, intelligitur promisisse secundum formam statuti, scilicet detracta parte secus si promisisset totam reddere, quod etiam no. ibi Ioan. Imo. & in l. si patronus. ff. de donat. & ista videtur magis communis sententia.

b ¶Nihil excipit. l. a procuratore. C. manda. l. Iulianus. de lega. 3. Calca. consi. 42. nu. 14. benè facit quod not. Bart. in 2 l. generali. §. vxori. ff. de vsufru. lega. vbi dicit ꝙ licet † in legato non veniant venalia, per illum tex. limitatur, quādo dicitur vniuersaliter de omnibus bonis, quia tunc etiam venalia includuntur, secundùm Bar. ibi vbi apostillator ad eum dicit ꝙ Bar. sanctè loquitur citans sic. Aut dico, lego omne argentum, & non veniunt venalia argētea, aut dico lego omnia bona, aut vsumfructum omniū bonorum & tunc comprehenduntur omnia venalia. vt l. quotiens. §. fi. ff. de vsufruc. & in simili no. Io. Imo. in l. fi. in princ. ff. de dona. inter vir. & vxor.

Pro dicto Bar. facit quod citat Deci. in consi. 294. num. 3. in testamento comitis, ꝙ si statutum velit ꝙ maritus lucretur dotem in omni casu, etiam habebit locum statutum extantibus liberis ex primo matrimonio, & non habebit locum. l. hac edictali. C. de secun. nupt. per quod 3 Deci. vbi. s̄. comprobat ꝙ appellatione † hæredis etiam hæredes extranei comprehenduntur ꝙ Bar. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthu. Panor. & alij per Deci. relati. in c. in præsentia. s̄. de proba. tex. in l. hæredis appellatio. ff. de verb. signifi. & l. in annalibus. C. de legat. Quod suadetur, quia nomen hæredis generale est, hæres enim idem dicitur quod dominus. l. item Mella. §. legis. ff. ad leg. Aquil.

Item cum sint plures hæredum species, vt probatur Institu. de hære. quali. & differ. & omnes species propriè sub genere comprehenduntur. Bald. in l. 2. C. de iure aureo. anulo. meritò extranei hæredes comprehenduntur, probant rub. & nigrum. ff. & C. de hæred. instituen.

¶Pro hoc vulgari adde ea quæ per illud comprobat Maria. Soci. consi. 102. in præsenti consultatione, qđ Deus est omnipotens & omnia potest, & sic nihil a sua potētia excluditur, quia qui omne dicit nihil excludit. c. solitę. s̄. de maior. & obedi. c. si Romanorum. 10. dist. d. l. Iulianus. de lega. 3. quæ iura non a lleg. Ioan. Mona.

Istud vulgare maximè procedit in vniuersali negatiua a qua nihil excipi solet. l. legitimos. §. an ergo. ff. de legi. tut. hinc est ꝙ exclusus a successione dicitur exclusus a le- 4 gitima. Cum † legitima sit quota successionis. l. Papinianus. §. autem quarta. ff. de inoffi. testam. tradit latius idem Soci. consi. 150. col. 3.

c Reatibus. Pro hoc vide Calca. in cōsi. 70. col. fi. quidam Nicolaus.

d Offenditur. Vide Io. Mo. in c. sciant. de elec. vbi dixi, & latius. in rub. de renuncia. s̄. circa fi. vide quæ in proposito leguntur de beato Thoma Archiepiscopo Cantuariæ. de quo. in c. sicut dignum. s̄. de homici.

e Suspensus. Fely. in d. c. dilectus. el 2. in fi. s̄. de symo. dicit 5 dicit ꝙ vbicunq; † clericus suspenditur, tunc laicus excommunicatur. alleg. c. clerici. s̄. de excessi. prælat. c. præterea. s̄. de vsur. c. dura. s̄. de crimi. fals. & c. fina. de vsur. hoc lib.

f Quodammodo. Et sicut excommunicatus dicitur indignus ad beneficia. c. postulastis. s̄. de cleri. excommuni. mini. Sic suspensus & interdictus. c. cum dilectus. § quia nobis. vbi glo. & Scriben. s̄. de consuet. & c. cum inter. R. s̄. de elec.

g ¶Excommunicatus. Et sic secundum Hostien. in c. ita quorundam. s̄. de Iudę circa fi. firmiter credendum est ꝙ 6 ipse excommunicatus † difficilius resurgit & gratiam Dei recipit, quàm aliquis alius peccator non excommunicatus, & ꝙ orationes suæ & alia opera de genere bonorum quæ facit, debiliora sunt, quàm in alio, & Angelus sibi datus ad custodiam minus pro ipso laborat, & Angelus malus maiorem potestatem habet in ipso, quia tali vtitur sicut rusticus suo asino siue iumento, & in hoc ipsum Hostien. sequitur ibi Ioan. And. Io. de Ana. & Pet. de Ancha. Tamen Card. dicit ibi in fi. Ego dico contra ꝙ imo facilius si non contemnit excommunicationem non traditur Sathanæ vt saluus fiat. c. cum sit. s̄. de appella. iuxta illud obediens crescit per meritum.

h Tangit alios. Pro hoc puncto vide Alex. consi. 70. habita opportuna. vol. 6.

i ¶Tolli non potest. Pro hoc habeo glo. in Cle. fi. in ver. donec de censib. similem. in Cle. vna, in ver. obtinere. de consang. & affinita. cum qua ibi Card. & Imo. glo. in c. 2. in ver. obsq; de hęretic. hoc lib. Et de hoc per Panor. in c. ad aures. s̄. de symo. & in c. capitulum. s̄. de resc. in vlti. no. si benè memini. Deci. in c. ex literis. nu. 9. s̄. de constitutio. alleg. Inno. in c. cum bone. s̄. de ęta. & quali. & Panor. in c. fi. s̄. de matri. contracto contra inter. eccle.

k Absolutio subsequatur. Hunc passum discutiunt moder. in c. 1. s̄. de iudic. vbi Deci. in 1. lect. nu. 11. & 6. no. post alios. limitat dictum Ioan. Mona. non procedere quando quis est excommunicatus virtute alicuius constitutionis, quæ reuocaretur per Papam, qui vellet eam haberi pro infecta, quia tunc non opus esset absolutione. glo. sing. in Cle. 1. in ver. pro infectis. de immunita. eccle. vbi Card. & alij illum singularem citant Panor. in c. per venerabilem. col. 5. s̄. qui fi. sint legi. ad idem Fely. in c. 1. col. 7. in versi. amplia secundo. s̄. de constitutio. Panor. in c. nulli. s̄. de senten. excommu. de quo per Fely. in c. cęterum. in fi. de rescrip.

Contra hanc limitationem posset moueri sani cerebri caput, quia haberi pro infecta non est ex veritate, sed ex fictione, quia nemo potest facere vt quod factum est, sit infectum. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. vnde istud est per fictionem, quod etiam importat verbum haberi. no. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

8 ¶Sed habeo † ꝙ vbi agitur de peccato & in foro conscięntiæ, nō attenditur fictio, sed veritas. no. moderniores. in c. cum non ab homine. s̄. de iudic. ergo excommunicatus non potest censeri absolutus per fictionem. istud fundamentum videtur persuadere & fore reale, tu tamē ad illud dic vt non obstet, ꝙ verum est ꝙ in foro animæ respectu partium nō attenditur fictio aliqua, vel præsum- 9 ptio, sed respectu legislatoris sic quia eius † fictio est veritas. l. fi. ff. de probatio.

Poteris & secundò limitare dictum Io. Mona. vt non requiratur absolutio quando quis est excommunicatus a Papa sub ista clausula, donec satisfecerit mihi, quia si satisfecerit, videtur eo ipso absolutus, quod probatur ex natura

natura dictionis, donec, quæ si fit ab habente potestatem legis condendæ, seu authoritatem prolata extinguit ipso iure.firmat Bar.in l.1.num.16.ff.de condi.& demon.allegat.l.fine.§.quandiu.ff.de condi.furti. & l.in delictis. §.si detracta.ff.de noxa.

Ergo in proposito cum verba, excõmunicationis hoc importent, ea debẽt attẽdi.l.non aliter.ff.de leg.3.

Facit id quod diximus in bannito, qui est bannitus donec aliquid fecerit. Nam in eo non requiritur absolutio. Bal.in procem.Digest.

De hoc vide pro Mod.in c.ex literis.s̃.de constitu.

l Cancellariã. De hoc verbo fit mẽtio in c.ad hæc.s̃.de rescr.gl.in c.cũ dilecta.eo.tex.in c.cura.s̃.de crimi.fal.

m Cancellariam. Quæ vnica est in curia, prout in Regno Galliæ vnam solam habemus cancellariam. dicit Barth. de Chassa.in consuet.Burgund.in ordina.cancella.Et hęc dependet ab officio & potestate domini Cancellarij (de cuius authoritate dico in c.is cui hoc tit.) Et est secunda persona Galliæ, quo ad iurisdictionis administrationem. Et sub se habet multos, qui propriè dici possunt legati, vt est gubernator cancellariæ in Burgundia, Parisijs, Tholosæ, Burdegale, Grationopoli, Rothomagi, Aquensi in prouincia & Diuioni, vbi sunt parlamenta pro Christianissimo Rege, modo sunt Legati, & quodammodo delegati ab ipso domino Cancellario. Et tales nõ solent dare, seu concedere nisi literas & rescripta iustitiæ & non priuilegij immunitatum, exemptionum, seu gratiarum.

n In delictis. Ex † quorum quantitate & qualitate pęnę,
10 cognoscitur quantitas & qualitas ipsorum delictorum, quia tantò grauius delictum iudicatur, quantò grauior pœna imposita inuenitur. Bar in l.leuia.ff.de accusa.gl.& Doct.in l.1.C.qui accus.non pos.Bald.in l.nemo. in fi.C. de sum.Trin.Io.Imo.in l.2.ff.de public.iudi. Et est theorica quæ videtur esse communis, & regula secundùm Soc. cõsi.157.col.2.præsens consultatio.vbi subdit post S.Thomam in sua 2.q.73.artic.3. ꝙ peccata quæ in proximum committuntur sunt pensanda secundùm nocumenta, q̃ ꝓximò inferuntur, q̃a ex hoc habent rõnem culpæ: tantò aũt maius dicitur nocumẽtũ, quãtò maius bonũ demit.

11 Et dicitur triplex bonum † hominis, s.animæ, corporis, & bonorum exteriorum, bonum animæ quod est maximum nõ potest ab alio nisi occasionaliter tolli, purà per malam persuasionem, quæ necessitatem non infert. Sed alia duo bona scilicet corporis & exteriorum rerum, possunt ab alio violenter auferri, sed quia bonum corporis ptæeminet bono exteriorum rerum, grauiora sunt peccata quibus infertur nocumentum corpori, quàm ea quib⁹ infertur nocumentum exterioribus rebus.

Hinc est ꝙ rapina dicitur grauius delictum, quàm furtum, quia per rapinam non solum infertur alicui damnũ in rebus, sed etiam vergit in quandam ignominiam personæ, siue iniuriam, & hoc præponderat fraudi, vel dolo quæ pertinent ad furtum.

o Excepto. Pet.de Ancha.consi.189. col.2.tribus de cau-
12 sis, dicit ꝙ † ecclesiastica sacramenta in mortis articulo non sunt etiam excommunicatis pœnitentibus denegan da, imo semper a iure iste casus absolutionis in mortis articulo reseruatur.c.eos s̃.hoc titu.

In proposito Ioã.Fab.in auth. sed nec ante. C.de sepul. viol.dicit ꝙ creditores impedientes in articulo mortis debitores ne ponantur in ecclesiastica sepultura, q̃a eos excõicari faciunt, puniunt pœna autẽ.itẽ qui donũ.eo.ti. Et possunt cogi creditores ad eos faciendũ sepeliri, maximè si hæredes volunt se obligare pro debito, quia tũc nõ est differenda sepultura.c.a nobis.s̃.hoc tit.

p Articulo. In quo quis nõ põt adire † hæreditatem, quia
13 deficit volũtas & cõsensus, & sic aliquid facere nõ põt, q̃a est in exhalatione sp̃us.facit tex.& ibi gl.ff.quando dies lega.ced.in l.si.Bar.in l.miles.§.pro parte.de lega.2. Vide de actis in articulo mortis per Soc.consi.229.primo aspectu.

q Exceptus. Non immeritò pro hoc multa † iura conce
14 dunt specialia, cum sit extremum velle aut nolle, vide Scrib.post text.in l.1.C.de sacrosan.eccle.vbi Bar.in repetit.ꝙ existens in extremis.de quo habetur in c.Raynutius. in ver.extremis positus.s̃.de testa.& in c.nos quidem. ibi, de hac luce migrante.in c.fi.ibi, agens in extremis. s̃.de succes.ab intesta.tex.in l.Seia.§.cum pater.ibi, in extremis vitæ constitutus. ff.de donat. & in l.si pater. §.quædam. ff. de fideicom.liber.ibi, in extrema esse valitudine, & ibi, de beri ea quæ in extremis dixisset, cum similibus) potest de iure ciuili testari ad pias causas cum duobus testibus, etiã aliàs non seruatis solemnitatibus iuris ciuilis.

Quod licet a multis Scrib.ibi, reprobetur opinio Bar.tamen pro ea est casus in indiuiduo in d.§.quædam.pro quo habes doctrinam Ang.in l.cum antiquitas.§.cum autẽ.C. de testa.vbi dicit ꝙ existens in extremis põt testari ad pias causas, cum duobus testibus & præsentia presbyteri parrochialis, & ita dicit se intelligere. c.cum esses.s̃.de testa.tamen re vera ille text.non loquitur de constituto in extremis, nec loquitur in relictis ad pias causas.

¶Pro hoc adduci potest.l.Pamphilo.§.propositum.ibi, in discrimine vitę constituto propter infirmitatem. de lega.3.

Pro intento nostro vide c.relatum s̃.de testa.& quod diximus detrahi a solemnitate iuris, propter huiusmodi extremitatem, rationis identitate, idem dicas in infirmo pestiferato, quo casu etiam iuris solemnitati detrahitur. Saly.in l.cum a matribus. C.qui petãt tuto. ꝙ si pestis erat in ciuitate, & mater ideo non venit ad ciuitatem, & petat tutorem dari filijs, excusatur a pœna.l.sciant.C.de legiti.hæred.pro hoc glo.fi.in c.ex transmissa.ibi, tempus hostilitatis.s̃.de præscrip.ad idem gl.fi.c.fi.s̃.de cler. non residixi post domi.meum.s̃.in c.tibi.de rescrip.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XII.

Si Iudex laicus malefactorem detineat, &c.

SVMMARIVM.

1 *Miles armatæ iustitiæ per magistrum militum in ciuilibus & criminalibus habet iudicari.*
2 *In cognoscendo & sententiando vocandi sunt quorum interest, & denunciatio illis facienda est, aliàs non tenet quod fieret.*
3 *Sola possessio clericatus non sufficit.*
Quis non tenetur titulum suæ possessionis dicere.
4 *Plus habet possessor (alijs paribus) quàm petitor.*
5 *Habens beneficium ecclesiasticum clericus esse debet, & tenetur docere de titulo.*
6 *Possessio non facit clericum.*
Antiquata possessio facit quem præsumere clericum, non recens.
7 *In quo statu te inuenero in eo te iudicabo pro præsenti, licet de alio statu inquiri possit.*
8 *Vltima mora nocet, & vltima possessio prodest, & inspici debet.*
9 *A plurali denominatur, & secundum illud iudicatur.*
10 *Natura causæ quandoque habet, vt quis prosequatur causam suam vinculatus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Clerici (etiam stante consuetudine) non possunt conueniri de crimine coram sæculari siue ciuiliter siue criminaliter agatur.*
2 *In Gallia sæculares in aliquibus casibus procedunt contra clericos.*
3 *Papa quando potest statuere quòd clerici conueniantur coram sæculari.*
4 *Omnes iudices possunt omnes inobedientes punire, & iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere.*
5 *Cuius expensis remissio clerici fieri debeat per sæcularem iudicem.*
6 *An clericatus remissus possit detineri per commentariensem iudicis sæcularis, pro expensis in carcere factis.*
7 *Possessio procedens ratione familiaritatis nil acquirit.*
8 *Spiritualia spiritualibus personis sunt distribuenda.*
9 *Omnis qualitas quæ non est innata, est in specie probanda.*
10 *Notariatus qualitas est a parte probanda.*
11 *In iure reperiuntur delicta, leuia, grauia, grauiora, & grauissima.*
12 *Clericatus non solum per literas probatur, sed etiam per testes.*
13 *Vltimum verbum attenditur.*
14 *De re spirituali & ecclesiastica sæcularis, nec principaliter, nec incidenter cognoscit.*
15 *Prius est de statu personæ quàm communione inquirendum.*
16 *Qui defert procuratorium, præsumitur procurator, licet multi sint eiusdem nominis quo & deferens, idem de clerico, deferente literas clericatus.*
17 *Ratificatio fit factis sicut verbis.*

a SI IVDEX. a Hæc Decreta habet tria dicta. Primum quid iuris de capto a iudice sæculari, qui dicit se clericum & remitti ad iudicem ecclesiasticum. Secundum. §[idem esse] quid iuris de illo, qui ante deprehensionem pro laico se non gerens deprehensus est in habitu clericali, & super hoc adducuntur plura legis argumenta. Tertium. §. [nō sit] quid iuris de illo qui ante deprehensionē pro laico se gerebat, & pro tali communiter habebatur, fuit tamen deprehēsus in habitu clericali. Ex quo. §. quartus casus relinquitur decisus, vt quando ante captionem & in captione, pro clerico se non gerebat [repetat] sicut ciuitas suum ciuem. ff. de rei vendica. l. 1. §. 1. & ff. ad municipa. de iure. Et sicut † miles armatæ militiæ per magistrum militum in ciuilibus aut criminalibus habet iudicari, sic clericus per iudicem ecclesiasticum. s. de iudic. at si clerici. C. de iurisdict. om. iudic. magisterie [vocato.] Nā 2 † in cognoscendo & sententiando vocandi sunt quorum interest, & denunciatio illis facienda, aliàs non teneret quod fieret. ff. de re iudic. l. de vno quoque. s. de maior. & obed. inter quatuor. s. de contrahen. empti. c. fi. C. de euic. l. emptor fundi. [pertinebit.] s. de ordi. cognitio. tuam. s. de iudic. at si clerici.

¶Sed qualiter in cognitione procedatur statim, & primo videbitur de possessorio clericatus, vt quia est notorium, aut quia fama publica hoc diuulgat, aut quia iste communiter pro clerico habebatur, & vno istorum faciente pro capto, ipse antequàm de clericatu cognoscatur restitui debet curię ecclesiasticæ. Et sic ista possessio b facit cognitionem esse fori ecclesiæ, sicut video, persona ecclesiastica agit contra possessorem laicum coram sęculari iudice, & recuperata possessione laic⁹ aget cōtra personam ecclesiasticam super petitorio coram iudice c ecclesiastico, in hoc casu (restitutione c facta) debet agi 3 causa de titulo clericatus, quia sola † possessio d non sufficit. 2. q. 1. legum. 2. q. 5. in summa. vnde possessio rei dat forum ipsi reo. C. de alie. iud. mutand. causa facta. l. vna. & ibi reali actione contenditur, seu de titulo clericatus.

¶Sed quare tenetur titulum suę possessionis dicere, cōtra regulam. C. de petitio. hæred. cogi. 2. q. 5. in prin. s. vt eccle. bene. c. vno. in prin. C. de rei vendi. l. fi.

¶Dic vbi actor contra reum agit de re quam possidet reus, vt illa sibi restituatur, petendo rem quam dicit suam 4 vel sibi debitam, cū plus habeat † in re, alijs paribus, possessor quàm petitor (actore non probante) etiam si nihil reus probauerit obtinebit, vt dictis iuribus, & hæc fuit æquitas publicianæ actionis. ff. de public. per totum.

Sed quando actor non agit ad interdictum possessoriū in quo est reus, sed ad finem alium, tunc secus, vt d. c. legum. verbi gratia, video ego Episcopus tenere beneficiū, teque esse in possessione clericatus, & quia hæc possessio 5 non sufficit, quia † habens beneficium ecclesiasticum, e clericus esse debet, e & tenetur ipse docere f de titulo, vt d. c. legum. s. de transact. ex literis. s. de rescrip. cum adeo. Sic dico in proposito, iudex sæcularis dicet coram iudice ecclesiastico, vel alter cuius interest, vir iste perpetrauit g delictum g tale in mea iurisdictione, vnde iste coram me sortitur forum, vnde peto ꝙ mihi reddatur per me iustitiandus, si dicatur est in possessione clericatus, dicet, pos-6 sessio † non facit clericum. ff. de decurio. l. Herennius. vnde probet si potest, dico tamen ꝙ vbi esset antiquata possessio, reputarem calumniam, & illum esse clericum præsumerem. arg. ff. de ritu nuptia. in libere. secus si esset re-h cens h factum nunc sic, nunc aliter se habens, vt faciunt baratatores. arg. s. de præsumpt. c. illud.

¶Et præmissa firmiter dicerem in eo, qui contendit i de beneficio, quia ipse debet probare i se clericum, 2. vt k dictis iuribus. c. cum adeo. & c. ex literis. Sed vbi diu incōcusse remansisset, secus [si clericus]. i. notorie in possessione clericatus, & hoc est sic intelligendum propter ordinē hic tactū super possessorio & petitorio clericatus, vt præmisi, habebatur. ff. ad Maced. l. 3. [debet reddi] & sic quodlibet de tribus prædictis facit ꝙ iste sit de foro ecclesię, qui tamen iudicabit postea de titulo clericatus [reputare.] 7 Nam in quo † statu te inuenero, in eo te iudicabo pro presenti, licet de alio statu inquiri possit. C. si ser. expor. ven. l. moueor. ff. de iu. fisci. l. sed si accepto. ff. de iniur. Itē apud. §. si quis virginem [ingenuitatis.] ff. de proba. l. circa. ff. de libera. cau. l. liberis. §. fi. C. de libera. causa. ea quæ [agnoscatur.] C. de fabric. l. stigmata. lib. 11. [Signati.] C. de aquæductu. l. decernimus. §. vniuersis. lib. 11. [clericali.] Sic hic 8 vltima † mora l nocet. ff. de pericul. & commo. rei vendi. l illud. in fi. sic vltima possessio ꝓdest, & inspici debet. arg. C. ne de statu defuncto. si mater. in fi. vbi de hoc.

¶Dic quòd prodest, quo ad hoc vt articulo probationis pendente, super articulo clericatus non procedatur contra eum. vt j. in fi. Sed non ad hoc, vt restituatur iudici ecclesiastico. Et est ratio notatu digna, hic faciebant plu m ra cōtra istum quàm pro m ipso, vt patet ex textu. Et ideo 9 † a plurali denominabitur, & secundum illud iudicabitur. no. j. hoc tit. proxi. c. fi. [de titulo.] Sed coram quo? videtur ꝙ coram iudice sæculari, quia iudex est possessoris impetiti ille, qui in eum habet iurisdictionem. s. de foro compe. cum sit generale. 11. q. 1. experientię. C. vbi in rem actio. l. fi.

n Contra n dic arg. s. de ordi. cognitio. tuam. Et prima iura loquuntur nisi natura causæ alium iudicem requirat, vt in c. tuam.

¶Sed quomodo ligabit coram iudice ecclesiastico retentus in curia seculari? dic per procuratorem. Et natura 10 causæ † quandoq; habet, vt quis prosequatur causam suā vincularus. ff. de custo. reo. diuus. 1. Et hoc est constitutum. odio illius, qui se ingessit contra illa, quæ probare conatur, ad quod admittitur beneficio priuilegij toti clero in-o dulti, qui aliàs non videtur admitti, contra illa quæ o factis suis dilucide protestatus est. arg. s. de proba. c. per tuas.

ADDITIONES PROBI.

a SI IVDEX. Hic firmatur regula iuris ꝙ clerici † nō 1 possunt de crimine coram iudice sęculari conueniri, esto quòd contraria deducatur consuetudo. c. clerici. s. de iudic. Siue ciuiliter agatur, siue criminaliter secundùm Panor. Felyn. Barba. & communiter Docto. Ibi, cum hoc clerici habeant a iure diuino. glo. in c. quàmquàm. in ver diuino. de censib. hoc lib.

Firmant id rationibus multis do. de Rota. in antiq. Deci. 840. vtrum valeat consuetudo Anglicana, facit glo. post tex. in c. Imperator. 96. dist. quæ dicit quòd antequam emanassent aliquæ constitutiones erant in iurisdictione sęcularium, & constitutiones disponentes quòd clerici non iudicentur nisi ab Episcopis, non sunt nisi iuris declaratorię.

Istud idem tenent Tancre. Inno. Goffre. Hostien. Ioan. And. & Panor. in c. 2. s. de maior. & obedien. prout refert Aufre. in repe. Clem. 1. in 3. quæsito. ver. in contrarium videtur. de offi. ordi. vbi adducit Bal. in titu. de pace tenen. in §. si clericus. col. 10. dixi s. in c. vnico. de cleri. coniuga. post Hostien. in c. 1. s. de aposta. quem refert & sequitur Alex. in consil. 149. col. 2. in causa. volu. 6. vbi latè tractat materiam text. nostri. Ideo vide eundem. & in consi. 8. volu. 1.

Hanc tamen regulam, his non obstantibus, habes apud 2 Gallos modificatam † multis in casibus. Primò dic eam nō procedere in portatu armorum, quod est dictu quòd clericus arma deferens, seu portans, potest capi, & puniri per iudicem ciuilem, seu laicum, dico puniri pecuniariter, non corporaliter. text. est secundùm Ioan. Fab. ibi. in l. addictos. C. de episco. audi. vbi glo. in ver. vindicetur dicit. nota clericum puniri per iudicem ciuilem, cessante priuilegio fori, propter enormitatem criminis.

¶Vide Aufre. in d. repeti. Clem. 1. in 3. quæsito. in ver. quæritur vtrum iudex laicus. de offic. ordi. hoc enim iure vtuntur Galli, qui dicunt Regem & eius officiarios, de hoc fore in possessione & saisina a tempore, cuius initij hominum non extat memoria. Et is casus numeratus dicitur inter casus priuilegiatos, hoc enim dicunt habere ex priuilegio Papæ, quod prima fronte non videtur placere Maler. in tracta. de electio. car. mihi. 28. cum Papa id non posset, quia priuilegium clero datum procedit, vt prædiximus a iure diuino, vt ibi etiam latè iuribus & authoritatibus cōprobat, subdēs nō valere, ēt naturali ratione obstāte, quia si Papa posset ꝓ arbitrio facere ꝙ clerici subirent iudicium laicorum, sequeretur quòd quis cogeretur litigare coram iudice suspecto. contra. c. fina. 3. q. 5. consequentia patet, quia clerici sunt oppido infesti laicis. cap. clericis. & ibi glo. coadunat concord. de immunita. eccle. hoc lib.

¶Tu

3 ¶Tu tamen saluando priuilegium Gallorum, dic† aut Papa ex toto vult tollere priuilegium Gallorum clericorum, & hoc non potest, ita procedat cōtraria opinio; hinc est ꝙ Papa non potest statuere vel disponere ꝙ clerici indifferenter conueniantur, seu conueniri possint in omni causa coram iudice laico. Aut vult certis casibus clericos iurisditioni laicorum subijci, & hoc potest, prout dicitur in simili ꝙ potest ius positiuum quo ad vnum vel plures clericos in particulari tollere, sed non quo ad omnes, cū id esset immutare statum vniuersalis ecclesiæ. ista firmat Aufre. vbi supra in versicu. præterea. quòd Papa & latius in sequentibus.

¶Moderare & secundo si clericus offendit officiarios regios officia sua exercentes, quia tunc clericus per iudicem ciuilem punitur, facit tex. in l. vnica. ff. si quis ius di-
4 cē. non obtempe. vbi dicit, ꝙ omnes† iudices possunt omnes inobedientes punire & iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere, & ibi Bar. Bal. & alij.

¶Suadet ratio, quia si defensio per tales officiarios nō fieret (etiam mulctando) posset iurisdictio temporalis remanere illusoria, cōtra no. per Scriben. post tex. ibi in c. 1. de off. delega. s.

Moderare & 3. si si clericus vul iurisditionem vsurpare regiam, quia tunc mulctari poterit per iudicem secularem, pro hoc facit tex. in c. dilecto. hoc tit. & eo. lib. & in cap. ex parte in Christo. s. de versic. signi. ratio subest, quia istud est quædam defensio iurisditionis quæ eo ipso videtur permissa ex quo data est ipsa iurisditio. l. 2. ff. de iurisd. omni. iudic. facit quod not. Bald. in Marga. in versicul. iudex. colu. 6. quòd iudex iurisditionem suam potest tueri etiam armis.

Moderare & quarto regulam non procedere in clerico saluam gardiam regis vel assecuramentum infringente, & crimen priuilegiatum, vt sunt lesę maiestatis, falsæ monetę & præmissa infractio: quia in talibus casibus iudices regij consueuerunt partes suas apponere contra clericos, condemnando eos ad emendam pecuniariam, pro hoc facit text. in l. final. ibi, miles vel clericus, & ibi, executoresq; huius legis omnes iudices. C. vt nemo priuat. &c. & de hoc etiam rex Galliæ & eius officiarii, dicunt etiam se fore in possessione & saisina a tempore etiam cuius initij non extat hominum memoria, & sic ex priuilegio, cum id tempus ius priuilegij includat. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quotidia. & æstiua. capitul. primo, de præscriptio. hoc libr. Ias. in l. de quibus. ff. de legib.

Moderare & quinto regulam non procedere, quando clericus est regis officiarius, quia tūc si in officio suo delinquat, de delicto Rex & eius officiarij cognoscunt, licet talis sit in sacris constitutus, ratio suadet, quia postquàm clericus officium seculare assecutus est, dicitur subditus principis secularis, a quo officium illud depēdet. pro hoc facit tex. in c. sacerpotibus. s. ne cler. vel monach. Et talis princeps poterit eum priuare. tex. in autē. de manda. Prin. in §. festinabis. col. 3.

Alias moderationes poteris videre in cōsuetud. Burg. in titu. des iudices. §. 5. & apud Guil. Benedict. in cap. Raynutius. in versicul. & vxorem nomine Adelasiam. num. 434. cum sequentibus, qui per prius ponit quid in clausis ciuilibus.

Et hæc omnia procedunt nō ex præscriptione aut cōsuetudine, sed ex priuilegio sedis apostolicæ, de quo an fidem facere teneatur iudex secularis, vide Maler. in d. tracta. de elect. car. mihi. 31. versic. circa prædicta posset occurrere, vbi concludit quòd si cum possessione tanti temporis, de cuius initio non extat memoria concurrat fama priuilegij, præsumitur pro priuilegio, nec propter difficultatem probandi rem adeo antiquam pereat ius partis, nec est dicendum quòd solum tempus hoc inducat, sed præsumptio priuilegij probata diuturnitate famę, vt aperte vult in simili Io. Imol. post Bald. & Card. in cum apostolica. versi. nec obstat prædictis. s. de his quæ fiunt a præla. Card. in c. causam. de præscriptio. Dom. in c. 2. §. sanè. de deci. hoc lib.

b Ista possessio. Sic intelligi debet decisio Rotæ in antiquis decisio. 244. quod sufficit fuisse in possessione clericatus per aliqua tempora, secus si agatur de obtinendo beneficio, quia tunc oportet probare liquide se fore clericum, vt hic Ioan. Mona. subijcit, dixi latè. s. in c. 1. de tempo. ordi. vide Alex. in consi. 138. num. 4. opportune. volu. 1.

c Restitutione facta. Dubitari consueuit, cuius † expen-
5 sis hæc restitutio seu remissio fieri debeat, dic videri quòd expensis clerici se remitti petentis. Bald. in l. generaliter. §. his de præsentibus. C. de reb. cred. tangit hunc punctū, id dicens, & alleg. l. quoniam liberi. C. de testib. & l. cum sępe. de erroga. mili. anno. lib. 12. C. referendo cum quidā ad Regem appellasset, & peteret se ad curiam remitti, & opportebat quòd remitteretur cum custodibus, ꝙ ipse facere debebat expensas custodibus. Quod verum dicas si clericus habeat, aliàs si non habeat, fiet expensis Episcopi remissionem petentis. Cum ad eum emolumentum iurisdictionis pertineat, ergo & onus, regula iuris, qui sen tit. &c.

6 Sed quid eodem themate retento, ordinatum † est per iudicem secularem quod fiet remissio, sed commentariēsis se opponit remissioni donec ei fuerit satisfactum de victualibus & expensis per clericum in carcere factis, an sit audiendus, prima fronte videtur quòd sic, cum secūdum aliquos clericus ipse teneatur ad expensas vsq; ad tempus requisitiones, seu quousq; peruenit ad iudicis cognitionē ꝙ talis esset clericus, nō post, quia mora debet esse solum nociua detinenti, in contrarium tamen se habet rei veritas. Cum istud debitum sit ciuile, pro quo clericus non est carceribus detinendus. Ioan. And. Franc. & Domi. in c. si clericos. i. hoc tit.

d ¶Sola possessio. Dic † quòd hæc possessio ęquiparatur
7 possessioni quæ interuenit actui qui exercetur per modū familiaritatis, vel amicitiæ, vel per modū liberi arbitrij, vt recipere domesticos, vel amicos in domo, vel ire per viam publicam, vel coquere panem ad furnū tuum, vel ad molendinum, aut ad prandium, quia per eā nihil quæritur, ratio dicit Inno. in c. cum Ecclesia. col. 2. s. de causa possess. quia talia communiter fieri consueuerunt potius ex gratia quàm ex debito. arg. l. 1. ff. de flu. & l. cum Delanionis. §. asinam. ff. de fundo instructo, de quo vide per Pau. de Cast. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. posses. Fely. in c. cum. M. in versi. 3. declaratio. in 3. col. s. de constitu. tangit Car. consi. 38. dominus comes. non autē ęquiparatur actui qui inchoatur in re aliena per modum facultatis, quia in eo per patientiam assiduam quæritur quasi possessio. vt l. 1. & ibi per Bart. ff. de itine. actuq; priua.

Idem dic de actu qui inchoatur per modum iuris debiti, vt est interesse electioni, vel consilio populi, vel similibus, quia in istis procedit præscriptio, & per patientiam illorum qui talem admittunt quæritur quasi possessio, vt no. in c. cōsulrationibus. s. de iure patro. vide rotam in antiq. decisio. 575.

e Debet. Ratio potest reddi per ea quæ voluit Præpo. in
8 princ. decre. de causis. col. 6. videlicet ꝙ spiritualia † personis spiritualibus sunt distribuenda.

Vide Scriben. post tex. in c. 2. Institu. Et hæc qualitas est fundamentum in beneficialibus, quæ nobiscum non na-
9 scitur. Ergo est in specie probanda, cum omnis † *qualitas* quæ non est innata, sit in specie probanda. Panor. in c. bone. el 1. colum. 5. s. de electio. Corset. in suo reperto. in ver. clericus.

Vltra eos faciunt quæ citant Innoc. in c. cum. P. tabellio. & c. fi. & Bart. in l. Barbarius. ff. de offi. præto ꝙ notaria-
10 tus † qualitas est a parte probanda. Refert Barth. de Chas. consi. 1. §. 5 facit. Et ratio, quia istę qualitates clericatus, & notariatus, sunt extrinsecę, & ex accidenti prouenientes. Ideo non præsumuntur inesse, nisi probentur. glo. in ver. scientię. in c. si forte. s. de electio. hoc lib. glo. fi. in cap. dudum. s. de præsumptio. vbi Panor. sequitur illas ambas gl. not. latius Domi. in consi. 77. apparet, vbi dicit id verum quando ius non præsumit pro istis qualitatibus, secus si præsumat, & ibi ponit exemplum quod videre licet.

f Docere. Vide quæ in simili not. Deci. consi. 458. col. 1. visis allegationibus.

g ¶Delictum. Dic in iure † reperiri delicta leuia, grauia,
11 grauiora, & grauissima, leuia quidem vbi dolus non requiritur, vt quando aliquid contingit per imperitiam vel culpam sine dolo, vel quando dolus interuenit, sed circa rem modicam. l. respiciendum. ff. de poe. c. cum. dilecti. s. de accusa. Grauia, in quibus exigitur dolus, & tenditur in alterius

alterius graue præiudicium, seu Reipublicæ, & magna pęna imponitur, vt in furto, periurio, & similibus, vt in cap. cum non ab homine. §. de iudic. Grauiora, quæ aliquãdo pœnam mortis non exigunt, & grauissima, quando infallenter mortis pœna imponitur. Ex grauitate enim pœnę depræhendimus quantitatem & qualitatem delicti, cap. non offeramus. 24. q. 1. quod prosequitur Cepol. in repetitio. l. si fugitiui, colum. 14. C de ser. fugi. versi. nec est bona repræhensio.

h Recens. Vide quæ in simili dicit Alex. consi. 217. col. 2. ponderatis narratis, vol. 6.

12 Probare. Non solum per† literas episcopi ad clericatũ adscribentis, verum etiam per testes, vt hic per gl. in ver. fecerit, quæ tanquàm singularis commendatur a docto. Bal. tamen in cap. licet. §. de testib. dicit argu. gl. ibi in ver. vnius. quòd clericatus potest probari per vnum testem, quia actus de se, & sui natura inspecta nemini preiudicat, quod videtur placere Fely. ibi in fine & ante eum Bal. in cap. nuper, de testib. pro quo Iason in consi. 77. col. 2. vol. 3. Placet.

Ratio quare probare quis debeat se clericum, videtur quia non est qualitas, quæ præsumatur, ideo probetur. no. Card. consi. 14. col. 1. pro elucidatione dubiorum.

Vide quæ dico in apostilla sequenti. Et subdit ibi idem Card. ꝙ qualitas ꝙ res sit ecclesiastica, & sub iurisditione episcopi, non inest a natura rei, sed per aliquod adiectum de expressis in iure inducitur.

k Se clericum, Et sic debet probari titulus, nec ex possessione præsumitur, quia talis possessio habet præcedentẽ veritatẽ necessariò, scilicet ꝙ primò fuerit laicus, & qualitas clericatus non potest inesse a natura sed ab accidenti, ergo probanda. Pet. hic. in 5. nota. facit glo. in c. si fortè. in ver. scientiæ. de elect. hoc lib. quam in proposito allegat domi. Bar. de Chass. consi. 44. nu. 13. hanc glo. refert & sequitur Panor. in cap. fi. de præsumptio. §. vide quæ dixi. §. in apostilla, debet probare, quibus adde quæ citat Dom. in consil. 91. præmitto, vbi disputat an tolerantia in clericatu sufficiat, & distinguit prout videre poteris, tamen videtur stare cum Archi. hic quòd petens beneficium debet firmiter probare se fore clericum, aliàs non obtinet, per capit. cum adeo. §. de rescript. & de transactio. ex litteris, hic per Ioan. Mo. allega. qui stat in hac opinione: quibus adhereo.

13 l Vltima mora. Vide in simili ꝙ vltimum† verbum attenditur, vt si dicatur volo, nolo. Bal. in l. quidã eulogio. col. 1. in versi. quid ergo. C. de iure delibe. facit text. prout placet Dec. cõsi. 445. nu. 12. in casu. &c. & l. si inequalibus. ff. de hæred. instituen.

m Quam pro ipso. Hanc rationem referunt & sequuntur Io. And. Guiller. Petr. Dom. & Franc. hic.

n Contra dic. In hoc sequitur hic Arch. Io. And. tam in gl. quàm in nouella. Pet. de Ancha. no. 2. Guill. de mõte Laudu. no. in prin. Dom. & Franc. tam in nota. quàm in expeditione gl. in ver. fecerit. Anto. de But. in ca. ex parte. 3. de priuileg. & est de mente Bal. in l. si qua. C. de episcopis & cler. & hec est communis, quæ ratione cõprobatur, quia

14 agitur de priuilegio † & re ecclesiæ, & spirituali, de qua nec principaliter nec incidenter cognoscit iudex secularis. d. c. tuam hic per Io. Mo. allega. & c. lator. qui fil. sint legi. §. Ergo hec cognitio ad iudicem ecclesiasticum (qui iudex est legitimus causæ præparatæ, ergo præparatoriæ) est remittenda, ista firmat idem Petr. in Cle. dispendiosam. in 7. not. de iudic. dum dicit ꝙ si quæstio principalis est priuilegiata in ordine procedendi, similiter & alia ipsam causam tangentia & pendentia ab eadem. l. cũ 2. §. si vni. ff. de transactio. vbi causa alimentorum in transactione est priuilegiata, & similiter quicquid alimenta tangit, causa alimentorum censetur, hinc Bartol. in l. solent. num. 16. ff. de alimen. & cibar. lega. quòd si per statutum in causis damnorum datorum sufficiat probatio per iuramentum quicquid quocumque modo tangat causam illam, potest probari per iuramentum. Et hec quæstio dicitur præiudicialis, medio cuius omnis alia prius mota debet interim conquiescere. d. capitu. tuam, & alibi di-

15 cit lex quòd prius † est de statu personæ, quàm communione inquirendum. l. præses. C. ad leg. Iul. de plagia. Et hoc quando quęstio status est, quę iudicialis, ut ibi & hoc iudicio pendente, non, relaxabitur per ipsum iudicem secularem ab ipsa accusatione & carceribus, quia hoc, iudicio pendente, nihil est innouandum. c. significante. §. de appella. Innoc. in c. vt famę. §. hoc titu. ita dicunt hic Petr. Zenzelinus & Franc. Pro quo tex. hic in fi. ibi tunc enim restituendus non est.

Et attende quis in hoc dicatur talis iudex Ecclesiasticus, ad quem fit remissio, quia hic in hoc cõcordant Do. & Franc. ꝙ sit iudex ordinarius capientis, seu iudicis secularis clericũ detinentis. Inno. in d. c. vt famæ, ꝙ licet cognitio præmissa non spectat ad iudicem sęcularem, tamẽ secundùm Bal. in d. l. si qua. si captus ostendat iudici laico literas clericatus, debet statim remittere, & hoc fit ad instructionem, & inducendum in eo scientiam clericatus, & in tali ostensione non oportet aduersarium citari, quia non fit in modum probationis, sed instructionis, quod nota, quia sepius accidit in facti contingentia.

16 ¶Sed pone, † eodem themate retento, Petrus a iudice laico sic detentus, ostendit literas clericatus sub nomine cognomine suis, sub quibus plures reperiuntur appellati in tali loco & diocœsi, an sit legitimè probatum, prima facie videtur ꝙ non, per. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel. Tu tamen dic contra, quod probo per. d. l. si qua. vbi Bald. in fi. & communiter alij scribentes post Cy. ꝙ si Titius venit cum instrumento & literis, & dicit se esse procuratorem Sempronij, & dicitur sibi ꝙ literæ suæ faciunt mentionem ꝙ Sempronius fecit procuratorem Titium, tu nõ es ille Titius, de quo literæ loquuntur, ꝙ illæ literæ probant ꝙ sis ille, ex quo illud instrumentum tu producis. pro hoc est glo. singularis. in l. fi. C. de pact. conuen. vbi dicitur ꝙ ex quo maritus habet penes se instrumentum bonorum parafernalium vxoris, pręsumitur esse eius procurator factus. Ita no. Doct. ibi pro hoc facit quod citat Bar. in l. vulgo. in fi. ff. de admi. tuto. vbi dicit, ꝙ si quis habet instrumentum causæ penes se, præsumitur esse procurator, quod intellige verum secundum modificationem traditam, ibi per Alexan. de Imo. in addi. ad eum, & latius per Roma. consi. 446. nu. 10. & sequen. quod sumit initium. Primus præpositæ.

17 Factis. Quibus etiam † ratificatur & non ratificatur, sicut verbis. Alex. consi. 135. num. 15. Anto. volu. 6. alleg. l. paulus, aliàs non tantum. ff. rem rat. haberi. & l. quo enim. §. fi. & l. si indebitum. §. fi. eo. titu.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIII.

¶Statutum Grego. Pape. X. factum ad declarationẽ &c.

STATVTVM. Hæc Decre. constitutionem Greg. 10. §. eo. constitutionem. quę declarat constitu. Innoc. 4. §. eo. statuimus, ad suspensionis, & interdicti sententias prorogat, seu extendit, & ibi dicta, hic sufficiant.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIIII.

¶Licet excommunicationis sententia post &c.

SVMMARIVM.

1 *Ex quo manet firma sententia super principali, etiam appellatio quo ad hoc est frustatoria.*

Præsumitur pro excõicationis sententia, donec contrarium probetur.

2 *Firmato iudicato, ipsum debet habere executionem.*

Vitari debet circuitus.

3 *Principali suspenso, suspenditur accessorium.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Sententia excommunications suspensa per appellationem legitimam non conualescit, licet appellatio sit deserta.*

2 *Verba vniuersalia restringuntur & limitantur secundum naturam & potestatem loquentis.*

3 *Si non tenet principale, nec præceptum garentigiæ.*

4 *Iura semper considerant rem per prius, & non per posterius & quod principaliter geritur, non quod incidenter venit & accessorie.*

5 *Pro eadem re, & eadem occasione, duæ gabellæ non sunt soluendæ.*

6 *Vbi apparent duæ quetantiæ de soluto, præsumitur de diuersa quantitate, & sic erit locus repetitioni*

LICET. A diffinitiua est appellatum, & appellans post appellationem legitimam excommunicatur, licet appellans non fuerit appellationem. ꝑ. terminum iuris vel hominis prosecutus, excommunicatio nõ conualescit a excommunicatus tamen debebit excommunicatus denunciari, & in iudicialibus & extraiudicialibus, & ab actibus legitimis euitari, b donec docuerit, se post appellationem legitimam excommunicatum, aut aliàs de dictæ excommunicationis nullitate. Et est ratio, ex quo 1 † manet sententia firma super principali, etiam appellatio quo ad hoc est frustratoria. s. eo. sæpe. & C. de tempo. appellat. l. fi. §. illud, decet præsumi pro excommunicationis iustitia, donec cõtrarium sit probatum [conualescat] c hoc no. s. de appella. sæpe. licet ibi Inno. vacillet c.

Sed quæ potest esse ratio ꝙ sententia firmetur, non excommunicatio tractu temporis. vt no. s. eo. quicunq;.

Sed quæro a sententia est appellatum, & est facta executio in rem super qua est iudicatum, sententia firmata tractu temporis. firma manet executio. ff. de appella. cum ex causa a contrario sensu: Sed quare non sic in executione? Solu. si iudicatum a quo est appellatum sit executioni mandatum in directa iudicati executione, sicut in missione in possessionem, vel solutione iudicati, cum est appellationi præscriptum, tollitur suspensio vel extinctio iudicati indulta per appellationem, quod si quidem iudicatũ non prodesset si executioni non mandaretur. vt s. de re iudica. cum aliquibus, vnde dicta executio quæ de iure tunc fieri non debuit. s. hoc lib. de appella. non solum. & C. de appellatio. l. appellatione. nec rata manet, quia illã vna via tollere, esset statim eam concedere, nam 2 † firmato iudicato, ipsum debet habere executionem. Et ideo vt d vitetur d circuitus (qui vitandus est. ff. de conditio. indeb. l. dominus testamento. & s. hoc lib. de re iudic. abbate. §. fi.) executio iuris, rigore inspecto ex exordio inualida fit valida, firmato iudicato. Et sic 3 † principali suspenso, suspenditur accessorium. e ff. de distract. pigno. cum soluendæ. Ergo firmato principali f firmatur accessoriũ sequens ad illud, secus est in excommunicatione quę non est executio directa iudicati, licet propter illud feratur, vt ad executionem iudicati deueniatur, nec est mirum si citius cõualescat sequela directa, principali firmato, quàm sequela non directa, & ex propinquitate maiori aliquid tenet, quod remotius non teneret. C. de vsur. per retentionem. C. de pact. petens. Et isti modi executionis habentur. s. vt lite non contesta. tuæ. Et primus est ad rem iudicatam propter ipsam rem, sed secundus est in personam propter iudicatum. Et sic ista secunda executio non est ita vicina iudicato, sicut prima, & ideo prima cõualescit nõ secunda.

¶ Item dato ꝙ hic probetur ꝙ excõmunicatio lata sit post appellationem legitimam non propter hoc rescinditur iudicatum, quod firmatum manet negligentia appellantis appellationem non prosequentis, vt debuit, & excommunicari de nouo poterit si non pareat iudicatis, vnde quod fuit tunc malefactum, modo benè fiet, non g sic tamen directa executio, quæ manet, ne bis idem g iteh retur, vt prædixi, quod locum h non habet in excommunicatione, vel quod non fiet secundo, quia forsan parebit, vel eius actus præteriti, excõmunicatione lata, habiti non lędentur. Vnde si hæc probatio excommunicato prodest, & habenti sententiam non obest, est faciendum. ff. de euictio. l. in creditorem. Et hæc maximè competit personis Ecclesiasticis. s. de postul. c. fi. & propter periculum animæ, cui est magis fauendũ, & præsertim vbi nihil deperit rei iudicatę, pro cuius statu & firmatione multæ præscriptiones sunt inductæ. C. de tempo. appell. l. fi. §. illud. s. de re iudica. suborta. & c. inter monasterium. s. de appella. personas. & c. cum sit Romana. & C. de appellatio. auth. hodie. 2. q. 6. §. tempus [eodem tempore] iuris vel hominis, de quo habetur. s. de appella. cum sit Romana. & cap. oblatę. & cap. personas [nullitate] quod potest contingere multis modis qui tanguntur. s. eo. pręsenti.

ADDITIONES PROBI.

a NON CONVALESCIT. Lap. in proposito alleg. 48. magister hospitalis, dicit ꝙ sententia excom-1 municationis † suspensa per appellationem legitimam, non conualescit, licet appellatio sit deserta. Quia sentẽtia excommunicationis, aut statim ligat, aut statim nõ ligat.

b ¶ Euitari. Vide quæ pro intento tex. nostri citat Dom. in consil. 99. super primo quæsito, vbi circa finem ponit remedium ne possit obijci excommunicatio, ad finem, vt euitetur in iudicijs, & alijs actibus, etiam extraiudicialibus iuxta dispositionem tex. nostri, debet enim inchoare iudicium nullitatis, dicendo qualiter fuit excommunicatus post appellationem legitimam, quam excommunicationem dicat de iure nullam, quare petat se declarari non ligatum. Et in hoc iudicio poterit probare causam nullitatis, & illa probata declarabitur sententia nulla, & poterit istud iudicium fieri coram quocunque iudice, dico competenti, non coram alio, prout in simili dicitur, 2 quòd verba † vniuersalia restringuntur & limitantur secundum naturam & potestatem loquentis, & non vltra. gl. in c. 1. s. de constitu. in ver. ab omnibus. Dom. in consi. 95. col. 3. pro huius.

¶ Nec obstat intento, si dicatur ꝙ de meritis appellationis solus iudex ad quem, cognoscere debet. capi. dilectus filius. ad finem. s. de rescript. cum similibus, fateor quando appellatio prosequeretur principaliter, secus si non principaliter. Quia si deducitur appellatio incidenter in iudicium ad finem probandi nullitatem gestorũ, tũc potest coram quocumque alio iudice idoneo, etiam post desertam appellationem, vt patet in fine text. nostri, & in ca. ex parte. G. vbi est casus de hoc secundum vnum intellectum.

c Vacillet. Vide quod in simili notat Dom. in consi. 93. col. penul. Clemens. ibi est vna tristissima maxima in rota, & in auribus meis. 16. annis rotaui.

d Vitetur circuitus. Card. consil. 105. numer. 37. super præmisso casu.

e 3 Accessorium. Adde ꝙ in simili dicitur ꝙ si † non tenet principale, nec etiam præceptum garantigię quod est accessorium. Bal. in l. si absentis in vlti. colum. C. si cert. peta. allegat tex. singularem secundum eum in l. 1. ff. de cõstitu. pecunia. no. Idem Bal. in l. etiam, colum. 1. C. de executio. rei iudica. & in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de conditio. indebi. refert & sequitur Alex. consil. 195. nu. 8. perspectis narratis, vol. 6. & con. 81. num. 11. lecto. vol. 3. Idem Alex. in consi. 32. colum. 1. opportune, vol. 2. vbi dicit quòd si instrumentum non valet principale, nõ tenet etiam confessio garantigiata accessoria super ea, nec etiã præceptum garantigię.

f Principali. Petr. de Ancha. consi. 183. colum. 1. pro clario-4 ri dicit in simili quòd iura † semper considerant rem per prius, & non per posterius, & quod principaliter geritur, non quod venit incidenter & accessoriè, vt l. 1. ff. de aucto. tuto & l. quotiens. C. de iudic. ca. super eo. de præben. s. hoc lib.

Vide quæ in eodem simili tradit Alex. in cõsi. pen. vol. 2. vbi tractat an legata domo, veniat ortus, vel domuncula accessoria, vel quid simile.

g Bis idem. Vide quod in simili voluit Alex. consil. 148. nu-5 13. visis quæ in themate, vol. 6. ꝙ pro † eadem re & eadem occasione duæ collectæ, eodem tempore non sunt soluendę pro eadem re, vna ab eo qui alienauit, alia ab eo qui acquisiuit, adducit glo. & Docto. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco glo. in l. honorem sustinenti. ff. de muneri. & honori. Innoc. in c. cum nõ sit. s. de decimis. Bar. & Doct. in l. fina. §. quotiens. ff. de publica. Bal. in l. 1. §. quibus. in 2 q. principali. ff. ꝙ cuiusq; vniuer. Pet. de Ancha. in Cle. pręsenti. de censib.

Istud latè firmat idem Alex. consi. 143. nu. 5. viso titulo quæstionis. vol prædicto, ad quem tamen attende in cõsi. 4. col. 2. vol. 1. vbi dicit ꝙ vbi in vna scriptura seu instrumẽto vel dispositione (sicut etiam per easdem personas) facta est mentio de alia summa, præsumitur esse diuersa a prima, & sic præsumitur summa dupliciter data, licet de vtraq; cõfessio esset vniformis, vt probatur in l. quinquaginta. ff. de proba. not. in l. plane. el. 1. §. 1. de lega. 1. vbi Angel. dicit ꝙ si duo appareant instrumenta mutui de quinquaginta aureis, intelligitur summa duplicata, idem si reperiantur duę quantitates ostendentes, diuersis temporibus factę eodem tempore, intelliguntur duæ summæ, secundum eum, per. d. l. 50.

Idem

Idem tenet Io Imo. in d. l. planè. saltem quando diuerso tempore factæ fuerunt dictæ scripturæ. idem Imo. post Bal. in l. Sempronio Proculo. de lega. 2.

¶Pro præmissis attende ad glo. 2. l. 2. de consu. lib. 10. C.
6 quam ibi singu. dicit Io. de Pla. q vbi † apparent duæ quietantiæ de soluto, præsumitur de diuersa quantitate, & sic non erit locus repetitioni.

h Locum non habet. Adde quæ dixi in c. vnico. post Io. Mo. s. de his quæ vi. &c.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XV.

¶SI clericos tuæ iurisdictioni subiectos &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus detentus si velit fideiussores dare, non est retinendus. nisi excessus sit enormis, vel alia subsit causa legitima.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Sequientibus imponenda est freni temperies.*
2 *Multis modis dicitur inijci manus in clericum.*
3 *Sub velamine iustitiæ sæpe fit iniquitas.*

SI CLERICOS. Duo dicit. Primò, Episcopus per laicos facit clericos etiam in carcere detineri, licet adhuc non appareant incorrigibiles, isti capientes non sunt excommunicati, nisi in ipsis captis ex a proposito excedatur.[a] Secundò, in §. [eosdem] clericus 1 † detentus si velit fideiussores dare, non est retinendus nisi excessus sit enormis, vel alia subsit causa legitima [nodari.] Contra. s. eod. vniuersitatis. Solu. ilia in Abbate, in quo certa forma datur in d. cap. quam transgredi nõ liceat hic in Episcopo cuius maior est potestas, qui agit vt dominus fundans intentionem suam de iure communi. 11. q. 1. de persona.

¶Vel dic illa Decreta vniuersitatis, loquitur in verberatione, quæ est grauior captione. Sed hic in captio- b ne b non distinguens an mandans vtatur iure communi, vel priuilegio, vel consuetudine in habenda iurisdictione [detinendos] simile per omnia. ff. de custod. reor. l. diuus. 1.

ADDITIONES PROBI.

a 1 EXCEDATVR. Quia secundùm glo. hic imponenda † est sequientibus freni temperies. l. 2. in fi. de custo. reo. C. ipsa glo. ponit exemplum excessus, vt quia clericus captus quiete se duci permittit, & ducentes eum non resistentem calce pugno, vel alio modo percutiunt. Idem dic si spuciam vel aquam in eum effunderent, vel vestimentum rumperent. Innocen. & Ioan. And. in cap.
2 nuper. s. hoc titu. Quia tunc dicitur in clericum † manus violentas inijcere, & ratione hac incidunt in ca-
3 nonem, si quis suadente diabolo, non enim † sub velamine iustitiæ facienda est iniquitas, licet sæpissimè fiat. glo. in l. prima. in versic. mandari. ff. de iurisdict. omn. iudic.

¶Istud dirigitur ad quosdam iudices iniquos, & eorũ seruientes, vt testatur experientia rerum magistra, quia hi sunt, qui omnia mala nouerunt, & de his voluit verbum facere glo. in l. ab Anastasio. C. manda. nouerunt quidam & operantur.

b ¶In captione. Solu. Ioan. Mona. hic placet Docto. & glo. quæ addit quòd olim Ioan. Mona. aliud tenuit, sed non dicit vbi.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XVI.

Si sñia interdicti proferatur in clerũ, nõ intelligitur. &c.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vni inflicta, alium non contingit, quæ est arctanda non laxanda.*
2 *Res intelligenda est, vt valeat, non vt pereat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Omne verbum (etiam minimum) positum in lege, vel statuto, vel instrumento debet aliquid operari.*
2 *Maritus faciens pactum cum socero, vt sibi sex pro quolibet centenario soluantur donec fuerit dos soluta, an dicatur vsurarius.*
3 *Actus in dubio non debet iudicari vsurarius.*
4 *Dispositio testamenti debet interpretari ne quid absurdum, durum, impium, & iniquum contineat, etiam si a propria verborum significatione recedere oporteat.*
5 *Prohibitio alienationis indicta a lege, concurrens cum prohibitione hominis operatur vt hic.*
6 *Feudum prohibitum alienari, an possit per vasallum infeudari.*
7 *Quando aliud verba sonant, & aliud clamat intentio, verba, intentioni, non verbis intentio debet esse subiecta.*
Verba sunt ad extraneum sensum trahenda, vbi res aliter salua esse non potest.
8 *Quando dispositum est possibile & executio impossibilis, fit vt hic.*
9 *Ad casum verisimilem omissum extenditur stipulatio ad certum tempus modificata.*
10 *Factum dubium quando potest trahi ad delictum & non delictum, fit vt hic.*
11 *Verba, statuti, impropriantur vt hic.*
12 *Licet offendere verba, statuti, vt deseruiatur menti, vt cesset absonus intellectus.*
13 *Vna dictio, sæpe pro alia ponitur.*
14 *verba instrumenti interpretantur ne sibi contradicant, idem de verbis libelli.*

SI SENTENTIA. Hæc Decret. tria dicit, quę sunt plana. Secundùm. §. [cęterum.] Tertium. §. [cum verò] ad [diuina] cum enim ista sint dispersa & diuisa. 12. q.
1 1. duo. & ideo pœna † vni afflicta alium non attingit, quę est arctanda, non laxanda, de pœnit. dist. 1. pęnę. [interdicti] tunc non possent. arg. j. §. proximo. Quia si esset ciuitas interdicta & non ciues, ipsi alibi possent audire diuina, vt hic, sed ciuibus in pœnam domini interdictis, ipsi audire diuina nequeant, vt hic. & j. §. seq. Et hæc est ratio. d. §.
2 [ipsam] ciuitatem [careat.] Nota res † est intelligenda,
a vt valeat, non vt pereat.[a] ff. de verb. oblig. l. cum qui calendis. & l. quotiens. ff. de reb. dub. [non competit.] Quia ista sunt animæ rationalis, & personæ verę, non representatę, vt no. s. eod. Romana. §. in vniuersitatem. [exceptis]. s. de priuileg. §. illud. & j. eo. c. fi. & not. s. eo. præsenti.

ADDITIONES PROBI.

a NON vt pereat. text. in l. fundus. qui locatus. cum sequen. ff. de fundo instru. instru. què. lega. vbi legato fundo cum instrumento in genere, non venit instrumentum coloni, sed domini, nisi dominus nullum haberet. Felyn. in c. sedes. in 7. declara. s. de rescript. facit in propo-
1 sito, quia omne † minimum verbum positum in lege, vel statuto, vel instrumento, debet aliquid operari. Bal. in rubr. de contrahen. empt. C. in 9. q. latè Hypol. in consi. 9. num. 6. anima me domine. Alexan. in consi. 195. versi. 2. probatur. perspectis instrumentis. volum. 6. & cons. 68. num. 4. visis & opportune. vol. 5. vide quæ latè Dom. tradit consi. 122. quia reuerende pater.

¶In proposito thematis habes quod not. Ioan. Imo. in l. insulam. §. vsuras. ff. solu. matrim. vbi vult quòd si mari-
2 tus † facit pactum cum socero, quòd donec soluatur sibi dos, dentur sibi sex pro centenario, quamuis non exprimatur in contractu, quòd illa sex dentur pro alimentis, seu pro oneribus matrimonij, debet in dubio intelligi & interpretari quòd dicta promissio fuit facta pro alimentis potius, quàm nomine vsurarum, vt sic actus potius valeat, quàm pereat. arg. cap. Abbate. s. de verbo. signifi. quod placet Alex. consi. 100. col. 2. perspectis narra-
3 tis. vol. 7. vbi vnum subdit. quòd in dubio † actus non debet iudicari vsurarius. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. in fi. ff. si certpeta. per l. si ea pactione. cum ibi not. C. de vsur. facit. cap. in ciuitate. s. eo.

4 ¶Item in proposito dispositio † testamenti debet interpretari, ne quid absurdum, durum, impium, aut iniquum contineat, etiam si a propria verborum significatione recedere oporteat. l. vxorem. §. codicillis. cum glo. in ver. pietatis. & in §. concubinæ. & ibi not. de lega. 3. notat Alex. consi. 17. num. 6. circunspectis verbis. volum. 7. & consi. 53. colum. 2. in causa & lite vertente inter Lucã. co. vol. 7.

5 Item quando cum prohibitione † alienationis inducta a lege, concurrit etiam prohibitio partium paciscentium ꝙ res non possit alienari, operabitur plusquàm sola prohibitio legalis. vt singulariter no. Bal. in c. 1. §. præterea. in vers. quæro. si est appositum pactum de capi. cor. vbi di-

6 cit ꝙ si per † pactum fuit expresse actum, ꝙ feudum non possit alienari, non poterit a vassallo infeudari, licet aliàs de iure communi posset infeudari, quamuis etiam ius cõmune prohiberet alienationem, vt pactum aliquid operetur. alleg. in simili no. per glo. in l. 4. §. quæsitum. ff. si quis cautio. & quod not. Docto. in l. 1. §. nunciatio. ff. de no. oper. nũncia. ad idem bene facit id, quod not. Docto. maximè Io. Imo. in l. filiusfa. §. diui. col. 2. de leg. 1. per l. 2. C. de vsucap. pro empt. secundùm Alex. in consi. 93. num. 7. repetitus in causa. vol. 7.

Per præmissa poteris comprobare quæstionem, quam discutit Pet. Anch. consi. 219. mirum prima facie. ꝙ si testator reliquit vxori suæ. 300. si nuberet per totum mẽsem Ianuarij, tunc sequentem, ꝙ si non moriatur testator, vt illa nubere possit ĩ. illum mensem, ꝙ nihilominus debet legatum, cum non fuerit intentionis testatoris, vt ipsa nõ haberet legatum, & minus ꝙ nuberet ante eius mortem.

7 Et sic in pũcto hoc habet locũ regula, ꝙ vbi aliud † verba sonant, & aliud clamat intentio, verba intentioni, non verbis intentio debet esse subiecta. c. intelligentia. de ver. signi. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto. quodq; verba sunt ad extraneum sensum trahenda, vbi res aliter salua esse non potest. l. cum quidam. C. de ver. signi. in proposito qõnis, testator jn mente gessit se ĩ. dictum mensem moriturum, ergo si aliter contigerit, quia vixit vltra, debet de legato remoueri id, quod est impossibile, ideo legatum va

8 lidum debet remanere, per regulam cõem, ꝙ qñ † dispositum est possibile, sed executio impossibilis pp tpis angustias, hæc sola executio remouetur. l. si mihi, & tibi. & l. si quis seruos. de leg. 1. & l. insulam. § fi. ff. loca.

¶Item quis dubitat, ꝙ si testator fuisset interrogatus, casu quo non decederet ĩ. dictum mensem Ianuarij, sed post ea, tunc nubente, vis eam habere legatum? credendum, ac verisimile est quòd respondisset volo, quia ita subest causa & ratio mouens eum ad legandum post mẽ

9 sem, sicut ante, pro hoc facit, quia ad casum † verissimi lem omissum extenditur stipulatio ad certum tempus modificata. no. in l. tale pactum. § fi. ff. de pact. & l. si extraneus. ff. de condit. ob caus.

10 Et redeundo ad thema habeo pro eo, quòd vbi † factũ dubium potest trahi, quòd sit delictum & non delictum, in dubio debet iudicari non delictum. glo. in c. absit. 11. q. 3. Innoc. in c. dudum. el 2. s̃. de elect. vbi hoc dicit verum quando non apparent aliæ præsumptiones probabiles, q̃ repellerẽt animum iudicis in aliam partem. tradit Domi. in consi. 16. Geminianus.

¶Moderare etiam nisi fauor animæ in contrarium se habeat, per ea quæ diximus in c. fi. in vers. animæ vtrisq;. s̃. de hæreti.

¶Præmissis adde quæ citat Alex. in consi. 55. num. 8. viso titu. vol. 2. quòd quando institutio fieri non potest sine aliqua restrictione, seu impropriatione verborum, sunt improprianda verba text. quem ad hoc ponderat Ant. de Butr. & Ioan. Imo. in nota. in c. cum dilectus. s̃. de consuetu. facit l. in ambigua. ff. de legib. quod repetijt idem Alexan in consi. 83. colum. 2. visa. eod. volum. 2. ibi, nam ver

11 ba, † statuti, debent impropriari, si impropriando minus lædunt ius tertij, & minus derogant iuri communi, quàm proprie & stricte intelligendo. d. c. cum dilectus. Et sic debent intelligi, vt aliquid operentur. Dec. consi. 502. nu. 6. ex duobus.

¶Vltra præmissa attende ad ea quæ etiam tradit idem Alex. in consi. 116. col. 3. & seq. animaduersis. eod. volu. 2.

12 vbi inter alia comprobat ꝙ licet † offendere verba statuti, vt deseruiatur menti, vt cesset absonus intellectus. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excu. tuto. Bar. & Bald. in l. non dubium. in versi. amplexus. C. de legib. & in l. ambigua. ff. de legib. Angel. in consil. 68. colum. 1. Martinus Ioannis,

13 & ibi latius, quodque vna † dictio sæpe ponitur pro alia. l. iubemus nulli. §. economus. versi. imo. & ibi glo. C. de sacrosanct. eccles. l. si Titio fundus. ff. de vsufru. lega. l. fina. C. de codicil. l. verbum amplius. cum ibi not. ff. de verbo. signific.

14 ¶Item verba † instrumenti, quæ contraria videntur, debent ita interpretari si fieri potest, ne sibi contradicãt. c. inter dilectos. §. cæterum. s̃. de fide instrum. Bar. in l. fina. §. idem quæsijt. ver. circa prædictam clausulam. ff. de condi. indeb. vbi inquit, ꝙ in contractibus verba debent intelligi & adiuuari ne repugnantiam contineant. ar. §. in quibus. in j. constitu. C. quod comprobat latius Deci. consil. 500. num. 7. in causa quæ Mantuæ.

¶Idem dic de verbis libelli cuius verba improprientur, vt saluetur. c. auditis. & c. cum venissent. iuncta glo. de restit. in integ. quod procedit maximè, quando fit per partem libellantem aliqua declaratio. no. Neapol. in decisio. 77. num. 8. fuit satis excitatum, quos vide ad vnum in proposito. decis. 275. num. 4. testator. vbi dicunt ꝙ ratione impossibilitatis vitandę verba improprientur. Bar. in l. si Titio. de vsufr. lega. vbi coniuncta resoluitur in disiunctam ratione impossibilitatis.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XVII.

Si ciuitas, castrũ, aut villa subijciat̃ eccl̃stico ĩterdicto, &c.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter ciuitatem & vrbem videtur hic.*
2 *Vrbare est aratro diffinire.*
3 *Castrum dicitur a castrando, vel a casa alta, vel casa stricta.*
4 *Habitatio castri non debet esse diffusa.*
5 *Villa dicitur vt hic.*
6 *Adiectiuum additum substantiuo contrahit istud & arctat.*
7 *Verba propter materiam, in qua ponuntur, sæpius extenduntur.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ciuitatis ornamentum est populi numerositas.*
2 *Pueri, mulieres, & forenses statutum municipale non faciunt, prout nec legem.*
Nomen ciues est nomen status hominis, qui non potest diuidi, sicut nec ipse homo diuiditur.
3 *Quis non potest esse in duplici statu contrario.*
4 *Ciuitas dicitur vt hic.*
5 *Castrum dicitur vt hic.*
6 *Naturam extensionis & adequationis vide hic.*
7 *Extensio non fit de persona in personam.*
8 *Verba contra naturam suam interpretantur latè, quando dispositio redderetur aliàs de facili illusoria.*
9 *Ars quæ prohibetur exerceri in ciuitate, prohibetur in suburbijs exerceri.*
10 *Quando dispositio emanat sub verbis extensiuis in futurum, extenditur ad subiecta superuenientia.*
11 *Priuilegia realia concessa super vna re, extenduntur ad rem augumentatam.*
12 *Verba interpretantur secundum naturam rei, de qua agitur.*
13 *Quando vnum extremum æquiparatur alteri, quo ad omnia id quod diximus de vno idem dicendum est de altero.*
14 *Eadem contiguatio coniungit diuersa & facit vnum censeri.*

SI CIVITAS. Hæc Decre. duo habet quæ sunt plana. Secundùm in §. [ratione.] Et est differentia† inter

1 ciuitatem & vrbem, nam primum personas respicit, vn-

a de ciuitas a ciuium b vnitas, c sed vrbs menia, vnde dicta

b ab vrba. nam † vrbare est aratro diffinire, quod consueuit

c 2 in condenda vrbe adhibi. ff. de verbo. significa. l. pupillus. §. vrbs. Et inde est quòd vrbs nomen strictius patet, quæ solum muris clauditur, præterquàm Roma, quæ etiam ædificia continentia comprehendit. ff. de ver. sign.

d l. 2. & l. ædificia [castrum d] dictum est † a castrando. nã

3 in castris castratur licentia habitantium ne passim eis vagari liceat, ne pateant hostibus, contra præceptum magistri militum, aliàs si rem prospere agerent ex quo facerent

rent contra præceptum magistri, capitis pœna punirentur. ff. de re milita. l. 3. §. in bello.

4 Vel dic castrum casa alta, vel casa stricta, quia † habitatio castri nõ debet esse diffusa, vt tanta custodia nõ egeat 5 [villa] a vallis dicta † quia nõ munitione vt castrum, sed vallis & pallis est munita, seu vallata.

Sed quæro cum ciuitas interdicitur, aut dicitur ciuitas tantum, & tunc Roma intelligitur. Insti. de iure natura. gen. & ciuili. §. 2. aut Viterbium, seu Roma, & sic non est opus extensione præsenti, cũ hoc importet nomen Roma vel Viterbium. vt d. iuribus. & ff. de verb. signi. Alphenus. & l. quod in continentibus, aut ciuitas Romana, & hęc appellatio videt̃ arctior omnibus prędictis, quia additio ad aditum quod contrahit, vt homo albus, minus e importat quàm homo, quia adiectiuum [e] additum † sub- 6 stantiuo contrahit illud, & arctat.

Sol. dicendo ciuitatem si ex præcedentibus vel sequentibus liqueret de quare vi verborum non comprehenderetur, nisi ambitus murorum, vt hic & dictis iuribus.

Item de idem interdicti vrbem, & verbem Romã. ff. de pœ. l. nam quod liquide. §. si ita, quia appositiua constructio est hic vrbis Roma, vel ciuitas Viterbium.

Nec obstat ꝙ obijcitur de adiectiuo, quia hic vere nõ est contradictio quo ad qualitatem, sed quo ad locum qui apponitur, qui contrahit nomen vrbis. Et ideo idem supponit, & vrbs Roma, & vrbs, vt hic animal, homo apposita simul, & homo idem supponunt, & ob hoc in ca- f su isto sit extensio, [f] ne cõtingat villipendi interdicta, nec 7 mirum. Nam verba † propter materiam in qua ponuntur g sepius extenduntur [g] ff. loca. l. ex conducto. §. Papinianus aliàs est lex, si vno. ff. de verbo. obliga. stipulatio ista. §. hæc quoq; stipulatio.

Et verbum beneficium quod dignitatem non importet. s̃. de præb. c. fi. propter fauorem materiæ in qua ponitur dignitatem amplectitur. ĩ. tit. proxi. tua.

Nec obstat prædictis. ff. de stipula. seruo. l. si communis seruus, quia ibi non erat appositio in substantia vel in loco, vt in prædictis, exemplis. Sed qualitas præcedens vel subsequens, quæ cõtrahit stipulationem quandoq; ad virilem, quandoq; ad dominicam portionem ex causis ibi positis, & in dubio censetur stipulatio pro viribus, si propria nomina proponantur, aliàs ꝓ dominicis [cõtiguis], h id est, vicinis, seu ꝓximis, vnde domus dicũtur cõtiguæ [h], quia vna alteram contingit vicinitate vel proximitate.

ADDITIONES PROBI.

a CIVITAS. Cuius† ornamentum est populi nume- 1 rositas, teste Homero, quem refert Maria Soci. consi. 35. col. 1. circa prædictam, quòd maximum esset ciuitatis ornamentum turres inquit, & pueri, pro pueris numero- 2 sitatem populi significans hi † enim mulieres & forenses nõ compatiuntur cum ciuibus, quia legem vel statutum non faciunt municipale. not. idem Maria. Soci. consi. 7. col. penul. nunc quæsitorum.

Pro primo dicto vide eundem Soci. consi. 129 col. pen. præstantissimi.

b Ciuium. Istud nomen, ciues, est nomen status hominis qui non potest diuidi, sicut nec ipse homo diuiditur. ff. de var. & extraordi. cogni. l. cognitionum post prin. ibi, illesæ dignitatis status. Pau. de Cast. consi. 307. videtur ꝙ non. in 3 2. par. qui in proposito subdit, ꝙ quis † non potest esse in duplici statu contrario, putà quo ad quędam liber, & quo ad quædam seruus. l. si pariter. in fi. ff. de libera. causa. & l. 1. §. 1. ibi quas enim patiatur. C. de lati. liber. tollen. vel quod in quibusdam sit legitimus & in quibusdam non sit legitimus, quia esset monstruo sum. no. in c. per venerabilẽ. s̃. qui fil. sint legi glo. fi. in c. cũ inibitio. s̃. de clande. despon. Domi. in c. fi. in prima oppo. s̃. de fil. presby. Fely. in c. 4. in princ. s̃. de rescript.

c Vnitas. Vel dic, † ciuitas est hominum multitudo so- 4 cietatis vinculo adunata, vel est communitas constituta ex pluribus viris habens in se terminum omnis sufficientiæ ad vitam, & hæc est diffinitio Philo. 1. Politic. præcedens verò Ysidori. 15. ethimo no. Car. in Cle. dudum. §. extra ciuitates. q. 1. de sepultu.

d ¶Castrum. Pau. de Cast. consi. 406. nu. 4. satisfaciendo 5 in 1. par. dicit quòd castrum † est quædam vniuersitas continens in se iurisditionem altam & bassam, quæ cum ipsa vniuersitate transit. l. in modicis. C. de cõtrah. empt. e no. Inno. in c. ex literis. s̃. de iure patro.

¶Adiectiuum. Adde quæ citat Alex. in consi. 114. nu. 10. æterni. vol. 2.

f 6 ¶Extensio. De cuius† natura & adæquationis est, vt omnia seruentur in adęquato, quę erant disposita in casu ad quem fit adæquatio. notat comprobando Do. in cõsi. 67. in prin. licet copiose, & in consi. 85. col. 2. super primo dubio, dum dicit ꝙ adæquatum alteri extremo assumit naturam illius, cui adæquatur. de verbo sig. c. olim & de cõsti. translato. idem Do. in cõsi. 92. col. 2. in causa, non tamẽ 7 † fit ipsa extensio de persona in personam. not. Deci. cõsi. 445. nu. 16. perscrutatis, quem vide an fiat extensio in priuilegijs. consi. 541. in fine quoniam causa.

8 ¶Præterea in materia extensionis dic quòd verba† cõtra naturam suam latè interpretantur, quando aliàs dispositio redderetur de facili elusoria, nisi dicta interpretatio sumetur, & hũc tex. Panor. in c. fi. circa finem. s̃. de pre- 9 ben. dicit facere quòd si statutum dictaret† quòd in ciuitate non possit exerceri certa ars, ad effectum vt ciues sint intenti alijs artibus, ꝙ non poterit exerceri in suburbijs, quia de facili ciues defraudarent dictam legem, eundo ad suburbia, pro quo. c. super specula. s̃. de priuileg. vbi interdicitur ne leges legantur hic Parisijs vel in locis vicinis, pro hoc dicto vide Iaso. in l. si is qui pro emptore, nu. 314. 6. ff. de vsucapio.

¶Pro intento facit quod no. Dec. consi. 258. nu. 5. nõ leuis perplexitas, & Alex. consi. 115. num. 4. visa scriptura vol. 7. cuius doctrinam extendam in apostilla seq.

¶Item habes aliud notandum in proposito, ꝙ quan- 10 do dispositio emanat † sub verbis extensiuis in futurum, extenditur ad subiecta postea superuenientia. Bar. in l. si ita. nu. 2. ff. de auro & argen. leg. allegat. l. talis scriptura in princi. coniuncto. §. si. cum l. seq de leg. 1.

Hinc est quòd Ioan. and. in c. licet de priuile. & in cap. fin. de ver. signifi. & in reg. qui sentit, hoc lib. dicit priuile- 11 gia realia † concessa super vna rem extendi ad rem augmentatam.

g Extenduntur, firmat Calder. consi. 50. titu. de iure patro. vbi post Ioan. Mo. hic dicit quòd verba interpretan- 12 tur † secundum naturam rei, de qua agitur, & verba debent intelligi & interpretari. ne contradicant. cap. inter dilectos. §. cæterorum. s̃. de fide instru. Bar. in l. fi. §. idem quæsijt. ff. de conditio. indebi. Bal. in l. cum falsa. in fi. C. de iur. & fact. igno. cum similibus, tradit Alex. in l. 1. in prin. ff. ne quis eum.

Et in qualibet materia habet locum vt cõtrarietas per distinctionem remoueatur, latè diximus in cap. 1. in ver. eos saluemus. s̃. de constitu. Alex. consil. 241. viso testamento in. 2. volu. facit ad hoc quia vbi duo proponuntur quæ videntur contraria & simul stare non possunt, conditionaliter proposita videntur, vnum in defectum alterius. no. Innocen in ca. auditis. s̃. de præscriptio. vbi Panor. tradit Dec. consi. 341. nu. 7. viso puncto.

Item quatenus verborum proprietas extenditur, fit lata interpretatio, etiam in materia odiosa. Areti. in l. cum lege. de testa. ff. per illum tex. & Cald. in consil. primo. in titul. de consang. & affinita. tradit Dec. consilio 344. applaudent.

De extensione autem facienda in statutis, vide quę late congerit Ma. So. consi. 30. quamuis. & Alex. consi. 115. nu. 4. visa scriptura. vol. septi. vbi ponit nota. theoricã in materia extensionis post. Ioannem And. in cap. fina. vlti. col. s̃. de cõsuetudi. uidelicet ꝙ quãdo tractatur de extensione facienda de uno casu ad alium ex identitate uel similitudine rationis, iuxta. l. non possunt. & l. de quibus, cum ibi no. ff. de legib. & in l. 1. C. quæ sit long. consuet. & dubitetur utrum recurrendum sit ad simile legis, an ad simile consuetudinis, debet considerari an casus occurrens sit de materia consuetudinis, & tunc recurretur ad simile consuetudinis, aut est de materia iuris communis, & tunc recurretur ad simile legis. arg. l. sed cum patrono. ff. de bono. possess. tit. generali. idem tenet Bald. in d. l. de quibus alleg. in argu. l. certa forma. C. de iure fisci, libr. 10. & Ioan. Imol. in l. si uero. §. de uiro. ff. solu. matr. in penulti. colum.

In hoc puncto reperio Domi. in consi. 56. col. 3. inter

13 sanctissimum: quòd vbi † vnum extremum æquiparatur alteri quo ad omnia, id quod diximus de vno, dicendum est de altero. Clem. vnica. de offic. vica. Et priuilegium extensum de vno genere personarum ad aliud, eandem vim habet in illo, ad quem fit extensio, quam habebat in 1. c. miramur. s̄. de ser. non ordinan. & de æta. & quali. cap. a multis.

¶Prosequendo hunc punctum extensionis, facit in simili, quia vt actus valeat, recedimus a proprio sensu verborum text. cum glo. in ver. non communicari. in l. & pu to. ff. famil. ercisc. quam Bal. in c. fi. circa fi. s̄. de transla. episco. & Ang. in §. 1. col. 8. Insti. de actio. dicunt singulariter ad hoc, quòd verba, sententiæ, intelliguntur & impropriantur secundum subiectam materiam, de quo per Alexan. consil. 53. num. 5. in causa & lite vertente inter Lucam. vol. 7.

Vide Do. in consi. 29. in fi. licet subtiliter. vbi dicit ꝙ licet verba, vniuersalia, sint vniuersaliter intelligenda, tñ debent restringi secundùm naturam subiectæ materiæ. no. gl. in c. 1. s̄. de constit. & gl. in c. dilecto. s̄. hoc tit. & lib. vide etiam, quæ pro hoc tradit Alex. consil. 126. col. 2. in hac hęsitatione. vol. 4. ad idem quod not. Domi. in consil. 73. in fi. quia subtiliter, ꝙ statutum extendens suam dispositionem loquentem de vno gñe personarũ, ad aliud genus personarum mandans, ꝙ in genere ad quod fit, extensio, seruetur, idem quod seruari mandatur in primo gñe, intelligitur ꝙ secundum genus seruet, quo ad illa quę cõgruunt. tex. in c. fi. ad fi. s̄. de stat. regula.

¶In simili etiam facit quod idem Do. citat in consi. 77. col. 3. quia super, ꝙ verba, statuti, quæ possunt trahi ad materiã sibi subiectã, & ad materiã nõ subiectã, debent intelligi ſm ptãtem statuentis, ꝙ statuens sic voluerit & non vltra. c. fi. s̄. de reb. eccle. non alien. c. a nobis. el 1. s̄. de senten. excom. c. 1. s̄. de constitu. hoc lib.

h ¶Contigue. Petr. de Ancha. consi. 160. ver. in contra-
14 rium præsupponitur, dicit quòd eadem † contiguatio coniungit diuersa, & facit vnum censeri, vt l. quod conclaue. ff. de dam. infec. hinc citat ꝙ connexa commodè non diuisibilia, habentur pro vno tantum, meritò dicitur quòd poluta ecclesia, cimiterium contiguum est polutum. c. 1. de consecra. eccle. vel alta. & fugiens ad porticũ ecclesię, gaudet immunitate. c. si quis contùmax. 17. q. 4. & hæc omnia operatur connexitas.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XVIII.

Is q̃ ĩ ecclesia sãguinis, aut seminis effusione polluta, &c.

SVMMARIVM.

1 *In ecclesia sanguine, vel semine polluta diuinæ laudis organa suspenduntur.*
2 *Pœna irregularitatis ad casum non expressum non extenditur.*
Pœnæ sunt arctandæ non laxandæ.
3 *Irregularitatis dispensatio sedi Apostolicæ reseruatur.*
Qui repellitur ab eligendo actiuè magis repellitur passiuè.
4 *Aliqui eligere possunt, qui eligi non valent.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Temere excludit rectè, vel ritè aut vtrumque.*
2 *In foro pœnitentiali, tutior via est eligenda, prout & in quasi foro pœnitentiali, licet illa sit durior.*
3 *Pœna priuationis nunquàm imponitur, nisi expressè a iure caueatur.*
4 *Mulier an ratione basiorum vel tactus mammillarum perdat dotem.*
5 *Vxor est magis astricta seruare honestatem marito, quàm sit vassallus domino.*
6 *Propter introitum balneorum communium cum viris vxor perdit dotem, prout illa quæ ignorante vel inuito marito ad conuiuia virorum, vel ad theatra, vel emphiteatra accesserit spectandi gratia.*
7 *Ex maioritate rationis licita est extensio, etiam in pœnalibus.*
8 *Pœnæ non sunt imponendæ ex opinionibus magistrorum, sed in casibus a iure expressis.*
9 *Actus per quem causatur irregularitas, habet tractum successiuum.*
10 *Ingressus religionis tollit irregularitatem illegitimitatis, quod ad ordines, non quo ad dignitatis promotionem.*
Omnis irregularitas surgit a causa graui.

a IS QVI. Duo dicit, quæ patent. Secundum in §. is ve-
1 rò. [temerariè] quia in † ecclesia sanguine, seu semine polluta diuinæ laudis organa suspenduntur. s̄. de consecra. eccle. vel alta. c. proposuisti. & c. fi. Et ideo est temerarium inibi celebrare. Idem præsente excommunicato, quãdo scitur ligatus maiori, cum si quidem cum tali participium denegatur, exceptis certis personis. no. s̄. eod. sta-
b 2 tuimus. [in iure] ergo ᵇ pœna † irregularitatis ad casum
c in iure non expressum ᶜ nõ extendam, ᵈ quia pœnæ sunt
d arctandæ, nõ laxandę. ff. de pœ. l. interpretatione [existat.] s̄. de priuileg. vt priuilegia. §. illud. [a iure.] s̄. eo. permitti-
3 mus. j̄. eo. c. fi. §. in festiuitatibus [liberari] sic † irregulari-
e tatis ᵉ dispensatio ſ sedi Apostolicæ reseruatur. s̄. eo. cum medicinalis. in fi. s̄. hoc lib. de re iudic. cum ęterni [admitti.] Et sic non cadit. in istum eligere nec eligi, quia cum repellatur ab eligendo actiuè vt hic, magis passiue. Nam ali-
4 qui eligere † possunt, qui eligi non possunt. s̄. hoc lib. de electio. nullus. & c. ex eo. in fi. & s̄. de cler. excommu. ministr. si celebrat.

ADDITIONES PROBI.

a TEMERARIE. Temerariè † siue remanere ex-
1 cludit rectè vel rite aut vtrunq;, & potest conuenire parti vel iudici. not. in l. eum quem temere. ff. de iudic. & Insti. de pœna teme. litig. c. ex literis. s̄. de diuort. c. tuarum s̄. de priuileg. ita refert Prouincia. car. mihi. 27. vbi subdit quòd cancellaria in rescriptis sepius vtitur hoc verbo, temere, vide pro hoc c. inuẽtum. 16. q. 7. c. fi. de for. compet. s̄ hoc lib. c. penul. s̄. ne cler. vel mona. hoc lib.

b Ergo pœna. Vide Pet. de Ancha. in c. pen. col. 2. versi. in contrarium. s̄ ne cler. vel mona.

c ¶Non expressum. Io. de Ana. in c. ad audientiam. col. 2. s̄. de homicid. dicit id fore verum in foro contentioso, se-
2 cus in foro pęnitentiali, in quo pars tutior † est eligenda, licet videatur durior, quia nullum periculum est in illa parte, pro quo benè facit tex. in cap. significasti. s̄. de homicid. glo. in c. vnico. s̄. de seruti iuxta illud, quia bonarum est mentium ibi, timere culpam, vbi culpa non reperitur. c. 2. s̄. de obserua. ieiu.

¶Idem dicas in quasi foro pęnitentiali, putà quando non agitur ad pœnitentiam propriam, sed vt ab altaris ministerio abstineat, vel ab actu matrimonij, vel ab alio actu, in quo exercendo posset esse peccatum, tunc enim debemus interpretari in partem mitiorem licet sit durior, pro quo text. in c. iuuenis. de desponsa. & quod no. Inno. in c. cum tu. de testib.

d ¶Non extendam. Pro intento facit glo. vulgatissima. in c. fi. s̄. de iure patro. Ex quo resultat quòd nunquàm iu-
3 dex † debet imponere pœnam priuationis iuris sui alicui delinquenti, nisi expresè iure caueatur, pro quo est text. in l. at si quis. §. diuus. ff. de religio. & sumpt. fune. allegatur etiam. c. inuentum. 16. q. 7. tex. in Auth. de non eligen. sec. nubent §. sinautem. ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicens. glo. in summa. 15. q. 7. vide quæ dixi in c. fin. s̄. de cogna. spiritua. quod facit ad quæstionem apud nos & etiam iuris Cęsarei peritos motam quòd vxor propter adulteriũ perdit dotem. c. plerunq;. vbi gl. & Scriben. s̄. de dona. inter. vir. & vxo. & multas pœnas patitur prout citatur per Scrib. post tex. in auth. sed hodie. C. de adulte.

4 Sed quid sentiendum † de muliere osculum luxoriosum, vel mammillarum tactum a iuuene scholari, aut alio ipsius iuuenilis ętatis baccalario (more Picardiæ patriæ Ioan. Mona. loquendo) patiente? pro parte negatiua habeo quæ s̄. proximè diximus, quibꝰ astipulatur id quod citat Alexan. in l. sororem. C. de his quib. vt indig. vbi dicit, quòd lex consensu. C. de repud. & d. c. plerunq;. non habet locum in vidua committente stuprum, quia in pœnis non fit extensio, cum ergo illa iura loquantur in adulterio verò, locum non habent in præsumpto, quod videtur istud iuxta vulgatum per glo. tactum post text. in l. quod ait. ff. de adulter. visus, & alloquium, tactus, post oscula factum. tex. in c. ne aliqua. 27. q. 1.

Item ex probationibus præsumptiuis non debet vxor priuari dote, cum istud descendat ex crimine, in quo & appenditijs clarè debent probationes adesse iuribus vulgatis, & in hac sñia stat Dec. in rub. de iudi. col. 1. & est de mente Pet. de Anch. cõsi. 408. nu. 3. ꝓbata tãti viri sẽuitia.

¶Item

¶Item osculum dicit Archid.in c.vnico.col.2.de sponsa. hoc lib.nullam parit propinquitatem, quia nullam facit sanguinis commixtionem, prout nec tactus.

¶Contrariam tamen sententiam tenet Bald.in c.tuæ. nu.4.s.de procur.vbi dicit quòd si mulier pudicitiam violauit luxurioso osculo, vel manibus positis ad mammillas causa adulterij committendi, eo quia ista matrimonium diffamant & lacerant, agi potest ad thori separationem dotisquè amissionem. mouetur per c.primum.§.1. quib.mod.feud.amitta.quem text.domi meus de Ripa in d.rubr. de iudic. num.16. stringit inducendo a fortiori, 5 vxor † est magis astricta seruare honestatem marito. quā sit vassallus domino. probatur (dicit) quia vxor ad hoc tenetur de iure diuino.glo.1.in fi.l.2.§.si non propter.ff si quis cautio.& quantum ad hoc vxor serua dicitur mariti.c.hæc imago. & c.manifestissimi. 33.q.5. si ergo vassallus minus astrictus propter osculum, vel tactum mammillarum dominæ suæ perdit feudum, cur non idem dicemus in vxore, vt perdat dotem? comprobat istud 6 per text.in l.fin.C.de repudi.vbi propter † introitum balneorum communium cum viris, vxor perdit dotem, ergo pari modo propter tactum & osculum quæ sunt magis propinqua adulterio.

¶Item dupliciter inducendo d.l.ex consensu.C.de repud. Primò sic dicitur, quòd si vxor, ignorante vel inuito marito, accesserit ad conuiuia virorum, vel ad theatra, vel emphiteatra spectandi gratia, quòd perdit dotem, ergo argumen.a maioritate rationis si libidinis causa passa fuerit per tractationem mammillarum, vel osculum luxuriosum debet perdere dotem.

¶Secundò dicitur ibi, quòd si vxor interdicta attentauerit, perdat dotem, sed osculum & tactum lubrici sunt interdicta.d.l.quod ait.& d.c.ne aliqua. quia præludia veneris, secundùm Fely.in c.præterea.num.3.s.de testib. qui huic opinioni adhærere videtur.& post eum.do.meus in d.rubr.qui subdit in hoc non fieri extensionem. d.l.consensu.& ibi reperietur fieri, adhuc de iure procederet. cū 7 ex † maioritate rationis secundùm magis communem sententiam licita est extensio, etiam in pęnalibus, secundùm Panor.in c.fi.s.de rescrip.Fel.in proœ. Grego.& Ias. in l.fi.ff.de in ius vocan.

Et sic habes ꝙ ex solo osculo vel tactu vxor dote priuatur, quod non placet per ea quæ pro parte negatiua deduximus, quia iure cautum non reperitur: ergo nec nos dicere debemus.Io.Mo.& ibi dixi s.de cogna.spiritua.d.c.quāuis.iura enim solum loquuntur de adulterio.item tex.in d.§.1.quib.mod.feud.amitta. super quo fit principale fundamentum, loquitur in feudo, vbi non agitur de damno, sed potius de perdendo lucrum.

Item vassallus generaliter priuari debet feudo, si domino grauem offensionem intulerit.cap.1.§.porrò. versi. prædictis modis, quæ fuit prima causa.bene.amitten. & ista videtur grauis offensa.meritò priuatur. nō sic videtur in vxore, quæ non priuatur dote propter grauem offensam, sed precise propter adulterium, quod in solo osculo non verificatur. difficillimum enim esset dijudicare, ꝙ osculum sit luxuriosum, vel solus tactus, cum istud iudicium possit esse fallax, quia id super quo fit procedit ab interioribus, videlicet animo & mente, & ex his non potest iudicari deprauatio animi & dolus, eo maximè, quia plurimum fiunt oscula ratione amicitiæ, & familiaritatis, ac consuetudinis patriæ, prout in Auinione, in quo scripsit tunc do.meus, volens fortè propter vxorem suam (non tamen satis pulchram) consuetudinem a partibus tollere, & sic tamquàm suspecto (prout nec Bal.etiā iuri maritali ascripto) venit credendum, suspecti enim sunt maximè Itali, non dicam Lombardi, vt patet experiētia rerum magistra, eorum causa agitur, meritò eorum opinioni non astipulatur quilibet sanę mentis nostræ ꝓfessionis ecclesiasticæ. Tum quia in hoc versatur incommodum, eo maximè, quia clauditur via libertati hominis, quod non est dicendum, tum quia si aliquando contingeret virum ecclesiasticum vxorem alicuius (fortè causa amicitiæ, aut aliàs, vt prædiximus) deosculari, talis diffamatus reperiretur tamquàm particeps criminis apud bonos & graues, ac plebeios, quod esset infame, & statum cleri denigraret.

¶Facit postremò pro intento, quod in simili videbis citatum per Barth.de Chassan.consil.11.§.pro decisione vrsi.& in eandem opinionem, le cas est tel.

8 ¶Et sic habemus quòd pœnæ † non sunt imponendæ ex opinionibus magistrorum, sed in casibus a iure expressis.vt in text.nostro dicitur.no.Domi.in consil.106.col.3. super dicto dubio.

e ¶Irregularitatis. Cuius probatio non requirit quòd testes conueniant in eodem momento temporis, quia 9 † actus per quem causatur irregularitas habet tractum successiuum: Pone, volo probare clericum irregularem, quia excommunicatus celebrauit, produco testes duos, qui sunt concordes de die celebrationis, sed vnus dicit se audiuisse principium Missę, alter finem, isti probant, quia Missa habet tractum successiuum, secus si actus esset momentaneus, vt emittere professionem, quę fit vnico constructu verborum, & eodem momento tēporis, sicut etiam contractus matrimonij, electio prælati, & similia, quia tunc oportet quod testes sint contestes in eodem momento temporis, aliàs non probant.no.Domi.consi.4.col.fi.in causa domini.

f Dispensatio. Quæ aliquando non requiritur propter superueniens hominis ministerium, putà propter religio-10 nis ingressum, quia ingressus ille † tollit irregularitatem illegitimitatis, quo ad ordines, non dignitatis promotionem. not.in c.1.& fi.s.de fili.presby.

Pro intento dispensationis super irregularitate, attende ad vnum quod dicit Pap.allega.13.quòd omnis irregularitas surgit a causa graui immediata, sed remota potest esse leuis, quod inducit facilitatem dispensationis: ponit exemplum in religioso.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XIX.

¶Quoniam in baptismo & confirmatione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Concesso vno & illa per quæ venitur ad illud, concessa dicuntur.*

QVONIAM. Casus patet, & ratio eius est, nam concesso aliquo, vt baptismo, & confirmatione, etiam tempore generalis interdicti.s.de desponsa.non est s.eod.responso.§.1. Et illa quibus peruenitur ad illud conceduntur s.de offic.delega.præterea.& ff.de procurat. ad rem mobilem.& l.mobilem.& l.ad legatum[non existit] sed nunquid campanis pulsatis, & alta voce.arg.sic.i eod. alma.§.in festiuitatibus.Contradic.s.eo.c.perpendimus.q̄ hic non exprimuntur.

¶Bonifacius Octauus. Cap. XX.

¶Is cui est ecclesiæ interdictus ingressus &c.

SVMMARIVM.

1 *Grauius est puniendum vbi est grauius delictum.*
2 *Bonum circunstantionatum, est maius seipso non circunstantionato.*
3 *Appellatio non est inuenta, vt sit vinculum vniquitatis, prout nec iuramentum.*
4 *Diffinitiua quandoq; extinguitur, quandoq; suspenditur.*
5 *Excommunicatio suam statim habet executionem, ideo non suspenditur, nec extinguitur per appellationem.*
6 *Iudicati effectus est, vt ipsum iudicatum habeat executionem.*
7 *Io.Mona.hic testatur se fuisse vicecancellarium curiæ Romanæ.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Quis dicatur plus delinquere, vide hic.*
2 *Bonum est quod suipsius gratia est expetendum.*
Bonum summum est animi operatio secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta.
3 *Qualitas agrauatiua delicti superueniens, operatur, vt hic.*
4 *Malum scire, an sit bonum.*
5 *Appellatio omnia reponit in pristinū statum, vt hic intelligi datur.*
6 *Declaratio operatur vt hic.*
7 *Sententia absolutoria incontinenti secum trahit executionem absque aliquo nouo facto iudicis.*

8 *Vbi facta est executio ipso iure, non est locus purgationi moræ.*
9 *Executio de iure communi, die feriato in honorem Dei, fieri non potest.*
10 *Executio alicuius, est minus nobilis quam illud, cuius est executio.*
11 *Nobilior est doctor iuris ciuilis, quàm miles.*
Nobilius est quod disponit, quàm illud quod implet dispositum.
Nobilius est quod regit, & de eo primo habenda est ratio, quàm de illo, quod regitur.
12 *Ministerium legale regit ministerium militare.*
13 *Executio instrumenti non habet instantiam.*
14 *Licet ab executione non possit appellari, secus tamen est in pronunciatione & exequendo.*
15 *In curia Romana vicecancellarius est maior post Papam.*
Vicecancellarius dicitur Princeps iustitiæ, & regulas cancellariæ regere.
16 *Vicecancellarius curiæ Romanæ, olim vocabatur cancellarius, rationem diuersitatis vide hic.*
17 *Cancellarius Franciæ præsidet in omnibus parlamentis Regni.*
Papa dicitur Dei cancellarius.
18 *Officium cancellarij hic describitur.*
19 *Cancellarius dicitur vt hic.*
20 *Quicquid cancellarius dictat, Princeps pronunciare videtur.*
21 *Iacobus de Aretio fuit in Francia cancellarius, prout & Petr. de Bella pertica.*
22 *Ioseph fuit cancellarius apud Pharaonem Regem Egiptiorum.*

IS CVI. Hæc Decret. dicit tria. Secundum in §. talis. Tertium in §. sanè. Et de primò dictum est. s̄. eod. cum medicinalis [sepeliri] sed videtur eos plus debere aggrauari. s̄. hoc lib. de priuileg. Episcoporum.

1 Solu. ibi, † est grauius a delictum, & ideo grauius est pu-a niendum: b quod sic probo, hic erat malum non circunstā-b tionatum, ibi, simile malum circunstantionatum, scilicet defensum priuilegio, quod se ad hoc non extendebat, vt c ibi. Et sicut c bonum circunstantionatum est maius d se-2 ipso non circunstantionato, ergo peius e erit malum cir-d cunstantionatum seipso non circunstantionato, vt pro-e bant regulæ Philosophi.

3 Vnde sicut appellatio † non est inuenta, vt sit vinculum iniquitatis s̄. de appella. c. cum speciali. §. porrò. nec iuramentum. s̄. hoc lib. de iureiur. contingit. s̄. de iureiur. Quintauallis. ita nec priuilegium. Et ob hoc vtens eo ad f malum in duobus peccat, & in ipso malo f quod facit, & in bono quo abutitur, vt in d. c. Quintauallis. [suspendun tur.] arg. s̄. de appel. ad hæc quoniam.

4 Sed quæro sententia † diffinitiua quandoq; suspendi-g tur, & extinguitur g quandoq;. ff. ad Turpillia. l. 1. in fi. & C. quorum appella. non recip. ab executore, & per appellationem sequentem, quare non idem in excommunicatione & suspensione, vt hic.

5 Sol. † excommunicatio statim habet suam executio-h nem. h s̄. eo. pastoralis, & ideo non suspenditur, i nec extin-i guitur k per appellationem, vt d. l. 1. ad Turpillia. & ff. de k pœ. l. 2. sed ipsa quandoq; rata maneat. C. de tempo. appell. l. fi. § illud. hoc est fictione iuris, propter authoritatem iudicati, sed ipsa sententia dicitur suspendi propriè, quo 6 ad effectum executionis. nam iudicati † effectus est vt ipsum iudicatum habeat executionem s̄. de appella. cū aliquibus. qui impeditur appellatione pendente. C. de appel la. l. si quando. & ff. nil noua. appella. penden. l. 1. §. integrū. & per totum. & sic loquitur. s̄. de offi. delega. pastoralis. §. præterea. in fi.

Ergo cum excommunicatio statim habeat executionem, vt prædixi, ideo ipsa non suspenditur per appellationem sequentem, quod est verum vbi esset lata purè, secus si sub conditione. s̄. de appellat. præterea. 2. etiam si fuerit appellatum post 10. dies. vt no. s̄. eo. quicunq;.

Et idem dico in suspensione, vt hic.

¶ Sed quid de interdicto lato ante appellationem? videtur aliud quàm hic dicatur, cum nihil hic exprimatur de interdicto.

Cōtra dic & est casus. s̄. de appel. ad hæc qm̄, & quia erat expressum in iure de excōicatione & interdicto, vt dictis iurib. c. pastoralis. c. ad hæc. non sic de suspensione hic posita, ideo ponitur hic ius nouum de suspensione.

¶ Et quod est dictum de excommunicatione non est ius nouum, sed iuris antiqui repetitio, vt ad sibi similem, sicut est suspensio.

¶ Sed contra. s̄. hoc lib. de appellat. c. non solum. Solu. ibi, non censetur iudicatum ante decendium. ff. de pœ. l. 2. in fi. Cum beneficium iuris isti, qui adhuc appellare potest, auferatur, quod esse non debet. 27. distinct. de his. Et ob hoc contra hoc attentatum reuocatur ante omnia, vt hic.

¶ Sic dico si esset sententiatum & excommunicatio lata, & tandem infra decendium a die sententiæ, appellatum a sententia, crederem totum suspendi, quia factum esset in præiudicium deliberationis pendentis. argu. d. c. non solum. Sed vbi esset iudicatum, & excommunicatio lata, & tandem appellatum non a iudicato, sed ab executione, excommunicatio non suspenditur per appellationem sequentem, & sic loquitur hic. Et est ratio, ex quo est iudicatum & est executum directò, vel indirectò: vt not. s̄. eo. licet, ex quo non est appellatum a iudicato, & 7 iudicatum † non suspensum debeat habere suam execu-m tionem m appellare ab executione directa vel indirecta, regulariter nihil est, quia non tangit id, a quo habet ortum executio, vnde taliter appellans dat antecedens ad executionem liberum, & negat consequens ad illud, scilicet executionem iudicati, & sic loquitur. s̄. de appellat. constitutis, vbi decanus non appellauit a conformatione, sed executione confirmationis, vnde appellatio fuit n repulsa, n vt ipse appellans non admittatur via exceptionis, sed si velit denunciet vel accuset. & secundùm hæc 8 ego † tunc vicecancellarius o multas literas cassaui, in o quibus narrabatur appellatum, non a prouisione, sed punisionis executione.

ADDITIONES PROBI.

a IBI est grauius. Glo. in d. c. Episcoporum. quæ est fina. refert doctri. Io. Mo. hic.

b ¶ Puniendum. Verificatur istud per dictum vulgare φ qui plus deliquit, plus puniri debet. l. quicunq;. C. de ser. fugiti. l. agraria. C. de eroga. milita. anno. & l. creditor. ff. de appella.

1 ¶ Et si quæras quis plus dicatur delinquere † dic quòd ille qui delinquit in se & in alio plus delinquit, quàm ille qui delinquit tantum in se. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui no. infam. & l. quicunque. §. fina. C. de hæretic.

c ¶ Sicut bonum. Dic secundùm Philosophum. 1. Rhet. 2 quòd bonum † est quod suijpsius gratia est expetendum, & 1. Ethico. Bonum summum est animi operatio secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta.

Et quantò communius, eo melius, ideo dicit text. in l. 1. ff. de iustit. & iure. ius est ars boni & æqui, cuius meritò quis nos sacerdotes appellat, iustitiam namq; colimus, boni & æqui notitiam profitemur.

In proposito Io. Mo. videtur facere, quòd ille qui operatur bonū in se & in alio, magis meretur, quàm ille, qui tantum in se. l. nuper. C. de natu. resti.

¶ Facit a contrario id quod in apostilla præcedenti diximus.

d ¶ Est maius. Idem Ioan. Mona. in rubr. de vsur. vbi aliqua dixi.

e ¶ Peius erit. Vide ea quæ citat Domi. de qualitate aggrauatiua delicti. in consi. 106. colum. 2. super dicto du-3 bio, quòd qualitas † aggrauatiua delicti superueniens priuat habentem potestatem absoluendi, vel dispensandi super delicto non agrauato, illa qualitate, vt est casus in cap. tua nos. s̄. hoc titu. vbi Episcopus absoluit incendiarium ante denunciationem, sed si denuncietur, cū ex ista qualitate diffamet, & sic aggrauet, postea nō absoluit.

f Malo. Quod † scire non est malum, sed operari, quod 4 intellige verum quod non est malum, inquantum quis scit vel per instinctum naturæ, vel per altitudinem sui intellectus. Secus si illud malum ab alio discere studuit, vt in arte magica, quæ non potest adisci vel doceri. ita citat Io. de Ana. in c. pen. in fi. s̄. de hæretic.

g ¶ Et extinguitur. Et sic † appellatio reponit omnia 5 in pristinum statum. l. per hanc. C. de tempo. appella. & l. furti. § primo. ff. de his qui not. infam. quod est verum quantum ad concernentia negocium principale, vel eius determinationem, non quantum ad exceptiones, seu allegationes dilatorias non concernentes determinationem

nem negocij principalis, quia in illis non reponit in pristinum statum per omnia, id est, in illum qui erat a principio litis, imo si lapsus erat terminus eas proponendi in prima instantia, & sic erat via præclusa opponendi, durat idem lapsus termini, & remanet ad hæc via præclusa in causa appellationis. casus est in l. ita demum. C. de procu. vbi litiscontestatio quæ erat terminus dilatoriarum proponendarum & eius effectus scilicet exclusio ab eis proponen. durat adhuc in causa appellationis.

¶Et idem est in quocunq; alio termino exclusorio talium exceptionum secundùm Bal. ibi. qui dicit rationem esse, quia appellatio rescindit grauamen illatum a iudice, non illud quod quis intulit sibi ipsi negligendo tales exceptiones & propositiones facere. s. terminum statutum a iure. pro hoc faciunt quæ in simili citat Pau. de Cast. cõs. 320. col. 1. ꝙ in causa appellationis. in 1. par. vide quæ dixi. in rub. de appel. s.

h Executionem. Etiam † ante denunciationem vel declarationem d. c. pastoralis facit tex. in c. cum non ab homine. in princ. s. hoc tit. Et ideo excommunicatus statim repelletur a communione, & celebratione, & ab alijs quę excommunicatis prohibita sunt, ratio potest esse, quia super pœna imposita ipso iure non requiritur declaratoria quo ad effectus qui trahunt secum executionem, & de sui natura non expectant aliam extrinsecam executionem, ideo irrogata ipso iure infamia ante declarationem, quis redditur intestabilis. not. Domi. in c. fœlicis. s. de hæret. hoc lib.

6

Et similiter si pœna sit quæ auferat libertatem, ille statim efficitur intestabilis. no. Inno. in c. qualiter. el 2. versi. item no. s. de accusatio. Secus est quo ad effectum horum in quibus ministerium iudicis requiritur in exequendo. prout loquitur text. in c. cum secundum. de hæretic. s. vbi Domi. & Bald. in l. quæ sub conditione. §. fi. circa fi. ff. de condi. institu.

¶Pro his vide quæ not. Deci. consi. 327. col. 4. viso casu proposito. vbi idem dicit, quòd quis sit infamis, vel intestabilis.

¶Quod autem diximus de excommunicatione, quia hæc in facto non consistunt, & ministerium aliquod non requiritur, secus si in facto consistant aliqua, & ministerium requirant prout in confiscatione bonorum. c. cum secundum leges. s. de hæretic. hoc lib. vel quod quis cancelletur a libro bannitorum, quia hæc & similia non trahunt secum executionem, sed expectant executionem post se. Bald. in l. quæ sub conditione. §. fi. circa finem. ff. de condi. institu.

Et attende ad cancellationem prout no. Alex. in consi. 59. col. 2. viso processu. volu. 2. vbi requiri dicit, ꝙ similis adhibeatur solennitas, prout in principali cancellato, vt ibi latè comprobat.

7 Item aliam reperio sententiam trahere secum executionem videlicet sententiam † absolutoriam, quia illa incontinenti trahit secũ executionem absq; aliquo nouo facto iudicis. glo. & Doct. in c. pastoralis. s. de appel. Innoc. in c. cum in nostris. s. de concessio. præb. Bart. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudic. Sequitur Alex. in consi. 94. nu. 4. in causa. volu. 2.

i Non suspenditur. licet ipsa sententia non suspendatur, secus tamẽ est in declaratoria excommunicationis, quia sunt diuersa. no. Hierony. de Tor. consi. suo. col. antepen. quod reperies post consi. Anto. de Butr. quod videtur de mente Ioan. Mona. hic.

k Nec extinguitur. Vide in simile quæ no. Alex. in consi.
8 57. nu. 14. prospectis. vol. 2. ꝙ vbi facta † est executio ipso iure, non est locus purgationi moræ. l. si his. de lega. 2. l. qui ob rem. ff. de condi. indebi. idem Alexan. post Bart. & alios. in l. insulam. ff. de verb. oblig.

l ¶Executione. Quæ de † iure communi die feriato in
9 honorem Dei fieri non potest, & ista est communis conclusio secundùm Alex. consi. 53. nu. 10. quæritur an stante nullitate. volu. 5. ratio potest esse, quia iudicatum die feriato fieri nõ valet, ergo nec executio fm regulã iuris,
10 ꝙ executio alicuius † minus est nobilis, quã illud cuius est executio, quod probatur. in l. iustitia cum sua glo. ff. de iust. & iure. & l. si vt Pomponius. & l. executionem. C. de re iudi. quã adducit Signo. de Homed. in consi. 23. post prin. pro verificatione, quòd nobilior est doctor iuris ciuilis q̃ miles, quia militare ministerium est & executio legis. vt l. qui restituere. ff. de rei vendica. & l. 3. ne fiat ei & c. & l. 1. ff. de offi. præfecti præto. & l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. & l. 2. C. de his qui latro. occid.

11 Et nobilius † est quod disponit, quàm illud qui adimplet dispositum, cum ex implemento dicitur aliquis effectus oriri.

Item regens rectè est præferendus omnino, quia nobilius est quod regit, & de eo est primo habenda ratio, q̃ de illo, quod regitur. l. conditionibus. in princ. ff. de condi. & demonstra. & l. cum multa. C. de bonis quæ liber. & l. quæris. de nata. restitu. ff. & l. iubemus. in fi. C. de epis. & cleri.
12 & l. 2. §. si præses. ff. quis ordo in bo. posses. Sed † ministerium legale regit ministerium militare. l. leges. C. de legi. & auth. habita. C. ne fil. pro patre.

¶Item qui est iustitiæ constitutus proprietarius, debet eius ratio ante haberi, quàm ille qui illius iuris habet exercitium, quod facit, quia doctor ex libri iustitiæ traditione dum promouetur, est effectus illius proprietarius & possessor. vt l. 1. C. de euictio. & l. clauibus. de contrah. empt. & vendi. & l. qui ratione. §. Item si quis. ff. de acquir. rer. domi. & l. mortis. §. Titia. de do. cau. mor. & l. chirographum. de lega. 3. & hæc traditio non fit militi. Auth. de manda. Princ. §. fi. col. 3. Sed exercitationem tantum iustitiæ habet. l. in nomine domini. ver. hoc autem non solum. C. de offi. præfec. præto.

m Executionem. Quæ † executio (dico instrumenti) nõ
13 habet instantiam, quia lis non contestatur, ita Bart. dicit se de facto respondisse. in l. litibus. nume. 11. de agricol. & censit. lib. 11. C. cum Bart. transit simpliciter Bal. in repet. l. tale pactum. §. qui prouocauit. in 10. q. in fi. ff. de pact. maximè quando imploratur officium iudicis, prout no. Bal. in l. consentaneum. ad fi. vbi concordat cum Bar. C. quomodo, & quando iudex. Bal. in l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemper. & in l. 2. in 4. col. C. de executio. rei iudic. quos & Ludo. Roma. in rub. de arbitr. ff. refert, & sequitur Maria. Soci. consi. 95. col. 1. capiendo primum, vbi subdit Ange. de Aret. in l. ab executore. in 6. col. ff. de appellatio. ita tenere. & sic non interuenire peremptionem instantię, cum priuatio pręsupponat habitum. iuribus vulgatis, faciunt ea quæ latè citaui. in cap. 1. in ver. non entis. s. de confes.

¶Hanc opinionem dic procedere quando est fienda mera executio, quia tunc non datur instantia, vel quando nihil est a iudice pronunciandum, secus si sit pronunciandum, & non sit sola mera executio, quia tunc habet executio instantiam, & hoc iuuatur pluribus authoritatibus, & vrgentioribus rationibus. Ideo tenendum, per ea quæ citaui. s. in c. 1. in ver. validioribus. de constitu. vna est quia citius terminari debent. Cle. sępe, & id cõcernit rem publicam & illius vtilitatem. l. properandum. C. de iudic. id firmat latius Maria. Soci. vbi. s. adducens Roma. dicentem ꝙ ista conclusio est vera sicut Deus est, & sicut ipse est in mundo.

Vide Alex. consi. 131. volu. 6. in causa & lite vertente, inter Petrum.

n Fuit repulsa. Alex. consi. 97. nu. 6. viso themate. vol. 6.
14 dicit, ꝙ † licet ab executione non possit appellari, secus tamen est in pronunciatione de exequendo.

Vide pro intento Ioan. Mo. Aure. in addi. ad Guiller. in c. a collatione. s. de appel. hoc lib. Domi. in cõsi. 99. super primo quæsito. latius Alex. consi. 95. visis. vol. 2.

o Vicecancellarius. Istud citat Domi. consi. 99. col. 2. super primo quæsito, cui adde ꝙ in curia Romana hodier-
15 nis temporibus vicecancellarius † maior est post Papam, testatur Car. in Cle. ne Romani. § eo ipso. q. 4. de electio. Meritò glo. in regu. cancella. proœ. col. antepenul. dicit vicecancellarium principem iustitiæ, & regulas cancellariæ regere, & ad eius dispositionem dari in curia & extra eam, cum subscriptionibus duorum abbreuiatorum. Et est iudex in pertinentibus ad expeditiones iuridicas bullarum. Comprobat Panor. in c. cum dilecta. post glo. in ver. nostram. s. de rescrip. ꝙ secundum stilum hodiernũ curiæ nõ est necesse pro literis iustitiæ recurrere ad Papã, sed ad vicecancellarium, qui tamẽ scribit nomine Papæ, & apponitur bulla Papæ.

In proposito Bellam. decis. 602. cancellaria, ꝙ cancellaria potest omnes causas quę sunt de communi iustitia com-

committere,& in hoc verificatur dictum Domi.in c.statutū.s.de rescrip.ꝙ sufficit scientia cancellarij, quæ æquiparatur scientiæ concedentis, & hæc sufficit quo ad hoc vt impetrans non iudicetur falsarius,licet vt valeant literæ, requiratur scientia Principis.

16 ¶Olim † enim vocabatur cancellarius, sed quia quandoq; certabat cum Papa quasi de Papatu. Ideo sublatum est nomen cancellarij. testatur Guiller.de Mon.Laudu. in d.Cle.ne Romani.col.2.& ibi Card.in d.§.eo ipso. Cōcordat Bart.de Chass.in catha 4.par. nu.13.dicens ex eo ꝙ est præses iustitiæ dicitur sedere, & stare potest cum auditoribus causarum rotæ,etiam in præsentia Papæ, sicut vi-

17 demus † in cancellario Franciæ, qui tamquàm primus post Regem præsidet in omnibus parlamentis regni,prout Moyses in regno & synagoga Iudæorum pro Deo verus cancellarius fuit, sic Papa in Ecclesia Dei cancellarius vocatur,cuius & Dei, vnum & idem dicitur esse consistorium.Hosti.in c.quantò.s.de transla.præla.dixi.s.in proœ. in ver.interiectio.

¶Loco enim vicecancellarij, apud Galliam habemus

18 hoc nomen cancellarius, ad cuius etiam officium † spectat, ne de cancellaria Principis exeant literæ malè formatæ,imperfectæ,aut minus solennes. Ita dicit Bald.post text.in l.vniuersa.C.de diuer.rescri.vbi glo.in iure vnica. in ver.quæstor.quæ dicit quæstor,id est,cancellarius,deinde subijcit. Nota ꝙ in fine rescripti debet esse subscriptio quæstoris,qua contineatur,inter quos,& ad quem iudicē, & per quam personam fuerit directa.tex.in Auth.vt diui. iussio.§.nam præsenti.col.8.Idem Bald.in l.2.in 3.no.de peti.bono.subla.lib.10.C.vbi dicit ꝙ sunt tres quæstores, vnus qui sedet ad latus Principis, & hic est illustris, & ad eius officium pertinet subscribere se in rescriptis, & respondere viua voce aliquid explorantibus, pro hoc facit glo.proœ.reg.cancel.ꝙ vicecancellarius curiæ Romanæ in bullis ponit vnum.L.magnum ante bullam, quod significat quòd bulla est lecta,& postea ponit ex alia parte vnum.R.magnum,quod signat nomen suum,quia vocatur Rodericus, vel mandat ꝙ registretur.

Nunc autem in Gallia secretarij Regis ad subleuamen cancellarij tum propter multitudinem negociorum in cancellaria & curia Regis affluentiū has subscriptiones faciunt.vt videre licet.

Præmissa possumus verificare argumento ab ethimologia vocabuli (quod in iure nostro dicitur validum.no. 19 in l.1.de lega.1.) dicitur enim cancellarius † a cancellus cancelli, prout significat aulam palatij Principis,quia ibi ferè omni tempore oportet cancellarium adesse,vt Principi consulat, vel secundum aliam significationem inquantum denotat interstitium muralium tractum a prouincia Palestina,in qua epistolæ missæ ad populum in dicto interstitio,seu cancello recitabantur, ita in proposito cancellarius epistolas & legationes ad Principē directas, eidem explicat, & pro eo (cum aliorum procerum consilio) responsionem facit,prout intuenti curiali apparet.

Vel dicitur prout alijs placet,vt conueniat dicto Ioan. Mo.hic a cancellando, hoc est rumpendo & lacerando, quia vt citat Lucas de penna.in l.neminem.col.2.de decur.lib.10.C.rescripta & priuilegia sigillo regio munienda (quod apud se est) priusquam muniantur, corrigit & cancellat.facit.l.cancellauerat.ff.de his quæ in testa.delē. glo.post tex.in l.inductum.C.de sol.quia literas patentes de iustitia vel gratia sibi præsentatas ob malam earum dictationem, scripturam, vel iniustitiam proprijs manibus destruere debet.arg.l.1,cum glo.in ver.libellis.ff.de offi. assess.quam ibi sequuntur Bar.Ang.& Ias.qui latè in hoc extendit fimbrias,allegat inter alia Innoc.in c.1.s.de offi. vica.glo.in c.sacerdotibus.11.q.1.

Potest etiam dici cancellarius a cancellis (hac ratione) quia sicut per cancellos clarè videmus quæ intus existunt absq; ianuæ ingressu. Sic princeps per sui cancellarij discretionem & eminentem literarum scientiam clarè intelligit quæ agenda,& cauenda sunt, propter quē & alios de consilio continue suo lateri assistentes, censetur iuris præsumptione omnia iura in sui scrinio pectoris habere. l.omnium.C.de testa.c.1.s.de consti.hoc lib.vbi dixi.De cancellario quippè dici potest qđ est in Principe.& princeps in eo, sicut de ecclesia cathedrali & Episcopo dicitur.c.scire.7.q.1.

20 ¶Et quicquid cancellarius † dictat, Rex siue Princeps pronunciare videtur.hinc est ꝙ cancellarius nomine regio cuncta expedit,prout & curiæ supremæ,ideo quantū ad exercitium iustitiæ vna persona representatur.

Hinc Lucas de Penna.in d.l.neminem.hos versus subdit:Hic est qui leges Regum cancellat iniquas,& mandata pij Principis æqua facit. Si quid obest populo vel legibus est inimicū:Quicquid obest ꝑ eū desinit esse nocens.

¶Vide ad propositum quæ longo sermone citat Guil. Bened.in repe.c.Raynutius.num.489.cum seq.s.de testa. vbi dicit ꝙ olim vocabatur Gallorum patricius, prout apparet ex suprascriptione.c.1.s.de donati.quæ quidem dignitas eum liberat a patria potestate.§.2.Insti.quib.mo. ius.pat.potest.sol.

Quo officio in Francia (vt fertur) decoratus fuit Iaco-

21 bus † de Aretio qui fuerat doctor Regens Tholosanus secundùm Bar.in l.1.C.de senten.quę pro eo ꝙ inter. profer.Etiam Pet.de Bella perti.vt legitur in eius epithaphio, in choro Ecclesiæ Parisien.

¶Apud autem Israelitas Moyses fuit cancellarius Dei, vt legitur Exord.18.c.circa finem.

Iosaphat verò legitur cancellarius Dauid Prophetæ & Regis.primo Regum.c.8.in fi.quæ dignitas eo tunc vocabatur a commentarijs,quod est nomen indeclinabile, significans idem ꝙ cancellarius, secundum glo.ibi, cuius officium est secundum eum dictandi leges.& in Hebręo habetur recordator,ꝙ officium eius erat repetere,seu recordari casus varios, qui venerant ad Dauid,vt per ordinem expedirentur,si primus primo,& secundus secūdo, & sic de alijs.

22 Ioseph†enim prim⁹ huius dignitatis infulas apud Pharaonem Regem Egyptum consecrauit.

Item Seneca vir sapientissimus Neronis Imperatoris fuit cancellarius,vt placet Lucæ de Penna.in rub.de quęsto.& mag.offi.col.1.lib.12.

Aliquibus etiam placet ꝙ Vlpianus Alex.Imperatoris fuit cancellarius, de quibus sic scribitur secundùm Guil. Bened.vbi.s.num.494.Alex.habuit matrem christianam nomine Manicas, cum qua Origenem presbyterum audire curauit,hic fuit iuuenis virtuosissimus, qui rem pub. salubriter gubernauit consilio Vlpiani vsus,qui fuit legalis scientiæ Princeps.

Pro his facit.in arg.l.4.iuncta suprascriptione.C.de loca.& conduc.vbi idem Alex.vocat ipsum Vlpianum prę fectum prætorio, & parentem suum vbi glo.parentem, scientia & ętate,& vt placet etiam aliquibus cancellarius vocatur præfectus pretorio simpliciter dictus, per excellentiam,eo quia in omnibus præfertur alijs pręfectis prętorio quocunq; loco fuerint.Ex quo videmus vt dixi cancellariū in Gallia, in quocunq; parlamento Regni sedere primo loco,& primus post regē.ad idē l.4.C.de contra.& commit.stipula.ibi,Domitij Vlpiani ꝑfecti Annonę iurisconsulti amici mei,& istud respicit ꝑin genus quæstoris.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XXI.

Religioso q manus violētas ī clericū sęcularē iniecit,&c.

SVMMARIVM.

1 *Æquitas præfertur rigori.*

2 *Dominium legati acquiritur a die mortis testatoris, commutabiliter tamen.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Cessante æquitate, cessat fictio.*

2 *Lex quæ loquitur de æquitate, corrigit legem quæ loquitur de rigore.*

3 *Iudæi in fauorabilibus dicuntur non esse sub lege municipali.*

Personæ odiosæ non comprehenduntur sub beneficijs generaliter concessis.

4 *Equitas scripta necessitatem importat.*

RELIGIOSO. Duo dicit hęc Decreta.quę sunt clara [secularē] ēt post monachatū Nā iure antiquo distinguebāt doctores vtrū ante monachatum esset facta iniectio,vel nō. Sed hodie indistinctè est verū ꝙ vbi secularis

laris clericus percutiens clericum posset absolui per Episcopum, vt in modica, seu leui iniectione. s. eo. peruenit. Idem in monacho percutiente clericum secularem, vt vagandi materia religiosis substrahatur, & sic hic corrigatur. s. eo. cum illorum. §. si verò claustralis. 2. Respon. vbi loquitur de rigore, hic de equitate [a] † quæ præfertur [b] rigori. C. de iudic. l. placuit [non possit.] Est tamē interim religiosus, sicut video: legatur mihi Stichus, dominium † mihi acquiratur morte testatoris. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. surdo, tamen commutabiliter, & sic non cum effectu, quia ipsum legatum si volo possum repudiare. ff. de lega. 1. l. si ita legatum. §. 1. sic hic, quia post annum sum professus tacitè, & ante regulariter si facio professionem expressam. s. de regu. c. statuimus. & c. vidua. 20. q. 1. quàm progenitores. & s. hoc lib. eo. titu. non solum. & c. seq. s. hoc lib. de electio. nullus. & c. ex eo. in fi. [non euadit] hoc decisum olim fuit. vt no. Hostien. & Inno. s. eo. c. 2.

ADDITIONES PROBI.

a 1 EQVITATE. qua † cessante, cessat fictio. Soci. cōs. 207. col. 4. in causa domine.

b 2 Præfertur rigori, per id dic verificari conclusionem iuris, quòd vbicunq; † duæ sunt leges, vna, quæ procedit de equitate, alia de rigore, lex quæ loquitur de equitate, corrigit legem, quæ loquitur de rigore.

3 Ex quo infertur ꝙ si lex communis & statutum ciuitatis differant in pœnarum dispositione, ita ꝙ mitior sit pena statuti, poena vero legis communis rigorosior. Et reperiatur Iudeus qui in ciuitate deliquerit, ꝙ poena iuris siue legis communis mulctabitur non statuti, quæ reperitur fauorabilior siue mitior. Ratio, quia Iudei † dicuntur in fauorabilibus nō esse sub lege municipali, quia sunt personæ odiosæ, quæ non comprehenduntur sub beneficijs generaliter concessis. l. Lucius Titius. el 2. in §. Lucius Titius damam. de lega. 2. quod sint personæ odiosæ satis apparet, quia insultantes fidei nostre dicuntur. l. si. post prin. C. de Iudeis. non mireris. igitur si contra Iudeum seruetur rigor scripturæ, & non equitas scripta, quia licet lex quantuncunq; magis rigorosa corrigatur a lege minus rigorosa, quæ continet equitatem, tamen lex magis rigorosa correcta contra Iudeos seruatur, ita concludit Soci. cōsi. 62. col. penul. consilijs nostris trinus Deus.

4 ¶ Et dic † ꝙ equitas scripta necessitatem importat. l. si me & Titium. ff. si cer. peta. no. Bertran. Carpen. consi. 352. nu. 6. licet Episcopi. par. 1.

Bonifacius Octauus. Cap. XXII.

¶ Eos qui a sententia canonis vel hominis, &c.

SVMRAMIVM.

1 *Obligatus ad factum tenetur illud adimplere, quàm cito commode poterit.*
2 *Ab excommunicatione hominis sedes apostolica, seu legatus eius non absoluit, sed excommunicatum absoluendum ad excommunicatorem de stylo curiæ remittit.*
3 *Capitulum, sede vacante, potest excommunicatum absoluere.*
Capitulum est successor Episcopi, sede vacante.
Regula semper est tenenda, nisi inueniatur vitiata.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Ciuitas quam Imperator defendere non potest, nec de hoc est spes proxima, potest alteri se submittere eo irrequisito.*
2 *Tutela sui corporis vnicuiq; est permissa.*
Papa mortuo, quare eius potestas non deuoluitur ad dominos Cardinales.
3 *Absentia longua, & mors equiparantur.*
4 *Regulæ iuris sunt tenaciter obseruandæ, nisi in contrarium appareat exceptio vel dispositio specialis.*

EOS QVI. Casus patet [absoluuntur.] s. eo. ca. decetero, & c. ea noscitur. s. de sepultu. c. fi. [ipso iure.] Contrarium est notatum. d. c. decetero, & pro illo tempore glo. bene dicit, quia tunc non erat excommunicatus ipso iure, sed reducendus ab homine in excommunicationis sententiam. s. de offi. ordin. ad redimendam, in fine [in eandem] s. de appella. quæstioni. Et dic eandem in genere, non in numero, & in pristinam. s. eo. sacro. ver. verum, sed contra.

¶ Et dic pristinam. i. consimilem pristinæ. Sed ista tria. ca. loquuntur in excommunicatione hominis & absolutione. Sed hec decreta. decetero & eius glo. loquuntur in excommunicatione iuris, quam homo non fert, sed ius, & ob hoc sicut etiam in dictis tribus. c. homo excommunicans absoluit, & absolutum non parentem in excommunicationem reducit., & sic decuit vt ius excommunicans, absolutum talem reduceret in eandem sententiam, vt hic, vnde hic est sententia iuris, nō hominis. Et ob hoc ante hunc canonem (quem solus. Papa ferre poterat.) Iste non erat excommunicatus, & mandando ꝙ reduceretur in eandem sententiam res haberet longum tractum, qa hoc fieri nō posset sine causæ cognitione. Et ideo decuit, vt prouideretur huic sinchomati per sentētiam canonis secus in sententias hominis. Nam homo excōmunicat, & absoluit iuratoria cautione recepta. c. ad reprimendā, & iste non paret, iam non versatur causæ cognitio. vel nō tanta, vt sententia iuris relaxata reducenda in pristinum statum. Nam iudex qui hoc fecit debet esse certus de facto suo non deferens iuranti contra iuramentum proprium. s. de rescrip. ab excommunicato, & d. c. quæstioni.

¶ Et ratio potest esse huius primi. §. sequen. per iuramētum præstitum in absolutione quod prestatur da consuetudine ecclesiæ. s. eo. cum desideres, primo respon. Iste absolutus tenetur ad factum sibi iniunctum per iuramentū, & obligatus † ad factū tenetur illud adimplere quàm 1 cito commode poterit. ff. de ver. obliga. l. continuus. §. cū ita ff. de oper. liber. cum patronus. §. fina. & l. si libertus. Ita in dicto iniuncto per iuramentum non expleto ipse iurans in eandem re incidit sententiam ipso iure, alias cēsuræ ecclesiæ illuderetur, vel illa in dispendium illorum quos res tangit differretur, si de hoc reducendo in pristinam sententiam causæ cognitio mandaretur, quorum quælibet vitari debet [sententijs] iuris, non hominis. Nam ab excommunicatione hominis † sedes apostolica, seu le-2 gatus eius non absoluit. Sed excommunicatum absoluēdum ad excommunicatorem de stilo curiæ remittit, fallit tamen vbi excommunicator absoluere non posset, vt s. de offi. deleg. quærenti, vel vbi est scriptum sub nomine proprio alicui, & est mortuus, & successorem tunc non habet. Et vidi fieri idem vbi est commissio facta sub nomine dignitatis, & mortuus est habens dignitatem, nec speratur [a] de successore festiuo, propter litem, vel aliam a causam. Et hec sunt vera in delegato, nam si esset ordinarius, vt episcopus, capitulum † sede vacante posset absol-3 uere. 11. q. 3. si episcopus ante. Nam capitulum est successor episcopi, sede vacante. s. de hæretic. ad abolendam. 1. respon. s. de consuetudini. cum olim. s. hoc libr. de maior. & obedi. cap. vn.

¶ Sed nunquid in prædictis casibus delegatorū si contingat ꝙ excommunicatus absolutus non pareat, vt per sententiam hominis, per rationem autē dictam. Quia 4 b regula † semper est tenenda, [b] nisi inueniatur vitiata. ff. de regu. iuris. l. 1. arg. C. de appella. præcipimus, in fine.

ADDITIONES PROBI.

a 1 NEC speratur, vide quæ in simili citat Bal. in cap. 1. num. 9. in 1. lectu. s. de iudic. ꝙ † ciuitas quam Imperator defendere non potest, nec de hoc est spes proxima, potest alteri se subijcere eo irrequisito, quia tutela sui corporis vnicuiq; est permissa. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. secus si est spes quæ sit in aliquo apparatu. refert & sequitur Fely. in c. cum contingat. col. fi. s. de for. compet.

2 ¶ Pro intēto vide Pet. de Aneha. consi. 409. col. penul. viso & diligenter, vbi dicit ꝙ † licet mortuo Papae, ius potestas non deuoluatur ad dominos Cardinales propter verisimilem breuem vacationem, secus vbi vacat per schisma inueteratum, quia hoc casu non est spes breuis vacationis, adducit aliud exemplum de iudice, qui si deficiat de iure vel de facto, uel adiri non possit excercitiū iurisdictionis suæ, ad alium deuoluitur etiam inhabilem. ca. eos. de tempo. ordi. hoc lib. & l. ait prætor. § si debitorem. ff. de his q uæ in fraudem credi. Idem quod no. Car. consi.

3 cons.54.num.6.lite in causarum,quòd absentia longa† & mors æquiparantur ad hoc, vt quis censeatur impeditus, pro hoc adducit iura quæ videbis si placet.

b Est tenenda. Facit c.ad decimas.in fi.s̄.de restit.spolia. hoc lib.& l.suus quoq;.§.puto.in fi.ff.de hæred.insti. Et di cit Bal.in l.si tutor.in fi.C.de ser. pigno. dat. manu. quòd 4 † regulæ iuris sunt tenaciter obseruandæ, nisi in contrarium appareat exceptio, vel dispositio specialis.refert Ias. in l.fi.sub nu.4.C.de testa.

¶Bonifacius Octauus. Cap.XXIII.

Cum quis absq; tuo mādato manus inijciat in clericū &c.

SVMMARIVM.

1 *Iam factum ab alio,me adhuc non obligato,me non obligat.*
Mandans, a quo tempore,an a tempore mandati, vel facti mandati,executione obligetur.
Sine culpa, pœna non infligitur.
2 *Gestum nomine meo per me non purgatum cum scio, illud mandare videor,& hæc est ratihabitio præsumpta.*
3 *Ratihabitio obligat, vt hic.*
4 *Licet in obligatione conditionali non sit debitum, est tamen in debitum iri.*
In contractibus initium contractus est considerandum.
5 *Lex loquens in delictis nunquàm posuit verba de retrotrahi, sed posuit verba de mandato comparari.*
6 *Incunctanter dicitur, id est, sine mora.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Regula ratihabitio, habet etiam locum vbi speciale requiritur mandatum.*
2 *Ratihabitio valet etiam parte absente, prout confessio procedens ex mera voluntate.*
3 *Excommunicatorum participatio quando sit permissa.*
4 *In iuramento semper excipitur legitima causa.*
5 *In male promissis restringe fidem, & in turpi voto muta propositum.*
6 *Excommunicato an possit,aut debeat solui quod sibi est debitum, vide hic.*
7 *Participans videtur socius criminis.*
Confessio socij criminis, an sit sufficiens ad torturam.
8 *Vt testis faciat semiplenam probationem, quid requiratur.*
9 *Ratihabitio retrotrahitur ad principium.*
10 *Volens agere ratione contractus reciproci, facit, vt hic dicitur.*

CVM QVIS. Ista Decret.duo dicit,quorum quodlibet euidenter probatur.ȷ̄.hoc lib.de reg.iur. c.ratū. & c.rati.[absq;] magis cum mandato.s̄.eo. mulieres. §.fi. vbi indistinctè no.quod hic distinguitur [incurris.] Sed a quo tempore, videtur propter literam sequentem, cū a rati a &c. propter verbum,incunctanter,quod a tempore iniectionis. Dic contra, vt non teneatur nisi a tempore b ratihabitionis b veræ vel præsumptæ, & hoc liquet ex litera præcedenti, si hoc ratum &c. quæ est factum cum alijs, ex quo iuris responsio datur, sed litera quæ sequitur cum rati &c. non mutat factum, ex quo ius redditur, sed dicta litera ad ius conditum est argumentum, seu color.argu.ff.de offi.proconsul.& lega.l.obseruare.§.vltimo. 1 & ff.manda. l.si verò. §.si post. Quia † iam factum ab alio (me adhuc non obligato) me non obligat. vt 1. respon. d.§.sed illud mandem esse meo periculo, iam sum astrictus non ex primo actu, sed secundo, vt 2. respon. d. §. Sic & hic ille, qui verberat sine mandato meo, non obligat me inuitum, vnde demum me ratum habente obligor ad id quod mandare potui,vt d.l.obseruare.in fi.

¶Et constat quòd ante ratihabitionem iste ratum habens non est obligatus maleficio, ergo nec pœna excōmunicationis, quæ debetur propter malefactum. Nam non potest esse excommunicatus sententia iuris, nisi ꝓpter maleficium præcedens, aliàs sine culpa infligeretur, quod esse non debet.s̄.de constitu. cognoscentes, & hoc liquet in hac materia.

¶Participo cum P.excommunicato sine maleficio, vt quia ipsum ad correctionem induco,& verba salutis sibi c prædico, non sum ligatus. c s̄.eo. 1.respon.in prin.& c.cū voluntate.1.respon.

¶Sed quare tenetur iste ipsa ratihabitione? dic quòd d videtur participare d criminoso in crimine, factum eius nomine gestum approbando.arg.s̄.eo.nuper.§.1. & C.de incest.nup.l.cum ancillis.& C.de deserto.& occult.eo.l.1. lib.12.& hæc iura sunt arg.contra.§.seq.

Sed dic vbi procurator meus faceret, licet ad hoc non haberet mandatum ex quo scio,& nō purgo,teneor. arg. s̄.de offi.delega.cum olim.1.& s̄.vt lite non contesta.c.1. 2 in fi.& d.l.1.de deserto.& d.l.cum ancillis. Quia † gestum nomine meo, per me non purgatum cum scio,illud mandare videor, & hæc est ratihabitio præsumpta, vt 2. q.1. nomen.& d.c.cum olim.

Idem vbi prohibere possum iniectionem,& non ꝓhibeo.s̄.eo.quantò.etiam si non sum in potestate constitutus.vt s̄.eod.dilecto. Idem si ratum habeo nomine meo gestum,vt hic. Et sic fuit diffinitum in facto Archiepiscopi Lugdunen.contra Regem Daciæ. Sed si non est gestū nomine meo, non astringor, vt in d.c.nuper.& in cap.si concubinæ.ille principalis nomine suo commiserat non alieno, propter quod est ligatus excommunicatione,vnde participans isti in crimine, crimen auget, & per consequens pœnam. Sed ratum habendo simpliciter non augeret crimen per consilium, auxilium, vel fauorem, licet excommunicationes multiplicet.arg.ff.de vi & vi arma.l.1.§.quotiens.C.de accusa.non ideo.

¶Et dic ad argumentum ratihabitio &c. verum est ꝙ ratihabitio retrotrahitur,vt ratum habens obligetur non 3 † ex tunc quod delictum est perpetratum per facientem. e Sed ex e nunc quod incipit ratum habere vere vel præsumpte, vnde non sic est in obligatione conditionali,in qua est perinde conditione existente,ac si ab initio esset purè contractum.ff.qui potio.in pigno.hab.l.potior. Et est ratio,in obligatione † conditionali, licet non sit debitum, 4 est tamen species in debitum iri. Insti.de verb.oblig. §.ex conditionali. vnde non est mirum si reducatur ad tempus quo obligatio facta est, cum in contractibus ipsum initium actus sit considerandum.ff.de verb.oblig.continuus.§.cum quis.

Sed vbi aliquid alium nomine meo verberat non sum aliquo modo obligatus tempore iniectionis, sed tempore quo ratum habeo,tunc demum obligari incipio. Et fg ideo incipio pro nunc, f non pro tunc. g arg.ff.de neg.gest. si ego.

¶Vnde quando est in præcedentibus aliquale præsagium obligationis quoquo iure,dico ratihabitionem retro trahi,vt video in obligatione conditionali, (vt est dictum) seu in prorogatione de re ad rē.vt in c.cum olim. ibi enim iam nata actio poterat prorogari, sic loquitur. C.ad Maced.l.filius.& C.de donatio.inter vir. & vxo. donationes,vbi est expressus text. Nam iure communi inspecto,tenebat quod fiebat, licet consideratione personarum contrahentium,habita speciali prouisione, aliud sit inductum.

¶Sicut video in iuramento præstito super alienatione dotis,ꝙ inueniens ius commune, in quo sistat, licet inspectis terminis contractus sit reprobus, valet quod agitur.s̄.de iureiur.cum contingat.secus est in præsenti casu. In quo tēpore iniectionis nullo iure vel modo ego post ratum habens sum ligatus.

5 ¶Et ob hoc lex loquens in delictis † nunquàm posuit verba, de retrotrahi, sed posuit verba,mandato comparari.vt in §.quotiens.in quo ratum habens post tempus deiectionis nullo iure vel modo erat astrictus, vnde videtur ꝙ dicta verba malè fuerunt posita, possunt tamen saluari, vt dicatur ratihabitio retrotrahi, vt ratihabitio sequuta a primo gestum nomine meo, mandato comparetur, vt hæc duo copulata mandato æquiparentur, non pro tunc, sed pro nunc, & ista copulata me non arctant. vt 2. respon.

¶Vel dic ratihabitionem retrotrahi, vt ratificatio respiciens gestionem nomine meo factam præcedere, hic respectus habitus de ratificatione ad gestionem præcedētem operatur, vt me ratificantem obliget, scilicet pro nunc,non pro tunc.

Et per hoc respondeo ad verbum,incunctanter, vnde dic incunctanter post ratihabitionem veram vel præsumptam.

6 ptam. Et dic † incunctanter, id est, sine mora arg. ff. de admi. tuto. l. qui repertorium. §. 1. vel indubitanter, quia cũctari, idem est quòd morari vel dubitare, & vtroq; modo accipi potest. 9. dist. noli. s. de his quæ fiunt a maio. parte. capi. c. 1.

ADDITIONES PROBI.

a CVM RATI. Regula † hæc habet etiam locum in 1 casibus in quibus requiritur speciale mandatum. vt in text. nostro comprobat Alex. consi. 146. col. 1. in causa & lite vol. 5. & ibi vide quæ latissimè tractat de ratihabitione, etiam in matrimonio.

b ¶Ratihabitionis. Valet etiam † parte absente. probat 2 glo. vbi Bart. in l. Pompo. la 1. in ver. pendeat. in fi. ff. de nego. gest. quæ glo. reputatur singu. secundùm Lanfranc. in c. quoniam contra de proba. ꝙ quando confessio dependet ex mera voluntate loquentis, valet, facta etiam parte absente, intentum firmat Alex. consi. 136. in fi. viso instrumento. volu. 6.

c Non sum ligatus. Dic ꝙ † hoc in casu & alijs. in c. cum 3 desideres notatis per Scriben. s. hoc titu. & in c. quoniam multos. 11. q. 3. permissa est excommunicatorum participatio. aliàs regulariter non, quia eis communicare non debemus, sed eos vitare, vt habetur. 2. Reg. c. 13. eijce vniuersos. scilicet excommunicatos a me. & ibidem eijce hanc a me foras, & claude hostium post hanc.

Et si fabulose loqui liceat, sicut Vulcanus facie turpis, e cœlo in terram fuit proiectus. Ouid. lib. 4. Metha. Sic excommunicatus a Cœlo in Infernum deijcitur.

Adde præterea casum notabilem in quo licet cum excommunicato cõmunicare, videlicet si quis iurauit soluere cuipiam ad diem, & ante diei euentum creditor excommunicetur, eo non obstante, debet soluere excommunicato in termino debitum, licet is non possit agere. c. pia. s. de exceptione. hoc lib. & hoc vt euitetur periuriũ. Ista fuit sententia Innoc. & Abbat. antiqui. in c. inter alia. s. hoc titu. & Inno. in c. veritatis. col. 2. s. de dolo & contu. dicens quod si aliter diceretur, sequeretur ꝙ Ecclesia machinaretur fraudes vel mendacium, quod esset absurdum & ꝙ alius puniretur quàm excommunicatus, quia incurreret periurium.

Panor. tamen. in d. c. inter alia dicit ꝙ hoc in casu debet deponi pecunia in ede sacra, tamen idem Inno. in c. fi. s. de hæreti. sibi contrarius dicit posse dici nullum debitum ei solui posse.

Hanc contrariam partem ꝙ non debeat solui conprobare possumus, & ꝙ præterea non incurrat periurium.

4 Primo quia † in iuramento semper excipitur legitima causa. l. fi. ff. qui satisd. cog. sed hoc in casu superuenit legitima causa iuris, videlicet interdictio de nõ participãdo.

Item debet intelligi si res in eodem statu permanserit. c. quemadmodum. s. de iureiur. sed excommunicatus se reddit talem, vt licite sibi non possit soluere. ergo res in eo statu nõ perseuerat, & in hoc residet Panor. in d. c. veritatis. nu. 39. dicens id procedere etiam si promissio fuerit facta durante excommunicatione, etiam cum iuramento, quia illud fuit illicitum si cogitauit se soluere illo tempore, quia obligat se ad peccatum, scilicet ad communionem iure prohibitam. Hinc dic succedere vulga-

5 tum, † in malis promissis rescinde fidem, & in turpi voto muta propositum, impia enim est promissio quæ scelere adimpleretur. 22. q. 4. In malis promissis. facit. c. 1. de iureiur. s. hoc lib.

¶Fatetur tamen idem Panor. vbi. s. id non procedere quando excommunicatus multum indigeret, quia tunc 6 cum possumus † ei dare eleemosynam causa humanitatis, multò fortius quod sibi debitum est soluere.

Non procedit etiam quando dilatio & suspensio solutionis redundaret in damnum debitoris, quia hoc casu sit solutio cum ipsa excommunicatio debeat soli excommunicato nocere, nõ tertio, & in sui odium subtrahitur communio, & non tertij. Idem Panor. consi. 60. in 1. par. quod exorditur, quoniam satis abunde.

d Participare. Et sic † videtur socius criminis, de quo vi- 7 de per Alex. in consi. 89. colum. 2. viso themate. vol. 3. vbi quærit an concessio socij criminis sit sufficiens indicium ad torturam cõtra socios, & arguit ad partes concludens non sufficere hanc solam confessionem, quia non facit semiplenam probationem, quæ ad minus requiritur vt possit procedi ad torturam.

8 Quod non faciat notum est, quia vt † testis in ciuilibus faciat semiplenam probationem requiritur ꝙ iuratus deposuerit, & citata parte, de cuius præiudicio tractatur. l. iurisiurandi. & l. si quando. C. de testib. & quod sit omni exceptione maior Bart. in l. admonendi. ver. venio ad tertium. ff. de iureiur. alleg. not. per glo. in l. etiam matris. de proba. ff. & c. fi. s. de iureiur.

Sed socius criminis non est maior omni exceptione, quando agitur criminaliter. glo. in l. si filium. C. de liber. cau. probatur. in c. 1. de testib. hoc lib. vbi dixi. Et sic solũ facit præsumptionem, seu speciem probationis, quem appellamus indicatiuam, quæ dicitur esse minus, quàm semiplena probatio.

e Ex nunc. Vide quæ in simili de legitimatione dicit Soci. consi. 226. col. pen. quod incipit quæstio præsentis cõsulta. & istud est contra regulam hanc, quia ratihabitio 9 † trahitur retro ad principium. l. fi. C. ad Macedo. l. licet. ff. de iudic. tamen etiam fallit quando tempore ipsius principij non potuisset ipse actus explicari, sed bene potuisset explicari tempore ratihabitionis, quia tunc ratihabitio benè facit actum valere ex tunc, sed non trahitur retro ad principium temporis, quo actus ille explicari non potuisset. Ita probatur. in l. obseruare. §. fi. ff. de offi. proconsul. per quem tex. istam doctrinam colligunt Iacob. Butti. Bart. & Bald. Ibidem quos sequitur & refert Alex. consi. 232. nu. 6. ponderatis his. vol. 6.

f Pro tunc. Vide de clausula ex nunc prout ex tunc. &c. per Alex. consi. 83. col. 3. visa. vol. 2.

g ¶Pro nunc. In simili potest poni exemplum, videlicet 10 in contractibus reciprocis, quia vt † priusquàm in eis audiatur, & dicantur natæ actiones, oportet primò ꝙ volens agere, ex parte sua impleat, & illud quod oportet offerat contrahenti secun. l. Iulianus §. offerri. ff. de actio. empt. Et hac de causa tenet ire ad domum creditoris, & realiter offerre, vt sic sibi ex parte sua competat actionis exercitium, vel ipsa actio nascatur. l. 1. C. de cõdi. insertis. not. Bart. in l. Item illa. ff. de consti. pecu. & si recusat recipere, tunc debet coram testibus obtestari, & demum adire iudicem, & pecuniam deponere & consignare. l. acceptam. C. de vsur. & l. qui. 10. & l. si soluturus. ff. de solutio. no. in d. §. offerri. Et sic non sufficit dicere paratus sum soluere. Quia actus realis vel reali proximus non debet esse remotus a re. Ideo talis verborum prolatio non habet vim solutionis vel oblationis, nisi res sit in conspectu. l. si prius. ff. de distractio. pigno.

Bonifacius Octauus. Cap. XXIIII.

¶Alma mater Ecclesia, plerunq; nonnulla &c.

SVMMARIVM.

1 *Natura humana quodammodo labitur ad delicta.*
Omnis etas ab adolescentia prona est ad malum.
Mortis articulus dicitur semper exceptus.
2 *De eo in quo aliqui commiserunt, fructum habere non debent.*
3 *Qui non interest officio stipendium non recipit.*
4 *A qua hora dies inchoatur.*
5 *Dies dicitur vt hic.*
6 *Generale verbum, arctatur propter regulam.*
7 *Celebrans in Ecclesia interdicta a iure vel ab homine, irregularitatem incurrit.*
8 *Priuilegium concessum religiosis est datum collegio, & non singulis.*
9 *Gratia generaliter facta minoratur secundum quod personæ, quibus est facta gratia, meruerunt minorem.*
10 *Gratia effusa plus & minus affluet, prout subiectum gratiæ plus & minus rei affluenti se aptabit.*
11 *Recipiens de diuinis munificentijs, vberius diuinis beneplacitis se coaptet.*

SVMMARIVM.
Philippi Probi.

1 *Quantò plus crescit puella, tantò plus in ea est impendendum.*
Sacrilegij genus est maius, quantò persona passa maior est.
2 *Omnis iustitia est æqualitas.*

3 Secundum

3 *Secundum quantitatem contemptus mensuramus quantitatem reatus.*
4 *Quantò quis est maior, tantò debet esse virtuosior.*
5 *Insordescentes qua pœna veniant puniendi, vide hic.*
6 *Perseuerantia quando faciat quem de crimine conuictum.*
7 *Clausula vt criminosus non possit beneficia resignare, hic describitur.*
8 *Impetrantur beneficia quæ symoniaci & hæretici obtinebant, priusquam fiat sententia declaratoria.*
9 *Insordescenti literas apostolicas impetranti, non opitulatur clausula describi solita in bullis apostolicis, teq; a quibusuis excommunicationis &c.*
10 *Dolus vel malitia iudicis, non obest partibus.*
11 *Dictio, per, continuationem denotat.*
12 *Annus possessionis debet esse continuus, non interpellatus.*
13 *Vxor excommunicati potest dotem repetere, si cum eo non vult cohabitare.*
14 *Quantò quis perseuerat in peccato, tantò magis est puniendus. Pluries delinquens in eadem muliere, tenetur ex multiplici fornicatione.*
15 *Pœna capitis pro adulterio imponitur.*

ALMA. Hæc Decre. habet. 7. partes. Primò præmittit procemium ad dicenda. Secundò. §. [Sanè] concedit sacramentum pœnitentiæ tempore generalis interdicti, tam sanis quàm infirmis in subsidium humanæ fragilitatis exhiberi, excommunicatis exceptis. Tertiò & Quartò. §. [illis.] & §. [nec tunc] dictum præcedens arctat. Quinto. §. [adijcimus] dat modum celebrandi in Ecclesijs & monasterijs tempore generalis interdicti. Sextò. in §. [in festiuitatibus] quibus festiuitatibus liceat celebrare, ac si non esset positum interdictum. Septimò. §. [cęteris] mandat omnia circa obseruationem interdictorum a suis prædecessoribus instituta in suo robore perdurare, quouis priuilegio non obstante [commutat.] 63. distin. §. verum. s̄. de decimis, suggestum. ff. de vulga. & pupi. substi. l. ex facto. §. 1. & 2. [interdicto] generali de quo habetur. j̄. titu. ptoxi. cum in partibus [exceptis] sicut baptisma paruulorum, pœnitentiæ morientium, confirmationes puerorum, consecratio corporis Christi certis diebus. s̄. de spons. non est. s̄. eo. respon. §. 1. & c. permittimus. & c. quoniam [homine.] s̄. de sponsa. non est [a iure.] s̄. hoc lib. de vsur. c. 1. s̄. hoc lib. de poe. c. vlti. in fi. [sed etiam viuentes] nouum ius [ad peccandum] humana natura
1 † quodammodo labitur ad delicta. Auth. de mona. §. si verò is. colla. 1.

Et omnis ętas ab adolescentia prona est in malum. 12. q. 1. omnis ętas [mortis articulo] hic casus semper debet esse exceptus. s̄. eo. eos qui [concedendum] nam de eo
2 † in quo commiserunt, fructum habere non debent. ff. solu. matri. l. si ab hostibus. §. 1. & s̄. hoc lib. de hæretic. vt commissi. in fi & c. decernit. [interdicti] quia pp̄ter istos non est interdictum potum, vnde eis sufficere debet iniunctio pœnitentiæ salutaris, vt subijcit [non adessent]
3 nam † si modico nō possunt sustinere, officio interessendo, dignum est vt stipendium non recipiant, quod datur propter officium. s̄. de appella. c. pastoralis [celebrentur]
4 sed quæro a qua hora † dies inchoatur, & videtur ꝙ a vespera. in vesperam. s̄. de fer. c. 1. & 2.

¶Dic contra quia. j̄. dicitur præfatis diebus, & sic verbum, festiuitatibus præcedens ad dies prædictos refertur,
5 & dies dictus a dia † quod est clarum, mane & vesperum comprehendit, iuxta illud, factū est vespere & mane dies vnus. s̄. de offi. delega. consuluit. Auth. de iudicib. §. sedebunt. colla. 6.

Et dic ad argumentum contra, quod illud habet locū regulariter, vt quando quis habet ordinem, & ordinis executionem, sed hic habens ordinem non habet ordinis executionem, propter interdictum & laxando interdictum vt hic, non dicam laxatum nisi expresse sublatum, & generale verbum, † arctabo, propter regulam quę
6 est contra. C. de appella. l. præcipimus. in fi. s̄. hoc lib. de præben. is cui. ff. de regu. iur. l. 1. & s̄. de priuileg. vt priuilegia. §. illud.

Sed pone ꝙ monachus celebrat missam peculiarem in vna Ecclesia interdicta, nunquid est irregularis? dic ꝙ sic, quia regula est quòd celebrans in Ecclesia interdicta
7 † a iure vel ab homine, irregularitatem incurrit.[a] s̄. hoc
a lib. de priuileg. Episcoporum. & c. cum inter. s̄. de consuetud. Sed fallit in casibus hoc. c. expressis & notatis.

Nec obstat hoc. c. quod loquitur in missa conuentuali non peculiari, quod apparet per distributiones, quæ hic
8 mandantur dari, vnde priuilegium † concessum religiosis est datum collegio non singulis, sed illud ad Episcopos est extensum. s̄. de priuileg. nonnullis. & d. titu. hoc lib. c. vlti. & d. c. perpendimus, est speciale in hoc casu ibi expresso, ergo contrarium erit ius commune. s̄. de electio. licet. in fi. & d. titu. hoc lib. c. indemnitatibus. in fi. ff. ad municipa. l. 1. [exclusis] isti non debent interesse diuinis. s̄. eo. c. is qui [admissis.] Sed contra. s̄. eo. §. proximò. hic est maior relaxatio quàm ibi vt ibi liquet ex tex. vtriusq;. §. [appropinquent] Ex prædictis ergo nota quòd gratia
9 † generaliter facta, minoratur secundum quod personæ, quibus est facta gratia, meruerunt minorem, ergo a contrario, gratia generaliter facta magis in personis dignioribus abundabit.

10 Et est ratio præmissorum, gratia † effusa plus & minus
b affluet, prout subiectum [b] gratiæ plus & minus rei affluēti se aptabit. arg. ff. de dona. filiusfa. §. 1. ff. de vsu & habita. l. plenum. §. 1. & §. equitij. & de lega. 1. si seruus plurium. in fi. ff. de iudic. l. sed & si susceperit. & ff. de auro & arg. lega. l. Titia. §. fi. no. 16. q. 1. c. possessiones.

11 Plus igitur capiens † de diuinis munificentijs, vberius
c diuinis beneplacitis se coaptet [c] [cęteris] hoc. §. multa priuilegia sunt cassata.

ADDITIONES PROBI.

a INCVRRIT. Quæ si incurratur ex contemptu clauium, siue surgat, est maxima & grauis, quæ non tollitur quantumcunq; irregularitas sit occulta, sed necessaria est dispensatio Papæ. Freder. consi. 220. colum. 2. veritatis amica.

b Subiectum. Pro quo glo. fi. in l. cum vnus. ff. de alimen.
1 & ciba. lega. ꝙ quantum plus † crescit puella tanto plus est in ea impendendum. vide Ioan. Mona. s̄. in c. fœlicis. de poe. vbi dicit ꝙ sacrilegij genus est maius, quantò persona passa maior est. l. 2. & 4. ff. de re milita.

Pro his facit etiam quod no. idem Ioan. Mo. in d. c. fœlicis. dum dicit ꝙ species distributiua iustitiæ fit secūdum
2 dignitatem illorum quibus distribuitur, quia † omnis iustitia est æqualitas.

Item mensura & mensuratum debent esse ęqualia sicut relatiua, quæ posita se ponunt, & perempta se perimunt, testatur idem Io. Mo. vbi s̄. ad idem Io. de Ana. c. sicut. col. 1. de homici. dum dicit, ꝙ secundum quantitatē
3 † contemptus mensuramus quantitatem reatus, pro quo glo. magistra secundùm Barba. in c. sanè. 2. s̄. de offi. deleg. in c. cum quidam in ver. dignitate. s̄. de iureiur.

4 Quantò † enim quis est maior, tantò debet esse virtuosior. l. digna vox. C. de legibus. Barba. in proposito. consi. 1. col. 7. in 1. volu. Vide Hostien. in c. ea quæ. col. 2. s̄. de statu regu.

¶Et priusquam egrediar punctum rubri, habeo finaliter discutere vnum satis frequens. videlicet de insordescentibus, id est, de his qui per annum & vltra excōmunicatio-
5 nis sententiam sustinent, & qua † pœna veniant puniendi. breuiter dicito hos varias pœna mulctari siue infligi. Primo habeo quòd talis insordescens ratione contumaciæ super crimine hæreticæ prauitatis, aut alio priuationem ipso iure inducente, beneficijs censetur priuatus. arg. no. in c. excommunicamus. 1. §. qui autem in ver. condemnentur. s̄. de hæretic. in antiq. glo. in c. cum contumacia. ver. vehementem. eo. hoc lib. vbi Franc. post alios. alleg. glo. in c. rursus. 11. q. 3. in ver. rursus. in fi. quæ dicit illud. c. habere locum in criminali, quod etiam fatetur glo. in c. contingit. in ver. non potest. s̄. de dolo & contu. firmat Car. in c. perpendimus, in repe. sub num. 26. ver. quæro incidenter. s̄. hoc titu. & latius in proposito. in d. c. rursus. col. 2. dum dicit distinguendum, quòd aut causa pro qua excommunicatur est digna priuatione beneficij ipso iure & perseuerantia in excommunicatione per annū erit priuatus ipso iure.

¶Aut est digna priuatione per sententiam, & tunc per lapsum anni non erit priuatus ipso facto, sed opus est sententia.

¶Aut

Aut illud delictum, pro quo fuit excommunicatus nō inducit priuationem ipso facto, nec dat facultatem priuandi, quia paruum est respectu priuationis, & tunc non erit priuatus per lapsum anni, nec priuari debet, sed imponetur pęna arbitraria, ac si verè fuisset cōfessus, ex quo noua pœna pro isto delicto non est in iure expressa alias si expressa est in iure, illa imponetur. arg no. per Io. Mon. in c. cupientes. sub num. 74. & ibi dixi. s̄. de electio. facit gl. vulga. in c. fi. s̄. de iure patro.

Et attende ad Archid. in d.c. rursus. vbi dicit ꝙ ea, quæ diximus in excommunicatione, habent etiam locum in suspensione. arg. c. cum bonæ. s̄. de æta. & qualita. intellige si ratione dicti criminis descendat. Et subdit ibidem ipse Archi. quem sequitur Domi. & ante eos Innoc. in d.c. cū bonæ. quem etiam alij communiter sequuntur ꝙ super beneficijs amplius non audietur cum ipso iure fuerit priuatus. probat text. in d.c. rursus. in fi. & in d. cap. cum bonæ. ibi, aliquatenus retinere, & ibi, spoliare, quę sunt verba priuationem denotantia. vt ibi probant Scrib.

6 ¶Et hæc perseuerantia † operatur istud, quia habetur pro conuicto. Card. vbi. s̄. post glo. & Doct. in d. cap. cum contumacia. & in d. §. qui autem. Panor. in cap. veritatis. num. 4. s̄. de dolo. tex. in auth. Gazaros. l. de hæreti. C.

¶Si autem excommunicatio annalis resultaret ex crimine quod priuationem ipso iure non induceret, vt potè homicidium, & similia. tunc solum habetur pro conuicto & confesso, & veniret puniendus per sententiam, prout si esset duntaxat homicidium, vel aliud crimen, & non excommunicatio annalis, vt non plus operetur additum quàm id, cui additur. quod firmatur per s̄ primo dicta vbi crimina ipso iure priuant a beneficijs. ergo & excommunicatio quæ ex ipsis descendit. & hoc comprobat theorica iuris, quam citat Ioan. Mon. in c. dispendia. s̄. de rescrip. & in c. quamquàm. s̄. de electio. & ibi dixi, ꝙ eadem est ratio principalis & additamenti, & ante hanc sententiam non poterunt beneficia impetrari, quominus possint resignare & illis cedere. citat latè Barth. de Chassa. consi. 44. num. 22. alleg. Felyn. in c. in nostra. col. 3. s̄. de rescrip. vnde tamen quæ dixi in c. ad Apostolicæ. in ver. depositioni. s̄. de re iudica. nisi per Papam apponatur clausula probatoria, quæ solet sic confici sub corpore supplicationis. Et cum decreto & declaratione quòd † si d. N. metu priuationis ductus postquàm citatus fuerit parochialem ecclesiam prædictam in alterius quàm dicti oratoris fauorem etiam in manibus vestris resignauerit, resignatio huiusmodi in fauorem oratoris facta sit & esse censeatur, pro quo vide Domi. consi. 105. ad supplicationem.

7

Et attende, quia cuilibet petenti non datur, ideo vanū est impetrare beneficia per priuationem vacatura nisi obtenta ipsa clausula quæ etiam non suffragatur in Gallia, quia est reseruatio in corpore iuris non clausa, ideo in Gallia non sumit vires, prout diximus latè in c. præsenti. s̄. de offi. ordi. quod nota.

Quod licet etiam dicamus in crimine hæresis sententiam declaratoriam requiri. c. cum secundùm leges. s̄. de hæreti. hoc lib. latè Fely. in c. cum non ab homine. col. 4. s̄. de iudic. & in c. Rodulphus. ver. sed declaratoria. s̄. de rescrip. latè tangit Aegid. Bellam. conclu. 689. proxima cō-

8 clusio, attamen in hoc † casu, vel in crimine simoniæ fit impetratio ante declarationem, cum hæc sententia talē non dicat eum priuamus, sed priuatum ipso iure diximus. facit glo. in ver. iusto. in c. commissa. s̄. de elect. hoc lib. Docto. in d.c. cum secundum leges. not. Franc. in c. cum qui. §. insuper. num. 4. s̄. de præben. Card. in Clem. constitutionem. de electio. text. & ibi Scriben. & in cap. inter cęteras. s̄. de rescrip.

¶Si autem in excommunicatione per annum ratione contumaciæ pro causa ciuili incursæ stet, modo est pripriuandus. probat glo. in d.c. contingit reputata sing. per Rom. sing. 305. de hoc heri fui interrogatus. ad idem Frāc. in d.c. cum contumacia. in fi. de hæretic. hoc lib. qui dicunt etiam si staret per mille annos, quia nunquàm habetur pro conuicto in illa causa ciuili, ergo non venit priuandus cum illud habeatur pro ratione. vt s̄. diximus. & ista est communis.

¶Contra tamen istud habes remedium in praxi. quia elapso anno instante Episcopi promotore, seu fiscali procuratore insordescens citabitur respōsurus super quibusdam articulis, fidei negocium tangentibus, & istud est in in specie, & exprèssè poni debet in citatione. gl. in d c. cū contumacia. ꝙ si non compareat, sed per alium annum adhuc virtute excommunicationis huiusce secundæ contumaciæ procedente insorduerit, tunc priuandus est ipso iure, vt diximus in primo casu de hæretico, quia talis est suspectus de hæresi, & male sentit de fide, ac sacramentis ecclesiæ, & illius potestate non satisfaciendo eius præceptis. c. omnis. s̄. de pœniten. & remis. ita sentit decis. capel. Tholos. 465. & ibi Aufre. item in anno Domini. 1396. Fel. in c. Apostolicę. s̄. de excep. ita debet intelligi dictū Cępo. cautela. 80. in fi.

9 ¶Et per hæc & alia, quæ latius pro intento deduci possent habeo ꝙ † insordescenti literas Apostolicas impetrāti, hoc non expresso clausula, teq; a quibusuis excommunicationis suspensionis & interdicti alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequēdum harum serie absoluentes & absolutum forę censentes, in aliquo non suffragatur, quod declarauit Inn. VIII. in suis regulis. quod latius firmat Benedict. in c. Raynutiꝰ. in ver. mortuo el 1. num. 290. s̄. de testa. ratio videtur vrgens, quia talis videtur peccare sub spe veniæ, & sic grauius peccat, ideo grauius puniendus tamquàm committens in legem.

Pro quo vide quæ in simili tradit Do. in consil. 106. in col. 2. super dicto dubio.

Ex præmissis etiam habeo requiri ad effectum præmissorum, quòd huiusmodi excommunicationis sententia animo indurato & pertinaci substineatur. probat tex. in d. c. cum contumacia. ibi, pertinaci. quòd licet ex verbis non appareret, tamen ex mente Principis & iurium id resultat, a qua sumunt quilibet iuris actus effectum, & ab intentione. dixi in c. 1. s̄. de conces. prēb. maximè excommunicationis sententia, vt etiam latè deduxi. in c. fi. in 3. quæsito. s̄. de const. ideo idem dicendum de ipsa insordescentia per ea quæ. s̄. diximus de additamento.

¶Ex quo infero post Franc. in d.c. cum contumacia. ꝙ si intra annum instaret excommunicatus pro habenda absolutione, non haberent locum huiusmodi pœnæ priuationis & aliorum ex insordescentia descendentium.

10 Hinc est † ꝙ si dolo vel malitia iudicis aut partis aduersæ tergiuersantis non potuit suam habere absolutionem intra annum, ei non imputabitur ad pœnam, per ea quę not. per Scriben. in c. pastoralis. s̄. de appella. vide quæ dixi in c. pia. in ver. dic ꝙ sic. s̄. de exceptio.

Etiam infero & secundo post eundem Franc. ꝙ annus iste debet esse continuatus non ex diuersis & interpollatis diebus & mensibus cumulatus. probatur istud ponde-

11 rando dictionem, † per, quæ continuationem denotat omnimodam. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. oblig. l. 4. ibi, permanserint. ff. de conditio. insti. vbi Bald. dicit quòd dictio, hæc, per, iuncta tempori tempus continuum esse significat. ita in proposito dicit glo. regu. cancella. 33. colum. 3.

Facit in simili quod in iure nostro citatur plerisq; in lo-

12 cis a Scriben. quòd si quis † ingressus religionem stetit per sex menses, a qua postea est ingressus, & tractu temporis iterum ingreditur, in qua remanet per alios sex menses, propterea non censebitur fecisse professionem tacitam, prout in c. 1. s̄. de reg hoc lib. quia illa duo semestria (vt annum integrum datum nouitijs ad probationem religionis faciant) non coniunguntur. no. Ias. in repe. l. admonendi. num. 266. ff. de iureiur. idem Ias. post alios. in l. si idem. in princ. ff. de iurisd. omn. iudi. Lap. alleg. 47. factum ita se habuit. vbi discutit de hac dictione, per, dixi in c. constitutionem. s̄. de regula. in ver. annum.

Postremò pro themate possumus adducere, quæ citat

13 Alex. consi. 26. col. 1. viso & diligenter. vol. 6. quòd † si excommunicatus in excommunicatione & contumacia perseuerat, eius vxor nolens secum cohabitare, potest dotem repetere. mouetur per l. j. C. de repud. & sic quia tunc si mulier cum viro non habitat procedit a culpa mariti, ideo mulier potest dotem repetere. de quo meminit idē Alex. consi. 78. num. 4. viso & diligenter. volu. 5. vbi dicit istud fore dictum Io. And. in additio. ad Specu. titu. de donatio. inter vir. §. fi.

¶Se-

c ¶Se coaptet. Adde in simili per contrarium id quod 14 dici solet ꝙ quantò † plus quis perseuerat in peccato, tantò magis est puniendus: quod probo per ea, quæ singulariter dicit glo. in cap. inuitare. 6. q. 1. quam ibi insequuntur Guillel. Andega. thesaurarius. Archi. Domi. & Præpo. quòd pluries delinquens cum eadem muliere tenetur ex multiplici fornicatione, verum dicas in foro pœnitentiæ, secus in foro iudiciali, cum pœna huius fori non sit 15 reiterabilis, quia pœna † capitis pro adulterio imponitur. l. quamuis. C. de adult. ita dicit Bart. post glo. in l. vulgaris. ff. de furt.

De verborum significatione. Rub.

TRACTATO in superioribus de iuribus ante præsentem compilationem extrauagantibus, & de nouo editis expleto. s. hoc lib. in prooem. quia tamen circa iura huiusmodi quandoque dubia in verborum significatione emergunt, ideo post prædicta de verborum significatione annectit.

¶Et quia iure condito, & ipso interpretato in verborum significatione, ex hoc iuris regulæ eliciuntur. ff. de regu. iur. l. 1. ideo post hunc titulum ponitur rub. de regu. iur. & iste ordo hic & in antiqua compilatione. & ff. seruatur. cętera dic vt Azo, Hostien. & Gofre. in summis.

Innocentius Quartus. Cap. I.

Veniens & j. Per illa verba priuilegij, &c.

SVMMARIVM.

1 *In habentibus simbolum, vel conuentionem, facilior est transitus.*
2 *Papa est supra ius.*
3 *Actum super vno actu non obest in alijs causis vel speciebus.*
4 *Leges frequenti iudiciorum vsu & longa consuetudine probantur, sicut per dissuetudinem iura abierunt.*
5 *Subditus non potest contra Episcopum propriam libertatem præscribere, bene tamen libertatem alterius, & etiam proprij Episcopi.*
6 *Quando vtraque pars probat intentionem suam, iudex habet facere vt hic.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Benignior opinio est sequenda.*
2 *Priuilegium dicitur lex priuata, & non communis.*
3 *Rescriptum dicitur vt hic.*
4 *In dubio concessio facta a Principe, intelligitur sine præiudicio tertij.*
5 *Verba potius debent impropriari, quàm quòd tertio præiudicium inferatur, etiam si agatur de iure ad rem.*
6 *Sine causa quis iure suo non debet priuari.*
7 *Priuilegiati sub dispositione, quæ generaliter loquitur includuntur.*
8 *In minus differentibus est facilior transitus de vno ad aliud.*
9 *Iura ciuilia secundum leges, & iura canonica secundum canones debent interpretari.*
Verbum, sacrilegium, secundum quæ iura debeat interpretari, vide hic.
Statutum potius recipit declarationem ab alio statuto, quàm a iure communi.
10 *Monachi præponuntur parochialibus, vt hic.*
11 *Principes obligantur ex suo contractu sicut priuati.*
12 *Possessio probatur, vt hic dicitur.*
13 *Ex possessione de præsenti, præsumitur in præteritum.*
14 *Apparere debet de iure vendentis, etiam quo ad acquisitionem possessionis.*
15 *Quando ius est vsitatum non excusat, secus si sit inusitatum.*
16 *Lex debet conuenire loco & consuetudini patriæ.*
17 *Lex debet scribi secundum idioma populi cui dirigitur.*
18 *Lex & constitutio semper habent quandam implicitam conditionem.*
19 *Lex vt liget debet recipi & approbari vt hic.*
20 *Statutum ante receptionem, nullas vires habet.*
21 *Quis non potest esse subditus, & non subditus.*
Eadem res, prout eadem ratio, iure diuerso non debet censeri.
22 *A communi opinione aliquando receditur.*
23 *Doctores sæpe imitantur aues.*

VENIENS. & j. Quæstio vertebatur inter Episcopum Tiberiaden. ex parte vna, & fratres domus militiæ & hospitalis sancti Ioannis Hierosolimitani ex parte altera, super diuersis articulis inter cętera fratres ostenderunt duo priuilegia, vnum Alex. & aliud Lucij, & primũ interpretatur. 1. Respon. & secundum hoc hæc Decreta. habet quatuor partes. Primò ponit factum. Secundò decidit religiosos contendentes non esse exemptos ex iuribus priuilegij exhibiti, declarando quid clausula dicti priuilegij allegati operetur ibi, [per illa] & in §. [& ipsos.] Tertiò, diffinit ipsos religiosos certa capitula, seu articulos exemptionis habere, vt in §. [illum] & in §. censentes.] & §. [cęterum.] Quartò, decidit in alijs pro Episcopo & ecclesijs parrochialibus super alijs defensionibus & iuribus partium conseruandis protestando in §. in alijs [priuilegij] Alex. nobis ostensi, & ad defensionem fratrum exhibiti, & quæ erant hæc verba sequitur [in speciales] &c. vsque ibi [vos recipimus] sed nos Papa vos fratres per quæ dicebant se exemptos esse [declaramus] quod est. j. [dictos fratres] scilicet domus militiæ templi, & sancti Ioannis Hierosolimitani [non intelligi]. s. hoc lib. de priuile. si Papa. §. similiter. [ex illo] i. ratione illa sine consideratione, vel quasi dicat hoc est vtilitas & mens verborũ, [quod ab alio &c. [latere destinato] quis sit iste & quibus priuilegijs præ cęteris gaudeat. not. s. hoc lib. de offi. leg. c. officij [non valeant] s. hoc lib. de priuil. c. volentes. §. in in eos [hominum] hæc clausula determinare potest clausulam præcedentem & sequentem, quasi dicat si esset memoria ꝙ locus cultus fuisset, quàmuis semper fuerit in potestate Sarracenorum, non habet locum quod hic dicitur.

Item si nunquam cultus fuerit, tamen est memoria ꝙ semper christiani tenuerunt, similiter non habet locum. Ergo necessè est quòd non possit probari nunquam cultus, vel sub potestate christianorum fuerit ad hoc, locum habet istud priuilegium, quia hæc sunt connexa. s. de appella. inquisitioni. potest etiam determinare sequentem clausulam tantum, quasi dicat non extat memoria, quòd fuerit sub potestate christianorum, quamuis cultus fuerit a a Sarracenis, vltima expositio benignior [a] est respectu priuilegij s. de priuile. in his. Sed prima iustior, cum per hoc b priuilegium præiudicium [b] fiat [construendas] petita tamen licentia a sede apostolica. vt j. ver. quas in locis [plena] quæ ad legem diocœsanam, vt sequitur [diocesane] non iurisdictionis, quia duæ sunt leges. vt no. s. de offi. ordi. c. dilectus. [exigi] & hoc est primum quod operatur priuilegium hoc [quæ] scilicet Ecclesiæ [secundum] &c. quo ad loca & ciues inibi habitantes [interdicto] quo ad loca vel personas [excommunicari] quo ad personas tantum vt no. s. hoc lib. de senten. excommu. c. 1. §. & hæc eadem [supponi] & hoc est secundum, quod operatur priuilegium [quas] scilicet Ecclesias [potestatem] & hoc est tertium quod operatur priuilegium, aliàs contra de consecra. distin. 1. nemo. & in Auth. vt nullus fabri. ora. do. col. 5. [petita] quæ non negabitur, sicut. s. hoc lib. de censi. Romana. §. ꝙ si forsan & §. quòd si verò [per suos clericos] & hoc est quartum quod operatur priuilegium, aliàs contra. s. de insti. ad decorem. & de stat. regu. quod Dei timorem [idoneos] aliàs non debet recipi, sed poterunt Ecclesiæ (cum exemptæ non sint) per Episcopos de alijs clericis idoneis ordinari. s. de supp. negl. præla. c. 2. [Episcopis] scilicet diocœsanis [ab eis] s. Episcopis, sic. s. de priuileg. cum & plantare. § in ecclesijs. s. de præben. c. de monachis [plebes] quæ non exemptæ probantur, etiam si Ecclesiæ essent exemptæ [excolunt] de his non tenentur dare decimas, ideo videntur in hoc grauari. s. de deci. ex parte 1. sed statim releuantur in alio iuxta regulam. s. de parroch. c. 1. & ff. de iureiur. l. eum qui. in princ. [& alijs bonis] vndecunq; prouenia nt, dummodò sint licitè acquisita. s. de deci. ex transmissa [persoluant] sed in quo sunt c isti fratres in hoc priuilegiati [c] si debitum Episcopo, vel ecclesiæ parrochiali (de iure communi. s. de deci. quoniã. & c. dudum. & c. cum in tua. s. de præscrip. t de quarta. s. de offi. ordina. c. conquerenti) soluant alij, dico quòd imo, quia saltem Episcopo non soluunt, vel ecclesiæ parrociali,

chiali,& quia minus est soluere conuentibus sui ordinis, 1 quia † in habentibus simbolum vel conuenientiam facilior d est transitus.arg.supra de testa.cap.requisisti.§. secus autem est.

¶Sunt etiam priuilegiati in eo, ꝙ quartam vel tertiam iure sic debitam, vt dictis iuribus, etiam dictis cõuentibus, non exsoluũt [generalis.] supra de deci.nuper [possessionibus.] s.post concilium acquisitis, & quas ab alijs colendas recipiunt, & sic eorum sunt quo ad fructus, vel quas alijs tradunt colendas. Nam & de talibus ecclesijs parrochialibus decimæ sunt præstandæ. supra de deci. dilecti, & capitu. licet & ff. de excu. tuto. l. fina [vel alijs] de quibus magni redditus proueniunt, quamuis noualia sint, ita quod ecclesijs parrochialibus [nisi decimas perciperent] graue præiudicium generaretur.supra eo.quod per nouale [vel alijs] scilicet quas parrochiani possident quæ & ipsorum sunt quo ad maius dominium [iure cõmuni] vt s.no.[ecclesijs] parrochialibus e [& diocesano] epo sic. s.de testa.cap.fi.& c.officij [defensionibus.] i.præscriptione seu exceptionibus [iuribus.] s.cõmunibus vel specialibus, putà priuilegijs vel consuetudinibus.supra de exces.præla.accedentibus.s hoc lib.de priuileg.cap.volentes, in fine.

¶ Sed videtur quòd hæc stare non possint, siue agatur de defensionibus seu iuribus post sententiam acquisitis quæ non leduntur per iudicatum. supra de exceptio. cap. aduersario.ff.de exceptio.rei iudica.l. & an eadem. §. cũ partem & l.si rem meam,& l.sequen.quod concedo. nec etiam hoc stare videtur de defensionibus & iuribus competentibus tempore iudicati omissis.C. de transactio.sub prætextu. 1. C.de re iudica. sub specie.C. senten. rescindi non posse. l. 2.in fine. supra de re iudi. inter monasteriũ, & capitu. seq.

¶Sol.iura & defensiones prædicta, iure priuato inspecto, sunt sublata, vt in contrariis, secus iure publico inspecto, & ex causa protestationis hic defensiones & iura omissa conseruantis, arg.ff.de re iudica.impuberes. & diço hic solam protestationem esse iuris omissi conseruatiuam. f 2 Nam Papa † qui est supra f ius. supra de concessio. præben. proposuit sententiæ, quam tradit seu dat partibus,& legẽ quam vult imponit.arg.ff.de solu.l.1.1.Respõ. & C.eo.titu.l.1.

¶ Vel dic ꝙ hec potestatio non est hic iuris cõseruatiua, sed declaratiua,& hos effectus & alios habet protestatio, vt j̄ titu.1.in generali.

3 ¶Vnde distinguo, refert † aut est actum super certo capitulo vt hic,& tunc non obest in alijs causis, vel speciebus.argu.C.de transac.l. si de certa.& no. s. de transactio. c.1.bene tamen obest in aliis probationibus, vt iure communi videantur exclusæ, vt d. decreta. inter monasteriũ & aliis iuribus allegatis.

¶Si vero agatur in genere personali actione, vel reali, tunc absolutio obest in omnibus tam causis quàm probationibus, quia ius suum quodcunq; & vndecunq; videtur in iudicium deduxisse.ff.de exceptio.rei iudica.l.& an eadem.§.attamen in rem. C. de anna. exceptio.l.fi.s.hoc lib.de re iudica.abbate.

¶ Sed quæro quid incumbit episcopo & religiosis in hoc casu probare. Solu.episcopus videre debet diligenter gh si ius commune (quod est pro eo, possessione, g vsu, h vel 4 consuetudine) iuuetur. Nam † leges firmantur iudiciorũ vsu,& longa consuetudine probantur, sicut per dissuetudinem iura abierũt.C.de veteri iure enucle.l.1 §.sed si quæ leges.4.dist.§.leges.& §.& si legibus, debet etiam circumspecte videre si priuilegium inductum abrogat ius commune, vel derogat eidem,& hec differunt. ff.eo. tit.derogatur.& hoc capitulo distinguitur. Nam priuilegium hic productum ius commune prorsus non tollit, sed eidem derogat, certos articulos exemptionibus declarans.

¶Videat etiam si priuilegium sit pręscriptum.s.de priui.c.si de terra.& c.accedentibus. Et si pars religiosorum vult se iuuare priuilegio, sicut titulo dante causam præscribendi, sicut requiritur quando consuetudine. impugnatur ius commune.supra hoc lib.de præscrip. capitu 1. Et religiosus vult excedere metas priuilegij. In excessu rite repellitur.

¶ Verbi gratia, religiosus allegat priuilegium de libera sepultura, in qua poni semper cõsueuit salua canonica legitima illarum Ecclesiarum, a quibus corpora assumũtur.vt s.de sepult.c.certificari.si iste se velit iuuare contra canonicam legitimam præscriptione vel consuetudine, quia malam fidem habet, in quod excedit, non præscribit. j̄.de præscrip.veniens.j̄.tit.proxi.c. 2.

Videat etiam si priuilegium exprefsè non tollit ius cõmune, & si in alijs possit saluari, & si graue præiudicium affert, quia tunc non tollit.arg.C.de appella.l. præcipimus. in fi.s.de priuileg.pastoralis.& c.in his.& s.de decimis.c. suggestum.

Pars etiam religiosorum videat diligenter priuilegiũ, etiam si iuuetur consuetudine, quæ quandoq; interpretatur priuilegium.s.de consuetu.c.cum dilectus.Et si pri- i uilegium iuuetur i consuetudine firmante priuilegium. vt no.s.de præscrip.veniens.quia tunc præscribitur con- 5 tra ius commune.s.de rescrip.auditis. Nam † licet subditus contra ipsam propriam libertatem præscribere nõ k possit, k potest tamen præscribere libertatem alterius, & etiam proprij Episcopi.vt d.c.auditis.& c.non liceat.& de quarta.

6 Sed † quid si vtraq; pars videatur probasse de intentione sua? dic iudicem considerare quæ pas rationes efficaciores adducit, & cuius partis testes dicunt ea quibus po- l tius lux veritatis assistit l. vt s.de re iudic.suborta.& s.de testib.in nostra.Inst.de contra.empt.& vend.§.diuerse.9. distin.ego.sunt & alia consideranda quæ habentur.ff.de testi.l.3.præsertim.§.eiusdem.

ADDITIONES PROBI.

a 1 BENIGNIOR. Ideo sequenda.l.semper.ff.de reg. iur.Ias.in consi.106.col.2.proponitur.volu.4.idem in consi.8.col.4.volu.3.pro ista infante.& consi.80.col.pen. communitas.vol.3.

b 2 ¶Præiudicium fiat. Istud est quasi de natura priuilegij cum † priuilegium dicatur lex priuata & non communis.c.priuilegia.3.distin.& sic priuilegium dicitur quando aliquid scribitur contra ius commune per principem.

3 ¶Rescriptum † verò propriè dicitur quando scribitur ad obseruationem iuris, vt quando committitur ꝙ fiat ius.l.falso.vbi Bal.C.de diuer.rescrip.Bar.in l.fi.ff.de constit.Princ.

Et ideo quando in rescripto conceditur aliquid quod sit contra ius commune mutat nomen rescripti.glo.in ver.noscatur.in c. 1.de constitu.hoc lib.

Pro intento Io. Mona.hic facit theorica trita in iure ꝙ 4 concessio facta † a Principe, in dubio semper intelligitur absq; præiudicio tertij.c.super eo.vbi Panor. & alij.s.de offi.de lega.l. 2.§.meritò.& §.si quis a Principe.ff.ne quid in loco publico.& c.ex tuarum.s.de authoritate & vsu pallij.c.quamuis.de rescrip.hoc lib.no.Bald.in l.1.col.1.ff. de constitu.Princ.

5 Ex quo infertur ꝙ verba † potius debent impropriari, quàm ꝙ tertio præiudicium inferatur. Bald. & Car.in d.c. super eo, per illum tex.etiam si agatur de iure ad rem, non videtur per superiorem iuri tertij derogari.Panor. in c.in nostra.in 3.not.s.de rescrip.Do.in c.si motu proprio.s.de præben.& in c.quàm sit.de electio.hoc lib.quod firmat. in consi.99.col.fi.ver.ex præmissis remanet.quod exorditur, super primo quæsito.Bal.in l.si constante. C.de dona. ante nup.facit tex.in l. 2.in fi.ff.de nata.resti.

6 Pro præmissis videtur vrgere quod iure citat, quia † sine causa nõ debet quis iure suo priuari.c.satis peruersum. 56.distin.& c.iniunctum.16 q.vlti.facit tex.in l.sancimus. C.de pę.& in c.q̄siuit.s. de his q̄ fiũt a maio. part e capit.

c 7 Priuilegiati. Qui † sub dispositione quæ generaliter loquitur includuntur.l.in fraudem.§.fi.in fi.ff.de testa.milit. & ibi Bal.Deci.consi.301.nu.5.in causa quæ Ferrariæ.

d 8 Facilior est. Io.And.in c.ei cui.col.2.s.de præben.hoc lib.ait ꝙ † in minus differentibus est facilior transitus de vno ad aliud. Do.ibi.col.1.vide Deci.consi.151.prope finem, maximi ponderis est. vbi pro hoc allegat.§.item per acceptilationem Inst.quib.mod.tolli.obliga.l.in rem. §.quæcunq;.ff.de rei vendica.& c.cum ab apostolica.s.de his quæ fiunt a præla. idem citat ipse Deci. consi.158. circa medium quod incipit,& pro tenui facultate mea ac temporis angustia. Petr.de Anchar. consil.422. in fine.

viso puncto alleg. l. sed cum patrono. ff. de contra tab. & l. an inutilis. ff. de accep.

Istud dictum Ioan. Mona. (quod est) Philosophi. Deci. 9 vbi. s. proximè inducit ad hoc quòd † iura ciuilia secundum leges, & iura canonica, secundum canones debent interpretari. benè facit quòd no. Bal. in l. si nondum. C. de furt. circa fi. ver. sed dubitatur. vbi dicit quòd si statutum facit mentionem de sacrilegio, intelligitur de sacrilegio, prout accipitur de iure ciuili, quia statuta ciuitatis sunt de iure ciuili, sed si esset constitutio Episcopi intelligeretur secundum ius canonicum. hinc Bald. in c. cum venissent. num. 2. s. de eo qui. no. mit. in posse. dicit quòd si Rex Angliæ facit mentionem de iure, intelligitur de suo iure regio.

¶In proposito vide eundem Deci. consi. 301. nu. 10. in causa quæ Ferrariæ, vbi dicit quòd potius statutum recipit declarationem ab alio statuto quàm a iure cõmuni, quia in habentibus symbolum & c. quod firmat cõsi. 372. sub num. 9. visis & diligenter, pro hoc allegat. l. filiabus. in princip. de lega. 1. l. verum. ff. de petit. hæred. & Signo. de Homod. in consi. 16. col. 2. quod inducit ad comprobationem, an donatio facta Ecclesiæ per Constantinum Imperatorem sit valida, quod examinat ibi perpulchrè, vt videre licet.

e Parrochialibus. Ad quas † monachi soli præponi non 10 debent de iure communi, sed cum dispensatione Episcopi, & cum licentia abbatis, suadente necessitate vel vtilitate. not. Alex. consi. 101. col. penul. circa primum. volu. 6.

f Supra ius. ꝙ licet Papa & alius Princeps non recogno-11 scens superiorem sit. s. ius, tamen † suis pactis obligantur, iuribus vulgatis. hinc Bald. in c. 1. de natu. feud. dicit quòd licet Deus subegerit Imperatori leges, & Papæ canones, non tamen sibi subegit obligationes & contractus, vnde obligatur Princeps instar priuati, & arguit ibi contra Cęlestinum qui de mane vni conferebat gratiam & de sero auferebat, & alteri conferebat, vnde Cardinales licet scirent quòd renunciaret per fatuitatem Papatui, tamẽ quia erat vnum pecus, libenter acceptauerunt refutationem, & creuerunt Boni. VIII. compilatorem huius libri, qui sm emulos & maleuolos ac detractores depingitur vulpis in introitu, leo in accubitu, & canis in occasu suo. dixi. s. in proœ. in ver. vocatus est Bonifacius.

g Possessione. Quæ probatur † probatis temporum ex-12 tremitatibus, nec est necesse probare medium Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. Canoni. in c. causam. s. de proba. quod refert & sequitur Maria Soci. consi. 89. col. penul. in causa 13 agitata, vbi subdit in proposito quòd † ex possessione de pręsenti pręsumitur in præteritum, si cum de possessione de præsenti concurrit aliqua legitima ratio, vel præsumptio, per quam possumus arguere ꝙ etiam in præteritum possederim, & tunc præsumor possedisse, etiam in præteritum. ita no. Saly. in l. ex persona. C. de proba.

Et dic quòd hæc possessio non debet fundari super titulo de quo non constat, per ea quæ not. Alex. consi. 108. 14 col. 1. viso processu. volu. 6. vbi dicit quòd † nisi appareat de iure vendentis, titulus acquisitus, nihil iuris tribuit, etiã quo ad acquisitionem possessionis & causæ præscribendi propter incertitudinem. Bart. & alij. in l. si sic. §. 1. in fi. de lega. 1. per. l. legaui. ff. de liber. lega. & l. 3. §. incertum. ff. de acquir. posses. probatur in l. quod si in venditione. cum. l. seq. ff. de hæredi. vel actio. vendita. vbi Bal.

h Vsu. Dic quòd quando † ius est vsitatum non excusat 15 regulariter, secus si sit inusitatum. Guil. de Mon. Laudu. in c. ignorantia. ͞j de regul. iur. quod ibi extendit procedere etiam quando ius est obfuscatum & obnubilatum propter diuersas opiniones, vt in materia. l. Gallus. ista est doctrina Ioan. Mona. ibi, cuius verba tacet ipse Guiller.

16 Præterea dic in proposito, ꝙ non est verisimile Principem subditos velle ligare, ex quo sua lex eorum moribus & vsu non approbatur, ratio potest reddi quia † lex conuenire debet loco, & patriæ consuetudini. glo. in c. si quis virorum. 30. distin. vbi dicit quòd transmontani non coguuntur vti affibulatis vestibus, vt Itali, non obstante noua constitutione de vita & honest. cleri. c. vt clerici. quia lex debet conuenire consuetudini. c. erit. 4. distin.

17 ¶Hinc est quod lex † alicui dirigenda populo, scribi debet secũdum idioma illius populi, vt ibi clarè intelligi possit, & intellecta acceptari aut respui. Roma. in l. 1. §. fi. ff. de verb. oblig. facit. l. sed si pupillus. §. de quo palam, ibi, puto fieri secundum loci conditionem. ff. de insti. actio. de hoc vide quæ latissime dicit Fely. in rub. de consti. nume. 7. & 8.

18 ¶Pro intento dic † legem, siue vnam quamquè constitutionem habere quandam tacitam & implicitã conditionem, videlicet si moribus subditorum conueniat, & per eos recipiatur, aut eorum vsu tacitè acceptetur, & approbetur, ratione cuius lex noua priusquàm liget publicatur, tunc a subditis recipiatur vel repellatur. in Aut. vt not. fact. constitu. colla. 5. doct. in capitu. fina. supra de constitutio.

¶Hinc Aureli. Augu. in lib. de vera religione. leges in-19 quit, instituuntur † cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur. text. in l. de quibus. ibi, nam ipsę leges nulla alia ex causa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt, & in l. 1. ff. de legib. vbi ad esse legis, scilicet vt vim firmam habeat, requiritur Reipublicæ. i. populi subditi communis sponsio & approbatio, vnde Principes astuti eam ob rem cum leges condere volunt, vt populi consensum habeant de singulis regni partibus, proceres a populo exquirunt & conuocant, quorũ consilio leges faciunt & promulgant. facit tex. in §. senatusconsultum. ibi, æquum visum est senatum vice populi consuli. Instit. de iure natu. genti. & ciuili.

¶Pro præmissis habeo quod legitur de Licurgo Lacedemoniorum principe sapientissimo, qui leges subditos donec receptæ fuerint, non ligare discrete cognoscens, cum leges aliquas iustissimas editas Lacedemonijs tradidisset, eosque difficiles ad acceptandas eas obseruandasquè cognouisset, finxit se Deum Apollinem super earum iustitia aut iniustitia consulturum, dummodo vsque ad eius reditum subditi eas seruare iurarent prout fecerunt, quo facto vt leges illas faceret æternas, ad Apollinẽ profectus, exulare, in patriamquè suam ac Regnum nunquam redire maluit, & ne eo mortuo ossa sua in patriam ad violationem iustissimarum legum, quasi ipse redijsset, reportarentur, illa in mari proijci iussit, & sic non redeũdo subditos leges perpetuo seruare ligauit. qui alias ligati non fuissent, nec eas acceptassent, sed eas fortè repulissent.

¶Facit & vlterius quia lex etiam a subditis recepta de cõsuetudine & vsu cõtrario abrogari potest, tex. in proę. Insti. & in §. ex non scripto ver. ea vero. Inst. de iure natur. multò fortius possunt non recipi & respui ab initio, & ea de causa licet ecclesia orientalis canones de continentia clericorum non receperit, tamen propter hoc non incidit in hæresim. testantur Domi. & Præpo. in. c. de libellis, in fine. 20. dist.

¶In proposito habemus regulam quòd illud quod lege cauetur, si non est consuetudine receptum, & omittatur, non vitiat. gl. in l. rem non nouam. vbi Ias. post alios. C. de iudic. & in d. l. de quibus, col. 8. ff. de legib. vltra quæ habeo glo. 2. in fi. in c. 1. de treuga & pace, quam scribentes ibi, maximè Ant. Card. & Io. Imola reputant singula-20 rem ad hoc propositum, quòd † statutum antequàm sit receptum in obseruantiam, vel moribus approbatũ, nullas vires habet.

¶Hic Bal. in c. fi. nu. 19 s. de consuet. dicit ꝙ iura communia quæ de consuetudine non seruantur, pro nullis habentur. no. in l. 2. C. de iure do. Impe. iuxta illud, l. cauetur, sed consuetudine non habetur, vide Alex. in l. cum prolatis ad finem. ff. de re iudi.

i ¶Iuuetur. Vide Maria. Soci. consil. 38. col. 4. ver. præterea pro decisione.

k ¶Non possit. Verum est præscriptionem subditi non procedere per subditum remanentem subditũ. quia aliàs resultaret quædam implicatio contradictionis, scilicet ꝙ 21 † esset subditus, & non subditus, contra. l. iudicate. ff. de exceptio. rei iudi. facit. l. eum quæ ædes. ff. de vsucap. item eadem res non debet diuerso iure censeri, prout dicimus in eadem oratione. Roma. consi. fi. nu. 12.

¶Intentum comprobo rationibus, proprietatis dominus non potest rei fructuarię (etiam vsufructuario consentiente) seruitutem imponere, verum est vsufructu illeso manente, quia per hoc perit. l. sed & si quid. §. vlti. ff. de vsufru.

Item

¶Item prætoriæ stipulationi nihil potest adijci, verum est ea manente prætoria, quia per adiectionem fit conuentionalis. l. in conuentionalibus. ff. de verb. obliga. per hæc & alia intentum firmat Oldra. consi. 172. nu. 5. quia omnes ferè obiectus.

1 ¶Assistit. Vide Ioan. Mona. in c. 1. s. de constitu. & ibi
22 latè dixi: quibus adde quòd a communi etiam † opinione receditur, quando muliebribus rationibus conuincitur. Ioan. And. Panor. & post eos & alios Deci. in c. 1. s. de constitu. quod firmat idem Deci. consil. 176. sub num. 5. viso themate. & consil. 456. num. 9. consului aliàs. probat tex. in l. 1. sed neque ex multitudine. C. de vete. iure. enuc. & c. appellamus. s. de fer. Ratio, dicit idem Dec. consil. 451.
23 in fi. in casu, de quo Perusij, quia † sæpenumero contingit ꝙ Doct. nostri imitantur aues, quæ quando vna volat, aliæ sequuntur. & consi. 493. in fi. quod s. & consi. 499. nu. 12. in causa quæ Parpiniani.

¶Nicolaus IIII. Cap. II.

Constitutionem fœl. recor. Greg. Papæ prædecess. nri. &c.

SVMMARIVM.

1 *Manifestum idem est quòd clarum, apertum, seu certum.*
2 *Euidens dicitur valde videns, vel extra.*
3 *Certum dicitur dupliciter, vt hic.*
4 *Paria sunt quod aliquid sit certum, vel leuiter possit fieri certum.*

CONSTITVTIONEM. Hæc Decre. habet tria dicta. Primò, quo ad casum Decr. si fortè manifestum & euidens idem supponere declaratur Secundò, in §. [cęterum] statutarij statuti ibidem expressi discernuntur tamquàm conspiratores & coniuratores puniendi. Tertiò, § [statutum] dictum statutum ex multis capitibus detestabile, ac illicitum reputatur [Lugdunen.] s. hoc lib. de elect. si fortè [fecisset] hucusq; sunt verba declarationis præsentis constitutionis, quòd habetur idem manifestum & euidens, & hoc liquet ex vi nominis, vel mani-
1 festum † idẽ est quod clarum, apertum, seu certum. s. de pœnit. & remis. & c. 1. & hoc probatur ex eius contrario. arg. s. de coha. cler. & mulier. vestra.
2 Item † euidens valde videns, vel extra & hoc est clarũ, seu apertum. de accus. c. euidentia. ff. de ædil. edi. quæritur. §. si nominatim.

¶Sed quomodo potest dici defectus scientiæ euidens, vel manifestus?
3 ¶Solu. certum † dicitur dupliciter, aut quia ex se apparet, quod, quale, quantum, aut nomine proprio, aut alia demonstratione. ff. si cer. pet. certum.

¶Dicitur etiam certum esse promissum dum petitur vnum quod in horreo est, quod ex apertione horrei potest fieri certum. vt ff. de verb. oblig. vbi autem non apparet. §. sed qui vnam. Sic compellatur homo loqui, scietur quod est in horreo cordis reconditum.
4 ¶Sunt † ergo paria quod aliquid sit certum, vel leuiter certum. arg. ff. de dam. infec. damni. §. Sabini. C. de adulter. quamuis fieri possit [puniendus] quorum pœna habetur. 11 q. 1. coniurationum. cum tribus. c. sequentibus. & 3. q. 4. conspiratores [sanctiones.] C. de fruct. & liti. expen. l. non ignoret. ff. de peti. hæred. illud. ff. de lega. 2. l. qui solidum. §. etiam. & ff. de alien. iud. mutan. causa facta. l. 1. 1. respon. & quasi per totum. [lites.] ff. de aliena. iud. muta. causa fac. l. item si res. in fi. [prohibet] quod reprobatur. ff. de admi. tuto. l. quotiens. §. sicut. [ad peccandum] ob hoc nõ valet. ff. de pact. dota. obuenire.

¶Nicolaus Quartus. Cap. III.

¶Exijt qui seminat seminare semen suum. &c.

SVMMARIVM.

1 *Lex reijciens interpretationem non videtur reijcere illam, per quam declaratur ambiguitas verborum plures sensus habentium.*
2 *Verba precisa recipiunt determinationem & distinctionem legalem.*
3 *Verba, statuti, recipiunt declarationem & expositionem a communi vsu, etiam si dicatur, quod debeant intelligi ad literam.*
4 *Interpretationes necessariæ non subsunt regulis iuris communis.*
5 *Illud dicitur esse de litera, quod oculo corporali videtur, non quod solo intellectu percipitur.*
6 *Verbum precisum recipit interpretationem laudabilem.*
7 *Officium glossatoris dicitur vt hic.*

EXIIT QVI SEMINAT. Hæc constitutio sub pœna posita. j. eo. §. & quia sub colore, inibetur glos-
a sari a & ideo sisto ratem.

ADDITIO. PROBI.

a GLOSSARI. Intellige de glossa hominis, non de glossa legis. Bald. in l. omnes, in antepenul. colum. in versi. sed quid si caueatur, alio stante. ff. de iustit. & iure. quẽ sequitur Petr. de Ancha. in repe. cap. canonum statuta. versus finem. s. de constitu. allegat. l. quamuis. C. de adulter. quod placet Alexan. consi. 192. num. 4. perspecta. volu. 6. vbi adducit Ioan. And. in Mercuria. in regu. pro possesso-
1 re. colum. vlti. quòd † licet aliqua lex municipalis reijciat interpretationem, tamen non intelligitur reijcere interpretationem, per quam declaratur ambiguitas verborũ plures sensus habentium, per id quod habetur in l. 1. ff. si cer. pet. & in l. 1. de professo. lib. 12. C.

¶Et hoc est verum vbi etiam cautum esset quòd statutum deberet seruari ad literam, prout iacet absque interpretatione aliqua. vt disputando firmauit Ray. de Forol. in disputatione, quam refert & sequitur Pet. in d. repe. col. antepe. vers. transeo nunc. firmat idem Alex. in consi. 50. num. 3. visis. vol. 1.

¶Pro intento facit quod not. Bald. Panor. & commu-
2 niter alij in c. 2. s. de rescrip. quòd verba † pręcisa recipiũt distinctionem & determinationem legalem. l. ita nobis. C. de adul. ac etiam secundum communem vsum loquẽdi, per ea quæ tradunt Anto. & Panor. in proœ. Grego. vbi
3 dicunt quòd etiam † si statuto caueatur, quòd statuta debeant ad literam intelligi, vt sonant, nihilominus recipiunt expositionem & declarationem a communi vsu loquendi. tradit Alexand. consi. 211. ponderatis verbis. volum. 6.

¶Ratio potest esse, quia huiusmodi interpretationes sunt necessariæ, ideo non subsunt regulis communibus, per ea quæ dixi in c. 1. in ver. necessitatis. s. de æta. & quali. pro quo facit quod not. idem Alexã. consi. 215. num. 6. ponderatis narratis. eod. volum. 6. quòd si statutum disponat nullam esse obligationem mulieris factam sine præsentia propinquorum. recipit interpretationem a iure communi, vt non habeat locum in obligatione necessaria. per l. 1. C. quando decre. opus est. & l. magis puto. §. si pater. ff. de reb. eo.

¶Istud latius comprobat Roma. consi. 394. pręsupposito quòd viua voce. vide Alexan. consi. 45. num. 4. habita pro viribus. volum. 7. vbi vnum subdit quòd dicitur esse
4 de litera † illud quod oculo corporali videtur. non quod solo intellectu percipitur. l. 1. in princip. ff. de his quæ in testam. delen. bene facit text. in l. 1. ff. si tabu. testa. extan. vbi apparet ꝙ illud qđ percipitur per coniecturam non dicitur propriè de litera, seu scriptura. & consi. 80. num. 9. viso & opportune. volum. 1. vbi præmissa comprobat, sub-
5 dendo quòd verbum † etiam precisum recipit interpretationem laudibilem. l. stipulatus sum damã. in ver. conti nuò. ff. de verb. obli.

Veniendo propinquius ad intentum inhibitionis tex. nostri, dic istud non fuisse statutum sine ministerio. quia
6 licet Commentatoris, aut Glossatoris officium non sit, quòd ipse velit, sed quod sentiat ille, quem interpretatur, exponere, aliàs non interpres, sed aduersarius illius est, quem nititur explanare. Sunt tamen nonnulli, qui in legibus nihi obscuritatis habentibus ingerunt quæstiones ex studio, & ad suam interpretationem obscuritatem introducunt, ij sunt, qui grandi aut torto naso sese plusquàm necesse est exercentes ex nimia sæpe subtilitatę falluntur, ij vocantur callidi & fatui, & sua interpretatio interpretatione indiget. not. Luc. de Penna in l. vnica C. de professo. quę in vrb. Constan. lib. 12. vbi examinat punctum, quando lex inhibet interpretationem, quẽ vide, & multa alia de interpretatione, quæ non transfero breuitatis causa.

¶Bonifacius Octauus. Cap. IIII.

¶Priuilegium monasterio tuo concessum,&c.

SVMMARIVM.

1 *Cella dicta est à celando, quod duo importat vt hic.*
2 *Monachus mundo occultatur,& tempore celatur.*
3 *Vnum quando dicitur de duobus, debet intelligi de eo quod est principalius.*
4 *Priuilegium est lex priuata, contra ius commune datum.*
5 *Ius commune posterius editum ius primo editum tollit, in eo quod expressè ius prius editum abrogat.*
6 *Leuius tolluntur iura specialia, quàm communia.*
7 *Paria sunt quem non habere iurisdictionem, vel habere, non tamen ad id de quo agitur.*
8 *Fortificata dicitur iurisdictio per exemptionem in his ad quæ iurisdictio se extendit.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Actus attribuitur facienti illum principaliter & non consentienti.*
2 *Constitutio facta a Papa cum consilio Concilij dicitur constitutio Papæ, & non Concilij.*
3 *Lex facilius tollit ius quæsitum ab ipsa lege aliquo speciali iure, quã si quæsitum sit de iure communi & ex conuentione.*
4 *Illud quod procedit ex iure speciali non videtur esse in consideratione.*
5 *Si ius commune concedit aliquid specialiter in aliquibus casibus, si obtineatur postea aliquod priuilegium reducens nos ad ius regulare, dicitur fauorabile.*
6 *Interpretatio fit secundum ius commune vbi possumus interpretari sic secundum ipsum ius commune & secundum ius speciale.*
Factum superioris semper debet intelligi secundum ius commune, quantum fieri potest.
Pactum iuri communi consonans numquàm potest dici symoniacum.
7 *In statutis præfertur illud, per quod iuri communi non derogatur.*
8 *Vltimum testamentum inspicitur, & præcedens tollitur.*
9 *Quando minor maiori succedit, non consideratur persona minoris, nec eius priuilegium, sed persona maioris, a quo actus initium habuit.*
10 *A pari procedunt filios non extare, vel extare, & non succedere.*

PRIVILEGIVM. Hac Decre. declaratur quid intelligit appellatione cellę monasterij, & quod hic dicitur etiam ex vi verborum intelligitur. Nam cella † dicta est a celando ꝙ duo importat, & in vna significatione idem est ꝙ occultare, vt hic, hostia claude celer, vt clausa per hostia celer, & in alia significatione idẽ est quod sculpere: vnde Ouid. materiam superabat opus, nã Mulciber illic, æquora celarat medias cingentia terras.

¶Et ideo cella monialis dicta est a celando. i. occultãdo, quia † monachus mundo occultatur, & ipse celatur, sculpitur Deo in ea. Nam sculpendo mandatur forma, q̃ ornat. Et ideo cella monialis est, in qua mundo occultatur, & ideo per contemplationem ornatur, & hæc potissimè in cella secreta & solitaria, & ab hominum cõuictu separata, vt hic & sic est lex expressa in Auth. de monach. §. cogitandum. collat. 1. & hæc non competunt propriè prioratibus ecclesijs, seu capellis monasterij cuius sunt dictæ cellæ. Et ideo priuilegium hic narratum monachos in dictis prioratibus ecclesijs & capellis morantes nõ defendit, vt hic. Et est ratio, quando vnum dicitur de duobus, † de vno principalius, & de alio non principaliter, ipsum sumptum simpliciter debet intelligi [a] de eo, de quo per principalius dicebatur, vt hic, & est casus expressus in in hac materia. s. de priui. qm̃. C. de his qui veni. æta. impetra. l. fi. ff. de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditatem filius. & l. si ita quis in testamento. in fi. ff. de donat. inter vir. & vxo. l. cum hic status. §. si donator. & l. sed si mors. ff. de verbo. oblig. l. ex ea parte. §. insulam. & no. in Auth. de nupt. §. per collationem. colla. 4.

Est & alia ratio, quia priuilegium † est lex priuata contra ius commune datum. 3. dist. priuilegium. Et vbi frangitur immunitas iuris communis per priuilegium, strictè est priuilegium interpretandum. arg. ff. de iure immunita. l. 1. in fi. præsertim ius commune posterius † editum ius primo editum tollit [b] in eo quod expresè ius prius editum abrogat. C. de appel. præcipimus. in fi. Ergo magis priuilegium illud solum tollet quod expresè abrogat. Cum leuius † tollantur iura [c] specialia quàm communia. Auth. de non alienan. §. quia verò verissimile. col. 2. & C. de ser. pigno. da. l. libertas.

Et ob hoc si verba, priuilegij, sunt generalia illa arctanda sunt, maximè vbi priuilegium potest habere aliquem effectum, & tunc in alijs expresè non sublatis ius commune seruetur, vt hic. & s̃. de priuileg. in his. & cap. pastoralis.

Vnde pone ꝙ Abbas & conuentus certi loci sunt exẽpti, sunt tamen certis articulis non exempti. s̃. de hære. ad abolendam. §. fi. & s̃. hoc lib. de priuileg. in prin. vel econtra. s. ꝙ isti religiosi non sunt exempti, habent tamen certos articulos exemptionis. vt s̃. eod. veniens. tunc Episcopus, qui fundat intentionem suam de iure communi. 11. q. 1. c. de presona. in casibus in quibus non probatur exemptio vel articulus exemptionis, omnia potest, vt ordinarius. ar. s̃. de offi. deleg. c. præter ea. ff. de iurisd. om. iud. l. 2.

Et sunt paria † quem non habere iurisdictionem, vel habere, non tamen ad id, [d] de quo agitur. ff. de legi. tutel. intestato. & C. si a non compe. iudi. l. 1. ar. ff. de admi. tut. si duo. Ergo erunt paria habere simpliciter, & non habere, habere tamen ad id, de quo agitur, imo etiam dicitur † fortificata iurisdictio per exemptionem in his ad quæ iurisdictio se extendit. arg. ff. de fundo instr. l. quæsitum. §. denique Neratius. igitur ordinarius citãdo, excommunicando, &c. exercendo procedat contra prædictos in casibus non exemptis. item notat. hoc c. personas excommunicari, & loca interdicto supponi. 11. q. 3. c. nemo Episcoporum. s̃. de cler. excom. ministran. postulasti.

ADDITIONES PROBI.

[a] DEBET intelligi. Vide in simili ꝙ † actus attribuitur facienti illum principaliter & non consentienti, qa aliud est facere, & aliud facienti consentire. l. aliud est vendere. ff. de re iudic. vnde constitutio facta † a Papa cum cõsilio Concilij, dicitur constitutio Papæ & non Concilij. c. licet euitanda. s̃. de elect. no. Panor. in c. 1. primo. s̃. de pac. & in c. 1. s̃. de sponsa. citat Dec. cõsi. 150. num. 5. quod excoditur, dubitatur principaliter. & consi. 149. num. 4. in causa iurispa.

[b] Tollit. Vide Alex. consi. 154. in prin. vol. 7.

[c] Iura specialia. Vide quod in proposito citat Dec. consi. 329. col. 1. pro defensione, vbi dicit ꝙ lex † facilius tollit ius quæsitũ ab ipsa lege aliquo speciali iure, quàm si quęsitum sit de iure communi, & ex conuentione. not. per glo. magnam. in l. assidius. C. qui potio. in pigno. hab. & in §. fuerat. in ver. creditoribus. in fi. Insti. de actio.

¶Istud dictum Ioan. Mona. citat ipse in cap. si super. in prin c. s̃. de offi. deleg. & pro eo facit quod notat Deci. con si. 371. sub num. 7. in causa magnifici. quòd illud † quod procedit ex iure speciali, non videtur esse in consideratione. l. 4. §. 1. ff. de fidei. liber. text. in l. in testamento. C. de testam. mili. in l. quàmquàm. eod. titu. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. substitu.

Pro intento habeo quod citat Bellam. conclu. 507. col. 3. conclusio, ꝙ in casu vbi dicit ꝙ si ius † commune concedit aliquid specialiter in aliquib⁹ casibus, si obtineatur aliquid, post ea aliquod priuilegium reducens nos ad ius regulare, dicitur fauorabile, idem tenet Aret. in c. fin. col. antepen. s̃. de rescrip.

¶Et sic vbi † possumus aliquid interpretari secundum ius commune, & secũdum ius speciale semper debemus interpretari secundum ius commune.

¶Hinc Deci. cons. 114. col. 4. Et pro tenui, dicit, quòd factum superioris debet intelligi secundum ius commune quantum fieri potest. & consil. 118. viso instrumento, ꝙ pactum consonans iuri communi nunquàm potest dici symoniacum.

¶Adde præmissis Alexan. consi. 65. num. 5. in causa, & lite vertente inter Fantutium. volum. 7. vbi vnum dicit, quòd vbi sunt † duo statuta specialia, & non apparet quòd eorum sit magis speciale, tunc præfertur illud statutum per quod non ita iuri communi derogatur. Bal. per illum tex. in l. qui posthumos. ff. ad Syllani. ratio quia illud quod fundatur in iure cõmuni, est potẽtius quàm illud quod in iure

iure speciali fundatur contra ius commune. l. eius militis. §. militia. ff. de testa. milita. & d. §. quia verò hic, per Ioan. Mona. allega.

Hinc Frederic. consi. 44. in fi. casus talis est, dicit ꝙ facilius renunciatur priuilegio quàm iuri communi. Facit quod citat Alex. consi. 17. nu. 15. viso instrumento locationis. volu. 4. dum dicit ꝙ quando statutum fieret contra id, quod esset concessum in priuilegium clericis, & ecclesiasticis, diceretur cōtra Ecclesiasticam libertatem quamquam dicatur esse debilius illud quod competit de iure speciali, quàm in quod competit iure communi. d. §. militia. Alex. in consi. 84. col. penul. versi. confirmantur, in causa quæ vertitur. vol. 3. Vide quæ diximus in c. si ad solum. s. de regu. & attende ad ea quæ citat idem Alexan. in consi. 209. col. 3. statutis. vol. 2. & consi. seq. col. 4. & Deci. consi. 475. col. 1. in causa quæ Mantuæ, dum dicit ꝙ vltimum † testamentum inspicitur, & præcedens tollitur. tex. in §. posteriore Insti. quib. mod. testa. infirman. & l. si quis priore. ff. ad Trebel. & ipso iure tollitur testamentum quod procedit a posteriore. l. sancimus. C. de testam. hoc etiam procedit si posterius testamentum sit de iure speciali. l. 2. ff. de iniusto rup. & d. l. eius militia. §. fi.

¶Vide Alex. consi. 177. viso. & Deci. consi. 489. nu. 3. in casu occurrenti. & consi. 512, in princip. cum reuendissimus Cardi. Neapol. decisio. 157. nume. 6. dicit constitutio.

¶Pro themate habeo regulam de qua meminit Ias. in consi. 162. statutum. col. 2. volu. 4. quòd quando † actus cœpit a defuncto maiore, & minor cum quo nihil est gestum succedit maiori, tunc nō consideratur persona minoris, nec eius priuilegium, sed solum consideratur persona maioris a quo initium habuit, & sic minori non succurritur. glo. in ver. stetisse. in l. cum filius. §. in hac stipulatione. ff. de verb. oblig.

¶Ex quo not. quòd priuilegiatus succedens non priuilegiato, tunc vtitur priuilegio suo, quando cum eo aliquid fuit gestum., secus si propter non factum, quia nihil sit actum cum priuilegiato, tunc non vtitur priuilegio. ita tenet glo. in l. si cum militaribus. C. de restitu. mili. pro quo text. in l. Emilius. ibi, ꝙ pater eius & non ipsa pupilla contraxerat. ff. de minori. vbi Bart. & in l. ad diem. ff. de verb. oblig.

d ¶Non tamen. In simili dic quòd a pari † procedunt, filios non extare, vel extare, & non succederet. vt l. 2. §. si sint sui. & ibi not. Barto. ff. ad Tertul. cum alijs not. per Alexan. consil. 154. num. 9. viso titu. volum. 7. Vide Ioan. Mona. in simili, & ibi dixi in cap. si tibi. s. de præben.

¶Bonifacius Octauus Cap. V.

¶Sicut nobis Significare curasti, &c.

SVMMARIVM.

1 *Verba, meum, tuum, & suum, relata ad diuersos modos loquendi idem suppositum important. & ob hoc, dictum de vno intelligitur de alio dictum.*
2 *Priuilegiorum quoddam est in persona priuilegiati sistendum, aliud quod est in alijs diriuandum.*
3 *Accidens, vt denominet subiectum, oportet quòd ipsi subiecto conueniat pro toto vel pro maiori parte.*
4 *Verbum, meum, de vi verbi debet intelligi quod sit meum simpliter. i. in omni sui parte, vel maiori.*
5 *Illud quod est commune propriè non potest dici meum.*
6 *Libertas omnibus rebus est fauorabilior.*
7 *Authoritas iudiciorum, non debet esse in pendenti.*
8 *Indulgentiæ ius alterius absorbentes sunt strictè interpretandæ.*
9 *An hæc constitutio sit noui iuris decisio, vel antiqui declaratio.*
10 *Non assumantur in ecclesia nepotuli & asini deferrati, qui non sunt pro, sed contra.*
Ratio principalis est consideranda.
11 *Verbum, continue, ciuili modo debet intelligi.*
12 *Seruire intelligitur, qui est infirmus.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Dictio, sicut, quid operetur, vide hic.*
2 *Subiecto deficiente pereunt qualitates.*
3 *Imitatio satis dicitur fieri de aliquo, licet ex toto non fiat.*
4 *Filius tacens & præsens, obligabitur ex matrimonio contracto per parentes.*
5 *Libertas ab omnibus dulcis reperitur, etiam a brutis.*
6 *Inductum in fauorem libertatis, extenditur ad pias causas.*
7 *Fauor ecclesiæ & libertatis æquiparantur.*
8 *Patria potestas, dicitur ius inestimabile.*
9 *Appellatione libertatis omnimoda libertas continetur.*
10 *Res obligata vel hypothecata creditori non dicitur libera.*
11 *Fatue agere dicitur, qui ignem conatur extinguere sulphure.*
12 *Parum refert quis eligatur de collegio quando omnes imperiti sunt.*
13 *Prælatus assimilatur vt hic.*
14 *Asini deferrati solum dicuntur habere humanitatis effigiem.*
15 *Qui doctrina sapientiæ præditi fuerunt, viuent omnibus sæculis.*
16 *Rectius videtur esse ingenij, quàm virium opibus gloriam querere.*
17 *Seruus infirmus seruire dicitur.*
18 *Qui habet fructus primi anni, si non nascantur, an habeat fructus secundi anni.*

a SICVT. [a] Hic determinatur quid intelligi debeat appellatione clericorum tuorum. Idem si dicatur meorum, vel suorum, nec mirum, quia ego tibi loquens dicam de clericis meis, tu mihi loquens dices de clericis tuis. Et duo loquentes de meis clericis, dicent sui clerici habent tale indultum. Et sic hæc verba † meum & tuū, & suum. relata ad diuersos modos loquendi. Idem tamen suppositum important, & ob hoc dictum de vno intelligitur de alio. & de hoc not. ff. eo. tit. pupillus. § fi.

¶Et notandum est quòd priuilegiorum † quoddam est in persona priuilegiati sistendum. s. hoc lib. de concess. præben. quia in cunctis. §. 1. Aliud quod est in alijs diriuandum, vt hic. & arg. ff. de manu. vindi. l. 4. Et hoc priuilegiū est diriuantis in alium, licet effectus sit in eo in quo deriuatur.

¶Sed ostendo quòd verbum, suum, nō est dubium. ff. de interro. actio. l. si defensor. §. 1. & ff. de excep. rei iudic. l. si quis cum totum. 2. respon.

Sed contra est. d. l. pupillus. §. fi. & hic not. ff. de procur. l. Pomponius. §. sed & his.

Solu. vt accidens † denominet subiectum, [b] oportet ꝙ ipsi subiecto conueniat pro tota vel maiori parte. ff. de lega. 3. l. legatis seruis. §. si vnus. & s. de priuileg. vt priuilegia. versi. hæc autem.

Et ideo dicit Philo. quòd de scuto dimidio albo, & dimidio nigro, non potest dici, quod est ibi simpliciter, & quod secundum quid, [c] & hæc compati se possunt in eodem subiecto, vt quòd sortes sit niger, & tamen sit albus pedum, & ideo in his non est consequentia, sed compatientia de vno ad alterum.

Et ideo verbum, † meum, de vi verbi debet intelligi ꝙ sit meum simpliciter, & omni tempore sui, seu maiori, & hoc vult dicere l. pupillus. in fi. quæ loquitur de verbi significatione. Et quòd ibi dicitur, qui iurat suum non esse, debet dicere nec commune, intelligendum est causa dubitationis tollendæ, vt ibi not. & glo. sed & his [falsam reputo.] Ex quibus [d] liquet illud quòd est commune † non posse dici proprie meum. ff. de ritu nupt. l. illud. 1. respon. & ff. de aur. & argē. lega. l. quibus. licet quo ad certos actus quandoque commune censeatur meum, vt d. l. illud. 2. respon. & hoc fit ibi fauore matrimonij. [e] & C. de ser. cōi manu. l. 1. & 2. Sed hic fit fauore libertatis, † quæ omnibus rebus fauorabilior. [f] ff. de reg. iur. libertas.

Quod autem dicitur in alijs duabus legibus, intellige propter authoritatem † iudiciorum, quæ non debet esse in pendenti. ff. de iudic. l. non quemadmodum.

Sed quare verbum, meum, tam strictè hic intelligitur? Respondeo † quia iste indulgentiæ ius alterius absorbentes sunt stricte interpretandæ, præsertim illa, qua diminuitur cultus diuinus, & non officians stipendia Ecclesiæ recipit. C. de emancipa. liber. nec auus, hoc lib. de præben. quamuis. 1. §. quamquàm. s. de constitu. ex parte. & de appel. pastoralis. 1. fi. & ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. meritò.

Sed an hæc † constitutio sit noui iuris decisio, vel antiqui declaratio, & est huius quæstionis magnus effectus, quia primo casu ius tunc nascitur, & ideo futura regulariter respicit. s. de constitu. c. fin. C. de legi. & consti. leges & constitutiones.

¶Sed secundo casu præterita complectitur, quia tunc g nouum non fit, nec datur, sed antiquum g detegitur. ff. de testa. l. hæredes palam. §. quod verò quisquis. ff. de acquir. rer. do. l. adeo. §. cum quis. s. de vsur. cum tu.

Sol. hæc constitutio est declaratio, quia hic agitur de nominum expositione, significatione, seu supposito. vt s. eo. constitutionem. in prin. arg. dictorum iurium: patet ergo satis miser qui ab Ecclesia sua contra mentem huius constitutionis stipendia recipit, quam ab iniuria aliorum habuit defendere. s. de postula. c. fi. ergo magis est iniuria sua. ff. si serui. vendic. altius. ff. de admi. tuto. l. quotiens. §. Item si temporali. ff. de pact. cum in eo. s. de natis ex lib. ven. c. 1.

Sed quæro Episcopus habet indultum cum temporis præfinitione, vt quatuor clerici suis obsequijs insistentes gaudeant de fructibus suorum beneficiorum, illos eligit Episcopus, tandem vnus cedit vel decedit ante præfinitū tempus, nunquid alium subrogare potest Episcopus, dic ꝙ sic. arg. ff. quib. mod. vsusf. amitta. sed in annos. 2. Respō.

Arg contra. de lega. 3. in fideicom. §. si quis. 10. Sed ibi est ratio, ne hæres obligetur in infinitum, & ne detur legatario occasio fatue h consumendi.

Item vt est ante dictum, gratia est facta Episcopo, non clerico, & ob hoc persona Episcopi est principaliter intuenda. Et ideo dicit hic qui pro te &c. quod est valde notandum, & a conscientia ruminandum ne assumantur i 10 † nepotuli, & asini deferrati k, qui non sunt pro, sed contra. Nam ratio principalis est consideranda. ff. de authoritate tuto. l. 1. in princ. argu. ff. de statu homi. l. quæritur [& cōsimilibus] vt si quis habeat indulgentiam, ꝙ per quinquennium possit habere fructus beneficiorum suorum in scholis, vel a iure. s. hoc lib. de elect. c. cum non deceat. & s. de magist. c. fi. s. de cler. non residen. de cętero. & c. cum dilectus. & c. ad audientiam. Sed caue in his casibus, vt prædixi, ne malè recipias, hac declaratione te arctāte, 11 [continue] hoc † intellige ciuili modo, non ꝙ quolibet momento sit cum domino. arg. ff. de lega. 3. l. qui concubinam. §. vxori. ff. de annuis lega. l. Meuia. §. vxorem. ff. de aqua quotidia. & esti. l. 1. §. quod autem. ff. de condi. & demonstra. l. si ita quis. & ff. de verb. signifi. malum. §. fi. Iste 12 etiam † seruire l intelligitur si est infirmus. ff. de statu. lib. cum hæres. §. Stichus.

Vel dic continue sui representatione non repræsentati actualitate, vt dicitur seruitus continua, vel aqua quotidiana. ff. de seruitu. rusti. prædio. l. foramen. ff. de acq. quotidi. & esti. l. 1. § quod autem scriptum. Gaudebit m ergo clericus præsulis seu principis dicto priuilegio, qui continuę se offert, licet vsus non sit continuus, aliàs iudicium sibi manducat & bibit.

ADDITIONES PROBI.

a 1 SICVT. Dic quòd hæc dictio, sicut, † assimilans potestatem vnius iudicis, potestati alterius, non intelligitur assimilare illum quantum ad hoc, vt iudex vnius ex assimilatis qui potest procedere solus debet associari sicut alius qui non poterat procedere. text. est iunctis doctrinis Docto. in c. sicut vnire. s. de exces. præla. quòd sicut Papa potest vnire beneficia ita & Episcopi, & dicunt ibi quod illud, sicut, nō notat omnimodam similitudinem, quia cum Papa habeat solidam potestatem vniet solus, sed Episcopus non poterit solus sine consensu sui capituli. no. Domi. in consi. 73. quia subtiliter.

b 2 Subiectum. Quo deficiente † pereunt qualitates. argu. text. in l. qui in prouinciam. ff. si cert. peta. & l. decem. ff. de verb. obliga. in quocunq; enim actu debet prius constare de subiecto, vel qualitate, aut alio quod est fundamentū actus vel iuris. l. hæc autem. ibi liquereque prætori. ff. ex quib. caus. in possessio. ea. not. Barba. consi. 48. nume. 26. volu. 1.

c ¶Secundum quid. Dic quòd tale secundum quid, non est propriè tale. ff. de lega. 3. l. hoc legatum. vbi bonus tex. Docto. in l. serui electione. §. fi. ff. de lega. 1. refert Albert. de Barba. in repe. l. si pater. C. de insti. & substi. car. mihi. 8. nume. 88. Contra istud vide text. in c. innitare. 6. q. 1. 3 vbi Præpo. dicit. in princip. Not. quòd † imitatio satis dicitur fieri de aliquo, licet non ex toto fiat, sed secundum quid.

Pro intentu vide quæ tradit Alex. in consil. 120. colu. 1. omissis. vol. 2. vbi dicit post Bal. in rub. ff. de rer. diuisio. ꝙ licet riparum fluminis vsus sit publicus. l. riparum ff. de rer. diuisio. tamen illud est verum secundum quid, scilicet vt ibi naues ligentur ad ripas, vel vt ad arbores licentur retia, & similia. in ceteris autem secus, vt ibi comprobat.

d Ex quibus liquet. Hanc conclusionem ante Io. Mo. firmauit glo. in l. id quod est nostrum. ff. de reg. iur. quā ibi sequitur Dec. in versi. & concludendo. vbi adducit Ioan. Mo. & Ioan. And. hic pro eius confirmatione, dicens, ꝙ si quandoq; contrarium reperitur, illud videtur procedere in casibus specialibus, qui habent particularem rationē & hoc modo procedit tex. in l. 1. §. domini appellatione. ff. ad Sillania. ibi, domini appellatione pro patre dominū contineri dicendum est, quia in illa materia (vt occasio delinquēdi remoueatur) fit larga interpretatio, vnde etiā ibi filius viuente patre, dominus reputatur. tex. & ibi docto. in l. in suis. ff. de libe. & posthu.

Prædictam conclusionem firmat idem Io. Mo. in cap. cum in illis. s. de præben.

e Fauore matrimonij. Eūdem fauorem prosequitur Io. Mo. in regula, non firmatur. de reg. iur. aliū fauorem matrimonij. vide per Fely. in c. nonne. de præsum. col. 2. ver. 4 fallit. 2. nume. 8. dum dicit quòd filius † tacens & præsens obligatur ex matrimonio contracto per parentes. c. vni. co. s. de despon. impub. & illud facit etiam fauor parentum, & hoc nisi constaret filium vel filiam ob reuerentiam tacuisse, quod nota.

f 5 Fauorabilior. Merito † cuius ab omnibus reperitur dulcis, prout vidimus in pueris qui licet sint sub duplici iugo, paterno, & sacris vinculis, eosq; pater plus diligat quàm seipsum. l. isti quidem. ff. quod met. cau. dixi. s. in rub. de renunci. tamen quotidie allegant illud vulgare. Esopi. Nō bene pro toto libertas venditur auro.

Placet etiam belluis dulcis ipsa libertas, quod patet in auibus. quia licet eas abunde nutriamus in receptaculo, nec ab eis exigatur aliud, nisi quod cantent, diffugium tamen quotidie quærunt, licet postquàm euaserint quandoq; magna inopia, & fame laborent.

6 Et dic in proposito ꝙ illud † quod est introductum seu inductum in fauorem libertatis extenditur ad alias dispositiones factas ad pias causas, vt per Bart. in l. si vnus. C. de testa. & in l. proxime. §. nomen. ff. de his qui in testa. delen. & in l. Titio vsusfr. §. 1. ff. de condi. & demon. Bal. in l. 2. & in l. penul. C. de fideicom. liber.

7 Facit. quia fauor † ecclesiæ & fauor libertatis equiparātur. voluit Bal. in l. 1. §. in primo. col. fi. C. de cadu. tollen.

Intantum tangit Roma. consi. 235. sub nume. 5. quo ad primum. & Alex. consi. 209. colum. 4. plura narrata. uol. 6. quem uide in simili in consi. 21. nu. 9. attentis. uol. 3. de pa 8 tria potestate. † quæ dicitur ius inestimabile. l. filiusfa. §. scilicet uulgare. de leg. j. & l. j. C. de ingrati. liber. Hec enim emācipatio dicitur esse donatio ex simplici liberalitate, non ob causam. l. si in uersi. liberaliter. C. de emanci. libe.

Item iuxta præmissa dicit idem Alex. in consil. 76. nu. 14. ponderat. ?uol. 3. ꝙ dispositio facta fauore libertat ? dicitur esse dispositio ad piam causam. l. 1. uersi. fi. in uer. ratione pietatis. C. de commu. ser. manu. & ibi Bal. & in d. l. proximè. in fine.

9 Et dic ꝙ appellatione † libertatis, omnimoda libertas cōtinetur. l. cū uenderes. ff. de actio. emp. hinc est ꝙ res quæ non potest alienari sine licentia alterius, non potest dici proprie libera, seu feudum liberum, sicut dicimus de colonis ascriptitijs & censitis, quia quando non possunt se transferre de loco ad locum, non dicuntur plene liberi, secundum Bar. qui ita declarat in l. fina. §. Idem rescripserunt. ff. ad municipal. & tamen aliquando dicuntur liberi. l. cum scitis, & ibi Bar. C. de agrico. & censit. lib. 11.

10 Videmus etiam ꝙ res † obligata uel hypothecata creditori nō dicitur libera. l. ex prędijs. C. de euictio. Bal. in rub. de contrahen. emptio. not. Areti. in consil. 14. col. 1. uiso & diligenter considerato.

g Sed antiquum. Vide pro hoc quæ dixi in c. uolentes. s. de priuileg. & ultra quæ notat Domi. in consi. 72. uet. cōtrarium, credo quia punctus.

h 11 Fatue. Dic fatue † agere dicitur, qui ignē conatur extinguere sulphure.

¶Ne

i ¶Ne assumantur. Vide ꝙ in proposito in Marga.face. lego, in electores prælatorum hoc nostro tempore moderno, id faciunt ꝙ luporum emptores, e quibus cum vnus emere vellet venditor inquit, amabo eum qui melior est, mihi eligito. respondit si vnus bonus est & reli-
12 qui, sic in electionibus prælatorum † parum refert quis ex collegio (vbi omnes inepti sunt) in Episcopum eligatur. Itaque operam frustra terunt bonum inquirendo in tali cętu.

De talibus prælatis meminit Præpo. in c. sit rector. col.
13 2. dist. 43. ibi, quibus † assimilatur prælatus, dic ꝙ assimilatur cani muto.

¶Item dicitur leo rugiens, & quasi lupus rapiens prædam, vt Ezechi. c. 22. Item dicitur, se, non oues pascere, quærere propria lucra. 8. q. 1. c. sunt quidam, & propter hoc ei aufertur potestas. Ezechi. 34. c.

Item dicitur canis impudicus propter defectum regiminis. 2. q. 7. c. qui nec.

¶Item dicitur coruus, propter nigredinem peccatorum. 2. q. 7. c. non omnis.

Item dicitur porcus. d. 43. distin. c. in mandatis.

¶Item dicitur rusticus a rusticitate. 46. distin. in princ.

Item dicitur gallus gallinaceus, id est, capo, quia sicut ille non cantat, ita nec malus prælatus.

Item non generat nisi tales quos non decet.

Item non pugnat pro subditis.

¶Item sicut ille non vocat gallinas, ita nec iste vocat pauperes.

Item sicut capo se impingat, ita & malus prælatus.

Item assimilatur sepulchris gentilium in sex, quia luteus ligneus, lapideus, ereus, argenteus, & aureus, cętera & latiora possent dici, sed taceo, quia cartæ non debent impleri descriptione vitiorum malorum prelatorum, sed potius gestis sanctorum.

k Asini deferrati. † Qui dicuntur solum habere huma-
14 nitatis effigiem, quia viris studiosis & sapientibus veram inesse humanitatem pulchritudinemque virtutis aiunt Philosophi.

Hinc Aristippus interrogatus, dixisse fertur, inter doctos atque indoctos, perinde distare vt inter domitos equos, & indomitos, aut quantum inter viuentes & mortuos.

Sic etiam interrogatus Aristoteles quo different docti ab indoctis, quo viuentes a mortuis respondit, & certe
15 equidem ratione id diximus. Nam † qui doctrina sapientiæ præditi fuerunt, viuent omnibus sęculis omnigenisq; tollentur linguis, inextinguibile nempè est nomen sapientis, atq; vis nostra nō in animo & corpore sita est, animi imperio corporis seruitio magis vtimur. Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune est, re-
16 ctius † tamen videtur esse ingenij quàm virium opibus gloriam quærere, cum & diuitiarum & formæ gloria fluxa atq; fragilis sit, virtus clara ęternaq; habeatur, intuendum ergo non est vnde homines veniant, sed quo eant, scilicet de virtute in virtutem firme ambulantes, Deus enim qui homines generat atq; inspirat, omnes pares esse voluit, teste apostolo, non enim est acceptio personarum apud Deum, eandemq; viuendi conditionem omnibus ptoposuit, immortalitatem omnibus spopondit, nemo apud eum seruus, nemo dominus, nemo pauper est, nisi qui iustitia indiget, nemo diues nisi qui virtutibus plenus est.

¶Eia igitur clarissimi ad Ouidij dictamen attendamus ingeniumq; meum longa rubigine lęsum, labore potius conteri quàm ocio & desidia consumi, restat saltem fructus laboris vbi ocium vitijs alimenta ministraret.

¶Hinc apost. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis, & Salustius in Catilina. Omneis homines qui se student prętare cetis animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora, quæ natura prona atq; ventri obedientia finxit. Ad quę nō attendunt nepotuli & asini deferrati, prout nec eorum patrui & auunculi, qui sunt causa causæ, sic vtriq; fatui & bestiæ, Meritò sanè hic legitur apud Ioan. Mo. ꝙ tales non sunt pro, sed contra, subaudi Ecclesiam, quæ licet sit eorum mater, & altrix, hi tamen more ingrati filij in eam totis viribus (etiam in curijs principum) inuehunt iuxta illud. mala pro bonis &c. Et qui edebant panes meos &c.

Non immeritò idcirco iuribus communibus & gallicanis statutum dicitur sincere, ꝙ beneficia viris literatis debent conferri.

De quodam nepotulo meminit Pau. de Cast. in consi. 337. primo quæritur. in 1. par. in themate consilij. Is enim nepotulus effectus est abbas Cluniacen. potentia cuiusdā principis sęcularis eius auunculi, propter cuius honorem in dicto monasterio, suum pomposum fecit ingressum expen. monasterij.

Et pro dicto Ioan. Mona. possumus audacter adducere quod in simili citat de notarijs Bal. consi. 6. viso testamēto Bart. Lucij. in 4. par. quòd nimia imperitia tabellionis destruit mundum, & ponit conscientias bonorum virorum in magno discrimine, ita faciunt nepotuli conscientias auunculorum, & aliorū parentum. & postremò subditorum suorum, quod etiam conuenit aliquibus non nepotulis, quia non differt an sint nepotuli aut similes illis, iuuenes, vel senes, magni, vel parui, quia vnum & idē in male gestis resoluunt.

¶In proposito dicit Hostien. in c. graue. in princ. quem ibi refert Ioan. And. s. de præben. quòd cum canonici Argentinen. Ecclesię non possent concordare de canonicis creandis, conuenerunt in hoc ꝙ quilibet canonicus crearet suum, cū autem quilibet nominaret suum nepotem, vel consanguineum, de nobili (persecutorum Ecclesiæ descendentem) sanguine quidem Romanus canonicus eiusdem Ecclesiæ, nominauit asinum suum, dicens quòd cum semper fecisset vtilitatem Ecclesiæ, nominauit asinum suum, dicens quòd cum semper fecisset vtilitatem Ecclesiæ, & nunquam damnum erat omnibus persecutoribus præferendus.

Hinc Bernardus: Episcopus tali nepotulo committit duo milia animarum, cui non committeret duo pira, & scholares pueri ob sanguinis dignitatem promouentur ad Ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum presbyteris, letiores quàm virgas euaserunt, quàm ꝙ principatum meruerunt. profecto tales asini deferrati & indocti prælati comparantur idolis ligneis. hinc Hiero. lignum est argento inuolutum, & isti sunt tamquam chimerę, quæ non sunt nisi in opinione, prælati autem elegantes in sęcularibus, & mundanis, qui copiosę de illis loquuntur, & plus quàm par foret assimilantur simulacris ereis quæ bene sonant.

Item prælati qui franguntur fortitudine temporali, sic ꝙ non audent propter dictam fortitudinem agere, quod eos decet iuxta officij & prælaturæ exigentiam conferendi, sunt tales idolis lapideis, non tamen sunt lapis qui debeat poni in capite angulari de quo psal. 117. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in capite anguli. Sunt & alij prælati qui imitantur simulacra argentea, & sunt illi qui habent in Ecclesia ingressum per pecuniam, de quibus Actuum octauo. Pecunia tua tecum sit in perditionem.

l Seruire. Vide Domi. in consi. 1. col. 3. vbi istud dictum satis comprobat. Vltra eum attende ad Archi. in c. si pro-
17 pter. col. 3. s. de rescrip. ꝙ si legaui † seruo meo libertatem si triennium seruierit hæredi meo, & impeditus infirmitate non seruierit aliquo tempore, putà anno, non tenetur supplere seruitium in futurum.

¶Vide quæ diximus. in c. 1. versi. & quia materia. s. de cleri. non residen.

Istud vltimum firmat Srepha. Bertran. consi. 284. col. 2. viso ac considerato. In 1. par. vbi alia subdit similia quòd
18 si Episcopo † concessi fuerunt fructus beneficiorum primi anni, & chrismate vel tempestate perierunt, non propter hoc Episcopus habebit fructus secundi anni. Archi. Domi. post eum. in c. si propter s. de rescrip. hoc lib.

Datur simile. nam si emi a te iactum rhetis, & tu nihil ceperis in primo iactu, ego nihil petere possum, vel cogere te ad secundum iactum. l. nec emptio. ff. de contrahen. empt. & l. si iactum. ff. de actio. emp.

Ad idem ꝙ si testator leget fructus qui nascentur primo anno, & nulli nascantur, nullos habebit legatarius. l. cum certis. ff. de vino, tritico, & oleo lega. l. 2. ff. de annuis lega.

m ¶Gaudebit. vide quæ dixi. in c. 1. in ver. assistentes. s. de schisma. & Pau. de Cast. cōsi. 340. quod exorditur præmissis allegationibus. in 1. par.

De Regulis iuris. Rub.

SUMMARIUM.

1 *Regula iuris constituitur ex multis. Iuribus particularibus constitutis in idem tendentibus.*
2 *Regula cum habet instantiam, seu exceptionem, in illa perdit officium suum firma ipsa manente in alijs.*
3 *Regula fit firmior propter exceptionem.*
An exceptio contineatur sub regula, vide hic.
4 *Solius incomplexi est diffinitio principaliter.*
5 *Regula iuris est, vt hic legitur.*

SUMMARIUM.

Philippi Probi.

1 *Proœmium venit tamquàm causa finalis considerandum.*
Ex verbis proœmij, colligitur mens disponentis.
2 *Secundum principium, posterior formatur euentus.*
3 *Ex titulo libri, declaratur quomodo omnia inde secuta intelligi debeant.*
4 *Ad præfationes & proœmium recurrimus, vt habeamus voluntatem disponentis.*
5 *Exceptio declarat regulam, prout & firmat.*
6 *Exceptio duplicem reperitur habere virtutem vt hic.*
7 *Exceptio non excludit similes casus ipsius exceptionis.*
Licet dictio taxatiua habeat excludere, non tamen excludit similia.
8 *Qui habet regulam pro se, dicitur habere fundatam intentionem.*

TOTVS iste liber sextus in sex partes diuiditur, in proœmium a & Tractatum. s. de sum. Trinita. & fide catho. & epilogum, vt hic, nam † multis iuribus particularibus constitutis in idem tendentibus ex his regula iuris constituitur, quæ cum constituta est, ius est, sed ante ex iure aliàs constituto procedit. ff. eo. tit. l.

Tractato igitur de iure, nunc sequuntur iuris regulę ex iure aliàs constituto elicitæ. Et regula † cum habet instantiam, seu exceptionem, b in illa perdit officium c suum. ff. eo. l. j. in fi. firma ipsa manente in alijs. Auth. de non alien. §. vt aūt lex. colla. 2. & etiam firmior in alijs, pp exceptionem. argu. ff. de fundo instru. l. quæsitum. §. denique. Neratius.

Sed quæritur an exceptio † contineatur sub regula, & dic ꝙ continetur, sicut pars sub toto. Quia nihil ab aliquo excipitur, nisi contineatur sub eo. Et quandoq; exceptio arctat id, a quo excipitur, vt sit eius immediatum indiuiduum. ff. de penu lega. l. nam quod liquide. § fi.

Dic tamen ꝙ aduersa est attributio regulæ & exceptionis, respectu terminorum regulæ, vt no. s. eo. c. 1. per quod pone exemplum regulæ iuris.

Quid autem sit regula d & ius, & vnde dicatur, habetur 4. dist. regula. & de iusti. & iure. ff. l. 1. vnde regula iuris. i. regula iuridica, sicut dicitur cappa socratis. i. socratica.

Et solius † complexi est diffinitio principaliter, incomplexum tamen imperfectum habet diffinitionem iungendo diffinitiones partium complexi imperfecti secundùm Philosophum, verbi gratia, aliquis vult diffinire hominē album, videat partium diffinitiones, & eas simul iungat, homo est animal rationale mortale, album est disgregatiuum visus, & secundum hoc dic, ꝙ regula iuris † est distortum prauum quia corrigens, bonum & ęquum breuiter comprehendens.

ADDITIONES PROBI.

a PROOEMIVM. Quod † tamquàm finalis causa venit considerandum. Bal. in l. liberis. col. 1. C. de colla. & in l. fi. ff. de hæred. insti. vbi text. de iure melior. ꝙ præfationes & proęmium causam probant finalem. & per eundē text. Panor. in c. aduersus. sub num. 11. de immuni. eccles. dicit ꝙ ex verbis proœmij colligitur mens disponentis. Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ab ordi. faci. Bar. & Bal. in l. regula. ff. de iur. & facti igno. Pet. de Anch. cons. 271. col. 2. in auxilium veritatis, quæ inter alia citat quòd secundum † principium posterior formatur euentus. l. 1. de impo. lucra. descrip. lib. 10. C. idem Petr. de Ancha. in cap. quorūdam. s. de elect. hoc lib. post Oldra. consil. 103. quæstio est. Maria. Soc. consi. 91. col. 3. visa, qui dicit in proposito consi. 159. col. 6. in præsenti consultatione, ꝙ si narrata in proœmio & præfatione vnius compositionis non sunt vera, dicta compositio iure communi irritatur, quia factum se habens aliter, quàm proęmium ostendit, reddit subsequētem dispositionem nullam. l. fi. ff. de hered. institu. istud est dictum eiusdem Pet. de Ancha. consi. 180. col. 1. visa diligenter. vbi allegat alia iura.

3 Facit ad præmissa, quia † ex titulo libri, declaratur quomodo omnia inde secuta intelligi debeant, quia secundū illum regulantur & restringuntur omnia ibi scripta. l. Nesennius. ff. de neg. gest. Bar. in l. si patruus. C. cōmu. vtriusq; iud. Alex. consi. 186. num. 2. Zacharias. vol. 6. & cons. 204. num. 11. perspectis verbis. eo. vol. 6. Quod ad præfationes & proœmium recurrimus, vt habeamus voluntatem disponentis. l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. ad Maced. l. fi. & ibi Bart. ff. de hæred. insti. & l. cum hi. in prin. ff. de transac. l. regula. §. licet. vbi Bart. ff. de iur. & facti igno. Bal. in c. cum terra. s. de electio.

b ¶ Exceptionem, quæ † declarat regulam quomodo intelligi debeat. l. nam quod liquide. §. fin. ff. de penu lega. quem text. ita allegat & singu. ad hoc reputat Ioan. Imo. in l. filio præterito. ff. de iniusto testam. refert Alex. consi. 36. in princip. viso themate & dubijs. volu. 6. Aliquando etiam firmat exceptio regulam, vt hic per Docto. nisi ex hoc resultet correctio iuris, per ea quæ tradit idem Alexā. consi. 145. num. 3. viso themate. volum. 5. vbi dicit quòd vbicunque constitutio aliquos casus excipit, non per hoc dicitur firmare regulam in omnibus casibus alijs, nisi ex hoc resultaret correctio iuris: imo in casibus non exceptis stabimus dispositioni iuris. l. serui nomine. cum ibi not. per glo. & Bart. ff. de vsucap. & l. ob es. C. de præd. minor. probatur in cap. ad audientiam. cum ibi not. s. de cler. non resid.

6 ¶ Et dic † exceptionem duplicem habere virtutem, eximere, seu extrahere, & virtutem indefiniti, seu obscuri sermonis & præcedentis declarare. arg. l. fina. §. cui dulcia. ff. de vino, tritico, oleoq; lega. not. Bertran. consil. 131. num. 2. viso casu. in 1. par.

¶ Et quod dicis exceptionem firmare regulam in non exceptis, non tamen ampliat eam, vt faciat sub ea comprehendi ea quæ de per se & sui natura non comprehenderet ipsa regula. text. est in l. generali. §. vxori. vbi Bart. ff. de vsufr. lega. & in l. Lucius. §. pluribus. vbi idem Bart. ff. ad Trebel. & in l. 1. in fi. ff. isto tit. quod placet Alex. consi. 106. versi. solum ergo restat. visis & opportune. volu. 5. & consi. 51. in fi. viso themate. vol. 3. & consi. 28. num. 13. visis. vol. 1.

7 ¶ Item † quamquam exceptio firmet regulam in non exceptis, tamen exceptio non excludit similes casus ipsius exceptionis. glo. est sing. in l. 1. C. de condi. indeb. imo includit aliàs similes exceptiones. tradit Alexan. in consi. 130. num. 7. in causa strazarolorum. vol. 4. vbi subdit in simili, quòd licet dictio taxatiua de sui natura habeat excludere. l. 3. §. a Titio. ff. de adimen. lega. tamen non excludit similia, nec ea quæ veniunt vigore verborum cui adiungitur. vt habetur in Clem. exiuit. §. cum autem. de verb. signifi.

c ¶ Officium suum. Et in alijs firmat regulam. l. quæsitū. §. denique. ff. de fundo instruc. §. vt autem. in Authē. de nō alienan. vbi glo. cum similibus. non tamen videtur regulam ampliare (vt diximus in præcedenti apostilla) ad ea aliàs non facta exceptione sub regula non comprehenduntur. l. generali. §. vxori. vbi Barto. ff. de vsufru. lega. idem Bart. in l. Lucius. §. 1. ff. ad Trebel. Panor. in c. in nostra. s. de sepul. firmat Dec. consi. 379. sub nu. 8. requisitus, & Maria. Soc. consi. 47. col. 2. versicu. sed ad hanc. consilijs nostris.

d ¶ Regula. quam † quando quis habet pro se, dicitur habere fundatam intentionem. glo. in l. omnis diffinitio. ff. hoc titu. Barto. in l. quotiens. ff. si quis cautio. Dec. in l. 1. ff. isto titu. & consil. 475. num. 3. in causa quæ Mantuæ.

¶ Præterea dic quòd si semper staret immobilis, non regula sed constitutio foret immutabilis, prout dixit fortuna. Si non mutarer, cur fortuna vocarer.

Bonifa-

Bonifacius Octauus. Regula I.

¶Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè &c.

SVMMARIVM.

1 *Instituere dicitur, vt hic.*
2 *In Ecclesia Dei non debet esse ingressus, nisi per hostium.*
3 *In beneficijs Ecclesiasticis acquirendis debet abesse omnis prauitas, & adesse omnis puritas.*
Ecclesia Dei debet habere ministros legitimè institutos.
4 *Possessio dat ius eligendi, & instituendi.*
5 *Possessio ex nostris actibus procedit.*
6 *Instituens plus iuris habet in institutione, quàm præsentans in præsentatione.*
7 *Infectio tantò plus inficit, quantò dignius est illud quod inficitur.*
8 *Possessio dat ius præsentandi, eligendi, conferendi, & instituendi, actiue, non passiue.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Institutio, seu electio tripliciter potest appellari canonica vt hic describitur.*
2 *Electio debet esse sincera, pura, & gratuita.*
3 *Dictio, potest, importat vt hic.*
4 *Vbi deest potentia, ibi actus est irritus.*
5 *Vbi lex remouet potentiam a contractu, ibi contractus est ipso iure nullus.*
6 *Papa vel Imperator non potest dare fidem scripturæ non authenticæ in præiudicium alterius.*
7 *Forma causatur ex verbis hic descriptis.*
Forma dat esse rei, & conseruat rem in esse.
Anima est corporis forma.
9 *Quæ fiunt præter & contra formam sunt ipso iure nulla.*
10 *Formæ nihil addi, vel detrahi potest, quia quod in se perfectum est non suscipit in se maius vel minus.*
11 *Qui solutus est omnibus, si delinquat, maiori pœna debet plecti, quàm cæteri non soluti.*
12 *Papa quando fiat minor quolibet catholico, vide hic.*
13 *Prælatus alienans rem Ecclesiæ, desinit prælatus in eo.*
14 *Dignitas aggrauat delictum.*

BENEFICIVM. Pone casum.ff.de decurio.l. Herennius.& s̃.de insti.ex frequentibus.

Item pone casum vbi est color aliquis in contendente super beneficio.s̃.de præben.dilecto.s̃.de iure patr.consultationibus [institutione a] quid sit instituere & quid 1 inuestire.no.s̃.de insti.c.authoritate, vnde † instituere, id est, intus statuere, prouidendo vel ius statuendo in Ecclesia, vel de ipsa.vt not.j.eo.in generali [obtineri] Ratio, 2 quia in Ecclesia † Dei non debet esse ingressus nisi per b hostium b, vnde Ioan.10. Ego sum hostium ouium, & hoc hostium habet clauet quæ committuntur prælato, qui habet mediantibus clauibus, id est, canonicis regulis, instituendos in Ecclesia Dei introducere.

3 ¶Item † in beneficijs Ecclesiasticis acquirendis debet abesse omnis prauitas, & adesse omnis puritas, quæ sine c canonica institutione haberi nõ possunt c, & domus Dei, idest, Ecclesia debet habere ministros, nõ spurios, sed legitimè institutos. Aliàs domus Dei, id est, Ecclesia (quam decet sanctitudo decorem) non haberet quod sibi competit.de æta.& quali.indecorum.

4 ¶Sed contra regulam obijcitur. Possessio † dat ius eligendi & instituendi.s̃.de causa posses.& propriet.cum olim.s̃.de elect.c.in Genesi.s̃.de iure patr. consultationibus. Ex quibus deuenitur ad ius eligendi in beneficium, & propter hoc est beneficium debitum, ergo possessio ad beneficium ius tribuit.

5 Sol.possessio † ex nostris actibus procedit.ff.de acquir. posses.l.1.& l.cum hæredes, & ideo valet in electione & præsentatione. Sed non est sic in institutione, quæ ex iure habentis institutionem procedit, vnde cum instituens 6 † plus iuris habeat in institutione, quàm præsentans in præsentatione, nõ est mirum si in institutione plus requiratur, quàm in præsentatione.arg.s̃.de offi.lega.cum dilectus.s̃.de exces.præla.tanta.

7 Et video quod † infectio tantò plus inficit, quantò di-d gnius d est illud quod inficitur.s̃.de elect.c.penul.40.dist. cap.homo christianus.c.2.de custo.euchari.vnde versus. quantò digniores, aut per genus, aut per honores, in te tantò res vitiosę sunt grauiores. Et inde est ꝙ metus qui non inficit, vt reddat quod inficit, nullum ipso iure, sed ope exceptionis adhibitus citra rem in qua maior exuberatio fidei requiritur, ipso iure inficit ff.quod met.cau. mulier.§.si dos.

Tu dic, possessio † dat ius præsentandi, eligendi, confe-e rendi, & instituendi, actiue e vt in contrarijs, non passiue, vt hic. Quia ego non acquiro ius ex sola possessione in beneficio ecclesiastico.vt hic.arg.s̃.de cler.excommuni. ministran.c.si celebrat.arg s̃.hoc lib.de elect.c.nullus.1. respon.& cap.cum ex eo.in fi.

ADDITIONES PROBI.

a 1 INSTITVTIONE. Dic ꝙ † institutio vel electio tripliciter potest appellari canonica, largè, strictè, strictissimè, siue strictius. Archi.in c.nullus.43.distin.& post eum Domi.cõsi.88.col.3.quod exorditur, Innocentius, largè quidam dicitur canonica illa in qua non sunt seruata substantialia, nec alia solennia requisita a iure positiuo, sed habet tantum validitatem iuris naturalis, vt quia tantum consensum eligere debentium, & ista de iure cõmuni positiuo non est valida.c.quia propter.s̃.de electio. & c.sicut.eo.tit.hoc lib.

Strictè dicitur illa quando seruantur illa quæ sunt de substantia, sed omittuntur illa quæ sunt de solennitate, & talis est annullanda. Strictius, in qua interueniunt omnia, & sic communiter accipitur vt hic, & secundum hanc quilibet beneficiatus canonice institutus potest dici canonicus. Ioan. And.in c.1.de elect.hoc lib. Panor.in c.causamq́;.col.2.s̃.de iudic.& in rub.de vita & honesta.cleri. Sed propriè non dicuntur canonici, nisi collegiati in aliqua Ecclesia.citat D.meus.in rub.de constitu.nu.26.

b 2 Nisi per hostium. Idem Ioan.Mona.in c.in electionibus.s̃.de electio.dum dicit ꝙ † electio debet esse pura, syncera, & gratuita. pura ex animo, syncera ex prouidẽtia, gratuita sine precio. Et sicut Ecclesia in se est pura nõ habens rugam, nec maculam, sic purè sine ruga, & inuolucro debet ei sponsus eligi.

c 3 Non possunt. Io.And.hic in glo.dicit ꝙ dictio, potest, † negatiue posita vt hic, necessitatem importat, secus si affirmatiue, quam improbo per doctrinam Bald.in l.1.ff. de iniust.test.vbi idem vult.alleg.l.nemo.ff.de leg.1.& l. non potest.ff.de iudic.& dicit inepta loqui ipsam, & est etiam de mente Franci hic, qui dicit illam indistinctè non procedere.

Panor.tamen in c.1.in 4.no.de cau.posses.& proprieta. conuenit.cum glo.& in c.1.in 2.no.s̃.de fid.instrumento.

Pro Bal.tamen contra glo. & Panor. habeo tex.iuncta glo.in ver.potuit.in c.quantò.s̃.de præsumptio.vbi Fely. & ante eum Panor.dicunt ꝙ verbum potest (negatiua ipsa præcedente) non importat semper necessitatem. Sed dic id procedere secundum eos, ne absonus resultet intellectus, quia tunc importat præsumptionem.

4 ¶Pro glo.contra aduertantes habeo, quia † vbi deest potentia, ibi est actus irritus. Bald.in l.fi.col.fi.versi.extra quæro.C.de fideicom.& alibi.idem Bal.videlicet.in c.1. §.vlti.col.5.versi.considerandum est.in tit.de pace iura. 5 firma.ꝙ † vbi lex remouet potentiã a contractu, ibi cõtractus est ipso iure nullus. hinc Maria.Soci.consi.93.col. penul.versi.postremò.circa primum.ꝙ per hæc verba nõ possit, censetur statutum resistere actui, ab initioq́; redditur actus nullus adeo ꝙ non oritur neq́; ciuilis, neq́; naturalis obligatio.alleg.Bart.in l.cum lex.in 2.col.versi.his præmissis.ff.de fideiuss.

Et ꝙ remoueat potentiam siue priuet, firmat Bart.in l. fi.num.7.versi.sed quæro quid si iudex.ff.de fer.quem ibi sequuntur Fulg.Roma.Pau.& Alex.idem Bar.in l.Gallus. col.1.nu.4.ff.de liber.& posthu.tangit Collecta.in c.at si clerici.col.2.in ver.potest Episcopus.s̃.de iud.

¶Panor.in vlt.no.in c.1.quem ibi sequitur Barb.s̃.de causa posses.& proprieta.dicit ꝙ propter hæc verba tex. nec non contra partem inauditam aliquid possumus diffinire, si Papa vel Imperator ferat sententiam contra nõ citatum, non valebit, quia esset (secundùm Car.ibi) tollere

lere defensionem, quæ est de iure naturali, quod tollere non potest. Cle. pastoralis. de re iud. cum simi.

¶Facit in simili dictum Panor. in c. 1. no. 2. s. de fide instru. 6 ꝙ † Papa vel Imperator non potest dare fidem scripturæ non authenticæ in præiudicium alterius. intentum verificat Alex. consi. 77. col. 1. num. 2. visis dubitationibus eleganter. lib. 3. allegat. d. l. nemo potest. de leg. 1. de lega. 1. & l. non potest. ff. de fur. vbi hæc verba, non potest, significant quandam impossibilitatem & necessitatem præcisam. firmat Bart. in l. 1. pen. col. C. qui admitt. vnde Anto. de But. in c. præterea. s. de dilatio. refert se de facto dixisse, ꝙ si statutum impediat quòd iudex non possit exercere iurisdictionem suam, vel vltra limites suæ iurisdictionis, non valebit pronunciare se competentem iudicem, quãdo per hoc excederet terminos suæ iurisdictionis. per no. in cap. si iudex. de senten. excom. hoc lib. ad idem Corne. consi. 216. versic. quia negatio. cuius initium est multum diffuse & eleganter. vol. 1. Soc. consi. 230. col. 2. versi. 2. respon. viso testamento.

7 Et attende quia huiusmodi † oratio in statutis apposita importat formam adeo quòd ea non seruata actus dicitur ipso iure nullus, vt potè statuto cauetur quòd mulier non possit contractum facere sine duorum consanguineorum consensu, quia si consensus non interueniat, non valet ipso iure, firmatur hæc per præmissa. facit l. certa forma. de iure fisci. C. lib. 10. tangit Franc. Aret. consil. 22. col. 2. vers. venio nunc. diligenter & maturæ. vide latè per Barba. consi. 12. scribitur. volu. 1. Ias. in l. vniuersa. col. pen. num. 14. C. de preci. Imperat. offer. ratio quia forma 8 † dat esse rei & conseruat rem in esse. c. cum dilecta. s. de rescrip. & l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhib. Et sic si forma non interueniat, contractus dici non meretur, sicut corpus sine anima non est homo, sed cadauer, cum anima sit corporis forma. glo. in Cle. vnica. in ver. simul vni- 9 tas. de sum. Tri. & fi. catho. Et non solum † quæ fiunt non seruata forma, sunt ipso iure nulla, sed etiam quæ fiunt præter & citra formam. Ista poteris verificare per doctrinam. Io. And. in nouel. in c. prudentiam. super versi. citra formam. col. 2. s. de offi. deleg. citat Host. allegantem text. Deuter. 12. cap. in fina. verbis, q̃d præcipio tibi, hoc tãtum facito domino, nec addas quicquàm, nec minuas. facit gl. in ver. præter. æquiparari.

Verum dicas vbi datur certa forma de substantia, secũdùm Domi. ibi Panor. in c. causam. s. de re iudi.

Quod autem contra, præter, & citra, sint synonima ad inducendum nullitatem actus, qui geritur. tenet Io. And. in c. cum Marte. col. 8. in princ. s. de celebra. Missa. adducit tex. Apoc. c. vlt. dum ibi dicitur, si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas, & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de lib. vitæ. facit text. Apostoli ad Thimo. 5. cap. sic dicens, testor Deo, & hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens, in alteram partem declinando, subiungens ibidem. c. 6. pręcipio tibi coram Deo, vt serues mandatum sine macula. hinc Ambro. in lib. de Para. Sed quid addas, inquit, vel detrahas præuaricatio videtur esse quædam mandati.

Ex quibus clarissimè constat nihil fieri debere contra præter, vel citra formam datam actui, aliàs talis actus vitio subiacet nullitatis. Bal. in l. fi. ver. Ex hoc talis elicitur. 10 C. de suis & legi. hæredi. vbi dicit, ꝙ formæ † nihil addi vel detrahi potest, quia quod in se perfectum est, non suscipit in se maius vel minus. l. 2. C. de manu. vindicta. nam omissio formæ in qualibet minima quantitate totum actum vitiat & processum. Pan. in c. causam. vlti. col. s. de re iudi. Idem Panor. post Anto. in c. Pisanis. s. de resti. spol. notat Calc. in consi. 56. in causa domini, vbi pro gl. adducit Bal. in l. vxorem. C. de condi. inser.

d Dignius est. Vide quæ in proposito dixi in c. vno. in fi. s. de vita & honest. cler. & in c. fęlicis. s. de poe. vltra quę habeo glo. in cap. aliorum. 9. q. 3. ꝙ Papa sine venia debet puniri sicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus est, quam ibi sequuntur Domi. & Præpo. ratio gl. 11 potest esse. Quia † ipse solus solutus est omnibus, & ideo maiori poena quàm alius plectetur si obnoxius probatur. facit illud Hila. Papæ transsumptiuè. 25. q. 1. c. nulli. in fi. eum dicit ibi, grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium. & ibi gl. alleg. ꝙ crimen augetur per dignitatem. c. homo. 40. dist. & ff. de re milita. omne delictum. ibi, augetur autem petulantiæ crimen dignitate Præpositi.

¶Et intellige quòd Papa debeat puniri non ab homine, sed a Deo solo, excipe secundùm prædictos crimen hæresis, de quo per hominem punitur, licet hoc crimen in solum Deum dicatur committi. Ioan. Mona. in rubr. s. de hæretic. & ibi dixi.

Et sic habeo ꝙ Vicarius Christi ab hominibus iudicatũ, & non solum a Deo, quod videtur durum & minus sustẽtabile per regulas iuris satis tritas, vt superior ab inferiore iudicetur in causa domini.

12 Sed non obstat, quia † quando Papa a fide nostra deuiat desinit esse Papa, & incipit esse minor, quolibet catholico dixi in proœ. in ver. interiectio. ideo non repeto.

Præmissa comprobari possunt per ea quæ multum singulariter voluit Bar. in l. qui fundum. §. si tutor. in fi. ff. pro 13 empto. ꝙ vbicunq; † rector vel prælatus ecclesiæ alienat fundum vel aliquam rem illicitè, non videtur esse rector vel prelatus, quo ad illẽ rem, & videtur Ecclesia tũc toto illo tempore vacare, quo non currit præscriptio. no. in c. 1. s. de reb. eccl. non alienan. & ibi dixi.

14 Item † in proposito, quia licet in omnibus libidinis amor turpis sit, nunquàm tamen deterior est quàm in honorato, quia quantò nobilior, tantò nocibilior, secũdùm Albertum, licet enim in serico, & lana eadem versetur libido, dignitas tamen personæ habet libidinis aggrauare delictum. c. cum quidam. s. de iureiurã. & l. presbyteri. C. de episco. & cler. & l. si qua illustris. C. ad Orficia. hinc Iuuen. omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quantò maior qui peccat habetur, ita virtus quoq; plausibilior & maior videtur in claro quàm in ignobili viro. hinc Io. And. in c. fi. s. de fil. presby. dicit ꝙ non valet dispensatio facta per Papam cum nato ex coniugato nobili & soluta nobili, nisi de nobilitate facta fuerit mentio, quod comprobo latè in tracta. de mãda. aposto. in eo passu, quòd non mandatur pro filijs presbyterorum.

Et pro ipso themate habes illud vulgare, quod citat gl. post tex. in ver. tamquàm maiores. in c. 2. s. de transla. episc. Omne animi vitium tantò conspectius in se crimen habet, quantò maior, qui peccat habetur.

e Actiue. Vide quæ dixi in c. 1. in ver. dic quòd nõ. s. de iu. patro. & in c. 1. in ver. mercaturus. s. de cler. coniuga. & in c. fi. in ver. & sic possumus dicere. s. de rescrip.

¶Bonifacius Octauus. Reg. II.

¶Possessor malę fidei, vllo tempore non præscribit. &c.

SVMMARIVM.

1 *Possessor malę fidei peccat.*
2 *In quo quis peccat, debet habere pœnam, non præmium.*

POSSESSOR. Pone casum. C. de pręscriptio. long. 1 temp. auth. malefidei. Et est ratio, quia † possessor malefidei peccat. s. de præscript. quoniam omne. 34. q. 2. si virgo.

2 Et in eo, in quo quis † peccat, debet ipse habere pęnã, non præmium. s. de transla. episc. cap. inter corporalia. §. sed neque. Et sic ex possessione malæ fidei detenta talis possessor non debet præmium acquisionis per præscri- a ptionem, ius tamen retinendi possessionem [a] acquirit. C. de præscrip. 30. vel. 40. anno. l. si quis emptionis. §. 1.

ADDITIONES PROBI.

a POSSESSIONEM. Hæc tamen longa possessio non plus operatur quàm verus titulus cum voluntate domini tradentis. not. Alex. in consi. 74. in fi. volum. 4. circa primum.

Bonifacius Octauus. Regula. III.

Sine possessione, præscriptio non procedit. &c.

SINE POSSESSIONE. Pone casum. ff. de acquir. pos. l. sine possessione. & hoc probatur per distinctionẽ vsucapionis. ff. de vsucap. l. 3. [præscriptio] quæ est quædã vsucapio. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. fi. 1. respõ. Et dic de præscriptione, vt Azo in summa.

Bonifa-

¶Bonifacius Octauus. Reg. IIII.

Peccatum non dimmittitur, nisi restituatur ablatum. &c.

PECCATVM. Pone casum. s. de vsur. cap. cum tu. 14. q. 6. c. 1. Et æquitas huius regulæ probari potest per doctrinam in resolutione contractus, quæ docetur. C. quando lice. ab emptio. disced. l. 1. & 2.

¶Bonifacius Octauus. Reg. V.

¶Peccati venia non datur, nisi correcto. &c.

SVMMARIVM.

1 *In peccati abolitione, inter alia duo sunt necessaria.*
2 *Omne peccatum committitur in Deum.*
3 *Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito.*
4 *Venia accipitur vt hic.*
5 *Contritio debet esse de omnibus, aliàs pœnitentia non est fructuosa, quo ad vitam æternam.*

PECCATI. Pone casum. 24. q. 2. legatur. C. de sum. Trini. & fide cath l. fi. §. in quibus. C. de hæretic. Manicheos. ibi, delicti veniam petentibus damus. de pęn. dis. 1. §. econtra authoritas. c. quem penitet.

1 Et est ratio huius regulæ. In peccati abolitione † inter cętera duo sunt necessaria. Primum est culpę remissio, & hoc facit solus Deus, qui peccata dimittit, nec mirum, 2 quia omne peccatum † committitur in Deum, a vñ Psal. a Tibi soli peccaui. Secũdũ est peccantis dispositio, cum 3 actus † actiuorum secundùm Philosophum sint in patiẽte bene disposito, ergo prædicta duo sunt necessaria, vnũ principale agens, vt Deus. & alterum sicut instrumentale, & in hoc homo penitens, gratia diuina præueniẽte, se disponendo, sit adiutor Deus. vt ait Apost. 1. ad Corinth. c. 3. & ait Aug. Qui fecit te sine te non saluabit te sine te. b Et sic contrito b datur venia, [venia] accipitur venia pro 4 licentia, † vt Eccl. 25. ibi, non des mulieri nequam veniã, idest licentiam prodeundi. C. de in ius vocan. l. venia. Et c venia accipitur pro indulgentia, c vt hic. & d. l. Manicheos. & dicitur a veniendo, quia venit a licentiante, aut indul 5 gente [contrito.] Etiam de omnibus, † aliàs pœnitentia non esset fructuosa, quo ad vitam æternam. s. de pœnit. & remissio. quod quidam. & de pœnit. dist. 3. §. si.

Sed contra regulam obijcitur. dist. 4. deniq;.

¶Sol. hic loquitur de venia pœnæ, ibi de venia culpæ, propter multitudinem vel scandalum sustinenda, ne peius contingat, vt hic colligitur.

ADDITIONES PROBI.

a IN DEVM. Maximè crimen hæresis Io. Mon. in rub. de hæretic. ∫. hoc. lib. quod fertur in omnium iniuriã, vt ibi.

b ¶Contrito. Et se corrigente. cap. legatur. 24. q. 2. vbi dicitur, quòd nusquàm legitur dominum veniam (nisi se corrigentibus) dedisse.

¶An autem ex venię petitione inferri possit ad confessionem criminis. Ita ꝙ veniam petens videatur crimẽ confiteri, pro hoc habes tex. probantem ꝙ non. in c. exhibita. vbi gl. in ver. postulauit. s. de homicid. quam ad propositum reputat sing. Alex. Imo. in l. 1. ff. de no. oper. nuncia. in prin.

c Indulgentia. Hinc Genes. 4. maior est iniquitas mea, q̃ vt veniam merear, dicit Caim.

¶Bonifacius Octauus. Reg. VI.

¶Nemo potest ad impossibile obligari. &c.

SVMMARIVM.

1 *Difficultas præstationis non reddit stipulationem inutilem.*
2 *Omnis obligatio in dando vel faciendo consistit.*
Quod nec est, nec esse potest, dari aut fieri non potest.
3 *Per actionem consequimur quod nobis debetur.*
4 *Ad impossibile, non est possibilis obligatio.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando quis teneatur præcise facere, & adimplere, vide hic.*
2 *Non entis nulla est actio, nulla passio, nullæq; sunt causæ.*
3 *Non potest subsistere consequens, nisi præcedat antecedens.*
4 *Per instrumentum emancipationis probatur patriam potestatem præcessisse.*

NEMO. Pone casum in possibili facti, siue sit promissum impossibile, vel conditio impossibilis, licet promissum sit possibile. ff. de verb. obliga. l. si stipulã. 1. respon. & l. impossibilium. & Institu. de inutil. stipul. in prin. 1 difficultas tamen † præstationis stipulationem non reddit inutilem. ff. de verb. oblig. l. 2. §. sed quidam. Vbicunq; etiam pactione, consuetudine, seu priuilegio quis ad delinquendum inuitatur, hoc bonis moribus obuiat, & sic non ligat. ff. de pact. dotali. conuenire. ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. s. de consuetu. ex parte. & ff. eod. titu. l. mulieribus. etiam si ex post facto incipit esse iniquum. ff. de vulga. & pupilla. substitu. l. ex facto. §. 1. s. de deci. suggestum. & 63. dist. c. 1. §. verum.

Item pone casum in impossibili moris. ff. de condi. insti tu. l. filius. s. de iureiur. c. Quintauallis.

Item in impossibili iuris. ff. de verb. oblig. l. si stipulor. 2. respon. s. de præben. dilecto. & c. dilectus. 1. & s. hoc lib. de iureiur. contingit. Et est ratio huius regulæ, quia omnis 2 obligatio in † dando, aut faciendo a consistit. ff. de verbo. a oblig. l. 2. in prin. Sed quod nec b est, nec esse potest, dari b aut fieri non potest.

Item obligatio parit actionem. ff. de procur. licet. §. ea. Sed quod nec est, nec esse potest, parere non potest.

3 ¶Item per actionem † consequimur quod nobis debetur. Institu. de actio. 2. respon. debere est de alio habere. Sed quod nec est, nec esse potest, de alio haberi nõ 4 potest ergo ad † impossibile, non est possibilis obligatio, vt hic. & ff. eod. impossibilium. & l. verum. dist. 4. erit. & ff. quæ senten. sine appella. rescin. l. fi. & ff. de actio. & obliga. non solum.

ADDITIONES PROBI.

a IN FACIENDO. Dic ꝙ si illud faciendum † descen 1 dat ex obligatione ex dispositione legis, tunc tenetur quis præcise facere & implere. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obliga. per l. si cum exceptione. §. sed & si quis. ff. quod met. cau. vbi idem Bar. & in l. 1. §. hoc autem edictum. colũ. 2. ff. de no. oper. nuncia. & in l. illud. per illum tex. de excusa. mune. lib. 10. C. Bal. in l. nec patronus. circa fin. C. de oper. liber. Panor. in c. 1. vlti. not. s. de sponsa.

b ¶Nec est. Habes in simili vulgare ꝙ † non entis nulla 2 est actio, nulla passio, nullęque sunt causæ. glo. in c. bonæ. el 1. in verb. natura. s. de elect. hinc Car. consi. 139. num 4. factum tale est, magister Bartholomęus. citat ꝙ super nõ ente non versatur arbitrium, quia omne arbitrium alicui datum vel concessum siue a lege, siue ab homine, debet semper intelligi, si appareat factum, super quo datur arbitrium.

3 ¶Item † non potest subsistere consequens nisi præcedat antecedens.

Item non potest tolli, nec extingui quod non est. no. in l. 5. §. fi. ff. de iniusto rup. & irrito test. & ibi glo. adducit concor. ad idem. c. ad dissoluendum. s. de despon. impub. Patiens sine agente esse non potest, nullaque ibi debet esse pena, vbi adest noxia, cui quadrat id quod in iure dicitur, non potest itaque pœna delictum extinguere quod non est, nec quoque potest vbi nihil debetur, solutione tolli obligatio.

Priuatio non est dabilis, vbi deest habitus. l. decem. ff. de verb. oblig. non potest (dicit tex.) is liberari, qui non tenetur, desille non dicitur quod nõ incępit. l. Titio vsufructus. ff. de conditio. & demon. hinc Bald. in l. moueor. 4 C. de ser. expor. & in l. fi. C. de senten. pas. quòd † per instrumentum emancipationis probatur patriam potestatem præcessisse. per l. manumissiones. ff. de iusti. & iu. vbi apparet ꝙ iure gentium (quo omnes homines liberi nascebantur)

tur) incognita erat manumissio. Bal. in c. ex literis. in fi. de consti. ꝙ conclusio libelli non potest fundari super eo quod non est.

¶Eius quod non est, non est dare priuarionem. Soci. consi. 230. col. 2. viso testamento. dixi. s. in c. nemo. versi. fouetur intentum, de electio. vide Io. Mo. in c. Romana. nu. 6. s. de offi. ord. & ibi dixi.

Idem dic de nullo vel eo qui effectum aliquem producere non potest. latè congerit Bartho. de Chass. consi. 1. §. his quatuor præsuppositionibus. cum seq. §. car. mihi. 7.

Bonifacius Octauus. Reg. VII.

¶Priuilegium personale personam sequitur, &c.

PRIVILEGIVM. Pone casum. ff. de censi. l. ætatē. & C. si pend. appel. mors inter. l. si pater. ff. de re iud. & si fideiussor. s. de offi. delega. super quæstionum. § si verò duo.

& Sic pacta personalia, personam non transgrediuntur ff. de pact. l. iurisgentium. §. pactorum. s. de transactio. veniens.

Bonifacius Octauus. Reg. VIII.

¶Semel malus semper præsumitur esse malus. &c.

SVMMARIVM.

1 *De quolibet præsumendum est quod sit bonus.*
2 *Hominum natura de facili labitur ad delicta.*
vitia sine magistro discuntur.
3 *Ex nobis mali sumus, & diuina gratia boni sumus.*
4 *Perturbata conscientia semper præsumit seua.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Semel periurus admittit beneficium iurandi.*
2 *Periurus tenetur præstare iuramentum calumniæ & fidelitatis.*
3 *Testis deierans in vno capitulo in alijs non admittitur.*
4 *Fides notarij fundatur in iuramento, licet officium fundetur in decreto superioris.*
5 *Semel excommunicatus semper præsumitur excommunicatus, nisi probetur absolutio.*

a SEMEL MALVS.[a] Pone casum. ff. de re milita. l. non omnis. §. a barbaris. & C. de suscepto. & archa. l. aliquid. libr. 10. & ff. de accusa. l. si cui. §. ijsdem. ff. de furt. l. si non potest. supra de elect. super eo. 50. dist. si quis diaconus.

1 Et est ratio huius regulæ, de † quolibet præsumendum est ꝙ sit bonus. s. de scru. in ordine faciē. c. 1. s. de pręsump. dudum. ff. de manu. testa. seruos. Ergo semel bonus præsumitur in posterum bonus, ergo hoc magis præsumendū 2 est in semel malo. Et est ratio, humana † natura de facili labitur ad delicta. vt in Auth. de mona. §. si verò. col. 1. Et ait Seneca libro naturalium quæstionum, virtus difficilis est inuentu, rectorem, ducemq; desiderat, & sine magistro vitia discuntur.

3 Item † ex nobis mali sumus, & diuina gratia boni sumus. Et ideo qui est semel bonus præsumitur imposterū, multò magis de eo qui semel malus fuit.

¶Item ratio huius regulæ liquet ex parte præsumentis cuius natura corrupta malo potius præsumitur. Sapien. 4 17. semper † perturbata conscientia præsumit seua.

ADDITIONES PROBI.

a SEMEL MALVS. Text. in c. paruuli. 22. q. 5. vbi 1 † qui semel fuit periurus amittit in alia causa beneficium iurandi. & ibi glo. fi. dicit quòd qui semel peierauit præsumitur ꝙ semper debeat peierare. 2. q. 7. c. nō potest, vnde amodo nō est sacramento suo credendum. de præsump. c. literas. excipe (dicit glo.) iura quæ potius sunt oneris q̄ honoris, vt iura calumniæ, & fidelitatis. vnum tamen dicit ꝙ si hoc modo infamatus nō præstabit iuramentū purgationis, ex quo est cōtra eū suspitio, pro conuicto habetur qui purgare se non potest, & imputet sibi qui in talem casum incidit, quia culpa sua illud substinet. 15. q. 1. c. si quis insaniens, quod vltimum non placet. Sed ego nō credo ita tenendum dicit Do. Guil. thesaura. Andega. ibi, circa finem propter. l. sciant. C. de probatio. quæ est canonizata. 2. q. 8. ca. sciant. Et ꝙ probabit per bonos testes si possit, si vero non possit, iudex sibi nō deferat, sed eum absoluat.

2 ¶Et inquantum. s. proxime diximus ꝙ † periurus tenetur pręstare iuramentū calumnię & fidelitatis, & aliud in sui præiudicium, pro hoc habeo glo. in c. cum in ecclesijs. s. de maior. & obed. vbi Panor. & in ca. intelleximus. nu. 14. supra de iudic.

¶Et sic vides quòd licet in periurio sit aliqua præsumptio periurij futuri propter regulam nostram, tamen non est suspitio tanta, quòd sit desistendum a iuramento oneroso.

¶Istud potest etiam extendi ad iuramentū quod præstatur in responsione positionum. Tamen contra ista videtur tex. in aperto iure in cap. clericos. s. de coha. cler. & mulie. ꝙ licet ibi iuramentum sit oneris, & non honoris, tamen non debere præstari propter metum periurij, sed dic ꝙ ibi præsumitur suspitio deierationis ex statu præsenti illius personæ, quæ habet iurare, & ex coniecturis suspitio est euidentior, quàm in eo qui solum semel fuit periurus. Et sic inęqualitas præsumptionis inducit diuersum effectum, & in c. paruuli habetur respectus ad statū præteritum, & ad odium ipsius.

¶Et redeundo ad thema dic ꝙ illud cōprobant Alex. in l. 2. in §. quod diximus. ff. si quis cautio. & ibi Angel. & Roma. in l. admonendi, post prin. ff. de iureiur.

¶ Confirmo præterea. Nam illa qualitas quæ repellit testem a testificando in facto alieno, nec eius creditur testimonio, fortius repellit partem a tali iuramento in facto proprio, ista est communis Scriben theorica in d. l. ad-3 monendi Sed † habeo quòd si testis iurat super pluribus capitulis & deierat super vno, in omnibus repellitur eius testimonium tanquàm fundatum super iuramento indiuisibili. Specula. in titu. de teste. in versi. Item quòd aliquid de suo addit, vlti. car. vbi dicit ꝙ per mendacium totum testimonium decolorat. 3. quæstio. 9. ca. pura. & 9. distin. si ad sacras.

¶Bald. in l. ex falsis in fine. C. de transactio. dicit hoc verum si falso deponit, secus si per errorem, quia tunc non est periurus. l. exemplum. C. de fal. Et extendit illud ad notarium periurium in facto instrumenti vt aliquo ipsius 4 capitulo nō credatur, ratio, quia † fides tabellionis etiam fundatur in iuramento, licet eius officium fundetur in decreto superioris. no. in l. quidem. §. nummularios. ff. de edendo, vide ea quæ dicit Bal. in l. fina. colum. fi. de conuenien. fisci. debitor. libr. 10. cum Specula. & Bal. conueniunt Saly. & alij communiter in d. l. ex falsis, & ante eos glos. in capitu. in nostra. supra de testib. Bal. in rub. de contro inuestitu. in 2. colum. & in l. fina. in 3. oppo. C. de edicto diui Adria. tollen. Alex. consi. 44. nume. 7. volum. 2. viso & discusso processu allegat Ange. in l. prima. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obliga. idem tenet Soci. quem Docto. non allegant, consi. 160. colum. fina. præstantissime doctor.

¶Ista intellige si circa substantialia fiat periurium secundum Specula. Bal. & communiter alios in locis. s. allega. licet Ias. in d. l. ex falsis, in fine, dicat ꝙ licet non in substantiali, tamen potest puniri extraordinarie arbitrio iudicis, secundum Iacob. Butriga. in l. Lucius. ff. de infami. refert Bar. ibi in 2. lectura.

5 ¶Item † in simili themate, semel excōmunicatus semper præsumitur excommunicatus, nisi probetur absolutio. pro quo vide tex. cum glo. in capitu. cum ex insinuatione. de procura. glo. in capitu. proposuit de cler. excom. ministran. Imol. in Cle. prima, in princi. de excessibus pręla. hinc dicit glo. fina in fine. in ca. cum in iure. de offi. delega. ꝙ caueat qui absolutus est, custodiat suæ absolutionis literas, per quas tutus existat, si ei objiciatur excōmunicatio, aliàs posset ei periculum generari.

¶Bonifacius Octauus. Reg. IX.

¶Ratū quis habere nō potest quod ipsius nomine &c.

SVMMARIVM.

1 *Gestum esse nomine meo potest esse dupliciter.*

RATVM. Pone casum in delictis.s̄.hoc lib.de sent. excom.c.cum quis.2.respon.Item in contractibus.ff. de neg.gest.l.si pupilli.§.sed si ego.

Item in iudicialibus,sicut in eo qui processit,& ille qui potuit committere approbat processum quod nō valet. C.de iure fisci.l.2.lib.10.C.de bo.quæ liber.l.cum non solum.§.necessitatem.& not.Innoc.s̄.de offi.delega.c.prudentiam.in glo.quæ incipit.Sed quid si iudex.

Sed contra hanc regulam obijcitur.9.q.2.Lugdunen. Solu.Ibi Episcopus proprius non habet ratam ordinationem quæ tenet,sed excusationem approbat,seu ratificat, quam conferens ordinem dare non potuit materiæ non sibi subiectæ.

Vel dic ꝙ.in d.c.non fuit gestum nomine alterius expresè,sed interpretatiue,vt colligitur ex textu.

1 Item contra.C.ad Macedo.l.fi.Solu. gestum † esse nomine meo potest esse dupliciter, aut vocaliter.vt d.c.cū quis.aut re ipsa ad mei præiudicium,siue patris, vt quando filius contrahit mutuum sine patris assensu, fit in præiudicium patris.vt ff.ad Macedo.l.1.& hoc potest pater ratum habere, vnde ꝙ ius reprobat propter patrem, reprobatione sublata,per consensum patris qui vitiabat cōtractum,ipse contractus ratus manet,& est simile de vi & metu adhibito in contractu non interueniente in solutione vi vel metu.ff.de conditio.ob turp.cau.l.si ob turpē. & C.quod met.cau.l.2.

Idem in electione.s̄ de electio.c.quod sicut.§.si autem.

¶Dic ꝙ congregatio eligit,licet exerceat hunc actum per illos,qui sunt de cōgregatione.no.s̄.hoc lib.de elect. cum per formam.Et sic eligentes eligere nequeunt quin fit nomine eorum qui sunt de congregatione,vel nomine congregationis prosequuntur eorum contemptum. Sed quia ius eorum est læsum & contemptum ipsum cōsequūtur,sicut illi qui sunt de cōgregatione.J.eo.in toto.

¶Bonifacius Octauus. Reg. X.

¶Ratihabitionem retrotrahi & mandato non est &c.

SVMMARIVM.

1 *Vbicunq; fit aliquid nomine, vel prætextu præsidentis, quod non reprobatur,approbatur.*
2 *Impetratio literarum facta per falsum procuratorem non potest ratificari per dominum.*
3 *Ratificare quis debet,dum habet ius ratificationis.*
4 *Ratihabitio non tollit pœnam iam inflictam.*
5 *Maior defectus plus inficit,sicut defectus materiæ electæ,quàm formæ electionis.*
6 *Confessionis auditio, & absolutio in diocæsi alterius factæ an possint per Episcopum loci ratificari.*

RATIHABITIONEM. Pone casum in delictis. ff.de vi & vi arma.l.1.§.deieciſſe.& s̄.hoc lib.de sent. excommu.cum quis.1.Respon.

Item in contractibus.ff.de pignoribus.l.si fundus.§.1. C.ad Macedo.l.fi.& s̄.de clande.desponsa.quod nobis.

Item in iudicijs,siue fiat ratificatio verbo.ff.de iudic.licet,aut ipso facto.ff.rem rat.hab.l.3.§.falsus.

1 Et vbicunq; † aliquid fit nomine, vel prætextu præsidentis, quod non reprobatur,approbatur.no.2.q.1.notū. insi.ff.nautæ caupo.stabula.l.1.circa fi.s̄.de offic.delega. cum olim abbas.

Sed contra.s̄.de rescrip.c.nonnulli, vbi notatur ꝙ im-
2 petratio † literarum facta per falsum procuratorem non potest ratificari per dominum,& est expressum.s̄.de rescrip.ex parte decani.in fi.

Solu.hoc facit ius acquisitum illi contra quem est impetratio quod ab illo euelli non potest, ipso inuito.s̄.de electio.hoc lib.ab eo.ff.de pact.l.fi.ff.de posi.l.1.§.si rem expositam.arg.ff.qui potior.in pigno.habean.l.potior.2. Respon.vbi etiam spes non tollitur per factum sequens. Et ideo ius creatum illi cōtra quem impetratur impedit ne ratihabitio subsecuta retrotrahatur.simile.s̄.de electio. hoc lib.c.vt circa, vbi appellante committente contra dictam constitutionem, statim acquiritur appellato exceptio, quæ tolli non potest pœnitentia appellantis.

Item contra.ff.de offi.proconsul.& leg.obseruare.§.fi.

Sol.ibi non habet locum ratihabitio, quia ratum habens nō habebat ius mandandi tempore quo mandauit. Et ideo sua ratihabitio referri non potest ad tempus quo habuit ius mandandi.Sed si esset ius eidem mandandi ab initio, nullo extrinsecus impediente, vt in prima instantia, ratihabitio retrotraheretur.vt d.l.si fundus.§.1.nam
3 † ratificare debet dū ius habet ratificans. ff.rem rat.hab. l.bonorum.per hoc soluitur contrarium aliud.ff.de acq. hæred.l.si quis mihi bona.§.iussum.& est alia solutio.ad d.§.per.l.ff.de acqui.hæred.Paulus,aliàs incipit per procuratorem, quæ dicit ꝙ hæreditatis adito non potest mandari, nec rata haberi.

¶Fallit etiam. d.regula vbicunq; pœna imponitur a iure,& ille qui potuit mandare, ratum habet post pęnam commissam.

¶Verbi gratia, Viterbien.Episcopus ordinat clericum Ambianen.diocœsis absq; mandato Episcopi Ambianē. & tandem ipse ordinationem ratam habet,illa ratihabi-
4 tio † non tollit pœnam iam inflictam sed quatenus tangit ratihabitio ratificantem retro regulariter trahitur. arg s̄.hoc lib.de tempo.ordi.c.sępe.

Item contra.ff.de fur.l.si vendidero.§.si Titius, sed ista lex loquitur in facto hominis,hic in iure pœnam infligēte sine parte & per hoc respondetur.C.ad Macedo.l.fi.

Item contra.ff.de his qui no.infa.l.quid ergo.1.Respon. Solu.ibi loquuntur quando non est gestum nomine patris,& sic non potest ratum haberi.s̄ eo.c.proxi.

¶Vel dic ꝙ illa lex loquitur quando opus est facto ab initio,non ex post facto,vt ibidem dicitur expresè.

¶Sed quare falsi procuratoris gestio (quæ est nulla saltem respectu domini.s̄.de procura.in nostra.in fi.) rata potest haberi.vt d.l.licet.sed falsi iudicis gestio non.no.s̄. c.proximò.sed ibi non fuit gestum nomine illius qui mādare potuit.

¶Sed pone ꝙ fuit gestum nomine illius qui mandare potuit,dico adhuc idem, quia maior est defectus in iudice,quàm in parte.arg.C.de accusa.qui explicandi.& C.de
5 procu.non eo minus.Et † maior defectus plus inficit, sicut defectus materiæ electę,quàm formæ electionis.s̄.de electio.super eo.

Item ratio alia,iudicium est actus qui debet initiari recte.C.qui tuto da.poss.in vniuersis præsertim in iudice.

a ¶Ex quibus [a] dico ꝙ si quis audit confessiones, & ab-
6 soluit in dioceſi aliena (etiam nomine proprij Episcopi) ꝙ hoc non potest ratificari,& hoc casu sunt duo defectus scilicet potestatis & materiæ in quam agit absoluens.

Nec obstat.C.de his qui a non domino manu.l.1.& 9. q.3.Lugdunen.quia ibi non fuit defectus in iudice.

ADDITIONES PROBI.

a EX QVIBVS. Adde regulam generalem quam in præsenti materia tradit Pet.de Ancha.consi.123.col. 2.vnus ex procurator.ꝙ siue nullitas causetur ex defectu personæ actum nullum gerentis, siue ex defectus rei in dispositione deductæ, siue ex defectu consensus a principio requisiti in actu, nunquam ratihabitio subsequens firmat illos actus & gesta, nec purgat vitium nullitatis, vt probatur per ordinem. in l.non dubium.C.de legibus.& l.vsufructus.ff.de stipul.seruo.& l.si constat.de appella.& l.Paulus.ff.de statu homi.

Bonifacius Octauus. Regula. XI.

¶Cum sunt partium iura obscura, &c.

SVMMARIVM.

1 *Omnes homines sunt natura liberi, non serui, nec obnoxii.*
2 *Omnis debitor, cliens est creditoris.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *In casu dubio excusatur quis eligens opinionem quam secundum eius bonam conscientiam credit esse veram, licet postea in contrarium declaretur.*
2 *In dubio fit mediæ partis assignatio.*
3 *Quando de funeralibus agitur, de lacte, & lana contenditur.*
4 *Via media venit eligenda, quando rationes non magis ponderant pro vna parte, quàm pro alia.*

a CVM SVNT. a Pone casum. ff. de actio. & obliga. l. Arrianus. ff. eo. l. fauorabiliores. & s̃. de proba. ex his. s̃. de re iudi. c. fi. & ibi exceptiones a regula habentur.

¶ Et est ratio huius regulæ, actor impetit, reus se defendit, & secundum est fauorabilius quàm primum. Institu. de interdic. commodum. C. de tempo. in integ. resti. l. petente. C. de dila. si quando.

¶ Item alia ratio, quis præsumitur non ligatus, nisi probetur ligatus, cum † omnes homines sint natura liberi, non serui, nec obnoxij. Auth. quib. mod. natu. effician. sui. §. nunc si quidem. col. 7. Et ideo hoc faciente pro eo, cum iura partium sunt dubia, reo potius est fauendum. Item reus pugnat in iudicio pro libertate sua, actor pro seruitute. nam † omnis debitor cliens est creditoris. C. de nouatio. l. 3. Et qui mutuum recipit, seruus est fenerantis. prouerbio. 13. Ideo tuens libertatem fauorabilior est. ff. eo. libertas quæ omnibus rebus est fauorabilior.

ADDITIONES PROBI.

a CVM SVNT. Dic in proposito regulæ huius id quod consulendo tradunt Anto. de Butr. & Petr. de Ancha. consi. 220. quod incipit: Inter contraria varia cōsilia. ꝙ † in casu valde dubio excusatur apud Deum & homines ille iudex, qui in illa dubietate eligit illam opinionem, quam secundum eius bonam conscientiam credit esse veram, etiam si postea in contrarium declaretur per habentem potestatem. alleg. c. fi. s̃. de consti. & c. 1. s̃. de postul. prælat. hoc enim est proprium humani iudicij, scilicet sępe falli, & in hoc differt a iudicio diuino, quod nūquam fallit. c. a nobis. s̃. de senten. excom. c. 1. de re iudic. hoc lib. & in tali casu dubio cōcludunt ꝙ † quando hinc inde rationes animum dubium reddunt, & nō magis ad vnam partem q̃ ad aliā inclinatur, debet iudex vnicuiq; partem dimidiam assignare. not. in c. licet causam. s̃. de prob. & in simili casu fecit Tiberius Imperator. in l. & hoc Tiberius. ff. de hæredi. instit. & Salomon. in c. afferte. s̃. de præsump. Et dicunt † ꝙ vbi iura partium sunt dubia, & quælibet pars aspirat ad lucrum, vt quando agitur de funeralibus, in quo de lacte & lana contenditur. Cle. super cathedram. de sepult. habet diuidere per medium, vt in simili fecit etiam iurisconsultus. in l. sed si lege. §. adeo autem. ff. de petit. hæred. & l. Titius. ff. ad Trebel. vbi Alex. per illum tex. in 3. no. inquit quòd quando † rationes non magis ponderant pro vna parte quàm pro alia, eligimus mediam viam. facit tex. in l. non sine. C. de bon. quæ liber. & l. filio. ff. vt in possessio. lega. & quod no. Bar. in l. si duo. in prin. ff. vti possidetis. vide Bald. in l. si paterfa. §. fi. cum. l. seq. ff. de hæred. institu.

¶ Bonifacius Octauus. Reg. XII.

¶ In iudicijs non est acceptio personarum habenda. &c.

IN IVDICIIS. Pone casum. s̃. de iudic. nouit. circa fi. 63. distin. sacrorum. 3. q. 9. c. fi.

Et est ratio huius regulæ, quia licet in omnibus sit obseruanda ęqualitas, in iudicijs maximè. C. de proxi. sacro. scrinio. l. in sacris. circa fi. lib. 12. hæc etiam regula est intelligenda in cognoscendo & diffiniendo & similibus.

¶ Bonifacius Octauus. Reg. XIII.

¶ Ignorantia facti, non iuris excusat. &c.

SVMMARIVM.

1 *Differunt ignorantia, titubatio, & error, vt hic describitur.*
2 *Scientiam non ignorantiam volumus obligari.*
Quis regulariter præsumitur ignorans, nisi probetur sciens.
3 *Ignorantia facti excusat in facto alieno, non in suo.*
4 *Ignorantia iuris regulariter non excusat.*
5 *Turpe est ignorare ius, in quo quis versatur.*
6 *Qui certat de lucro captando, imputet sibi si peritiores consulere potuit.*

1 IGNORANTIA. Notandum † quòd differunt hic ignorantia, error, & titubatio. & est ignorantia nesciētia, quando de facto, vel de iure nihil scio, nec inde aliquid suspicor, & in nullo applico mentem meā: Et quando sic ignorans tenetur scire quod ignorat, debet dici de tali, ignorans ignorabitur. 37. distin. c. qui ea. Et iste potius præsumitur contemptor quàm ignorans, hinc dicitur, quod scire debes & non vis, non ignorantia, sed contemptus iudicabitur, aliàs regulariter excusabitur.

¶ Item error est quando applico animum meum ad rem, & rei veritas aliter se habet quàm credam. 28. distin. quamuis.

¶ Et quod aliud sit ignorantia & error, habetur. ff. de acquir. posses. l. si me in vacuam. in prin.

Item titubatio est quando applico mentem meam ad aliquid, nec assero falsa pro veris, vel econtrario assumo, sed circa illud habeo conflictum rationum. Et propter hoc dubito quibus rationibus applicem credulitatem meam. arg. C. de con. ind. l. fi.

¶ Ex quibus colligitur ꝙ omnis titubans, & errans est ignorans, non econtra. Et pone casum huius regulæ in ignorantia iuris & facti. s̃. hoc lib. de consti. c. 1.

¶ Item ignoro mortem illius qui habebat beneficium spectans ad collationem meam, hæc facti ignorantia mihi non obest. s̃. de concess. præben. quia diuersitatem. & s̃. de supplen. negli. præla. licet. Et est ratio, quia scientiam 2 † & non ignorantiam volumus obligari. C. de tabula. l. generali. lib. 10.

Et quia regulariter præsumitur quis ignorans, nisi probetur sciens. ff. de admini. tuto. hoc autem. & ff. de proba. l. verius. & s̃. eo. c. præsumitur. Et hæc appellatur scientia non quo ad maximam diligentiam & ignorantiam, non quæ tendit ad supinam & crassam, sed ad communem modum hominum. ff. de iur. & facti igno. nec supina. & l. plurium. ff. de edelit. edicto. si quid venditor.

Si verò ignoro hoc ius quod mihi prælato currit in beneficiorum collatione semestre tempus, hæc ignorantia non excusat. s̃. de suppl. negl. præla. c. penul. & vlti.

Item pone casum in vtraq; ignorantia. ff. de iur. & facti igno. l. 1. & ff. de his qui not. infa. l. liberorum. §. nam.

3 Item † ignorantia facti excusat in facto alieno, non in suo. ff. pro suo. l. fi. & C. de rescind. ven. l. quisquis. Et est ratio, qua vna est probabilis, alia nō etiā in facto proprio, excusat error facti, quando errans certat de damno vitando. ff. de actio. empt. l. si tibi liberum. ff. de conditio. indebi. l. sed si me putem.

Contra. ff. ad Velleia. l. fi. in princ. solu. ibi certabat mulier de damno vitando cum incommodo creditorum, sed hic de damno vitando simpliciter.

4 ¶ Item ignorantia iuris † regulariter non excusat a. C. de iur. & fac. igno. l. 2. & 3. ff. de orig. iur. l. 2. §. fuit eodem tempore, & præsertim in patrono, hoc est in præ-5 lato, & causas oranti quibus est turpe † ius in quo versatur ignorare.

¶ Fallit hæc regula ratione personæ, quæ non tenetur scire iura, vt est mulier. C. de iure delibe. l. sancimus. 2. respon. quo casu ignorantia iuris excusat saltem defendēdo. C. de iur. & fac. igno. l. 1.

Item fallit in ignorantia iuris naturalis. C. de in ius vocan. l. 2. Et hæc quandoq; excusat. ff. de adult. l. adulterium. cum incestu. in princ.

Item ignorantia iuris cuius est frequentia non excusat. sic intelligo. C. de iuris & fac. igno. l. constitutiones. secus si illius iuris in quo erratur non est frequentia, vt est lex Gallus. ff. de liber. & posthu.

6 ¶ Vbi † tamen quis certaret de lucro captando, imputet sibi si potuit consulere peritiores. b ff. si quis ordo in bono. possessio. serue. l. 2. in fi. & ff. de bono. possessio. l. in bonorum.

ADDITIONES PROBI.

a NON excusat, quia quilibet iura præsumitur scire p se, vel consulendo peritiores. Soci.consi.63.col.2.& Alex.consi.165.dubitatur.vol.6. vbi disputat an excusentur mulieres vel rustici.

b Peritiores. Glo.in l.iuris ignorantia. C.qui admit. quã ibi sequuntur Bar.Bal.Pau.Saly.Alex.& Ias.

Intellige quem potuisse consulere peritiores, nedum si periti erant in eodem loco in quo & ipse erat. Sed etiam si erant in loco vicino secundùm Bald.Saly. Alex & Ias. quia sicut rusticus tenetur ire ad nemora. ita & ad peritorum consilia. vide quæ latius dixi.s̄.in proœmio gl.in c.vt quis duas.de elect.hoc lib.& ibi Guil.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XIIII.

¶Cum quis in ius succedit alterius, &c.

CVM QVIS. Pone casum.ff.eo.tit.qui in alterius. & ff.si cer.per.l.quod te. Et hæc regula est intelligenda in defendendo, non in agendo. vt in d.l.qui in alterius.

¶Successor tamen qui in locum & ius alterius succedit partib. sui prædecessoris fungi debet ff.de eden. l.quędam.§.nihil.licet in mora non ita constituatur citò, vt prędecessor.vt d.l.quod te.

¶Bonifacius Octauus. Reg. X V.

¶Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.&c.

ODIA. Pone casum.ff.de liber.& posthu.l.cum quidam.& l.2.& de leg.1.l.qui filiabus.§.1.& s̄.de præb. c.fi.vbi verbum, beneficium, restringitur ad minus, vt C. de verbo.signifi.tua.vbi tunc non restringitur. Item s̄.hoc lib.de præb.c.quamuis.1.Respon.1.& c.si motum.& c.seq.

Bonifacius Octauus. Reg. X VI.

Decet cõcessum a Principe beneficiũ esse mãsurum.&c.

DECET. Pone casum.ff.de constitu.Prin.l.fin. & in Auth.constitu.quæ de dignita.§.illud.colla.9.s̄.hoc lib.de præb.si motu.& c.seq.s̄.de verb.significa.olim. s̄.de donatio.cum dilectus.

Fallit autem regula vbi est enorme præiudicium alterius. C.de precib. Imperat. offeren. l.quotiens. s̄.de deci. suggestum.

Fallit etiam vbi ius tertij tangitur.ff.de administ. tuto. impuberi.ff.ne quid in loco publi.l.2.§.meritò.& §.si quis a Principe.& s̄.de rescrip.sedes apostolica.

¶Fallit etiam quando priuilegium est obtentum ad instantiam impetrantis.s̄.hoc lib.de præben.si pluribus.quo in casu interpretandum est, vt potius res valeat quàm pereat.vt s̄.de priuileg.in his.& ff.de reb.dub.quotiens.

¶Fallit etiam vbi materia est odiosa siue iuri publico aduersa, aut aliàs restringẽda.s̄.hoc lib.de præb.quàmuis. 1.respon.1.& c.non potest. & ff.de iure immuniuta. l.1.& no.Inno.s̄.de transla.episc.c.fi.

Bonifacius Octauus. Reg.XVII.

Indultũ a iure beneficiũ non est alicui auferendum.&c.

SVMMARIVM.

1 *Quando duo concurrunt, minus dignum cedit maiori & digniori.*
2 *Minus dignum adiunctum cum iure communi vincit dignius.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Quando in eadem materia reperiuntur iura contraria, attendendum est quod est magis speciale.*
Specialius dicitur vt hic.
2 *Ille qui est nobilior & potentior in liga, intelligitur superior ad conuocandum illos.*

INDVLTVM. Pone casum.28.dist. de his. Auth.de nup.§.soluto.in fi.colla.4.& ff.de re iudi.l.4.§.si quis cõdemnatus.& per dictum.§.distingui potest vrum iuris beneficium sistat in indulto iuris, vt est propositũ, aut vitra procedat.

Fallit autem hæc regula quando indulta duo prouidet diuersis, tunc potius priuilegium est tenendum. ff.de mi-1 norib.l.verum.in fi. Et est ratio, quia quando duo † concurrunt minus dignum, cedit maiori & digniori.[a] ff.de iudic.per minorem.& ff.de albo scrib.l.2.C.de aduoca.diuer.iudic.l.restituendc.in fi.s̄.de offi.lega.volentes.& s̄.de consecra.eccle.vel alta.quod in dubijs s̄.hoc lib.de pręb. si is cui.licet sit arg.contra.s̄.de offic.delega.c.super quæstionum.§.si verò duo.sed est ratio.in d.§.si verò. ꝙ delegatus qui habet priuilegium ꝙ appellatione remota, procedere possit, non habet ipse subdelegatus a consorte. Nã cum vis delegationis & subdelegationis concurrunt in 2 eodem, tollitur dignius per minus dignum, quia † minus dignum adiunctum cum iure communi, scilicet quod non remoueatur appellatio, vincit[b] dignius. Et sic solũ minus dignum non vincit magis dignum.

¶Et quia ipse subdelegationem recipiens de se aliàs de iure conqueri debet, qui facto suo beneficium remotionis appellationis amisit. Fallit etiam quando concursu diuersarum obligationum in eadem persona, vt est accessoria & principalis.accessoria perimitur. ff.de fideius. l.generaliter. Sed hoc casu nihil isti aufertur, sed sibimet aufert.

¶Fallit etiam vt indultum tollatur propter consimile vbi est maior captio vnius, vt ff.de minorib.verum.§.fi.j. respon.& l.seq. Fallit etiam in casibus, in quibus priuatur iure suo sine culpa, licet non sine causa.vt no.s̄.de constit. c.cognoscentes.

Ex præmissis igitur colligitur regulam prædictam intelligendam, nullo extrinsecus operante.

ADDITIONES PROBI.

a ET DIGNIORI. Pro hoc facit id quod no.Bar.in extrauag.ad reprimendam.in versi.non obstantibus. circa medium.& post eum Ias.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto. num.5. C.de testam. ꝙ quando reperiuntur 1 †duo in aliqua materia iura contraria, attendi debet illud quod est magis speciale, & illud dicitur specialius, in quo est maior & euidentior vtilitas.

¶Quod autem magis dignum debeat inspici.not.in d. c.quod in dubijs.hic per Io.Mo.alleg.s̄.de consecra.eccle. vel alta.Bart.in l.fi.num.15.ff.de colleg.illicitis. ibi, quasi pars clericorum dignior. trahit ad se partem laicorum. arg.l.quicquid.§.cum partes.ff.de acquir.rer.domi. & de religio.& sump.fune. l.quæ religiosis. idem Bart.in l.cum senatus.circa mediũ.ff.de reb.dub. latius per Canonistas in c.ex literis.s̄.de constitu.

¶Pro his adduco dictum Bal.citatum per Felyn.in c.1. 2 col.2.s̄.de maior. & obed.ꝙ† ille q est nobilior & potentior in liga, intelligitur superior ad cõuocandum illos. & Bar.in tracta.de tyranno.col.4.ꝙ qui est antiquior in domo habet prærogatiuam cogendi alios de domo. vide quæ dixi in cap.si confirmationem.s̄.de elect.& in trac.de manda. Apostol. in puncto insinuationis faciendæ capitulo.

b ¶Vincit dignius. Vide Pet.de Ancha.consi.215.nu.10. quod incipit. Scripsit Papa. vbi hoc dictum multifarie comprobat, inter quæ dicit de subdiacono Papæ ordinato ad diaconatum & presbyteratum per alium de licentia Papæ, ꝙ perdit priuilegium, quia ex quo priuilegium & ius commune contraria sunt, priuilegium vires suas perdit.

Bonifacius Octauus. Reg. XVIII.

¶Non firmatur tractu temporis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Tempus non est modus inducendæ vel tollendæ obligationis.*
2 *Sententia diffinitiua per appellationem extinguitur, & suspenditur.*

NON FIRMATVR. Pone casum.s̄.de elect.c. 1 auditis. Et est ratio huius regulæ, quia † tempus non est modus inducẽdæ vel tollẽdæ obligationis.ff.de actio. & oblig.

& oblig.l.obligationum ferè.§.placet. Et sic solus tractus temporis obligationem non firmat, alio extrinsecus non operante.

¶Sed contra.s̃.de despon.impuber.c.a nobis.& c.sequ. Sol.nedum est ibi tractus temporis, sed nouus consensus expressus vel præsumptus.

Item contra. ff.de aqua quotidia.& æstiua.l.hoc iure.§. ductus aquæ.

Sol.hic constabat de initio iure non subsistente, ibi nõ, cum origo facti memoriam excessisset.

2 Item contra † sententia diffinitiua per appellationem extinguitur.ff.ad Turpilia.l.1.& suspenditur. vt C. quo. appella.non recipi.ab executore in fi. Et tamen sententia sic extincta & suspensa tractu temporis firma manet. C.de tempo.& repara. appella.l.fina.& s̃.de appellat.sæpe contingit.

¶Solu.ibi nedum tractu temporis conualescit sententia, sed ex authoritate rei iudicatæ, cui est impedimentum sublatum tractu temporis, & hoc est statutum, vt sit litium finis.

¶Item contra.ff.de ritu nuptia.l.si quis in senatorio. Solu.ibi erat pactum propter certam qualitatem facti, qua sublata factum tenet. Sed hic erat peccatum in ipso facto.ad idem.C.si rector.prouin.l.vna.in fi.ff.de ritu nup.l.si quis tutor.§.quid ergo.& in his omnibus fauor matrimonij operatur. Et dic materiam huius regulæ.vt ff cod.l. quæ ab initio inutilis.

Bonifacius Octauus. Reg. XIX.

Non est sine culpa qui rei, quæ ad eum non pertinet &c.

NON est sine culpa. Pone casum.s̃.de homicid. cap. continebatur.& dic alia de hac materia.vt ff.eo.l.culpa est [non pertinet] ratione facti, vt in d.c.cõtinebatur. aut modi, vt licet factum faciendi liceret, non tamen licebat factum modificatum, vt fiebat.s̃.de homici. ad audientiam.& ff.ad leg. Aquil. l.sed & si quæcunque.§.fina. cum l.seq.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XX.

¶Nullus pluribus vti defensionibus prohibetur.&c.

SVMMARIVM.

1 *Quare reus in vna & eadem sententia iudicij potest vti diuersis & aduersis exceptionibus, non actor.*

2 *Vna actio potest tolli pluribus vijs.*

Licet vnum & idem possit deberi pluribus actionibus, nen tamen potest exigi ne bis idem exigatur.

3 *Quod vno modo est integrum, multis modis potest illud corrumpi.*

NVLLVS. Pone casum, & prosequere materiam, vt ff.de excep.rei iudica.l.nemo.& ff.eo.titu. l.nemo ex his.1.respõ. Secus in actionibus, vt d.l.proxima.§ quotiens.& C.de furt.l.1. & ff.de tributo.quod in hæredem.§. eligere.

Sed quare reus in vna & eadem instantia iudicij potest vti diuersis & aduersis exceptionibus, non tamen actor.

1 Sol.rei † est declinare & attenuare intẽtionẽ actoris.4.

2 q.2.c.1.quod fieri põt diuersis vijs. Nã † vna actio põt tolli plurib.vijs.Inst.de excep.Sed licet vnũ & idẽ possit mihi deberi plurib.actionib.arg.ff.de acquir.poss.l.3.§.ex pluribus.non tñ põt exigi, ne idem bis exigatur.ꝟ.eod.bona fides.ff.de ver.oblig.l.qui bis idem promittit.

Item secundùm Augu.Bonum vno mihi, malum autẽ multipliciter, vnde cum exceptio actionem corrumpat in toto vel in tantò, ex multis vijs hoc contingere potest,

3 nam † vno modo quid est integrum, sed multis modis potest illud corrumpi.

Bonifacius Octauus. Regula XXI.

Quod semel placuit amplius displicere non potest.&c.

SVMMARIVM.

1 *Publica vtilitas operatur, ne malo medico corrumpantur mẽbra vniuersitatis.*

2 *Quod semel placuit in præiudicium iuris alteri acquisiti displicere non potest.*

3 *An semel peccatum placens, poterit displicere.*

Homo ruens in peccatum, non surgit ex se, sed a gratia proueniente.

QVOD SEMEL. Pone casum.ff.de inoffi.testa.§. fi.C.de despon.impuber.de illis. ꝟ.circa fi. & 32.q.5. horrendus.4.dist.in istis.ff.de nego.gest, Pomponius.ff.de aqua pluuia. arcen.l.in diem.ff.de vaca.numero.l.prætor. §.si post.

Sed contra.ff.de muner.& hono.l.vt gradatim.§.fi.ff.de excusa.tut.l.sed & reprobari.1.respon.Sol.hoc facit fauor

1 sanitatis, & publica vtilitas, ne † malo medico corrumpãtur membra vniuersitatis.

Item contra.ff.quor.lega.l.1.§.quod ait.2.Solu.ibi non erat ius nolendi ante aditam hæreditatem, sed vbi est ius

2 nolendi, quod semel placuit † in præiudicium iuris alteri

a acquisiti displicere non potest, vt d.§.& ff.de successo. edicto.l.1.§.qui semel.Et sic qđ nunc mihi placet, cras di-

b splicere potest absq; alterius b captione.

3 Item † nunquid semel peccatum placens poterit displicere? dic ꝙ sic soluta pœna vel remissa, vt sit malum, & culpæ & bonum pœnæ ordinetur & amittetur.

Vel dic ꝙ homo ruens in peccatum non surgit ex se. nec a se, sed a gratia præueniente. & hoc dicit Aug.super illud Psal.Caro est spiritus vadens & non rediens.vadens scilicet ex se in peccatum, & non rediens ex se, sed diuina gratia.

ADDITIONES PROBI.

a ACQVISITI. Vt licet ponere casum in actore, qui post litem contestatam variare non potest.l.si quis stipulatus sit Stichum.ff.de verb.oblig.ratio nam per litiscontestationem quasi contrahitur.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.ideo variatio non admittitur.probat text.in l.sicut. C.de actio.& oblig.

b Absq, alterius.vide quæ latissimè tradit Pet.de Anch. consi.214.quod exorditur.Franciscus, vbi ad ambas partes arguit.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XXII.

¶Non debet aliquis alterius odio prægrauari.&c.

SVMMARIVM.

1 *Filius non portabit iniquitatem patris, quod limita vt hic.*

2 *Odio incontinentis punitur filius, vt ad honores non promoueatur.*

3 *Defectus vnius potest causare defectum in alio.*

4 *Delictum vnius non debet impingi alteri in toto, licet quandoq; impingatur in tanto.*

NON DEBET. Pone casum.C.de inoffi.testam.l. si quis in suo.& C.de poen.sancimus. & s̃.de his quæ

1 fiunt a ma.par.capi.quæsiuit. Et est ratio quia filius † non

a portabit a iniquitatem patris.Ezech.c.18.ff.de pœn. l.crimen.quia delicta sunt odiosa.ideo restringẽda.s̃.eo. odia.

Fallit autẽ hæc regula in crimine læsæ maiestatis, multo magis in crimine hæreseos.C.ad leg.Iul. maiesta.l.pen. & fina.s̃.de hæretic.vergentis.

Sed contra.ff.de instito.actio.l.sed & si pupillus.§.cęterum.in fi.Sed ibi fuit culpa proponentis & per idem soluitur.ff.de offi.proconsul.obseruare.§.1.

2 Item contra, odio † incontinentis punitur filius, vt ad honores non promoueatur.s̃.de fil.presbyt.c.1.

Solu.in delictis intelligitur hæc regula, vt delictum vnius alij non possit imputari, idem in contractibus. C.ne fil.pro patre.& C.ne vxor pro marito per totum.

3 Secus in deffectibus, nam delictum vnius † potest causare defectum in alio:& esse minus legitimè natum non non est nota reatus, sed defectus.s̃.de purga.cano. accedens.

Item hæc regula debet intelligi, vt delictum vnius al-

4 teri non debeat impingi † in toto, licet quandoq; impingatur in tanto, vt illegitimi qui vitio laborant alieno, sunt misericordia digni. vt C.de natura.liber.l.legem.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a NON PORTABIT. Licet filius & pater censeantur vna & eadem persona dixi.s̃.in rub.de renuncia. idem dic de hærede, qui licet ipse & defunctus censeatur vna & eadem persona.vt in Authen.de iureiur.a morien. præsti.in princip.colla.5.tamen in veritate differunt, cum diuersæ sint personæ, & diuersas habeant animas. Ideo vinculum vnius non ligat animam alterius, nisi illius culpa interuenerit.c.veritas.s̃.de iureiur.faciunt not.per Bal. in l.1.C.de patr.qui fil.distrax.sequitur in simili Maria. Soci.consi.60.col.fi.in præsenti.

Bonifacius Octauus. Reg. XXIII.

Sine culpa (nisi subsit causa) non est aliquis puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna est mensura culpæ.*
2 *Secundum mensuram culpæ erit & plagarum modus.*
3 *Pęna dicta est a pendendo, vt hic.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Secundum qualitatem pœnæ est iudicandum de effectu criminis, de quo est cognitum.*

SINE CVLPA. Hæc regula habet exceptionem, vnde pone casum regulæ.s̃.eo.indultum. & s̃.c.proximo. & s̃.de homicid. lator. Et est ratio † quia pœna est mensura culpæ,[a] & ideo mensurando non existente mensura, locum non habet. C.de poen.sancimus. Auth. vt fra. filij colla.9.in fi.& s̃.de pœniten.& remissio. c. 1.& Deut. 25.ibi secundum mensuram peccati erit & † plagarum modus.ff.de verb.signifi.aliud est fraus.

Pœna † enim dicta est a pendendo, quia in ea debitum propter culpam pendimus.i.soluimus.

Item pone casum exceptionis, vt s̃.de constitu.cognoscentes.

ADDITIONES PROBI.

a CVLPAE. Idem Ioan.Mona.in c.fœlicis.s̃.de pœn. vbi dicit quòd mensua & mensurarum debent esse æqualia, sicut relatiua quæ posita se ponunt & perempta se perimunt. Adde gl.& ibi Scrib.in c.cum quidam.s̃.de iureiur.Dec.in c.ex literis.colum.pen.versi.2.intelligitur. s̃.de constitu. ꝙ pœna debet commensurari delicto.cap. quæsiuit.in fi.s̃.de his quæ fiunt a maiori parte capit.c.non afferamus.24.q.1.gl.in c.proposito.37.q.1.facit quod no Cald.in consi.1.sub titu.de accusatio. ante finem dum dicit. Secundùm † qualitatem pœnæ est iudicandum de effectu criminis † de quo est cognitum.allegat.§.quia verò.in auth.vt frater.filij.colla.9.vbi si imponitur pęna capitalis, signum est ꝙ crimen est graue, & vbi pœna pecuniaria, signum est ꝙ crimē sit leue.ff.de publi.iudic.l.2.& de bono.posse.l.edicto.§.rei autem.vide latius per Bar.in l.leuia.in prin.ff.de accus.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XXIIII.

Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non vĩ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dolus vim in se habet, vt consequens contineat in se antecedens.*
Qui facit dolo malo facit, non tamen qui dolo facit, vim facit.
2 *Quod præcipitur spectat ad officium mandantis.*

QVOD QVIS. Pone casum. ff.de iniur. l.iniuriarum.§.is qui dolo.quia dolus vim in se habet, vt consequens continet in se antecedens.nam qui vi facit, dolo malo facit, non tamen qui dolo facit, vim facit.ff.vi bo. rap.l.2.§.doli. Et ideo qui facit mandato iudicis, cum vim non faciat, ergo non dolum consequentem ex vi, cum habeat parere, sicut in non atrociorib. ff.eo.tit. l.ad ea quæ, vel q̃n quod † præcipitur spectat ad officium mandantis. s̃.eo.c.ea quæ.concordat.ff.eo.tit.qui iussu.

Bonifacius Octauus. Reg. XXV.

¶Mora sua cuilibet est nociua.

MORA SVA. Pone casum.ff.de peric.& cōmo. rei vendi.l.illud.& s̃.deposi.c.bona.s̃.de contrahen. emptio.c.fi.ff.de vsur.mora.ff.de fideiusso.obligari.§.fi.Et dic moram committi & commissam purgari, [a] vt d.iuribus & concor.ff.eod.tit.quod iussu.

ADDITIONES PROBI.

a PVRGARI. vide quæ de purgatione moræ tradit Alex.in consi.72.col.2.videtur.vol.3.

Bonifacius Octauus. Reg. XXVI.

Ea quę fiunt a iudice si ad eius non spectant officium, &c.

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt quòd quis non sit iudex, vel sit, sed non ad illud de quo agitur.*
2 *Ratificatio quando non habeat locum, vide hic.*

EA QVAE. Pone casum.s̃.de offi.deleg.c.cum olim Abbas.& C.si a non compet.iudice.l.1. & est ratio, quia † Paria sunt [a] quòd quis non sit iudex, vel sit, sed non ad illud de quo agitur, & sicut primo casu nihil efficaciter agitur.ita nec secūdo.arg.ff.de legi.tuto.l.intestato.ff.si serui. vendice.l.loci.§.competit.& C.de præscript.30.vel 40.anno.l.si quis.§.si verò nullum, nec hoc † casu habet locum ratificatio.vt not.s̃.eo.rati.& concordat.ff.eo. tit. factum a iudice.

ADDITIONES PROBI.

a PARIA SVNT. Adde in simili id quod citat Alex. consi.117.num.14.viso titulo.vol.6. Quod a pari procedunt filios non extare, vel extare, & non succedere.l.2. §.sed si sunt sui.& ibi no.Bar.ff.ad Tertul.& in l.1.§.filium. ff.de bono.possess.contra tab.& in l.1.§.si pater emancipatus.& §.si pater in potestate. vbi Bart.ff.de coniungen. cũ emācipa.liber.Bal.in auth.nouissima.C.de inoffi.testa.& in l.maximum vitium.C.de liber.præter.& in l.in substitutione per illum tex.ff.de vulga.vide quę in simili tradit Io. Mo.in c.priuilegium.s̃.de verb.signifi.

Bonifacius Octauus. Reg. XXVII.

¶Scienti & consentienti non fit iniuria, neque dolus. &c.

SVMMARIVM.

1 *Iura de probatione doli variè loqui videntur.*
Equissimum est edictum, quo prouidetur deceptis, ne eorum simplicitas sit eis damnosa.
2 *Est contra naturalem æquitatem quòd cui suus dolus prosit.*
3 *Dolus est animi vitium.*
Ea quæ animo aguntur per exteriora coniecturantur.
4 *Dolus ex facti qualitate probatur.*
Dolus præsumitur dupliciter, vt hic.
5 *Dolo non potest carere, qui non obtemperat imperio magistratus.*
6 *Soluere debitum est necessitatis.*
7 *Ex personæ habitu, aut qualitate, bonus iudex tardius, aut leuius suam religionem informat.*
8 *Dolus ex facti qualitate, certa non potest dari regula.*
9 *Fama non probat, sed comprobat & firmat.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Dolus in omittendo non dicitur ita grauis prout in committendo.*
2 *Verba relata ad personam, debent intelligi secundum qualitatem personæ cui referuntur.*
3 *Papa si concedit Episcopo, quòd possit celebrare tempore interdicti intelligitur quòd in pontificalibus possit.*
4 *Qualitas adiecta vni capitulo non debet ad alia referri.*
5 *Qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*

6 *In præsumptionibus est dare gradum, quia statur potentiori præsumptioni.*
7 *Testes (etiam pauci) deponentes de verisimiliori actu, potius audiũtur quàm deponentes de non verisimiliori.*
8 *Bonus vir quis dicatur, vide hic.*
Sicut Deo non placet illicitum, ita nec bono viro.
9 *Bonus vir habet voluntatem regulatam a lege.*
10 *Fama de recenti, non probat vt hic.*
Fama quando dicatur de recenti, vide hic.
11 *Fama antiqua probat fines, & antiqua dominia.*
12 *Ratione difficilis probationis sufficit probatio præsumptiua.*
13 *In factis antiquis opinio generalis habetur pro veritate.*
14 *Probatio mortis occisi in populi conflictu fit, vt hic.*
15 *Probatio filiationis fit, vt hic dicitur.*
16 *Debet attendi a quo fonte bono vel malo procedat fama.*
17 *Requiritur quòd fama habeat originem ab honestis personis.*
18 *Infamia non debet insurgere a maleuolis, sed a grauibus & prouidis.*
19 *Non refert a quo sit fama, qua vsurarius est infamatus.*

a SCIENTI. a Pone casum in dolo. C. de rescin. vendi. venditor. C. de transac. l. cum donationis. & ff. eo. titu. nemo videtur. Et dic scienti tempore contractus, secus si post contractum sciuit, quia tunc obligatio nõ decrescit. ff. de edili. edic. iustissimè. §. fi.

¶ Item pone casum in iniuria. ff. de aqua plu. arcen. in diem. & ff. de iniur. l. 1. §. vsq; adeo.

Sed contra. š. de senten. excom. contingit. 1. Solu. hoc facit priuilegium toti ordini clericali concessum, & propterea ratio huius habetur. ff. quod fal. tut. l. 1. §. fi. Et† quia iura de probatione doli varie loqui videntur, ideo ad euidentiam huius materiæ notandum est ꝙ † æquissimum est edictum, quo prouidetur deceptis, ne eorum simplicitas sit eis damnosa, quo etiam edicto obuiatur varijs & dolosis, ne eorum calliditas eis sit lucrosa.

Est enim contra naturalem æquitatem, ꝙ cuiquè suus dolus prosit, cum dolosus cupiat cũ aliena iactura locupletari. Et de dolo suo quis non debet patrocinari, quiq; debet ei imputari ad pœnam, commodum reportaret. ff. de dolo. l. 1. respon. 1. c. ex tenore. & de transla. Episcopi. inter corporalia. §. sed neq; ff. de fur. inficiando. §. infans. Eadem etiam æquitate inducitur doli exceptio. ff. de doli excep. l. 2. in prin. Verum cum dolus † sit animi vitium. ff. de dolo. l. 1. Et ea quæ animo aguntur, per exteriora coniecturantur. Insti. de rer. diui. §. pauonum. C. de sicca. l. 1. vnde versus. Intima per mores cognosces exteriores. Ideo dicit lex antequam dolo factũ sit, ex facto, id est, ex qualitate facti cognoscitur, seu intelligitur. ff. de excep. doli. l. 1. in fi. C. de rescin. vendi. l. dolus. & ob hoc circa factum, circa quod dolus dicitur commissus, laborant iurisperiti dicentes quandoq; dolum inesse ipso facto, quandoq; dolum præsumendum, & quandoq; illum, qui per dolum circunuentus est ad probandum dolum admittendo. Primo casu tripliciter, aut est circunuentio in renunciatione rei, & tunc non tenet quod agitur. ff. de contrah. empt. in venditionibus. §. fi. aut in qualitatate rei, seu quantitate precij, & tunc tenet. vt d. §. & l. seq. & ff. de mino. in causæ. 2. §. Idem Pomponius, distinctione tamen habita, vt ibidem notatur. aut non est circunuentio ab initio, sed ex post facto, & tunc eo ipso facto dolus inest, licet ab initio non fuisset commissus. ff. de doli excep. l. 2. §. si quis sine causa. & §. item quæritur. & l. apud Celsum. §. Labeo. & de hoc habetur. ff. de verb. oblig. l. si quis cum aliter.

4 Dolus † etiam ex facti qualitate probatur. š. hoc lib. de renuncia. c. 1. in fi. præsumitur etiam dolus, & hoc multipliciter, vno modo quando facti qualitas necessariò cõcludit contrarium eius, quod est attentatum circa facti qualitatem, verbi gratia. B. mutuum recepit, & pro ipso pignus dedit, & etiam cum hoc fideiussorem creditor iure creditoris offert pignus venale, illud emit fideiussor. hic præsumitur dolus. Nam iste fideiussor fideiubendo mandatum recepit deliberando pignus debitoris. ff. de condi. indeb. indebitum ergo emendo directè obuiatur qualitati facti, & ob hoc huiusmodi qualitate facti probata, quæ non potest se compati absq; fraudis commento, dolus præsumitur, & datur contra emptorem actio de dolo. l. mandati propter dolum. C. de dolo. l. 1.

5 Simile exemplum potes ponere. ff. depositi. l. si homine. 1. respon. Et nõ † põt dolo carere. qui nõ obtemperat b imperio magistratus. ff. ex quib. cau. maior. Item ij qui Reipublicę.

¶ Itẽ dolus præsumitur? quando facti qualitas ad personæ, de cuius dolo agitur, circunstantias relata ex iuris interpretatione dolum continet; verbi gratia. A. scit se habere creditores. idem A. omnia bona sua alienat, præsumitur quod in fraudem creditorum. Nam soluere de-

6 bitũ † est necessitatis. ff. de minor. l. quòd si minor. §. restitutio, ergo alienando bona sua omnia, quod non potest se compati cum eo, quod sibi de necessitate incumbit, scilicet soluere, & ob hoc dolus præsumitur. ff. de his quæ in fraud. credi. l. omnis. §. Lucius. & supra, hoc lib. de renuncia. capit. 2. in fi. istis si quidem casibus. Cum contrarium doli præsumpti stare non possit cum qualitate facti, dolus necessariò præsumitur. Et hoc posset demonstratione probari. Sed quia aliam facultatem tangit, non prosequor: & bene dixi respiciendam personæ qualitatẽ.

7 c Nã ex personæ habitu † aut qualitate, c bonus iudex tardius, aut leuius suam religionem informabit, an contra ipsum, contra quę dolus proponitur, ipse iudex præsume-
d re d habeat, vel non. argu. ff. de accusa. si cui. §. ijsdem. C. de suscepto. & archa. l. si aliquis lib. 10.

¶ Item dolus probatur & hoc est regulare. ff. de probatio. l. quotiens. §. qui dolo. Dolus enim ex facti qualitate intelligitur. i. præsumitur, vt prædictis exemplis & intelligitur & æstimatur. C. de rescinden. vend. dolus. ff. de adoptio. nec ei. §. 1. augmentatur seu cognoscitur. ff. de re milita. non est. § a barbaris cum sua glosa, coniecturatur arg. ff. de verb. oblig. continuus. §. 1. & iudicatur. i. demonstratur. ff. de dolo. l. dolum, nam perspicuis indicijs pro-
e batis facti qualitatem indicantibus bonus e vir æstimabit, intelliget, argumentabitur, seu cognoscet, & coniecturabitur, vt dictis iuribus probatur, an dolus sit ꝓbatus nec-
8 ne, vnde cum super † facti qualitate regula certa dari non possit, fuit necessarium hoc relinqui arbitrio boni viri, vt d. l. continuus, & ff. de iur. & facti ignorã. in omni Nam iudex habet discutere, an iudicia sint certa & indubitata, & tunc eis credet. š. de hære. excommunicamus. c. fina. C. de proba. l. sciant. Si sunt leuia non credet. ff. de mino. l. 3. §. 1. ff. de dolo l. eleganter. §. 1.

¶ Item si sunt plura contra dolum quàm sint illa quæ inducunt ad iudicandum dolum, vt C. arbit. tutel. si defunctus, & ff. de adoptio. l. nec ei. §. 1. & finali. Et istis iuribus habetur quæ indicia a iure respiciantur, & quæ non, & optime ponit. d. l. defunctus, quòd indicia non probãt,
9 f sed comprobant; sicut † fama non probat f sed comprobat & confirmat. 4. q. 3. § in criminali, versic. Item sepe iudex, ergo cum non potuit regula certa dari quæ indicia sufficiant ad iudicandum dolum, ex sententia enim animi sui æstimabit quod credit, quidve probatum sibi opinetur, vt d. versi. Item sepe, sicut etiam dicitur de mora. ff. de vsur. l. mora, in prin.

ADDITIONES PROBI.

a Scienti. Vide Dec. in consil. 396. versicu. prædictis, visis his.

1 b Non obtemperat. Iste dicitur dolus in omittendo† qui non ita grauis dicitur sicut dolus in cõmittendo. facit quod notat Alex. consi. 214. in prin. quando dolus, vol. 7. vbi dicit quòd quando dolus committitur in faciendo probatur per iuramẽtum, & sic non solum per testes vel per instrumenta, secus quando committitur in omittendo, quia tunc debet probari per testes, vel instrumenta. Bal. in l. argentarijs. §. cum autem. ff. de ęden. comprobat idem Alex. per alia, quæ videre licet.

c Aut qualitate. Vide pro verificatione intenti Ioa. Mo.
2 id quod tritum in iure nostro dicitur, quòd verba relata† ad personam, debent intelligi secũdum qualitatem personę, cui referuntur. probat text. in l. plenum. §. æquitij. ff. de vsu & habita. vbi Bal. in prin. dicit quòd si maritus legauit lectum, intelligitur de lecto viduali, & non de lecto coniugali, & sic de lecto cooperto de sericeo, quod non conuenit viduæ propter tristitiam, & dolorem occasione mortis mariti prouenientem. gl. in l. Mutianæ. ff. de conditio. & demonstra.

Pro intento facit quod voluit Bar. in l. 1. nu. 2. ff. ad leg. falcidiam. Bald. post text. in l. militari. ff. de testa. milita. dicit

dicit ꝙ si Papa † concedit Episcopo ꝙ possit celebrare tẽpore interdicti, intelligitur in pontificalibus secundum qualitatem personæ, cui verba referuntur. facit l. si quis filio exheredato. §. irritum. ff. de iniusto testa. & c. magnę. s. de voto & voti redemp. facit quod voluit idem Bald. in l. liberti. C. de oper. liber. & in l. 1. C. de lega. Inno. in c. pastoralis. in fi. s. de dona.

4 Item † qualitas adiecta vni capitulo non debet ad alia referri. traditur in l. 3. §. filius. ff. de liber. & posthu. & in l. Seię. §. in lege. ff. de fundo instrutio. Ita refert Soci. consi. 156. col. antepenul. pro fundamento.

Pro præmissis iuuat id quod diximus in simili ꝙ qualitas † iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. l. Titius. ff. de testam. milita.

d Præsumere. Dic ꝙ in præsumptionibus est dare gradũ.
6 Quia † statur potentiori præsumptioni. vt in c. afferte. s. de præsump. l. 1. C. qui & aduers. quos. & l. 3. ff. de minorib. Scriben. in c. fi. s. de iureiuran. & in l. admonendi. ff. eo.

¶ Prædictum intentum habes firmare per id quod singulariter voluit Inno. in c. super hoc. col. 1. s. de renuncia. ꝙ si centum testes deponunt de voluntate libera. & duo testes deponunt de voluntate coacta, ꝙ quis beneficio per metum renũciauit, ꝙ potius stabitur dicto duorum, 7 quàm dicto centum, ratio quia † deponunt de actu verisimiliori, videlicet ꝙ potius renunciauerit per metum q̃ liberaliter. argu. l. cum de indebito. ff. de proba. & c. licet causam. s. de prob. & quod voluit Inno. in c. auditis. col. 2. ibi, præferuntur testes Episcopi, qui verisimiliora dicunt, quia iuri communi consonant.

Vide quæ dixi. in c. 1. de constitutio. & in c. in generali. j. hoc tit. & in c. si beneficia. de præb. hoc lib.

e ¶ Bonus vir. Bonus vir † dicitur ille qui non facit ali-
8 quid pœnale, dicitur etiam bonus vir qui consilio pollet, & equidẽ bonus vir est qui illud vult fieri in alio quod vult fieri in se, pro hoc vltimo habes text. in c. 1. 1. distin. dum dicit quęcunq; vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite ipsis. glo. in ver. copia. in c. statutum. de rescrip. s. dicit bonum virum fore iudicem ecclesiasticũ.

Inquit Bald. in c. Quintauallis. nu. 35. s. de iureiur. ꝙ sicut Deo non placet illicitum, ita nec bono viro. alleg. l. cętere. ff. famil. hercisc. cui conuenit illud vulgare, vir bone viue Deum.

9 Habet enim † bonus vir voluntatem regulatam a lege. Bar. & alij. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & in d. c. Quintauallis. s. de iureiu. refert Soci. consi. 02. col. 9. circa primum.

f Non probat. Intellige de fama † recenti, videlicet q̃n
10 volumus probare dominium de recenti per ipsam famã, quia tunc sola non sufficit. glo. in l. proprietatis dominiũ. C. de proba. quam ibi Bal. & Saly. sequuntur. & hæc fama dicitur fama consentiens. vt d. glo. refert, intellige de recenti q̃n quæritur dominium illius temporis cuius haberi põt initium memoriæ, quia hec nõ sufficeret. no. Inn. in c. causam quæ. s. de testib. Et dr̃ recens in hac etiam si illius factũ excedat tempus. 40. annorum, non tñ cẽtum, vt dicam in sequentibus, ita citat Alex. consi. 104. num. 8. viso summario iurium. vol. 7. contra Ant. de But. in c. veniens. el 1. s. de testib. cui etiam non adstipulatur Io. Imo. ibi, nec. Alex: consi. 15. volu. 5. hoc dictum Anto. non ponit pro constanti, prout nec. in consi. 116. circa fi. perspectis. eo. volu. 5.

Et non transit sine dubio hoc dictum Ant. dicit Corn. 4. vol. consi. 48. vbi de recenti fama recordatur. secus di-
11 cimus de antiqua † fama, quia hæc sufficit ad probandum fines & antiqua dominia, pro hoc habes glo. in l. at qui natura. §. cum me absente. in ver. committat. in prin. quã ibi sequitur Bar. nu. 2. ff. de neg. gest. idem Bal. & Saly. in d. l. proprietatis, ad propositum dicit eã singularẽ & in iure vnicam. Ang. in l. Titius. ff quib. mod. pig. vel hypo. tacite. contrahi. Refert Nico. de Neapol. in l. quidam in suo. ff. de condi. instit. vbi Bart. in fi. vide Bal. in auth. quas actiones. col. fi. ibi quarto & vltimo. C. de sacro sanc. eccle. vbi mouet dubium quomodo poterit probari iuspatronatus ducentorum annorum, & dicit ꝙ nõ potest probari directa probatione, sed bene præsumpta, cum in facts antiquis multum operetur fama. alleg. Inno. in c. veniens. s. de ver. sign. & maximè in his, q̃ reputant̃ notoria. alleg. eundẽ. In nocen. in c. cum causam. s. de iura, calum. & quod habetur in l. si mater. C. ne de statu defuncto.

12 ¶ Itẽ operatur, quia † ratione difficilis probationis sufficit probatio præsumptiua. l. qui ex liberis. ff. de secũ. tab. idem Bal. in l. conuenticulam. col. pe. in versi. ex his etiam infero. C. de episco. & cleri. ꝙ ecclesia probat se habere dominium ciuitatum per famam, licet nõ habeat instrumentum acquisitionum.

¶ Intentum nostrum compro. per ea quæ signat idem Bal. in l. cum super. C. de rei vendi. ꝙ interdum quia durũ est probare per instrumenta de titulo, sufficit probare per testes & argumẽta, & dicit illam. l. optime facere ad quęstionem nobilium, qui prætendunt antiquissimũ ius patronatus, & non possunt aliquo modo probare quomodo descenderunt per matrimonia successiua, & per legitimã consequentiam, sufficit & ꝙ antiqua facta probentur per indicia & famam, vt ibi. & in l. indicia. C. de rei vend.

¶ In probatione equidem iurispatronatus multum valet antiquissima probatio, q̃ habetur pro titulo. l. hoc iure. §. ductus aquę. ff. de aqua quoti. & æstiua.

13 Et in factis † antiquis opinio generalis habetur pro veritate, nec est necessaria alia probatio, dum tamen talis opinio sit vniformis apud omnes, nec de ea sit contradictio apud peritos, ita dicit Bal. in d. l. conuenticulam.

Et quando extat difficilis probatio, fama probat etiam in non antiquo facto. firmat Alex. de Imol. consi. 4. nu. 5. vol. 6. Et hoc concurrentibus aliquibus adminiculis, vel
14 coniecturis. allegat Cy. in l. si quidem. C. solu. mat. Qui † ponit exemplum in probanda morte alicuius occisi in multitudine magna & tumultu. allegat. l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milita.

Pro antiqua fama vide Alex. consil. 115. nũ 9. in causa appellationis. vol. 6. & eo. vol. consi. 179. num. 10 & 13. dicentem id procedere quando tractamus de probatione alicuius facti, a quo distamus per annos centũ, & sic quãtum est tempus longeuæ hominis vitæ, quod est centum annorũ. l. fi. C. de sacro san. ec. & l. an vsusfructus. de vsufr. ff. cum similibus idem Alex. consi. 24. nu. 12. & seq. circa processum, vol. 7. latius idem consi. 101. nu. 15. vol. 7. & ibi
15 tangit punctum difficilis probationis † putà filiationem in qua sufficit sola fama seu communis opinio. no. Iaco. Butrig. in l. quidam. ff. de probatio. & Ant. de But. in c. trãsmisse. s. qui fil. sint. leg. quod verum secundum Sali. in l. 1. colum. 3. ff. de testib. si hec fama sit coadiuuata alijs adminiculis, & hoc quando non est antiquata in memoria hominum.

Pro principali intento vide eundem Alex. d. cõsi. 116. vol. 5. latissimè hec firmat Philip. Cor. in 3. parte. consil. 304. rem arduam, quasi per totum, præcipue sub litera, E, ibi, in factis antiquissimis, quæ excedũt memoriam hominum, fama plene probat. l. si arbiter. ff. de procura. firmat etiam Alexan. consi. 83. nu. 9. viso themate, volu. 4. aliàs innumerabiles sequerentur absurditates, quia non posset probari legem datam fuisse Moysi, & Christũ crucifixum, & Cõstantinum fuisse Imperatorem, & donasse res ecclesiæ, quod est absonum, prout dicit Specul. in tit. de probatio. §. probare, versi. vltimo quæritur, & ver. nota præscript. idem Corne. vol. 4. d. consi. 48. sub litera, F, quod exorditur, præsupponitur ꝙ pars.

Et hec est communis opinio secundum Soci. consil. 187. col. 3. quod incipit, in controuersia.

Ista enim est natura probationis facti antiqui testatur Rauennas in suo cõpendio, in tit. de iureiur. in antiq. car. mihi. 152. col. 2. vbi singularizat. d. gl. ĩ d. §. cũ me absente.

Hec cõmunis potest fortificari medio sequẽti, quia si in excedentibus memoriam hominũ valet testimonium de auditu, qđ est minus, vt in c. licet. ex quadã. s. de testib. multo fortius testimonium de fama, qđ est fortius de se.

Item quia per instrumẽta antiqua ꝓbatur dominium. Ideo eadem rõne videtur qđ & ꝑ famã, & ꝓbatio ꝑ antiqua priuilegia equipollet famę. Ant. de But. in c. fin. s. de successio. ab intesta. & per hec & alia ad hanc cõmunem mouetur Areti. in d. c. veniens, col. fina. s. de testib. quem sequitur Dec. consil. 438. viso consilio, citans, ꝙ hec est communis, a qua in iudicando non est recedendũ. Idem Dec. consi. 42. nu. 10. & melius quàm alibi, in c. 1. nu. 18. s. de appel. vbi ponit octo casus, in quibus sola fama plene probat, quos vide per te ipsum, & in reper. Feli. in ver. fama,

fama, quibus adde glo. in cap. cum desideres. s. de senten. excom. in antiq. & Præpo. in c. nullus. 24. distin. Sequitur communem Ias. in l. cum aliquis. num. 5. C. de iure delib. Idem Ias. ff. de eden. in l. prætor ait. §. prætor ait. col. penul. tenet Felyn. in cap. causam. num. 9. s. de probatio. & remis siuè in d. eius repertorio. in versi. fama. & in cap. cum contingat. s. de rescript. & in cap. veniens. num. 16. s. de testib.

16 Præterea fama debet † attendi a quo fonte procedat, aut malo, aut bono. Quia si constat non habere ortum ab honestis personis, oportet tunc quòd suppleatur per causas & verissimilia. Sed vbi constaret famam habere originem ab honestis personis, tunc hoc sufficeret ad hoc vt diceretur fama, etiam si nulla cōiectura, vel iudicium appareret. tenet Saly. in l. ea quidem. C. de accusatio. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. sequitur Bald. in d. l. ea quidem. & in cap. 1. §. Idem vassallus. in fi. de controuersia inuestitu. & in l. testium. circa medium. C. de testib. & Felyn. in d. cap. veniens. num. 17. per dictum Bar. in l. miles. ff. de adulter. per illum tex. probant tex. in cap. qualiter. §. debet. & cap. Inquisitionis. in fi. de accusatio. vbi pa

17 tet quod in probatione famæ non requiritur quod † habeat originem nisi ab honestis personis. text. cum glo. in l. qui cum maior. §. fina. ff. de bo. liber. & in l. Titio fundus. ibi, erat homo cui videbatur credendum. ff. de conditio. & demonstratio. & Angel. Insti. de suspect. tutor. in princ. hanc glo. in l. Titio fundus. reputat nota. Angel. in l. si bonæ fidei. ff. de rei vendica. per quam. & in d. l. in bonæ fidei. Idem Angel. dicit quòd excusauit in syndicatu quendam potestatem, qui assignauerat nobili totum palatium pro carcere, quia reputabatur homo sincere fidei, tamen recessit refert Fely. in d. cap. cum contingat. num. 3. Ista sunt de mente dicti Franc. Areti. in d. cap. veniens. col. fin. Vide Card. in Clemen. 1. q. 5. de offic. ordin. Quod infa-

18 mia † non debet insurgere a maleuolis, sed grauibus & prouidis contra glo. in d. c. dilectis filijs. in ver. apud bonos. de purgatio. cano.

¶Pro intento principali habes etiam glo. in cap. cum olim. in ver. fratrum. s. de priuileg. Saly. in l. si bonæ fidei. C. de iureiuran. Barba. consi. 46. vol. 4. & eodem volu. consi. 77. num. 2.

¶Postremò attende ad id quod. s. proximè diximus, vt fama ab honestis trahat originem iuris rigore non procedere in probanda infamia contra publicum vsurarium

19 per famam, quia non refert vnde fama in hoc casu originem traxerit. firmat domi. meus de Ripa, in 2. lib. respō. cap. 9.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XXVIII.

¶Quæ a iure communi exorbitant, &c.

QVAE A IVRE. Pone casum. ff. de legib. l. quod verò. ff. de constitu. Princ. l. 1. in fi. Sed illa quæ sunt secundùm ius commune ad consequentiam trahi possunt. ff. de legi. non possunt. & s. de rescript. inter ceteras. in fi. & similis æquitatis ratio similia suadere videtur. C. ad leg. Falci. l. fi. & s. eod. quod alicui.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XXIX.

¶Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

SVMMARIVM.

1 *Successiua approbatio quando sufficiat.*

QVOD OMNES. Pone casum. C. de autho. præstan. l. veterem. s. de offic. Archid. c. ad hoc. §. fi. ff. de aqua pluu. arcen. l. in concedendo.

1 ¶Sed quæritur an hæc † approbatio debeat fieri simul, an sufficiat successiuè. Et dic quòd sufficit in extraiudicialibus etiam successiua. ff. de seruitu. rusti. præd. per fundū. secus in iudicialibus, vt not. s. eod. rati. & est expressum. s. hoc lib. de re iud. cum ab vno in illis tamen extraiudicialibus, quæ habent grandem solemnitatem a iure introductam, secus dicerem, vt successiua concessio non haberet locum s. de elect. c. auditis. s. hoc lib. de reb. eccles. non alie. dudum. licet secus sit in minoribus. s. de his quæ fiunt a præla. sinæ consen. capit. c. 2. & 3.

¶Vel dic quando est commune aliquid, vt singulis, loquitur quæstio facta. aliud si commune, vt vniuersis, vt alijs iuribus.

Bonifacius Octauus. Reg. XXX.

¶In obscuris minimum est sequendum.

SVMMARIVM.

1 *vbi non apparet quod est verissimilius, vel id quod fieri consueuit inspicitur, aut mens testatoris, vel legatarij dignitas, vel charitas, & consimilia.*

a IN OBSCVRIS. a Vbi non apparet quid est verisimilius, vel id quod fieri consueuit. inspicitur, aut mēs testantis, vel legatarij dignitas vel charitas & consimilia. vt ff. de leg. 1. l. si seruus plurium. §. fin. tunc hæc regula est intelligenda, & pone casum. ff. de leg. 3. nummis. & ff. de leg. 3. nummis. & ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. scio.

Sed contra. ff. de aur. & arg. leg. l. qui lancem. Sed ibi nō erat dubium legatum, sed certum ex verbis. & ob hoc interpretatio non est quærenda. ff. de lega. 3. l. ille aut ille. §. 1. Et dic vt ff. eo. l. semp in stipulatidnib⁹. & in l. in obscuris.

ADDITIONES PROBI.

a IN OBSCVRIS. Idem dicere poterimus in dubijs, in quibus graue est ferre sententiam. cap. graue. 11. q. 3. Hinc B. Bernar. ad Eugenium. Quotiens mea sententia eligitur ac tenetur, graui fateor onere me præmi, sentio rei finem semper pauidus, & nunquàm securus spectans, & Tullius ad Hortensium, malo vinci, quàm vincere. & postea subdit. Sunt quidam de rebus incognitis iudicantes, & ad quamcunque sint disciplinam quasi sint tempestate delati, ad eum tamquàm ad sexum adhærescunt.

Bonifacius Octauus. Reg. XXXI.

¶Eum qui certus est, certiorari vlterius non oportet. &c.

SVMMARIVM.

1 *Esse certum est, a quocunque sit certus.*
Certum dic verbis vel factis.

2 *Denunciatio facta vni, non obest alteri.*

EVM QVI. Pone casum. ff. de actio. emp. l. 1. in fi. ff. de edilic. edicto. l. 1. §. si intelligatur. & l. si tamen. §. ei

1 qui. Et est ratio, quia † esse certum est a quocunq; alio sit certus. arg. ff. de petitio. hæred. Item veniunt. §. petitam. & §. a quo. Et dic certum esse verbis vel factis, vt dictis iuribus. & de administra. tuto. l. pater tutelam. §. ex quo. vbi tamen duo dicuntur commisisse crimen, denunciatio

2 facta vni † non obest alteri, nec sententia lata contra vnum, alteri obest. ff. ad leg. Iul. de adult. l. denunciasse. §. 1. & de præb. dilecto. in fi.

Bonifacius Octauus. Reg. XXXII.

Non licet actori quod reo licitum non existit. &c.

NON LICET ALTERI. Dic vt. s. eo. cum sunt. & ff. eo. l. non debet actori.

Bonifacius Octauus. Reg. XXXIII.

Mutare Cōciliū quis non potest in alterius detrimentū.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis in fraudem legatoriorum nihil operatur.*

2 *Prouisio secunda specialis tollit primam generalem, non iure communi procedentem.*

MVTARE. Pone casum, negocia tua bene gessi, & expendi in eis, mihi prohibes postmodum gestionem, hoc facere non potes, vt impedias expensas præteritas, secus in futuris. vt C. de nego. gest. l. fin. Similiter si

1 omisi adire hæreditatem, † ex testamēto, & in fraudem legatariorum vellem adire ab intestato, non possum. ff. si omis. causa testam. per totum.

Sed

¶Sed contra.ff.de colla.bonor.l.nonnunquàm. Solu. ibi non patitur detrimentum fieri ex mutatione consilij, sed potius dicitut non lucrari,inter quæ est differentia.C. de codicil.

Irem argu.contra.C.de donatio.l.3. & ff.de solutio.l.cū quis.§.si debitorem. Sol.hoc facit ius remanens penes mādantem.& dic,vt ff.eo.nemo potest.

Item contra.ff.de actio.empt.si sterilis.§.fi.Sol. ibi certa diuersa fit mutatio,hic non.

¶Item melius pone casum.s.de elect.publica.s. de renuncia.quidam.C.de transactio.quàmuis.ff.de optio.leg. apud Aufidium.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XXXIIII.

¶Generi per speciem derogatur.

SVMMARIVM.

1 *Quando genus & species conceduntur eidem, nulla est derogatio.*
2 *Tantum facit generale in omnibus, quantum speciale in singulis.*
3 *Species sub genere continetur potentia, seu habitu.*
Habitus, seu potentia ad speciem referri non potest iam alij concessam.
4 *Obtentum per clausulam generalem, per speciem post obtentam non irritatur.*
5 *Clausula generalis verbis, sed effectu specialis vno indiuiduo exhauritur.*
6 *Species quando non deroget generi, vide hic.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Generalis clausula vel vniuersalis quibuscunque verbis concepta nunquàm nefertur ad ea de quibus specialiter est dispositum.*
2 *Nunquàm reperitur quòd genus speciei deroget, sed bene econtra.*
3 *Inter species, illa derogat alteri, quæ est specialior.*

GENERI. Pone casum.s.hoc lib.de præb.dudum.& c.quàmuis.2.& s.de rescrip.c.1.& c.pastoralis.§.fi. s.de offi.deleg.studuisti.& ff.de manu.testa.l.si peculium.& ff.de leg.3.vxotem.§.fęlicissimę.& l.seruis vrbanis.§.fi.

1 Et est notandum ꝙ quando † genus & species conceduntur eidem, nulla est derogatio.ff.de fundo instru.l.q̄situ.§.fi.& ibi not.& l.libertis.ff.de suppelect.lega. Et adijciendo species censeri videtur adijciens eas sub genere 2 complecti.arg.d.l.quæsitum.§.deniq; Neratius. Et † tantum facit generale in omnibus,quantum speciale in singulis.ff.de admi.tuto.duo.in fi.nisi subsit specialitas. vt dicetur.j.eo.

¶Sed contra.C.de procur. l.maritus.Sol.ibi fuit prouisio legis per ius speciale & secunda prouisio hominis, & prima prouisio non fui't procurator,sed procurans sed secunda, & ob hoc prouisio secunda specialis tollit primā generalem non iure communi procedente.arg.C.de pac. conuen.tam super do.l.si quo casu.& d.l.maritus. mulier non videtur circumscripta,quæ iure communi est vsa.C. de integ.resti.minor.l.fi.sed hoc tam primum quàm secū dùm iure communi procedit.

¶Verum si genus & species diuersis conceduntur, tūc secus vt in iuribus primò positis.

3 Et est ratio huius regulæ,species † sub genere continetur potētia,seu habitu.s.de rescrip.pastoralis. sed habitus, a seu potentia ad speciem eeferri non potest [a] iam alij conb cessam,iuxta regulam artistarum, [b] ꝙ intelligitur in aliquo si exprimatur,amplius non intelligitur. ff. de hæredi. insti.quotiens.§.si seruus.C.de necessa. seruis hæredi.insti. quidam.

Sed contra.s.de filijs presbyt.ex tua. Solu.ibi erat contra certū genus ad speciem ante impetrationem speciei. 4 Et † ob hoc obtentum per clausulam generalem & speciem post obtentam non irritatur.arg.j.eo. factum legitimè.& s.hoc lib.de præb.quamuis.2.respon.2.

¶Item contra.s.de offi.deleg.ex parte.1. Sol.ibi rescriptum primum licet sit generale verbis, est tamen effectu speciale.arg.ff.de verb.signi.boues.§.hoc sermone.arg. ff. de verb.oblig.l.eum qui calendis.

¶Item contra.C.qui potior.in pign. hab.l.generaliter. Solu.ibi facit hoc ius creatum primo, quod ab ipso euelli non potest eo inuito. vt not.s.eod.rati.

¶Ex quibus liquet ꝙ si impetrans literas beneficiales generales,ex quibus vel quarum processu afficiatur beneficium,& tu secundo impetres speciales, ego primus sum potior.Et est ratio,quia omittēdo petere beneficiū mihi debitum,fraudarer impetratione mea,secus si non fraudarer.arg.C.de pig.l.2. Et de hoc est constitutio noua.s.hoc lib.de præb.c.si clericus. Et generalis clausula re exhauritur in indiuidua exprimendo sub ea contenta.s.hoc lib. de rescrip.cum in multis.similiter generalis clausula ver5 bis,sed effectu † specialis vno indiuiduo exhauritur, vt in d.c.ex parte.& c.si clericus.

Item contra.s.de rescrip.cum ordinem.Sol.illud quod erat generale erat priuilegium quod non tollitur per rescriptum speciale via iuris communis obtentum,nisi fiat mentio specialis de indulto.s.de præscrip. veniens. & arg. s.hoc lib.de constitu.c.1.

¶Ex quibus colligo quòd prælatus habens potestatē dispēsandi super residentia in beneficio curato.s hoc lib. de elect. licet. in fi. hoc priuilegium per speciale rescriptum non tollitur, quo mandatur, vt impetrans resideat in beneficio si curam habeat animarum, quia hoc est secundum ius commune, sed primum est priuilegium ordinarijs concessum.

¶Idem dico si mandetur in rescripto speciali ꝙ impetrans ad sacros ordines, prout onus beneficij, de quo ꝓuideri sibi continget,se faciat statutis temporib.promoueri,per hoc rescriptū speciale non derogatur generali priuilegio concesso Episcopis super temporali dispensatione certorum ordinum.s.hoc lib. de elect. cum ex eo. Ex his casibus iste cum quo dispensatur non agit contra ius commune,nec contra rescriptum Papale, sed fit sibi contra ista priuilegia,vnde iste non agit sed patitur,vt dicitur in translato.7.q.1.c.scias.

¶Item contra.ff.si cer.peta. proinde. ff. de optio. lega. 6 cum optio.Sol.aut habens † speciem non est vsus specie, c & tunc non derogat [c] species generi,secus si vsus fuit specie,vt dictis iuribus.

ADDITIONES PROBI.

a NOn potest. Et sic verificatur regula, de qua meminit Iaso.in consi. 170. numer. 2. visis, vol. 4. Quod 1 † generalis clausula posita in secundo legato,vel vniuersalis quibuscunque verbis concepta, numquàm refertur ad ea,de quibus specialiter est dispositum. l. doli clausula. ff. de ver.obliga.& l.vxorem.§.felicissimo,de lega. 3.& l. cohæredi.§.qui patrem.ff.de vulga.& pupil. substi.& l.alimenta.§.basilice,& l.Stichum nutricis.ff.de alimen.& cibar. lega. & l. sanctio legum. ff. de pe.Quia nunquàm re2 peritur † ꝙ genus deroget speciei,sed bene econtra,vt hic in textu species derogat generi.ca.dudum.& cap. quamuis tibi.s.de præbend.hoc lib.& cap.2.s.de offi.lega. Sicut in legibus generalis dispositio legis, etiam cum clausula generali,non obstantibus quibuscunque legibus,non refertur ad ea, de quibus specialiter est dispositum. l. in testamentis, ubi Raph. ad hoc notat. C. de testamen. iuncta. l. hac consultissima, vbi gloss. & Docto.C. qui testa. face. posses.

b ¶Artistarum. Idem Ioan.Monac.in capitu. in generali. j. eo. titul.

c ¶Non derogat. Faciunt pro hac regula quæ tradit Ias. in consi.12.colum.1.in prædicta. volum. 3. vbi comprobat iuribus hanc regulam subdendo quòd inter † species 3 illa derogat alteri, quæ est specialior. Bald. in l. hac consultissima, colu.1.C.qui testa.facer. posses. allegat ad hoc Di. hic, & quia qua ratione species derogat generi eo, quia est specialior, eadem pari ratione illa species, quæ reperitur specialior, & sic indiuidua debet derogare alteri speciei.

Bonifacius Octauus. Reg XXXV.

¶Plus semper in se continet quod est minus. &c.

SVMMARIVM.

1 *Genus habet sua indiuidua sub se, alternatiuè non copulatiuè.*
2 *Omnis copulatiua est plures:*

3 *Forma grauior est obligandi, in responsione quàm in stipulatione.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Copula, cum, distribuit pro media quando ponitur inter personas, & aliàs operatur vt hic.*

PLVS. Pone casum.ff.de in litem iuran.l.cum furti.ff. de arbit.l.diem.§.si plures.ff.de verb.oblig.l.1.§.si stipulanti.& hæc iura loquuntur in quantitate, non promissionibus, valet tamen promissio super concurrente quantitate. Insti.de inutil.stipula.§.præterea 1.respon.Secus si diuersitas in qualitate, seu modo.vt d.§.præterea.2.respon. quia non respondit, vt interrogatus fuit, quod requiritur ff.de verb.obli.l.1.§.si quis simplicitur.secus in generibus, seu alternatiuis interrogatis, quæ parificantur.ff.de verb. oblig.inter stipulantem.§.si stipulanti. ff.de condi. indeb. l.cum is qui.§.si.

1 Et est ratio, quia genus † habet sua indiuidua sub se alternatiuè, non copulatiuè, vt dicendo, homo currit, hæc enim oratio est disiuncta implicitè, verũ nisi essent plura stipulata sub copulatione explicita vel implicita, vt in summis valeret stipulatio pro specie in summa concurrente.ff.de verb.oblig.l.1.§.sed si mihi.& l.inter stipulantem.§.diuersa. Et est ratio, quia omnis † copulatiua a est 2 a plures.ff.de verb.obli.l.quod dicitur. propter quod valet stipulatio in eo, in quo concurrit cum responsione. Sed sic non est in disiuncta, quæ non est plures, sed vna dubia tantum.ff.de leg.1.l.si eu toto.§.si ita legatum, in qua in toto disiuncto ad partem ipsius, vel econtra non valet argumentum, nec est in suppositis disiunctè propriè contractus, sed modus nouus adiectus.ff.de verb.obliga. l.1.§.cum adijcit.nam stipulando Stichum, aut Pamphilum.& respondendo Stichum, est alia forma quàm si responderetur, vt fuit interrogatum, quia respondendo, vt fuit facta stipulatio, vtrunq; est in obligatione, licet illa promissio sit alternatiua præstationis.ff.de verb.obli. l.si duo rei.in fi.

¶Idem etiam est econtra, vt si stipulor Stichum, & re- 3 spondeatur sub disiunctione, quia forma † grauior est obligandi in responsione, quàm in stipulatione. ff.de fideiusso.l Græcè.§.si quis Stichum.vnde fallit in hac materia argumentum a parte disiuncti ad totum disiunctum. Sed hoc facit, quia si promitto Stichum, vel Pamphilum, non est purè disiuncta, sed in aliquo copulata. vt d.l.ff.de verbo.obliga.i.si duo.§.1.& concordat.ff.eod.tit. l.in eo.

ADDITIONES PROBI.

a COPVLATIVA. Quæ etiam fit hac dictione, cũ, quia si illa apponatur inter personas operatur effectum copulæ, & idem est, qđ copula, &, & tantam tribuit vim, seu potestatem vni sic coniuncto, quantã habent oẽs alij.l.si quis Titio.ff.de vsufr.accrescen.& ibi Bal.& l.Titię textores.§.nihil distat.de leg.1.vnde si dicatur, canonici eligant cum decano, tanta resultat & tribuitur potestas decano, sicut omnibus canonicis.l.si quis Titio. & quod not.ibi Bal.ff.de vsusfr.lega.latius firmat Maria.Soc.consi.40.col.2.Ex actis gestis, vide quæ dixi de copulatiua. in c.in electionibus.s̃.de elect.& quæ citat Alexã.consi.25. ver.postremò capio, consideratis verbis.volu.7.ꝙ vbi copula, &, copulat qualitates, nec apparet expresè, vel per coniecturas an copulet illas respectu diuersorum subiectorum, an eiusdem, ꝙ in hoc casu dubio, Cum natura copulatiuæ, sit ampliare. vt l.ea tamen adiectio. de legat.3. potius refertur ad diuersa subiecta, quàm ad idem, vt sic amplietur & dispositio plura comprehendat.& ideo si dicatur in dispositione quòd centum dentur militibus & doctoribus, non intelligitur in dubio de eodem subiecto habente istas duas qualitates, id est, quod dentur centum illis, qui sunt simul doctores & milites, imo intelligitur quod illis qui sunt milites tantum, dentur centum, & illis qui sunt doctores tantum. Bal.l.1.in prin.ff.de iusti & iure.facit l.Quintus.in princip.ff.de aur. & argen. lega.& l.qui concubinam.in prin.de leg.3.latè per Bar.in l.si is qui ducenta. §.vtrum. ff.de reb. dub. commemorat Alex.in consi.101. num.8. super eo.volu.3. vbi istud latè comprobat.dixi in c.1.in fi.s̃.de re iudi.& latius in rub.de iure patro.

¶Bonifacius Octauus. Reg.XXXVI.

Pro possessore habetur qui dolo desijt possidere.&c.

PRO POSSESSORE. Pone casum in conuento rei vẽdicatione.ff.de rei vendi.l.sin autem.§.sed is qui.

¶Item pone casum in petitione hæreditatis.ff.de peti. hæred.l.sed & si lege.§.proinde inquit.

¶Item pone casum in noxali actione.ff.de noxa.l.si bonæ fidei.

Item pone casum s̃.de dolo & contu.c.cum contingat. concordat huic regulæ.ff.eo.l.qui dolo.& l.parem.

¶Bonifacius Octauus. Reg.XXXVII.

¶Vtile non debet per inutile vitiari.&c.

VTILE. Pone casum.ff.de verb.obli.l.1.§.sed si mihi. C.de dona.l.si quis argentum.§.sinautem amplioris. & s̃.de dona.Apostolicæ, & hoc generale est intelligendũ in his, quæ diuisionem patiuntur, vt dictis iuribus, secus in his quæ diuidi non possunt.s̃.de præb.dilecto.

a Et hæc distinctio ponitur.a ff.de aqu.quotid.& æstiua. l.1.§.item quæritur.& §.Trebatius.arg.contra.ff.de arbitr. parui.2.respon. Solu. forma compromissi hoc facit.vt ibi arg.s̃.hoc lib.de præb.c.cui de non sacerdotali.

ADDITIONES PROBI.

a PONITVR. Placet Maria. Soc.consi.37.col.2.circa prædictam.quem videas pro regula ipsa.

¶Bonifacius Octauus.Reg.XXXVIII.

¶Ex eo non debet quis fructum consequi, &c.

EX EO. Pone casum.s̃.de censib.cum olim. s̃.de testib.præsentium.& ff.de inoffic.testam.Papinianus.§. meminisse, & de his quib.vt indign.C.l.alia.& intelligo quod dicit litera visus est impugnare perducendo impugnationem vsq; ad finem, aliàs secus, vt dictis legibus distinguitur, vt verba hæc intelligantur cum effectu.s̃.de iure patro.relatum.

¶Bonifacius Octauus. Reg.XXXIX.

Cum quid prohibet, ꝓhibẽtur oĩa quæ sequuntur ex illo.

CVM QVID. Pone casum.s̃.de concessio.præben. constitutus.& cap.ex tenore.& cap.cum dilecta.& s̃. hoc lib.eo.tit.c.detestanda.

Et est ratio huius regulæ, si quis est exclusus a toto, per consequens & a parte, sic prohibitus a toto, & a parte cõtingente totum.arg.ff.de except.rei iudi.l.si quis, cum totum.1.& 2.respon. Similiter prohibito aliquo, & ea per quæ peruenitur ad illud prohibentur. ff.de sponsal.l.oratio. similiter concesso aliquo, concessa sunt omnia sine quibus concessum explicari non potest.ff.de iurisdi. omni. iudic. l.2.s̃.de offic.delega. præterea.& cap. prudentiam.§.fina.

Bonifacius Octauus. Reg. XL.

¶Pluralis locutio duorum numero est contenta.

a PLVRALIS. a Pone casum.s̃.hoc lib.de præbẽ.cap.is cui.§.illud.& ff.de testib. l.vbi [contenta] regulariter, quandoque tamen plures testes duobus requiruntur, vt in testamentis regulariter.7. in testamento rustici & codicillis.5.C.qui testamen. face. poss. hac consultissima.& C.de testamen.hac consultissima.& l.fina.& C.de codici.l.fina. Si requiruntur plures duobus quandocunque, hoc est in iure expressum. sic loquitur.d.l.in fi.& C. de testib.l.testium.& C.de contrahen.& commit. stipula. l.optimam.

ADDI-

ADDITIONES PROBI.

a PLVRALIS. Dic quòd pluralis locutio aliquando secundum subiectam materiam in vno verificatur. l. non est sine liberis. ff. de verb. signi. l. iubemus. §. si autem. C. ad Treb. l. pater Seuerinam. §. fideicom de condi. & demon. ff. & l. 1. C. de condit. insert. Dec. consi. 361. sub num. 4. omissa longa serie. Idem consil. 370. in princ. viso testamento. vbi dicit ꝙ regula. l. vbi numerus. ff. de testib. non habet locum in casibus iurium. s. allegatorum propter voluntatem testatoris. Et quia videtur eadem ratio in vno, quæ in pluribus. Paul. de Cast. in d. l. 1. C. de condit. insert.

Bonifacius Octauus. Reg. XLI.

¶Imputari non debet ei, per quem non stat, &c.

IMPVTARI. Pone casum. ff. eo. titu. l. in iure. vbi est ista materia ad plenum. & ff. de condi. & demon. in re ciuili. & ff. de leg. 2. l. Lucia Titia. §. si ea.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XLII.

¶Accessorium naturam sequi congruit principalis. &c.

SVMMARIVM.

1 *Dos non potest esse sine matrimonio, licet matrimonium possit esse sine dote.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Mulieres aliquæ, viris suis quatuor dotes dare reperiuntur.*
2 *Stuprator virginis tenetur ad duo, vt hic.*
3 *Quotiens constat iudici de delicto, potest condemnare delinquentem ad restitutionem rei.*
4 *Virgo semper præsumitur seducta.*
5 *Dos succedit loco alimentorum.*
6 *Vsq; ad quod tempus pater teneatur alere filium.*
7 *Mater tenetur alere spurium.*

ACCESSORIVM. Pone casum in iurisdictione. s. de offi. deleg. prudentiam. §. fi.

Item in gratijs. s. hoc lib. de offi. deleg. si super gratia.

Item in vsuris & fructibus. C. de vsur. l. eos. 1. respon.

Item in matrimonijs & dote. s. de dote post diuor. restitu. prudentiam. nec dos a potest † esse sine matrimonio. licet matrimonium possit esse sine dote; & sic dos accedit matrimonio. ff. de iure do. l. 3. Idem in dote & additamẽto doris. ff. de pact. dotal. l. inter socerum. §. cum inter.

Item in obligatione principali & accessoria. ff. de insti. l. quicunq;. §. si ei quàm.

Item in legatis. & ff. de leg. 3. l. prædijs. §. qui domum.

Sed contra. ff. de fideiusso. l. generaliter. Solu. ibi principalis obligatio & accessoria sunt in diuersis personis, vna succedente alteri, principalis manet & accessoria extinguitur, secus vbi sunt duo rei stipulandi & debendi, & vnus alteri succedit, nec ibi ratio exprimitur. & l. seq.

¶Verum hęc regula loquitur quando principale & accessorium sunt diuersa, non sese extinguentia, sed principale per accessorium iuuatur, ipsumque accessorium nõ determinatum certa determinatione naturam prnicipalis induit, vt iuribus positionem casus tangentibus.

ADDITIO. PROBI.

a NEC DOS. Intellige de pecuniaria dote, non de alijs dotibus, vltra quam reperio† mulieres (saltem aliquas) viris suis quatuor dare dotes. Prima est pulchritudo. Secunda nobilitas, tertia virginitas, & hæ tres sunt excellentiores, quibus conuenit quarta, sui ipsius traditio, de quibus recordati sumus in cap. duobus. ante finem. s. de rescrip. Excellentissima tamen illarum dicitur virginitas, qua amissa, per supremum Deum reddi non potest, cum arguat factum, & impotentia non dicitur in his quæ facta sunt, vt dicantur non facta, meritò iura nostra fauore huius dotis virginitatis, multa sentere, inter quæ reperio † stupratorem virginitatis ad duo teneri, aut virginem ipsam, siue eam quam corrupit accipere in vxorem, aut ad interesse & damnum pro dote. c. 1. s. de adulter. iniuria enim est grauis, habens actum permanentem, & ea potissima ratione debet haberi ratio damni. testantur Hostien. & Azo in summa de iniur. sequuntur Bart. & Ange. in l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. eo. quod quidem damnum potest per iudicem (constito legitimè de stupro) virgini stupratæ adiudicari, licet petitum non fuerit. pro quo est theorica iuris, quod quotiens constat † iudici de delicto, potest condemnare delinquentem ad restitutionem rei & damni. testatur Iacobi. de sancto Georgio in l. imperium. in 1. lectu. colum. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. quod prosequitur Aret. in §. ad corrigendos. in princip. 2. colum. cap. qualiter & quando. el 2. s. de accusatio. allegat Bar. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. latius per Felyn. in cap. cum oporteat. colum. fina. s. de accusatio. Quod damnum in executione sententiæ probabitur per iuramentum partis in odium delinquentis. l. si quando. vbi Doct. C. vnde vi. Panor. in cap. dilecti. colum. fin. s. de foro competen. Quod dicas verum in eo quod iuratum fuerit oportere se plus daturum pro dote sua occasione virginitatis perditæ, nec refert an virgo fuerit seducta & decepta, an sponte acquieuerit, quia † semper præsumitur seducta & decepta. l. vnica. C. de rapto. virgi. Panor. & alij in d. c. 1. de adulter.

¶Secundò stuprator tenere alere partum. text. in cap. cum haberet. in fi. & ibi Docto. s. de eo qui duxit in matr. quam poll. per adulter. per Aret. in l. 1. in fi. 2. colum. ff. solu. matrim. qui dicit quòd istud seruatur in practica etiam de iure ciuili. Corset. in singu. in ver. spurius. & hoc procedit ex quadam æquitate naturali, ne filij alimentis priuati pereant. quod sentit Barto. in authen. ex complexu. C. de incest. nupt. vbi per rationem. d. cap. cum haberet. dicit parentes posse legare filijs spurijs ratione alimentorum. Et quòd parentes poterunt donare vel relinquere dotes filiabus. Cum dos † succedat loco alimentorum, de quo per Ias. in authen. res quæ. C. commu. de lega. & Dec. in cap. in præsentia. num. 39. versi. tertiò conclusio supradicta. s. de probatio. vbi dicit, quòd istud habet locum in quolibet spurio & nato ex quocũque coitu reprobato, & hæc communis est opinio secundum quam aliàs consultum fuit Senis per Maria. Soc.

¶Inquanrum. s. diximus teneri alere partum, dic verum, nisi stuprator ille probet alios habuisse copulam, cum ea, quia tunc non teneretur. testatur Paul. de Cast. consi. 175. refert Hipol. de Marsil. in l. 1. §. 1. colũ. vlti. ff. de quæstio.

¶Pro comprobatione. vide Alex. consi. 157. circa primum dubium. vol. 5.

Moderare secundo dictum illud ꝙ pater teneatur alimentare, verum vsq; ad illam ætatem, † qua ipse se alere ex lucris personæ suæ potuerit. ista est sententia Lauren. Calca. consi. 61. col. pen. sub nu. 12. ver. quartò tunc licitũ est, quod incipit, aggredienti mihi primũ dubiũ: vbi dicit ꝙ pater potest relinquere vsq; ad quantitatem sufficientem pro alimentis, & non vltra, & considerantur alimẽta nõ splẽdidè sẽm qualitatẽ patris sed sẽm educationem de iure natural, ad quod ius naturale respexit ius canonicũ d. c. cum haberet. vbi Doct. maximè Panor. ꝙ † licet dicamus matrem teneri alere spurium. l. nec filiũ. C. de patri. potest. Doct. d. c. cum haberet. in c. 1. s. de infan. langui. & in c. fi. s. de conuersio. infidel. Alex. & Aret. in l. alimenta. C. de nego. gest. tñ hoc verum nisi mulier esset adeo pauper ꝙ oporteret eam manibus operari, & fortè ambo fame perirent. ita tenent Bal. Paul. Alex. Aret. & alij communiter in d. l. alimenta. Idem Bald. in d. l. nec filium. & in l. sed si hæreditas. §. fi. ff. ad exhiben. Si tamen pater & mater reperiantur facultatibus abundare, equaliter secundùm eorum facultates habent contribuere. probat text. in fi. d. c. cum haberet. quod placet Panor. ibi.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XLIII.

¶Qui tacet consentire videtur. &c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Præsens & tacens quando non intelligitur consentire.*

2 Præsens constitutus executor testamenti, an præsumatur consentire oneri executionis, idem vide de arbitro.
3 Tacens postquàm scit rem pro se vtiliter gestam, præsumitur ratum habere.
4 Filius præsens & tacens præsumitur consentire legitimitati.
5 De re inextimabili ad estimabilem nulla est proportio.

QVI TACET. Pone casum.ff.loca.l.item quæritur.§.qui impleto.ff.māda.l.qui patitur & l.qui fide.& ff.sol.mat.l.2.§.voluntatem.& ff.de sponsal.l.sed qui patris. Et hæc sunt vera in facto appetibili vel honorabili, secus in facto non appetibili vel oneroso, ᵃ vel qui non probatur consensisse censetur inuitus.ff.de procur.l.filiusfa.§.inuitus.& ff.de seruitu.vrba.prædio.l.qui inuitum. & ff.de ritu nuptia. in eo iure.§.dandę.ff.de furt.l.qui vas.§.vetare.& facit ad hanc regulam.ff.eo.tit.l.semper.& not.ff.de pigno.actio.Gaius.

ADDITIONES PROBI.

a VEL ONEROSO. Vide quæ in proposito tradit Alex.consi.152.num.8.in causa & lite.vol.7. vbi citat 1 regulam quòd † vbi agitur de actu continente obligationem, vel aliquid onerosum, præsens & tacens non intelligitur consentire, per iura hic per Ioan.Mona.allegata, & alia, cui adde eundem Alexan.consi.180.num.3.viso processu.vol.7.

¶Præterea dic quòd ante Ioan.Mon. istud citauit perpulchrè Innoc.in c.in Genesi col.2.s̃.de elect.firmat Bar-2 ba.consi.9.sub num.6.in 4.volu.ꝙ † si testator sibi constituat executorem in suo testamento præsentem & tacentem, tamen non præsumitur consentire oneri assumendi executionem, per.d.§.inuitus. Illud tamen dictum non reperio apud Ioan.And.in c.Ioannes.s̃.de testam.apud quē dicit stare.tamen Barba.ibi allegat Roma.id referre. in l.quæ dotis.ff.sol.matr.ibi refert aliud dictum Ioan.And.ꝙ licet quis eligatur in arbitrum & sit præsens, & taceat, nihilominus non præsumitur consentire in assumendo illud onus. istud dictum Ioan.And.non firmat loco, illud tamen reperies in additio.ad Specul.in tit.de arbitr. & arbi.§.sequitur.versi.sed nunquid arbitrator.licet ibi Specu. teneat contra. Hoc dictum Inno.refert Panor.in cap.vestra.in fi.s̃.de loca.illud moderando, vt procedat, quando præsens & tacens stat simpliciter ad actum non vocatus, quia si ad illum esset vocatus, vt actui consentiret, vel dissentiret, tunc tacens (etiam in actu oneroso) habetur ꝓ consentiente. Allegat Innoc.in c.1.s̃.de his quæ fiunt a maiori par.cap.& l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro.acti. & c.fi.s̃.hoc lib.de confes.tangit Archi.in c.pronunciandum.in fi.de conse.dist.3.

Hanc modificationem dicit perpetuò notandam Fel. in c.1.colū.1.s̃.de maior.& obed. dicens ꝙ si ageretur de alienatione ecclesię perpetua.non sufficeret taciturnitas, quia in ea requiritur expressus cōsensus capituli. Sed hoc vltimum non tangit intentum nostrum.

Firmo intentum Ioā.Mon.in suo primo membro per glo.in c.sicut.in ver.per vnum post med.s̃.de elect. hoc liquam dicit ibi notandam Domi. not. Panor. Imo. & alij. in c.nonne.s̃.de præsum.Bar.& alij in d.l.quæ dotis.

3 Ex quo infertur per hanc regulā, ꝙ tacens † postquàm scit rem pro se vtiliter gestam, pręsumitur ratum habere. pro hoc habeo doctrinam Bar.in l.qui eum.§.rem haberi.ff.rem rat.habe.dum dicit, dic aut geritur actus aliquis pertinens ad acquisitionem, & ad mei commodum, & tunc non improbare, est approbare.alleg. l.absentis.C.si cer.pet.intellige siue agatur de vtilitate vera, siue præsumpta.Bal.ita fatetur in l.si siue.col.1. C.ad Velleia. hinc est ꝙ dicit.filia pręsumitur consentire patri, quia præsumitur ꝙ ad eius vtilitatem propter affectum paternum. ff.solu.matr.l.2.§ voluntatem.& ff.de spōsa.l.sed & quæ de, quo affectu dixi.s̃.in rub.de renuncia.in fi.

¶Iste enim affectus procedit ex præsumptione iuris, quæ dicitur legitima probatio, licet aliquando ex eo affectu possit insurgere incommodum, ad hoc tamen ius nō habet aspectum suum, vt habes videre in casu sequenti, puta in casu glo.in ver.non contradicendo in l.adoptionibus.ff.de adoptio.Dum allegat.§.naturaliter.in Authē.
4 quib.mod.naturæ.efficiun.legit. colla.7. ꝙ filius † tacens, quando legitimatur, præsumitur consentire, licet certo actu sine respectu legitimatio sit damnosa filio, primò, quia perdit libertatem, & non est amplius sui iuris, vt d.§.generaliter, & sic pater dicitur acquirere patriam potestatem, sic rem inestimabilem.ff.de lega.1.§.secundum vul-
5 garem. Et de inestimabili † ad estimabile nulla est ꝓportio.Soc.in proposito nostro.consi.295.col.fi.in causa contra filios, vbi hoc incommodum latè prosequitur in ver. postremò dn̄s a patre. vbi adducit aliud incommodū, ꝗa pater acquirit vsumfructum in bonis aduentitijs ꝓ filium quærendis.l.cum oportet.C.de bon.quæ lib.Item filius legitimatus amittit per legitimationem, quia non potest amplius testari, patre viuente, nec mortis causa donare, eo non consentiente, neq; in iudicio esse, vt habetur.l.qui in potestate.ff.de testa.& l.in his.§.1.ff.de donat.cau.mort.& in l.fi.§.necessitatem.C.de bon.quæ liber.

Tn̄ attenta vtilitate quæ resultat ex recuperatione iuris nataliū (quod non dr̄ modicū) præsumitur potius cōsentire ꝗ̄ dissentire, illa.n.quæ dicunt̄ de incōmodo vidēt̄ caduca respectu illorū, quæ acquiruntur per legitimationem, putà ius natalium, habilitatio ad honores, & dignitates, quæ sunt grauioris existimationis, vt patet rectè intuenti.

¶Attende ad doctrinam Ioan.Mona.quæ in vtroque membro limitatur. per Felyn. post alios in cap.nonne. quam videtur tangere in vno Soci. consil.291. colum.7. visis literis. dum dicit fallere ratione piæ causæ, quia etiam in præiudicium scientis & non contradicentis præsumitur consensus.text.in auth.si seruus sciente.& ibi Bal. C.de episcop.& cler.& in cap.si seruus.54. distin. firmat Roma.consil.311. num.4. in casu propositæ consultationis. vbi refert aliam fallentiam ad text.nostrum, videlicet fauore Reipublicæ, vt l.2. ff. ad municip. & l.honores.§.fina. de decurio. lib.10.C.

¶Item fauore pupilli.ff.de fideiusso.tuto.l.causa ostendimus.§.fi.Et consequēter fauore Ecclesiæ, quæ tam Reipublicæ, quàm pupillo videtur æquiparata, vt patet de restitu.in integ.c.1.s̃.hoc lib.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XLIIII.

¶Is qui tacet non fatetur, sed nec vtiq; negare videt̄. &c.

IS QVI TACET. Tacere est quoddam medium inter volūtatem expressam & contradictam. quod dic vt ff.eo.l.qui tacet.& s̃.c.proximo.

¶Bonifacius Octauus. Reg. XLV.

¶Inspicimus in obscuris quod est verissimilius, &c.

INSPICIMVS. Dic vt est dictum.s̃.eo.in obscuris. & ff.eo.in obscuris.& l.semper in stipulationibus.

Bonifacius Octauus. Reg. XLVI.

Is qui in ius succedit alterius, eo iure quo ille vti debebit.

IS QVI IN IVS. Et dic, vt ff.eod.l.non debet. & l.qui in ius.

Bonifacius Octauus. Reg. XLVII.

Præsumitur ignorantia vbi scientia non probatur.&c.

PRAESVMITVR. Pone casum.ff.de admin.tuto. hoc autem.ff.de prob.verius scientia tamen quandoque præsumitur.vt no.de postulan.c.1.

Bonifacius Octauus. Reg. XLVIII.

Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, &c.

SVMMARIVM.

1 Per vsucapiones & præscriptiones fit præscribens locupletior cum aliena iactura.
2 Seqnestratio fit timore dilapidationis.
Res diuisione, fit lucidior.

3 Seque-

3 *Sequestratio dicitur & deriuatur, vt hic. & nu. 7.*
4 *Omnis sequester est depositarius, non econtra.*
Contractus depositi, sicut alij contractus ex conuentione partium legem accipiunt.
Possessio quando dicatur esse pœnes sequestrum, vide hic.
5 *Sequestratio quando non dicatur a iure prohibita.*
Ex quo conuentum est, recedere non licet.
6 *Sequestratio quando fit iudicis potestate.*
7 *Sequestratio est rei liquidæ, seu iuris tuendi, seu hominis euitandi gratia depositio.*
8 *Regulariter iudicis authoritas (vbi partes concordant) non est necessaria.*
Sequestratio iudicis officio fit quadrupliciter, vt hic citatur.
9 *Vnum beneficium non duos ministros sed vnum debet obtinere, saltem quousq; contentio sopiatur.*
Ius creari non potest ex possessione, sed ex canonica institutione.
10 *Officium iudicis mercenarium, deseruit sequestrationi faciendæ.*
11 *Possidens vniuersa, singula non possidet.*
In beneficialibus, qui offert potiora iura, ille est in possessione tuendus.
Qui admittendus est ad plus, multò magis ad minus.
12 *Possessor plus habet quàm non possessor.*
Pendente negocio principali, fit sequestratio.
13 *Iudicis interest, ne iudicium sit elusorium.*
14 *Cum quid incumbit in iudicijs, & iudex non potest facere, ius præcipit, debet prouidere vt potest.*
15 *Possessor, & rei detentor non est sine causæ cognitione a possessione amouendus.*
16 *Quod est similius & vicinius debet fieri.*
17 *Vbi missio non est possibilis, tunc excommunicatio aut sequestratio est necessaria.*
18 *Officium iudicis est latissimum.*
19 *Contumax quandoq; damno litis coercetur.*
Iudex pœnali iudicio iurisdictionem suam defendere potest.
20 *Missio & sequestratio fit, vt reus tedio affectus, cogatur iudicio stare.*
21 *Separari, seu sequestrare nil ab eo potest, qui nihil habet.*
Appellantis status (appellatione pendente) est integer.
22 *Appellans de iniquitate iudicis principaliter conqueritur.*
23 *Ex quo a sententia non est appellatum, sed ab executione, magna est præsumptio contra appellantem.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Sermones nostri efficiuntur, si ad diuidua & particularia descendamus.*
Per subdiuisiones & interpretationes congruentes omnium telorum euitatur amaritudo.
2 *Debet constari iudici, vt hic, priusquam procedatur ad sequestrationem.*
3 *Domicilium in quo debeat fieri citatio describitur, vt hic.*
Largo modo, quilibet magistratus prætor dici potest.

LOCVPLETARI. Pone casum in omni rem alienam detinente, de qua datur repetitio. vt C. vnde vi. l. cum quærebatur.

Item in minori locupletiore facto ex mutuo. ff. de conditio. indebi. naturaliter. §. fi. cum. l. seq.

1 Sed contra † per vsucapionem & præscriptionem fit præscribens locupletior cum iactura aliena. Sol. hoc fit vt a aliquis sit litium finis,[a] ne rerum dominia sint sub incerto. ff. pro suo. l. fi. & ff. de vsucap. l. 1. ꝙ & propter desidiam dominorum puniendam ius suum contemnentium. C. de annali excepti. l. fi. in fi.

¶Item præmissa sunt vera vbi ex iniuria iactura vel actio competit ad repetendum id, in quo est facta sibi iniuria vel iactura, sed vbi hoc re non competit, reperitur remedium sequestrationis, ne iniurians locupletetur cũ damno alterius, in quo cessat repetitio propter cõtumaciæ vitium, eo non purgato, vt ex sequentibus liquebit.

2 Item vbi est timor † verissimilis dilapidationis, quo casu etiam fit sequestratio. vt s. de sequestra. c. penul. & vlt.

Et de hac materia ad plenum subijcietur, igitur de se3 questratione tractaturi, cum res † diuisione fiat lucidior. b ff. de excepti.[b] doli. l. 1. ab ipsius sequestrationis diuisione inchoemus.

Et notandum quòd sequestrationum alia fit partium concertantium conuentione, alia iudicis potestate. primo modo, sequestratio est rei, quę in controuersia deducitur consensu concertantium apud tertium depositio. ff. depositi. l. licet. & l. ei apud. in princ. & §. fi. Et iste tertius sequester vocatur a sequendo, quia vterq; de contendentibus fidem ipsius sequitur, vt dictis iuribus. ff. de verbo. signi. l. sequester.

4 Est enim omnis sequester † depositarius, non econtra. Nam licet plures & vnus possent deponere, tamen apud sequestrum nõ nisi plures deponere possunt, & tunc quilibet deponit in solidum. vt d. l. licet. & l. ei apud. Et iste depositarius sequester tantũ potestatis habet, quantum deponentium conuentio sequestro tribuit. vt d. l. ei. §. fi. Nec mirum cum hic sit contractus depositi, qui sicut cęteri contractus ex conuentione legem recipiunt. ff. depositi. l. 1. §. si conuenerit, sic est in omni deposito. Est tamen differentia huius depositi ad alia, quia in alijs depositarius non possidet, sed hic possidet, si hoc sit actum, ex tunc neutra partium potest se iuuare possessione contra alios, quo ad actum vsucapionis, cum iam sit interrupta. Sed si nil sit actum exprese, possessio proderit victori contra alios. Sed vnus contra alterum de illa possessione nõ poterit se iuuare, & hoc casu possessio dicitur esse pœnes sequestrum, cum ipsis deponentibus sit inutilis inter se, sed quo ad alios proficit victori, & est ratio, certantes de re deponentes eandem apud sequestrum fidem eius sequũtur: vnde hoc pendente, vnus contra alterum iuuari de possessione nequit, sed contra alios: sic cum quo ad alios victor liberas ędes habeat. ff. si seruit. vend. l. loci corpus §. competit, sic intelligo. ff. de acquir. posses. l. interesse puto. 5 & d. l. licet. Et isto casu † sequestratio non est prohibita, sed a iure approbata, sicut cotractus legitimus. Et est voluntaria ab initio, sicut cęteri approbati contractus. ff. de actio. & obliga. l. sicut. Sed ex quo conuentum est, recedere non licet, nec quo ad partes contrahentes, nec quo ad tertium sequestrum recipientem, nisi ex causa. vt d. l. ei. §. si velit & qua actione agatur hoc casu. no. d. l. licet.

6 ¶Alia autem † sequestratio fit iudicis potestate, & hoc contingit dupliciter, aut fit de re non contentiosa, aut cõtentiosa, si non contentiosa dupliciter, aut est ad sui conseruationem iuris, aut oneris euitationem, exemplum de prima, vt putà sunt plures hæredes, quorum quilibet alterum recognoscit hæredem, vult tamen quilibet ius suũ imposterũ præseruare, sicut in talibus testamentis, & cautionibus, seu alijs ipsis hęredibus communibus, tunc si ius istos non concordat, seu si prædicti conuenire non possunt, fit sequestratio. ff. familiæ hercis. l. ceteræ. §. fi & l. seq ff. de fide instru. l. si exemplum. De secundo. vt C. de vsur. l. acceptam. ff. eo. tit. l. debitor, & istis casibus sequestratio 7 † est rei liquidæ sui iuris tuendi, seu oneris euitandi gratia depositio. Si verò sit de re contentiosa, tunc sequestratio est rei possessæ, seu detentæ, aut fructuum eius, quæ in controuersia vertitur a possessore, seu detinente iudicis officio ex causa separatio, & pœnes alium depositio. Et hoc casu sequestratio dicitur a sequestrando, quod idem est in vna significatione quod separare, pręsertim certantes, seu pacificare, & ex primo benè gesto sequitur pacificatio, & si non simpliciter, saltem ad tempus, seu quo ad aliud, & dictis omnibus modis sequester est qui certantibus medijs interuenit, secũdùm Isido. primo casu ex partium conuentione, Secundò ex iudicis authoritate, & primum magis approbo, cum non sit necessaria regulariter 8 † iudicis authoritas, vbi partes concordant. arg. ff. de no. ope. nunc. l. 1. §. & post operis.

Et hæc sequestratio iudicis officio fit quadrupliciter, aut mero officio præsidentis, aut mercenario, aut petitione sequestri, aut alterius partis, verbi gratia. Primò casu vt si præses videt aliquos ad arma & rixas venire, quos potest sua iurisdictione compescere. ff. de vsuf. equissimum, c debet[c] dicere superior, vt in aliquibus locis fit, recipio hanc contentionem in manu mea & rem custodiri faciam, & coram me veniatis ius vestrum prosecuturi, hoc fit in Normania in iudicio restitutorio, in quo iudex fundum, de cuius restitutione agitur, mãdato suo facit coli, & fructus restituit obtinenti, ne isti contendentes ad arma prosiliant, quod sępe contingit in istis spoliationibus. Et sic sequestratio mero iudicis officio incumbit, vt cum iudex subditos videt ad arma paratos, neutram partium curare componere, seu iudicem adire.

Secundò modo vt potè quia illud officium est mercenarium,

[ser]uitium, seu deseruit & tunc si illud seruitium est debitũ, propter illud potest fieri sequestratio verbi gratia, aliquis beneficiatus non vult seruire beneficio, præsidens sic habet curare beneficium ꝙ eius officium non negligatur tunc & quantuncunq; appellet beneficiatus, fructus poterunt sequestrari, saltem quo ad hoc vt beneficium officietur. s̄. de appella. peruenit. Exemplum potest poni. C. quibus ad libertatem proclamare non licet. l. 3. & C. de assertio. tollen. l. 1. §. super peculio, quibus iuribus videtur quòd si duo de beneficio contendunt, quorum nullus fuit possessor pacifice, fructus poterunt sequestrari, cum 9 dictum † beneficium non duos ministros sed vnum debeat obtinere, saltem quousq; contentio sopiatur. arg. s̄. de rescrip. cum contingat argu. ff. depositi. l. 1. §. apud Iulianum.

Nec mirum. Nam iudex videns ꝙ duo dicunt se habere dignitatem, de qua agitur in solidum in qua ius creari non potest ex possessione, sed ex canonica institutione. ff. de decur. l. Herennius. & s̄. eo. c. 1. Nec ista dignitas duos sponsos habere debeat, nec ista dignitas interim debeat inofficiata remanere, fructus tam ad officium faciendũ, quàm ad obseruandum ipsos fructus ei, qui obtinebit iudicis officio poterunt sequestrari. argu. iurium prædictorum. & ff. de tabu. exhib. l. fi. & ff. vt lega. no. cauea. l. postquàm. §. 1. & est ratio præmissorum. quia quandoq; iudex aspicit onus alicui imminere, & illud non facit ille cui incumbit, vt dicit præses, debet vocare illum cui dictum onus incumbit. ꝙ si ipse nõ facit debet fieri sequestratio, vt est casus. ff. solu. matr. l. si cum dotem. §. sinautem. s̄. de dona. post diuor. resti. per nostras. Et hæc est ratio dictæ Decretalis, peruenit. & hoc credo indubitatum in beneficiali causa. vbi autem possessionem alterius pacificam apparet controuersia in limine prouisionis faciendæ vel factæ. s̄. de iure patr. c. 1. 2. & 3. Sicut etiam dicerem in cõtractibus. & sic intelligo. 11. q. 1. quia res. ibi enim habet d prouidere pretor d & propter quietem partium vt onera rei incumbentia expleantur, & res rectè gubernentur.

10 Ex quibus colligo ꝙ iudicis officium † mercenarium deseruit sequestrationi faciendæ, aut propter onus rei incumbens, quod non expletur, vt dictum est, seu rei concesse abusum. & sic loquitur Decretalis, peruenit. & ff. sol. matri. l. si cum dotem. §. sinautem. s̄. de sequestra. posses. c. 2. aut istud officium deseruit sequestrationi ex qualitate personarum concertantium, & quando qualitas personarum est talis, quòd facti non inducit impossibilitatem, tunc iudex debet partibus per cautionem & cautelam sequestrationis, (vt dicit glo.) prouidere, verbi gratia. P. est liber, est tamẽ alter in possessione seruitute ipsius P. proclamat autem idem. P. in libertatem, multæ res sunt apud P. quarum aliquas confitetur acquisitas ex re possessoris, aut ex opera ipsius P. ista statim debent restitui possessori, alieq; autem quæ ex donatione vel legato proueniunt ipsi P. detecta libertate ipsius debent assignari. Sed interim tamen dubitatur de aliquibus rebus, an sic, vel sic sint acquisitæ, tunc cautela sequestrationis adhibenda est, sic loquitur. C. qui. ad liber. procla. non licet. l. 3. & de assertio. tollen. l. 1. §. super peculio. nã in dictis iuribus incompassibilitas facti ad personas relata sequestrationem necessariò inducit. Et dictis casibus sequestratio est necessaria, & hoc intelligo vbi possessor cauere non poterat. C. de ordi. cognitio. l. fin. Si tamen qualitas vnius personæ hoc induceret, & tunc prætendetur fieri ab alia parte per iudicem. Si esset casualis, seu specialis contra regulam, vt dicam.

Et credo ꝙ quando contenditur super iudicio vniuersali quod triplex vel quasi sicut est quando contenditur super beneficio. vt no. s̄. de libel. obla. c. 1. citius inducitur sequestratio quàm in iudicio singulari, quo meum peto, vel mihi debitum vt assero agendo, vnde iura inducentia sequestrationem faciendam loquuntur multum in iudicio vniuersali, vel quasi. vt ff. de tabul. exhib. l. fi. ff. de colla. bono. l. 1. C. de ord. cogni. l. fi. C. de assertio. tollen. l. 1. §. super peculio. & C. quibus ad liber. procla. non licet. l. 3. Et est ratio vbi ago contra P. ad certam rem ibi contenditur de eo, quod alter tenet, vel de quo est præsumptio reum se ad hoc non ligatum, nisi aliud probetur, vt iam dicam, sed vbi contenditur super vniuersitate vel quasi, ibi non est præsumptio pro detinente, tam efficax sicut

11 in prædicto casu cum possidens † vniuersa singula non possideat. ff. de acquir. posses. l. qui vniuersas. in princ.

¶Item ex equitate dictorum iurium dicerem quòd si duo contendunt de vno beneficio, & potiora iura apparent pro vno quàm pro alio, ille qui offert potiora iura, esset in possessione tuendus vel mittendus. argu. C. de edicto diui Adria. tollen. l. fi. quo casu si iste peteret sequestrationem fieri, deberet audiri, cum enim admittendus sit ad plus, vt ad possessionem, multò magis ad sequestrationem.

¶Sinautem fiat sequestratio certo modo, hoc est petitione sequestri, dic vt. ff. depo. l. rei apud. §. si velit sinautem fiat quarto modo scilicet ad petitionem partis per iudicem, hic dependent leges & prophetæ. Et hoc subdistingue, aut petitur sequestratio, pendente principali negocio, aut negocio appellationis ante executionem, aut negocio appellationis ab executore interiectę. Primo casu dupliciter, aut proceditur a parte contra partem præsentem, aut a parte in partis contumaciam. Primo casu dupliciter, aut contenditur super re de qua est magis præsumptio pro rei, verbi gratia Peto rem ex aliquo contractu, ius præsumit me non ligatum, nisi probet ligatus, quo casu sequestrationis necessitas conquiescit, & est in isto casu inhibita. Nam primo modo debitor debet conuinci & tunc demum ad solutionem adstringi. C. de prohib. sequestra. l. 1. & de iure fisci. l. fi. & de actio. & oblig. l. negantes, idem dico si res sit talis cuius possessio indifferenter cadit inter eos qui contendunt, verbi gratia, habere fundum ita cadit in me, sicut in Petro, 12 ago contra Petrum ad fundum. & quia. P. eo ipso † quòd est possessor plus habet quàm ego. Insti. de interdict. §. commodum. C. de rei vend. l. res alienas. nunquid principali pendente negocio, debet fieri sequestratio, sic loquitur Decreta. 1. s̄. de seque. & ff. de rei vendica. l. vtiq;. verum vbi certa præsumptio vinceretur aliqua equitate, vt s̄. de sponsali. c. cum locum & de restitu. spolia. c. literas. ff. de offi. præsid. l. senatus, tunc iudicis officio esset permissa sequestratio, si iudici (equitate suadente) videretur, vt est expressum dictis iuribus. & ff. qui satisda. oog. l. fideiussor. §. fi. Et hi sunt casus speciales contra regulam, ibi enim suspitio quæ habetur contra reum, vt prouideatur parti agenti, inducit sequestrationem. † vnde cum 13 intersit iudicis ne iudicium sit elusorium. ff. ne quid in loco publi. l. fi. habet iudex prouidere vt tam in principali quam in fructus cautela conueniens præstetur in re mobili. vt d. l. si fideiussor. & pari equitate idem est in fructibus rei immobilis, vnde si reus non possit cauere vt iu-14 dici equum videbitur, fiet sequestratio, nam cum † quid incumbit in iudicijs, & iudex non potest facere vt ius præcipit, debet prouidere vt potest. vt C. ne assertio. tollen. l. 1. §. si verò re vera. ff. de colla. bono. l. 1. §. si super, & hoc casu sequestratio est subsidiaria, & sic loquitur. C. de agri. & censi. litibus. lib. 11. est ergo regulare quòd quando aliquid incumbit alicui, & ille onus connexum non implet, sed abutitur, iudex ex officio habet prouidere super hoc, verbi gratia. P. est missus in possessionem rei petitæ causa rei seruandæ iste non facit fructus suos, sed ne illos consumat, iudex habet prouidere super hoc vt sequestrentur. s̄. de causa possessio. & proprie. c. 2. & d. Decreta. per nostras. & in §. prædicto. si autem, & hnc fieri debet cum causæ cognitione. Nam cum ne dum pos-15 sessor, sed etiam in possessione † & detentione existens non sit a possessione sua, seu detentione sine causæ cognitione amouendus. vt s̄. ne symo. querelam. C. si per vim vel alio modo. l. fi. in prædictis versatur causæ cognitio, vt est expressum. in d. Decreta. 2. s̄. de sequestra. possessio.

Sinautem procedatur in contumaciam, hoc est dupliciter, aut est causa, in qua potest procedi ad missionem, aut non, si non vt quia agatur de beneficio, vt beneficium, quo casu non habet locum missio in possessionem. s̄. hoc lib. de eo. qui mit. in possessionem. c. actor, & hoc casu potest fieri sequestratio. sic loquitur Decret. expressa. s̄. de rescrip. c. olim. Nam missio in hoc casu cessa-16 ret illud, † quod erat illi similius, vel vicinius debuit fieri, & quod glo. dicit ibi, quod malè facta fuit sequestratio malè dicit, cum eadem Decretalis prosequatur factum sequestrationis, quod nõ faceret si indebite facta fuisset, vt apparet

apparet ex cōtextu d. Decreta. si verò est causa in qua potest procedi ad missionem in possessionem, tunc illa regulariter est seruanda. C. vbi in rem actio. l. 2. in fi. intuitu tamen religionis dicunt aliqui ꝙ iudex potest procedere ad sequestrationem vel alia iuxta causa, & sic intelliguntur. s̄. de dolo & contum. c. 2. Sed hoc casu dicerem cum reus est contumax, sua contumacia de iure est punienda, & hoc est necessarium, aut in re de qua contenditur, aut in persona, vbi in re fieri non potest. s̄. vt lite non contest. c. tuæ. in re dupliciter, vt est præmissum. Nam vbi† missio non est possibilis, tunc excommunicatio aut sequestratio est necessaria nec aliqua punitio contumaciæ in re est vicinior missionis in possessionem ipsa sequestratio. quæ se habet ad missionem in possessionem vt excedens & excessum, nam contumaci est magis luctuosum ꝙ aduersarius sit in possessione, & ipsum contumacem tedio afficiat, quàm quod si apud bonum virum res esset ad custodiendum deposita per iudicem arg. C. de bonis quę. liber. l. cum oporter, plus tamen recederetur a re per sequestrationem factam propter contumaciam, quàm per missionem in possessionem, & secūdum hos respectus vel alios dici potest quandoq; plus, quandoq; minus missio in possessionem respectu sequestrationis, & propter respectum aliquando dictum est. in d. c. factam sequestrationem intuitu religionis, nam magis religiosis competit quod fiat sequestratio quàm in possessionem missio, quæ est ad afficiendum tedio contumacem, quæ non cadit, hoc est nō habet cadere in religiosum, & isto casu etiam vbi posset fieri missio in possessionem, posset de iure fieri sequestratio. regularius tamen hoc casu puniatur per missionem in possessionem, cum hoc sit ordinatum. s̄. vt lite non contesta. c. quoniam. §. in alijs, iudex tamen (cuius† officium est latissimum. ff. de iurisdi. omn. iud. l. 1.) debet attendere qua via reus contumax affligi magis valeat vt suam contumaciam agnoscat, & illam purget, & tunc illam viam exequatur siue excommunicando siue de mittendo in possessionem, siue de sequestrando. Cum enim contumax † quandoq; damno litis coerceatur. l. contumacia. ff. de re iudic. C. de inge. & manu. l. diffamari. s̄. de proba. licet circa Principium, multò magis iudex potest punire contumacem sequestratione. Iudex enim pęnali iudicio potest iurisdictionem suam defendere. ff. si quis ius dicē. non obtempe. l. 1. inter quæ pœnalia iudicia sequestrationis pœna continetur. Et dico quòd sequestratio est minor pœna missione in possessionem. vt d. Decre. de dolo & contuma. Nam ex missione potest fieri verus possessor, saltem post annum, non sic ex sequestratione, quod tamen credebant dicti religiosi. & sic legit eam Innocen.

Sed contra, in illa Decreta. non dicit tex. expresse poterat fieri missio in possessionem. Si ergo facta est sequestratio fauore religionis, & est minus quàm mittere in possessionem, ergo non est fauor, sed potius grauatur Ecclesia.

Solu. † tam missio quàm sequestratio fit, vt reus tedio affectus cogatur iudicio stare. vt d. Decre. Hæc tamen pęna proprius cadit in missionem quàm in sequestratione. vnde cum religiosi tedium non habeant quærere, nec pęnam aduersarijs. arg. s̄. de pœnis. suam. licet in suum prosequi possint. s̄. de no. oper. nunc. c. 2. mitius est in tuendo religionem sequestrare, quàm mittere in possessionem. & ideo signanter dicit textus intuitu religionis, non fauore. Nam in missione in possessionem fit tedium per actorem & iudicem auctorizantem, sed in sequestratione tantum per iudicem auctorizantem, licet ad partis instantiam.

¶ Si autem procedatur in negocio appellationis ante executionem, hoc est dupliciter, aut appellatio interponitur a diffinitiua, aut ante diffinitiuā. Si a diffinitiua quę est super principali, & sequestratio petitur, aut a petitore appellante, aut a possessore. Primo casu est impossibilis, † cum nil possit sequestrari, hoc est separari ab eo qui nihil habet. & sic loquitur 2. q. 6. c. quotiens. 2. respon. Si autem a possessore petatur fieri qui appellat & prosequitur negotium, regulariter non debet fieri. Cum appellantis status appellatione pendēte sit integer. ff. nil inno. appel. pend. l. 1. cum attentatum hoc casu regulariter reuocari debeat, etiam illud quod attentatū esset ante decendium s̄. hoc lib. de appella. c. non solum. Sed hoc fallit quando. dictus possessor fructus dilapidat aut aliàs est suspectus. d. c. quotiens, & s̄. de sequestra. c si ff. de appella. l. Imperatores, in fi.

¶ Et vbicunq; in principali procedetur ad sequestrationem, multò magis in causa appellationis, vbi possessor vnius appellat, cum iam diffinitiua sit contra eum, & ob hoc est facilius[e] procedēdum contra eum vt fiat sequestratio, quàm in principali.

¶ Si autem appellatio interponatur ante diffinitiuam, cum appellans † de iniquitate iudicantis principaliter cōqueratur. s̄. de appella. interposita. §. fina. hoc articulo pēdente, iudicis officium circa sequestrationem rei aut fructuū eius (super quibus non agitur) prorsus conquiescit, cū nec in principali iudex appellationis talis habeat cognitionem, nisi in euentum quo apparebit appellationē ante diffinitiuam emissam fore legitimam, vt in decreta. vt debitus honor.

Si autem procedetur in negocio appellationis ab executione interiectæ, aut res est mobilis, & tunc ipsa res sequestratur, aut immobilis, & tunc fructus sequestrantur restituendi illi qui obtinuerit, non distincto vtrum possessor sit suspectus, necne, vt C. quo. appella. non recip. l. ab executore. Et hoc casu sequestratio est præcepta, vt dicta. l. nec est mirum, † ex quo a sententia non est appellatum, sed ab executione, magna est præsumptio contra appellantem, propterea iura statuerunt rem, appellatione pendente, a possidente separandam, & apud alium reponendam quousq; quærela sopiatur.

¶ Ex quibus colligitur quando sequestratio non est possibilis, quando prohibita, quando permissa, & quando præcepta.

ADDITIONES PROBI.

a FInis. Qui seu eius euentus dicitur dubius. Ang. consil. 245. versi. tertiò, est videndum.

b Lucidior. Dixi. s̄. in proę. facit illud Philosophi. Sermones† nostri veriores efficiuntur si ad diuidua & particularia descendamus facit id quod citat Ang. in consi. 378. colu. 2. quod exorditur, nobiles, aliàs philosophicę, quod per subdiuisiones & interpretationes congruentes omnium telorum euitatur amaritudo. quod prosequitur Neuizanus in Silua nuptia. versi. est nubendum car. mihi. 194. vbi subdit qui omnia indistinctè vult intelligere, cōfuse intelligat necesse est.

¶ Debet dicere. Attende ad ea quæ in proposito tra-
c dit Dec. consil. 366. numer. 13. pro declaratione. vbi dicit quòd † in tali sequestratione requiritur partium citatio maxime earum, de quarum præiudicio agitur. Et quòd saltem constet summarie, & ꝙ partes voluerunt venire ad arma, seu quòd sit timor armorum, & quòd scandalum oriri possit, quodque id constet actis, aliàs iudici non creditur. capit. quoniam. supra de proba. Et si aliter fiat, debet reuocari tamquàm de facto facta. glos. in l. minor. in prin. ff. de euictio. Bal. in l. si pacto quo pœna, & ibi Alexan. C. de pact. firmat late Pet. de Ancha. consil. 292. in fin. videretur prima facie, tangit Roma. consil. 158. circa articulum propositæ. vbi dicit, quòd sicut de facto processit ad sequestrationem, ita procedat ad sequestrationis reuocationem. pro quo vide ea quæ diximus in capitul. cum singula. in versic. de facto. supra de præben.

Præmissis adde quæ in simili citat Rapha. Cuma. cōsi. 145. col. 1. Simon, Helias, videlicet ꝙ in materia citationis fiendæ ad domicilium† intelligitur de domo habitationis, vbi est familia, quæ ei referre possit. ff. de dam. infecto. l. 4. §. prætor & ff. de legi. agnat. tutela. l. 1. §. demum & vbiq; per Bar. fit enim citatio ad domum, vt possit sibi nunciari per illos de domo. d. §. prætor.

d ¶ Prætor. Hic prætorē pro iudice accipi dicemus, quia † largo modo quilibet magistratus prætor dici potest. Bal. l. fin. in prima. q. C. de ędil. edicto. Dec. refert in l. vbicunq;. ff. hoc titu.

e ¶ Facilius. Vide Alex. cōsi. 163. in princi. circa id. vol. 6. vbi dicit id fore originale verbum Io. mo.

Bonifacius

Bonifacius Octauus. Reg. XLIX.

¶In pœnis benignior est interpretatio facienda. &c.

IN POENIS. scilicet infligendus Pone casum in electione cassata propter formæ vitium, persona electa non redditur ineligibilis. Secus si est nulla propter vitium materiæ vel defectum. s. de elect. super eo.

Sed quid in dubio, soluit hæc regula, vt in dubio videatur electio non vitio materiæ, sed formæ quassata. vt ff. de pœ. si præses. & l. interpretatione. Et est ratio dictæ regulæ tacta. s. eo. cum sunt, nec dico dubium si ex actis liqueat de causa. C. de senten. quæ sine cer. quanti. profer. l. 3. arg. ff. de his qui no. infa. l. 2. §. ignominie. ff. de suspec. tutor. l. hoc enim. in princ. ff. de re milita. l. milites. §. missionum.

¶Bonifacius Octauus. Reg. L.

¶Actus legitimi conditionē non recipiunt neq; diē. &c.

SVMMARIVM.

1 *Actus est potentiæ effectus, quia a potentia egreditur.*
2 *Pactiones, seu conuentiones, circa spiritualia appositæ, regulariter inficiunt illa, prout pacta turpia & impossibilia.*
3 *Hæredis institutio sub conditione expressa non valet, secus sub tacita.*

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Actuum vicinitas multum operatur, vt hic.*
Frater quando videatur dotare sororem animo donandi, & quando non.
2 *Verbum obscurum in vna parte alternatiuè, declaratur per aliam partem alternatiuè.*
3 *Actus, qui habet tractum successiuum & continuatiuum, censetur vnus per relationem ad principium sui temporis.*

a ACTVS LEGITIMI Actus† est potentiæ effectus, nam actus a potentia egreditur, & legitimum est ꝙ a lege defertur, seu a lege approbatur seu firmatur.

2 ¶Ex quibus concludo ꝙ actus a legitimi. 1. potentiarū effectus lege delati, seu lege approbati non recipiunt diē vel conditionem contra naturam vel substantiam actus legitimi, tales enim adiectiones contractum matrimonij aliàs legitimum inficiunt, vt s. de conditio. apposit. capit. fina. 2. respon.

¶Verum nisi conditiones contra matrimonium adiectæ essent turpes vel impossibiles, tunc matrimoniū tales conditiones non recipit, sed eos respuit & renuit, & tenet matrimonium. vt in d. c. 2. respon.

Pone casum in pactionibus seu conuentionibus circa 2 spiritualia † appositis, aut pactis turpibus, seu impossibilibus, quæ omnia regulariter inficiunt. supra de pact. capit. fina. supra de rer. permuta. quæsitum. & c. fi. & 1. q. 2. quam pio. & c. seq.

Item in electionibus. supra, hoc lib. de electio. capit. in electionibus.

Item pone casum in hæreditate concessa ex die vel ad diem. & legato concesso sub turpi vel impossibili conditione. Nam hæc reijciuntur, hæredis institutione, & legato in suis iuribus remanentibus. ff. de hæred. institu. l. hæreditas. & ff. de conditio. instit. l. conditiones contra edicta. & l. sequen. & l. idem.

Ceterum præmissas conditiones a iure non reprobatas & quæ aliàs iuste apponi possunt. vt s. de præben. significatum. & de appella. c. pastoralis.

Idem dico in hæreditate & legato quæ sub conditione non reprobata a iure concedi possunt, secus si conditio esset a iure reprobata. ff. de conditio. & demonstra. l. cum ita legatum. & C. de institu. & substitu. l. 3.

Item hæredis institutio sub hac conditione expressa, si 3 voluerit Titius, nō tenet, tamen sub cōditione tacita valet. ff. de hæredi. instit. l. si quis Sēproniū, & ff. de cōditioni. & demōstra. l. nōnunquàm. Sed aditio hæreditatis sub conditione fieri non potest. ff. de acquir. hæredi. l. eū qui in fine. Et dic alia, vt ff. eo. actus quæ lex videtur ponere casum econtrario, scilicet vt actus legitimi conditionem recipiant regulariter, licet fallat regula in certis actibus nominatis ibidem, qui non recipiunt diem & conditionem expressam, licet quandoq; tacitam.

ADDITIONES PROBI.

a 1 ACTVS. Quorum† vicinitas multum operatur, per ea quæ tradit Soci. consi. 273. col. 3. in præsenti post Bal. in l. petens. C. de pact. quandoq; vult ꝙ ex vicinitate vnum pactum contemplatione alterius initum videtur. benè facit text. in l. 1. §. quæ honorandæ. quar. reo. actio. non dat. per quem text. dicunt Docto. ꝙ si post donationem donatarius obligat se ad aliquid, censetur hoc fecisse tontemplatione illius donationis, vnde aliquando cōsuluit Pau. de Cast. ꝙ si mulier donat aliquid hospitali, & eadem die hospitale se colligat ad dandum mulieri decem singulis annis, censetur fecisse hac contemplatione præcedentis donationis ex actuum vicinitate. Et ideo donationem non esse puram, sed ob causam & consequenter vendicaret sibi locum remedium. l. 1. C. de donatio. quæ sub modo.

2 ¶Item licet † frater videatur dotare sororum animo donandi. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxo. actio. tamen si eadem die apparet instrumentum quietationis factæ per sororem fratri, pręsumitur dotasse contemplatione illius quietationis, & sic præcedētia declarant sequentia. l. quotiens. C. familiæ hercis. & l. si seruus plurium. in fi. de lega. 3 1. prout in simili dititur quòd† verbum obscurum in vna parte alternatiuè declaratur per aliam partem alternatiuè. tex. sing. in l. 1. ff. de reb. dub.

¶Vna etiam parte copulatiue altera declaratur. Soci. consi. 280. col. 2. considerata.

Item vnum capitulum per aliud declaratur. l. vtrum. ff. de petit. hęredi. vbi Bar. & Bal. & in d. l. si seruus plurium. no. idem Soci. consi. 288. col. 4. in q.

Pro intento facit quod Soci. consi. 284. in fi. præstantissime Doctor, dicit de vicinate scripturæ, post Bart. in d. l. petens.

4 ¶Postremò dic ꝙ actus † qui habet tractum successiuum & continuatiuum, censetur vnus per relationem ad principium sui temporis. l. dum qui. §. in pupillaribus. ff. de iureiur. not. Petr. de Ancha. consi. 230. col. fi. præsupponitur.

Bonifacius Octauus. Reg. LI.

¶Semel Deo dicatum non est ad vsus humanos &c.

SEMEL. Pone casum. s. de rer. permuta. mancipia. & c. iniustum. & de consecra. distin. 1. lingua.

Bonifacius Octauus. Reg. LII.

¶Non præstat impedimentum quod de iure non &c.

NON PRAESTAT. a Pone casum. ff. de lega. 1. l. si seruus legatus. s. si seruus. ff. de ac. her. si quis hæres ita. ff. ad Velleia. aliquando. §. fi. s. de electioni. auditis. in glo. in fi. s. de iure patro. illud. & c. fi. s. hoc lib. de electio. perpetuò s. hoc lib. de concessio. præben. ne captandæ. ff. de condi. & demonstra. hæc conditio. Contra ff. de optio. lega. l. 2.

Item sponsalia quæ non, tenent, præstant impedimentum sponsalibus, sequentibus, idem quando est dubium sed quando est certum prima non valere, non præstant impedimentum secundis. s. de desponf. impube. c. literas. & c. accessit. & s. de sponsa. iuuenis.

Sed contra eo. titu. c. ad audientiam, sed ibi speciale in matrimonio propter rationem quæ redditur. s. de biga. nuper.

Sed quæritur quæ est ratio diuersitatis inter. c. literas. & c. accessit ex parte vna. & c. ad audientiā ex altera, rn̄deo, in primis dictis duobus capitulis est defectus cōsensus, sine quo in matrimonio cetera frustrātur. 30. q. 2. c. 1. & 2. & sic ius hoc non approbat. sed in c. ad audientiam ibi est consensus contrahentium, licet illud ius ex causa reprobet, propter quod maior est defectus in vno quā in alio.

¶Item

Item contra.ff.pro dona.l.qui pro donato. Sol.ibi intentio manumittentis propter quam impeditus cursus præscriptionis, non nullitas manumissionis præstat impedimentum.

ADDITIONES PROBI.

a NON PRAESTAT Facit, nam ex non ente non fit ens,teste Philosopho.& Boetius.in 5.de consolatio.ex nihilo nihil existere, sententia vera.

Bonifacius Octauus. Reg. LIII.

¶Cui licet quod est plus,licet vtiq; quod est minus.&c.

CVI LICET. Pone casum.Instit.manda.§.itē qui exequitur.& dic alia.vt s.eo.plus semper.

Sed contra.s.hoc lib.c.cui de non sacerdotali.Sol.hoc facit ibi limitatio mandati, vnde vbi licet maius quantitate,& minus sub eo comprehensum.sed vbi est plus dignitate non continet minus per modum alium.vt d.c. plus no.& ff.eo.non debet.

¶Bonifacius Octauus. Reg.LIIII.

¶Qui prior est tempore, potior est iure.&c.

QVI PRIOR. Pone casum.C.qui potio.in pigno. habean.l.2.& 4.& s.hoc lib.de præben.eum cui.& ff.locati.in operis.& hæc sunt vera,omnibus paribus,tem pore autem faciente pro vno, ille est potior, verum vbi causa est potior pro secundo, secundus est potior.vt ff. qui potio.in pigno.habean.l.interdum.& l.seq.& sequen. nec mirum,quia priuilegia non ex tempore, sed ex causa estimantur potiora.ff.de priuileg.credi.priuilegia.Et dic vt Azo in summa.C.qui potio.in pigno.habean.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LV.

¶Qui sentit onus.sentire debet cōmodū,& econtra.&c.

a QVIa sentit.Pone casum.C.de cadu.tollen.l.1.§.pro secundo.& dic.vt.ff.eo.l.secundum anturam.

ADDITIONES PROBI.

a QVI SENTIT. Vide Soci.consi.252.in fi.causa domini Ioan.& consi.265.col.2.præsentis.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LVI.

¶In re communi, potior est conditio prohibentis.

IN RE COMMVNI. Pone casum.vt ff.de seruit. vrba.prædio.l.parietem.& ff.communi diuid.Sabinus. & dic instantias, vt ibi.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LVII.

¶Contra eum qui legem dicere potuit, &c.

CONTRA EVM. Pone casum in contractibus. ff.de pact.veteribus.s.de proba.in præsentia.

¶Sed contra.ff.de iudic.l.si quis intentione, quod contrarium solue.vt s.de resti.spo.c.cum ad sedem.in gl.quæ incipit, hic ergo.

Bonifacius Octauus Reg.LVIII.

¶Non est obligatorium contra bonos mores &c.

NON EST OBLIGATORIVM. Pone casum.s.de iureiu.c.Quintauallis. Et est ratio huius regulæ, quia pactum contra bonos mores factum non tenet.ff.de pact.l.si vnus.§.illud.& §.sequen.& ff.de pact.dotal.conuenire.Et si pactum huiusmodi non valet,nec iuramentum interpositum super hoc obligat.ff.de pact.l. iurisgentium.§.& generaliter.Quia tunc iuramentum esset vinculum iniquitatis, quod esse non debet.vt s.hoc lib.de iureiur.c.contingit.

Verum si iuramentum interponatur super contractu reprobato iure speciali, approbato tamen iure communi, tunc pactum iure speciali reprobatur.Quia tamen iuramentum inuenit contractum valere iure communi, ibidem habet efficaciam.s.de iureiu.c.cum contingat.& s.hoc lib.& tit.c.licet.& s.hoc lib.de pact.quamuis.

Item alia ratio, iuramentum est ad firmandum quod agitur, si igitur non tenet concessorium, vt actum contra bonos mores,ergo nec firmatorium. s.de fide instru. c.inter dilectos.§.fi.& ff.eo.tit.cum princi palis causa.

Item pone casum in Auth.Scenic.non solum.in princ. col.5.& s.de iureiur.c.intellecto.& 21.q.4.c.in malis.& in cap.inter cetera.

ADDITIO PROBI.

a FIRMATORIVM. Adde in proposito quæ not. Barba.consi.17.vol.4.vbi concludit quod si non valet principalis contractus, ita nec renouatio super eo interuenta.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LIX.

¶Dolo facit, qui petit quod restituere oportet eūdē.&c.

DOLO FACIT. Pone casum.ff.solu.matri.l.si socer.§.Lucius.& ff.de except.doli.l.dolo.Et vtrū hæc regula habeat locum in petitorijs, & non in possessorijs no.C.locati.l.si quis conductionis.& dic vt ff.eo.tit.l.dolo facit.& d.§.Lucius.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LX.

¶Non est in mora, qui potest exceptione legitima &c.

NON EST IN MORA. Pone casum.ff.de cōpensatio.cum alter.& l.sequen.& C.de compensa.l. si constat.& l.seq.ff.de iudic.non videtur.ff.de re iudic.l. contumacia.§.fi.& ff.de vsur.l.cum quidam.§.si pupillo.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXI.

¶Quod ob gratiam alicuius conceditur, &c.

QVOD OB GRATIAM. Pone casum.ff.de legi.& senatuscon.l.nulla.& C.de legib.& constitu. quod fauore & dictis iuribus notatur.

Item pone casum.Auth.consti.quæ de dignita.§.illud. colla.6.ff.de Carbo.edicto.l.3.§.hoc autem.in fi.

Sed contra.s.hoc lib.de præben.c.cui de non sacerdotali.sed hoc facit forma mandati.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXII.

¶Nullus ex consilio (dummodo fraudulentum &c.

NVLLVS. Dic.vt ff.eo.consilij non fraudulenti. & ff.manda.l.1.§.fi.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXIII.

¶Exceptionem obijciens, nō videtur de intentione &c.

EXCEPTIONEM. Pone casum.ff de exceptio.l. non vtiq;.& ibi notatur.s.de excep.cum venerabilis, §.intelleximus.C.de exceptio.l.si quidem.Et est ratio, excipiens intendit elidere intentionem actoris.4.q.4.c.1. Sed intendens vnum finem, alium non operatur,quia ad illud non agebatur.s.de ord.cognitio.c.cum dilectus.§. verum.ff.de adimen.legat.l.legata inutiliter.& C.de inge. & manu.l.ingenuum.

¶Sed contra istam rationem est arg ff.commoda.si is qui.§.fi.Sol.ibi hoc operatur iuris potestas, ne iuris ignorantia deceptus remaneat in damno.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXIIII.

¶Quæ cōtra ius fiunt, debēt vtiq; pro infectis haberi.&c.

QVAE CONTRA IVS. Pone casum.ff.de legib.& constitu.l.non dubium.& ibi no.

Boni-

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXV.

In pari delicto vel causa, potior est cõditio possidentis.

IN PARI delicto. Pone casum.ff.de condi.sine causa.l.auunculo.1.respon.& ff.de condi.ob turp.cau. l.penul.in fi.& C.eo.tit.de condi.ob tur.cau.l.cum te.& ff.eo. tit.in pari.& l.cum par.[vel causa.] Pone casum. ff.de publi.fine causa.§.duobus.& ff.de pig.l.si debitor. & Insti.de interdic.§.retinendæ.& s̃.hoc lib.dde præb.si a sede.

Nec obstat.ff.de condi.sine causa.l.auunculo.1.& 2.respon.quia ibi factum non facit turpitudinem, sed qualitas personarum vnde allegatio.d.l.est pro hac regula, sed decisio prima facit contra, quoniam potius respicit factũ releuans, ne in damno esset agens, quàm qualitatem factum reprobantem.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXVI.

Cum non stat per eum ad quem pertinet, &c.

CVM non stat per eum. Hæc regula differt ab ea, quę est.s̃.eod.imputari, quia illa loquitur in eo, qui habet conditionem implere, & non stat per eum, pro quo conditio impleri debebat, & est ratio huius regulæ.ff.de vsur. l.debitor.per quam pone casum.s̃.eo.c.imputari. & ff.eo. tit.in iure.& C.de conditio.inser.l.si.

Bonifacius Octauus. Reg. LXVII.

Quod alicui suo nõ licet nomine, nec alieno licebit. &c.

QVOD ALICVI. Pone casum.46.distin. c.sicut non suo.3 ͦ.8.his a quibus.ff.de admini.rer.ad ciuita. pertinen.l.2.§.1.Et est ratio, quia conuentus nomine alieno bonam fidem habet agnoscere, & iustam causam tueri, non malam.ff.de administ.tuto.quotiens.§.sicut.

Bonifacius Octauus Reg. LXVIII.

Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum.&c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Verba denotantia propriam personam, non verificantur in actu per alium expedito.*
2 *Vindicta permissa a statuto, non potest per alium expediri.*
3 *Motus animi, alteri non potest committi.*
4 *Forma (etiam in modicis) an sit seruanda, vide hic.*

POTEST quis per alium. Pone casum.ff.de procur. l.j.§.vsus.Item pone casum & distinctionem.ff.an per alium temp.appella.l.1.hanc regulam intellige in his quę possunt per alium [a] explicari, ne sit contra. C.de caduc. tollen.l.1.§.ne autem.ff.de solu.l.inter artifices.

ADDITIONES PROBI.

a PER alium explicari. Dic istud etiam procedere siue de iure, siue de facto id fieri possit, aut aliàs secũdum sonum verborum. Pro hoc vltimo habeo regulam nota. in cap.quoniam.in §.is autem.s̃.de offic. delegat. Quod 1 † verba denotantia propriam personam non verificantur in actu per alium expedito, per quo glo.in ver.publicè.in Clemen.prima.de vita & honesta.clerico. quam ibi dicit singularem Card.q.5.& in Clemen.vnica.colum.6. de iureiuran.& Panor.in cap.mulieres.s̃.de senten. excõmu.& ibi Felyn.quòd depositio iuris imponens pœnam cõtra personam delinquentem personaliter, si delinquit per alium, non habet locum pœna. quod tenet Imo.in d.Clemen.& Panor.in c.licet.in fi.de decim.stat cum ipsa glo.singula.licet pro ea habeam glo.in l.penult. ff.de testam.& reliqua in Clemen.dudum.in versi.præsentari. de sepult.quam ibi Panor.singularizat ad hoc quòd vbi requiritur quòd aliquis se præsentet, die tali in aliquo loco, non potest facere illud per procuratorem, cuius sententiæ astipulatur ibi Cardi. Idem si dicamus quod statutum dicat, qui proprijs manibus, cum ista verba denotent actum personalem.not.in c.periculosę. de pœniten. distinct. 1.text.in Clem.1.ibi, per manus nostras.de iureiu. text.in l.probatorias.ibi, manu nostra subscriptis de diuer. offic.lib.12.C.Bald.in cap.1.§.si quis verò el primo.in princip. dicit 2 † quòd vindicta permissa à statuto non potest per alium expediri. Et licet marito permissum sit occidere adulterum, non tamen id per commissum potest exerceri.

¶In proposito idem Bald.in l.1.§.ne autem hic per Ioan.Mona alleg.citat quòd si testator mandauit alicui, vt personaliter visitet monasterium, quòd non poterit fieri per alium, pro hoc facit id quod dicit Domin.in cap.2. §. sanè s̃.de testamẽ.hoc lib. quòd executor habet exequi per seipsum & non per alium, quando est grauatus distribuere secundùm suam conscientiam.facit cap.tua.ibi, per manus eorum.s̃.de testa.

¶Item habeo text.in d.cap.licet.s̃.de deci.& ibi Panor. quòd priuilegium datum facientibus actum proprijs manibus, non habet locum in his qui faciunt per alios. vide latius per Barba.consi.88.num.9.vol.4.

¶Et attende hic ad istud verbum, proprijs, quia si solum diceretur manibus, præmissa non haberent locum, sed sufficeret facere per alios, quia non videtur denotari propria persona. istud probatur in cap.si quis suadente.17.q.4.iuncto.cap.mulieres.s̃.de senten.excom.

¶Dicemus equidem verba denotare propriam personam si expresse vel tacitè est electa industria personæ, quia tunc regula non habet locum. pro hoc habeo text. in cap.is cui.s̃. de offic, deleg. hoc lib. & idem. cap. quoniam.§.præterquàm.s̃.eod.expresse quando dicitur, talis expediat.& non alius.text.in l.1.§.de his.ibi, nullius alterius.ff.de separat. Tacitè, vt si Papa committat causam fidei canonico theologo Ecclesiæ Bitur. qui in curia reputatur maximus Theologus, quia tunc non poterit subdelegare, nec transibit in successorem imperium.maximè si sit adiecta clausula, de tua prudentia vel circumspectione plenius confidentes, secundùm Imol.in d.cap. quoniam.

¶Potest etiam dici quòd electa sit industria personæ per clausulam, secundum animi tui motum exequaris, tunc non poterit subdelegare, ratio est in euidenti per id quod not.in gl.in l.sicuti.ff.de arbitr.vbi dicitur quòd motus 3 † animi non potest alteri committi.Bald.in l.cum magistratus.C.quando prouoca.non est neces.Idem tenet & ante eum Bar.in l.si vni.in fi.ff.de re iudic.

¶Et vt veniamus ad intellectum puncti nostri, quæro an hoc verbum, personaliter, per seipsum, vel proprijs manibus, semper importet electam industriam personæ, in hoc varij varia sentiunt, aut de paruo, aut de arduo negocio agitur, si de paruo non, si de arduo, secus, tu autem dic indistinctè importare electam industriam personæ. moueor, quia si teneamus quòd quando agitur de paruo negocio non cadat industria electa, sequetur inconueniens, quòd verba, ipsa, nihil importabunt, quod non est dicendum in rescriptis Principis, in quibus omnia apponuntur cum ministerio, prout & in iuribus, in quibus nihil dicitur superfluum.iuribus vulgatis. hoc notum sit. ideo si cum ministerio dicitur apposita, sequitur quòd sint data pro forma, quæ in minimis obseruari debet, pro ut & in arduis.pro hoc habeo doctrinam Bal.& Imo.in l. 1.ff.de lib. & posthu.quòd vbi dicunt quando aliquid est datum pro forma, etiam si videatur modicæ solẽnitatis, est omnino seruandum, & non habet locum regula trita ꝙ de modico non est curãdum: pro qua habeo.l.senatus. §.Marcellus.quam Roma.singu.332.dicit non esse alibi, ꝙ statuto cauente quòd non alienetur res immobilis in forensem, non habet locum in parua domo & casa.facit glo.1.in princi.in auth.minoris (quam admittunt Docto. dicit Io.Fab.ibi.) C.qui da tuto.poss.

4 ¶Et redeundo ad propositum ꝙ forma † non solum in minimis sit seruanda, verum dico, quòd adeo est seruãda, quòd licet sit in omnibus seruata, excepto vno, ratione illius dicitur forma deficere, possumus ponere exemplum in confessione, quòd si omissum fuerit, dico scienter vnum peccatum mortale, quis sepelitur in Inferno.c.consuleret.de pœni.dist.5.iuxta illud. Qui in vno peccauerit, omnium factus est reus.

¶Ad

Ad idem diximus in testamentis, vt defectus vnius testis reddat testamentum nullum.l.si vnus.C de testa.facit illud Marci Cicero.in suis Paradoxis ad fi.ꝙ ita nauis submergitur per vnum foramen, sicut per decē,& illud,modicum frumenti totam massam corrumpit.& Roma.in l.2.ff.ad Sillania.ꝙ si statuto cauetur ꝙ de contractu soluatur gabella,& non est solutio facta integra, vt quia deficit vnus nummus, non dicitur facta solutio gabellæ. facit l. qui hæredi.& l.Meuius.ff.de condi.& demonst. ꝙ factum debet impleri in forma specifica.

Bonifacius Octauus. Reg. LXIX.

In malis promissis, fidem non expedit obseruari.&c.

IN MALIS. Pone casum in Auth.sceni.non solum. in princ.colla.5.ff.de verb.oblig. generaliter.& l.si plagij.22.q.4.c.si aliquid.& c.in malis. Et est ratio quia quod est licitum debet firmari, & quod est illicitum rescindi.s. de præb.dilectus.1.

Bonifacius Octauus. Reg. LXX.

In alternatiuis debitoris est electio,&c.

IN ALTERNATIVIS. Pone casum.ff.de iure dot.plerunq;.in fi.Insti.de actio.præterea.ff.de eo quod cer.loco dare oppor.non vtiq;.§.qui Stichum.ff.de condi. instit.l.si hæredi. Et est ratio huius regulæ, solutio est debitoris quæ est facienda creditori, & ideo quod est positum ad soluendum est in fauorem debitoris, & ob hoc potest eligere quod vult de alternatiuis, quod non est verum in alternatis ordinis.de quibus habetur.ff.de legat.2.l.cum pater.§.pen. Sed est verum in alternatis præstationis, & hoc probatur in simili,quia quod debet debitor in diem, statim soluere potest,quia dies est adiectus in fauorē debitoris.Instit.de verb.obliga.§.in diem.vbi tamen dies esset adiectus in fauorem creditoris,secus esset.ff.de legat.2.l.si ita relictum.§.Pegasus.[adimpleri.] Pone casum.ff.de cōdi.& demonstra.l.cum pupillus.2.respon.ff.de verb. obli. l.si quis ita stipulatus.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXI.

Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum &c.

QVI AD AGENDVM. Pone casum.ff.de superfi.l.1.§.planè.& ff.eo.tit.inuitus.§.cui damus.

Item pone casum.ff.de compensatio.l.2.& 3. Quia creditor quod potest petere,potest compensari, & compensando tollitur intentio actoris in toto vel in tanto.

Contra.s.de appella.constitutis.s.de concessio. præbē. post electionem.in fi.dic vt ibi.& ratio potest sumi contra hanc literam,ex malitia partis.ff.de rei vendi.l.fi.& Auth. de trien.& semis.§.illud quoque in iudicijs. col.3. seu priuilegio causæ.s.de resti.spol. in literis. & c.seq.aut fauore fragilitatis sexus.s.hoc lib.de elec.c.indemnitatibus.§.verum.fallit etiam ne executione mera impediatur.s.de accus.accedens.& s.de offi.ordi.irrefragabili.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXII.

Qui facit per alium est perinde,ac si faciat per seipsum.

QVI FACIT PER ALIVM. Pone casum. ff. de vi & vi arma.l.1.§.deiecisse.& ff.de relig.& sump. fun.l.ossa.§.fi.& s.de senten.excommunic. mulieres. §.fi. & c.vt famę.in fi.

Sed quæritur,ago contra te, quia eiecisti me de tali fundo,vnde peto restitui, in processu nihil probo ꝙ per te feceris, sed probo ꝙ mandasti, vtrum probata sit intentio mea, & videtur ꝙ non, quia alia est causa agendi in vno, & alia in alio.s.hoc lib.de re iudic. Abbate. §.cęterum. & s.de causa possess.& proprieta.c.fi.ff.de except.rei iudica.l. si mater.§.eandem. & l.& an eandem. §.actiones. & not. 3 Innoc.s.de dona.c.inter dilectos.& respondetur ad hanc Decret. quæ intelligitur esse perinde facere per se,ceu per alium,vt faciens perinde teneatur, vt mandans & econtra.vt C.de accusa.non ideo minus. Est tamen alia causa agendi in vno & alio, vt prædixi, secus si libellus esset generalis, vt d.Decreta.Abbate.& in actione reali, vt in.§ actiones.secus in personali.s.de libel.obla.cum dilecti.& C.de anna.except.l.fi.vbi libellus non debuit admitti,fuit tamen admissus, sed videtur sufficere, vt esset intentum actoris probatum in casu proposito, in quo est causa sufficiens,scilicet possessio & eiectio, quæ sunt probanda.s. de offi.deleg. consultationibus, licet qualitas adijciatur in prosecutione, sicut per vel alium tuo nomine, vel te mandante.arg ff.de noxa.in delictis.§.detracta.Sed in prędictis iuribus erat prorsus noua causa. Et credo hoc casu distinguendum, aut propono me deiectum per te ipsum, & sic intelligo glo. Innocē.& tunc in processu ponendo vel articulando de deiectione per alium facta,positio vel articulus esset impertinens,sicut ille vel illa, qui vel quæ non clauditur sub libello. Sed dicendo simpliciter, puto ꝙ in processu possit poni vel articulari de triplici deiectione,siue per se,vel alium eius nomine,aut eius mandato facta,quia istis modis fit deiectio,vt d.§.deiecisse. & primo casu imputet sibi actor,qui ad certam formam se adstrinxit.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXIII.

¶Factum legitimè retractari non debet, &c.

SVMMARIVM.

1 *Magnum est exordio veritatis iuuari.*
2 *Extante conditione perinde est, ac si ab exordio esset purè contractum.*

FACTVM LEGITIME. Pone casum.C.de nup. l.fi.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.patre.ff.quod vi aut clam.l.1.§.fi.& l.sequen.ff.de seruit.rusti.prædio.vnus. in fi.& l.sequen.& s.hoc lib.de electio.si eo tempore. Insti.de lega.§.præterea.ver.ꝙ si vnio.& ff.de seruitu.pro parte.& hæc lex videtur distinguere vtrum res deuenerit ad casum,a quo incipere non potuit post sui completionē, tunc tenet regula, vel ante, quo casu vltimo corrumpitur quod est actum.argu.ff.de iudic.l.Iulianus.ff.de suspec. tutori.post finitam.ff.ad leg.Aquil.huic scripturæ.in fi. & l.sequen. & secundum hoc obuiat.d.§.præterea. versicu. quòd si vnio.

Sed dic ꝙ non simile, quia in d.l.pro parte est seruitus indiuidua.ff.ad leg.Falcid.l.1.§.si vsusfructus.Sed in versi. ꝙ si vno adijci potest ad legatum, & detrahi eidem. & ipsum legatum habet commodum representationis,saltem 1 exordio inspecto.Et magnum † est exordio a veritatis iu- a uari.ff.de lega.2.l.cum filius.§.hæres.

¶Vel verius,aut casus superueniens est compatiens & ad eandem finem tendens.vt d.vers.ꝙ si vnio.& tūc nihil corrumpitur, sed datur actio.licet sine cōmodo. no.ff.de lega.2.debitor. in princi ff.ad leg.Falci.l.verbis.& concordat huic regulæ.ff.eo.non est nouum & contrarium huius regulæ ponitur.§.hoc lib.de rescrip.si eo tempore,sed ibi non erat quod agebatur expletum. Et intelligo hanc regulam,vt non sit peccatum in facto, & sic factum est legitimum, nec in modo & sic est legitimè,de hoc duplici defectu,seu profectu habetur.s.de restitu. spolia. Pisanis. & s.de renuncia.dilectus.

¶Sed contra regulam obijcitur.s.de iureiur. quemadmodum.Sol.debet hæc regula intelligi,si res in eodem statu perseuerauerit.arg.ff.de solutio.l.cum quis, quæ si quidem b perseuerantia b non fuit in d.c.quemadmodum.

Item sponsalia contrahi intelliguntur.in d.cap. sub cō 2 ditione, quæ † si deficit,perinde est,ac si ab exordio esset purè contractum.ff.qui potior.in pigno. habeā. potior.2. 2.Respon.ff.de verbo.oblig.decem stipulatus.2.respon.

Vel dic referre,aut casus superueniens est maior vinculo præcedenti,vel non.Primo casu procedit obiectio. Secundo casu regula.ff.de minorib.verum.§.fin.in fi.s.hoc lib.de sponsa.c.vn.in fi.

Sed contra dictam regulam est argu.s.hoc lib. de præben.cap.si pauper.Solu.ibi propriè non est factum, id est completum,sed faciendum, & antequàm sit factum deuenit ad casum,a quo incipere non potuit, vt d.l.pro parte. & per idem soluitur ad cap.quemadmodum. quia in matrimonio

matrimonio fit inchoatio in sponsalibus. s. de transla. episcopi. c. fi. no. non ergo est completo in ipsis sponsalibus. Et sic reditur ad primam solutionem argu. iurium in casus positione habitorum.

ADDITIONES PROBI.

a EXORDIO. Vide quæ dixi. in c. si eo tempore. s. de rescript. quibus iunge illud psal. principium verborũ tuorum veritas.

b Perseuerantia. Vide quæ dixi. s. in c. 1. de scisma. in ver. perseuerantia.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXIIII.

¶Quod alicui gratiosè conceditur trahi non debet. &c.

SVMMARIVM.

1 *Iura communia sunt ad consequentiam trahenda, non alia.*

QVOD ALICVI. Pone casum. ff. de cõstitutio. Princi. l. 1. Insti. de iure natura. gent. & ciuili. §. sed & quod principi. Et hæc regula, & s. eo. quæ a iure habent 1 parem, seu similem rationem. Quia iura † communia ad consequentiam sunt trahenda, non alia. ff. de legib. non possunt. & l. sequen. & sequen. & s. de rescript. inter cęteras, & de re iudica. in causis.

¶Et hæc sunt vera, nisi casus specialis ad talem materiam trahatur quæ pari ęquitate, seu maiori iuuetur, vt est text. & glo. C. de furt. l. si quis seruo, & hæc sunt vera in lege generali & speciali scriptis. argu. C. de patrib. qui fil. distraxe. l. 2. Secus in priuilegijs personalibus, de quibus habetur. ff. eo. l. Neratius. & C. de decurio. l. nullus, qui & l. neq; Dorotheum.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXV.

¶Frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari &c.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Contractus claudicare non debet.*
2 *Vt quis virtute alicuius contractus agere possit, debet prius ostendere se impleuisse ex parte sua, si ad aliquid implendum tenebatur.*
3 *Princeps contrahendo obligatur, prout priuatus.*
4 *Princeps veniendo contra factum suum, videtur circumuentus & deceptus, etiam si motu proprio id faciat.*
5 *Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam.*

a FRVSTRA. a Pone casum. C. de rer. permuta. l. quoniam. & ff. de minori. l. auxilium, in fi. ff. de pact. cum proponas.

Et intelligo regulam circa idem factum non circa diuersa. arg. de lega. 2. cum pater. §. plane. ff. de his quib. vt indi. rescriptum.

Et est ratio huius regulæ: Iste qui non seruat legem cõuentionis, sed ex parte sua impugnat, in ea commodum sentire non debet. argu. s. de censi. cum olim. nec decet ꝙ legem conuentam pro parte sua impugnet, & cõtra partem b aliam approbet cum contractus claudicare [b] non dec beat. [c] ff. de arbit. l. si cum dies. §. si arbiter.

ADDITIONES PROBI.

a FRVSTRA. De hac dictione vide quæ tradit Ioan. de Ana. in c. quia frustra. nu. 13. de vsur.

b Claudicare. † Soci. consi. 273. col. 2. in præsenti consul1 tatione pro hoc alleg. l. Iulianus. §. si quis a pupillo. & §. si quis a colludente, cum ibi no. ff. de actio. empt. facit quod habetur. in l. fi. C. de fruc. & liti. expen. Et subdit ibi idem 2 Soci. vnum pro intento Ioan. Mo. hic, ꝙ ad hoc † vt quis virtute alicuius cõtractus agere possit, debet prius ostendere se impleuisse ex parte sua, si ad aliquid implendam tenebatur. tex. & ibi Bal. no. in c. 1. qual. do. proprie. priuet. idem Bal. in l. stipulationem ff. de iure doti. & in auth. dos data. C. de dona. ante nup. dixi. in c. cũ quis. s. de sent. excõ.

c ¶Non debeat. Istud † etiam procedere dic in contra3 ctibus Principum, quia in his vt priuati considerantur, & sic tenentur seruare quod promiserunt, & contrauenire non possunt. c. 1. s. de proba. & sicut in priuato contractus a principio est voluntatis, & ex post facto necessitatis. l. sicut. C. de actio. & oblig. ita etiam in principibus paritate rationis, quia Principes contrahendo obligantur de iure naturali propter consensum. l. 1. in princ. ff. de pact. ita firmat Car. consi. 147. col. fi. dominus noster Papa, quem refert & sequitur Deci. consi. 286. nu. 7. in causa communi4 tatis. vbi subdit ꝙ † quando prnceps venit contra factum suum, & contrariam facit concessionem, videtur deceptus & circunuentus ex obliuione, vel ex facto impetrãtis secundum concessionem, & ideo valet prima & non secunda, & fortius, quia quando princeps etiam motu proprio reuocat quod seruare tenetur, fingitur circunuẽtus, ita ꝙ contrarium probari non potest. alleg. bonum tex. in l. predia. de loca. prędio. ciuili. lib. 11. C. quod in principe tamquàm in fonte iustitiæ debet esse constans voluntas, & ꝙ in eo conuenit illud verbum, semel locutus est Deus, & ꝙ scripsi scripsi.

5 Princeps † enim debet habere vnum calamum, vnam linguam, non plures, quia scriptum est: Quę processerunt de labijs meis non faciam irrita. Idem debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in cœlo, his astipulatur dictum Ioan. Mona. in c. in generali. nu. 8. hoc tit. s. dum dicit ꝙ Papa debet habere pedes plumbeos, non plumeos. pro præmissis vide etiam eundem Deci. consi. 292. in fi. & pro tenui facultate.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXVI.

¶Delictum personæ non debet in detrimentum &c.

SVMMARIVM.

1 *Minor & Ecclesia parificantur, cum Ecclesia semper, non ad semper debeat illesa seruari.*
Prælatus in iure vocatur procurator & tutor.
2 *Tutor obligat pupillum suum ex delicto suo.*
3 *Prælatus est ordinarius Ecclesiæ.*
Prælati bona sponsæ suæ ad carnales non transferant, nec permutent spiritualia, vel eisdem annexa temporalibus.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 *Prælatis prohibetur suis consanguineis bona Ecclesiæ alienare, etiam in casibus aliàs permissis.*
2 *Faciliores sunt homines in personis coniunctorum ad fraudandam Ecclesiam.*
De facili præsumitur fraus inter coniunctos, maximè inter prælatos, qui dicuntur ceci inter suos nepotes.
3 *Dispositio loquens de coniunctis habet locum in amicis.*

DELICTVM. Pone casum. s. de excep. c. cum venerabilis. & s. de sum. Trin. damnamus. §. penul. Sed 1 minor † & Ecclesia parificantur cum Ecclesia semper, licet non ad semper debeat illesa seruari. s. de restitu. in integr. c. 1. Ergo & eorum administratores, vt prælatus & tutor. Et prælatus in iure vocatur procurator. vt s. de donatio. fraternitatem, & etiam tutor Auth. de eccle. tit. §. 2 orphanotrohi. col. 9. 3. q. 2. in fi. Sed tutor † obligat pupillum suum ex delicto suo. ff. ne vis fiat ei qui in possessio missus est. l. 1. § hoc edicto, ergo & prælatus Ecclesiam. Solu. non obstat quia d. §. distinguit, secundum quam distinctionem hanc regulam intelligo.

Item hæc regula intelligitur in faciendo non in omittendo. vt d. c. fraternitatem. no.

¶Item intelligitur quando agitur de damno vitando, non de lucro captando. arg. C. de acqui. possel. l. fi.

3 ¶Item † prælatus est maritus Ecclesiæ. 7. q. 1. c. sicut vxor. Et sic res Ecclesiæ sunt in bonis mariti quo ad administrationem, sed sunt Ecclesiæ quo ad emolumentum. ff. de iur. dot. quamuis, & ideo prælatus bona sponsæ a suæ ad carnales [a] non transferat, nec permutet spiritualia vel eisdem annexa temporalibus, contra tex. s. de rer. permutatio. c. fi.

ADDI-

ADDITIO PROBI.

a 1 CARNALES. Pro hoc est tex.in auth.quibuscūq; modis.C.de sacrosan.eccle.vbi † in casibus in quibus permittitur prælato alienare,tamen prohibetur alienare suis consanguineis,& etiam ipsi prohibentur recipere.& ibi glo.opponit de.§.sinautem Ecclesijs.in Auth.de sanctiss.episc.quæ soluit ꝙ ibi loquitur in locatione ad tempus quæ valet,secus in perpetua concessione quæ non valet vt ibi,quæ solutio venit multum notanda, quia ex ea infertur prælatos posse locare suis consanguineis prædia Ecclesiæ ad modicum tempus, licet non in perpetuum. Ita firmat Bal.ibi,dicens id verum,nisi alia ratio suadeat, vt quia fit consanguineo potentiori,& tunc non licet locare, etiam ad modicum tempus.argu.no.in l.si ita quis. §.ea lege.ff.de verbo.oblig.& ibi etiam idem Bald.quærit vtrum prælatus possit concedere in feudum, vel in emphi. suis consanguineis.alleg.glo.in titu.3.in vsib.feudo. 2 quæ incipit possunt, quæ dicit ꝙ non. Quia † faciliores sunt homines in personis coniunctorum ad fraudandam Ecclesiam.argu.l.nihil.§.facilior.ff.de bo.liberto.de facili enim præsumitur fraus inter coniunctos.vt in l.data.C. de dona.& s̄.hoc lib.de renuncia.c.2.& ibi glo.& maximè inter prælatos qui dicuntur ceci erga suos nepotes. meminit glo.in ver.grauius.1.q.3.in c.peruenit. testatur Ioan.Mona.in c.cum ex eo.s̄.de elect.& in c.fi.nu.10.ibi, ne assumantur nepotuli & asini deferrati.de verb.signifi. glo.in c.decenter.89.distin.ibi,quia magis sunt proni episcopi ad dandum coniunctis personis,quàm alijs.

¶Hinc Bald.in l.tutor.§.quæ tutor.ff.de excusatio.tutor.ꝙ si Papa promouet ad dignitatem suum nepotem ꝙ caro & sanguis reuelauit,& non spiritus.ista poteris latius comprobare per ea,quæ dixi post Ioan. Mona.in c. sciant.s̄.de elect.& in cap.quicunque.num.4.s̄.de senten. excommu.

¶Et quo ad translationem huiusmodi bonorum Ecclesiæ per prælatos suis coniunctis, vide latè per Barba. in consi.17.vol.4.& eo.volu.consil.22.vbi alleg.d.l.data iam pridem.C.de dona.ꝙ inter coniunctos de facili præsumitur fraus.

3 ¶Addit præterea ꝙ † dispositio loquens de coniunctis habet locum in amicis.hoc decidit glo.q̄ cōmuniter allegatur pro singulari.in l.in testamento.ff.de fideicommis. liber.quæ vult ꝙ sicut testamentum minus solemne valet inter coniunctos,vt l.hac consultissima.§.si quis autē. C.de testa.eodem modo valet inter amicos, idem voluit glo.in l.si iure.C.de testa.manu.& ibi Bal.magnificat illas duas gl.pro quibus vide text.in l.cum alienam.C.de lega. coniuncta.glo.in d.l.in testamento,quæ probat ꝙ dispositio.d.l.cum alienam. loquens de relicto facto coniunctis habeat locum in relicto facto amicis, vt debeatur estimatio.facit ad præmissa quod citat Bal.in l.si quis ad declinā dum.vlt.q.C.de episco.& cler.& glo.in c.requisisti.in ver. præsumitur.s̄.de testam.habes in his glo.peregrinam.in l. 2.in ver. Et cuius.in quib.cau.col.censi.lib.11.C.ex qua resultat ꝙ appellatione suorum veniunt amici non ab re. glo.in ver.alia. in l.illud. C.de sacrosan. eccle. ista equiparat,ibi, donaui amico vel consanguineo. vide quæ latè deduxi.in rub.de renunciatio.in fi.s̄.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXVII.

Rōni cōgruit vt succedat in onere q̄ substituit̄ ī honore.

RATIONI. Pone casum.vt s̄.de solu.c.1.& C.de fideiusso.l.1.& dic vt s̄.eo.qui sentit.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXVIII.

In argumentū trahi nequeūt quæ propter necessitatē &c.

IN ARGVMENTVM. Pone casum.s̄.de consuetu.quanto.de consecra.distin.j.sicut.& dic.vt ff.eo.l.qui propter necessitatem. & l.quod contra iuris communis rationem.& no.s̄.eo.ꝙ alicui.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXIX.

Nemo potest plus iuris transferre in alium quam sibi &c.

NEMO. dic vt.ff.eo.nemo plus iuris.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXX.

¶In toto partem non est dubium contineri. &c.

IN TOTO. Dic vt s̄.eo.in toto pars continetur.& supra eo.plus semper.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXXI.

In generali concessione non veniunt ea quæ &c.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter sciri possunt, quæ sunt illa quæ concedens verisimiliter non esset concessurus.*
2 *Donator conuentus habet priuilegium, ne insolidum conueniatur, rationibus hic deductis.*
3 *Generale restringitur multis modis, vt hic.*
Generale restringitur, ne ad maiora specialiter expressis extendatur.
4 *Prohibitio generalis, arctatur ad licita nec illicita comprehendit.*
5 *Lex, constitutio, & priuilegium comprehendit futura solum, nisi caueatur in ipsis de præteritis, quia tunc comprehendit præterita de quis est lis.*
6 *Publicatio legis vbi debeat fieri, vide hic.*
7 *Imperator est aduocatus Ecclesiæ.*
8 *Papa non debet habere pedes plumeos, sed plumbeos.*
9 *Generale arctatur secundum arbitrium boni viri, & ad id quod est verisimilius.*
10 *Princeps non debet esse sine membris, nec membra sine capite.*
11 *Generale arctatur, ne se extendat ad incommodum alterius.*
12 *Generale arctatur, ne ius commune ledatur, si aliter potest habere effectum.*
13 *Generale arctatur, ne comprehendat potestatem priuilegialiter concessam.*
14 *Generale arctatur vt infinitas euitetur.*
15 *Quod intelligitur in alio, si exprimatur, amplius non intelligitur.*
16 *Generale arctatur, ne personam comprehendat loquentem nec eam quæ pari iure gaudet.*
Inutilis est impetratio beneficij viuentis.
Mandatum Papæ non dirigitur, vbi est vnica dignitas, vel beneficium.
17 *Verbum, aliquo, est signum partitiuum.*
Quod vnum est, partiri non potest.
18 *Potestas generaliter data de prouidendo, in non, extenditur ad speciem de prouidendo, de.*
19 *Episcopalis dignitas, nedum est dignitas sed culmen dignitatum.*
20 *Dignitas de se comprehendit dignitatem cum cura, & sine cura, sicut diuidentia continentur sub eo quod diuidunt.*
21 *In minus differentibus, est facilior transitus de vno ad aliud.*
22 *Verisimilius est quòd Papa velit grauare vnam personam quàm vniuersitatem.*
23 *Verbum generale in casu odioso non comprehendit vniuersitatem.*
Relatiuum diuersitatis refert alium in supposito diuersum, sed idem in substantia.
Collegium & vniuersitas, est persona non vera, sed representata.
24 *Abbas & conuentus non est clericus sed laicus, licet constituatur ex istis & illis.*
25 *Iustitia dedit victoriam Ioan. Mona. hic, qui testatur existens cardinalis impetrasse conseruatoriam.*
26 *Verbum, beneficium, sumitur, vt hic.*
27 *Pluralis locutio in materia odiosa intelligitur vt sit salua, quæ in duobus casibus saluari potest.*
28 *Pluralitas beneficiorum, est canonibus inimica.*
29 *Verbum generale arctatur, ne gratiam adijciat gratiæ, nisi de prima fiat mentio.*
30 *Sanatum per dispensationem, non est perinde, ac si non indiguisset dispensatione.*
Legitimatus non est legitimus.
Concessum in genere ius competens non ledit.
31 *Duobus habitis, vno concesso aliud non ledo, nisi expresse hoc agatur.*
32 *Protestatio dicitur, vt hic.*
33 *Protestatio est cautela protegens protestantes.*
34 *Protestatio quando dicatur necessaria.*

35 Protestatio coram quo sit facienda, vide hic.
36 Ratio quare iura volunt appellari coram iudice, non coram parte.
37 Ex quo ius meum seruare volo, & ius alterius infringere, illi debeo denunciare.
38 An sufficiat protestari coram procuratore, etiam vbi posset haberi copia domini.
39 An denunciatio procuratori facta, obsit domino.
40 Habens protestari contra fœminam, vel ciuitatem, an sufficiat protestari coram marito vel curatore Reipublicæ.
Quando sit facienda protestatio, vide hic.
41 Illa quæ releuare habent factum, debent inesse incontinenti.
42 Qui tenetur ad factum, illud habet explere infra tempus arbitrio boni viri moderandum.
Citatio hominis vel iuris, vt liget oportet quòd sit facta.
43 Nihil videtur factum cum aliquid superest ad agendum.
44 Toto frustrato, pars frustratur.
45 Res ad suam naturam leuiter reuertitur, & leuius tolluntur iura specialia, quàm communia.
Contradictor leuius repellitur, quàm compeditor.
46 Expedientius est appellatio tardè habere brigam quàm citò.
47 Qualiter sit facienda protestatio, vide hic.
Protestatio debet continere, vt hic.
48 Protestans non iuuatur in non expresso.
49 Multiplex est effectus protestationis, vt hic.
50 Protestatio regulariter habet effectum infringendi & rescindendi id, super quo interponitur pro commodo protestantis.
Appellatio non rescindit quodlibet factum, sed illicitè attentatum cōtra appellationem.
51 Protestatio legitima continet duo, vt hic.
Protestatio habet effectum interrumpendæ præscriptionis.
52 Protestatio an possessorium tollat, vide hic.
53 Petitio facta in iudicio, quem reum facit.
54 Si datur actio, multò magis exceptio.
55 Prælatus potest facere conditionem Ecclesiæ deteriorem negligendo.
56 Licet soluere synodaticum sit de iure communi, soluere tamen hoc genus monetæ, vel illud est præter ius commune.
57 Protestatio regulariter nō tollit possessorium, nec effectum eius, quod est præscribere.
58 Receditur a protestatione, vt hic.
59 Plus declaro voluntatem meram verbo, quàm facto.
60 Protestatio secunda, an tollat primā si per plures aduersantes fiat.
61 In re communi regulariter melior est conditio prohibentis.
62 Proximiora sunt iura reis, quàm actoribus.
63 Protestans quòd possit articulos datos declarare, diminuere, interpretari, corrigere, immutare, & nouos dare.
64 Si sententia lata non obstat, ergo minus peremptorium.
65 Regulare est quòd genus speciem comprehendat, sicut totum partem.
66 Verbum generale est generaliter intelligendum.

SVMMARIVM.

Philippi Probi.

1 Imperator dicitur Deus in terris, lex animata, & vir prudentissimus.
2 Princeps dicitur maritus Reipublicæ.
3 Quando ecclesiæ potestas deficit, tunc Imperator supplet patrocinando.
4 Publicatio constitutionis vbi fieri debeat.
5 Quis inuitari non debet ad delinquendum.
6 Indulgentia simpliciter concessa, intelligitur secundum regulas iuris communis.
Facultas testandi data a Principe, intelligitur secundum ius commune.
7 Verba quando debeant intelligi naturaliter, & non ciuiliter, vide hic.
8 Promittens non contrauenire aliqua ratione vel causa, non excludit grauem læsionem.
9 Verba, in omnibus & per omnia, restringuntur secundum ius commune, ne quis indebitè damnum patiatur.
10 In dubio censendum est quòd superiores potius voluerint facere actū secundum iuris dispositionem, quàm contra illam.
11 Statutum reijciens omnem exceptionem intelligitur reijcere, vt hic.
12 Statutum dictans quòd stetur relationi intelligitur vt hic.
13 Statutum dicens quòd instrumentum habeat executionem paratam intelligitur, vt hic.
14 Verba, prægnantia & vniuersalia restringuntur, ne quis indebitè opprimatur.
15 Dispositio generalis circa personas præcedentes, non refertur ad personas postea specialiter expressas, circa idem ius, seu circa eandem rem.
16 Quando verba legis imponentis pœnam super scripta in personam, tunc sub verbis non comprehenditur mandans, & fieri faciens, secus si sunt scripta in rem.
Impersonalitas non comprehendit personam loquentem.
17 In generali sermone intelligitur excepta persona loquentis.
18 Sufficit scientia in genere, vt hic.
19 Papatus est supremum culmen dignitatis.
20 Omnis amor terrenus dicitur fumus, spuma, & somnus.
21 In habentibus symbolum vel conuentum est facilior transitus.
22 Sermo noster debet adaptari & congruere rebus sensatis, & intellectui fauentibus.
Nullum maius mentis nostræ testimonium est, quàm qualitas inspecta verborum.
23 Quod non est verissimile, dicitur falsitatis imago.
24 Statur dicto testium verissimilia deponentium.
Genus arctatur ad speciem verissimilem.
25 Non verisimile, non venit præsumendum.
Præsumptio abhorret irrationabilia.
26 Si Papa mandat beneficium conferri, non obstante quacunque collatione alteri facta, intelligitur de inualida & non valida.
Generalis clausula, ad non verissimilia non extenditur.
27 Verissimile tollitur per magis verissimile.
28 Quando fit mentio de persona, vniuersitas, vel collegium non comprehenditur.
29 In generali dispositione, odiosi & inimici non comprehenduntur.
30 Omne analogum stat pro suo famosiori significatu.
31 Ioan. Mona. hic describuntur aliqua.
32 Reintegratus habetur, acsi delictum non commisisset.
33 Quando debet fieri protestatio coram Papa qui non reperitur, proceditur, vt hic.
34 Episcopus fundat intentionem suam de iure communi super his, quæ sunt spiritualia, secus super temporalibus.
35 In protestatione ita operatur tacitus consensus, sicut expressus.

IN GENERALI. Pone casum .s. hoc lib. de offic. vicarij. cap. cum in generali. & .s. de pœniten. & remissi. c. si Episcopus. & ff. de pignorib. l. obligatione. & l. sequen. & seq. & ff. de pecul. l. qui peculij.

1 ¶Sed qualiter scietur, † quæ sunt illa quæ concedens verissimiliter non esset concessurus dic hæc comprehendi ex dura & inhumana separatione. argu. C. commun. vtriusque iudic. l. possessionum. & ex alijs multis. vt d. l. obligatione. & l. sequen. Sicut etiam donator † conuen-
2 tus a donatario habet priuilegium ne insolidum conueniatur. Et ratio habetur ne egeat etiam deductio ęre alieno, vt Instit. de actio. §. sunt præterea. in fi. ff. de re iudica. inter eos. §. is quoque nec mirum, decuit, vt ipse donator non tantum donet quòd egeat, quia verissimilius est ꝙ sibi velit retinere, quàm alij dare: vnde versus. Si tu promittis quem tibi iure sitis. C. de seruitu. & aqua. præses. Et ideo sic præsumitur donare ne egestate inuoluatur.

¶Nota ergo quod verbum, generale, arctatur vt hic, vt ea non comprehendat, quæ non esset quis verissimiliter concessurus, & tunc speciale non accessum (iuris præsumptione) derogat generali, vt sub specie non comprehendatur. .s. hoc lib. de præb. dudum. & c. quàmuis.

3 Item generale arctatur, † vt hic quod ex se comprehendit, non comprehendat, habita consideratione ad personam, cui fit concessio, cui est indebitum, quàmquam aliàs deberetur, vt .s. hoc lib. de præb. ei cui prouideri. & .s. hoc lib. de rescrip. c. si eo tempore.

¶Item generalitas arctatur ad quatuor. vt .s. de rescrip. cum in multis.

¶Item restringitur ne ad maiora specialiter expressa extendatur. .s. de rescrip. sedes.

Itē arctatur ad solita. ff. de dam. infec. l. si finita. in princ. & de contrah. empt. fistulas. §. vltimo.

Item ad certa, non incerta, seu dubia, an sint sub illo in genere. ff. de ann. lega. l. Seio. §. medico.

Item arctatur, vt dolosè facta non comprehendat. ff. de pact. tres fratres. Item ad subiecta. .s. de senten. excom. a nobis. 1. ff. de bo. auth. iud. possid. l. cum vnus. §. 1. & .s. hoc lib. de constitu. c. 2.

¶Item ad nominatum ante expressa. C. famil. ercisc. l. quotiens. & no. .s. de transact. c. 1.

¶Item arctatur ne prosit contra facienti contra illum, contra

contra quem versatur conuentio. ff. solu. matrimo. l. si ab hostibus. §. 1. & s. hoc lib. tit. proxi. priuilegium.

¶Item ad debita non indebita. ff. de conditio. indebit. l. si procurator. s. hoc libro. de rescriptis. si Episcopis. 1. responso.

4 Sicut prohibitio generalis † arctatur ad illicita nec illicita comprehendit. s. de verb. signifi. c. super quibusdam. s. de restitu. spolia. audita.

¶Item arctatur ad præsentia tantum ff. de auro & argen. lega. l. si ita. & l. medico ff. de aqua quotidia. & esti. l. 1. §. illud. & de legat. 3. nomen §. primo ff. de damno infecto. l. damni. §. si is. & ff. de verbo. obliga. l. si stipulatus fuerim illud. §. 1. ff. manda. l. si mandauero. §. is cuius. ff. de contrahen. emptio. l. Rutilia. ff. de legat. 3. §. vxorem. §. testamento.

¶Et hæc sunt vera vbi sunt talia quæ regulariter respi-

5 ciunt † futura, vt est constitutio, seu lex & priuilegium, quod est lex licet priuata, quæ comprehendit futura. s. de constitu. cap. fina. non præterita, nisi caueatur in ipsis de præteritis. vt d. cap. & tunc etiam non comprehendit præterita, de quibus est lis. vt nota. in authen. vt cum de appellatione cogno. in princi. colla. 9. & s. ne lite penden. vt dilectus. nec ad illa quæ alter possidet (etiam de facto dūtaxat.) s. de priuileg. dudum. nec obligat statim, sed post tempus a iure diffinitum. Auth. vt factæ not. cōstitu. quasi per totum. colla. 5.

6 ¶Sed nunquid † est necessaria publicatio in prouincia, in qua per legem editam dicuntur ligari prouinciales, licet facta fuerit publicatio in Consistorio Principis, dixerunt quidam quòd sic, vt in d. constitu. Sed dic refert vtrum constitutio vna sit edita, & tunc teneo quod dicitur in d. constitu. vt not. fa. const. & sic loquitur ibi Principes. Secus si plures communi voce ante habita de iurib. extrauagantibus reformandis & nouis adijciendis, vt in proce. huius libri.

7 Vel dic secus in l. Imperiali, & Papali. Imperator †[a] qui
a est aduocatus[b] Ecclesiæ[c] hic illic discurrit. Et ideo non
b est mirum si in iure ab eo edito ad hoc quòd liget facien
c da sit publicatio in prouincia. Sed Papa qui non debet ha
8 bere pedes † plumeos, sed plumbeos,[d] est quasi immobi
d lis stabilisque manens dans cuncta moueri, ideo eius statuta non sunt singulorum auribus inculcanda. s. de postula. c. 1. & de hoc fuit tactum in facto electionis Trecen. factę de Abbate cellę. s. hoc lib. de priuileg. Abbate.

¶Item arctatur ad app. tempore generalis cōcessionis. ff. de contrahen. emp. l. in lege fundi. & ff. de aqua. quoti. & esti. l. 1. §. planè. si aqua.

¶Item arctatur ad id quod participat genus precipuè & in statu potissimo. C. de his qui ve. æta. impetra. l. vlti. & ff. de lega. 2. si ita quis. §. 1. & l. cum pater. §. hæreditatem. & ff. de verb. obliga. l. ex ea. §. insulam. & supra de priuilegijs. quoniam. & nota. in Authen. de nupt. §. secundum occasionem.

9 Item † arctatur secundum arbitrium boni[e] viri de ver
e bo. obliga. l. continuus. §. cum ita. & §. seq.

¶Item ad id quod est verissimilius. ff. de cōdi. & demōstra. l. quæ conditio. §. quibus. & l. cum vir vxori.

¶Item arctatur ne prosit peccanti contra illum contra quem versatur conuentio. ff. solu. matr. si ab hostibus. §. 1. s. hoc lib. tit. proxi. priuilegium.

¶Item ad id quod participat genus propriè & totaliter. ff. de legat. 3. l. hoc legatum. & s. hoc lib. de priuile. Abbates.

Item ad id quod completę, seu perfectę. ff. eo. tit. librorum. §. quid ergo. & ff. de leg. 3. §. 1.

f ¶Item ad ciuilem modum[f] non perniciosum generaliter concedenti, nec alij. ff. de seruitu. l. si cui. & ff. de testib. l. 1. & s. de testib. licet. 2. & c. significauerunt.

¶Item ad id quod iure fit. ff. quando dies lega. cedit. l. quod pupillæ. ff. de conditio. & demonstr. l. hæc conditio. 2. respon.

Item ad minora. ff. de leg. 3. l. nummis. s. de præb. c. vlti. s. de censib. ex parte.

Item non extenditur ad illa, quæ sunt caput in genere. s. de præb. c. fin. C. de aquæ ductu. l. eos. lib. 11. s. hoc lib. de præb. c. quàmuis. 1. nec obstat. ff. de verb. signi. familiæ. quia hic esset præiudicium, ibi non. Et ibi illud statuitur ne prin

10 ceps † sit sine membris, nec membra sine capite.

¶Item ad id quod est perpetuum, non temporale. ff. de fundo instructo. l. quæsitum. §. Papinianus. & §. seq. & ff. de hæred. instit. l. ex facto. §. rerum.

Item generalitas non comprehendit illa de quibus specialiter est alio iure cautum. ff. de pœn. sanctio. ff. de verb. oblig. doli. ff. de adimen. leg. l. alimenta. §. Basilicę. ff. de lega. 3. hæres. §. 1.

¶Item arctatur ad illa quæ commodè fieri possunt. ff. de verb. signific. nepos. s. hoc lib. de præb. cum in ecclesijs. & s. hoc lib. ne sede vacante. c. vno.

11 Item arctatur † ne se extendat ad incommodum[g] alte-
g rius. ff ne quid in loco publi. l. 1. §. si quis a Principe. s. de consuetud. cum olim.

h Item ne ius commune lędatur,[h] † si aliter porest ha-
12 bere effectu.[i] s. de priuileg. in his. & cap. pastoralis. Et ratio
i redditur. s. de consue. cum dilectus. C. de statu. & imagini. l. fina. & de iure immunita. l. 1. & ff. de excusa. tuto. l. sed & milites. 2. respon. s. hoc lib. de priuileg. vt Apostolicæ. Item arctatur ne contineat id quod incipit esse iniquum. s. de deci. suggestum. ff. de vulga. & pupilla. substitu. l. ex facto. §. 1.

13 ¶Item arctatur † ne comprehendat potestatem priuigialiter concessam. arg. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. l. 1. respon. 1. verbi gratia, mandatur impetranti beneficium cum cura, vt resideat, & se faciat ad omnes ordines promoueri, prout onus beneficij requirit, per hoc potestas dispensandi in resid entia & ordinibus non tollitur, quæ habetur. s. hoc lib. de elect. licet canon. & cap. cum ex eo. & de hoc no. s. eo. c. generi.

Item arctatur, vt nihil concedi videatur in præiudiciū commissionis factæ, quo ipsa attenuetur. ff. de donat. l. filiusfa. ff. de offi. procur. Cęsa. l. 1.

Item arctatur ne specialiter prohibita comprehendat. C. de calumnia. fallaciter. ff. de ritu nuptia. quàmquàm. s. hoc lib. de procur. procurator.

¶Item arctatur ad casum captiosum. argum. C. de fer. l. 2. ff. de transactio. l. cum Aquiliana ne ipsum comprehendat.

Item arctatur acceptatione. ff. de seruitu. l. si cui. §. verū. ff. de optio. lega. apud Aufidium.

¶Item electione, quæ quandoque iubetur. s. hoc lib. de electio. cap. vt qui duas. s. hoc lib. de postulan. cap. vno. in fine.

Item arctatur generalitas propter effectum qui est singularis, vt in literis generalibus prouisionum. Nam ibidem effectus est singularis licet literæ sint generales. s. de offi. delega. ex parte.

14 Item arctatur † vt infinitas euitetur. ff. de verbo. oblig. l. eum qui kalendis.

Item arctatur generalitas, vt onus graue euitetur. ff. de lega. 3. fideicom. §. si quis decem.

¶Item arctatur temporis præfinitione. C. de ingen. & manu. l. diffamari. & ff. de optio. lega. mancipiorum. Et his casibus generalitas propriè dicitur perimi, seu extingui, non arctari, sicut in solutione. ff. de lega. 1. l. cum incertus.

¶Item propter loquentis consuetudinem. ff. de vsusfr. lega. Sempronio. §. 1. ff. de legat. 1. l. si seruus plurium. §. vlti.

¶Item propter concessionem speciei de genere alij factam. ff. de manu. vindi. l. si peculium. ff. de adimen. lega. qui hominem. ff. de leg. 3. vxorem. § fœlicissimo.

15 ¶Et est ratio artistarum, quod † intelligitur[k] in alio
k si exprimatur, peramplius, nō intelligitur. ff de hæred. institu. quotiens. §. si seruus. & sic loquitur. s. de rescriptis. pastoralis.

¶Item arctatur ne claues Ecclesiæ vilipendantur. s. de priuileg. vt priuilegia. §. illud.

Item arctatur ne generalitas id comprehendat quod alter possidet s. de priuileg. dudum. Si enim generalitas hunc casum comprehenderet, possidens a possessione sine causæ cognitione amoueretur, quod esse non debet. de simo. querelam.

l Item ne comprehendat id de quod est lis.[l] s. ne lit. penden. c. fi. & de testa. causam quę. 2.

16 Item ne comprehendat † personam loquentem,[m] nec
m eam quæ pari iure gaudet. ff. de senato. l. 1. C. de solutio. inquisitio. ff. de excusa. tut. administratores. §. fi.

Item arctatur quando genus habet vnum solum indi-
n uiduum, quia tunc perinde est, ac si esset dictũ in specie, n
quia vt ait Porphirius Sophronici filius est indiuiduum,
si sit sibi vnicus filius. Et est optimum. arg. ff. de liber. &
posth. nominatim.

Ex quibus concludo ꝙ sicut esset inutilis impetratio si
o impetrarem beneficium viuentis. o s̄. hoc lib. de concess.
præben. detestanda. & c. seq. & s̄. eo. c. 2. & C. de pact. l. fin.
Sic est inutilis si iste, ad cuius collationem impetro, ha-
bet vnum solum, quod alter possidet, idem si nõ possidet
propter rationes. j. scriptas. arg. ff. de offi. præsidis. illicitas.
vers. Herennius. Sic scripsit Clemens Papa 4. in facto prę-
positurę beatæ Mariæ de Brugis. & contra impetrantem
ibi dignitatem in genere, cum esset vnica, sola fuit pro-
nunciatum, & sumpto themate. 2. Reg. 12. Sic declarauit
Bonifacius Papa 8. anno 6. mense Nouembri. die. 12. in
forma pauperum, vbi dicitur de aliquo beneficio, & ver-
17 bum † aliquo, est signum partitiuum, & quod est vnum
partiri non potest, vnde aliquo alio quo ad aliud est rela-
tiuum diuersitatis vt supponat diuersitatem de supposi-
p to, & idẽ in substantiuo, & sic plura. fuit etiam alia ratio p
ibi, quia iste impetrans impetrauerat sibi prouideri de di-
gnitate in dicta Ecclesia & prouidendo de dicta proposi-
tura non erat prouideri in dicta Ecclesia, sed de Ecclesia,
quod non mandatr mandando prouideri in dicta Eccle-
sia, & sic est casus. in c. fi. s̄. de præb. in parte decisa, & col-
18 ligitur etiam ex tex. & glo. Et sic† potestas generaliter da-
ta de prouidendo, in, non extenditur ad speciem de pro-
uidendo, de. Et ideo Papa mandando prouideri in Eccle-
sia de dignitate, nunquàm poterit prouideri de Episco-
patu, quia hoc esset prouidere de non. in 7. q. 1. scire. quia
19 Episcopalis dignitas † nedum est dignitas sed culmen q
q dignitatum. s̄. de præb. venerabilis.

Item mandando prouideri de dignitate, non manda-
tur prouideri de dignitate, cum cura. Et ratio quia hæc re-
scripta sunt ambitiosa, ideo restringenda. s̄. hoc lib. de
præb. quamuis. 1. præsertim ex quo potest habere impe-
trans fructum in alijs. arg. s̄. de priuileg. c. in his. sed quid si
non habet Ecclesia in qua impetrantur dignitates sine
o cura? adhuc idem, quia † licet dignitas de se, comprehen-
dat dignitatem cũ cura & sine cura, sicut diuidentia con-
tinentur sub eo quod diuidunt, hic tamen arctatur genus
propter odium, vt est dictum & videtur arg. contra. s̄. eo.
lib. de præb. ei cui.

¶Sed dic ꝙ magis conueniunt sacerdotales. & non sa-
cerdotales prębendæ in nomine beneficij, quàm dignitas
cum cura, & sine cura in nomine dignitatis, quia fortè
diuisio prima est speciei indiuidua. quæ differunt solo nu-
mero, sed secunda est generis in species quæ siquidẽ spe-
cies nedum differunt numero, sed etiam specie. Et ideo
21 in minus † differentibus est facilior transitus r de vno ad
r aliud.

Vel dic mandato prouideri in genere in præbenda sa-
cerdotali. vt d. c. si persona. pro qua scribitur, sit habilis, vt
ibi, quia cum beneficium detur propter officium. s̄. de ap-
pella. pastoralis, quantò plus tenentur officiari propter
onus sacerdotij, tantò fit magis debitum secundũ votum
conferentis, non sic autem in dignitate in genere col-
lata.

Item mandando prouideri de dignitate cum cura vel
sine cura, nõ mandatur prouideri de dignitate, ad quam
f assumitur quis per electionem, quia verisimilius f est † ꝙ
22 Papa velit grauare vnam personam t q̃ vniuersitatem Et
t est ratio quia vniuersitas innititur iure communi in iure
eligendi. vel saltem plus accedit ad ius commune, cum
ius commune non det electionem in Ecclesia collegiata
vni personæ. notatur. s̄. de electio. cum Ecclesia Vultera-
na & s̄. ne sede vacan. c. 2. & 16. q. vlti. c. fi.

23 Item alia ratio. omne † verbum generale, vt est quorũ
u cunq; in casu odioso vniuersitatem non comprehendit u
Nam impetrando via iuris communis contra Titium &
quoscunq; alios. (s̄ hoc lib. de rescrip. cum in multis) nõ
comprehenditur vniuersitas. Et est rõ relatiuum diuersi-
tatis, vt aliud refert diuersum in supposito, sed idẽ in sub-
stãtia. vnde in d. exemplo verbũ, alios, habet referre idem
in substantia. Et cõstat ꝙ collegiũ, seu vniuersitas si sit p-
sona, nõ tamẽ vera sed representata. ff. de fideiusso. mor-
tuo. Et ideo hæc persona cum illa nec est idem in substã-
tia, propter quod sub illo relatiuo non continetur. idem
dixi in litera ea, quæ de bonis in maiori forma, quam im-
petrauit capitulum Turonen. & cum fecisset per illam
conueniri abbatem & conuentum monasterij sancti Iu-
liani Turonen. & negocio ad curiam reuocato, allegaui
dictos religiosos non posse per dictum rescriptum con-
ueniri, sic arguens. qui possunt conueniri hoc rescripto
sunt clerici & laici. hec maior est expressa in dicta forma
24 sed abbas † & conuentus non est clericus seu laicus, licet
constituatur ex istis & illis, sicut hec ouis, vel illa non est
grex, licet ex illis constituatur. Ergo ipsi abbas & conuen-
tus qui sunt vniuersitas, non cõueniuntur hoc rescripto.
& cum hoc factum esset relatum Pape Martino. 4. noluit
illud decidere, & prouidit negocium in curia remanere,
25 & tunc dixi iustitia† mihi dabat victoriam & expensas, &
promissio hoc mihi peremit. verum si rescriptum esset
generale & fauorabile. Et maiores capituli & capita eo-
rum, vt ipsi possent conueniri, vt in conseruatoria quam
x impetraui: existens x Cardinalis secus crederem, & per
eam cõueniri feci collegium vnum, vnde fauor & odiũ,
hic soluunt contrarium, sicut video quando verbum be-
26 neficij † in materia fauorabili ponitur, appellatione be-
neficij, dignitas continetur. supra de verb. signi. tua, nec
tunc debet arctari generalitas. s̄. eod. odia. Secus in mate-
ria odiosa, vt supra de præben. cap. fina. & d. c. odia. Et iste
casus & præcedens ponuntur. s̄. hoc lib. de præben. cum
in illis. 1. Respon. & §. 1.

27 ¶Item † pluralis locutio in materia odiosa sic intelligi-
tur vt sit salua, quæ in duobus saluari potest. s̄. eo. plura-
lis, non vt sit vaga, sed vt duo tantum comprehendat. s̄.
hoc lib. de præben. c. is cui conceditur. §. 1. & c. nõ potest.
28 §. 1. Et est ratio, pluralitas † beneficiorum est canonibus
inimica. s̄. de præben. quia in tantum. Et ideo canon ha-
bet saluam pluralitatem in duobus, ad illa duo ipsam re-
stringit nec mirum hoc vagum ad minus duo continet,
vt est dictum. Et attendens ius generalitatem saluari in
duobus incerto beneficio non expresso, nec per hanc ge
neralitatem intelligo gratiam vitiatam. vt s̄. hoc lib. de
præb. non potest. 1. respon.

29 Item verbum generale arctatur, ne gratiam † adijciat
gratiæ, nisi de prima fiat mentio, & hoc est in casu spe-
ciali. s̄. hoc lib. de fil. presbytero. c. si is. cum quo hæc ma-
gis erit in genere.

30 ¶Ex quo colligitur quòd sanatum † per dispensationẽ
non est perinde ac si non indiguisset dispensatione, licet
sit argu. contra. ff. de edili. edic. quod ita sanatum est, & 50.
dist. cap. ferrum.

¶ Sed dic, legitimatus non est legitimus, vt s̄. hoc lib.
de fil. præsbytero. c. 1. Et sic non est plene curatus, sed quo
y ad quid, vt pote ad concessum. y vt d. c. 1.

¶ Item arctatur vt concessum in genere sic videatur
concessum. vt ius aliud competens non ledatur. arg. ff. de
seruitu. vrba. præd. l. si domus, & est ratio, duobus habitis,
31 vno † concesso, aliud non ledo, nisi expresse hoc agatur.
vt d. l. si domus.

Itẽ arctatur ne id quod facto, fit cõpræhendat. ff. de pu
blica, & vectiga cum Cesar. ff. de cõditio. & demõstra. l. 2.

Item arctatur protestatione. ff. de acquir. hæredi. pro
hærede. §. 1.

Cuius occasione de protestationibus tra-
ctaturi, videamus quid
est protestatio, quæ sit protestationum diuisio, cui sit fa-
cienda, quando, & qualiter, & quis sit effectus eiusdẽ, qua-
liter receditur ab ea, vltimò plures quæstiones circa hãc
materiam subijciam. Et notãdum ꝙ iura de protestatio-
ne tractãda nomina infra scripta sinonyma reputãt, hoc
est idẽ significantia, scilicet protestatio, contestatio, testa
tio, attestatio, detestatio, prout accipitur pro valde testa-
ri, vel delectari, secus si accipiatur pro exerceri & abomi-
nari, & has aceeptationes habet hoc verbũ detestari, vt di
cit Hugo. hec probantur. ff. de oper. no. nuncia. de pupillo.
§. si quis. & de administra. tut. l. scire oportet. §. scire. C. de
arbi. l. penul. §. si autem. C. de his qui prop. met. iudic. nõ
appel. l. 2. & supra de appel. capitu. fin. s̄. de elect. Cumana.
ff. de verbo. significa. detestatio. Similiter denunciatio
pro testatione accipitur, nam quod aliquibus iuribus
denunciatio appellatur. C. de rescin. vẽdi. l. si maior. & ff.
ad Trebel. l. hæres, alibi testatio dicitur. ff. de his qui in
fraud.

fraud.credito.l.ait prætor.§.si quis princeps. & ff.quòd vi aut clam.l.1.§.sed & si quis ipsi. vbi pro eodem vtrunque vocabulum ponitur.

32 ¶Est autem protestatio † proclamosa denunciatio ad cautelam protectionis denunciantium inuenta. Et quod protestatio sit proclamatio dicit Papias, & probatur.s.de præscrip.sanctorum. Est etiam denunciatio cum testatione.ff.de verb.signifi.subsignatum.§.detestari. & l.seq. & l. plebs.§.1. Et est testatio idem quod iudicium, seu nota qua propalatur intentio testantis, vt dicit Papias.

33 ¶Est † etiam protestatio cautela protegens protestantes.ff.de administra.tuto.l.quidam decedens ibi nemo huius cautionibus. & ff.nautæ caupo. stabu .l.fina. §.item si prædixerat. Nam protestari, vt ait Papias est denunciare manifestè cauenda, hoc est ad cautelam protestantis. Et enim protestationem quandoque protestans cauere sibi intendit, prout hæc omnia ex diuisione protestationum apparebunt.

¶Protestationum alia est inutilis, & illa est spernenda. C.de rescind. vendi. l.si maior. vt potè quia non interest protestantis, redditur etiam ex alijs causis inutilis, vt infra liquebit.& no.27.distin.diaconus.& s.hoc lib. de elec. vt quis.

Alia expediens, & hæc voluntaria a doctoribus appellatur.C.de præscrip.longi.tempo.emptor.& C.de except. præscriptionem.& l.si quidem. Et similiter protestatio est voluntaria si actor protestetur super probatione replicationis proponendæ. Nam ita actor post publicationem attestationum super rei exceptione habitarum post replicationem probare sine aliqua protestatione præmissa, sicut & reus exceptionem sibi competentem post fundatam intentionem actoris.vt d.l.si quidem. & s.de cogna. spiritua.c.vlt.& no.s.de testib.c.de testibus.s.de probatio. iurauit.& facit quod replicatio possit post probari.s. de præscriptio.auditis. & hoc est indubitatum, vbi probatio peteretur fieri per instrumenta, vel per confessionem. a.g.s.eo.cum dilectus.1.respon.de fide instrum. & not.C. de proba.authen.qui semel. quæ est authen. de testi. §.illud tantum.& ibi nota. Et idem si peteretur fieri probatio per testes, per iura præmissa.

¶Sed contra præmissa notatur. C.de probatio. exceptionem.arg.d.auth.sed hic est casus diuersus, non aduersus, ibi enim intelligitur quando ille idem qui testes produxit post quàm testificata didicit vult adhuc probationem per testes super eodem inducere quo casu non potest. Et est ratio, quia est præsumptio quod vellet maligna ri, & supplere probationem diminutam. Sed in proposito ille cuius attestationes sunt publicatæ, non produxit, sed alter super nouo facto, scilicet alicuius exceptionis, vel replicationis competentis, super qua nondum sunt testes reproducti, quod non est inhibitum.arg.iuriū prædictorum.gl.tamen.d.auth.qui semel.innuit contrarium super verb.didicerit.& in d.§.illud.hoc non colligitur, sed innuitur ibidem quòd ille qui testes produxit & testificata didicerit, vel quia vidit, seu quia per disputationem aduersarij liquet testificata non tenere, quia fortè probauit testes productos esse excommunicatos, admittitur ad probandum per testes, quia est quòd tunc imputandum est actori, qui sibi diligenter non prospexit, & eo casu d.glo. esset intelligenda aliàs, non contineret veritatem, & de hoc no.s.hoc lib.de hæreti.c.fi.52.

34 Alia si quidem est † protestatio necessaria & hæc sine præiudicio non est omittenda. & hæc dicitur necessaria non necessitate præcisa, sed necessitate, quæ est iuris consumatiua, sic accipitur necessitas. ff.de separa. l.vlti. C. de bonis auth.iudi.possidē.l.2. Et hæc protestatio est multiplex. Nam quædam est ad iuris protestantis conseruationem, vt si ego electus aut oppponens astrictus constitutione, cupientes, seu constitutione, statuimus, non obseruo ipsas constitutiones, ius meum amitto vt per pœnam cōstitutionis, cupientes. vel quod experiri in curia non potero, vt per d.constitutionem, statuimus, & dictis casibus ī. tempora dictarum constitutionum facere debeo, vt ipse constitutiones iniungunt, vt ius meum conseruem. ꝙ si non possum habeo protestari, exprimēdo genus impotētiæ, vt potè quia ad Papam non potest haberi ingressus.

¶Alia verò est ad iuris creandi aduersario impetitionem.ff.de no.oper.nunci.de pupillo.§.si quis ipsi.C.de nō numer.pecu.l.in contractibus.§.in omni.& C.de anna.except.l.vt perfectius.

Alia est ad dubij quod imposterum oriri posset remotionem, vt quandocunq; vnum factum vno modo specificatum potest obesse, & alio modo nō obesse, vt ff.de acquir.hæred.l.pro hærede.1.& 2.respon.ff.de relig. sumpti. funer.l.at si quis.§.sed interdum.& §.plerique.& no.7.q.1. Pontifices.& s.hoc lib.de homicid. c.prælatis. Et vt sic ad vnum dicere vbicunq; potest aliquid intelligi dupliciter, vt in responsione facta narrationi actoris, quæ potest fieri animo litem contestandi, seu animo iudicem instruendi, ibidem est necessaria protestatio.

Est etiam aliud exemplum.ff.de nego.gest.l.si seruus.& s.de regula.consultationem.& ff.quo lega.l.1.§.quia aūt. & ff.de concub.in concubinatu.

Alia est ad facti, quod protestanti posset esse præiudiciale, reprobationem, seu impugnationem, & hic casus plurimos comprehendit.s.de testib.pręsentium.& C.de filiosfa.& quemadmo.patro.pro eis tenea.l.1.& 2.& s.de offic. delega.cum olim.1.ff.de tributo.l.1.§.scientiam.& s.de restitu.in integ.c.2.& de appel.cum causam.& C.de errori. aduoca.l.1.

Alia est ad inquirendum.C.de episc.audi.auth.si liberi.

Alia est ad malā fidē cōuincēdā.C.de rei vēdi.si fundū.

Alia ad pœnam vitandam.C.de iu.emphi.l.2.in princ.

35 ¶Viso quid sit protestationum diuisio. videamus cui sit † facienda protestatio, seu corā quo, in quo articulo sic est distinguendum, aut protestans non habet aduersarium in eo, super quo protestatur. tunc sufficit quòd docere possit esse protestatum . ff.de relega. l.si quis. §.plerique. aut habet aduersantem, & hoc dupliciter, aut principalem, aut non principalem, & semper est necesse ꝙ protestatio fiat coram illo, cuius factum principaliter per protestationē impugnatur, verbi gratia, iudex facit aliquid, & licet sit cōmodum partis, attamen coram ipso est facienda protestatio.s.de offi.ordina.c.pastoralis.§.fi. Et est ratio, quia principaliter nolo rescindere factum iudicis. Sicut, si appellaui ad superiorem, pars non me grauauit, sed iudex a quo, de cuius iniquitate detegenda in iudicio appellationis agere habeo. Et hæc est ratio quare iura volunt appellari

36 coram † iudice, non coram parte, licet iudicatum sit ad commodum partis in Auth.de appel.in prin.colla.4.ff.de appel.cum quidam.& s.de appel.eos.in fi. Et hoc est verū vbi copia iudicis potest haberi, aliàs sufficit protestari, ꝑut habetur.s.de appel.si iustus & est ratio omnino simile. in d.c.pastoralis.& C.de filiosfam.l.1.& 2. Sed vbi pars est principalior coram ipsa est protestatio. Authē.de tempo. non sol.do.§.contestationem.colla.7.& C.de episc.audiē. l.si præses.& d.l.in contractibus.

¶Item ratio communis ad omnia præmissa est euidens, quia cum protestans protestatur ad sui commodum, & alterius incommodum, esset iniquum quòd quis grauaretur per id quod in eius notitiam non deuenisset. ff.quæ senten.sine appel.rescindan.l.1.§.item cum ex edi-

37 cto. Ex quo enim † ius meum seruare volo, & ius alterius infringere, illi debeo denunciare.ff.de no.oper.nuncia.l.de pupillo.§.denunciationem.aliàs ignorantia obligaret, quod esse non debet. C.de tabul.l.generali . & hæc vera sunt vbi haberetur copia illorum, contra quos protestationes fiunt, alioquin seruetur forma iurium, vt perfectius, pastoralis, & si præses, vbi tamen protestor ad dubiū remouendum, quod oriri posset ex facto vel gestu, hoc

A declarare est in me solo, & sufficit [a] si protestor & exprimo mentem meam vbicunq; sit, vt d.l.pro hærede.& l.at si quis.§.plerią;.

38 ¶Sed quæritur an † sufficiat protestari coram procuratore, etiam vbi possit haberi copia domini, & dic quòd

B non.[b] ff.de petitio.hæredita.item veniunt.§.petitam. Sed sicut in citatione est ordo tenendus, qui traditur, supra de dolo & contuma. causamque. ff.de dam. infecto. l.4. §.prætor. ff.ex quib. causis in possessio. ea. l.autem. §.primo. Et sicut iste ordo reperitur in appellatione emittenda, vt est præmissum, sic dicam in protestatione, vt fiat domino, si inueniatur . ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. si fortè. alioquin coram procuratore, vel coram publicis personis secundùm formam . l. si præses, & iurium prædictorum. Sed quod denunciatio procu-

39 ratoris † facta domino obsit, est arg. ff. de no. oper. nunc. l. de pupillo. §. nunciare. & §. seq. Solu ibi denunciatio est potius facta rei, quàm personæ, sed hic per protestationē factam personę impugnatur, & ob hoc hic pręcisius requiritur denunciatio, quàm ibi.

40 C Sed quæro, habeo protestari † contra fœminam, c vel ciuitatem, nunquid sufficit protestari coram marito vel curatore Reipublicæ? respondeo ꝙ sic. ff. ꝙ vi aut clam. l. aut qui aliter. §. sed & seruus. & §. seq.

Subsequenter quæritur quando sit facienda protestatio. quo casu distinguo, aut protestor super facto quod est mihi protestanti omnino liberum & vsque ad certum tempus, ita ꝙ ille contra quem protestatur non est in acquirendo ex se, sed sola desidia protestantis in tempore statuto negligentis, & tunc omni parte dicit temporis est mihi liberū protestari, vt in filia religionem intrante. 22. q. 2. puella. & C. de his quæ met. iudic. non appella. l. 2. & C. de non num. pecu. l. in contractibus. §. vltimo.

¶Aut protestor super facto, in quo habeo certum tempus, illud tamen iuuatur, nedum ex negligentia protestari negligentis, seu deficientis, sed in facto suo, quia est in præscribendo, vt in multis iuribus suprapositis, quo casu possum protestari vsque ad consummatam læsionem. 16. q. 3. §. potest. ibi ↄ. constituta tempora si præscriptionis, caueam tamen ne me nimis arctem, quia illud solum tempus mihi supererit quod remanebit a die protestationis vsq; ad diem consummatæ læsionis, si non fuissem protestatus. arg. ff. de minor. l. vlti.

Aut non est certum tempus a iure limitatum, ↄ. quod protestari debeam, & tunc protinus protestari habeo, ex quo enim scio ex facto, cōtra quod protestor, posse mihi parari præiudiciū, statim habeo protestari. ff. ad Macedo. l. filiusfam. s̄. de offic. delega. cum olim. 1. & 22. q. 5. pueri. & q. 3. cap tribus & 32. q. 2. mulier. & hoc est verum siue protestatio interponatur ad impugnationem facti alterius vt in iuribus predictis, aut super facto meo, vt si funus patris mei certa die feci, & creditores hæreditarij propter hoc dicerent me immiscuisse hæreditati paternę. & dicerem me protestatum post dictam diem, hæc protestatio me non releuaret, cum iam forte esset ius aduer-

41 sarijs acquisitum. argu. s̄. de testib. præsentium, illa † enim quæ habent releuare factum, debent inesse incontinenti. argum. C. de donatio. quæ sub modo perfecta & C. de pact. petens. Et intellige confestim. ff. ad Tertulia. l. 2. §. cōfestim.

¶Sed quæro, appellaui, absente aduersario meo, in causa beneficiali, & fui protestatus de appellatione hius appellato denuncianda. Et cum possem ↄ. mensem sibi denunciare post denunciaui, an valeat talis denunciatio, & vide

42 tur quòd non, † qui tenetur ad factum, illud habet explere ↄ. tempus arbitrio boni viri moderandum. ff. de verbo. obliga. continuus. §. ita. & si non fecerit ↄ. prædictum tempus, faciendo postea, non facit quod promisit, vt a promissione liberetur. ff. de verb. oblig. l. si insulam igitur iste appellans & protestans & denuncians, vt præsumitur, tali denunciatione non iuuatur.

Solu. constitutio statuimus. s̄. hoc lib. de elect. loquitur in appellatione denunciata, aliàs dicta constitutio non arctaret appellantem, appellatum, & alios, quorum interest ad iter arripiendum, vt ibidem habetur. Et est ratio, vbi est citatio hominis, certum est ad hoc quod liget, oportet ꝙ sit facta. ff. de iudic. l. si quis postea s̄. de offic. delega. gratum. & s̄. de foro compet. proposuisti. Sic in citatione iuris, vt in d. constitutione statuimus, oportet ꝙ sit appellatio citantis denunciata. Nam appellatio nō citat, sed appellatio denuntiata, vt dicta constitutione, & ita appellans non est in casu dictæ constitutionis, nisi post denunciationem, sed opponitur appellans, vt præmittitur tenetur ad factum, & tale factum quod summo opere exerceri debet, & in quo dilationum materia est amputanda. de tempo. appell. l. 2. in princip. & l. fina. §. illud. & pręsertim appellatio in beneficialibus celeritatem desiderat. s̄. de dolo & contuma. finem ergo appellans prædicta omittens beneficio dictæ constitutionis non gaudebit.

Sed dic quòd non inducunt hic præscriptionem in dicta appellatione, sed forma dictæ constitutionis non seruata, quæ non punit in pręscriptione appellationis, sed deuolutionis, vt in curia non tractetur, & ideo cum actus dictæ denūciationis aliàs deuolutionis inijciatur per appellationem, compleatur per denunciationem nihil vr̄ actū

43 D quo ad facti deuolutionem, cum † aliquid superest ad agēdum. d arg. C. ad Sylla. l. cum Sileianum. in fi.

¶Ex quo respondeo ad arg. Nam §. cum ita, loquitur in actu completo in se, si factum sequeretur, sed in proposito est factū appellationis, quo expleto adhuc restat aliud, quo ad deuolutionis effectum, sicut denunciatio quæ perficit deuolutionis actum, vnde hic non agitur de præscriptione appellationis interponendæ, quæ infra decendiū debet interponi etiam ab actu non iudiciali. vt s̄. hoc lib. de appellatio concertationis. C. de appellatio. aut in Authen. de appellatio. in princip. collat. 4. nec appellationis interpositæ prosequendæ, quæ debet prosequi infra annum, & quandoque vltra. 2. q. 6. c. tempus. & c. sequen. & s̄. de appellationi. ex ratione. Sed duntaxat hic agitur de præscriptione deuolutionis, & ideo si non est præscriptū primo modo, nec secundo præscriptio contra deuolutionem non currit ante appellationem deuoluentem, in qua duo requiruntur, vnum vt exordiū, vt appellatio. aliud vt exordij complementum, vt denunciatio, vt prædixi. Sed si non sit appellatum, nec prosecutum, vt in primo casu & secundo casu præscriptum est deuolutioni, ꝗa sequitur, non est appellatum, nec appellatio est redacta ad effectum non appellationis. s̄. hoc lib. de appel. Romana. §. si verò vocatis. ergo talis appellatio non deuoluit,

44 quia † toto frustrato, & pars frustratur. arg. ff. de except. rei iudic. l. si quis cum totum. in princip. & destructis primis impossibile est aliquid aliorum remanere. arg. ff. de excep. rei iudi. egi.

Ex quibus concluditur ꝙ ex quo est appellatum, & appellatio denunciata. quæ iam citat, & auditor non impetratur ↄ. tempus dictę constitutionis, statuimus, aut vbi non protestatur, vt est moris agere volens, aut si semel ꝑtestatur, vbi negligentia protestanti potest imputari. arg. s̄. hoc lib. de elect. cupientes. negocium non esset deuolutum in curia tractandum. Sed est deuolutioni pręscriptū, non prosecutioni appellationis, quin interpretari possit per audientiam Principis, nec est mirum si leuius præscribitur dictæ deuolutioni (quæ est contra ius commune) ꝗ iuri communi, quod vult negocium appellationis in cōsistorio Principis regulariter non tractari & † res ad suam

45 naturam leuiter reuertitur, & leuis tolluntur iura specialia ꝗ communia. ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. Auth. de nō alienan. §. quia verò verissimile.

Sed quid de ecclesijs regularibus vel episcopalibus, vel superioribus, vbi quis arctatur ad comparitionem personarum. s̄. hoc lib. de elect. cupientes. sicut vidi ꝙ quidam monachus appellauit contra electum sui mon alterij existens in curia, & cum posset infra mensem denunciare, septimo mense denunciauit, & ante denunciationem & appellationem electus fuit confirmatus, & benedictus. ita ꝙ nihil restabat explendum in electo, nunquid iste electus adstringitur dicta constitutione, videtur ꝙ sic. arg. dictorum iurium.

E Sed dic contra. e arg. s̄. de appella. constitutus.

¶Item pone casum in contradictore qui leuius repellitur, quàm competitor. ff. de decurio. l. generaliter. §. spurios.

¶Item vt est prædictum citius præscribitur deuolutioni, ꝗ appellationi, sic facilius præscribitur deuolutioni ꝑsonali, quàm deuolutioni simpliciter, quia in casu constitutionis, cupientes, fortius arctatur electus quàm per cōstitutionem statuimus. Et ideo appellans in vno casu arctius debet arctari cum in vno casu maius sit periculum, & ideo citius occurrendum, cum huius negocium celeritatē desideret, & dilatio sit in eo periculosa. ff. ad Carbo. l. 1. §. 1. s̄. hoc lib. de electi. c. vbi. in princ. ff. de dam. infec. l j. Et hæc liqueat ex mente constitutionis, cupientes, arctantis consimiliter appellantem & appellatum ad veniendū quàm citò commodè poterunt, & per consequens ad illa per quæ ad hoc deuenitur. ff. de iurisdi. omn. iudi. l. 2. sicut est denunciare appellationem. Et iam esset in potestate appellantis non denunciantis citò quando vellet astringere ad veniendum ad curiam personaliter per denunciationem suam appellatum.

Sed

Sed dices idem inconueniens in primo casu. Solu. iam est, dictum grauior est secundus casus primo & durius est statum pendere in secundo casu, quàm in primo.

¶Sed obijcitur, commodum est appellanti quam tardius sibi denunciatur, quia † expeditius est appellato tarde habere brigam q̃ cito, ergo appellatus de eo quod habet commodum non potest culpam appellanti impingere. ff. de iure dot. l. cum in fundo. §. 1. & ne quid in loco publi. ff. l. 1. §. idem Labeo.

Vnde versus. vt culpent alij de me laudare necesse est.

Solu. hoc casu nedum respicitur principaliter interesse appellantis & appellati vt in contrarijs, & casu primo, sed mens huius constitutionis imponentis celeritatem in prosecutione horum negociorum dicta cõstitutione, cupientes, cõprehensorum, magis in secũdo casu quàm in primo. vt est dictum, & ob hoc dicta prorogatio debet pati. arg. ff. de Carbo. edicto. l. 3. § duę. versi. hæc autem.

¶ Nunc videamus qualiter sit facienda † protestatio, & primo an in scriptis sit facienda. quo casu distinguo, aut protestor super tali facto super quo agerem, personam rei haberem, aut non, primo casu cum protestatio subrogetur loco libelli conuentionalis (sicut est necesse regulariter dare libellum in scriptis) ita protestationem loco libelli subrogatam, loco enim petitionis protestatio habetur. ff. ne nauti. feno. l. 2. argu. d. l. vt perfectius. 16. q. 3. §. potest. in Auth. de tempo. non sol. do. § contestationem, & hoc casu protestatio habet multiplicem effectum interrumpendi præscriptionem, vt dictis iuribus. & hoc tollit effectum possessori, qui est præscribere, alijs verò casibus non est necesse quòd fiat protestatio in scriptis, cum hoc non reperiatur in iure cautum, & ideo stabitur regulæ. C. de pac. l. pactum quod bona.

¶Item protestatio debet continere plene factum, sub quo fit protestatio, ad hoc, quod protestans possit de protestatione huius se iuuare, verbi gratia possem summere patrem meum non animo hereditatis paterne assequendæ, & etiam vt sumptus mihi conseruem, & qui ad ista, dico vult protestatione se iuuare, plenè habet protestari. ff. de relega. at si quis. §. plerique in fi. Nam in non expresso † non iuuabitur protestans, nec mirum quia protestatio ad expressum intendebat, & ideo in hoc proderit argu. C. de inge. & manu. l. ingenuum.

¶Item protestatio debet esse clara & tempore competenti facta. ff. quod vi aut clam. l. qui aliter. in princ. & §. 1.

¶ Nunc quæritur † quis sit effectus protestationis, & dic ꝙ multiplex. Nam quandoq; habet ius illesum conseruare, quandoq; dubium declarare, & plerunq; nexum obligationis euitare, & alios effectus, vt in diuisione necessariarum protestationum. s̄. euidenter colligitur.

Habet etiam protestatio acquisitionem possessionis, quandoq; impedire. 7. q. 1. Pontifices. Et regulariter protestatio † habet effectum infringendi & rescindendi id super quo interponitur pro commodo protestantis, & sic omnis appellatio legitima habet terminum a quo, vt interesse, pro quo tuendo interponitur, aliàs si non interesset, non admitteretur appellatio. s̄. de electio. cum inter. R. & de concessio. præben. relatum. & 2. q. 6. non solent, & terminum ad quem, scilicet illum, ad cuius decisionem interponitur. ff. de appella. l. 1. nec appellatio rescindit quodlibet factum, sed illicite attentatum contra appellationem. s̄. de electio. cum nobis, sicut protestatio quæ pinguius quandoq; subuenit q̃ appellatio. C. de filijs. f. l. 1. & 2. habere debet terminum a quo scilicet interesse protestantis quod protestatio tuetur in terminum ad quem, scilicet quod est onerosum, seu illicitum protestanti impugnare, remouere, seu etiam retractare, quod vigorem consequeretur, protestatione non admissa.

Ex quibus colligitur protestationem † legitimam cõtinere duo, scilicet interesse protestantis, & impugnationem iustam, aliàs protestatio est respuenda, vt ex superioribus probatur.

Item protestatio habet effectum interrumpendæ præscriptionis. vt C. de episcopa. audien. l. si præses. & l. vlti. quod intelligo indistinctè, quando, præscriptio ex sola negligentia illius, contra quem præscribitur, procedit, vt dictis legibus. & C. de his qui prop. met. iudic. non appella. l. 2. & de non numera. pecu. in contractibus. § vlti. Sed vbi præscriptio procedit nedum ex negligentia illius, cõtra quem præscribitur, sed etiam hoc, cum ex possessione illius, qui est in præscribendo, dubitari consueuit, an protestatio interrumpat præscriptionem, dic ꝙ sic. vt in d. l. vt perfectius.

¶Vel dic quod illa loquitur in quatuor casibus specialibus.

Sed nunquid protestatio † possessorum tollit vt non prosit, verbi gratia in eo qui est in possessione eligendi vel colligendi, & protestatio fit contra eum, quod vox eius non præstet suffragium nisi de consuetudine vel iure vocem habeat in electione, an per huius protestationem commodum possessionis sit sublatum. Et primo videtur ꝙ protestatio non tollat effectum possessorij, quia etiam lis mota, vel pendens, officium possessori non tollit, ergo minus sola protestatio. s̄. de in integ. resti. c. 2. & vt lite penden. c. 1. & s̄. de iure parro. ex literis. arg. ff. de rei vend. l. vtiq; nec † petitio facta in iudicio quem facit reum. 16. q. 13. c. vlti. imo quis prius debet conuinci quam aliquid auferatur ab eo. C. de iure fisci. l. facultas. & l. fi.

¶Sed contra. s̄. de electio. Cumana. Dicunt quidam quod protestatio commodum non tollit possessionis. s̄. de elec. in Genesi. & 61. distin. c satis.

Sed dico distinguendum in articulo hoc. Nam aut protestans nititur contra ius commune, aut secundum, aut præter. Primo casu protestatio non tollit commodum possessorij, sic loquitur Decreta. in genesi, vel ibi probauit se canonicum ille, contra quem fuerat protestatum.

Secundo casu protestatio tollit commodum possessorij, & sic loquitur Decre. Cumana. ibi enim pro protestantibus erat ius commune. 16. q. vlti. c. vlt. vnde probato petitorio quod erat fundatum iure communi per protestantes, & probato solo possessorio per illos contra quos fiebat protestatio, petitorium trahet ad se possessorium, vt illud solum non prosit. s̄. de causa posses. & propr. c. cum dilectus.

Si enim probaui petitorium pro me contra te possessorem constat ꝙ possessio est tibi auferenda, ergo multò magis si tu actor probasti de possessorio, & ego reus de petitorio excipere potero, non est tibi efficax hæc probatio probata, quia pro me constat de petitorio, quo probato fiet contra te executio, & sic cum detur actio, † multò magis exceptio. ff. de superficie. l. 1. Et hæc dicit. l. officiũ. ff. de rei vendica. vbi enim probaui rem meam esse, necesse habet reus rem restituere, & ita probatio petitorij extinguit fructum possessorij, nec aduersatur Decreta. s̄. de causa posses. & proprie. c. cum Ecclesia. ibi, nulla fuit protestatio a parte canonicorum Subtrinorum emissa, & a clericis admissa. Sed vtentes iure communi elegerunt & electione facta, clerici collegiatarum Ecclesiarum (dicentes se debere interesse) petierunt illam electionem infirmari, & deduxerunt tam petitorium quàm possessorium in iudicium vt fatui, qui si solum possessorium in iudicium deduxissent, obtinuissent. argu. j. de iure patro. consultationibus. & s̄. de elect. quærelam. Sed quia petitorium & possessorium simul intentarunt & erat probatũ iure communi petitorium pro canonicis Sutrinis, nec clerici collegiatarum Ecclesiarum potuerunt hoc ius commune, consuetùdine, vel alio modo infringere: petitorium probatum iure communi, sustulit fructum possessorij. Et si ibi fuerit habita restitutio, illa fuit solum verbo, vt iuri satisfaceret, g nullum effectum habens, vt ibidẽ liquet sub verbo, reducentes.

Tertio autem casu, protestatio nõ tollit fructum possessorij, & sic est casus. j. de censib. olim causam. vbi Episcopus in certis terminis petebat sibi solui nomine sinodatici certum numerum denariorum Papiensium per clericos plebis Rapinæ, & clerici dicebant se non teneri nisi ad denarios Lucen. quos denarios dictus Episcopus recepit vno anno ius tamen suum fuit protestatus, & ibidem dicitur quòd si clerici persoluissent per. 40. annos, præscriptione tuti essent, sed non essent tuti si dicta protestatio ipsum possessorium substulisset, quia tunc non præscriberetur. ff. de vsur. l. sine possessione. Sed fòrsan diceret aliquis, ꝙ protestatio nihil operata fuit in d. Decreta. quia fuit ab illa recessum per contrarium actum vt innuit ibi glo. Et ob hoc protestatio quæ vires non, habuit dicto

casu

casu non substulit ipsum possessorium, sed dici posset quod actus receptionis Lucen. non fuit directè cõtrarius protestationi, quia si Episcopus nomine Ecclesiæ suæ habebat a dictis clericis recipere Papien. iuri Ecclesiæ non fuit derogatum facto Episcopi in receptione Lucen. ergo protestatio stetit post receptionem Lucen. licet si essent recepti Lucen. per spacium 40. annorum fuisset præiudicatum Ecclesiæ, & per consequens protestationi, quæ ius Ecclesiæ tuebatur, quia † prelatus potest facere conditionem Ecclesiæ deteriorem negligendo; aliàs regulariter non posset. 16. q. 6. c. si Episcopum. & s. de exceptio. cum venerabilis. & s. eo. c. dilectum.

Item Episcopus etiam recipiendo partem synodatici sciens se pinguius ius habere, per vsum partis totum retinebat. ff. quib. mod. vsuf. amitta. l. is qui. saltem quousque esset præscriptum.

¶Item dato quod esset recessum in dicto casu a protestatione, nihilominus dico quod protestatio nõ tollit ipsum possessorium, si ille cõtra quem protestor innititur iure communi, vt fuit in dicto casu. Nam licet soluere synodaticum sit de iure † communi. s. de offi. ordi. c. conquerente. Soluere tamẽ hoc genus monetę vel illud, est præter ius commune, & ideo solutio Lucen. iure communi non impugnata si perseueret vsq; ad 40. annos (protestatione non obstante) præscriptionem pariet, & subditus contra superiorem potest præscribere quòd soluat certam summam. s. de præscrip. cum ex officij, & plus exactus potest contradicere. C. in quib. caus. colo. do. accu. po. l. 1. lib. 11.

Et dico quod † protestatio regulariter non tollit possessorium nec effectum eius, quod est præscribere & si quandoq; tollat commodum possessorij. vt in d. Decreta. Cumana. hoc facit petitorium probatum. vt s. declaratur. Sic etiam effectus possessorij qui est præscribere, tollitur quãdoq; per protestationem, vt quando agere non poterat protestans. vt in d. l. vt perfectius, aliàs protestatio cursum præscriptionis non impediret. arg. d. l.

¶Postmodum quæritur quãdo a protestatione † recedatur, & dic quod quando factum protestantis omnino est liberum, & cum protestatione autẽ facta, se compati non potest, receditur a protestatione. ĩ. de appel. solicitudinem. & ĩ. de consti. cũ M. vt ff. de acq. hęred. l. pro hærede 1. Respon. & §. Iulianus. in fi. eiusdem legis.

Et est ratio prædictorum, quia pius † declaro † voluntatem meam facto quam verbo. ff. de edili. edicto. l. si tamen. §. ei qui.

¶Et quia per facta plus indicor, quàm per verba. 22. q. 5. c. cauete. & quæ. 1. cum omnis, & dixi signanter factum omnino liberum protestationi aduersum, protestationẽ ipsam tollere, secus si nõ esset liberum, vt quia metus interuenisset. s. quod met. cau. c. 1. aut voluntas superioris quæ factum protestationi contrarium immiscuisset. vt 28. distin. diaconi. & istis duobus casibus factum contrarium protestationi protestationem non tollit, nec est mirum, quia dictis casibus facientes, faciendo magis videntur pati, quam agere.

¶Sed quæro, vnus † protestatur, & aduersarius in contrarium, vt quotidie fit, nunquid secunda protestatio tollit primam & videtur quod sic. ff. de liber. agno. l. 1. § denunciare. & §. seq. Sed contra videtur, quia licitum est cuique vt vult rei suæ legem imponere. ff. de solu. l. 1. ergo & protestari super ea.

Solu. cum protestationes hinc inde fiant, aut est actus communis vtriq; protestantium, ita quod directo inter est vtriusq;, & hoc casu secunda protestatio tollit efficaciam primæ. vt d. l. de liber. agno. aut non, & hoc tripliciter, quia factum super quo fiunt hincinde protestationes est principaliter pro protestatione primo aut econtra, aut est dubium, primo casu protestatio prima non eneruatur, verbi gratia reus protestatur quod si aliquid dicat quæ sapiat litiscontestationem, litem non vult haberi pro contestata actor in contrarium, per istam secundam non tollitur prima. Et cum verbaliter contestationes fieri possint animo cõtestandi litem, & animo informandi iudicem, ista verba ambigua (quæ sunt principaliter rei) potest ipse reus per suam interpretari protestationem. arg. ff. de pac. iuregentiũ. §. quod fere. & ff. de iudic. l. si quis intentione.

Sed secundo casu & tertio protestatio sequens tollet efficaciam primæ. arg. ff. quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. si quis, in primo & in istis potest esse ratio, in re communi † regulariter melior est conditio prohibentis. ff. communi diuidundo. l. Sabinus. & de cura. furio. l. consilio. in fi. & ob hoc vbi factum est commune, seu etiam principalius, interest protestantis secundario, in contrarium seu vbi est dubium cuius intersit principalius, prima protestatio non habet effectum consensu aduersarij non vestita.

¶Item primus protestans videtur impetere, secundus defendere & ob hoc re dubia, secundo protestanti magis est insistendum. vt s. de proba. ex literis. & s. eo. c. cũ sunt sic etiam vbi factum est commune cum proniora † sint iura reis quàm actoribus. ff. de actio. & oblig. Arrianus. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ergo multò magis vbi principalius interest secundo protestantis, secunda protestatio prima eneruabit.

Vltimo quæritur. Pone, in termino peremptorio dato ad ponendum, vel articulandum aut aliàs protestatur dans positiones vel articulos quàm articulos † datos possit declarare, diminuere, interpretari, corrigere, immutare, & nouos dare, si ad eius notitiam peruenerit, an protestatio hæc valeat, respondemus, dicta protestatio est vtilis quo ad declarationem. arg. ff. de acqu. rer. domi. l. adeo. §. cum quis. in fi. & ff. de testa. l. hæredes. §. quo verò quis obscure.

¶Idem dico quo ad interpretationem. ff. de iudic. l. si quis intentioni. & s. de accusa. c. cum dilectus.

Quidam tamen distingunt in prædictis, aut in principio, medio vel fine fuit declaratio, vel interpretatio. vt no. s. de restitu. spolia. cum ad sedem. Sed quo ad diminutionem distingue, aut est ius quæsitum ex narratione articuli parti aduersę, & tunc non licet diminuere quatenus facit pro aduersario. in Auth. de his qui ingrediun. ad appellan. §. illud. colla. 5. ff. depositi l. Publia. §. fi. & l. 1. §. si rem. verbi gratia, appellat quis obijciens in personam vel formam, & articulat super hoc, vult detrahere hos articulos, dico quod non potest in præiudicium appellati, quia appellatio ex dicta articulatione accrescit ius, scilicet quòd alia non potest proponere appellans. argu. s. de elect. ab eo, nisi prout dicit constitutio, vt circa. aut non facit pro aduersario, & tunc potest tollere quia hoc casu solus fauor articulantis versatur, simili modo dico in eo qui vult mutare vel corrigere distinguendum.

In eo verò qui vult articulos nouos dare post peremptorium prætextu protestationis antea factę, videtur distinguendum, aut articuli de nouo positi non sapiunt crimen vel defectum, aut sapiunt, primo casu, siue articuli de nouo positi sint post terminum peremptorium nati vel noti, & de hoc constat, saltem per iuramentum, possunt admitti. s. de exceptio. pastoralis. & de offi. delega. insinuante. articuli præsertim si de facto in articulis contẽto competeret ius agendi ex natis post peremptorium, quia in illis etiam sententia lata † non obstat. ergo minus peremptorium obstabit. arg. ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandem. Sed in notis post terminum peremptoriũ, distingue, aut post huius terminum restat cognitio, & tunc dic vt prius, aut non restat cognitio, vt quia est conclusum, quo casu non est cognoscere, sed cognitum esse, & tunc non admittitur, & hæc est ratio. Est enim quod isti imputetur qui ante iudicium præparare debuit iustitiam & diligenter inquirere.

¶Sed nunquid eadem distinctio habetur in natis, dic aut sunt nati ex quibus competit ius agendi, aut excipiendi, si excipiendi, admittam. si agendi, aut de eo articulabat actor, aut reus. si reus, dic vt prius. Si actor, aut libellum potest mutare ex causa de nouo orta, & sic vt prius, aut non & tunc non admittam. probatur. s. de re iudi. abbate sane. nec valet si dicas valet ad agendũ, ergo ad excipiendum. nã hæc est figura dictionis, hic enim mutatur quid in vbi. Secundo verò casu dicit Ber. Compostella, quòd nõ debet admitti. vt no. s. de elect. quod sicut. Cui opinioni assentio in notis, sed nõ in natis. nã post peremptoriũ iuris dilatoriarum, vt est lit. cõtest. dilatoria orta potest proponi. vt in d. c. insinuante. secus dico in his quæ non sunt de nouo nata post peremptorium, pp rationes per dictũ B. allegatas. Et est ratio diuersitatis, articulans potuit sibi

sibi prouidere in notis post articulationem, sed non in natis, & ideo sibi imputatur. arg. s. de re iud. c. suborta. nec valet protestatio, quo ad nota, quia factum peremptorium protestationi obuiat, quod est fortius, vt no. in Decreta. s. de elect. cum Vintonen. arg. ff. de minorib. l. verum. fin. Et protestatio dictis casib. est magis voluntaria quàm necessaria, prædictis igitur tribus modis generalia specialia non comprehendunt. Regulare † tamen est ꝙ genus speciem comprehendit, sicut totum partem. ff. eo. tit. super specialia. & s. eo. in toto. & est regulare, quia tantum facit generale in omnibus, quantum speciale in singulis. C. de administra. tuto. l. si duo. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. omnes. & de quadr. præscrip. l. 2. Et verbum generale † est generaliter intelligendum. ff. de lega. præstan. l. 2. §. generaliter. ff. de serui. vrb. prædio. si seruitus. 19. dist. c. si Romanorum. & s. de priuileg. quia circa. quod autem generale speciem non comprehendat. hoc facit materia, modus seu qualitas, & aliæ circunstantiæ generale arctantes, vt per instantias supra positas probatur.

ADDITIO. PROBI.

a 1 IMPERATOR. Qui † dicitur Deus in terris. l. fin. ff. de constitu. Princi. l. iubemus nulli. C. de sacrosanct. eccle. etiam est lex animata in terris in Auth. de consuli. §. fina. collat. 4. & vir prudentissimus circa arma & leges, vt l. vnum. §. fi. de leg. 1. & Insti. in proœ.

b 2 Est aduocatus. Dic in simili ꝙ Princeps † dicitur maritus Reipubl. testatur Lucas de Penna, in l. quicunq;. col. 3. de omni agro deser. lib. 11. C. qui hac occasione tenetur illam quãtum potest defendere & protegere, & ad ipsius sustentationem respicere, vt habetur in prima constitu. C. §. Et ideo de vtilitate cuius debet primò cogitare. Bart. in Auth. de hæred. & Falcid. in princ. num. 4. col. 1.

Intentum Io. Mona. comprobat Petr. de Ancha. consi. 277. col. 2. ex prædicta. & consi. 439. col. 3. ex prædicta facti narratione. & hæc duo consilia sunt eiusdem tenoris. & Car. consi. 150. num. 5. alleg. c. venerabilem. s. de elect.

3 Pro dicto Ioan. Mon. vide Car. idem dicentem in c. venerabilem. §. obiectioni num. 2. de elect. pro quo allegatur ipse tex. per Ias. in consi. 95. colũ. 4. volu. 4. vbi subdit quòd quando † ecclesiæ potestas deficit, tunc Imperator supplet patrocinando. Bal. in c. olim. ex literis. de rescrip.

c ¶Ecclesiæ. Quæ dicitur tutrix & cultrix iustitiæ. text. in c. 2. in tit. de aliena. feudi.

d 4 Sed plumbeos. Vide quę dixi in c. frustra. s. isto tit. & latius in proœ. in ver. interiectio admirantis. & Alex. consi. 52. col. 2. in causa & lite vertente inter Nicolam vol. 7. vbi latè discutit vbi † sit facienda publicatio constitutionis Apostolicæ & imperialis, vbi etiam concludit, ꝙ sola publicatio in curia non sufficit, vt liget constitutio. alleg. gl. communiter approbatam in c. 2. s. de constitu. & Auth. vt factæ. no. constit. colla. 5. tamen consuetudo stat in contrarium, vt videre licet quę sustinetur per ipsum Alex. ibi, quæ si non subsisteret, opinio præcedens iuribus fulcitur, ideo tenenda.

e 5 Boni viri. Et sic secundum tramites rationis & metas æquitatis quòd partis non auferatur defensio, nec iniquũ præferatur æquo. l. in fraudem. ff. de re milita. Bar. & Bald. in l. 1. eod. aliàs, concessio generalis non valeret, quia † Inuitaret nos ad delinquendum contra. l. conuenire. de pac. dotal. & l. 1. §. ille autem. C. de lati. liber. tollen. & per Cyn. in l. si quis in conscribendo. in vlt. q. C. de episc. & cleri. vide Car. latius consi. 139. num. 5. factum tale est.

f 6 Ciuilem modum. Istud facit quod indulgentia † simpliciter concessa intelligitur secũdum regulas iuris communis. bonus text. in c. dilecto. s. de verb. signi. & in cap. quam sit, ibi, iuxta canonicas sanctiones. s. de Iude. facit l. si quando. in prin. C. de inoff. testa. ꝙ si Imperator dat facultatem testandi intelligitur secundùm ius commune. Et ideo talis non potest præterire vel sine causa exhæredare filium, aliàs competit querela, quia non est æstimandum Principem alij velle præiudicare. l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publi. Ita testantur Paul. & Saly. ibi post Ang.

Attende hic ad verbum, non pernitiosum. Ratio quia non semper intelligitur verbum ad ciuilem modum, sed aliquando secundum aliquas materias cõsideratur. Hinc Petr. de Ancha. in repe. c. 1. 47. car. vers. ego habui in facto. s. de constitu. ꝙ si testator iussit post mortem quorundam hæredum bona deuolui ad maiorem de domo, non intelligitur de maiori nobilitate moribus, aut scientia, sed de 7 maiore ratione ætatis, quia verba tunc † debent intelligi naturaliter & non ciuiliter. l. fi. C. de his qui veni. ætat. impetra. refert Fely. in c. super eo. el 2. num. 5. s. de testib.

8 In proposito tamen thematis attende ad ea quæ citat Dec. consi. 379. num. 7. consuluit, ꝙ si verba iuramenti sunt indefinita, seu etiam generalia, quia † promiserunt partes non contrauenire aliqua ratione, vel causa, debent talia verba intelligi ciuiliter, & ab illis verbis generalibus grauius læsio excipi debet. argu. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati.

¶Istud possumus comprobare per ea quæ tradit idem Dec. consi. 356. colũ. 2. in causa domine, dum dicit quòd verba, generalia, & vniuersalia, ac prægnantia restringũtur, ne quis indebitè damnum patiatur. voluit glo. & Bar. ibi, in fi. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. & cõmuniter alij sequuntur. Et subdit quòd verba, in omnibus 9 † & per omnia, restringuntur secundum ius commune ne quis indebitè damnum patiatur.

Pro comprobatione thematis videtur facere quòd citat Dec. consi. 378. nu. 3. viso motiuo. dum dicit statuto dictante ꝙ masculi excludant filiam, debet statutum intelligi, si masculi sint hæredes, quod comprobat authoritatibus plurimorum, vt videre licet.

10 ¶Ad idem facit quod notat consil. 222. col. 2. præsens consultatio, ꝙ in dubio † censendum est ꝙ superiores potius voluerint facere actum secundum iuris dispositionẽ quàm contra illam. allegat quod habetur in c. cum in officijs. s. de testa. tex. & quod ibi no. per Bal. in l. moueor. C. de ser. exportan.

¶Facit pro themate quod notat idem Soc. consil. 266. præmissa consultatio. ꝙ si statuto caueatur ꝙ quicunque possit accusare, intelligitur de habili, & non de inhabili, & sic ciuiliter debet intelligi secũdum regulas iuris, facit 11 equidem, quia statutum † reijciens omnem exceptionem non reijcit effectualiter exceptionem innocẽtiæ delicti, seu exceptionem, per quam quis intendit dicere & probare se innocentem. Bal. in l. edicta. C. de eden. & in l. 1. §. Offilius. ff. ne quis eum qui in ius voca. tradit Alexã. consil. 97. nu. 5. viso. volu. 6. vbi subdit ꝙ statutum dicens ꝙ nulla exceptio possit opponi, non intelligitur reijcere exceptionem fauorabilem, quia debet interpretari sanè, ne inducat iniquitatem. c. cum dilectus. s. de consuetud. arg. l. 2. C. de noxa.

12 Et sic si statutum disponit ꝙ nullæ exceptiones admittantur, intelligit de friuolis, non de legitimis, per id quod habetur in c. ex parte. s. de offi. de leg. & in l. si mihi Meuia. de lega. 3. prout diximus ꝙ quando dicitur per statutum ꝙ stetur † relationi, intelligitur de ea quæ est liquida clara & legitima, seu idonea. vt in l. 3. iuncta gl. & ibi not. Bar. de fid. instru. & iure hastæ fisca. lib. 10. C. & l. 2. §. quod ait. & ibi no. Bal. per illum tex. ff. qui satisda. cogan. l. 1 cum gl. & ibi Bal. C. de fid. instru. in quibus locis præfati Docto. dicunt in casu fortiori, videlicet ꝙ quando statutum dicit ꝙ contra magnates quælibet probatio sufficiat, intelligitur de probatione legitima & idonea, bene facit. l. 2. & qđ ibi no. Bar. C. de senten. quæ sine cer. quan. & quod no. idẽ Bar. in l. 1. in prin. ff. de eden. & in l. proinde. §. notandum. 13 ff. ad leg. Aquil. vbi dicit ꝙ licet statutum † disponat ꝙ instrumentum habeat executionem paratam intelligitur si est liquidum & clarum, aliàs non, vt etiam not. Bal. in l. in apertissimi. C. de iudic. & in l. cum testamento. C. de testa. manu. tradit Alex. consi. 85. volu. 7.

Pro hoc vltimo facit quod no. idem Alex. consi. 115. in fi. visa scriptura. volu. 7. vbi dicit quòd statutum tribuens priuilegium instrumento circa executionem, intelligitur de liquido tantum. l. fi. C. de compensa. not. Bart. in d. l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aquil. & in l. 1. ff. de eden.

g 14 ¶Ad incommodum. Facit, quia † verba prægnantia & vniuersalia restringuntur, ne quis indebitè opprimatur, not. in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. in l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de muner. & honorib. tradit Dec. consi. 383. in fi. viso puncto.

h Ius commune lædatur. Vide quæ not. Alex. consil. 139. nu. 5. viso puncto & copia. vol. 7.

i ¶Artistarum. de quibus amplè meminit sub nomine dialec-

dialecticorum Lucas de Penna.in l.1. colum.4. de liber. stud. vrb. Ro. lib.11.C.quem vide propter eorum garrulitates.

k Non intelligitur. Pro hoc videtur facere regula quam citat Maria.Soci.consi.49.col.antepenu.quòd dispositio 15 † generalis circa personas præcedentes non refertur ad personas postea specialiter expressas circa idem ius, seu circa eandem rem.l.alimenta.§.basilicę.ff.de alimen.& ciba.lega.Bart.in l.Titia.§.quæ Marcho.ff.de annu.lega. & in l.quæsitum.§.si quis fundum.in 2.q.princ.ff.de fund. instru.aliàs clausula specialis esset superflua, quod nō est dicendum.arg.l.si quando.de leg.1.& cap.si Papa.de priuileg.hoc lib.

l Est lis. Adde Car.consi.95.col.fi.

m Personam loquentem. Vide tex.singu.secundùm Areti.in l.si seruum.§.si quis suus.ibi non dicit prætor, ꝙ quādo verba 16 † legis imponentis pœnam sunt scripta in personam, tunc sub prædictis verbis non comprehenditur mandans & fieri faciens, secus si sint scripta in rem, id est, impersonaliter.ita Bart.in l.aut qui aliter.§.fi.ff.quòd vi aut clam.

Et quod hic diximus de generalitate, idem dic de impersonalitate vt non comprehendat personam loquentem, seu non referatur quando nō tractatur de acquirendo ipsi loquenti.vt in auth.si quando.C.de consti.pecu. no.in l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verb.oblig.& in l.1. in princ.ff.de hæred.instituen.Docto.in l.fi.§.1.ff.si certa peta.Alex.consi.112.nu.3.visa copia.vol.7.

Pro intento Ioan.Mona.vide Domi.in consi.36.col.3. casus talis est.vbi dicit, ꝙ licet per clausulam generalem tollantur cōstitutiones seu ordinationes prædecessorum Pontificum, non tamen tolluntur constitutiones Papæ 17 tunc disponentis, quia † in generali sermone persona loquentis intelligitur excepta.c.petitio.s̄.de iureiur.& l.qui insulam.§.fi.ff.loca.& l.inquisitio.C.de soluti.Ideo quotiens Papa cōstitutiones, seu aliàs suas ordinationes vult reuocare, de illis facit mentionem expressam.c.fi.s̄.de rescrip.quia non præsumitur quem sua velle impugnare iudicia, aliàs notaretur de variatione, inconstantia, & illusione, quę reprobantur a iure, maximè in viris Ecclesiasticis.Cle.vnica.in princ.de renunc.

n In specie. Vide pro hoc text.sing.in l.qui iure militari. 18 ff.de iure mili.vbi extat tex.ꝙ sufficit † non solum scientia in specie, sed sufficit scientia in genere.vnde si quis nesciat se habere filium in indiuiduo, tamen si sciat habere filium in genere, sufficit, vide Bart.consi.49.colla.2.vol.4.

o Viuentis.dixi.s̄.in c.vt animarum.in prin.de constitu.

p ¶Ratio ibi. Dic ꝙ stylus Bart.deprehenditur quando hoc modo dicendi non est vsus.no.Alex.in consi.5.in fi. visis actis.vol.2.

q ¶Sed culmen.† Non tamen supremum, sed Papatus. 19 Fely.in rub.de maior.& obedien.sub num.9.in fi.& istud culmen & cuiuscunq; alterius potestatis dicitur quædam tempestas mentis, iuxta illud Aug. Vincula huius mundi veram habent asperitatem, sed falsam iocunditatem, certum habent dolorem, sed incertam voluntatem, durum habent dolorem, sed timidam quietem.

20 ¶Hinc Hyero.Omnis † amor terrenus fumus, spuma, somnus, fumus quia obscurat, spuma quia inflat, somnus quia grauat, & Bernardus, beatus qui postea nō abijt, quę possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant, & idē B.Si sapis, si cor habes, si tecum est lumen oculorum tuorum desines sequi, quod miserum est assequi. Archi.in c. nerui.13.distin.

¶Et sic Papa est culmen Episcoporum & ceterorum, quos intellectus imaginari potest, & cui data est clauium plenitudo & summa & libera potestas, absoluta ab omnibus vinculis, & ab omni regula arctatiua. Bal.in l.rescripta.col.2.C.de precib.Imper.off.refert Deci.cōsi.498.nu. 29.viso casu, vbi subdit ꝙ Papa potest omnia facere quæ Deus potest (claue non errante) quia ipse nō puri hominis, sed vicem Dei gerit in terris.cap.quantò.s̄.de transla. præla.& ipse est successor Petri, & vicarius Christi.c.licet. eo.tit.dixi.s̄.in proœ.in versi.interiectio admirantis.

r Transitus. Vide ad hoc Io.Mo.in c.veniens.in princ.s̄. 21 de verb.signifi.ꝙ † in habentibus simbolum vel conuentum est facilior transitus.& Pau.de Cast.consi.187.nu.2. notandum est in 2.par.dicit idem ꝙ in habentibus simbolum facilior est transitus quàm in non habentibus.l. sed cum bonorum.& ibi no.ff.de bono.posse.

s ¶Verissimilius. Adde id quod dicitur communiter, ꝙ 22 sermo † noster debet aptari & congruere rebus sensatis & intellectui fruentibus.tex.in l.si ita quis.in fi.ibi, ꝙ nemo sanus probabit.ff.de euict.citat Bal.in rub.de ꝓbatio. C.in prin.& in l.1.C.de ser.fugi.Barba.consi.49.sub nu.6. vol.4.& in consi.82.eo.vol.in fi.cōsi.dicit, nullum magis mentis nostræ testimonium, q̄ qualitas inspecta verborū, est enim cor, linguæ imperator, & voces sunt signa eorū quæ sunt in anima passionum notæ, s̄m Philosophū. Idē Barba.cōsi.88.col.2.vol.4.vbi dicit ꝙ illud quod non est 23 verisimile † est falsitatis imago.l.milites.§.oportet.ff.de quæstio. Ita dicit Bal.in l.1.C.de ser.fugi.referens in facto apud Franciam fuisse cassatam quandā inquisitionē, in qua inquirebatur cōtta dn̄m, qui ad mandatū famuli deliquerat, q̄a vt nō verisimilis fuit, lacerata talis inquisitio.

24 Et ideo iuuene dormiente † cū iuuencula magis creditur testibus dicentibus eam corruptam, quam dicentibus eam virginem, ideo iura dicunt standū esse testibus dicentib.id quod est verissimile.c.licet causam.s̄.de probatio.c.quia verissimile.s̄.de præsump.l.nō est verissimile.C.de eo ꝙ met.caus.l.ob carnē.§.1.ff.de testib.& c.præterea.s̄.eo.titu.quodq; genus arctatur ad speciem magis verissimilem.dixi.s̄.eo.tit.in reg.scienti.num.12.& Ang. consi.235.in fi.punctus est.Albertus.ꝙ non est verisimile donatorē qui ad corpus donatarij fuit affectus, & affectu motus donauit, plus dilexisse corpus donatarij q̄ animā, quæ est omnibus præferenda.l.fi.C.de sac.san.eccle.dixi. s̄.in c q̄uis in ver.sed quid in foro conscientiæ.de præb.

Cū præmissis cōcordat Maria.Soci.consi.107.col.pen. 25 cor mundum. Nam nō verisimile † nō venit præsumendum.l.non est verissimile.ff.ꝙ met.caus.Bald.in c.1.§.si qua, de feudo gardie.rō.quia præsumptio abhorret irrationabilia.Bal.in c.1.§.si verò vassall⁹, quid sit inuestitura.

Hūc Compo. & alij. in c.causam.s̄.de rescrip.ꝙ si Papa 26 † mandat alicui beneficiū cōferri, nō obstāte, alteri facta, debet intelligi de collatione inualida, non autem de valida, per quam ius esset alteri quæsitum.firmat Ias.in l.fi. ff.de constitu.Princi.

In proposito dicit Roma.consi.436.nu.9.quod indultum, ꝙ generalis clausula ad non verisimiliora non extenditur.c.2.s̄.de deci. hoc.lib. ff.de pigno.l.obligatione

27 Item verissimile † tollitur ꝑ magis verissimile.l.si quis adulterium.C.de adulter.hinc Bal.in l.non ignorat col.1. C.qui accusa.non poss.ꝙ.conscientia iudicis quando est magis causata ab indicijs proxime veritatis, tanto magis est validior, & quanto magis indicia sunt a veritate remota, tanto debilior est.l.ob carnen.§.si testes in versi.proximiora.ff.de testi.refert Calca.consi.62.nu.4.ventura.

Et sic habes clarum quod in probationibus attenditur quod est verissimile.Dec.consi.272. colum.penult. versi, præterea, viso processu.Ioan. Mona. in ca. primo sub numero secundo. supra de confes. firmat Soci. consil. 253. colum. secunda versic. secundo. etiam clarè in causa D. Ioan.Francisci.

De testibus non verissimile deponentibus, vide quæ tradit.d.Hippoly.de Marsi.consi.32.in fine Alex. consi.2. col.penul.vol.7.

Vnam personam. Vide Car.consi.103.colum.3.in simili.Ioan.Mo.in c.deliberatione, in prin.s̄.de offi.leg.dixi in c.cum in illis.s̄.de præben.

28 Et dic quòd † quando fit mentio de persona. vniuersitas vel collegium non comprehenditur, vt perquàm ample comprobat Calca.in consil. 1. colum.secunda, & sequen. quem ibi vide pro his quæ in sequentibus dicit Ioan.Mo.hic.

29 u Non comprehenditur. Dic in simili ꝙ in generali † dispositione, odiosi & inimici non cōprehēdūtur. Lucius. §.Lucius Titius.ff.de lega.2.vbi Bart.post Di. per illū text. dicit, ꝙ si testator reliquit alimenta libertatis, non veniūt liberti expulsi de domo, quia præsumuntur odiosi, vide Dec.consi.286.col.2.in causa communitatis.

x Existens cardinalis. Intellige sanctæ Romanæ ecclesię ad differentiam aliarū eclesiarum, quæ habent dignitates 30 illas ex priuilegio, vt est Rauenaten.& Compo. Omne † enim annalogū ꝓ suo famosiori stat significato. facit gl. in capi.pudor.32.quæst.2.ꝙ si fiat commemoratio Regis simpliciter,

simpliciter, non intelligitur de Rege Scaccorum, de quibus meminit glo. magna in l. error. C. de iur. & facti igno. dicens ꝙ melius videt qui ibi assistit, quàm lusor.

¶Hinc reperio aliqua iura, quæ cum de Cardinalibus Roma. intelligant, solum loquuntur sub expressione huius nominis Cardinalis, absq; alia adiectione, vt in capi. si quis. el. 2. & in c. nullus. 79. dist. cap. vbi. §. hoc sacro. s̄. de elect. hoc lib. & cle. ne Romani. §. porrò, eo. titu.

¶Præterea dic ꝙ hic Io. Mon. & in glo. sua in extrauagan. excõmunicamus, in verb. clericos, ibi, sed forsan non est mihi credendũ quæ pro me dixi, fatetur se cardinalē.

31 Ista enim est vox cõmunis apud nos ꝙ ipse † Ioan. Mona. fuerit Cardinalis sanctæ Romanæ ecclesiæ, presbyter tituli sanctorum Marcellini, & Petri legatus Auinionen. de Ambianen. dioecesi oppidi de Crecy, ortus de paupere regno, & filius Fabri ferrarij a soleis, in cuius comprobatione adhuc extant (vt ita dixerim) in armis (vt etiam his verbis Gallie vtar) tres claui, liquet in vestibulo collegij Parisien. vulgariter le college du Cardinal le moyne nũcupati, cuius fundator dicitur, fuit quippe Romanę curię vicecancellarius, vt ipse testatur in capi. is cui. in fi. s̄. de senten. excom. & auditor causarum rotæ in capit. cum in illis. s̄. de præbend. dies enim suos in humanis ipsum Ioan. Mona. lego egisse tempore Cy. meminit Ioã. de Ana. in capi. ad falsariorum, col. fina. s̄. de crimi. falsi ibi inter alia verba Cy. qui dicit se audiuisse a Ioan. Mo.

y ¶Non est perinde. Istud non procedit in reintegratione ob delictum impetrata, quia † tunc reintegratus habetur, perinde, ac si delictum nõ commisisset nota per Andre. de Iser. in capi. primo. §. præterea, si vassallus, col. antepenul. versiculo, in titu. quid sit princeps, in ti. quæ fuit prima causa bene. amitten. Cuius doctrinam refert Dec. consi. 445. col. penul. in casu quem vide ibi, & quæ dixi s̄. in rub. de restitu. in integ. nu. 7.

32

z Ad concessum. Pone exemplũ in legitimatione facta per Imperatorem cum clerico, quæ dicitur dispensatio. Quia solum intelligitur quo ad temporalia, non quo ad spiritualia, licet generaliter sit facta, & dicitur fieri quo ad quædam, & quo ad quædam nõ, deficiente potestate.

¶Idem dic in Papa legitimante aliquem in terris imperij, quia eius legitimatio respicit solum spiritualia. Docto. in capit. per venerabilem. s̄. qui fil. sint legi. Paul. de Cast. consi. 34. col. 2. super primo dubio, in 2. parte.

A Sufficit. Secus si a potestate iuris dependet, quia hec protestatio nihil operatur. l. alimenta. C. de nego. gest. & capitu. cum M. s̄. de consti. citat do. meus de Ripa. 2. lib. respon. cap. 29. col. 4.

B Dic ꝙ non. Vide de protestatione fienda coram Papa per Domi. in consi. 42. col. 3. quia reuocatur, vbi dicit ꝙ si 33 † copia Pape non potest haberi, debet protestari ad cameram Papę coram hostiario & tabellione, glo. in ver. proposita, in fi. in capit. cupientes, in §. ꝙ sit per. 20. s̄. de electio. hoc lib. & ibi ante glo. Ioan. Mona. nu. 56.

C Contra feminam. Adde quid de protestatione contra

D pupillum facta per Maria. Soci. consi. 107. col. pe.

Ad agendũ. Vide Dec. consi. 159. col. 1. & 2. casus qui proponitur, & quæ diximus in cap. si eum in ver. conclusione. s̄. de præbend.

E Dic contra. Vide in simili Ioan. Andr. in capi. ea, circa finem. s̄. de his quæ fiunt a præla. ibi aliàs si post institutionem veniret cõtradictor tarde veniret. Idem Car. ibi col. 3. allegant, capitu. ex literis. & capitu. ex consultationibus s̄. de iure patrona. Idem Petr. de Anchar. ibi nu. 9.

F Exceptio Verum si sit verisimilis, aliàs si non sit verisimilis & sit calumniosa non est per iudicem admittenda, text. in capit. super hoc. s̄. de renuncia. & hoc ibi colligit do. Anto. text. in l. satis aperte. C. de fal. no. in capit. quia verisimile. s̄. de præsumptio. Barba. in consilio. 38. colum. 6. in 4. volum.

G Satisfaceret. Id facit ad id quod fit sequestratio verbalis, quia est intentatum possessorium quod de sui natura includit sequestrum, & illud fit si realis non appareat in executione prompta, quid autem importet noscere, non fecit taliter omni nationi.

H Lucen. Istud fuit præter ius, & sic præscriptibile. s̄. de ver. signifi. abbate, secus si contra ius. s̄. de elect. Messana. in simili citat Compo. in capi. cum dilectus. s̄. de consuetudi. colu. prima.

I Negligendo. Istud sepius apud prælatos frequentatur qui pro maiori parte quærunt lanam sine pelle, his enim non conuenit illud vulgare, res tua te repetit. argum. res altera cecum.

K ¶Iure communi. Super quo † Episcopus fundat inten-34 tionem suã in huius quæ sunt spiritualia, sed quo ad census percipiendos & similia temporalia, secus. c. cum venerabilis. in fi. s̄. de excep. Car. consi. 118. in fi. quod incipit, monasterium sancti Iuliani.

L Facto dixi s̄. in c. is qui de homici. in princ.

M Consensu. Expresso vel tacito, quia † in protestatione 35 videtur ita operari tacitus qđ expressus, pro hoc habeo gl. in l. si fideiussor. in ver. recusare. ff. qui satisda. cog. quæ signãter voluit ꝙ si tu apud me fideiubes pro Sempronio de sistendo in iudicio coram tali iudice. & protestor tibi ꝙ non intendo ꝙ vtaris priuilegio declinandi forum tibi competenti, & tu taces, ꝙ videris consentire, & priuilegio renunciare, ita citat Fely. in c. nonne. nu. 17. s̄. de præsumptio. istud firmat Panor. in cap. Cum ana s̄. de electio.

36 vbi dicit huiusmodi glo. notabilem ad hoc ꝙ † protestatio quæ dependet a voluntate protestantis facit præiudicium ei, cui fit per tacitum consensum.

Pro intento alleg Fely. glo. in ver. consenserint. in l. fi. §. item si prædixerit. ff. nau. caupo. stabula. & tex. in c. 1. 17. distin. & l. 1. §. pœna cum glo in ver. denunciauerit. ff. de libe. agnoscen. dum dicit quod non improbat. probat. ff. ad Macedonia. l. filiusfa.

Bonifacius Octauus Reg. LXXXII.

¶Qui cõtra iura mercatur, bonã fidē p̄sumit nõ habere.

QVI CONTRA IVRA. Pone casum. C. de agricol. & censi. l. quemadmodum. in fi. Pone etiam casum vbicunque iuris ignorantia non excusat. vt no. s̄. eo. ignorantia.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXXIII.

¶Bona fides non patitur vt semel exactũ iterũ exigatur.

BONA FIDES. Pone casum. ff. de tabul. exhib. l. locum. §. condemnatio. & C. de pœ. l. omnes. & dic. vt ff. eo. l. bona fides non patitur.

¶Bonifacius Octauus. Reg. LXXXIIII.

¶Cum quid vna via prohibetur alicui, &c.

CVM QVID. Pone casum. s̄. hoc lib. de cleri, coniuga. c. vno. §. 1. & s̄. hoc lib. de elec. auaritiæ. ff. de bon. liberto. quæritur. & l. qui in seruitutem. & s̄. hoc lib. de cleri. coniuga. §. clerici.

Et hæc est regula intelligenda, quændo in vtraque via iure communi inceditur, quia tunc prohibita vna, prohibetur & altera. Sed si processi in vna via iuris cõmunis, ęquitas naturalis habet vt pacta seruentur. ff. de pact. l. 1. 1. respon. tamen [a] iure speciali potest peti quod denegat ius commune. vt ff. de minori. l. 1. 1. respon.

ADDITIO. PROBI.

a TAMEN IVRE. Quod licet aliquid non permittatur directò, sed prohibeatur, tamē permittitur quãdo venit in consequentiam necessariam alterius actus permissi. no. in l. 1. in prin. cum ibi no. per Dy. & Bart. ff. de autho. tuto. & l. si vn⁹. §. illud. ff. de pact. Cy. in l. 3. C. de iudic. tradit Alex. consi. 151. nu. 12. viso themate suprascripro & statuto Veronensi. lib. 7. & consi. 220. volu. 6.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXXV.

¶Cõtractus ex cõuentione legē accipere dignoscuntur.

CONTRACTVS. Pone casum in contractibus. ff. depositi. 1. §. si conueniat.

¶Item in iudicialibus. ff. de re iudica. l. si conuenerit. & s̄. de re iudica. cum inter vos. in fi. & dic vt. ff. eo contractus.

¶Boni-

Bonifacius Octauus Reg. LXXXVI.

¶Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi debet, &c.

DAMNVM. Pone casum hoc lib. de preb. si clericus ff. de procura. l. qui proprio. §. procurator. ver. poenam. & ff. pro soc. l. si duobus. §. pen. & vlti. & l. sequ. & dic vt ff. eo. tit. l. quod quis ex culpa.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXXVII.

¶Infamibus portae non pateant dignitatum.

SVMMARIVM.

1 *Fama est illesae dignitatis status.*
2 *Opinio promouendi in nullo debet vacillare.*

INFAMIBVS. Pone casum. C. de dignitatib. l. neq; famosis. lib. 12. 81. dist. tantis. Daniel. s. de accusatio. omnipotens. Et est ratio, estimatio, seu fama † est illesae dignitatis status. ff. de var. & extraordi. cognitio. l. cognitionū. §. 1. & sic promouendus ad dignitatem non debet habere famam laesam. Etiam † opinio promouendi in nullo debet vacillare. s. de testib. c. fina. 33. dist. c. laici. arg. ff. de muner. & honor. reus. 1. respon. & s. de collusio. c. 1. Et dic de infamia iuris, a & facti, vt Azo. in summa. C. ex quib. caus. infa. irroga.

ADDITIO. PROBI.

a IVRIS ET FACTI. Dic etiam aliam duplicem reperiri infamiam, vna est quae immediatè trahit originem a delicto, & testis tali infamia notatus (etiam emendatus) repellitur in causa ciuili.

Alia est quae nō trahit originem immediatè a delicto, scilicet a carceratione, vel alia simplici causa. & ista non repellit. Doct. in c. testimonium. s. de testi. Alex. consi. 32. circa fi. viso processu. volu. 6.

Bonifacius Octauus. Reg. LXXXVIII.

Certum est quod is committit in legem, &c.

a CERTVM est. Pone casum. s. de electio. auaritiae. & s. de contrahen. empt. ad nostram. & C. de agricol. & censi. l. quemadmodum. lib. 11. & not. ff. de legib. contra legem. & l. seq. & s. de priuileg. quantò. & 14. q. 3. c. plerisq;.

ADDITIO. PROBI.

a CERTVM. Dic vnum pro comprobatione horum quae hic dicuntur quòd spurius purè instituatur, & grauetur de restituenda haereditate Regi Franciae, vel Angliae, aut alteri, ad cuius notitiam verisimiliter de facili non deueniret, & dato quòd deueniret, tamen de facili verissimiliter se non intromitteret, quòd hoc casu talis institutio & dispositio non valet tamquàm facta in fraudem legis, & sic spurius habeat id quod de iure habere non potest, per ea quae habentur in l. contra legem. & in l. fraus. ff. de legib. & in text. nostro. not. Bald. in l. hac edictali. §. omni. C. de secun. nupt. Ista est doctrina Io. Imo. in l. in tempus. ff. de haeredi. insti. quem refert Alexan. consi. 202. nu. 8. perspectis verbis. vol. 6.

LAVS DEO.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz.
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee.

Omnes sunt Quaterniones praeter E e e, quae est Ternio.

VENETIIS, Apud Iuntas. M. D. LXXXV.

REPERTORIVM LOCVPLETISSIMVM OMNIVM RERVM,

In hoc IOANNIS MONACHI ſuper ſexto Decretalium volumine contentarum, ſerie alphabetica ita in ſtudioſorum gratiam accuratè diſpoſitum, & repurgatum, vt nihil ſupra deſiderari queat.

Index.

Appel-

Index.

B

D

Dietarum

Dolus

Index.

Ius

N

Nega-

P

Pœna

R

V

FINIS.

INDEX (ORDINE ALPHABETICO) additionum Philippi Probi, ad Ioan. Monachi Cardinalis glo. super Sextò Decretalium libro æditam materias continens.

Index.

Allegationes

Appel-

B

Canonici

Cautio

D

Declarationi

In

Euelli

F

Bona fides

Fidelitatis

Fideiussor

Figura

Finalis

I

Matrimonium

Momenti

Nobilissimi

Possessio

Productio

Positionibus

Q

R

Ratihabitio

Renunciatio

V

Vagabundus

Visus

FINIS.

[illegible] Monachi in VJ. Decretal. [illegible]


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm